DISCEPTATIONUM FORENSIUM IUDICIORUM STHEPANI GRATIANI ROMANI V.I.D. TOMUS PRIMUS...

Stefano Graziani

DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM STEPHANI GRATIANI ROMANI V. I. D.

Tomus Secundus.

IN QVO CONTINENTVR DEFINITIONES variarum quæstionum in iure Canonico, & Ciuili quotidie occurrentium iuxta communes, & approbatas Doctorum sententias, ac receptam, & veram praxim præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ.

NVNC PRIMVM EDITVS CVM DVPLICI INDICE tam rerum quam argumentorum.

CVM PRIVILEGIO.



Conuent' sanctę Marię de scala Vrbis

SVMPTIBVS IO. PAVLI GELLII.
ROMAE, Apud Aegydium Spadam. M. DC. XV.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Palat. Apostol.
Cæsar Fidelis Vicesger.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus Lector, & Reuerendiss. P. Fr. Hyacinti Petronij Mag. Sacri Palat. Apostol. Socius.

MATTHAEO BVRATTO SACRAE ROTAE AVDITORI INTEGERRIMO.

Stephanus Gratianus Felicitatem.

ANNVS ferè nonus eſt, cum Deciſiones Marchiæ, iuris in ea Rota dicundi perfunctus officio, publico dedi, ex eoq; tempore Diſceptationes Forenſium Iudiciorum, otij non infructuosè collocandi ſtudio, lucubraui; quę ante triēnium vna cum Deciſionum earumdē auctario prodierunt. Hos tu fœtus ingenij mei, Præſul Ampliſſime, tanta vltro benignitate, tamq; obuia patrocinij fide complexus es, vt ego me tam citra ambitum, quam vltra meritum ornatum ſentiens, nullam ſatis gratiam haberi à me tibi poſſe non iniuria exiſtimauerim. Et ſi autem, quod in me fuit, intra domeſticos fines hactenus operam dedi ſedulo, vt conſcius promeritorum in me tuorum, gratæ viciſſim meæ voluntatis neſcius ne eſſes; tamen hæc relatio officij ſanè quam familiaris, & breuis nimium memoriæ videri poterat, niſi obſeruantiæ in te meæ confeſſio, publici iuris tabulis, & manſuræ fidei teſtimonio ſanciretur. Eſt nimirum gratiarū actio priuata, circumſcripta nimis gratia, atque obſcura, & ob quam ſæpe beneficium, hoc eſt res inter humanas optima, tamquam ſementis in maligno ſolo, damnatum tenebris ſilētij ſteriléſcit.

Quo mihi accuratius enitendum fuit, vt in apertum mitteo obligati sensum animi, &, si sperare liceret, etiam in posteriores ætates. Ergo vestigijs paribus insistés, causas de quibus fora disceptãt, altero volumine (quod in tuo appareret nomine vindex obliuionis, & accepti index) digessi; audacia fortasse maiore, quam viribus, verum, vti spero, non irrito conatu, & hoc vno saltem nomine laudabili, quòd auctore te, & hortatore susceptũ opus & affectum est. Patieris proinde illud, qualecumque est, venire in istas manus beneficentia, & fide præstãtes, & eo referre exitum, vnde habet originem, & incremẽtum; immo in cuius tutela natum, & educatum est; immo à quo sperat maxime approbationem & commendationem sui. Mihi nouum erit beneficij genus, atque adeo sors extra aleam periculi posita, te præferre Patronum, cuius vel Scientiæ nobilissimæ cognitio, vel Auctoritas Amplissimæ proxima, securitatis auspicium, famæ præsidium est. Sed hoc ipsum magna me nimirum debiti mole circumuenit, & dum scire omnes volo quid acceptum tibi feram, noua nomina facio prudens & volens. Illa porro difficiliorem satisdationem eo reddunt, quo te magnarum gloria Virtutũ, Prudentiæ, Probitatis, Integritatis non modo circa vitæ interioris actus, sed etiã circa publicum bonum, rerumq; officia gerendarum tot iam annos admirationi exponit, imitationi subducit, fama cumulat laudum plurimarum, quæ cum summæ sint omnes, eminentiæ iudicium sustulerunt. Viuam igitur prorsus extra spem reponendæ gratiæ, qui me, quo munere assererem quodammodo in libertatem volo, vinciri arctius tenaciusq; profiteri necesse habeo. Profitebor enimuero dum viuam, & dum mihi, Superis fauentibus, tuo in hoc opere superstes ero. Tu ex arce ista meritorum, atque virtutum, quibus felicitatis summa contigit, PAVLO V. Summo Principum placuisse, atque eo auspice ad Sacræ Rotæ Senatum, hoc est ad fastigium dignitatum, ac Doctissimorum Virorum consessum ascendisse, qua cepisti me meaq; aspicere luce humanitatis, perge porro benignitate pari fouere, habiturus eũdem semper nexum non ære, sed iure tuo. Vale Romę Kalend. Aprilis. M. DC. XIII.

CAROLVS AMORINVS ROMANVS.

Studioſo Iuris Vtriuſque Lectori.

QVOD olim Dionyſius Senior interroganti, Ocioſus ne eſſet, reſpondiſſe fertur; Abſit verò, vt hoc vnquam mihi contingat; idem omnes qui ſe Reipublicæ humanæ partem eſſe, & eo productos in hanc lucem ſciunt, vt vires opemq; conferant ſuam ad commune emolumentum, non modo ſentire, ſed palam etiam profiteri longe pulcherrimum & optimum eſſe, nullus niſi expers omnis humanitatis inficiabitur. Nam cum nemo vnus per omnia ſibi ſufficiat, ſed alijs atque alijs aſſidue neceſſe habeat vti miniſterijs aliorum ad vitam ſuſtentandam atque degendam, iniquus, ne dicam amens & improbus profecto ſit, qui ceteros actuoſæ vitæ, ſe nulli rei niſi ceſſationi & inertiæ genitū putet. Sed omittamus iſtos, qui neſcio qua fronte audent ſe inter homines vllo tandem numero cenſeri velle, cum artificio nullo aut induſtria redemptū ſibi velint ignauiſſimi & inertiſſimi nomen, atque adeo glorioſum ducerent ocij damnari quaſi liberaliſſimi & ingenuo digniſſimi criminis. Eam vero vocem Viri Sapientis quis non approbauit ſemper; qui Naturæ hominis conſentaneum eſſe aiebat ad mortem vſq; quà agendo quà dicendo occupari, & Patriam hoc in nos habere iuris, vt opis indiga ſemper ad ſeſe nos reuocet retrahatque. Hæc porrò vox tametſi in omni ferè genere functionum vera eſt, multò tamen æquiore iure pronunciatur de ijs officijs, quæ ad animi conatus, & ciuilia ſtudia atque conſilia referuntur, Nauigationi, Militiæ, ceteriſque id genus laboribus, non ætas omnis, non vires idoneæ ſemper ſunt. At ſi quis vt nauigandi, vt militandi, ita etiam ciuile bonum qua licet animi exercitatione promouendi finem aliquem ſtatuat, vt eo cum peruentum ſit actio deſinere in ceſſatione impune poſſit, is nimirum, vel cum Attalo aliquo Philopoemeni, vel cum Lucullo libertorum vni ſaginandus, aut denique pædagogi cu-

gi curæ bis puer, iterum remittendus & permittendus est. Nimirum verè dicitur & sapienter, Ita Rempublicam non modo gessisse, sed gerere oportere, vt veracem esse, non fuisse tantum, vt non coluisse modo iustitiam, aut amasse Patriam & Ciues, sed colere & amare. Omni tempore faciendum est, quod nunquam non laudabiliter & opportune fit, qua prorsus lege Magistri & Arbitri beneficiorum nullum beneficijs modum tempusve præscribunt si & in quos conferas habeas, & facultas conferendi non desit. Ne te, inquit ille, existimato sacrorum tibi ciuilium Principi atque Interpreti deferendos esse Forensis atque Vrbium Vindicis Iouis honores, quibus curandis iampridem addictus & quodammodo consecratus es. Præclarè enimuero. Nam vt propitiando Numini colendoq. nullus non redit dies, nullus non animos nostros admonet Pietatis (siue quod hominibus præcellens ea natura beneficia tribuit non pauciora quam momenta, siue quod imminentia pericula penè plura momentis assidue auertenda sunt) Ita cognoscendis componendisq. causis hominum, quæ in horas singulas nouæ exoriuntur, occupatas in horas singulas esse decet eos in primis, qui Ciuilis & Iuris & Prudentiæ consulti sunt. Immo vero liberum à foro tempus, foro tamen vt seruiat, qui huiusmodi est, imperabit sibi, ne tum quidem vacuus cum vacabit. Seret non arbores, quæ alteri seculo prosint, at egregia semina rationum & veritatis omni æuo probatura, vel ipsi Iustitiæ fœcunditatem suam; Sed hoc tentare laudis, consequi felicitatis est. Ego, Studiose Lector, cum prodesse non possim meo, nitar, vti soleo, alieno: DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM magnum numerum impetraui ab Auunculo, vt olim alia id genus. Eas, cum iustum alterum volumen implerent, non debui otio tenebrisq. damnare, sed publici boni studio compositas, vtendas fruendasq. publico reddere. Hoc igitur nunc præsto fide bona, prolixa voluntate. Tu, si quid opis & lucis, vti speramus, hinc hauriri posse in rem tuam & alienam animaduerteris, ita arbitrator, Auunculum meum, otij non male positi sibi conscium esse voluisse, me, bonæ nisi fallor operæ fructum inuidere foro & Populo noluisse. Vale.

PAVLVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei.

DILECTO filio CAROLO AMORINO laico ROMANO Salutem & Apostolicam benedictionem. *Sinceræ deuotionis affectus, quo nos & Romanam prosequeris Ecclesiam promeretur, vt petitiones tuas ad exauditionis gratiam libenter admittamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat; Quod tu librum hactenus nondum excussum cui titulus est* DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM *Tomus Secundus Auctore dilecto filio* STEPHANO GRATIANO *Nobili* ROMANO *Iuris Vtriusque Doctore Auunculo tuo magnis expensis tuis excudi fecisti, ac etiam sequentes Tomos Disceptationum huiusmodi excudere, & in lucem dare intendis Verum vereris, ne postmodum alij lucro nimis inhiantes eosdem Tomos etiam typis mandare, seu venales habere præsumant in maximum tuum detrimentum. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur, Nos igitur te specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi si vel postquam dicti Tomi iuxta formam Concilij Tridentini, etiam à dilectis filijs nostro in Vrbe eiusque districtu Vicario in spiritualibus generali, & Magistro Sacri Palatij Apostolici approbati fuerint, vt ad decennium proximorum nullus omnino absque tuo consensu aliquem ex dictis Tomis, tam in dicta Vrbe, quam tota ditione Ecclesiastica imprimere, seu alibi impressum illuc inferre, aut venalem exponere, sub poena confiscationis talium librorum pro vna Camera Apostolica, pro altera vero illorum medietatibus tibi, seu tuis heredibus eo ipso applicandorum quoquomodo valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium, sine tamen præiudicio aliorum, qui de eisdem rebus alium, seu alios, librum, seu libros ab alijs auctoribus forsan componendos, seu compositos typis impriment, vel edent, concedimus & indulgemus, decernentes te desuper sub quocumque prætextu, colore, vel ingenio molestari, perturbari, aut inquietari non posse, sicque per quoscumque Iudices Commissarios & delegatos quauis auctoritate fungentes etiam causarum*

Palatij

Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac sedis Apostolicæ Nuncios iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis ac in Prouincialibus, Vniuersalibus, & Synodalibus Concilijs editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus dictaque Vrbis, & aliorum locorum ditionis huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, quibusuis personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis forsan concessis confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialiter, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expresso habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo duodecimo. 3. Nonas Iulij. Pontificatus nostri Anno Octauo.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata lib. 1. fol. 341.

INDEX SINGVLORVM CAPITVM, IN QVIBVS CVIVSLIBET DISCEPTATIONIS MATERIA BREVITER CONTINETVR.

† CA-

CAPVT CCV.

Vicino retrahente venditionem vigore statuti quando possit agi contra vendentem, seu fideiussorem, filium, vel hæredem ad euictionem, melioramenta, pretij restitutionem, damna, interesse, expensas litis, fructus perceptos ante, vel post litem, & quid in similibus. ¶ Ratione iuris superuenientis quo casu licita sit recuperatio rei vẽditæ. ¶ Quę de euictione tenet actio quando eundem agentem repellat exceptio. ¶ Conuentiones, & pacta an reformentur à statutis ciuitatis. ¶ Hæres quando dicatur contrauenire facto defuncti. ¶ Euictio an debeatur, si ex natura negotij res sit euicta, & sit imputandũ emẽti, qui sciuit talem qualitatẽ. ¶ Filius primi matrimonij, si aufert aliquid à filio secũdi thori an id cõsequatur vt hæres, vel ex legis dispositione.

CAPVT CCVI.

Exceptio spolij quãdo admittatur stantibus clausulis summarie, manu regia, sola facti veritate inspecta, & similibus. ¶ Et quid d. clausulæ importent, & an illis stantibus attẽtata debeãt reuocari in primis, & ante omnia. ¶ Sẽtentia nulla defectu iurisdictionis an confirmetur. ¶ Fructus quando percipiantur data dilatione ad soluendum, & facta interim reseruatione dominij, & ad quem spectet periculum rei venditæ, in qua illud fuit reseruatum. ¶ Spoliator quando sit condemnandus in fructibus, & à quo tẽpore. ¶ Et quid si agatur principaliter ad fructus, vt in præstationibus annuis, & pro illis an detur saluianum. ¶ Valor rei assignatæ pro pecunia quando faciat contractum venditionis, seu permutationis. ¶ Conclusio in causa in prophanis, an requiratur, & illi possit tacitè renũciari. ¶ Et statutũ de ea loquẽs verificetur in tacita cõclusione. ¶ Et assignatio termini illi æquipolleat.

CAPVT CCVII.

Emens nomine alieno quando teneatur transferre dominium rei emptæ in mandantem, vel possit pro se retinere, si non soluatur pretium in tempore constituto, & quo casu illam præscribat, si per triginta annos possedit. ¶ Purgatio moræ an detur in eo, qui est in conditione positus. ¶ Promittens reuendere intra certam diem, quando post illam cogatur ad vendendum. ¶ Terminus appositus promissioni an sit adiectus causa limitandæ obligationis. ¶ Suscipiens mandatum emendi portionem aliorum, an debeat etiam partem suam vendere mandanti. ¶ Fructus an sint restituendi à die resolutionis actus, vel moræ litis. ¶ Et quid si contractus resoluatur ex facto alieno, vt in donatione ob natiuitatem filiorum. ¶ Inquilinus, qui retraxit domum alteri venditam ad vitam, an restituat pensiones à die mortis, seu moræ litis, siue sciuerit, siue ignorauerit obitum, & an talis scientia obstet fratribus simul habitantibus.

CAPVT CCVIII.

Titulus quãdo præsumatur ex præstatione decennali, & an idem sit in censu, emphyteusi, & similibus. ¶ Ex pluribus præstationibus quo casu præsumendum sit obligationem præcessisse. ¶ Manutentio possessionis an debeat impediri donec controuertitur de validitate census. ¶ Nullitas proueniens ex iuramento calumniæ petito, & non præstito quando obstet. ¶ Et an sufficiat responsio iurata ad positiones, & in casu, in quo est plene probata intentio ¶ Clausula non aliter an inducat formam, & decretum irritans. ¶ Sententia an possit confirmari stante defectu iuramenti calumniæ. ¶ Monitio ad sententiam pro prima die, & postea singulis diebus, & horis, an valeat.

CAPVT CCVIIII.

Ciuilitas, vel similis qualitas superueniens tam post traditionem, quàm ante, an reconualidet alienationem prohibitam in forensem. ¶ Ius acquisitum trahens causam aliunde, quam ex ipso contractu quando possit tolli. ¶ Restitutus an recuperet ius patronatus, & bona tertio quæsita. ¶ Statutum respiciens publicam vtilitatem quando recipiat restrictionem habilitatis personæ, & talis habilitas quo tempore debeat interuenire. ¶ Legatum quo casu reconualescat, si remoueatur impedimentum acquisitionis illius, & quid in testamento vsurarij, quod erat nullum, non præstita cautione de restituendis vsuris, si postea caueatur. ¶ Ad matrimonium contrahendum quando quis possit inuitari metu pœnæ, vel spe lucri.

CAPVT CCX.

Sepultura laicis in ecclesia an possit concedi, & per quem. ¶ Et an pro illa aliquid licitè percipiatur tam de iure, quam de consuetudine, & ad eam seruandam detur actio. ¶ Et quomodo talis consuetudo debeat probari. ¶ Et quando in istis spiritualibus, & eis annexis, & electione sepulturæ committatur simonia. ¶ Laici an possint acquirere in ecclesia ius habendi sepulchrum, capellã, arma, insignia, recipiendi prius pacem, off. rtum, & similia, & quid in fœminis, & an quo ad ista possint dici patronæ. ¶ Et an habens ius tumulandi dicatur habere ius sepulchri. ¶ Et an pro dictis sedibus, & alijs detur actio iniuriarum contra impedientes, & amouentes, vel officium Iudicis, defensio armata manu, interdictum recuperandæ, vti possidetis, vnde vi, & manutentio. ¶ Et per quos actus possessio sit acquisita. ¶ Et si sit apprehensa pro vna re an intelligatur quo ad omnes, & an sufficiat tacita licentia Episcopi. ¶ Actio iniuriarum quo casu detur contra eum, qui non patitur alicui honorem decerni. ¶ De more in funeralibus ponendi insignia domus, & illorum deletio quando concedatur.

CA-

CAPVT CCXI.

Plures patroni quando debeant simul cõuenire ad
præsentationem faciendam,vel possint illam se-
paratim facere. ¶ Et consensus maioris partis
an præiudicet minori. ¶ Et quo casu ius patro-
natus competat pluribus vt singulis, vel vt vni-
versis. ¶Minus dignus quando præferatur ma-
gis digno tam in præsentationibus factis à lai-
cis, & ecclesiasticis,quam à procuratoribus pa-
tronorum,& in officijs iurisdictionem habenti-
bus. ¶ Et eligentes an teneantur in conscien-
tia ad restitutionem. ¶ Et quid in paupere ma-
gis digno, an sit præferendus in eleemosyna, in
legatis,& similibus. ¶Et tales collationes quan
do sint validæ, & retractentur in causa appella-
tionis. ¶ Et quid in pluribus præsentatis à pa-
tronis æqualem vocem habentibus quis eorum
per Episcopũ sit eligendus. ¶ Examinatores an
possint se referre ad iudiciũ Episcopi. ¶ Mona-
steria,collegiatæ, hebdomadariæ,& similes an
cõprehẽdãtur sub dispositione *Cõcil. sess. 24. c. 18.*

CAPVT CCXII.

Abbates, & Alij exempti quando possint conferre
ordines,& concedere litteras dimissorias. ¶ Et
quid in hoc operetur cõsuetudo *immemorabi-*
lis exercendi iurisdictionem confirmata à Sede
Apostolica. ¶ Ordinarius,& Diœcesanus quis
propriè dicatur. ¶ Præscriptio meri imperij,
cognitionis causarum matrimonialium, certæ
partis territorij, & similium quando sit valida.
¶Visitatio Ecclesiarum an permittatur Abbati,
& quomodo talem iurisdictionem exerceat;
¶ Abbas an possit dispensare in interstitijs, be-
neficia conferre, & interponere auctoritatem
in resignationibus, & permutationibus,habere
lectiones & studia sacræ Scripturæ, & semina-
ria. ¶ Modus prouidendi Ecclesiæ parochiali
vacanti an intelligatur in Abbate,& ordinario.
¶Præscriptio an subsistat, vt quis faciat ordi-
nare suos subditos per alium Episcopum, quàm
per Ordinarium.

CAPVT CCXIII.

Statutum, vt contrahens matrimonium clandesti-
num incurrat pœnas exheredationis, vel simi-
les an procedat stante Concilio annullante ta-
lia matrimonia. ¶ Princeps secularis quo casu
possit coadiuuare legem Romani Pontificis per
adiectionẽ pœnæ. ¶ Ex actu nullo quando quis
puniatur. ¶Beneficium an amittat clericus qui
nulliter matrimonium contraxit. ¶ Mater an
perdat tutelam filiæ per transitum ad secunda
vota inualida. ¶ Filia quando possit exhereda-
ri, si cum vno tantum concubuit, & luxuriosè
viuat, licèt non sit ab alijs cognita, & an sit
necessaria monitio parentum, & an talis inho-
nesta vita debeat esse in lupanari. ¶ Et quid si
contraxit nuptias cum persona vili an priuetur
successione patris,& dote, ¶ Differentia inter
viuere luxuriosè,& esse luxuriosam. ¶ Nomina
significantia delictum, probitatem, negotiatio-
nem, aut similia an verificentur in vnico actu.
¶ Legatum factum cum conuicio, & infamia
legatarij an subsistat. ¶ Relictum cum condi-
tione non nubendi alicui an valeat, & amitta-
tur per nuptias inualidas, & quid si cum eo in-
honestè viuat.

CAPVT CCXIIII.

Administrator,Creditor, & similes quando præsu-
mantur sibi soluisse de fructibus, & bonis debi-
toris, cui successerunt. ¶ Et in quibus casibus
fructus cõputentur in debito, & quasi debito,&
quid si non fuit factum inuentariũ. ¶ Valor bo-
norum quando inspiciatur in solutione ficta, seu
imaginaria, quã præsumit lex factã à creditore
succedẽte debitori. ¶ Sententia an dicatur nul-
la, si fuit processum ad contradictas non intima-
ta morte,vel absentia procuratoris. ¶ Modus
citãdi per contradictas quando dicatur in sub-
sidiũ,& ad cũ sit recurrendum, si procurator,&
principalis venerunt ad causam. ¶ Procurator
suscipiens mandatum solum ad effectum substi-
tuendi quando teneatur ad expensas notarij.

CAPVT CCXV.

Hæres grauatus quando possit cogi ad faciendum
inuentarium solemne, seu descriptionẽ per sub-
stitutos. ¶ Et cui incumbat onus probandi do-
minium, & possessionem bonorum defuncti, &
quod illa peruenerint ad manus hæredis, si in-
uentarium fuerit omissum, & quæ probationes
sufficiant. ¶ Et quid in bonis mobilibus,& quæ
vsu consumuntur. ¶ Remissio inuentarij quan-
do possit fieri. ¶ Et an saltẽ tunc descriptio re-
quiratur. ¶ Fideicommissarius in quibus casi-
bus iuret in litem contra hæredem non confi-
cientem inuentarium. ¶ Vsufructuarius quan-
do amittat vsumfructum non describendo bo-
na mobilia. ¶ Hæres an teneatur medio iura-
mento patefacere bona defuncti, & an tale ius-
iurandum possit recusari,& referri. ¶ Et quid
in vxore circa bona relicta à marito, ita vt si nõ
iurauerit perdat dotem, & lucra nuptialia.
¶ Et quid in actione rerum amotarum, & simi-
lium. ¶ Et an talia iuramenta deferentes pos-
sint cogi prius ad iurandum, quod illa non de-
ferunt per calumniam. ¶ Et quid in Patrono,
Parente, Filio, & Fisco.

CAPVT CCXVI.

Per prohibitionem factam vsufructuario de non
alienando quando censeatur relicta proprietas
tàm in vltima voluntate, quã in contractibus, &
stantibus dictionibus taxatiuis, & clausula om-
ni meliori modo, & in subrogatione in locũ al-
terius, cui fuerat vsusfructus relictus. ¶ Et quid
in concessione affirmatiua de alienando. ¶ Et
an operetur nondum facta alienatione cum ef-
fectu, & in quibus bonis. ¶ Vsufructuarius cum

facultate disponendi quãdo possit arbitrio suo disponere. ¶ Et quid in hærede rogato per fideicommissum restituere. ¶ Mandatum cum libera, quando induceat facultatem donandi. ¶ Relictum prædij ad vsum, gaudimentum, vsufructum, & pro alimentis, in quibus casibus contineat proprietatem. ¶ Et quando per legatarium possit vsufructus, seu proprietas eligi. ¶ Coniunctio posita inter incompatibilia an resoluatur in disiunctiuam. ¶ Sententia in causa ciuili contra procuratorẽ substitutũ in causis criminalibus an sit nulla, si postea verus procurator prosequitur simpliciter causam appellationis. ¶ Constitutio procuratoris ad causam iam motam; quando operetur ratificationem eorum, quæ gesta sunt per eundem procuratorem. ¶ Principalis appellans, seu petens restitutionem in integrum, an videatur agnoscere iudicium falsò agitatum, itaut esset conditio, super qua fuit interposita stipulatio interesse. ¶ Approbatio actus tamquam gesti, & reprobatio tamquam sic gesti, quando sit admittenda. ¶ Filius intentando contra tabulas quomodo dicatur approbare testamentum. ¶ Sententia lata prætextu falsorum instrumentorum, an confirmetur per appellationem.

CAPVT CCXVII.

Ciuitatis appellatione quando veniat territoriũ, itaut illa damnata censeantur damnati comitatenses. ¶ Diœcesis an priuetur Episcopo, si ciuitas eo fuit priuata. ¶ Dispositio pœnalis quando sit perpetua, & debeat subintelligi in sententia dicta perpetuitas, & quid in pœna imposita pro contumacia, & an censeatur quis potius propter eam condemnatus, quam propter delictum. ¶ Sententia in contumacia an noceat filijs quo ad pœnas *l. quisquis. C. ad leg. iul. maiestat.* ¶ Condemnatus ad destructionẽ Castri, an possit illud reficere, & Ciuitas destructa quando retineat iura, quæ antea habebat. ¶ Salis aspersiones ob quas causas fierent ædificijs dirutis ob crimina enormia. ¶ Sal quare adhiberetur in conuiuijs, & coniugijs, & de multiplici vsu, & potestate salis. ¶ De adagijs salem, & mensam ne prætereas, vicinia salsuginosa, sale, & sole nil vtilius, salem, & oleum emere, salis vana satio, sale emptum mancipium, salem, & caseum edere, salis onus vnde venerat, ordeum sale conspersum, ignis fulguris, & sal diuinum, mensa sine salino, sal cum aceto, iuxta sal cumiñũ, seu fabam, & alia de similibus prouerbijs. ¶ Panis quare vetabatur frãgi. ¶ Vxor Loth quare in salem conuersa, & illius statua, cur semper integra. ¶ Lapis, seu arena, ex qua Christus eleuatus est in cœlum, cur retineat eadem vestigia impressa, & de ligno S. Crucis, & lapide sepulchri non recipientibus diminutionem, & sanguine Zachariæ silicibus impresso indelebili. ¶ Sal an validum ad pinguefaciendum corpora, & de sale lignorum ad Rhenum. ¶ Domus criminosi communis cum non delinquente an possit destrui. ¶ Et quid in ea, in qua vxor, seu alij habent hypothecam pro suis iuribus. ¶ Pœna dirutionis domorum an imponatur mortuo reo criminis. ¶ Nomina punitorum, quare describerentur in marmoribus, & linteaminibus Ecclesiarum. ¶ In conditionibus, quando implementum momentaneum sufficiat. ¶ Conditio si legibus studuerit, an dicatur adimpleta ante assecutionem doctoratus, & debeat præstari cautio, & sit præferendus, qui exercet excluso altero non exercente, & quando in vno, vel alio collegio sit sumendus talis gradus. ¶ Conditio adiecta vni legato, quando censeatur repetita in alio, & quid in testamento primo reuocato per secundum, an qualitas censeatur in eo repetita.

CAPVT CCXVIII.

Illegitimi quando sint capaces iurispatronatus, pensionum, emphyteusis Ecclesiasticæ, & similium dispositionũ, quamuis non sint legitimati. ¶ Bastardi, legitimati, & naturales quo casu dicãtur de familia, & agnatione. ¶ Meretrix quãdo possit acquirere ius patronatus, & ex lucro meretricio facere eleemosynam. ¶ Promittens aliquid pro delicto, aut fornicatione, an in foro conscientiæ teneatur adimplere. ¶ Filiorum, & descendentium appellatione, quãdo veniant illegitimi in iure patronatus. ¶ Et an naturales legitimentur in præiudicium legitimorum tam ex rescripto Principis, quã per subsequens matrimoniũ. ¶ Emphyteusis ecclesiastica quo casu comprehendat extraneos, & transeat ad legitimatos ex rescripto, & ad naturales, spurios, iudæos, & similes. ¶ Illegitimus dispensatus ad clericatum, an possit obtinere pensionem absq. alia dispensatione. ¶ Naturales monasticam disciplinam professi, expositi, & similes an sint capaces ordinum, pensionum, & dignitatum. ¶ Capacitas an attendatur tempore delationis, & admissionis ad ius præsentandi duraturum in successores. ¶ Fœmina quando succedat in feudo, & deficientibus masculis reintegretur. ¶ Ius patronatus relictum seniori de parentela, si ille decedat, quo casu transeat ad eius descendentes, vel reuertatur ad alium de parentela, in quo concurrat illa qualitas senioris.

CAPVT CCXIX.

Mater & alij ad quos spectat successio pupilli, quando teneantur curare, vt tutores cũ effectu dentur, & administrent. ¶ Et quibus casibus priuentur successione, & incurrant in pœnas non petentium tutores. ¶ Et quid in matre transeunte ad secunda vota, an reuocet donationem factam filijs primi matrimonij, & tutelam reassumat, si peniteat transire ad secundas nuptias, & quando priuetur relictis sibi per maritum, & excludatur à substitutione fideicommissaria, & pupillari. ¶ Statutum prohibens matrem testari, nisi pro anima sua, an habeat locum, si disponat inter liberos, vel illis donet. ¶ Et quando tale testamentum inter liberos sit pro-

prie

prie testamentum, itaut legata, quæ in eo relinquuntur extraneis sint valida, vel accrescant filijs, si interuenerint quinque testes. ¶ Priuilegia testamenti inter liberos an procedat, si pater disponat in præiudicium vnius, & commodum aliorum. ¶ Mulier quo casu possit relinquere liberis secundi matrimonij plusquam filijs primi. ¶ Donatio facta per matrem filijs nascituris ex secundis nuptijs quando valeat. ¶ Quæstio disputata inter Baldum, Io. de Lignano, & Franciscum de Albergot. ad cuius fauorem fuerit decisa.

CAPVT CCXX.

Per specialem executorem testamenti quando eximatur hæres à pœna non adimplendo iussa per testatorem. ¶ In vltimis voluntatibus respectu commissionis pœnæ quo casu receditur à persona. ¶ Arbitri duo si eligantur sub pœna, & tertius cum vno ex duobus pronunciet, an committatur pœna compromissi, si non pareatur. ¶ Executor quo casu sit incitator hæredis, & possit per eum preueniri. ¶ Non adimplens iudicium defuncti quando priuetur hæreditate, & monitio sit necessaria tam in facto affirmatiuo quam negatiuo, & an hæres excusetur nō adimplendo præceptum imperfectum. ¶ Institutio hæredis secundum conditiones infrascriptas an valeat, si illæ postea non apponantur. ¶ Et quid in legatis, locationibus, substitutionibus, & similibus, & quid quando verba referūtur potius ad executionem, quam ad substantiam actus. ¶ Trāslatio legati quando possit fieri in pœnam vnius propter culpam alterius. ¶ Dispositio testatoris quo casu sit imperfecta, si morte preuētus illam non potuit perficere. ¶ Executio testamenti transacto anno quādo deuoluatur ad Episcopum. ¶ Et an talis terminus possit per testatorem prorogari executoribus. ¶ Repudians hæreditatem an possit dici contrauenire præcepto defuncti, itaut substitutus in casu contrauentionis admittatur. ¶ Similia in decisionibus quando sint alleganda. ¶ Mandans construi capellam sub pœna cum assignatione introitus pro capellanis per eū eligendis an dicatur immutare suā dispositionem, si nō elegerit dictos capellanos, & hæres nō adimplēs an ex hoc excusetur.

CAPVT CCXXI.

Officia empta, & posita per patrem super vita filiorum quando præsumantur donata, & quid in hoc operetur reseruatio dominij. ¶ Et quid si fuit declaratum fructus officiorum spectare solum ad ementem in vita ipsius. ¶ Per institutionem hæredis quando quis possit dici disposuisse de rebus suis. ¶ Emphyteusis Ecclesiastica quo casu transeat ad hæredes extraneos. ¶ Dominiū officiorum quando dicatur resolubile, non facta dispositione, & quid in emphyteusi, & similibus.

CAPVT CCXXII.

Creditoribus quando competat electio concedendi dilationem debitori volenti cedere bonis, & quo casu maior pars præiudicet minori in d. dilatione concedenda. ¶ Et an debeant simul conuenire, & in hoc æquiparentur creditores chirographarij, & hypothecarij. ¶ Maior pars an sit consideranda habito respectu ad cumulū debiti, seu personarum. ¶ Exceptio cessionis bonorum quibus casibus competat debitori stante instrumento guarantigiæ, Iureiurando, debito ex causa pensionis domorum, & similium. ¶ Beneficio cessionis an possit renunciari. ¶ Priuilegium fori & c. odoardus quando competat clerico. ¶ Debitor statim petens beneficium cessionis an possit carcerari. ¶ Cessio bonorum an retardet executionem quo ad expensas trium conformium. ¶ Consentiens reseruationi personis sub censuris, & pœnis, quando illas incurrat sine litterarum intimatione. ¶ Creditor ex causa dotis an possit cogi ad concurrendum in dilatione concessa per maiorem partem creditorum. ¶ Clericus quando petat remissionem ad iudicem ecclesiasticum in concedenda dilatione quinquennali.

CAPVT CCXXIII.

Emphyteuta quando possit priuari emphyteusi ob non solutum canonem pro tempore, quo nō possidit, vel si fundus fuerit inundatus. ¶ Et quid in Vassallo non petente inuestituram, vel Domino feudi illam negante. ¶ Prælato quando currat tempus conferendi beneficium, si possessio sit apud alium. ¶ Promittens soluere canonē de fructibus quo casu excusetur, si fructus non percipiantur. ¶ Possidens quando æquiparetur cum illo, qui non recuperat possessionē. ¶ Institutio an habeatur pro pura, si adsit cōditio potestatiua. ¶ Beneficia an vacent per promotionem ad episcopatum, vel post adeptam possessionem. ¶ Possidens semel an præsumatur possidere, & cui probatio incumbat. ¶ Commenda ad annum à die habitæ possessionis quando curat stante alio possessore, & an requiratur diligentia Commendatarij in auocando possessionem. ¶ Obligatio conditionalis, & pura quando debeat adimpleri.

CAPVT CCXXIIII.

Solutiones factæ per debitorem in quam causam debeant cedere, & quæ dicatur magis antiqua, dura, & grauior, & an electio sit facienda præsente debitore, & quādo possit fieri per procuratorem, seu per hæredem, vel sit facienda incōtinenti, & quomodo hoc intelligatur. ¶ Solutio posita contra vnam partitam quo casu sit præsumendum factam fuisse ad computum illius partitæ. ¶ Debitor quando præsumatur potius soluere pro debito proprio, vel pro quo fideiussit, & quid in testatore mandante solui suis debitori-

bitoribus. ¶ Fructus percepti an extinguant potius debitum sortis, quam vsurarum, & quid in alio accessorio, & pœnali, & pluribus causis vsurarijs, & quod tempus sit considerandum, vt vsuræ dicantur liquidę. ¶ Emptor re non tradita an possit petere pretiū vt pretium, vel tanquam interesse. ¶ Soluenti quo casu competat potestas adijciendi legem suæ solutioni. ¶ Debitor an habeat electionem in quam causam solutio conuertatur, quando sumus in pecunia redacta ex venditione pignoris. ¶ Compensatio an fiat in causam grauiorē, sicut solutio, & quādo admittatur de liquido ad non liquidum de proximo liquidandum. ¶ Ordo soluēdi an procedat in sententijs, & similibus dispositionibus, & restitutionibus pecuniarum. ¶ In coniunctis an consideretur antiquitas causæ, & in his quæ in eodem instrumento fiunt. ¶ Debitor ex vna tantū causa in centum, si pro quinquaginta solū dedit fideiussorem, an soluendo aliquid præsumatur cedere in partem, pro qua aderat fideiussor. Et intellectus *l. ob triginta. ff. de solution.* ¶ Per protestationem quando declaretur in quam causam debeat cōuerti solutio, & diuisio confessionis in tali materia an admittatur. ¶ Præsumptio iuris, quod solutio sit facta in causam grauiorē an retardet executionem cameralem, & quando talis præsumptio indigeat allegatione, & reus admittatur ad illius exceptionem post terminū, & quid in actore, & similibus præsumptionibus iuris. ¶ Et multa alia quādo, & in quibus casibus solutio sit præsumenda potius ad fauorem creditoris, vel debitoris ad intellectum *l. 1. de solution.* cum concordantibus.

CAPVT CCXXV.

Pater an possit dare curatorem filio in testamēto, & requiratur cōfirmatio iudicis, & petitio adulti tam de iure ciuili, quā canonico. ¶ Et an detur inuito, & quid in minoribus habentibus iurisdictionem. ¶ Et in curatore dato furioso, surdo, muto, & alijs simili infirmitate detentis. ¶ Et an tutor, & curator in eodem testamento possit dari, & quid de stylo male seruetur. ¶ Tēpus ad excusandum à cura testamentaria quādo currere incipiat. ¶ Curator ad lites an detur minori inuito, & an debeat esse generalis, & an possit dari à Iudicibus Maleficiorum, Vicarijs Foraneis, ordinarijs, delegatis, & similibus. ¶ Et quando onus curæ ad lites quis cogatur accipere. ¶ Decretum iudicis an faciat curatorē irreuocabilem, & requiratur decretum contrarium pro reuocatione. ¶ Maritus an possit esse curator generalis vxoris. ¶ Interlocutoria quādo sit reuocanda cum causæ cognitione. ¶ Bona curatoris an sint tacite hypothecata ad fauorem minoris, & quid in bonis hæredum, & an testator possit illorum bona obligare. ¶ Curator ad lites an intelligatur solum de illis, quæ tunc temporis existebant. ¶ Gesta per curatores non confirmatos ad petitionem minorum in quibus casibus sint nulla.

CAPVT CCXXVI.

Clericus si efficiatur laicus an possit puniri per secularem pro delicto commisso tempore clericatus. ¶ Et quid è contra in laico effecto clerico. ¶ Iurisdictio Rectoris collegij quādo possit recusari per eos, qui desierunt esse de collegio, & quid in mercatore, notario in curia episcopali, scholari, & alijs, qui conueniuntur pro gestis tēpore mercaturæ, notariatus, & studij. ¶ Sacerdotium superueniens quando tollat onus publicum iam iniunctū. ¶ Cardinalatus priuilegio an gaudeat, qui commisit crimen antequam sit effectus Cardinalis. ¶ Et quid in milite pro delicto cōmisso, dum erat paganus. ¶ Suscipiens ordinem dolo, & fraude, occasione declinandi forum Iudicis secularis, coram quo debeat conueniri pro delictis. ¶ Testes deponentes contra Cardinalem quot debeant esse. ¶ Mutatio status post sententiam quando mutet iurisdictionem prioris Iudicis. ¶ Delegatus postquam sententiauit an habeat iurisdictionem super nouiter attentatis. ¶ Relegatus effectus clericus infra tempus relegationis non seruans exiliū an debeat puniri per ecclesiasticū. ¶ Et quid in clerico relegato effecto laico. ¶ Iudex quando possit se intromittere pro defensione suæ sententiæ.

CAPVT CCXXVII.

Sciens se posse compelli ad aliquid faciendum an dicatur compulsus facere, si illud sponte faciat. ¶ Emptor an agat de euictione, si de re empta fecerit compromissum, & per sententiam Arbitri res euincatur. ¶ Et quid in coacto ad cōpromittendum tam per statuta, quam per Iudicem. ¶ Testis omittens allegare exceptionem sibi competentem an dicatur sponte deponere, & quid in fideiussore, qui soluit tam vsuras, quam sortem an repetat solutum, & habeat actionem mandati contra principalem. ¶ Compromissum faciendum vigore statuti quando dicatur necessarium, seu voluntariū, & liget ad compromittendum existentes extra territorium. ¶ Appellatio an sit necessaria, vt quis dicatur coactus facere compromissum, si allegetur exceptio, & per Iudicem non sit admissa. ¶ Euictioni an sit locus, si fuit delatum iuramentum, & an illud possit per emptorem recusari. ¶ Debitor allegans suum creditorem minorem, si compulsus sit per Iudicem ad solutionem eidem faciendam sine curatoribus, an excusetur, vel debeat appellare. ¶ Emphyteusis si alienetur vigore motus proprij Gregorij Papæ XIII. an inducatur aliqua deuolutio non requisito Domino. ¶ Et an ex tali alienatione debeatur laudemium.

CAPVT CCXXVIII.

Arbitratoribus duobus electis discordantibus Iudex an debeat eligere tertium. ¶ Aestimatio facta per peritos omissa certioratione partium quando

quando sit nulla, vel detur appellatio. ¶ Sententiæ solius tertij electi quo casu stetur, licet discrepet ab alijs duobus. ¶ Tertius peritus an debeat reddere consilium in scriptis, & cogantur alij duo electi illi adhærere. ¶ Arbitris discordantibus in summa quando standum sit illis, qui cõcordãt in minori. ¶ Et quid in sententia continente plus tempore, licet minus quantitate. ¶ Peritorum electio an spectet ad Iudicem, vel ad partes, & an in discordia partium Iudex possit dare tertium. ¶ Aestimatores, & testes an debeant reddere rationem dicti sui. ¶ In diuersis sententijs latis ab æstimatoribus an fiat coacervatio summarum, & diuisio in tres partes, & tertia ex illis sit vera æstimatio. ¶ Periti quomodo debeant deponere circa læsionem, & an dicantur arbitratores, & ad eorum officium quid pertineat antequam referant, & quomodo æstimatio rerum sit probanda. ¶ Electus tanquam arbiter, & arbitrator an possit eligere, ex qua potestate velit procedere.

CAPVT CCXXIX.

Creditor agens cõtra plures fideiussores, qui promiserunt de defendendo, in quibus causis possit illos compellere ad constituẽdum vnum procuratorem. ¶ Rescriptum in quo est data potestas citandi in locis vicinis an adimpleatur, si in vno tantũ loco vicino fiat citatio. ¶ Et quid si dictũ fuerit de tribus locis. ¶ Singularitas quando resoluatur in pluralitatem, & è contra. ¶ Hæres an possit dare duobus, vel pluribus, si testator mandauit distribui cuicũque voluerit. ¶ Et quid si mãdetur dare pauperibus an possit dari vni. ¶ Aliud pro alio quando solui possit inuito creditore. ¶ Promittens assignare redditum super vno fundo an satisfaciat assignando super pluribus. ¶ Statutum exigens plures fideiussores, an verificetur in vno, & an satisfiat dando pignora. ¶ Clericus si debet deferre vestes clericales, vt gaudeat priuilegio fori, an debeat habere vestem clericalem tam interiorem, quã exteriorem. ¶ Obligatus dare vnum fideiussorem, quando possit dare duos. ¶ Instrumentum si debeat confici à duobus notarijs an sufficiat vnus. ¶ Pretium si est reinuestiendum in vna re immobili pro euictione, an possit reinuestiri in pluribus. ¶ Res emphyteotica, seu fœudalis si concedatur alienari, an poterit vendi pars illius. ¶ Et si pars vendatur an sit nulla venditio, & incurratur caducitas. ¶ Dispẽsatus permutare cũ vno, an possit permutare cum pluribus. ¶ Licentia vendendi vni an comprehendat venditionem factam duobus.

CAPVT CCXXX.

Pretium reinuestiendum pro euictione quando possit reinuestiri in alio loco, quam vbi fuit celebratus contractus. ¶ Et quid in fideiussore an possit dari in prouincia, & quæ dicatur satisdatio necessaria. ¶ Fideiussor an possit tueri exceptione discussionis, si principalis habet bona extra territorium, in quibus esset difficilis executio. ¶ Spoliatus an sit ante omnia restituendus, si agatur de possessione rei, quæ cum difficultate possit recuperari. ¶ Fiscus an opponat excussionem esse faciendam in bonis extra territorium existentibus. quando sumus sub diuersis Principibus, & an audiatur volens dare nomen debitoris. ¶ Plures quando simul conueniuntur an possit vnus pro alio fideiubere, & quid in clericis forensibus, & causis criminalibus. ¶ Tutor pupilli an possit esse tutor, & fideiussor contutoris. ¶ De Ciuitate an iudicetur sicut de prouincia tam inter laicos non recognoscentes Præsidem prouinciæ, quam inter clericum, & clericum, aut inter dominum, & clericum possessorem, & in præscriptione & similibus.

CAPVT CCXXXI.

Bona assignata per patrem filio quando præsumãtur donata. ¶ Et quid si vsus est verbis donauit, aut similibus dispositiuis, vel stante iuramẽto, & sequuta traditione, & consignatione. ¶ Et quid si adsit clausula, pleno iure, in perpetuum, & ad libitum, ad habendum, & quidquid placuerit faciendum. ¶ Insinuatio an requiratur in donatione iurata. ¶ Pater an censeatur donare filio eunti ad castra, vel ad studium res pertinentes ad disciplinam militarem, seu litterarum. ¶ Peculium quasi castrense quando consideretur in filio scholari, vel doctore. ¶ Donatio librorum facta per patrem filio scholari an sit nulla, & conualidetur patre viuente propter assumptionem doctoratus, & quid in filio scholari in sacris constituto, seu primæ tonsuræ. ¶ Filia an possint dici æqualiter tractari à patre quamuis vna habuerit maiorem dotem, quàm alia. ¶ Paragium quid significet. ¶ Verba dare, & concedere an importent donationem, & transferant dominium.

CAPVT CCXXXII.

Sequestratio quando possit fieri contra possessorem appellantem pendente appellatione, tam per Iudicem litis, quam per Ordinarium iuxta formam *clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct.* ¶ Et quo casu impediatur per tertium, qui venit ad causam pro suo interesse. ¶ Iudex primæ instantiæ quando possit reuocare sequestrum de consensu illius, ad cuius instantiam fuit appositum. ¶ Appellatio an admittatur à decreto sequestri, & quibus casibus in ea sit exprimenda causa, & quid in alijs interlocutorijs, quando iniquitas illarum detegitur tam ex allegationibus iuris, quam facti. ¶ Sequestrum an sit concedendum quando condemnatus possedit beneficium triennio, & quid in eius cessionario.

CAPVT CCXXXIII.

Donationes minorum an subsistant, si in eis interuenerit decretum iudicis, & auctoritas tutoris. ¶ Et quid si donentur immobilia ob causam remunerationis, aut fiat renunciatio per puellas ad fauorem fratrum. ¶ Consensus quando possit adhiberi ex interuallo. ¶ Donatio causa mortis quo casu permittatur minori. ¶ Venia ætatis quando efficiat minorem habilem ad donandum, vel solum ad contrahendum. ¶ Iuramentum an liget minoré etiam Iudęum. ¶ Fideiussio, & donatio minoris iurata quando valeat. ¶ Iuri prohibitiuo an possit renunciari præstito iureiurando. ¶ Fideiussores dotium quãdo possint dari. ¶ Et quid stante iuramento, & vbi attenditur ius ciuile. ¶ Mulier quando fideiubeat ob causam dotis. ¶ Ius canonicum corrigens ius ciuile in quibus casibus sit attendendum. ¶ Statutum laicorum disponens contra iuramentum quando sit validum.

CAPVT CCXXXIIII.

Euictio an debeatur, si res sit euicta ob iniunctum fideicommissum, & quando scientia vtriusque diuidentium sit necessaria, & quid si res spectet ad tertium ex alia causa, quam legati, seu fideicommissi. ¶ Euictioni an sit locus si res euincatur ex facto auctoris, vel ex natura rei, si illa fuerit partium consensu alterata, vt quia fuerit remissum fideicômissum, vel ab eo recessum ex consensu alienationis, & ex quibus verbis talis alteratio colligatur. ¶ Hæres quo casu possit venire contra factum defuncti, & possit retrahere ex forma statuti. ¶ Venditio an sit nulla, & euictio debeatur, si statutum non admittit ad retractum simpliciter consanguineum, sed vlterius mandat per venditorem fieri denunciationem vicinis, & venditor illam facere omiserit. ¶ Et an talis nullitas possit allegari per hæredem petentem retractum.

CAPVT CCXXXV.

Testamentum patris, seu matris inter liberos quãdo valeat sine testibus, & requiratur locus, dies, mensis, annus, locus loci, & nomen regnantis. ¶ Et an debeat legi, & publicari à notario. ¶ Et quæ requirantur ad illius validitatem, & quid in testamento ad pias causas. ¶ Scriptura priuata quando requirat tempus. ¶ Et an pro illius recognitione opus sit, quod testes fuerint præsentes, & viderint ipsam scribi, & an satis sit quod dicant habere notam manum. ¶ Periti quando sint proprie testes, & possint testificari per relationem ad alios, & recipi die feriata, & duo sint adhibendi, & quo casu vnus tantũ sufficiat, & quid in Iudice, Notario actorum sciente interpretari, & similibus, & quando in talibus honestas, & probitas vitæ requiratur, & meliores sint eligendi. ¶ Obstetrices an veniant in numero peritorum, & medicorũ. ¶ Dicto vnius quando sit standum, & quid in re graui, & in eo qui est à publico deputatus, vel à partibus eligeretur, & vbi commode plures haberi nõ possunt. ¶ Peritorum numerus si est taxatus, & non sint in loco, an vocẽtur ex locis vicinis. ¶ Onus probandi non adesse plures peritos in loco ad quem spectet. ¶ Et an sufficiat probatio præsũptiua. ¶ Scriptura an dicatur condita inter liberos, si in ea facta fuerit substitutio filijs per fideicommissum de persona extranea. ¶ Et an ex dicta scriptura debeantur legata extraneis.

CAPVT CCXXXVI.

Filius agens ad bona patris, vel aui quando consequi debeat alimenta, & expensas litis, & quid in emancipato, adoptiuo, legitimato, existente in vtero, & filia habente virũ, & tam in prima, quam in secunda instantia, siue agatur possessorio, seu petitorio, & in qualibet parte iudicij. ¶ Maritus an possit expellere vxorẽ ob dotem non traditã, & ei negare alimenta. ¶ Et quid si accepit nomina debitorum in dotem, & illorum exactio cuius expensis sit facienda, & de cautela mariti quando voluit circa hoc sibi præcauere. ¶ Accipiens vxorem sine dote an possit agere, vt illa sibi constituatur tam côtra patrem, quam vxorem. ¶ Sumptus litis, & alimenta quo casu debeant restitui per succumbentem in lite. ¶ Et quomodo illa taxentur, & quod tempus attendatur ad cognoscendum an sit præsumptio pro eo, qui petit tales expensas. ¶ Et an requiratur quasi possessio filiationis ad hoc vt illæ debeãtur. ¶ Et quid in filia, quę renunciauit, dum pẽdet causa renunciationis. ¶ Pactũ quod dos integra restituatur nulla facta diminutione expẽsarum necessariarũ an valeat. ¶ Vsufructuarius quas expensas debeat facere de suo, & quid in marito in causa dotis. ¶ Testium reprobatio an sit admittenda, si filius petat alimenta à patre. ¶ Et an illi possint recipi parte non citata. ¶ Causa priuilegiata in specie an comprehendatur sub concessione generali. ¶ Hæres ratione alimentorum an sit conueniendus intra tempora confessionis inuentarij. ¶ Iudex an possit se informare à testibus nondum publicatis, vt litis expensas, & alimenta decernat.

CAPVT CCXXXVII.

Fideicommissum de locis montium vacabilibus quod erat inutile an efficiatur validum facta subrogatione in rebus non vacantibus. ¶ Et quid in legato vsusfructus debiti ex re aliena an superueniente proprietate reconualescat. & ex eo constituatur vsusfructus formalis, & causalis. ¶ Et quid in legato rei feudalis, dotalis, emphyteusis, & similibus. ¶ Et in legato alimentorum, quod euanescit propter diuitias an resurgat adueniente necessitate. ¶ Legans fundum emphyteoticũ, etiam ecclesiasticum quid censeatur legare, & an debeatur æstimatio, & an si superuenerit proprietas cedat commodo legatarij. ¶ Testator si legat

quod

quod habet in potentia an intelligatur de iure competente in spe, perituro illius morte. ¶ Hæres quando teneatur rem alienam legatam præstare, & quæ actio competat legatario tã contra eum, quam aduersus dominum. ¶ Legans rem, in qua hæres habet aliquod ius an censeatur legare ius hæredis. ¶ Legatum vsusfructus an valeat, si ius quod habuit testator transeat ad hæredem etiam alio titulo, quam hæreditario. ¶ Testator sciens rem per eum possessam subiacere conditionibus extinctiuis an videatur eam tamquam alienam legare, & hęres teneatur eam præstare. ¶ Et quid si legetur cõiunctæ personæ, vel iure institutionis, seu legitimæ. ¶ Pater legãs dotem filiæ quamuis nullum ius habeat in re nisi in casu, quo decederet sine filijs, an videatur illud ius conditionale legasse.

CAPVT CCXXXVIII.

Iudicium possessorium decimarum adipiscẽdæ, retinẽdæ, & recuperandæ an debeat cognosci per seculares, seu ecclesiasticos. ¶ Et quid si contendatur de qualitate fructuum decimaliũ, furto illorum, vel quãdo est dubium an illi fuerint soluti, vel in laico cõductore decimarum, & in casibus mixtis, & in quibus solũ de illarũ facto quæritur, & an sit locus præuentioni. ¶ Causa iuramenti, & vsurarũ ad quẽ Iudicẽ spectet. ¶ Laicus quando conueniatur coram ecclesiastico ex locatione, legato, & actione personali concernẽte rem ecclesiæ. ¶ Cõcessio decimarũ facta Regibus quomodo intelligatur. ¶ Et quis Iudex sit cõpetens, & quid in decimis permutatis. ¶ Reditus spirituales, & oblationes an possint laicis concedi, & locatio eis facta valeat. ¶ Facultas percipiendi decimas quo casu posit in secularẽ transferri. ¶ Fructus decimarũ, seu beneficiorũ an valide locentur ad vitam, seu vltra trienniũ, & quid in illis, ex quibus vnicus tantum fructus percipitur quolibet triennio. ¶ Cõsensus partiũ an posit tribuere iurisdictionẽ seculari in causis decimarũ, & an super eis valeat compromissum. ¶ Laicus quando sit arbiter, & Iudex in causa matrimonij, & spirituali. ¶ Et quid in hoc operetur consuetudo, aut priuilegiũ, vel licentia superioris. ¶ Clericus spoliatus quando possit allegare priuilegiũ fori. ¶ Propter negligentiam Iudicis ecclesiastici an detur recursus ad laicũ, & talis recurrens sit excommunicatus, & incapax fructuum beneficij, & quando concedatur absolutio, & an probetur recursus per iura minus formiter extracta. ¶ Mulier an posit esse arbitrix, & cognoscere de causis decimarum, & esse procuratrix quãdo agitur de salute animarum. ¶ Ius decimandi an possit compromitti, ¶ Et trãsactio super decimis valeat. ¶ Clericus si adeptus fuerit possesionẽ decimarũ cũ decreto Iudicis secularis cũ clausula saluo iure an sit conueniendus coram eodem, quando prætenditur reuocatio dictæ immissionis. ¶ Delegatus ad cognoscẽdum de iure alicuius rei an cognoscat de possesione, & dominio.

CAPVT CCXXXIX.

Electio quando deuoluatur ad creditorem, si debitor non eligat in termino sibi præfixo. ¶ Permissum ad tempus quo casu post illud censeatur denegatum, & è contra. ¶ Temporum interpretationes non determinatæ an intelligãtur de decennio, seu de vlteriori termino. ¶ Variationi quando sit locus, si electio est data ab homine. ¶ Et an requiratur comminatio, vt non possit variari, & quo casu à dicta comminatione sit appellandum. ¶ Terminus ad eligendum, vel similis an sit peremptorius. ¶ Legatum quando sit indiuiduum & posit in parte eligi, & in alia repudiari. ¶ Et quid in legato alternatiuo, ¶ Creditor operarum, vel pro illis pecuniæ an possit partem in operibus, partem in pecunia prætendere. ¶ Et quando censeatur declaratum quod voluerit pecuniam, vel operas. ¶ Cogi quando posit quis præcise ad factum, vel ad totum interesse, si fecerit partem domus, & postea offerat interesse in reliquo. ¶ In alternatiuis electio ad quem spectet, tam in soluendo quam in repetendo solutum. ¶ Res integra quando dicatur ad hoc vt electio non habeat amplius locum. ¶ Et quo casu illa conualigetur, si fiat ante terminum datum ad eligendum,

CAPVT CCXXXX.

Vsuræ pupillares, vt præstentur, quæ probatio requiratur. ¶ Interesse damni emergentis, & lucri cessantis, quando incipiat. ¶ Et quibus casibus debeatur, & quomodo probetur. ¶ Vxor soluto matrimonio, quando posit petere vsuras dotis, seu alimenta. ¶ Tutor an excusetur si habet iustam causam credendi se non fuisse tutorem. ¶ Pecuniæ pupilli quo casu ponendæ sint ad honestum lucrum. ¶ Fructus dotis an debeantur mutata persona mariti. ¶ Hæres primi viri an teneatur dare alimenta secundo viro, cui vidua nupsit. ¶ Maritus recipiens pignus pro dote, an debeat excomputare fructus pignoris in sortem, & an illi debeantur recepta sorte. ¶ Tutor qui negotiatur cum pecunia pupilli, an cogendus sit illi restituere omne lucrum. ¶ Et quando teneatur ad interesse, & fructus, qui percipi potuissent ex re, quam debebat emere, & non emit. ¶ Et qualiter huiusmodi interesse sit taxandum. ¶ Emptum de pecunia pupilli inuenta in hæreditate an sit eius, vel tutoris, & quid in alia pecunia redacta ex venditione bonorum minoris. ¶ Vendens prædia quæ vendere non debebat an habeatur pro possessore, & frũctus restituat. ¶ Casus in quibus interesse non debet probari certitudinaliter, vt in fructibus rei, quæ debebat reinuestiri per administratorem, & in legato fructuum qui erant conuertendi in locis montium, vel similibus.

CAPVT

CAPVT CCXXXXI.

Debitor quando excuſetur à mora irregulari, ſi non adſit perſona legitima, cui pro minore poſſit ſolui. ¶ Et quid ſi ad eum pertineat tutela, & ſucceſſio. ¶ Et an hoc caſu ſufficiat admonere minorem, vt curatorem petat, vel etiam debeat facere illum realiter dari, & an requiratur actualis oblatio. ¶ Minores quando gaudeant priuilegio, vt abſque interpellatione debeant eis reſtitui pecuniæ cum vſuris, & intereſſe. ¶ Fructus legitimæ an debeantur ſtatim à die mortis, ſicut ipſa legitima, & quando illam non reſtituens teneatur ad fructus etiam conſumptos bona fide. ¶ Mora an incurratur ob non ſolutionem canonis hæreditate iacente, & quando ſit opus reſtitutione. ¶ Excuſandi an ſint debitores ab vſuris, quando non adeſt perſona, cui poſſit ſolui, quamuis illæ eſſent debitę propter moram regularem contractam per interpellationem. ¶ Et in quo differant vſuræ conuentionales ab illis, quæ debentur ex officio. ¶ Et quo caſu ſufficiat proteſtatio debitoris, quod ſolueret, ſi adeſſet perſona legitima, cui poſſet ſolui. ¶ Vſuræ conuentionales an debeantur propter moram irregularem, & quid in pœna legali, & conuentionali, & in vſuris debitis ex officio Iudicis. ¶ Propter moram quando quis teneatur de fructibus perceptis, & percipiendis. ¶ Et quid in venditione rei ſterilis, & an in ea conſideretur perceptio alterius vtilitatis, vt veniāt vſuræ compenſatiuæ. ¶ Mora quamuis ſit delictum an tranſmittatur. ¶ Adminiſtratores Reipublicæ, Eccleſiæ, & fiſci an teneantur ad intereſſe ex mora irregulari. ¶ Maritus an poſſit conſequi vſuras dotales quamuis eadem die non fuerit in loco deſtinatæ ſolutionis. ¶ Alimenta quando ſint præſtanda etiam nulla data mora.

CAPVT CCXXXXII.

Tutor & Minor an obligentur etiam ſine decreto ſi apponant pactum de retrouendendo incontinenti in emptione per eos facta. ¶ Et multa de intellectu *l. 1. in fin. de rebus eor.* ¶ Obligatio minoris an valeat ad fauorem fiſci. ¶ Minor accipiens ſine decreto emphyteuſim cum onere ſoluendi canonem an teneatur ad illius præſtationem, & quando aduerſus eam reſtituatur. ¶ Obligatio annui redditus an reputetur inter immobilia. ¶ Eccleſia, Minor Mulier, & ſimiles perſonæ, quæ læduntur in pretio. an reſcindant in totum contractum, vel agant ad ſupplementum pretij. ¶ Filiusfamilias emendo prædium quando faciat valide pactum de retrouendendo, itaut pater teneatur illi ſtare. ¶ Eccleſia an poſſit facere pactum addictionis in diem in re per eam empta, & quo caſu habeat reſtitutionem in integrum. ¶ Habens facultatem redimēdi ex pacto an præferatur vicinis, & conſanguineis, qui vigore ſtatuti poſſunt retrahere, & vendicare rem venditam.

CAPVT CCXXXXIII.

Aeſtimatio quanti plurimi vt habeat locum, quæ ſint probanda. ¶ Et in quibus caſibus debitor illa oneretur. ¶ Et quid ſi ſuperueniat penuria inſolita, in iure, in interpellatione facta intra nouem dies luctus, tempore quo ducitur vxor, vel audiatur miſſa, in contractu vſurario, in debito principali recepto abſque proteſtatione, ſi interpellato debitore ſtatim ſuperueniat difficultas ſoluendi. Quando fructus ſunt conſumpti, vel præſumantur conſumpti poſt triennium ex præſumptione legis, ſi creditor non adimpleuit, Et ſi eodem modo res fuiſſet peritura in manibus creditoris. ¶ Sententia lata contra mortuum an ſit valida, & competat reſtitutio. ¶ Dies luctus tres, ſeptem, nouem, & triginta, & quadraginta, ſecundum morem regionum. ¶ Et dilationes quę in d. diebus cōceduntur à quo tempore incipiant, & an tunc poſſit nunciari nouum opus. ¶ Sepultura defuncti an poſsit impediri pro debitis, & de reuerentia mortuis exibenda & fideiuſſoribus coniunctorum non moleſtandis intra dies luctus, & matre excuſanda ob non petitionem tutoris, ſi infra annum deceſſerint plures propinqui. ¶ Implementum ſolum quando conſtituat debitorem in mora. ¶ Et quid in marito, qui ſtatim ſuſtinet onera matrimonij, & an talis præſtatio onerum ſit facta cum diuiſione annorum pro rata cuiuslibet anni, itaut per hoc implementum contrahatur mora irregularis. ¶ Vſuræ in materia *l. curabit. C. de action. empt.* quando ſint debitæ ceſſante mora, vel data dilatione ad ſoluendum. ¶ Illicite quæſita an ſint communicanda in ſocietate omnium bonorum. ¶ Et epiſcopus quādo cogat ad reſtitutionem talium lucrorum. ¶ Onus probandi conſumptionem fructuum cui incumbat, vt incurratur mora. ¶ Fructus quando connumerentur inter ea, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. ¶ Frumentum quo caſu poſsit durare vltra triennium. ¶ Et an probatio renouationis illius faciat, vt veniat intereſſe. ¶ Aeſtimatio quanti plurimi an augeatur ex mora vſque ad executionem ſententiæ, & quouſque durat officium Iudicis tam exiſtente bona fide, quam mala, & probatione priuilegiata.

CAPVT CCXXXXIIII.

Soluto matrimonio quando debeantur mulieri fructus dotis, ſeu alimenta ob illius retardatam ſolutionem. ¶ Et quid in intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis, & quæ probatio in eo requiratur, & an ſufficiat præſumptiua, vel illa quæ reſultat ex qualitate loci, in quo paſſim ponuntur pecuniæ ad lucrum. ¶ Sponſus quo caſu acquirat fructus ex dote perceptos, & an requiratur decretum in dote ſibi à minore tradita. ¶ Recepta ſorte principali an poſsint peti tam acceſsiones ciuiles

ciuiles, quam naturales, & an protestatio in hoc aliquid operetur. ¶ Interpellatio an sit facienda ad effectum, vt sit debitum interusurium dotis taxatum per statutum. ¶ Et an per illud possit taxari certa quantitas. ¶ Vidua an prohibeatur petere alimenta, si illius exactio differatur ex consuetudine, seu statuto. ¶ Pater sustinens onera matrimonij, quando acquirat fructus dotis, & illi transeant ad hæredes. ¶ Maritus an priuetur vsuris dotalibus, si non sustineat onera matrimonij culpa vxoris.

CAPVT CCXXXXV.

Fideicommissarius ante restitutionem verbalem an habeat aliquod ius in hæreditate. ¶ Et quid de æquitate canonica, & vbi competit aliqua retentio. ¶ Trebellianica, & legitima an possit prohiberi filijs, & per quæ verba censeatur prohibita tam illis, quàm hæredibus extraneis, & quid in hoc operetur aditio hæreditaris. ¶ Verba pleno iure, plenarie, & similia, quid significent, & quando faciant substitutionem directam, seu fideicommissariam, itaut substitutus cum talibus verbis sit legitimus còtradictor, & impediat immissionem hæredis, & quo casu huiusmodi immissio impediatur. ¶ Conditiones appositæ in primis substitutionibus quando censeantur repetitæ in sequentibus. ¶ Statutum prohibens alienationem in forensem an sit validum, & possit confirmari, & comprehendat alienationes per vltimam voluntatem, & successionem ab intestato. ¶ Domini Ciuitatum an valide confirment statutum contra ius commune, & quo casu possint augere pœnam constitutionum superiorum. ¶ Dos consistens in creditis iuribus, & actionibus an habeatur pro vniuersitate bonorum, & ex ea sit debitum lucrum dotis marito, si adsit fideicommissum, vel quid simile.

CAPVT CCXXXXVI.

Legatarius quando dicatur contrauenire præcepto testatoris prohibentis, ne aliquid possit prætendere vltra sibi relicta, si impetrauit Iudicem, & iudicium mouit, vel porrexit supplicationem. ¶ Et quid si hæc fecerit euentualiter, vt posset deliberare, an expediret accipere legatum, & an ex hoc reddatur indignus commodo eiusdem legati, & ab illo eeciderit, vel potius requiratur confectio relicti facti, vel recusatio acceptationis illius. ¶ Exceptio adimplementi contra hæredem an possit opponi per legatarium. ¶ Agens de acquirendo, seu conseruando ius quæsitum, quando debeat soluere, vel sufficiat realis, seu verbalis oblatio. ¶ Pœna contrauentionis quo casu censeatur remissa per interpellationem de adimplendo. ¶ Priuatio ob molestias prohibitas inferri quomodo intelligatur, & de varijs modis turbandi, & molestandi. ¶ Periurium incursum quando possit remitti.

CAPVT CCXXXXVII.

In còtractibus, & donationibus causa mortis quando possint fieri substitutiones fideicommissariæ, & detrahatur trebellianica, & legitima, & acquiratur vtilis actio absenti substituto sine stipulatione, & detur reuocatio, & transmittatur ad hæredes conditione pendente. ¶ Feudum concessum pro se, filijs, ac descendentibus, an sit vnica concessio, & quid in emphyteusi, & donatione cum fideicommisso. ¶ In detrahenda trebellianica, & falcidia, quæ requirantur, & in quibus casibus sit locus illarum detractioni. ¶ Grauato dilapidanti quando bona sint in totum auferenda. ¶ Filius an possit grauari in legitima ex fideicommisso reciproco, & illi competat quærela inofficiosæ donationis, & quamuis illam tacite acceptet, an sibi præiudicet tam in legitima, quam eius supplemento, & quid in agnitione hæreditatis, & fideicommissi, & renunciatione facta in vita patris. ¶ Donatarius, vel hæres, quando ex eadem donatione possit vnam partem capere, & aliam repudiare. ¶ Patronus quo casu reuocet donationem factam per libertum, & an in hoc æquiparetur filio. ¶ Quærela inofficiosæ donationis ad quid fuerit inducta, & quando habeat locum, & quid in testamento inofficioso. ¶ Legitima an sit quota bonorum, & quomodo eius quantitas consideretur secundum tempus mortis, & an minuatur per alienationes, & contra eas habeat locum quærela inofficiosi. ¶ Ius petendi supplementum legitimæ quanto tempore duret. ¶ Legitimati quando habeantur pro veris legitimis, & sint sui hæredes, & iudicentur quo ad omnia tamquam filij legitimi, & naturales.

CAPVT CCXXXXVIII.

Repudiatio, & acceptatio legati quando pro parte possit fieri, & illius diuisio admittatur, & quid in conditione posita in legato, seu onere illi adiuncto, & quando relinquitur à diuersis personis, & sub diuersis clausulis, & orationibus, & quid in hæredis institutione, legato alternatiuo, & in pluribus subrogatis loco vnius, & similibus. ¶ Salarium debitum officiali remoto an sit debitum pro parte. ¶ Maritus quando possit repudiare legatum in præiudicium filiorum primi matrimonij, si mater instituit filium ex secundo viro, & plus relinquat marito, quam dictis filijs prioris thori. ¶ Variatio an concedatur circa vnum, vel circa plura, quæ habentur loco vnius. ¶ Executor quando debeat satisdare, & possit legatum repudiare, vt euitet satisdationem. ¶ Legatum tutori relictum an censeatur contemplatione tutelæ, itaut sit admittenda illius repudiatio. ¶ Dispositiones an intelligantur esse tot, quot sunt summæ. ¶ Legatarius, si decedat conditione non impleta, an transmittat ad hæredem tam legatum, quàm facultatem implendi conditionem. ¶ In hæreditate an possit fieri repræsentatio tam quo ad bona, quam circa tempus.

CA-

CXXIII.
beat locum, quæ
casibus debitor il
rueniat penuria
ione facta intra
uo ducitur vxor,
i vsurario, in de
e protestatione,
superueniat dif
ctus sunt consum
ti post triennium
ditor non ad
fuisset peritura
itentia lata con
: compeiat resti
m, nonem, & tri
m morem regio
diebus còcedun
& an tunc possit
ltura defuncti an
: de reuerentia
ibus coniuncto
s luctus, & ma
m tutoris, si in
ropinqui. ¶ Im
nstituat debito
arito, qui statim
an talis præstatio
e annorum pro
r hoc implemen
aris. ¶ Vsuræ in
upt. quando sint
ilatione ad sol
. sint communi
norum. ¶ Et
utionem talium
onsumptionem
rratur mora.
ntur inter ea
¶ Frumentum
onium. ¶ Et
i faciat, vt re
anti plurimi an
cutionem sen
m Iudicis tam
, & probatione

XIIII.

antur mulieri
illius retarda
interesse tam
mergentis, &
, & an sufficiat
ultat ex quali
tur pecuniæ ad
cquirat fructus
atur decretum
¶ Recepta for
am accessiones
ciuiles

CAPVT CCXXXXIX.

Filius quando habeat querelã inofficiosi, si aliquid acceperit ex eadem, vel diuersa voluntate, quam nititur impugnare. ¶ Et an possit acceptare legitimam sibi relictam per viam contractus, & respuere hæreditatem patris. ¶ Et an d. acceptatio sit facienda cum sua causa, & oneribus. ¶ De legitima quando sit reijciendum omne grauamen, & an requiratur expressa renunciatio, vt filius in ea sibi præiudicet. ¶ Et an agnoscendo hæreditatem patris, in qua fuit sibi prohibita legitima, censeatur illi renunciasse. ¶ Et quid, si in euentum contrauentionis, sit solum institutus in legitima.

CAPVT CCL.

Legatarius quando consequatur fructus rei legatæ ante acceptationem, & morã hæredis. ¶ Et quid in legato partis bonorũ, aut in diem, vel sub modo, aut conditione tacita, & expressa, & quando hæres esset paratus soluere, & in casibus, in quibus nõ transfertur dominium recta via in legatarium, vt in legato rei alienæ, vel hæredis, seu quantitatis. ¶ Hæres percipiens bona fide fructus rei legatæ, an debeat illos restituere à die litis contestatæ, quamuis aliàs deberentur à die aditæ hæreditatis. ¶ Et qualiter ista bona fides hæredis colligatur. ¶ Et ius controuersum, ac dubium legis falcidiæ ad hunc effectum, an excuset. ¶ Dictio, cum, vel, si, quando impediat transmissionem legati. ¶ Fructus sati, & pendentes tempore mortis testatoris, an veniant in legato fundi. ¶ Implendum post solutionem dotis quando dicatur modus, vel conditio. ¶ Legatum factum pro omni, & toto eo, quod quis prætendere posset an impediat, quod statim fructus nõ debeantur, & qualiter sit adimplendum. ¶ In legato duarum rerum alternatiue facto an veniãt fructus ante electionem. ¶ Et quid in legato sub conditione, si legatarius voluerit. ¶ Et quando illius negligentia in petendo, vel interpellatio in non acceptando, vel contrauentio ei noceat circa dictorum fructuum acquisitionem.

CAPVT CCLI.

Ademptio legati an sit fauorabilis, vel odiosa ¶ Et quando illud censeatur reuocatum per alienationem rei legatæ voluntariam, seu necessariam, pignorationem, locationem ad lõgum tempus, constitutionem vsusfructus, vel census, permutationem, exactionem debiti sponte, vel coactè factam, aut receptionẽ in solutũ, & in similibus casibus. ¶ Et quid si eius loco alia res subrogetur, vel fuerit deposita, aut vtiliter consumpta, vel sit mutata forma in materiam, vel quantitas in rem, aut species in aliam speciem tam per testatorem, quàm per hæredem. ¶ Legans fructus sibi debitos ex locis montium, & inuestituram ipsorum, postquam sint exacti, an videatur legasse etiam exactionem debiti. ¶ Transferri an dicatur legatum, vel adimpleri quando pro quantitate dotis rei legatæ traditur species, & è contra. ¶ Testator soluens in vita legatum, an possit illud reuocare cum fructibus perceptis. ¶ Et an talis repetitio fructuum vltra rem detur in donatione causa mortis tradita in vita donantis. ¶ Et quando legatum solutum in vita æquiparetur donationi causa mortis. ¶ Mulier an possit testari de dote, vel donare causa mortis, quando est ad alium applicata vigore contractus. ¶ Creditor, cui fuit legatum verum debitum à suo debitore, an actionem habeat tam ex testamento, quam ex contractu, itaut succumbens in vna ad aliam possit recurrere. ¶ Procurator an censeatur reuocatus per comparitionem domini. ¶ Ex alienatione cum pacto de retrouendendo, an censeatur recessum à legato. ¶ Serui subiecti restitutioni ratione contractus quando possint manumitti. ¶ Legatum nominis debitorum conceptum verbis respicientibus præteritum, vel commodum, an per exactionem extinguatur. ¶ Retrouenditio partis census facta venditori, quando inducat ademptionem legati.

CAPVT CCLII.

Descriptio nominum debitorum ad fauorem alicuius quando habeat vim donationis, seu administrationis. ¶ Et quid si fuerit simulatè facta. ¶ Et quomodo talis simulatio sit probanda. ¶ Per resignationem locorum montium, & officiorum, seu descriptionem in personam alicuius quo casu sit translatum dominium. ¶ Et quid si pretium dictorum locorum sit descriptum ad creditum patris resignantis. ¶ Et fiat alienatio per filium resignatarium de eiusdem patris consensu. ¶ Vel per patrem fructus percipiantur, an censenda sit retrodonatio. ¶ Et quando de illis pater teneatur reddere rationem filio, & possit conueniri actione negotiorum gestorum. ¶ Dominium quando probetur per æstimum, seu catastum. ¶ Mulier an censeatur dare nomina debitorum primi viri secundo marito, si non interueniat cessio. ¶ Vtilis actio an detur, si fuit relictum, quod alius mihi debet, & an dicatur legatum nomen debitoris. ¶ Et cessio quando debeat interuenire. ¶ Translatio dominij, quibus modis inducatur, & consensus Domini quando sit causa translationis illius.

CAPVT CCLIII.

Donatio facta per Romanũ extra vrbẽ absq; insinuatione quando sit valida, quãuis donans expresse profiteatur se viuere lege Romana. ¶ Et quid si postea ratificetur in vrbe. ¶ Statutũ quo casu liget personã sibi subditã, & sequatur quocũque vadat, & sit trahẽdũ ad bona extra territoriũ. ¶ Forensis quãdo cõprehendatur in statuto inhabilitãte personã ad contrahendum. ¶ Et quid si agatur de solẽnitatibus insinuationum, & similium, quæ requiruntur in contractibus.

CA-

CAPVT CCLIV.

Legatum sub conditione, si mulier nupserit, vel vt nubat titio an possit peti ante nuptias, & an requiratur cautio. ¶ Bibliotheca relicta ad vsum studij an contineat proprietatem, & pro tali legato quando sit prestanda fideiussio studendi per quinquennium. ¶ Positus in conditione in legatis an censeatur positus in dispositione. ¶ Frater doctor an debeat restituere libros, vel æstimationem alijs fratribus. ¶ Cõtractus quando corruat collato pretio in arbitrium tertij non arbitrantis. ¶ Et quid in dote seu illius augumento quo casu recurrendum sit ad arbitrium alterius, non facta æstimatione per eum, cui fuit commissa facultas declarandi. ¶ Vxor secundo nubens an censeatur dare augumẽtum dotis factum sibi à primo viro, vel ab alio. ¶ Et quando tale augumentum dici possit donatio propter nuptias. ¶ Pro legatis an detur via executiua. ¶ Lagatum ob causam nuptiarum an cõtineat tempus, vt præstetur post triẽnium à pubertate puellę, intra quod si nuptiæ nõ sequãtur conditio deficiat, & sit locus substitutioni, & an possit purgari mora. ¶ Et an istud triennium sit seruandum etiam in institutione hæredis, & conditione ingrediendi monasterium. ¶ Agens de acquirendo an debeat prius adimplere, & quando oblatio sufficiat, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. ¶ Conditiones ingrediendi monasterium an sint validæ, ita vt debeatur quod pro d. ingressu relinquitur. ¶ Festiuitas nuptiarum an sit intelligenda tã de contractu matrimonij, quam de lętitia conniuij. ¶ Scholaris non faciens festiuitatem iuxta formam statuti in doctoratu an male faciat.

CAPVT CCLV.

Donatio omnium bonorum, vel maioris partis an arguat donationem simulatam. ¶ Et quid in coniunctione sanguinis, & quãdo donãs remansit in possessione rerum donatarũ. ¶ Et quid in hoc operetur constitutum, aut iuramẽtum. ¶ Et de alijs præsumptionibus, & clausulis insolitis, indicantibus contractum simulatum. ¶ Et an sufficiat vnica coniectura, vel requiratur probatio perfecta, & plena. ¶ Causa & species simulationis quando sit probanda, & sit necessaria oppositio. ¶ Et an debeat interuenire à principio contractus, & quid si postea cessauit. ¶ Statutum an possit tollere simulationem, & an detur recursus ad iudicem ecclesiasticum. ¶ Simulatio quando reddat contractum ipso iure nullum.

CAPVT CCLVI.

Adiectio loci quando censeatur apposita demonstratiue, vel taxatiue in legatis, donationibus, & similibus dispositionibus. ¶ Et quid in dubio sit censendum. ¶ Appllatione rationis banchariæ quid veniat, & quando illius donatio extendatur ad lucra futura ad fauorem donatarij, & possit dici vniuersalis, vel particularis, vt sciatur, ad quem solutio debitorum spectet. ¶ Nomina debitorum an veniat in donatione omnium bonorum, quæ quis habet in tali loco. ¶ Legatum soluendum ex fructibus talis rei quando sit præstandum, si fructus non extent, & onus probandi illos non extare ad quem pertineat. ¶ Subreptio quando noceat in ijs, quæ sunt expressa circa qualitatem beneficij, seu in litteris iustitiæ causa demonstrationis, vel limitationis. ¶ Mutuum deducens in rescripto an possit postea agere ex alia causa. ¶ In adimendo legato an consideretur, quod illud fuerit relictum taxatiue, seu demonstratiue. ¶ Tempus adiectum substantiæ legati quando faciat conditionem, & impediat transmissionem. ¶ Numeri appositio an dicatur esse loco demonstrationis, seu dispositionis. ¶ Venditio fundi cum dolijs tot, quæ ibi reperiuntur, quomodo sit intelligenda, si dolia non adsint. ¶ Pensiones super fructibus beneficiorum an dicantur impositæ demonstratiue, vel taxatiue. ¶ Hypotheca tam generalis, quam specialis an inducatur per verba super, vel similia. ¶ Legatum de pecunia existente in certo loco, seu apud talem, quando sit debitum, si ibi non reperiatur. ¶ Et multa alia ad intelligentiam eorum, quæ occurrunt in varijs dispositionibus taxatiue, vel demonstratiue loquentibus.

CAPVT CCLVII.

Vicarij Episcoporum quando habeant salarium non conuentum. ¶ Et successor in Episcopatu ad illud teneatur. ¶ Et quid in habente redditus audientiæ Vicariatus, & similia emolumenta. ¶ Salarium non conuentum vt debeatur, quid sit probandum. ¶ Et an pro eo detur hypotheca, & Saluianum interdictum. ¶ Recuperãs rem à litibus quando sit præferendus in eadem re pro suo salario cæteris creditoribus. ¶ Et an debeat præstari cautio de restituendo. ¶ Consuetudo quid operetur circa solutionem salarij. ¶ Et an in huiusmodi causis sit admittenda appellatio, & valeat transactio, prout in alimentis. ¶ Aduocatis an sit dandum salarium non conuentum. ¶ Et quid in Procuratoribus ad negotia. ¶ Locator, & creditor posterior, qui ad rem conseruandam locauit, & impendit an præferatur doti. ¶ Vicarij Cardinalium Episcoporũ, & eorum Auditores generales, qui recipiũt certũ quid pro salario, & expensis, quo casu possint dici familiares, & continui commẽsales ad effectũ vt intret regula reseruatoria. ¶ Salarium an sit prestandum administrantibus bona debitorum.

CAPVT CCLVIII.

Præsumptio vsurarum, an inducatur ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo, elapso certo tempore, & non ante, vt sit necesse etiam quod emptor sit solitus fœnerari? ¶ Et an sufficiat

sciat rem esse delectabilem, quamuis non fructuosam ad arguendum vsuras. ¶ Et quo casu dicantur percipi fructus per oblectationem habitationis. ¶ Census an sit nullus stante pacto, vt non possit redimi, nisi post certum tempus, vel quod sit licitum repetere sortem, si non soluatur in tempore, vel bona censuata reperiantur obnoxia. ¶ Conuentio, vt res non redimatur, nisi proprijs pecunijs an sit valida. ¶ Et quæ sit propria pecunia. ¶ Pretij modicitas an probetur ex pacto, vt non redempta re intra certum tempus augeatur pretiũ, & an hoc pactum sit contra naturam contractus. ¶ Læsio in præsumẽdo pignore qualis esse debeat. ¶ Et quãdo pactũ de retrouẽdẽdo sit pars pretij. ¶ Onus gabellæ, laudemij, & similium an faciat excessũ & computetur ad rescindendam venditionem, itaut sit contrauentum statuto taxante pretium certum rei venditæ. ¶ Iudex quando possit ex officio verum valorem inquirere etiam post publicationem in causa, si in termino dato ad probandam læsionem nihil fuerit probatum. ¶ Et quid in obligationibus faciendi respectu eius, quod interest, & in iudicio reddendarum rationum, & in alijs, quorum certa quantitas nõ probatur. ¶ In venditione domus pro quadringentis aureis cum onere soluendi censum impositũ in eadem domo an debeatur gabella, tam respectu census, quam pretij dati in pecunia.

CAPVT CCLIX.

Neptis in quibus casibus sit dotanda ab auo tam paterno quam materno. ¶ Et quid si ipsa sit diues, vel emancipata, & habeat matrem ditiorem. ¶ Statutum quod filia dotata ab auo, vel patre non habeat regressum ad bona paterna, seu auita an illam impediat, vt nõ possit habere recursum ad eorum bona, si fuit dotata de bonis vxoris. ¶ Constitutio loquens per verbum dotare quomodo sit intelligẽda. ¶ Nepais defuncto patre quando incipiat tenere primum locum ex persona propria, & consequatur legitimã in bonis aui, si à patre fuerit illi assignata dos, qua deberet stare contenta secundum formam statuti tam Vrbis, quam aliorum locorum.

CAPVT CCLX.

Conditio extrinseca, & intrinseca quę sit, & quãdo illa reijciatur in deposito, respõsione ad positiones, & similibus, & quid operetur circa abdicationẽ dominij pretij oblati, vel depositi. ¶ Creditor an possit cogi ad faciendam liberationem generalem. ¶ Taciturnitas quando inducat cõsensum, vel requiratur protestatio. ¶ Depositum de moneta reprobata, vel de proximo reprobãda an valeat. ¶ Et in quo loco debeat fieri, siue sit depositum iudiciale, siue extraiudiciale. ¶ Pœna contra vendentem frumentũ, qui sciebat eius æstimationem esse minuendam. ¶ Et de eo qui vendit vinum, quod scit certo tẽpore corrumpi. ¶ Et de festinantibus ad delinquendum, qui sentiunt remissionem proxime promulgandam. ¶ Et de scientibus fœminam peperisse dissimulato partu, si prouocauit aliquem ad sponsionem.

CAPVT CCLXI.

Dominium quando sit probandum per mutuãtem qui agit ad repetitionem mutui, tam contra debitorem, quam aduersus alium possessorem non habentem vllam causam ab eo. ¶ Et an tertius prætendens se dominum posit impedire restitutionem rei mutuatæ, commodatæ, depositæ, & precario concessæ. ¶ Et quid in mutuo consumpto, an admittatur exceptio, quod res mutuata erat aliena, & hoc mutuans fateatur, vel potius tanquam mutuum reconciliatum sit restituendum. ¶ Tertius an impediat executionem sententiæ iam latæ, & quando is, pro quo facienda est executio debeat cauere de restituendo rem illi tertio opponenti, in casu in quo vincat. ¶ Agens hypothecaria an teneatur probare dominium, vel possessionem. ¶ Filijs agẽtibus cõtra parentes transeuntes ad secunda vota, an sufficiat probare bona ad eos peruenta fuisse apud defunctum coniugem, vel potius requiratur probatio dominij, & quo casu talis exceptio contra eos opponatur.

CAPVT CCLXII.

Interesse ad effectum exhibitionis, & existentiæ rei, cuius exhibitio petitur quomodo probetur, & de quo tempore de illo debeat constare, & quo casu detur actio ad exhibendum, & quando ad hoc requisitus posit admitti ad iuramentum circa amissionem scripturarum. ¶ Et quid in eo, qui tenetur ad illarum custodiam, & in tertio, ac notario, eorumque successoribus. ¶ Et de differentia inter eum, qui tenetur actione, vel officio iudicis ad custodiam. ¶ Nobilitas, & vitæ honestas an consideretur circa iuramentum, quod scripturæ sint deperditę. ¶ Delictum, aut damnum, quando præsumatur factum ab eo, qui habet interesse. ¶ Cedula producta in officio an sit de actis. ¶ Et quãdo notarius, seu eius successor teneatur ad illius exhibitionem. ¶ Et an posit dici constare de interesse, si aliunde creditum probetur. ¶ Et an sit considerabile præiudicium, quod tollatur via executiua per non productionem d. cedulæ quamuis posit ordinarie agi.

CAPVT CCLXIII.

Prædia, parietes, & similia, quæ sunt in medio quando præsumantur esse illius, cuius sunt extremitates. ¶ Ex fenestra existente in muro quo casu colligatur dominium parietis. ¶ Sententia lata secundum relationem periti communiter electi, vel per Iudicem an admittat appellationem. ¶ Peritorum dicta quando posint corrigi, & ab illorum relatione detur re-

tur restitutio in integrũ. ¶ Appellatio an prohibeatur in casibus, in quibus non esset admittenda stante notoria iniustitia, & nullitate. ¶ Relatio periti, & sententia Iudicis iuxta consilium alterius an valeat. ¶ Ratione notorij an possit omitti iudicium peritorium, quamuis statutum prohibeat sine illis iudicari.

CAPVT CCLXIV.

Hæres promittens soluere legata an censeatur renunciare beneficio inuentarij. ¶ Et quid stante clausula, insolidum, obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, promissione de indemnitate, vel de integre satisfaciendo cum renunciatione iurata, & omni legum auxilio, & similibus clausulis. ¶ Verba quando sint intelligenda secundum dispositionem iuris, vel naturam rei. ¶ Hæres promittens soluere, vel soluens vnum ex legatis inutilibus, vel ante diem an teneatur ad solutionem aliorum, & quid respectu loci. ¶ Approbatio actus, seu testamenti, vt valeat in vim pacti, quid debeat cõtinere, & an requiratur præsentia partis. ¶ Et quando noceat hæredi respectu personarũ incapacium, quibus relictum est. ¶ Et an debeat esse actus non omnino nullus, vt confirmatio operetur. ¶ Et an post approbationem semel factã detur amplius reprobatio. ¶ In iudicio possessorio quando sit permissum opponere incapacitatem heredis, vel testatoris. ¶ Exceptio dominij an admittatur in possessorio saluiani. ¶ Executio instrumenti an retardetur per exceptionem simulationis, & enormissimæ læsionis. ¶ Defectus legitimitatis quando sit reseruãdus in iudicio petitorio. ¶ Filius institutus tamquam legitimatus an debeat immitti in possessionem, & sufficiat ei ostendere priuilegium legitimationis.

CAPVT CCLXV.

Ius excipiendi competens principali quando transeat ad singularem successorem etiam sine clausula cessionis. ¶ Hæres pendente conditione fideicommissi an possit alienare res fideicommissarias, & quando causa detractionis trebellianicæ, & legitimæ sit considerabilis pro confirmatione alienatorum. ¶ Priuilegium non imputandi fructus in legitimam, & trebellianicam an competat nepotibus. ¶ Et in quibus nepotes, & filij æquiparentur. ¶ Differentia quæ sit inter detrahere trebellianicam, ac aliquid in eam imputare, & inter eligere rem in trebelianicã imputandam, illamque alienare. ¶ Alienatio ob causam trebellianicæ an valeat, si hæres alienãs percepit tot fructus, qui implerent d. trebellianicam. ¶ Et quando illius detractio sit facienda in vna re, vel in singulis rebus hæreditarijs. ¶ Filius grauatus quo casu possit detrahere trebellianicam, & legitimam ante conditionis euentum. ¶ Tutor emens nomine pupilli prædia ex pecunia hæreditaria quando dicatur elegisse legitimam, & trebellianicã in d. pecunia.

CAPVT CCLXVI.

Verba plene, & integre posita in sententia saluiani interdicti an faciant mixturam, vel intelligantur solum ad effectum possessorij. ¶ Aegidiana an habeat locum in quacunque instantia. ¶ Sententia an sit appellabilis, in qua pronunciatur actorem esse hæredem hæredis. ¶ Saluianum interdictum an detur pro rebus cuiusuis debitoris. ¶ Appellatio an admittatur à sententia de associando in possessionem stante clausula illam ingrediendi auctoritate propria. ¶ Immissio auctore prætore an idem operetur, quod expulsio violenta quo ad perdendam possessionem. ¶ Hæredis appellatione quando veniant omnes in infinitum. ¶ Sententia lata sine probationibus an sit nulla tam in criminalibus, quàm in ciuilibus. ¶ Suspenso petitorio an remaneat Iudex solum in possessorio, ita vt non sit opus reuocare sententiam primam, à qua fuit appellatum. ¶ Mandatum de manutenendo quando possit dari non obstante possessione aduersarij antiquiori. ¶ Laudes Rotæ Romanæ ex diuersis auctoribus.

CAPVT CCLXVII.

Ius filiationis, & seruitutis quando amittatur, si pater & patronus filios, & seruos exponunt. ¶ Et quo casu agnitio de eis postea facta operetur possessionẽ d. filiationes etiam secuta thori separatione inter coniuges. ¶ Natus ex vxore post diuortium quando præsumatur filius mariti, & ab eo sit alendus. ¶ Parricidij reatus an consideretur in filio exposito occidente patrẽ. ¶ Legitimatio an valeat quamuis non probetur certa mater legitimati. ¶ Expositi an habeantur pro vulgo quæsitis, vel legitimis, & an sint capaces ordinum, successionum, ac dignitatum. ¶ Et quid stante statuto, quod ad beneficia non admittantur, qui descendunt ex Iudæis, vel Mauris, aut sunt aliqua macula infecti. ¶ Agnitio partis facta de filio quando constituat illum in quasi possessione filiationis etiã contra illos sic tractantes patre vita functo. ¶ Mater an iudicetur in quasi possessione maternitatis mortuo filio. ¶ Post humus an præsumatur filius ex solo nomine patris. ¶ Dotandi necessitas an expiret in patre exponente filiam quamuis non habeat patriam potestatẽ. ¶ Alẽs seruum, vel filium expositum quando repetat à patre, vel domino alimenta, & alias expensas factas pro illo erudiendo. ¶ Natus in domo ex vxore an præsumatur filius mariti non obstante assertione parentum in contrarium. ¶ Expositi antiquitus vbi alerentur.

CAPVT CCLXVIII.

Temporis antiquitas in transumptis quando faciat præsumere interuenisse citationem, & alias solemnitates. ¶ Et an requiratur illarum enunciatio. ¶ Et quo casu debeant esse

triginta, vel centum anni. ¶ Et quid in præsumendis solemnitatibus sententiæ, seu decreti. ¶ Inualiditas transumpti an posit à Iudice opponi ex officio. ¶ Clausula generalia contra quid operetur, & an habeat vim oppositionis in specie. ¶ In possessorio quando requirantur plenæ probationes, vel sufficiant leuiores. ¶ Immissio in possessionem iuxta *l. fin. C. de edict. diu. adr. toll.* an detur vigore transumpti. ¶ Notario transumptanti scripturas alienas an sit fides adhibenda. ¶ Solemnitas extrinseca in antiquis an præsumatur contra minorem, & quando agitur de substantia actus. ¶ Copia, & scriptura in formis iunctis adminiculis an probet, & qualia debeant esse tam in probando matrimonio, quam in similibus casibus. ¶ Præsumptiua probatio in antiquis an sufficiat, si vigore statuti debeat esse plena, & perfecta. ¶ Exemplum sumptum in vim compulsoriæ an probet sine citatione, quando pars fuit citata in Curia Romana ad videndum decerni compulsorias ad partes pro extrahendis iuribus. ¶ Legata, & testamenta ad pias causas per quem notariũ debeant exemplari, & coram quo Iudice. ¶ Laicus an possit esse Vicarius Episcopi. ¶ Instrumentum, & testamentum probatum per testes an habeat executionem paratã, & priuilegium immissionis in possessionem. ¶ Varij casus, in quibus transumpta probant sine citatione, & solemnitatibus, quæ pro illorum validitate requiruntur.

CAPVT CCLXIX.

Soluens pro debitore quando habeat actionem personalem, & hypothecariam competentem illi creditori, cui fuit solutum. ¶ Et quid in fisco, & tertio omnino non extraneo, sed creditore debitoris, quãuis posteriore in tempore. ¶ Conuentio, vt transeat hypotheca, qualis debeat esse, & an requiratur, vt Iudex actiones transferat. ¶ Ius excipiendi, seu retinendi an acquiratur sine aliqua conuentione emptori, cuius pecunia ad priorem creditorem peruenit, & ei qui credidit debitori pecuniam, quam nullo pacto intercedente ipse debitor soluit priori creditori. ¶ Et an sit cadat à possessione pignoris retẽti possit illud recuperare à possessore sine excussione. ¶ Prohibita petitione an prohibeatur retentio. ¶ Hæres soluens debita hæreditaria an acquirat iura creditorum, & prælationem, ita vt excludat legatarios. ¶ Emptor quando dicatur factus dominus rei emptæ, ita vt hoc respectu non possit res sua sibi esse obligata. ¶ Ius retentionis an transeat ad singularem successorem sine cessione tam in prophanis, quàm in beneficialibus. ¶ Bona hæreditaria empta per hæredem à creditoribus an subiaceant oneri hypothecæ, si alij posteriores velint illa petere.

CAPVT CCLXX.

Episcopus in ecclesia cathedrali regulari quando sit loco Abbatis monachorum, & habeat iurisdictionem in eos priuatiue, & possit illorũ excessus punire absque Abbatis consilio, & consensu. ¶ Archiepiscopus Montis Regalis quam iurisdictionem habeat in monachos monasterij Montis Regalis. ¶ In ecclesijs cathedralibus regularibus Clerici seculares an teneantur interesse diuinis officijs simul cum monachis, & illis se conformare. ¶ Et qualis sit ista conformatio. ¶ Et an Episcopus possit mutare statum, & ritum monachorum circa diuina officia, & facere choros separatos inter clericos, & monachos. ¶ Comissio causæ per Papam monacho habenti administrationem in ecclesia Cathedrali an valeat si de monachatu non fiat mentio. ¶ Monachus Episcopus, seu Canonicus Ecclesiæ cathedralis an possit esse delegatus Papæ. ¶ Iurisdictio, seu donatio iuris præsentandi quãdo censeatur cumulatiue, vel priuatiue. ¶ Fundator beneficij nominans extraneum in patronum an præsumatur eum nominasse cum se ipso, & proprijs suis hæredibus. ¶ Vnio an sit declaranda sine præiudicio tertij, & iurisdictionis alterius. ¶ Mensa separata monachorum canonicorum, vel sæcularium an inferat ad non iurisdictionem Episcopi. ¶ Dispositio Concilij sess. 21. c. 8. an comprehendat monachos canonicos. ¶ Verba, debet, oportet, secundum voluntatẽ, insimul, vna cum, & similia qualiter intelligantur. ¶ Choragus, & Choraginm quid significet. ¶ Et quomodo chori antiquitus erant diuisi in duas partes. ¶ Taciturnitas quando habeatur pro consensu. ¶ Statuta monachorum an possint reuocari per Episcopum.

CAPVT CCLXXI.

Hæreditas paterna legitima, supplementum, legatum, & similia iura quando possint repudiari in præiudicium creditorum & fisci. ¶ Et quid in foro conscientiæ. ¶ Et an huiusmodi debitores, & illis talia consulentes peccent mortaliter. ¶ Legitima ante petitionem an transmittatur, & publicatis bonis filij publicetur. ¶ Ius adeundi an veniat in generali obligatione, & trãseat ad creditores, vel ad fiscum, & pro eo competat saluianum interdictum. ¶ Filius suus, & in potestate an transmittat hæreditatem non adiã ad quoscunque extraneos hæredes. ¶ Pater an possit in præmium emancipationis remittere vsumfructũm filio ex bonis aduentitijs sibi debitum in præiudiciũ creditorum. ¶ Et an tale dominium acquiratur patri ignorãti, & inuito. ¶ Renũciatio iuris quærendi cum quæsito an admittatur.

CAPVT CCLXXII.

Ius accrescendi tam legale, quã conuentionale an habeat locũ in emphyteusi, & illius renouatione. ¶ Et quid in cocessione facta à Principe, seu inferiore ab eo. ¶ Et post ius alteri quæsitum. ¶ Et stantibus verbis quod pars præmorientium ad superstites superueniat. ¶ Vel vsq. in tertiã generationem, & cuiuslibet ipsorum. ¶ Vel pro se & hæredibus ex ipsis, seu eorum altero. ¶ Vel post

mortem ipsorum, & cuiuslibet ipsorum. ¶ Vel post obitum aliorum, & nepotum. ¶ Vel pro se filijs & hæredibus, & in similibus dispositionibus. ¶ Emphyteuta vno renunciante quando alius consequatur portionem ilius. ¶ Laudemium an debeatur ab illis, qui sunt compreheñsi in contractu. ¶ Et an pro eo competat tacita hypoteca, sicut pro tributis. ¶ Patronus an possit donare suum ius patronatus cópatrono sine consensu Episcopi. ¶ Simplex relatiuum eorũ, an addat, vel tollat ius accrescendi, si non adijciatur verbum omnium. ¶ Dictiones distributiuæ quando vnicuique rem distribuant. ¶ Donatarius cui fuit donatum post mortem an possit petere cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. ¶ Et an requiratur mors amborum. ¶ Et an talis donatio post mortem comprehendat bona futura.

CAPVT CCLXXIII.

In dubio an intelligatur potius depositum, quam mutuum. ¶ Et quæ actio competat contra mercatorem exigentem pecunias alicuius, & illas in suo bancho deponentem. ¶ Depositi priuilegiũ an cesset, si mihi dederis pecuniam, eamque apud te deposuerim. ¶ Et an tali casu detur retentio, & compensatio. ¶ Obligatio vnius correspectiua ad obligationem alterius quãdo corruat prima deficiente. ¶ Pecunia deposita ad emptionem prædiorum an habeat priuilegium depositi. ¶ Cessio accessoria ad contractum nominatum an requirat solemnitates, quæ debent interuenire in actu principali. ¶ Et quando dicatur cessio accessoriè facta. ¶ Procurator non restituens instrumenta sibi tradita qua actione teneatur. ¶ Contractus secundus accedens primo an sit nouus, vel informatio ipsius prioris. ¶ Gabella debita ex omnibus contractibus excepto deposito an sit soluenda, si quis deposuerit cum pacto, vt pro eo aliquid facias. ¶ Societas an dicatur diuersa à prima facta per filium in potestate, si in ea perseueret post emancipationẽ. ¶ Et quid in societate arrogati, vel serui. ¶ Mandatum an dicatur, vel depositum, si committatur seruari rem ab alio eius nomine receptam. ¶ Contractus an assumat nomen à donatione in eo admixta. ¶ Et quando insinuatio requiratur in donationibus factis in contractibus venditionum, aut similium. ¶ Episcopus an possit habilitare spurium ad canonicatum, quãuis in eo possit esse præbenda habens annexam ecclesiam parochialem, cuius est incapax. ¶ Dignitas quæ habet parochialem annexam accessoriè an requirat examen cõcursus. ¶ Permutatio an dicatur, vel venditio, si pro fundo empto detur alter fundus, & pecunia. ¶ Statutũ quod non petens suum creditum non audiatur post certum tempus an habeat locum in credito calculato. ¶ Donatio an egeat insinuatione, si testator legat cum promissione non reuocandi, & casu quo reuocaret, ex nunc donat inter viuos. ¶ In eodem testamento an possit dispo-ni, quod non reuocetur legatum. ¶ Donatio causa mortis quando sit similis legato, & vltimæ dispositioni, & reuocetur per pœnitentiam. ¶ Depositum ob causam mutui, quo casu reguletur secundum naturam mutui, & intellectus *l. fin. C. deposit.* cum alijs quando initium contractus sit spectandum.

CAPVT CCLXXIIII.

Legatum quando censeatur relictum animo compensandi cum debito testatoris tam voluntario quam necessario. ¶ Et de varijs coniecturis ad inducendã talem compensationẽ. ¶ Et quando potius dicatur computatio, quàm compẽsatio. ¶ Et an illa sit admittenda, quamuis legatum fuisset factum cum onere restituendi. ¶ Mandatum cũ clausula, quod possit extẽdi à quocũque notario, cũ alijs facultatibus procuratori bene visis an sit generalissimum, & perinde ac si esset apposita clausula pro expressis. ¶ Procurator cõstitutus ad causas in Romana Curia deuolutas an intelligatur etiã ad deuoluẽdas. ¶ Et quãdo verba ad causas meas posita in mãdatis cõprehendant tam lites præsentes, quam futuras.

CAPVT CCLXXV.

Institutus in re certa an sit loco legatarij, vel hæredis. ¶ Substitutio pupillaris quando extendatur de persona ad personam, & de casu ad casum. ¶ Et quid stantibus coniecturis, & quales debeant esse. ¶ Et quando adsunt verba tunc & eo casu, in hæreditate, & bonis, vel in alijs bonis aut similibus. ¶ Vel si ageretur de priuanda matre à successione filij. ¶ Vel de conseruanda agnatione. ¶ Legatũ pro dote an transmittatur si legataria decedat ante nuptias tam si fuerit factum ab extraneo, quam pro legitima. ¶ Hæres vniuersalis an dicatur institutus in bonis exceptis. ¶ Mater quando excludatur per substitutionem pupillarem à legitima.

CAPVT CCLXXVI.

Per obitum vnius ex socijs quando societas expiret, vel transeat ad hæredes, & eorum hæredes. ¶ Et quid in societate vectigalium & similium rerum publicarũ. ¶ Et stante conuentione iurata de continuanda societate cum hæredibus. ¶ Dispositio mixta quando cõprehẽdatur sub simplici. ¶ Fideiussor qui accessit societati ad sex menses an possit conueniri, si fuerit disdicta infra dictum tempus. ¶ Solutio an possit fieri vni soli si mandetur fieri duobus. ¶ Ius accrescendi quando habeat locum in diuersis hæreditatibus. ¶ Compendium perceptum ex re communi quando post finitam societatem sit communicandum. ¶ Conductio pro certa fructuum quantitate an dissoluatur morte, vel transeat ad hæredes. ¶ Per obitum fideiussoris an sit extincta societas. ¶ Electio sociorum an debeat fieri de voluntate locato-

ris, & cum præſentia ipſius. ¶ Pactum inter ſocios, vt capitale non poſsit repeti iuxta triennium an intelligatur ſi interim per mortem alicuius ſocij non ſit finita ſocietas. ¶ Hæres ſocij an debeat perficere negotium cœptum cum defuncto, & lucra ex eo communicare. ¶ Iuriſdictio Vicarij an expiret per obitum Epiſcopi etiam quo ad cauſas cœptas. ¶ Et quid in poteſtate tutoris, & actoris finita tutela. ¶ Officia Romanæ Curię an transmittantur ad hæredes, & priuilegia conceſſa ratione dictorum officiorum tam perſonalia, quàm realia expirent per obitũ officialis. ¶ Et quomodo iudicentur talia.

CAPVT CCLXXVII.

Exceptio amicitiæ, affectionis, intereſſe, paupertatis, ludi, affinitatis, & ſimilium inhabilitatum quando repellat teſtes. ¶ Probatio per rei euidentiam an ſufficiat quamuis teſtes non concludant. ¶ Repetitio teſtium ad declarandum eorum depoſitiones quando poſsit fieri. ¶ Dictio in circa quo caſu referatur ad modicam quantitatem, vel ad paruum tempus, & ſtetur arbitrio Iudicis. ¶ Diſpoſitio teſtium per verba plus, vel minus, circa, fere, vltra, cum ſimilibus quando valeat. ¶ Et quid ſeruetur in materia liquidationis. ¶ Et an libellus continens dicta verba ſuſtineatur.

CAPVT CCLXXVIII.

Vniones de beneficijs reſeruatis quando poſſint fieri per Ordinarium, & inferiorem à Papa. ¶ Et præſumantur factæ in fraudem Sedis Apoſtolicæ. ¶ Et ex quibus talis fraus colligatur. ¶ Poſſeſſio decennalis beneficij an deſeruiat pro titulo. ¶ Defectus conſenſus Capituli in vnionibus per quem poſsit opponi. ¶ Vicarius, & Archidiaconus an valide vniant beneficia. ¶ Et an talis prouiſus ibi eis agat ſpolio. ¶ Præbendæ an debeant eſſe diſtinctæ, vt valeant vniones factę per Epiſcopum, & quæ requirantur pro illarum rvaliditate. ¶ Minor fraus an conſideretur in beneficio affecto vnito ratione perſonæ, quam in reſeruato. ¶ Prohibitio generalis an tollat vniones vigore Concilij. ¶ Et propter augumentum Eccleſiæ, & cultus diuini. ¶ Beneficia reſeruata quando poſſint vniri Seminario ante illius erectionem, & receptionem ſcholarium.

CAPVT CCXXIX.

Socius quando poſſit obligare conſocium inſolidum, & cum obligatione camerali, & ſimilibus clauſulis. ¶ Et an talis obligatio intelligatur tãtum pro rata eius portionis, quam habet in ſocietate. ¶ Et an ſit probandum mercés, quarum occaſione fuit contractum eſſe verſas in vtilitatem dictæ ſocietatis. ¶ Pupillus quando poſsit obligari per tutorem etiam perſonaliter, & in forma cameræ. ¶ Confeſsio facta ad aliũ finem, non animo obligandi an præiudicet.

¶ Productio tituli inualidi quando excludat producentem, vt poſsit allegare alium titulum validum. ¶ Approbatio an inducatur ex productione iurium, & capitulorum in eis contentorum. ¶ Impugnans iura contra ſe producta an poſsit ſe ex illis iuuare. ¶ Et an Iudex valeat ſe fundare ſuper probatione impugnata ad fauorem impugnantis. ¶ Appellatione pendente ſuper excuſatione tertiæ tutelæ, ſi appellans eligatur ad quartam tutelam, an poſsit ſe excuſare ex tertia, quam impugnauit. ¶ Obligatio minoris exercentis mercaturam an valeat ſine ſolemnitatibus. ¶ Et præſumatur in dubio contractũ in cauſam mercaturæ, & quod ſit in eam verſum. ¶ Appellatio an prohibeatur tam quãdo Iudex committit executionem, quam ſi pronunciat eſſe exequendum. ¶ Inter Mercatores an attendatur diſcuſsio. ¶ Socius an obligetur ſolum pro quantitate poſita in ſocietate. ¶ In negotio ad vnum ſpectante quando correus videatur intercelsiſſe tanquam fideiuſſor.

CAPVT CCLXXX.

Fideicommiſſum an inducatur per prohibitionem alienationis ſine cauſa tam reſpectu rei, quam temporis, & reſpectu exceptionis, & liberationis, & quid ſi fuerint plures prohibiti alienare. ¶ Verba nullo modo, & ſimilia quando inducãt præceptum, ſeu conſilium. ¶ Prohibitio alienationis habens cauſam annexam, quod bona remaneant in familia quando ſit extendenda, & debeat reſpicere fauorē certæ perſonæ, vel ſufficiat ſolus fauor teſtatoris. ¶ Ex prohibitione alienationis rerum de ſui natura prohibitarum an colligatur tacita cauſa, quę veſtiat ipſam prohibitionem. ¶ Diuiſio quando poſsit à teſtatore prohiberi ad tempus. ¶ Prohibitio nuda an inducat fideicommiſſum, & habeat in ſe tacitam cauſam fauore filiorum, vel ſi poſsit colligi ex verbis teſtamenti, quo fuerit facta contemplatione alicuius. ¶ Alienatio rerum prohibitarum quando valeat ſtante conſenſu eius, cuius fauorem prohibitio cõtinet. ¶ Onus appoſitum in legitima an valeat reſpectu temporis appoſiti ad commodum filij. ¶ Confeſsio, obligatio, diſpenſatio, & ſimilis diſpoſitio an ſine cauſa ſuſtineatur.

CAPVT CCLXXXI.

Actiones quæ inſolidum ſunt apud cedentem quando debeant etiam inſolidum cedi fideiuſſori ſoluenti. ¶ In remiſsione pignoris quo caſu requiratur expreſſus conſenſus. ¶ Et quando remiſsio hypothecæ debeat extendi ad alias res & perſonas. ¶ Et quid in muliere remittente. ¶ Fideicommiſſarius conſentiens alienationi rei per fideicommiſſum relictæ an ſibi præiudicet in pretio, vel æſtimatione illius. ¶ Fideiubẽs in venditione an cenſeatur conſentire contractui, pro quo fideiuſsit. ¶ Et quid in minore conſentiente cum iuramento, & in contractu conditionali. ¶ Pater fideiubens pro filio an dicatu

catur satisfecisse statuto prohibenti filium non posse obligari sine consensu patris. ¶ Promittens de euictione non potest euincere quidquid aliud sit in hærede illius.

CPVVT CCLXXXII.

Cura delata à Iudice præsente adulto an faciat præsumere petitionem illius præcessisse. ¶ Curator quando possit confirmari inuito adulto. ¶ Durante tutela, seu cura an possit agi ad reddendam rationem administrationis. ¶ Et quid si agatur pro emendatione damni particularis. ¶ Tutor de facto administrans an incurrat pœnas statuti loquentis de tutore. ¶ Fideiussor promittens pro custode castri ad tempus an teneatur de custodia post d tempus. ¶ Contractu principali sublato an accessoria cum guarantigia, & pacto executiuo tollantur. ¶ Declaratio an requiratur, quod quis non sit tutor antequam possit agi ad reddendam rationem contra eum tanquam tutorem putatiuum.

CAPVT CCLXXXIII.

Distributiones quotidianæ an veniant appellatione fructuum, & redditum. ¶ Residentia ficta quid operetur, & an fingat in præiudicium iuris alteri quæsiti. ¶ Dispositio loquens de fructibus quando comprehendat futuros. ¶ Decretum irritans an liget ignorantes, tollat possessionẽ, ac titulum, consuetudinem præteritam, aut futuram, & præscriptionem ¶ Priuilegium absentię causa studiorum an comprehendat distributiones quotidianas. ¶ Clerici studentes in iure ciuili, vel similibus scientijs an percipiant fructus beneficiorum, vel requiratur, vt incumbãt studio Theologię, seu Canonum. ¶ Possessorium an possit omitti, & pronunciari super petitorio stante decreto irritanti. ¶ Dispensationes de nõ residendo occasione studij etiam per sedem Apostolicam concessæ an valeant sine consensu Ordinarij loci, in quo beneficia, consistunt.

CAPVT CCLXXXIIII.

Honor an consistat in salutatione, & quando in ea sit deferendum Administratoribus Ciuitatum, Nobilibus, Iudicibus, Principibus, Mulieribus, & similibus. ¶ Et de pœna contrafacientium. ¶ Honoratorum appellatione qui veniant. ¶ Omittens salutare quando præsumatur inimicus. ¶ Et an talis causa sit iusta recusandi Iudicem. ¶ Salutationes an sit appetendæ, & petendæ. ¶ Et quo casu sint prohibitæ. ¶ Exẽpla varia indignationis ob honorem salutationis, & similis obsequij non exhibitum. ¶ Prout è cõtra spretus, & contemptus illius ¶ De more antiquo salutandi Magistratus, ac Potentes viros admouendi manum ori, assurgendi, & descendẽdi de curru, & quid hodie seruetur. ¶ Pater quando debeat salutare filium, & è conuerso. ¶ Vestes pulchræ quibus conueniant, & quis honor illis debeatur. ¶ Consuetudo nautica qualis sit circa salutationem nauium inuicem occurrentium. ¶ Subrogatus quando assumat qualitatem principalis in honore, & reuerentia. ¶ Osculandi mos pro salutatione vnde introductus. ¶ Detecta capita an sint firmior a cõtra vim algoris, & caloris. ¶ De varijs modis salutandi apud diuersas gentes. ¶ Et de Nomenclatore quare antiquitus habito. ¶ Sternutantes ob quam causam salutabantur, & illis genua flectebantur. ¶ Et vnde hoc originem sumpserit. ¶ Reuerentia an sit exhibenda etiam ab exemptis. ¶ Salutis augurium, & templum apud Romanos quale fuerit. ¶ Modus salutandi per verba Deo gratias à quibus inuentus. ¶ Salus & Apostoli a benedictio à quo primo posita in præfationibus. ¶ Salutatio in litteris quibus non sit danda. ¶ Et cur à multis fuerit omissa, & inter præsentes denegata. ¶ Princeps quem honorem exhibeat Iuris peritis, & suis Consiliarijs, ac Officialibus. ¶ Doctores quando debeant sedere cum Iudicibus.

CAPVT CCLXXXV.

Fideicommissum reciprocum, vel vulgaris substitutio quando indueatur inter descendentes. ¶ Et quid in vocatis per compendiosam verbis communibus, seu collectiuis. ¶ Proximior vltimo defuncto, vel testatori an præferatur in fideicommisso, feudo, & emphyteusi. ¶ Fideicommissum expressum quando colligatur, & quod debeat dici reale, vel in personam. ¶ Vocatio masculorum cum exclusione fœminarũ quo casu dicatur facta, vt bona conseruentur in familia, & indicant fideicommissum, & tractũ successiuum etiam inter descendentes. ¶ Conseruatio bonorum apposita in prima institutione an sit referenda ad substitutos. ¶ In relictis singularibus an sit differentia, vt ponantur verba directa, vel obliqua. ¶ Fideicommissum quando ad omnes propagetur, si fuerit relictus fundus posteris, & descendentibus, liberis, agnatis, coniunctis, consanguineis, & similibus.

CAPVT CCLXXXVI.

Cessio post solutionẽ, & ex interuallo quando possit fieri, & sit valida pro pretio confessato non interueniente pecunia. ¶ Intellectus *l. per diuersas. C. mandat.* & in qua cessione locum habeat. ¶ Fideiussores plures dati in executionem promissionis prius factæ an dicantur fideiussisse contemplatione mutui periculi, & obstet exceptione cedendarum. ¶ Confessio creditoris de recepta pecunia à fideiussore an sufficiat, vt detur actio contra debitorem. ¶ Cedens creditum quando debeat consignare iura, & scripturas, quæ in instrumento enunciantur. ¶ Et quid in legato nominis debitorum. ¶ Et an sufficiat indicare notarium. ¶ Et cuius sumptibus sint tradenda talia instrumenta. ¶ Fideiussor soluens quando possit contra alios confideiussores agere, & pro qua portione.

CA-

CAPVT CCLXXXVII.

Acta in vna causa contra vnum quando noceant tertio,& cuo ad alias personas. ¶ Recognitio, & calculum an idem sit quod confessio. ¶ Sententia contra Aduocatum quo casu præiudicet parti. ¶ Confessio in causa criminali quando noceat in ciuili. ¶ Impugnans instrumentum an possit se fundare in impugnatione,& in qua instantia,& cum quibus personis. ¶ Renunciatio Iudicialis an prosit,& præiudicet parte absente. ¶ Recognitio priuatæ scripturæ quando probet contra tertium respectu temporis, quãuis procurator illam confecisset,& de tali re cõficienda appareret anterius mandatum per publicum documentum. ¶ Probationes receptæ in iudicio summario an iuuent, & noceant in plenario. ¶ Generalis, & tacita renunciatio quando referatur ad aliam instantiam. ¶ Sententia lata contra auctorem quo casu præiudicet successori.

CAPVT CCLXXXVIII.

Vulgaris substitutio vt habeat locum, quæ requirantur, & an facta per negatiuam, neque, aut copulatiue, vel simpliciter intelligatur in tota hæreditate. ¶ Verba si hæredes non erunt an possint resolui in singularitatem. ¶ Plures simul instituti quando simul censeantur vocati. ¶ Pupillaris tacita an excludat matrem. ¶ In substitutione facta cum aliquo onere, si deficiant aliqui ex institutis, an admittantur alij, vel potius veniant substituti. ¶ Natura verbi collectiui descendentes an sit,vt omnes vocentur ordine successiuo per fideicommissum. ¶ Substitutio facta pluribus indefinite, & coniunctim an debeat intelligi in defectum totius corporis. ¶ Et si fiat in casu voluntatis, an extendatur ad impotentiam. ¶ Et quando vulgaris expiret per aditionem vnius ex pluribus hæredibus. ¶ Et vna deficiente an euanescant aliæ, quæ subsequuntur, ac dependent ab ea. ¶ In institutione plurium diuersorum graduum quando detur simul concursus omnium in eodem tempore, & fideicommissum inducatur. ¶ Substitutio an valeat cum certus de incertis est vocatus. ¶ Subrogatus in litem, & ius defuncti an subrogetur ad possessionem, & prosecutionem spolij. ¶ Instituens hæredem monasterium ædificandum an dicatur incertum instituisse. ¶ Et quid si requireretur specialis determinatio, & proprium nomen personarum, vt in priuilegijs Fabricæ S. Petri ¶ Ex conditione assumendi nomen, & arma familiæ an sit inductum fideicommissum. ¶ Et quando intelligatur de primogenito.

CAPVT CCLXXXIX.

Conuentio relata ad aliquam dispositionem quando intelligatur conditionaliter, seu causatiue. ¶ Et quid si adsint verba prout,iuxta,& similia. ¶ Vel si agatur de damno vitando. ¶ Fideiussio vt dicatur idonea an Iudex arbitretur. ¶ Permutatio rei in fideicommisso an debeat esse talis,vt non violetur causa, propter quam testator prohibuit alienationem.

CAPVT CCLXXXX.

Iuramentum in secunda obligatione interpositum an intelligatur cumulatiue, vel extinctiue ad primam obligationem. ¶ Nouatio quomodo hodie fiat tam iure actionis, quã ope exceptionis, si interuenerit diuersa persona in promissione, seu sequatur transactio, sententia, laudum, prorogatio termini, longior dilatio, assecuratio cum pignoribus, vel fideiussoribus, temporis adiectio,vel detractio cum similibus. ¶ Per statutum, vel consuetudinem, aut consensum partium an possit induci, vt fiat nouatio non seruata forma *l. fin. C. de nouation.* ¶ Clausula citra præiudicium, vel iura iuribus addendo quando excludat nouationem. ¶ Per incompatibilitatem an nouatio fiat sine aliqua expressione. ¶ Obligatio secunda idem continens cum prima an sit nulla, & detur solũ actio ex prima, & quo casu concedatur pluralitas obligationum. ¶ Dilatio concessa reo quando prosit fideiussori etiam ad impediendam obligationem cameralem. ¶ Transactio an sit contractus,vel distractus. ¶ Dispositio restricta ad vnam personam an extendatur ad aliam, si persona inclusa non gauderet dicta dispositione.

CAPVT CCLXXXXI.

Beneficium vnitum an dicatur tale post vnionem, & de eo sit necessaria mentio in impetratione. ¶ Episcopatus duo vniti quomodo regãtur per vnum Episcopum, & debeat fieri denominatio, & remaneant pristina iura,& præheminentiæ. ¶ Quod caret effectu quomodo careat nomine. ¶ Ecclesia parochialis an dicatur curata si habeat curam habitu, & non actu. ¶ Comes quis propric possit dici, & an bonis fortunæ lapsus retineat dignitatem. ¶ Constitutio de qua in *c.licet canon. de elect. in 6.* an habeat locũ in Ecclesia,quæ habuit parochianos, & nunc habere desinit. ¶ Nomina appellatiua siue ab euentu an durent stante habitu, quamuis cesset exercitium. ¶ Impetrans beneficium an teneatur facere mentionem de primo,quod habebat nomine,& non re. ¶ Priuilegia Aduocatorum, clericorum, & similium an dentur illis,qui desierunt exercere. ¶ Parochialis an debeat esse Ecclesia actu & habitu, cessante regula de idiomate. ¶ Cura habitualis tantum an sit exprimenda in gratia ad euitandam subreptionem. ¶ Cathedralis Ecclesia an desinat esse talis, si careat clero,& populo. ¶ Constitutiones Imperiales an ligent ciuitatem rebellem,quæ incipit obedire. ¶ Renuncians Episcopatui an retineat ordinem, & dignitatem Episcopalem, & an careat absolute iurisdictione, & an conferat indulgentias

tiae, si alius Episcopus ei delegaret talem potestatem. ¶ Et an in resignatione Episcopatus titulus, & denominatio reseruetur. ¶ Legatum Scholari, Doctori, & Mercatori an debeatur, si tales non exerceant. ¶ Episcopi titulares, & nullatenen. & qui renūtiarunt episcopatui, vel fuerunt eo priuati, & quorum loca occupantur ab infidelibus an sint vocandi ad Concilium. ¶ Et quid in similibus Commendatarijs, Abbatibus, & Protonotarijs. ¶ Habentes cathedrales plures ad inuicem annexas quando habeant plures voces in Concilio. ¶ Prohibitio facta Legatis ve se non intromittant in Ecclesijs collegiatis an comprehēdat etiam eas, quae sunt habitu collegiatae. ¶ Episcopi habentes nomen sine administratione quomodo differant ab alijs, & an sint proprie Episcopi, & eorum beneficia vacent per affectionem similium Episcopatuum. ¶ Et an tales Ecclesiae dicantur cathedrales. ¶ De Anna, qui dicebatur Pontifex, cum tamen non esset anni illius, sed Caiphas. ¶ Et quare Iesus ductus ad Annam, cum non esset Pontifex.

CAPVT CCLXXXII.

Renunciatio, & remissio pignoris tam per Virum quam foeminam quando porrigatur vltra res, personas, causas, & contractus quibus renunciatū est. ¶ Intellectus *l. iubemus C. ad velleian.* ¶ Et an in ea contineatur ius speciale. ¶ Fideicommissarius consentiens alienationi rei per fideicōmissum sibi restituendae an praeiudicet sibi tam in re, quam in eius pretio. ¶ Iuramentum quando habeat vim specialis expressionis. ¶ Donatio aliquarum rerum cum clausula generali quo casu comprehendat alias res vltra donatas. ¶ Quietatio vniuersalis de omni. & quocumque debito an referatur solum ad speciem contractus, cuius contemplatione illa fuit facta. ¶ Alienatio rei dotalis quando possit confirmari soluto matrimonio, cum res pleno iure pertinet ad mulierem, seu maritum.

CAPVT CCLXXXIII.

Inquilini, coloni, adscriptij, & similes quando sint idonei testes pro domino. ¶ Et quid in causa, in qua est mixtum commodum, & incommodum ipsorum. ¶ Identitas qualiter sit probanda, & an sit praesumenda pluralitas. ¶ Dominus alicuius rei an praesumatur aliarum, quae sunt intra fines ipsius, & an praesumptio resultans ex alijs bonis, quae actor possidet in aliquo loco, sufficiat, vt possit iudicari ad fauorem ipsius quo ad illa bona, de quibus est controuersia. ¶ Dominiū quando probetur ex testibus deponentibus vidisse aliquem possidere spatio quadraginta annorum quamuis non constet de titulo, ex quo praescripserit. ¶ Et de varijs modis probandi dominiū, & an sola possessio, coniecturę, & indicia admittantur. ¶ Testes de fama an probent stante temporis diuturnitate, si praetendatur mutatio confinium, vel nominum.

CAPVT CCLXXXIIII.

Legata, collectae, & debita annua quando sint soluenda per vsufructuarium, vel haeredem. ¶ Et quid si viuens vsufructuarius illa non soluit. ¶ Hypothecaria an detur pro legato quantitatis ad fauorem legatarij in bonis testatoris. ¶ Grauatus fideicommisso, si bona dilapidat an debeat restituere haereditatē ante diem, & consequatur alimenta. ¶ Successor in beneficio an teneatur ad debita non soluta per antecessorem. ¶ Redditus si non sufficiunt ad solutionem legatorum annuorum an sint vendendae res haereditariae. ¶ Onera realia extrinseca, & quae imponuntur gratia fructuum, quando pertineant ad vsumfructuarium, & transeant ad successorem. ¶ Legatarius an soluat inuestituram. & censum super re legata impositum. ¶ Introitus maturi, & non exacti in vita instituti an spectent ad eius haeredes, vel ad illum, cui est facienda restitutio, & quando remaneant sub onere fideicommissi, vel cedant lucro percipientis, & accrescant personae, & non haereditati. ¶ Intellectus *l. deducta. §. qui post ff. ad trebellian.* ¶ Fideicommissarius, vel haeres primo loco institutus an teneatur ad interesse decursum pendente tempore restitutionis faciendae creditoribus haereditarijs.

CAPVT CCLXXXV.

Generatio masculina quae dicatur, itaut in emphyteusi pro ea concessa veniant tam masculi descendentes ex masculis, quam foeminae descendentes ex masculis. ¶ Et quid si emphyteusis concedatur pro illis, qui sunt de generatione masculina, vel pro descendentibus per lineam masculinam, an cōprehendantur neptes ex filio. ¶ Taxatiua quando excludat omnes alias personas, & casus. ¶ Opinio vulgi an sit attendenda in iudicando, & consulendo. ¶ Masculinum an concipiat foemininum in praeiudicium Ecclesiae.

CAPVT CCLXXXVI.

Episcopus vnius Ecclesiae translatus ad aliam an dicatur mortuus ab illa hora, qua transfertur quantum ad primam Ecclesiam, itaut canonicatus, & prebendae vacent, & sint reseruatae vigore secundae Regulae Cancellariae. ¶ Et an requiratur confirmatio, consecratio, & adeptio possessionis, & quid seruetur de stylo Curiae Romanae, & quomodo d. stylus intelligatur. ¶ Pensiones, & beneficia an vacent per promotionem Cardinalis ad Papatum. ¶ Soluēs pensionem nomine alterius quando praesumatur de mandato eius soluisse. ¶ Et quid in alijs facientibus expensas, & ad hunc effectum quae impensae dicantur modicae. ¶ Episcopatus primus an statim vacet per translationem per Papam factam, & requiratur consensus translati, & operetur protestatio, & pactum Episcopi

quod

quod consenserit translationi sub tacita conditione secundæ Ecclesiæ adipiscendæ. ¶ Vicarij gesta an valeant post translationem Episcopi ab eo ignoratam. ¶ Iurisdictio in officio quando duret vsque ad successoris aduentum. ¶ Adeptio maioris partis rerũ secundæ Ecclesiæ an sufficiat, vt ecclesia prior dicatur vacare. ¶ Absolutio à vinculo prioris Ecclesiæ an sit pura, vel conditionalis, si translatus sciuerit, vel consenserit. ¶ Pensiones quando vacent per Episcopatum sicut beneficia. ¶ Ius regaliorum quod percipit Rex Franciæ sede Episcopali vacante quale sit, & quando habeat locum & an aperiatur per translationem Episcopi in alium Episcopatum ante diem præstiti consensus translati. ¶ Pronunciatio secreta in Cardinalem facta per Papam an acquirat ius absenti, & ignoranti ante pilei rubei transmissionem. ¶ Episcopus assumptus ad Cardinalatum an sit absolutus à vinculo suæ Ecclesiæ. ¶ Clausulæ ex certa scientia, non obstantibus, vel de plenitudine potestatis quid operentur in translationibus Episcoporum, & similium. ¶ In retentione pensionum, si non exprimatur facultas transferendi, quam aliquis habet an censeatur data retentio eiusdem facultatis. ¶ Familiaritas Papæ an prosit ante notitiam illius. ¶ Indulta Episcoporum retinendi beneficia, & pensiones an suffragentur litteris non expeditis. ¶ Miles translatus de vno numero in alium quando incontinenti gaudeat priuilegio militari non expectando, quod sit aggregatus numero alterius. ¶ Dilatio debitori danda antequam fiat subhastatio an currat ante diem notificationis. ¶ Donatio, beneficium, priuilegium, & similia quando effectum operentur antequam sint acceptata.

CAPVT CCLXXXVII.

Pactum appositum ante, inter, vel post contractum an informet actionem nascituram, natam, & nascentem. ¶ Iuramentum quando faciat actum irreuocabilem, & addat robur circa accidentalia, & naturalia contractus. ¶ Donatio facta à patre filio ob causam matrimonij, vel clericatus an sit simplex, & debeat conferri, & imputari in legitimam, & requirat insinuationem, & possit reuocari, quamuis, non fuerit facta acceptatio in vita donantis. ¶ Actus correspectiui qui dicantur, & de eorum effectu. ¶ Bona donata à patre filio, vt ordines suscipiat quo casu possint alienari. ¶ Donatio quando recipiat modum, aut conditionem, vel aliam qualitatem inuito donatario. ¶ Intellectus *l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod.* ¶ Dominium aut possessio an acquiratur in donatione facta absenti non secuta ratihabitione,

CAPVT CCLXXXVIII.

Parochi an debeant præcedere Canonicos, & beneficiatos in associatione defunctorum, siue eorum Collegarum. ¶ Et multa de officio eorundem, tam in funeralibus, quàm in alijs casibus. ¶ Diuersitas statuum, & officiorum in ecclesia quomodo consideretur. ¶ Statutum an valeat, vt Canonicus post seruitium quadraginta annorum sit exemptus à residendo, & acquirat distributiones quotidianas. ¶ Et quando illæ dentur absentibus. ¶ Vna & eadẽ res ac persona quo casu possit dici maior, & minor, ac diuerso iure censeri. ¶ Liber Pontificalis, & Ritualis an sit authenticus, & faciat fidem. ¶ Rex quando præcedat Cardinales. ¶ Auditor Rotæ factus Episcopus an præferatur alijs Auditoribus. ¶ De Vicecancellario, Pœnitentiario, Camerario, Correctore litterarum Apostolicarum, Abbreuiatore, Vicario, Archidiacono, Archipresbytero Canonicis, Parochis, & similibus, quomodo inter eos sit concedenda prælatio. ¶ Actus sepeliendi, & baptizandi an faciat ecclesiam curatam. ¶ Parochus in quibus actibus subsit Capitulo. ¶ Canonicus exẽptus ab Episcopo per concordiam an efficiatur subditus illius, si habet curam animarum. ¶ Stola, orarium, & pallium quid significet, & quando, & per quos deferatur, ¶ Cardinales in suis titulis quam iurisdictionem habeant, & quale munus ad eos pertineat. ¶ Distinctio inter parochos titulares, & Vicarios perpetuos, & quis eorum sit magis honorandus. ¶ Funus an possit leuari de parochia absque licentia curati, quamuis concedatur fratribus libera sepultura. ¶ Verbum alijs ad quæ referatur ¶ Vna sola cruce an sit deferendum funus, & cuius Ecclesiæ illa debeat esse. ¶ Rector in sua propria Ecclesia quam iurisdictionem habeat. ¶ De præcedentia Archipresbyteri, & Vicarij ecclesiarum Parochialium, & canonicorum S. Mariæ de Cruce, ac rectorum, & Presbyterorum diœcesis Boianen. ¶ Parochi an sint magis honorandi, quam Canonici, & quis eorum habeat maiorem administrationem, & potestatem, & cui concedatur facultas excommunicandi. ¶ Verba quando funus ad eius ecclesiam defertur an stent demonstratiue, vel taxatiue. ¶ Consuetudo in præcedentia quando attendatur, & in ea quo casu successori possit præiudicari per antecessorẽ. ¶ Parocho an competat restitutio, si fuerit spoliatus corpore iam sepulto. ¶ Cadauera defunctorum an sint deferenda ad Ecclesiã cũ cãtibus. ¶ Subrogato quando debeatur idẽ honor, qui subroganti. ¶ Statutum an sit validum, quod pro exequijs non possit expendi, nisi certa pecunia taxata, & quod pro nuptijs non detur Parocho, nisi certa summa. ¶ In materia præcedentiæ an dentur remedia possessoria, & quæ actiones competãt. ¶ Sepultura an magis accedat ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum. ¶ Compromissum super iure prælationis an possit fieri.

CAPVT

CAPVT CCLXXXXIX.

Pluralitas in substitutionibus quando resoluatur in singularitatem. ¶ Et quo casu substitutus succedat ad portionem præmortui. ¶ Verba, post mortem an sint conditionalia, & requirant concursum omnium, ad hoc vt substitutio habeat locum. ¶ Et quid in substitutione reciproca, vulgari, & similibus. ¶ Renunciatio fideicommissi, vt sit valida, quæ requirantur. ¶ Fideicommissarius emens rem subiectam fideicõmisso conditionali ad sui fauorem an censeatur illi renunciare, & eo purificato possit sibi mutare causam dominij, & repetere pretium.

CAPVT CCC.

Legitima quando possit tolli per statutum, & an sit iusta causa, vt viduæ maritum facilius inueniant. ¶ Vxor an possit relinquere marito plusquam vni ex filijs primi matrimonij. ¶ Et an huic dispositioni valide derogetur per statutum tam expresse, quam tacite, & per quæ verba fiat talis derogatio ¶ Statuta exclusiua fœminarum quo casu illas excludant etiam à legitima. ¶ In Constitutionibus derogantibus iuri communi, vel præter illud an sit admittenda interpretatio. ¶ Argumentum de pacto ad statutum quando valeat. ¶ Conuentio, vt secundus vir aliquid habeat ex bonis vxoris quomodo intelligatur stantibus filijs primi matrimonij. ¶ Statutum deferens dotem secundo viro an sit validum in præiudicium legitimæ filiorum primi thori. ¶ Quod defertur filijs ex dispositione *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* & quod aufertur coniugi an confundatur cum legitima, & an imputetur illud, quod fuit relictum per matrem eidem filio. ¶ Confirmatio statutorum quando sit valida, & trahatur ad contraria iuri communi, & possit fieri per Legatum de latere. ¶ Filij primi matrimonij an deducant eorum legitimam, & postea diuidant, quod superest cum vitrico quando per statutum secundus vir debet habere dimidiam dotis, vxore præmoriente cum filijs primi thori. ¶ Et quid si mulier testamentum fecisset, æqualiter instituendo dictos filios, & secundum virum iuxta formam statuti. ¶ Legitima an debeatur matri in bonis filiæ, quando statutum defert dimidiam dotis marito, & qualis, & quanta sit eius portio.

CAPVT CCCI.

Pretium quando repetatur tanquam interesse re euicta. ¶ Et pro eo possit agi executiue. ¶ Societatem officij an lucretur, qui promisit dare fideiussorem, & non dedit, vel aliud simile non adimpleuit. ¶ Et quid si fructus societatis fuerint postea recepti non obstante dicto non implemento. ¶ Interpellatio quando sit necessaria, & possit purgari mora. ¶ Exceptio non adimplementi quibus casibus locum habeat, & qualiter censeatur remissa. ¶ Contractus ob pacta non seruata quomodo resoluatur. ¶ Dictio proximus, infra, & post, quid significet. ¶ Dilatio quando debeat esse consumpta, vt actus valeat, & an illa pendente detur præuentio. ¶ Terminus ad soluendam dotem, aut pretium rei emptæ à quo die currat. ¶ Actus ad fauorem alterius quando intelligatur parte petente. ¶ Contractus an dicatur approbatus per receptionem, seu petitionem pretij tam in iudicio, quam extra, tam validam, quam nullam. ¶ Obseruantia petita respectu vnius modi quando extendatur ad alios modos. ¶ Remissio tacita nõ adimplemẽti an operetur circa inobseruantiam futuram, sicut præteritam. ¶ Locatio quomodo recipiat interpretationem ex consuetudine, & inducat tacitam renouationem. ¶ Approbatio contractus an detur pro parte. ¶ Recipiens, vel soluens debitum ex aliquo instrumento an ignorantiam illius possit allegare. ¶ Pœnæ *l. si quis maior. C. de transact.* quando censeatur renunciatum. ¶ Remedio vno electo an alterum sit sublatum. ¶ Pœna incursa ex periurio quomodo possit remitti. ¶ Filia iurans non habere regressum ad bona patris an possit petere, quod sibi debetur ex testamento patris. ¶ Collegium & vniuersitas deliberans aliquid contra statutum quando videatur remittere iuramentum. ¶ In censu an possit peti sors principalis loco damnorum, & interesse, si non adimplentur promissa. ¶ Et an fructus currant suscepto mandato pro restitutione sortis ob inobseruantiam conditionum. ¶ Purgatio moræ quando admittatur præstando interesse. ¶ Oppositio an sufficiat contra admissionem exceptionis, vel requiratur appellatio. ¶ Iurantes contrahere matrimonium, si contrahunt postea cum alijs, quando videantur se absoluere à iuramento.

CAPVT CCCII.

In eadem materia societatis officij quando censeatur remissa datio fideiussorum per receptionem fructuum, licet non adsit incompatibilitas. ¶ Et quid stante iuramento, & clausula rato manente pacto. ¶ Fructus societatis officij quando cedant loco damnorum, & interesse. ¶ Dominus recipiens pensiones præteriti temporis ab emphyteuta an remittat caducitatem. ¶ Exceptio non impleti contractus quando censeatur remissa per eum, qui perseuerauit in contractu. ¶ Declaratio non implementi an cohereat personæ, itaut facultas competens principali non prosit fideiussori. ¶ Agens aut excipiens an audiatur sine interesse.

¶ Per

¶ Per actum contrarium quando quis videatur renunciare iuri suo. ¶ Per clausulam rato manente pacto an sit admittenda receptio, & resolutio contractus propter inobseruantiam. ¶ Probatio interesse quomodo sit facienda, vt debeatur. ¶ Promissio de aliquid faciendo an intelligatur si pars voluerit, aut si petierit.

CAPVT CCCIII.

Vicarius an possit consentire donationi iuris patronatus, & collationi beneficiorum, quæ spectabat ad Capitulum cum consensu Episcopi. ¶ Et quid stante absentia eiusdem Episcopi in remotissimis regionibus. ¶ Et quando Vicarij potestas ex dicta absentia confirmetur & amplietur. ¶ Mors Prælati cathedralis Ecclesiæ, si nuncianda sit Regi, an sufficiat illam nunciare Vicemgerenti. ¶ Confirmatio, & creatio iurispatronatus an pertineat solum ad Episcopum, vel etiam ad Vicarium. ¶ Enunciatio cum iuramento, quod in donatione iurispatronatus fuit habita licentia ab Ordinario Episcopatus an intelligatur de Episcopo, vel de Vicario. ¶ Solemnitas quando præsumatur interuenisse ex longeua possessione, & diuturna patientia. ¶ In probationibus an verba sint accipienda in potiori significatu, vel secundum subiectam materiam. ¶ Vicarius Cardinalis absentis habentis indultum præsentialitatis an possit præstare consensum.

CAPVT CCCIIII.

Pretium quando succedat loco rei in hypothecaria. ¶ Per clausulam sola facti veritate inspecta an possit omitti excussio. ¶ Creditores recipientes pecunias à debitore an stante consumptione teneantur eas restituere prioribus, & potioribus. ¶ Et quid in fisco, & in pecunijs solutis ex causa lucratiua, seu onerosa, & an debeat præcedere discussio. ¶ Fiscus an vtatur priuilegio contra creditores pro pœnis, quæ ex maleficio debentur. ¶ Exactor Principis, qui pecuniam exactam in proprium, vel alium vsum conuertit quam pœnam incurrat. ¶ Pignus obligatum pro sorte an possit retineri pro accessorio, & pœna, & quid in iudicijs bonæ fidei, vt in dote, & similibus. ¶ Fideiussor de præsentando reum condemnatus ad solutionem pęnę an pręferatur in bonis dicti rei, si contingat illa confiscari. ¶ Thesaurarij Principum nostri temporis in quo differant ab antiquis, & an incidant in crimen peculatus, vel dicantur potius argentarij, & lucrum ab eis factum quibus acquiratur. ¶ Receptoribus publicarum pecuniarum an permittatur cambium, & mutuum, vel contractus cum subditis illius prouinciæ.

CAPVT CCCV.

Monasterium an habeatur loco filij, & hæredis ad effectum excludendi substitutum. ¶ Intellectus *§. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. episcop.* ¶ Interpretatio passiua surgens à lege an admittatur in exhorbitantibus, & quando verba nullam debent recipere interpretationem. ¶ Conditio si sine liberis tacita quando operetur eosdem effectus, quos expressa. ¶ Monasterium an excludat substitutum quando testator grauauit hæredem pure, vel post mortem, vel post diē certum, non facta mentione conditionis liberorum. ¶ Conditio si sine filijs decesserit, si non est apposita in testamento, an suppleatur per legem, & excludat substitutum. ¶ Et quomodo concordentur Doctores in hoc contrarij.

CAPVT CCCVI.

In eadem materia quando conditio si sine liberis decesserit, subintelligatur, si testator mandauit hæreditatem restitui pure, vel post mortem, vel in diem certam, & an tunc excludatur substitutus tam per filium verum, quam per monasterium, qui habetur loco filij. ¶ Intellectus *cap. in præsentia. de prob. & §. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. episc. & l. cum auus. de condit. & demonstrat. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* ¶ Tacitum quo casu sit æqualis virtutis cum expresso, & de vno ad aliud inferatur, & fiat extensio. ¶ Testator an præsumatur habere eandem pietatem erga monasterium, quam habet erga filios, & descendentes. ¶ Dolus futurus quando remitti possit tam tacite, quàm expresse. ¶ Multa de opinione Emanuelis Costæ *in c. si pater. de testam. in 6.* circa substitutum an excludatur per monasterium in substitutione facta post mortem sine conditione si sine liberis. ¶ Et quando d. conditio, si sine liberis, à testatore non apposita debeat per legem subintelligi.

CAPVT CCCVII.

Conditio apposita solutioni, & substantiæ actus quando illum suspendat. ¶ Clausulæ resolutiuæ, quid operentur. ¶ Verba ablatiui absoluti an inducant conditionem. ¶ Obijciens exceptionem inobseruantiæ, an teneatur restituere partem pecuniæ solutam in tempore. ¶ Et quid in pacto legis commissoriæ. ¶ Interpellatio an requiratur contra eum, qui tenetur adimplere certa die. ¶ Exceptio inobseruantiæ an obstet, si pars pretij fuit soluta, & recepta in tempore, & quando audiatur volens soluere reliquum extra tempus. ¶ In contractibus nominatis an sit locus resolutioni sub prætextu non implementi. ¶ Tempus, quando dicatur adiectum causa differendæ solutionis, vel finiendæ obligationis, itaut detur petitio post terminum. ¶ Intellectus *l. naturalis. §. sed si scy-*

si scyphos. ff. de praescript. verb. & l. fin. C. de condict. caus. dat. caus. non secut. ¶ Res danda ei, qui aliam rem debet dare, cuius periculo pereat & quando liceat pœnitere, & detur repetitio eius, quod datum est.

CAPVT CCCVIII.

Dos data per extraneum quando censeatur donata. ¶ Et ad hunc effectum quis dici debeat extraneus. ¶ Nominatus in alternatiua an sit solum adiectus ad solutionem recipiendam, vel etiam ad quaerendam obligationem. ¶ Promittens restituere dotem quando possit detrahere quartam lucri sibi à statuto delati. ¶ Appellatione iuris ciuilis, & iuris communis an veniat statutum, & consuetudo. ¶ Stipulans dotem sibi restitui, vel cui de iure an acquirat sibi eiusdem dotis restitutionem. ¶ Et quando tale pactum possit ex interuallo apponi.

CAPVT CCCVIIII.

Declaratio iudicis an requiratur super adimplemento in restitutione concessa bannito, postquā pacem habuerit. ¶ Bona confiscata an statim acquirantur fisco, etiam sine illorum apprehensione. ¶ Et quid in fructibus, & possessione. ¶ Confiscatio an includat bona praesentia, & futura condemnati. ¶ Haereditas delata bannito quando illi acquiratur. ¶ Mater an priuetur successione filij, quamuis patre bānito illius tutelam non susceperit. ¶ Et an sit illi dandus curator ad instar eius, cuius pater est apud hostes. ¶ Amita quando veniat appellatione agnatorum. ¶ Bannitus toleratus an includatur in statuto loquente de bannitis. ¶ Et qualis ista patientia debeat esse. ¶ Patria potestas an amittatur, si pater per bannum possit impune offendi. ¶ Condemnatus quando habeat testamēti factionem actiuam, & passiuam, ¶ Intestatus an dicatur decedere etiam is, qui non potest facere testamentum. ¶ Bannitus an possit sibi acquirere, & retineat in loco iura gentium, & ciuilia.

CAPVT CCCX.

Possessio quando transferatur per solam cessionem tam in incorporalibus, quam in corporalibus, ita ut cessionarius possit ex illa manuteneri. ¶ Et quid in statutis, contractu Principis, traditione clauium, cessione in praesentia rei cessae, tactu portae, inuestitura per annulum, retentione vsusfructus, rei vendicatione, & similibus. ¶ Obligatus insolidum quando dicatur fideiussor, siue principalis. ¶ Solutio facta à debitore an constituat creditorem in quasi possessione, quae illum iuuet contra fideiussorem. ¶ Possessio an dicatur extincta per spatium decem annorum, & in dicto tempore sit inducta obliuio ad impediendum mandatum de manutenendo. ¶ Solutiones metu mandati, quando prosint ad quasi possessionem. ¶ Et quid in hoc operetur protestatio, & quo casu censeatur repetita in subsequentibus solutionibus. ¶ Pro obtinenda manutentione, quando sit probanda possessio de tempore litis motae. ¶ Mandatum de manutenendo an concedatur ex solutionibus factis antecessori. ¶ Et quando in hoc remedio detur appellatio de iure Canonico, & concedatur restitutio, aut repulsa testium, & debeat probari titulus, & quomodo de illo dicatur constare. ¶ Partitae librorum Archiepiscopatus, & similium Curiarum an probent in iudicio manutentionis. ¶ Praesentatio vnica secuta institutione an sufficiat ad probandam possessionem iurispatronatus. ¶ Et quid si de eo controuertitur. ¶ Et an tunc requiratur titulus, & instrumentum possessionum continuatarum per spatium centum annorum. ¶ Iuspatronatus quando probetur per famam, & prouisiones Apostolicas, & sententiam Ordinarij, in qua enunciantur instrumenta praesentationum. ¶ Probatio immemorabilis cum praesentationibus continuatis, quādo sit necessaria in iurepatronatus plurium familiarum, sicut potentium. ¶ Fama an dicatur probata per testes, qui deponunt audiuisse publice dici, quamuis non specificent à quibus audierunt. ¶ Et quando tales testes debeant esse omni exceptione maiores.

CAPVT CCCXI.

Vsufructuarius quando habeat remedium can. reintegrandae cum alijs possessorijs, & an dicatur naturaliter possidere. ¶ Proprietarius an possit auctoritate propria ingredi possessionem finito vsufructu. ¶ Et quando naturalis possessio ad eum ipso iure redeat per mortem vsufructuarij. ¶ Condictio can. reintegrandae an competat pro quasi possessione rerum incorporalium, & quae sint ista incorporalia. ¶ Remedium *l. fin. C. de acquiren. possess.* an detur contra tertium, in quem proprietarius alienauit rem, ex qua vsusfructus percipiatur. ¶ Libellus quomodo debeat concludere vsufructuario agente tam contra dominum, quam contra tertium. ¶ Et de cautela, vt nunquam vitietur libellus in materia spoliationis. ¶ Contra vsufructuarium finito vsufructu, qualiter, & qua actione sit agendum.

CAPVT CCCXII.

Princeps an possit facere testamentum sine solemnitatibus, & quando illud coram eo factum sit validum absque testibus. ¶ Et quid in eo quod fit coram Augusta, Dominis inferioribus Cadinalibus, Episcopis, Vicarijs, in Foro publico, in Parlamēto, Concilio, & in actis iudicij, & an hoc casu decretum Iudicis requiratur, & debeāt interuenire saltem duo testes, vel nullus sit adhibēdus. ¶ Mandatū procuratoris factū in

††† parti-

partibus apud acta sine testibus an faciat fidē, & testamentum carens solemnitatibus an conualidetur, si fuerit productum, & repetitum coram Iudice. ¶ Intellectus *l. omnium. C. de testam. & l. publicati. C. eod. tit.* ¶ Actus publicus, & authēticus in quo differat à iudiciali. ¶ Scriptura quando dicatur esse in actis, & de actis, & remaneat publica per admissionem factam à Iudice, itaut possit dici iudicialis. ¶ Perempta instantia acta quæ perierunt an renouentur per repetitionē, & recipiant nouam solemnitatem. ¶ Testium præsentia an sit necessaria in actibus iudicialibus, & quid in actis alienis insertis inter acta iudicialia. ¶ Confitens testamentum, vel esse vera, quæ in instrumento continentur quando sibi præiudicet, si appareat illud esse nō solemne. ¶ Donatio an sit noua, quæ insinuatur in actis iudicijs, & quæ proprie dicatur insinuatio. ¶ Iura producta, & eorum tenor an sit de actis. ¶ Repetitio actorum an sit prorogatio. ¶ Testamentum secundum insinuatū apud acta an habeat vim tollendi clausulam derogatoriam, quæ erat in prima. ¶ Confirmatio actus in vltimis voluntatibus an ociatur per repetitionem, & an per eam alteretur status validitatis, seu inualiditatis actus.

CAPVT CCCXIII.

Nomen hæredis strictè an comprehendat solum liberos tam de Iure ciuili, quam iuxta communem vsum loquendi. ¶ Legitimi hæredes qui proprie dicantur. ¶ Et an conditio si quis decesserit sine hæredibus legitimis debeat intelligi de filio, & alio ex suo corpore descendente, vel de hæred.bus successionis in contractibus, & in vltimis voluntatibus, & vbi fit mentio de eis dispositiue, seu conditionaliter. ¶ Et quid si apponatur iuueni apto ad generandū, vel seni. ¶ Verba in substitutionibus, de iure succedentes, an idem significent quod legitimi hæredes.

CAPVT CCCXIIII.

Possessio tam ciuilis, quam naturalis, & vsusfructus an amittatur per occupationem, & per inundationem, & alluuionem, & an debeat in totum mutari figura, & facies rei. ¶ Plantare an liceat prope solum vicini sine certo spatio dimisso. ¶ Spoliatio, seu turbatio an dicatur quando quis impeditur vti iure suo per murum, septem, aut quid simile. ¶ Et quæ actiones dentur contra turbantem. ¶ Et an illarum electio turbato competat. ¶ Manutentio an sit danda, quamuis petatur reintegratio, si illa esset turbida, & constaret prætendentem se spoliatum intellexisse de turbationibus absque animo amittendi possessionem ciuilem. ¶ Reintegratio an competat, si testes probent possessionem, vel quasi iuris piscandi, quādo talis possessio est perempta propter loca exiccata, & redacta ad culturam, in quibus erat solitum piscari. ¶ Præscriptio an sit interrupta, si terra arida efficiatur lacus, vel stagnum. ¶ Turbatus an possit tollere omnia impedimenta ad tuendam suam possessionem. ¶ Socius sciens, vel ignorans ædificium quando habeat actionem ad demoliendum ædificatum.

CAPVT CCCXV.

Data facultate disponendi, & alienandi prout de re propria an attendatur scientia, vel ignorantia fideicommissi in casu renunciationis. ¶ Hæres grauatus restituere quidquid superesset tēpore mortis an habeat facultatem extinguendi fideicommissum tam per alienationem inter viuos, quam per institutionem hæredis. ¶ Consentiens alienationi fideicommissi quando sibi præiudicet etiam in pretio.

CAPVT CCCXVI.

Ademptio legati an dicatur facta ex retrouenditione censuum, seu ex re insolutum accepta, vel permutata per testatorem. ¶ Fructus an debeantur legatario ante acceptationem, vel moram hæredis. ¶ Priuatio legati an detur, si non constat de acquisitione illius. ¶ Et quando monitio debeat præcedere, antequam non adimplens iussa defuncti priuetur commodo sibi relicto. ¶ Legatum quo casu debeat solui, vel realiter offerri per hæredem. ¶ Legatarius an dicatur successor, & hæres, itaut ei quoque censeatur facta stipulatio. ¶ Relictum pro dicendis missis infra annum à morte testatoris an debeatur, priusquam illæ dicantur. ¶ Et à quo tempore incipiat dies currere.

CAPVT CCCXVII.

Nullitas contractus, seu simulatio quando impediat acquisitionem naturalis possessionis, & an in illa transferenda requiratur causa. ¶ Traditio possessionis ex interuallo facta ei, qui emit fundum tanquam procurator an debeat intelligi nomine proprio. ¶ Et an potius ipsi, quam domino sit quæsita possessio. ¶ Ex contractu conditionali quo casu censeatur possessio translata. ¶ Acquisitio possessionis an suspendatur, si illa fuerit tradita cum clausula sine præiudicio alicuius, & quando dicatur conditionalis. ¶ Et quid si fuerit facta cum protestatione, vel existente alio possessore. ¶ Et quomodo in hoc concordentur decisiones Rotæ.

CAPVT CCCXVIII.

Venditio ad mensuram quando dicatur conditionalis, itaut si illa non fiat, competat remedium spolij contra ingredientem possessionem. ¶ Et quid in subhastatione facta per iudicem ante d. mensurationem, aut similem conditionem. ¶ Agens remedio reintegrandæ quando teneatur probare non implementum conditionis contra illum, qui possidet. ¶ Patientia, & scien-

& scientia debitoris cum antiquitate temporis an faciat præsumere creditorem fuisse ingressū possessionem seruatis seruandis, quamuis simus in contractu conditionali, tam in rebus corporalibus, quam in seruitutibus, & alijs incorporalibus. ¶ Et quid in titulo, vel substantia actus. ¶ Cautela ad transferendum periculum in emptorem. ¶ Remedium reintegrandæ an detur contra tertium etiam cum titulo, & bona fide. ¶ Et in eo an sufficiat contestatio sola litis, & contradictio facta conuentioni in iudicio. ¶ Possessio diuturna Rectoris in spiritualibus, & beneficialibus an inducat præsumptionem tituli. ¶ Donatio facta absenti ex lapsu longi temporis quo casu possit dici acceptata per donatarium. ¶ Patientia quando habeat vim translationis possessionis.

CAPVT CCCXIX.

De pœna contra eum, qui pannum rubrum ostendit, & fugauit pecus. ¶ Et quare armentà timeant vestes rubras. ¶ Spira quid significet. ¶ Compitum, compitalià, dies compitalitij, pilæ pannosæ, vestes laciniosæ, lacidæ, pannicularia, lacinia, lacisma, laciniatim, vestes pilares, & purpureæ, quæ tauris objiciebantur. ¶ Intuitus rubentium quare agitet sanguinem. ¶ Spolia monachorum an pertineant ad monasterium, seu ad arendatorem fructuum. ¶ De Stymphalididibus auibus, & earum aucupio. ¶ De occultis quarumdam rerum proprietatibus. ¶ Color rubeus quid in homine significet, & de eius nobilitate, & vestibus illius coloris prohibitis.

CAPVT CCCXX.

Societas incidens, impropria, ex occasione, re sola, & ex conuentione quæ dicatur, & qui sint vere socij, & consortes. ¶ Et quando ementes, seu conducētes communiter aliquam rem possint dici contraxisse societatem. ¶ Et quid in illis, quibus simul donatur, vel mutuatur. ¶ Et an statutum loquens de socijs habeat in eis locum. ¶ Communi diuidundo, vel vti possidetis, seu pro socio quo casu agatur contra socium prohibentem refectionem, & demolitionem refici. ¶ Inter quos socios competat actio negotiorum gestorū, mandati, vel pro socio. ¶ Vnus ex hæredibus exigens partem suam pecuniarū per testatorem depositarum an possit conueniri à cohæredibus, vt communicet exactum, si depositarius efficiatur non soluendo. ¶ Et quid in rebus quæ non recipiunt commodam diuisionem. ¶ Et tam in actione reali, quam personali. ¶ In venditione facta pluribus an emptores debeant conueniri solum pro parte. ¶ Et quid in emphyteusi, sententia, euictione, & similibus dispositionibus. ¶ Obligatio quando intelligatur pro virili. ¶ Dotis debitum an sit vniuersale, & recipiat augumentum, seu diminutionē. ¶ Socius quando possit esse testis pro socio.

CAPVT CCCXXI.

Supersessoria quando possit à Iudice reuocari absque citatione. ¶ Subhastationes an valeant non præsente pecunia. ¶ Societas officij, quam quis suscepit cum onere soluendi fructus, & illam postea extinguendi an habeatur loco solutionis & numerationis pretij. ¶ Datio in solutum an habeat vim emptionis. ¶ Debitum in vna causa quando in aliam possit conuerti, ita vt non dicatur simulatum. ¶ Depositum confessatum quo casu sit priuilegiatum sicut verum. ¶ Confessio mutui an subiaceat exceptioni non numeratæ pecuniæ, si debitum ex alia causa esset conuersum in causam eiusdem mutui. ¶ Cōstitutum, aut precarium an transferat veram possessionem. ¶ Redemptio census an possit fieri in alijs rebus, quam in pecunia numerata. ¶ Census an valeat, si loco pretij detur verum debitum. ¶ Licitator quando habeatur pro renunciante, & possit per Iudicem repelli.

CAPVT CCCXXII.

Commissio causæ cum clausula sola facti veritate inspecta an cōpræhendat, vt possit procedi manu regia. ¶ Et quomodo loquantur Doctores in hac materia. ¶ Verba de iure, & de facto qualiter debeant intelligi. ¶ Et an differāt à verbis sola facti veritate inspecta. ¶ Clausulę manu regia, & de facto, quid significent. ¶ Et in quibus æquiparentur. ¶ Habens facultatem procedendi de facto, quomodo debeat procedere. ¶ Et an possit proferre sententiam sine scriptis. ¶ Et an hæc solemnitas proferendi sententias in scriptis sit de iure ciuili. ¶ Testes an possint recipi die feriata, & iuris ordine prætermisso per iudicem habentem potestatem procedendi de iure, & de facto.

CAPVT CCCXXIII.

Census an possit redimi pro parte inuito creditore. ¶ Interesse quando diuidatur inter hæredes pro portione hæreditaria. ¶ Et quid si veniat in iudicium per viam executionis. ¶ Via executiua an competat pro eo, quod virtualiter inest. ¶ Statutum concedens paratam executionem instrumēto quando intelligatur illam cōcedere etiam respectu tacitæ hypothecæ. ¶ Contra vnū ex hæredibus quo casu possit agi insolidū. ¶ Et quid si fuerit relictum opus, vel mille pro opere faciendo. ¶ Hæredes quamuis debeant extinguere censum insolidum non facta illius extinctione an teneantur ad interesse pro virili.

CAPVT CCCXXIIII.

Diuisio ex falsa causa, quando possit reuocari non obstante clausula euictionis, & promissione de non molestando. ¶ Et an incurratur pœna, aut interesse promissum de non contraueniendo. ¶ Et quid si tractaretur de lu-

cto captando. ¶ Et an attendatur tam error iuris, quam facti. ¶ Dominium quando possit transferri per errantem siue principalem, siue procuratorem cum libera. ¶ Et an errore detecto rescindatur translatio còdictione indebiti. ¶ Et an iuramentum talem repetitionem excludat. ¶ Vendens rem, quam credebat suam ex vna causa, an transferat dominium, si esset sua ex alia causa. ¶ Dominium an transferatur per diuisionem extraiudicialiter factam. ¶ Et quid si fieret diuisio de bonis communibus in vniuersitate. ¶ Error in substantia facti an influat in omnes clausulas quomodocunque conceptas. ¶ Diuisio facta per iudicem, vel extra iudicium, quando possit retractari.

CAPVT CCCXXV.

Oblatio quando requiratur, tam in eo, qui vult consequi actionem, & illius executionem, quam in illo, qui vult excludere ius iam quaesitum ab aduersario. ¶ Emptor an possit agere ad rem venditam, si non offerat pretium etiam non petitum. ¶ Et quid in contractibus innominatis, vel in statutis requirentibus oblationem. ¶ Iudex an possit ex officio opponere defectum non adimplementi, & non solutionem pretij. ¶ Obligatio an valide fiat pendente iudicio per eum, qui tenetur adimplere. ¶ Exceptio pretij non soluti an possit opponi post cõclusionem in causa in executione sententiae per condemnatum ad tradendam rem emptã. ¶ Et an executio impediatur quamuis contractus sit iuratus. ¶ Iudex an possit condemnare iuxta formam instrumenti emptionis, quamuis non expresserit pretium non esse soluendum. ¶ Iuramentum an excludat exceptionem, quae prouenit ex natura contractus.

CAPVT CCCXXVI.

Creditor an habeat actionem ad pretium, de quo fuit habita fides in subhastationibus, si tam ipse, quam executor ad eius instantiam vendidit. ¶ Subhastatio an possit fieri non praesente pecunia cum promissione de accollando census, seu aliud debitum. ¶ In creditore vendente quando consideretur eadem ratio, quae in executore, itaut factum illius censeatur factum partis. ¶ Executor in subhastatione an habeat potestatem limitatam, vt conuertat pretium in causam iudicati. ¶ Et an illa adimpleatur habendo fidem de pretio. ¶ Et quid in procuratoribus, administratoribus, & similibus deputatis ad vendendum. ¶ In subhastatione an attendatur depositum postea factum. ¶ Creditori fatenti habuisse pretium rei subhastatae, quod apud eum perpetuo non remansit quomodo succurratur. ¶ Et an illi detur eiusdem rei vendicatio.

CAPVT CCCXXVII.

Potestas data per patrem filio donandi bona, in quibus habet vsumfructum an intelligatur tam respectu proprietatis, quam vsusfructus. ¶ Et quid stante clausula pleno iure cessionis iurium, & actionum, vel si non fuit in donatione expressi. ¶ Proprietarius an dicatur habere plenam possessionem, si alius habet vsumfructum. ¶ Verba pleno iure, integre, & sine diminutione quid importent. ¶ Per pactum an possit impediri acquisitio vsusfructus legalis in personam patris. ¶ Possessio plena an intelligatur tam de ciuili, quam naturali. ¶ Haeres institutus pleno iure an concurrat in vsufructu cum vsufructuario. ¶ Res tradita cum onere hypothecae restitutionis, & euictionis an dicatur tradita pleno iure. ¶ Vsusfructus an acquiratur patri inuito, & ignoranti. ¶ Portio debita Rectori an sit excepta, si praestetur consensus de submittendo Ecclesiam aliquibus pleno iure. ¶ Consentiens venditioni pignoris an videatur ius suum remittere. ¶ Libertatem amplissimam an quis dicatur habere, quamuis alius sit patronus, & possit ob superuenientem ingratitudinem reuocari. ¶ Suffraganei, quibus fuit concessa plena libertas an censeantur exempti à iurisdictione Dioecesani. ¶ Statutum disponẽs quod donationes factae pleno iure debeant valere an permittat, quod sit renunciatum dispositioni l. *si vnquam. C. de reuoc. donat.*

CAPVT CCCXXVIII.

Arbitrio iudicis quando sit standum, vt quis dicatur senex. ¶ Sexagenarij, & septuagenarij an possint carcerari pro debito. ¶ Et quid si se obligauerint cum iuramento, dum essent talis aetatis. ¶ De priuilegijs senibus concessis, & quibus illi aequiparentur. ¶ Et de eorum excusatione à tutelis, & muneribus personalibus. ¶ Seducens domum tempore belli an videatur renunciare beneficio remissionis. ¶ Mortuo mederi, senem admonere, & senis mutare linguam, & similia in eos adagia. ¶ Nobilis an possit tacite renunciare priuilegio, ne carceretur conducendo redditus, & gabellas.

CAPVT CCCXXIX.

Legatum pium an dicatur, cum aliquid relinquitur pro emendandis forisfactis, & male ablatis, vel pro soluendis debitis testatoris. ¶ Et quae veniant appellatione forisfactorum. ¶ Executor quo casu possit agere, & conueniri. ¶ Et an si vnus non vult exequi alius habeat potestatem in totum. ¶ Et an possit vẽdere habita fide de pretio, ac sine requisitione haeredis, & quid in hoc operetur potestas libere, & plene data à testatore. ¶ Procurator habens mandatum certo pretio quando possit habere fidem de eo, & an valeat statuere terminum

num ad soluendum. ¶ Et quando differendo executionem etiam à fratribus pupilli teneatur de periculo debitorum, qui effecti sunt non soluendo. ¶ Habens mandatum cum libera à lege vel ab homine an possit domino præiudicare. ¶ Et an talis clausula cum libera intelligatur de executione contentorum in testamento. ¶ Vnus executorū debitor defuncti quando possit ab altero conueniri etiam existente hærede, & in causa alimentorum, & similibus. ¶ Deputatus ad soluendum foris facta an possit soluere debita ex contractu, vel agere contra hæredem, vt illa soluat.

CAPVT CCCXXX.

Hæres vnus eius, qui rem deposuit, quando insolidum possit illam repetere, præstita cautione de dando partem cohæredi. ¶ Et an talis cautio possit præstari in executione sententiæ. ¶ Mandatum procuratoris an sufficiat producere post sententiam. ¶ Filius ergo hæres quomodo intelligatur. ¶ Vnus ex venditoribus, seu hæredibus quo casu possit cogere emptorem ad retrovendendam totam rem. ¶ Ex pluribus, qui eundem gradum obtinent, quando alter possit totum fideicommissum petere.

CAPVT CCCXXXI.

Alienatio bonorum fideicommissi materni quando permittatur tam pro restitutione, quam constitutione dotis facienda vxori filij defuncti. ¶ Et quæ sit ratio finalis, & impulsiua istius permissionis. ¶ Dotare filias, & descendentes an sit officium tam paternum, quam maternum. ¶ Verbum si quis quo casu comprehendat masculos, & fœminas. ¶ Parentum appellatione quando veniat tam pater, quam mater. ¶ Probatio cui incumbat, quod alia bona libera non extent tam ante, quam post alienationem, cum agitur de dote repetenda.

CAPVT CCCXXXII.

Actio an acquiratur substitutis absentibus in donatione vocatis per stipulationem donantis, seu donatarij. ¶ Et in illos an transeat dominium ipso iure etiam sine traditione, ita ut eis competat rei vendicatio. ¶ Et an talis actus sit potius substitutio, quam donatio. ¶ Et quando possit reuocari tam respectu primi donatarij, quam secundi. ¶ Pupillus, vel Abbas interpositus ad emendum, seu alium contractum faciendum quando possit remittere iura sibi quæsita, vel transferre in alium sine decreto superioris. ¶ Stipulatio pro altero quando valeat. ¶ Et quid fauore exercentis liberalitatem in casu *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.*

CAPVT CCCXXXIII.

Iudex declarans bona, super quibus est facienda executio an dicatur inferre nouum grauamen, à quo sit licita appellatio. ¶ Et quomodo in hoc concordentur Rotæ decisiones. ¶ Defectus liquidationis quando obstet executioni sententiæ. ¶ Et qualiter in iudicijs vniuersalibus petitionis hæreditatis, familiæ ercisundæ, & similium sit probanda liquidatio post sententiam. ¶ Causa an sit exprimenda quando appellatur ab excessu executionis. ¶ Sententia & executio facta extra horam, ad quam quis fuit citatus, quo casu sit nulla. ¶ Et iudex possit illam prorogare in sequentem diem. ¶ Mandatum speciale an requiratur ad appellandum ab executione.

CAPVT CCCXXXIIII.

Trebellianica, aut legitima an possit detrahi in re particulariter prohibita alienari, seu alteri legata. ¶ Fideicommissum an imminuatur per æs alienum debitum ipsi hæredi etiam non conficienti inuentarium. ¶ Res prohibita in specie alienari an possit vendi per solum hæredem pro soluendis debitis defuncti, vel requiratur decretum iudicis, & quod creditores vrgeant, & non adsint alia bona. ¶ Prohibitio alienationis quamuis nuda, & sine causa si est vestita à pena an valeat contemplatione eius, in quem transfertur. ¶ Et quid si adsit pœna extrinseca pecuniaria. ¶ Et an comprehendat alienationē per modum subueniendi necessitatibus hæredis.

CAPVT CCCXXXV.

Agens ex certo contractu celebrato à tutore nomine tutorio an audiatur, si neget illum esse tutorem. ¶ Et quando debeat approbari factum contra suæ qualitate. ¶ Et quid si approbatio fuerit limitata. ¶ Et quomodo in hoc intelligatur *Rot. decis. 22. de procurat. in nou.* ¶ Generales decisiones an concludant viris doctis, vel requirantur doctrinæ in puncto, vt melius de iure respōdeatur. ¶ Et an decisio Doctoris in terminis habeat vim legis. ¶ Tutor an possit conueniri ad certam remanente generalem rationem totius administrationis. ¶ Actio directa, seu vtilis negotiorum gestorum quando competat contra tutorem, seu curatorem, & detur cumulatio ad actionem pro curæ, seu pro tutelæ.

CAPVT CCCXXXVI.

Præsumptiones, & coniecturæ quales debeant esse ad probandam tacitam societatem. ¶ Et an sufficiant cōfessiones, testes singulares, libri rationum, actus possessiui, dimissiones pecuniarū apud sociū, cōmunis reputatio, publica vox, & fama cū similibus. ¶ Mandatū vel societas an dicatur si mandetur emi frumentum communi nomine. ¶ Cancellatio sentētiæ, seu instrumenti facta ad

fauorem vnius quãdo obstet, vt alius non possit ex illis agere. ¶ Tutela an probetur ex communi reputatione. ¶ Habentes conductiones de publico an possint insolidum conueniri, vel insolidum conuenire. ¶ Et quid in illis qui assumpti sunt in consocios post conductionem à principalibus factam. ¶ Et an tales assumpti possint alios consocios obligare. ¶ Socius an teneatur solum pro ea quantitate, quam in societate posuit.

CAPVT CCCXXXVII.

Indefinita quando æquipolleat vniuersali tam in probationibus, quam in vltimis voluntatibus. ¶ Testes deponentes Abbatem, & Monachos constituisse procuratorem an probent mandatum totius capituli. ¶ Et quid si deponant super dispositione collectiuã, an tunc intelligantur deposuisse de omnibus, & de tota re. ¶ Mandatum contra omnem personam an comprehendat collegium, & Rempublicam. ¶ Restitutio in integrum quo casu peti possit sine speciali mandato, & quando dicatur incidenter postulari. ¶ Constitutio procuratoris an probetur per testes. ¶ Producens mandatum nullum an possit se iuuare ex valido.

CAPVT CCCXXXVIII.

Electio quando spectet ad creditorem, seu debitorem in alternatiua rerum, personarum, vel modiorum, in iudicijs stricti iuris, contractionibus, & in illis, quibus ordo iuris datur, vel in similibus casibus. ¶ Promissio soluendi, vel repræsentandi debitorem in carceribus an sit pro securitate creditoris, itaut potius ad eum spectet electio, quam ad promittentem, seu illum qui pro eo fideiussit. ¶ Ex obligatione dandi vnum, vel duos cappones an possint peti duo. ¶ Suscipiens alienam obligationem an habeatur pro fideiussore.

CAPVT CCCXXXIX.

Relatio executoris, quod fuerit iectus de possessione Titius illicitus detentor, an debeat in totum approbari, itaut dicatur constare de illicita detentione. ¶ Confessio quando sit in totum reijcienda, vel admittenda cum sua qualitate. ¶ Et quid si adest præsumptio iuris in contrarium. ¶ Executori an credatur in concernentibus suũ officium circa immissionem in possessionem, etiam si deponeret, quod bona, in quibus fuit facta executio spectarent ad debitorem. ¶ Detentator iniustus an sit expellendus absque citatione. ¶ Et quando habens facultatem se informandi de intrusione summariè, & de plano possit aliquid facere contra non citatum. ¶ Et quo casu sufficiat citatio per edictum. ¶ Legitimus contradictor quis dicatur ad impediendam immissionem in possessionem.

CAPVT CCCXXXX.

Notarius Episcopi quando gaudeat priuilegio fori. ¶ Et quid si non viuat expensis illius, & non delinquat in officio. ¶ Familiarium appellatione qui veniant. ¶ Et an debeant esse continui commensales. ¶ Arbitrium Iudicis an attendatur in cognoscendo, quis sit familiaris. ¶ Priuilegia Inquisitoribus concessa an competant Episcopis. ¶ Consuetudo quod clerici subijciantur Iudicibus laicis quando valeat. ¶ Seruientes in exercitu quo casu habeant exceptionem hosticam, & alia militum priuilegia. ¶ Familia laicorum quando gaudeat priuilegijs dominorum. ¶ Scriptores, notarij, & bidelli scholarium an sint sub eodem foro, sicut Scholares. ¶ Familiares inquisitionis an debeant puniri per Inquisitores. ¶ Materia fori quando debeat restringi. ¶ Habentes litteras familiaritatis Episcoporum an gaudeant priuilegijs illis concessis.

CAPVT CCCXXXXI.

In eadem materia quando notarius Episcopi gaudeat priuilegio fori, etiam si non sit perpetuus, sed temporalis, & quamuis delinquat extra officium. ¶ Familiares, & subditi titulis Cardinalium an debeant remitti ad eorum Vicarios, itaut Vicarius Papæ non possit de delictis per eos commissis cognoscere. ¶ Seruientes alicui, & similes officiales an debeant conueniri pro criminibus coram eo, cui seruiunt.

CAPVT CCCXXXXII.

Mandatum procuratoris in rem suam quo casu expiret morte mandantis. ¶ Et quid si mandans relinquat hæredes pupillos, & furiosos. ¶ Vel nullum habeat hæredem. ¶ Vel quando sumus in mandatis necessarijs, & in futurum, seu vniuersalibus. ¶ Clausula in rem propriã, & verbũ assigno an transferat dominiũ. ¶ Alienatio fructuum an sit valida solùm viuente vassallo, seu emphyteuta. ¶ Donatio cum reseruatione fructuum in vita donantis an statim post eius mortem transeat ad donatarium. ¶ Dispositio *l. 2. C. de pignor.* quando habeat locum.

CAPVT CCCXXXXIII.

Donatio an requirat insinuationem, si res donatæ ascẽdant ad summam quingẽtorum aureorum, sed deductis expensis necessarijs, non remaneant quingenti aurei. ¶ Et an consideretur onus dandi, vel faciendi aliquid, quod transcendat vltra, vel æquiualeat dominio. ¶ Emtione facta redhibitione, quæ expẽsæ recupẽtur. ¶ Et quid si soluit promenticẽ tam coactè, quã sponte. ¶ Solutio spõtanea an dicatur, si fiat ab eo, qui potest cõpelli. ¶ Expensæ necessariæ quales sint. ¶ Gabella an exigatur solum respectu eius quod remanet apud venditorem, vel etiam expensarum

quæ

quæ factæ sunt causa venditionis. ¶ Statutum annullans contractum mulieris vltra decem libras an comprehendat illum, qui fit pro vndecim libris, si deberet detrahi vna libra pro mediatoribus, vel alijs expensis.

CAPVT CCCXXXXIIII.

Emphyteusis quando dicatur hæreditaria. ¶ Clausula ad habendum &c. an ampliet dispositionẽ, & inducat facultatem alienandi. ¶ Et quid si huiusmodi potestas alienationis permittatur solum conductori. ¶ Vel post d. clausulam subsequatur pactum prohibens alienationem irrequisito domino. ¶ Bona fœudalia, & emphyteotica quo casu veniant in institutione.

CAPVT CCCXXXXV.

Pater in stipulatione emphyteusis pro filijs, & hæredibus quando censeatur adhibitus tamquam nudus minister, itaut illa non dicatur hæreditaria. ¶ Concessio emphyteusis facta filijs tam nominibus proprijs, quam appellatiuis quo casu censenda sit contemplatione illorum, vel patris. ¶ Dos relicta ab auo nepti an dicatur constituta intuitu ipsius, vel filij. ¶ Principium acquisitionis quando incipiat habere effectum à patre, qui stipulatus est emphyteusim filijs non admixta persona sua. ¶ Et quando in ea filius censeatur nominatus vt filius, vel vt hæres.

CAPVT CCCXXXXVI.

Per renunciationem generalem quando censeatur remissum ius succedendi ex pacto, quod quis habet in emphyteusi. ¶ Scientia impli ita iuris futuri an operetur, vt renunciatio ad illud extendatur. ¶ Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi quamuis nulla adsit portio. ¶ Et an potius debeat dici ius succedendi, quam accrescendi. ¶ Renunciatio an in dubio sit præsumenda personalis, vel realis, & de illarum differentia.

CAPVT CCCXXXXVII.

Pater acquirens emphyteusim pro se, & filijs, quãdo censeatur illam stipulasse ordine successiuo. ¶ Et quo casu nepotes in ea concurrant cum patruis, & succedãt in locum patris, tam quando sumus in emphyteusi priuati, quã ecclesiastica. ¶ Et quid si filiæ sint exclusæ per statutum. ¶ Ius accrescẽdi an habeat locũ in emphyteusi.

CAPVT CCCXXXXVIII.

Fideiussor iudicatum solui quando teneatur in causa appellationis, tam si fuerit satisdatu in proprio nomine, quam officij. ¶ Et quid si se obligauerit tamquam principalis, & insolidum ¶ Vel quando sumus in tribunali subordinato ad illud, à quo fuit appellatum. ¶ Reseruatio melius agendi quo casu possit fieri per iudicem. ¶ Absolutio ab obseruatione iudi. ij an sit sententia definitiua, vel interlocutoria, & cõseruet iurisdictionem iudicis etiam delegati. ¶ Sequestrũ quando duret in causa appellationis, & quo casu reuocetur per satisdationem de iudicio sisti. ¶ Fideiussio data ad effugiendum carceres an respiciat instantiam, vel duret vsque ad finem litis. ¶ Cautio necessaria quæ dicatur. ¶ Sententia absoluens reũ reseruans ius actori melius agendi an sit absolutio simplex, vel qualificata, itaut allegans huiusmodi absolutoriam debeat etiam recipere contra se talem reseruationem, siue simus in fideiussore contractus, siue iudicij. ¶ Iuramentum an faciat, vt quis obligetur quamuis principalis non teneretur. ¶ Dispositio *l. per hanc. C. de tempor. appell.* an procedat in interlocutorijs ante sententiam. ¶ Et an in eis durent satisdationes prius præstitæ, vel nouæ requirantur.

CAPVT CCCXXXXIX.

Appellatione pendente à definitiua quando permittatur taxatio expensarum iudici à quo sibi illam reseruanti. ¶ Et quid post inhibitionem, & stante clausula sine præiudicio litterarum Apostolicarum. ¶ Expensæ an debeant taxari in fine litis, & post tres conformes. ¶ Et an illarum taxatio sit simplex declaratoria, & ab ea detur appellatio, quamuis illa prohiberetur in negotio principali.

CAPVT CCCL.

Generi per speciem quando derogetur. ¶ Vsufructuarius quo casu concurrat pro dimidia cum legatario in vsufructu rei particularis legatæ. ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ, quando videlicet testator mandaret quod legatarius nõ expelleret inquilinum. ¶ Vel aliquo onus ei imponeret celebrãdi missas, vel simile. ¶ Vel si vsufructus esset relictus cũ verbis pleno iure. ¶ Vel si in vno legato eiusdem testamenti esset exceptus vsusfructus. ¶ Vel adesset prohibitio de non molestando. ¶ Vel concurreret prædilectio potius respectu vnius, quam alterius, cum alijs coniecturis. ¶ Hæres institutus in omnibus bonis an habeat partem vsusfructus cum vxore relicta vsufructuaria omnium bonorũ. ¶ Legatum pro missis quando valeat. ¶ Et cui incumbat probatio illas fuisse celebratas.

CAPVT CCCLI.

Renuntiatio generalis quando comprehendat emphyteusim ecclesiasticam. ¶ Et quid si fuerit promissum non petere de bonis. ¶ Verbum hæres quando accipiatur pro descendentibus. ¶ Emphyteusis ecclesiastica accepta pro se, filijs, hæredibus, & successoribus quibuscunque an dicatur hæreditaria. ¶ Et quid si dictum fuerit

fu rit pro hæredibus masculis. ¶ Et accepta sit à patre pro filijs tanquam eorum ministro. ¶ Et an magna pensio, quæ pro ea soluitur, faciat illam potius esse locationem. ¶ Et an propter multa melioraměta in ea facta sit transitoria ad hæredes, quæ alias non transiret.

CPVVT CCCLII.

Liberi positi in conditione quando censeantur vocati. ¶ Et quid operetur qualitas quod sint legitimi & naturales, & ex legitimo matrimonio nati. ¶ Et quando vocentur per ablatiuos absolutos. ¶ Et in casibus, in quibus non possent succedere soli ab intestato. ¶ Et stante progressu ad plures gradus substitutionum, & vocatione collectiua, & prohibitione alienationis. ¶ Vel conditione negatiua. ¶ Et clausula masculinitatis, & omni meliori modo, & geminatione conditionis, & exclusione fœminarum, & illarum vocatione, non existentibus masculis, & substitutione vltimo loco facta de extraneis, cũ similibus coniecturis in hac materia. ¶ Et quando leuiores præsũptiones sufficiãt. ¶ Et quo casu stetur arbitrio Iudicis circa huiusmodi cõiecturas.

CAPVT CCCLIII.

Debitores tributorum fiscalium, & pœnarum an possint cõueniri, & exigi de facto, nullo iuris ordine seruato, incipiendo à persona omissa excussione bonorum. ¶ Dilatio, quæ solet concedi cõdemnatis, an habeat locũ tam in ciuilibus, quam in criminalibus. ¶ Ordo adiudicationis, de quo in *l. à diuo pio. §. in venditione. de re iudic.* in quibus casibus seruetur. ¶ Et an peruersio illius inducat nullitatem, vel debeat appellari, siue simus in Nuncio, siue Iudice. ¶ Termini, qui solent dari ad reluendum, alias ad tradendum, & adiudicandum rem creditori an sint de iure, vel de stylo. ¶ Nullitates an attendantur quando ius dicitur per Notarios iuris ignaros.

CAPVT CCCLIIII.

Conductor quando debeat denunciare locatori incendium vicinum domui sibi locatæ, vel similia damna, & impedimenta. ¶ Et quo casu dicatur habere tacitum mandatum pro expedientibus ad rem conductam, & si negligat sibi caueri de damno infecto à vicino an teneatur domino ex conducto. ¶ Incendium quando sit casus fortuitus tam respectu inhabitantium, quam vicinorum. ¶ Gerens negotia pupillorum an debeat non fieri eorum coniunctis recessum à gestione. ¶ Et quid in conductore volente recedere à domo conducta. ¶ Debitor, & inquilinus per vim exactus soluere alij, quam creditori quando liberetur & quid sit probandum, vt violentia excuset. ¶ Acrẽ ... missionem mercedis an debeat denunciare domino sterilitatem. ¶ Pensio an debeatur per inquilinum, qui non certiorauit dominũ de incendio. ¶ Euictio an habeat locum contra venditorem non facta denunciatione litis ab emptore. ¶ Damnum incendij quando sit resarciendum per vicinos. ¶ In iactura mercium ob saluandam nauem an debeant contribuere damnum passis, qui merces suas saluas habuerunt. ¶ Locatio accidentalis quæ dicatur. ¶ Emens domum, & donec pretium soluerit illam conducens, an dicatur dominus, & periculum interitus spectet ad eum, vel ad venditorem, qui sibi dominium reseruauit. ¶ Et an talis res vendita cum dicta reseruatione dominij possit alteri vendi non soluente emptore pretium debito tempore, & an ei detur remedium recuperandæ contra secundum emptorem.

CAPVT CCCLV.

In donatione plurium rerum, quæ simul iunctæ excedunt summam prohibitam donari absque insinuatione, an requiratur insinuatio. ¶ Stipulatio annua an sit vna, & transeat ad heredes quamuis de illis non fuerit facta mentio. ¶ Donatio certæ quantitatis annis singulis ad vitam donatarij, seu donatoris, quo casu requirat insinuationẽ. ¶ Et an dicatur vna, vel habeatur pro pluribus. ¶ Et quomodo fiat conseruatio vt appareat quam summam excedat. ¶ Hypotheca an extinguatur stante resolutione actus ob defectum insinuationis. ¶ Contractus nominati, quando rescindantur ob defectum causæ. ¶ Donatio propter benemerita, & affectionem sanguinis an dicatur ob causam, & debeat insinuari, quamuis merita probentur. ¶ Statutum requirens insinuationem an extendatur ad casus, in quibus illa de iure non erat necessaria.

CAPVT CCCLVI.

Compensationis exceptio quando possit opponi cessionario. ¶ Et si fuerit facta cessio, antequã sit opposita d. compensatio, an tunc transeat actio libera, & non elisa tam in creditore chyrographario, quam in hypothecario, & de differentia inter istos creditores, & an illis concedatur exactio contra debitorem debitoris. ¶ Solutio quando possit fieri cedenti post cessionem factam. ¶ Retentio an sit exclusa, si excludatur compensatio. ¶ Et an dicatur excipere qui vult retinere. ¶ Exceptiones competentes contra principalem quando dentur contra singularem successorem. ¶ Creditor succedens debitori an possit vti retentione. ¶ Soluẽs non opposita compensatione an prohibeatur postea petere, quod sibi debetur. ¶ Testis vnicus in facto proprio an plene probet. ¶ Debitor cessus quando obligetur non facta denunciatione per cessionarium, & non transmisso instrumento cessionis. ¶ Et quo casu illius copia sit exhibenda. ¶ Protestatio quando conseruet ius protestantis quo ad retentionem, quæ sibi competit. ¶ Et an sufficiat semel protestari, vt conseruetur ius in futurum.

CAPVT

CAPVT CCCLVII.

Nouus conductor quando præferatur antiquo tam in prædijs rusticis, quam vrbanis, & pactum in hoc quid operetur. ¶ Et quid in conductoribus fisci, Ecclesiæ, Communitatum, municipij, & rerum publicarum, scholaribus, & Magistris, ac similibus. ¶ Augmentum locationis in quibus versetur. ¶ Coloni quando possint cogi continuare locationem. ¶ Causæ legitimæ quæ sint, vt potius vni, quam alteri res locetur, & vendatur. ¶ Expensæ in discoscando an pertineant ad conductorem. ¶ Et an propter melioramenta facta in locatione inquilinus sit alijs præferendus. ¶ lus in re conducta quibus conductoribus concedatur tam in locationibus ad modicum tempus, quam ad longum. ¶ Singularis successor an possit expellere conductores fisci, Reipublicæ, & Ecclesiæ. ¶ Et quando ab illis conducens efficiatur verus dominus, & possit arbores plantatas transferre in præiudicium locatoris, & quomodo in hoc ei succurratur.

CAPVT CCCLVIII.

Ecclesiæ construendæ, & Collegio, seu hospitali futuro, quando possit hæreditas relinqui, & aliquid legari. ¶ Et fructus medij temporis ad quẽ pertineant. ¶ Et quid in hoc operetur dilatio facta per Episcopũ hæredi ad d. Ecclesiam ædificandam. ¶ Et in quo æquiparentur Monasteriũ futurum, & posthumus circa acquisitionem huiusmodi legatorum. ¶ Et an illa sint conditionalia, vel pura. ¶ Ciuitas, & quilibet de populo an possit petere, quod relinquitur ad construendam Ecclesiã, vel illam reparandam. ¶ Prædium relictum alicui post decem annos, vel cum pubes erit, an illi sit debitum cum fructibus à die facti legati. ¶ Vnio beneficiorum an valeat seminario futuro. ¶ Et quid in similibus dispositionibus factis futuris locis an sint validæ. ¶ Restitutio in integrum an competat monasterio ædificando aduersus negligentiam prosequendæ appellationis. ¶ Casus impediens constructionem Ecclesię absque culpa hæredis cui prę iudicet circa acquisitionem fructuum medij tẽporis. ¶ Monitio quando requiratur, vt hæres adimpleat præceptum testatoris. ¶ Donatio an valeat Ecclesiæ ædificandæ. ¶ Posita in templo ad eius ornatum an illi acquirantur, quamuis nemo recipiat. ¶ Allegationes partium in textu per Iurisconsultos narratæ quo casu faciant ius, & liceat ab eis arguere. ¶ Statna posita in municipio an possit inde remoueri. ¶ Mora an contrahatur sine interpellatione in relictis ad pias causas.

CAPVT CCCLIX.

Per petitionem contra omnes debitores, siue contra vnum quando intelligatur facta diuisio debiti, vel electio. ¶ Et quid in hoc operetur protestatio creditoris. ¶ Et an illa debeat fieri in actu solutionis. ¶ Et an obstet clausula quod vna via electa, altera tollatur, vel si esset renunciatum beneficio epistolæ Diui Adrian. ¶ Vel quando aliqui correi non essent soluendo. ¶ Recipiens fructus census vnius anni pro rata an sibi præiudicet quo ad futuras præstationes. ¶ Et facta diuisione fructuum an dicatur diuisa sors principalis. ¶ Et quid econtra an diuisis fructibus tamquam accessorijs censeatur etiam diuisum capitale. ¶ Administratores, tutores, & similes habentes mandatũ cum libera an possint diuidere creditũ agendo, seu recipiendo pro rata debebitores tangente.

CAPVT CCCLX.

Tutor & pupillus quando possint contrahere societatem tam expresse, quam tacite. ¶ Et quid si fuerit facta ad commodum ipsius tutoris. ¶ Vel non fuerint seruatæ solemnitates requisitæ per statutum in contractibus minorum. ¶ Vsura an dicatur quod ponens operam participet de lucro, non de capitali. ¶ Impubes doli capax an possit carcerari, mulctari, & excommunicari. ¶ Et quando obligetur ex contractu tutoris, & ex societatibus officij pro eo factis personalit. r. & cũ obligatione camerali, & similibus clausulis. ¶ Pecuniæ quo casu dicantur versæ in vtilitatem pupilli. ¶ Et quãdo versio præsumatur sine alia probatione. ¶ Contractus gesti per tutorem, qui publice pro tali habebatur, an sint validi. ¶ Et ex illis impubes obligetur. ¶ Et quid si ei fuisset datus adiunctus, sine quo tutor administrabat. ¶ Vel non fuisset factum inuentarium. ¶ In societate in qua vnus ponit operam, alter capitale an fiat communicatio capitalis, & illius dominium transferatur.

CAPVT CCCLXI.

Interesse quando sit præstandum emptori, qui non fuit certioratus à venditore de qualitatibus rei venditæ, ob quas minoris fuisset empturus. ¶ Post emptionem, si superueniat notitia alicuius seruitutis debitæ rei emptæ, ob quam reddatur maioris æstimationis, quo casu sit augendum pretium venditori. ¶ Commodum proueniens à casu, & augumentum rei venditæ tam intrinsecum, quam extrinsecum an cedat lucro emptoris. ¶ Contrahens quando excusetur non perquirẽdo conditiones rerum, & personarum, cum quibus contrahit. ¶ Aestimatio circa restitutionem quanti minoris quomodo sit facienda. ¶ Et quod tempus consideretur. ¶ Emptor, & conductor de quibus sit certiorandus à locatore, & venditore. ¶ Et quid in decreto publicando, ob quod dim.nueretur pretium rei venditæ.

CAPVT

CAPVT CCCLXII.

Constitutio dotis an probetur ex coniecturis. ¶ Et quales debeant esse. ¶ Confessio mariti de dote recepta, quo casu probet mulierem fuisse dotatam. ¶ Et an ex ea acquiratur ius vxori illam exigẽdi ex actis inchoatis per suum virum, executiue, & sine vlla cessione. ¶ Vxor an præsumatur habuisse notitiam dotis promissæ, vel traditæ marito. ¶ Filia quando posit petere iterum se dotari. ¶ Confessio mariti de dote recepta quando præsumatur simulata, vel vera, itaut præiudicet tam sibi, quam creditoribus. ¶ Et quid si tempore confessionis erat grauatus ære alieno. ¶ Et quomodo de hoc debeat constare

CAPVT CCCLXIII.

Hypotheca an extinguatur ad fauorem possessoris spatio decem annorum. ¶ Sententia ratione excessus, & ob defectum obligationis in qua erat fundata an sit nulla. ¶ Exemplum exempli, & testimonium de auditu auditus an faciat fidem. ¶ Clausula generalia contra an habeat vim oppositionis in specie etiam post terminum citationis. ¶ Executio quo casu debeat iustificari ex eisdem actis, non ex noviter deducendis. ¶ Monasterium quando teneatur ad debita Monachi tam antequam post ingressum. ¶ Hereditas delata monacho an posit absque eius ministerio adiri, vel repudiari per monasteriũ. ¶ Et quid in hoc sentiant legistæ, & Canonistæ. ¶ Equites hyerosolimitani an posint facere testamentum, & sint vere religiosi. ¶ Et an comprehendantur sub dispositione *Concil. sess. 25. c. 18. de regular.* ¶ Et quid in alijs militibus militiarum secularium, & oblatis, ac similibus. ¶ Obligatio Cameralis quomodo debeat extendi, quando succeditur alicui mediante persona alterius.

CAPVT CCCLXIIII.

Contumax verus quis dicatur. ¶ Et an prohibeatur appellare de æquitate canonica. ¶ Negligentia procuratoris in appellando an præiudicet Domino. ¶ Processus per affixionem contra substitutum non habita ratione substituentis an sit validus. ¶ Appellatio quo casu debeat interponi à die latæ sententiæ, vel scientiæ. ¶ Et quid in personaliter citato admisso à iudice ad appellandũ, quamuis pars non opponat an debeat audiri, vel remitti ad primum iudicem. ¶ Et an illi sit concedenda restitutio non parito iudicato, & refectis expensis etiam in vnica sententia lata per contradictas. ¶ Excommunicationes, & suspensiones, quando ligent ignorantes, & absentes statim cum proferuntur. ¶ Et quid in pœna tam descendente à d. excommunicatione, quam in ea, quæ venit in consequentiam propter contemptum. ¶ Contumax verus an dicatur constituens procuratorem, qui substituit alium, quo substituto recedente docto de absentia processum fuit ad contradictas. ¶ Sententia excommunicationis, & similia, quæ solent ferri sub conditione an attendantur quo ad appellandum à die sententiæ, vel existentis conditionis.

CAPVT CCCLXV.

Coniuncto an posit solui pro coniuncto, quamuis habeat communionem, & offerat cautionem de rato. ¶ Pensiones, & redditus beneficij an sint loco peculij castrensis, vel quasi ita vt in eis pater non habeat aliquam administrationem, neque posint ei solui, & si soluantur an debeant attendi ad effectum acquirendæ possessionis. ¶ Et quid si filius esset minor impubes, vel non sanæ mentis. ¶ Et an tunc pater sit legitimus administrator, vel datiuus, & teneatur facere inuentarium, & rationem reddere sicut extraneus. ¶ Pater an posit acquirere vtilem actionem filio in castrensibus, vel quasi. ¶ Absens expulsus à possessione sibi acquisita antequam illam ratificet an habeat remedium recuperandæ, & operetur ratificatio post spolium facta. ¶ Possessio an posit acquiri ignoranti per tertiam personam, & quomodo hoc intelligatur. ¶ Et quid in filio, seruo, procuratore, & similibus. ¶ Speciale an sit in mutuo, vt ignoranti quæratur actio. ¶ Scientia ex cohabitatione quo casu præsumatur. ¶ Et quando debeat concurrere actus positiuus. ¶ Spatium longi temporis an faciat præsumere ratificationem. ¶ Solutiones factæ antecessori per confessionem an præiudicent successori ad effectum mandati de manutenendo. ¶ Et quid si adsint verba incontanti, vel probetur stylus partium faciendi similes quietantias, vel quando sumus in actibus conditionalibus. ¶ Exercitium actionis in agendo, vel defendendo filium an competat patri sine eius consensu. ¶ Tutor verus non tamen administrator an posit acquirere pupillo actionem, & obligationem, vel recipere solutionem.

CAPVT CCCLXVI.

Hypotheca quando competat in bonis patris etiam à tertio possessis pro alimentis, & legitima ac eius supplemento. ¶ Dotis constitutio facta à patre debitis inuoluto an valeat. ¶ Vicarius an sit præferendus pro congrua portione alijs, qui bona suæ Ecclesiæ habuerunt. ¶ Et an sit soluenda in primis per eos, qui percipiunt decimas surgentes in parochiali, vel potius sit petenda ab illis, quibus sacramenta administrantur. ¶ Et an facta translatione decimarum intelligitur translatio cum d. onere congruæ portionis. ¶ Et an illi obstet contraria consuetudo.

CAPVT

t verus an dicatur con-
, qui substituit alium,
ite docto de absente
adictas. ¶ Sententia
similia, quæ solent ser-
ttendantur quo ad ap-
iæ, vel existentis con-

:CCLXV.

pro coniuncto, quam-
:m, & offerat cautio-
s, & redditus benefi-
strensis, vel quasi ita
reat aliquam admini-
it ei solui, & si soluan-
id effectum acquiren-
d si filius esset minor
entis. ¶ Et an tunc
istrator, vel datiuus,
trium, & rationem
¶ Pater an posit ac-
filio in castrensibus,
sus à possessione sibi
ratificet an habeat
, & operetur ratifica-
¶ Possessio an posit
etiam personam, &
. ¶ Et quid in filio,
nibus. ¶ Speciale
nti quæratur actio.
ne quo casu præsu-
t concurrere actus
temporis an faciat
¶ solutiones factæ
em an præiudicent
iati de manutenen-
ba incontanti, vel
eiendi similes quie-
actibus cond tio-
onis in agendo, vel
etat patri fine eius
on tamen admini-
upillo actionem, &
lutionem.

.XVI.

in bonis patris
alimentis, & le-
. ¶ Dotis consti-
soluto an valeat.
us pro congrua
Ecclesiæ habue-
primis per eos,
ntes in parochia-
llis, quibus sacra-
an facti transla-
: translatio cum
¶ Et an illi obstet

CAPVT

CAPVT CCCLXVII.

Dos etiam inæstimata an possit constitui per tutorem, vel minorem sine decreto, & alijs solemnitatibus. ¶ Et quid stante pacto, seu statuto lucri dotis. ¶ Vel quando esset relicta à patre in testamento. ¶ Et in rebus, quæ seruando seruari non possunt. ¶ Et quid si nupserit pari, vel benemeritò. ¶ Et an in hoc consideretur læsio. ¶ Fœudum an possit dari inæstimatum pro dote. ¶ Maritus minor recipiendo dotem an obligetur pro illius restitutione. ¶ Lucrum dotale an sit considerandum stante nullitate dotis. ¶ Matrimonium an possit contrahi per minorem sine solemnitatibus. ¶ Et detur ei restitutio; quamuis nupserit indigno. ¶ Dos constituta per tutorem, quantumcunque ampla, an censeatur ratificata per mulierem ex matrimonio postea contracto, itaut etiam in genere hæc cogitatio videatur sufficere. ¶ Conuentio, vel statutum lucrandi dotem an inducat alienationem.

CAPVT CCCLXVIII.

Litteræ officialium, quando probent collationem ordinum, & similium dispositionum voluntariæ iurisdictionis sine notario, & testibus. ¶ Clericatus collatus absque dispensatione an valeat, si pater clerici fuisset condemnatus de crimine lesæ maiestatis. ¶ Et an obstet si talis sententia fuerit lata à laico sine declaratione iudicis Ecclesiastici. ¶ Crimen læsæ maiestatis an incurratur respectu Principis non recognoscentis superiorem. ¶ Et quando filij incurrant pœnas, de quibus *in l. quisquis. C. ad leg. iuliam maiestat.* ¶ Successio quæsita alteri antequam quis efficiatur clericus, quo casu tollatur ex superuenientia clericatus. ¶ Ex præsentatione inualida an sit consumpta facultas postea valide præsentandi. ¶ Et quid in nominatione, institutione, & electione. ¶ Effectus quando sit considerandus, ita vt illo non sequuto actus dicatur nullus. ¶ Præsentationes, quo casu possint dici habere effectum, & quæ requirantur ad acquirendam possessionem iurispatronatus. ¶ Præsumptio effectuationis an resultet constito de collatione, & opponenti an incumbat onus probandi illam non fuisse sortitam effectum.

CAPVT CCCLXIX.

Prælegata an veniant in restitutione fideicommissi, quamuis nihil dictum sit de portione. ¶ Substitutio reciproca, quando contineat solum vulgarem, & pupillarem. ¶ In testamento inter liberos an subintelligatur clausula codicillaris. ¶ Et an illa operetur, sicut expressa, respectu inducendi fideicommissum. ¶ Substitutio quando referatur ad eos, quibus fuit specialiter prouisum. ¶ Vulgaris substitutio, quo casu non deficiat propter aditionem primi. ¶ Clausula codicillaris, quando conuertat substitutionem directam, & reciprocam, & compendiosam in fideicommissum. ¶ Et quomodo debeat esse concepta. ¶ Et an solum confirmet voluntatem testatoris, vel illam alteret, aut extendat. ¶ Et an possit operari, si testamentum iam habuit effectum, & substitutio euanuit per aditionem.

CAPVT CCCLXX.

Status vltimus, vel consuetudo longi temporis an debeat attendi in conuentionibus dubijs, & similibus dispositionibus. ¶ Generalis concessio, quando extendatur ad fructus, & decimas futuras. ¶ Dispositio quo casu non restringatur ad primum actum. ¶ Augmentum pretij an faciat, vt contractus dicatur nouus. ¶ Habens arbitrium super facto an illud habeat super termino facti. ¶ Clausulæ manu regia, sola facti veritate inspecta, & similes quid significent. ¶ Impediens examen testes, & extractionem scripturarum an faciat, vt in eius odiū testes habeantur pro examinatis, & quod stetur scripturis informibus cum earum simplici copia.

CAPVT CCCLXXI.

Inuestitura pro se, & filijs suis an intelligatur, vt filij cuiuslibet sint vocati ad partem patris, non ad portionem patrui. ¶ Testator si instituat plures hæredes, & eos ipsorumq. filios inuicem substituat, filij vnius an debeant esse substituti ad inuicem respectu portionis paternæ, vel aliorum institutorum. ¶ Substitutio fideicommissaria de qua parte hæreditatis intelligatur. ¶ Filij positi in conditione in casu, in quo vocantur, an debeant intelligi substituti proprio eorum patri per fideicommissum, & tantum vocati ad portionem illius, vel etiam ad partem alterius transuersalis. ¶ Et quid stantibus coniecturis, & quales debeant esse, & an leuiores sufficiant. ¶ Et quādo vnica portio in persona parentum consideretur ad istum effectum. ¶ In dispositione, quod bona post mortem filiorum deueniant ad eorum filios, & quod cuilibet substituto sint substituti sui descendentes, an ipsi soli de linea dicantur substituti, vel alij de altera linea.

CAPVT CCCLXXII.

Noua inuestitura, quando possit fieri in præiudicium eius, qui in prima est comprehensus. ¶ Et quo casu præualeat primæ. ¶ Acquirēs emphyteusim titulo oneroso, an possit præiudicare alijs gratiose vocatis. ¶ Hæres particularis, an admittatur ad bona emphyteotica hæreditaria, & quando in eo verificetur qualitas hæredis, siue successoris. ¶ Habens emphyteusim pro se, & descendentibus cum potestate alienandi, si alienauit secundo

acqui

acquirenti pro se, & suis hæredibus, an inuestitura sit rei ouanda pro se, & descendentibus secundum formam primæ, vel pro se, & hæredibus, sicut fuit facta emptio. ¶ In emphyteusi hæreditaria an debeat admitti ille, cui fuit delata hæreditas, non considerato, quod possit esse, vel non esse hæres. ¶ Verba quod patris hæreditatem habuerit, vel possideat qualiter intelligantur. ¶ Inuestitura dubia, quomodo declaretur.

CAPVT CCCLXXIII.

Dignitas, & multitudo occupationum superueniens in arbitro, quo casu faciat cessare compromissum. ¶ Et quid si fuerit factum sub nomine officij an transeat ad successorem. ¶ Ratio finalis compromissi in quo consistat. ¶ Qualitas superueniens an plus operetur, quam qualitas à principio inhærens. ¶ Dignitas quando faciat nouum hominem.

CAPVT CCCLXXIV.

Exceptio familiaritatis quando repellat testem, quamuis non fuerit opposita tam in familiaribus nobilium, quam alijs. ¶ Et de quo tempore sit probanda. ¶ Actus alimentandi in domo an sit de illis, in quibus testes actu, vel habitu non interueniunt præter domesticos. ¶ Testes ex natura actus quando dicantur non potuisse interuenire. ¶ Probatio coniecturalis an sufficiat in alimentis. ¶ Et an in eis sit probanda qualitas, quod expensa fuerit facta de re propria. ¶ Animus repetendi alimenta quando præsumatur tam in extraneo, quam in fratre, vitrico, & sanguine coniunctis, & in alijs, qui sperant succedere. ¶ Et quo casu fiat compensatio cum seruitijs, & operis præstitis. ¶ Appellatio an admittatur à sententia Vicarij ad eum cuius est Locumtenens. ¶ Fideiussor de iudicatum soluendo quando possit appellare. ¶ Contractus gesti apud acta an habeant executionem paratam.

CAPVT CCCLXXV.

In subhastatione pignorum, & adiudicatione, quando citatio requiratur. ¶ Et an stetur iudicis arbitrio, quantum tempus dandum sit tam in [illegible] priuati, quam Ecclesiæ, minoris, & fisci. ¶ Præsentia in actu quo casu sit præsumenda. ¶ Et quid in similibus solemnitatibus. ¶ Debitores fiscales an sint in mora ipso iure absque interpellatione. ¶ Et an debeant exigi sine nullo ordine iudiciario. ¶ Patiens secundum decretum an videatur bona super quibus illud passus est habuisse pro derelicto sine spe recuperandi, quamuis ab alio non occupentur. ¶ Iudex si non seruat ordinem iudiciarium in adiudicatione bonorum, an executio vitietur, vel solum licitum sit appellare. ¶ Reus habens exceptionem, quod non fuit sibi intimatum tempus ad reluendum pignora, an sibi præiudicet, si hoc non opposuit, quando actor egit ad secundum decretum. ¶ Venditio bonorum debitoris fisci cessantis in solutione quomodo debeat fieri.

CAPVT CCCLXXVI.

Conductor stipulans sibi remissionem, si locator non obseruat promissa an possit petere damna, & interesse. ¶ Et quid è contra si stipuletur damna an possit agere ad ea, quæ de iure communi sibi debentur. ¶ Prouisio hominis in quibus casibus faciat cessare prouisionem legis. ¶ Pensiones solutæ, quando repetantur per conductorem condictione indebiti, vel actione ex conducto, si impediatur frui re locata. ¶ Maritus, & vxor per hypothecam expressam an videantur à tacita recessisse. ¶ Dispositio prohibens minorem viginti annis non posse alienare sine solemnitate an tollat prouisionem legis, vt non sit seruanda solemnitas requisita vsque ad annum vigesimum quintum. ¶ Hypotheca quando detur pro legatis, tam ex officio, quam ex testamento, si specialiter aliqua res fuerit obligata per testatorem. ¶ Pœna apposita in emphyteusi, locatione, & similibus contractibus ob inobseruantiam, quando operetur, vt censeantur sublatæ aliæ pœnæ de iure communi competentes. ¶ Pensiones an sint soluendæ anticipate. ¶ Damnum in locationibus an intelligatur respectu fructuum, vel pensionum. ¶ Locator quando teneatur conductori ad damna, & interesse, & remissionem mercedis.

CAPVT CCCLXXVII.

Pro legato, & donatione emphyteusis an debeatur laudemium. ¶ Et quid in ea, quæ fuit concessa pro se, & hæredibus & quibuscunque successoribus. ¶ Facultas exigendi laudemium an sit personalis, vel realis. ¶ Et laicus succedens Ecclesiæ an illud possit exigere, sicut exigebat Ecclesia. ¶ Laudemium an debeatur pro consensu, vel inuestitura, & traditione possessionis. ¶ Et an illius præstatio sit exhibitio obsequij reuerentialis, & de natura contractus, & illius solutio videatur excepta per quamcunque concessionem, & immunitatem. ¶ Et an pro eo competat hypotheca. ¶ Et an obseruantia attendatur in illius solutione. ¶ Emphyteota quando possit legare, & donare rem emphyteoticam sine consensu domini. ¶ Et an priuetur iure suo non secus ac si illam alienasset. ¶ Æstimatio laudemij quomodo sit facienda, & secundum quod tempus, siue transferatur emphyteusis excessa [illegible], siue onerosa.

CAPVT

CAPVT CCCLXXVIII.

Declaratio deuolutionis an debeat fieri viuente emphyteuta. ¶ Et quando mora possit per illum purgari post factam executionem ab homine. ¶ Et an debeat esse celeris satisfactio. ¶ Et quando dicatur talis,& sit in arbitrio iudicis illam admittendi etiam post sex menses. ¶ Pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, quomodo debeat intelligi, & an illud operetur expulsionem sine citatione. ¶ Iuramentum an excludat purgationem moræ. ¶ Declaratio domini volentis emphyteutam esse priuatum ob non solutum canonem an sit valida non præcedente cautione. ¶ Et quid si adsit statutum, quod non soluens canonem sit ipso iure priuatus. ¶ Et an sufficiat declaratio tacita. ¶ Procurator quando possit declarare deuolutionem ad fauorem domini. ¶ Emphyteuta an priuetur iure suo locando ad longum tempus sicut alienando. ¶ Et an contractus sit solum nullus absque eo, quod incurratur in aliam pœnam.

CAPVT CCCLXXIX.

Auctoritas adhibenda vice confirmationis, quando possit interuenire ex interuallo. ¶ Et an valeat tantum ex tempore auctoritatis præstitæ, vel debeat retrotrahi ad tempus ipsius actus. ¶ Consensus quando dicatur de solemnitate, & forma. ¶ Laudum an sit nullum, si feratur per laicum super rebus ecclesiasticis, quocunque possessorio agatur. ¶ Et an consensus Episcopi seu Vicarij habilitet tale compromissum. ¶ Et an debeat adhiberi in actu electionis. ¶ Et an possit in eo poni facultas procedendi de iure, & de facto, & sententiandi de iure. ¶ In alienatione bonorum Ecclesiæ an sufficiat consensus Episcopi, seu Vicarij. ¶ Et quando ille excludatur per nominationem Episcopi. ¶ Actus voluntariæ iurisdictionis an possit sine speciali mandato exerceri. ¶ Bona incorporata Ecclesiæ, & effecta de eius mensa an possint alienari inconsulto Romano Pontifice. ¶ Et an in bonis solitis locari requiratur tempus quadraginta annorum post primam concessionem ad hoc, vt solemnitas aliqua non sit necessaria. ¶ Et an debeat adesse euidens vtilitas Ecclesiæ considerato tempore nouæ, vel primæ concessionis. ¶ Et quando alienatio sit nulla non probata consuetudine, quod sumus in bonis Ecclesiæ solitis locari.

CAPVT CCCLXXX.

Decoctores fraudolenti, & dolosi an gaudeant immunitate ecclesiastica, priuilegio cessionis dilationibus debitoribus concessis, & qualiter puniantur, & quibus pœnis. ¶ Et quid in debitoribus ex causa publicorum tributorū. ¶ Nexi qui dicerentur apud antiquos. ¶ Dies triginta, qui dabantur debitoribus, quare vocentur iusti. ¶ Latrones publici, qui sint, & in quo differant à furibus. ¶ Et à quibus iudicibus possint puniri. ¶ Crato phylosophus, quare repræhensus à Ioanne Apostolo, & eius conuersio. ¶ Exceptio aliquorum casuum, quando firmet regulam in cōtrarium. ¶ Proditor an dicatur tam is, qui occidit aliquem colore amicitię, quam ille, qui inimicum à tergo interfecit. ¶ Et quis proprie debeat dici proditor ad effectum, vt non gaudeat immunitate ecclesiastica iuxta Bullam Gregorij xiiij.

CAPVT CCCLXXXI.

Clericus an præsumatur consumpsisse fructus beneficij in alimenti, & redditus patrimonij conseruasse. ¶ Et an possit libere disponere de redditibus beneficiorum consistentibus in distributionibus quotidianis, sicut de bonis patrimonialibus. ¶ In donatione maioris partis bonorum an debeant donanti subministrari alimenta. ¶ Dominij translatio an fiat ipso iure in donatorem ob pacta non seruata. ¶ Et quid si medio tēpore esset ius tertio quæsitum. ¶ Onus probandi bona clerici beneficiati fuisse quæsita ex redditibus ecclesiasticis, non patrimonialibus ad quem spectet. ¶ Et an idem sit in filio, si ignoretur an illa acquisiuerit ex bonis paternis, vel aliunde. ¶ Donationis effectus an suspendatur post mortem clerici, qui donauit cum pacto illum alendi. ¶ Et an talis donatio sit similis illi, quę fit reseruato vsufructu. ¶ Substituti in donatione, quando possint agere rei vendicatione ad acquirendum bona donata. ¶ Onus deferendi arma, & sumendi nomen donantis an faciat donationem ob causam. ¶ Et quando dominium, & possessio acquiratur donatario ante implementum similium conditionum.

CAPVT CCCLXXXII.

Dos filiæ an sit peculium profectitium, siue aduentitium. ¶ Filiusfamilias an possit donare causa mortis, & in ea substituere. ¶ Consuetudo an possit dare facultatem testandi filijs, & monachis. ¶ Et an operetur in bonis extra territorium. ¶ Vidua an reincidat in potestatem patris stante consuetudine, quod filia nupta sit sui iuris. ¶ Decedere an quis possit pro parte testatus, & pro parte intestatus. ¶ Filiafamilias an valide testetur de dote, & donatione propter nuptias etiam cum consensu patris. ¶ Emancipatio an iuuet filium, vt possit facere testamentum, si constat de fraude. ¶ In statutis an liceat arguere à contrario sensu. ¶ Prohibitio facta per statutum, quod filia non disponat in vltima voluntate in præiudicium filiorum an censeatur permittere, vt possit testari in illorum commodum. ¶ Consuetudo habilitans filiam ad testandum an habeat locum si nubat forensi.

CAPVT

CAPVT CCCLXXXIII.

Inhibitio obtenta per apppellantem, quando operetur effectum tam deuolutiuum, quam suspensiuum. ¶ Remedio attentatorum an sit locus, si tacite, vel expresse fuit renunciatum appellationi. ¶ In possessorijs an admittatur appellatio de iure canonico, & sit exprimenda causa. ¶ Statutum denegans appellationem in possessorijs an sit extendendum ad remedium *l.fin.C.de edict.diu.adr.toll.* ¶ Ciuitatis appellatione an veniat diœcesis, vel prouincia. ¶ Iurisdictio ciuitatis alicui concessa an debeat intelligi de castris. ¶ Aegidiana in quibus locis sit seruanda, & excuset à pœna attentatorum. ¶ Appellatio ab interlocutoria sine scriptis an valeat absque insertione causæ, si per statutum possit appellari non seruatis solemnitatibus iuris, & sine strepitu, ac figura iudicij. ¶ Et quid in sententia diffinitiua. ¶ Subrogatio in locum alterius qualiter fiat tam per modum suppletionis, quam substitutionis, & cumulationis.

CAPVT CCCLXXXIV.

Per satisdationem quando tollatur nunciatio noui operis, si nuncians vellet incontinenti probare tam de iure canonico, quam ciuili. ¶ Et quid in praxi seruetur, & secundum statutum Vrbis. ¶ Et quando sit in arbitrio nunciantis, vel nunciati huiusmodi satisdationē admittere. ¶ Terminus in iudicijs datus vni quando sit communis alteri, & quo casu possit restringi. ¶ Exceptio incontinenti probanda an impediat executionem sententiæ, & ædificium. ¶ Nunciatus an fiat possessor per satisdationem præstitam à nūciante. ¶ Decretum manutentionis an transeat in iudicatum. ¶ Et an in ea sit admittenda restitutio, & repulsatio testium. ¶ Opus factum contra nunciationem an reuocetur per viam attentati. ¶ Mandatum de manutenendo an concedatur non probata possessione de tempore litis motæ, & sufficiat probatio quasi possessionis anterioris. ¶ Mandatum super noui operis nunciatione an reo cōparente resoluatur in vim simplicis citationis. ¶ Possessio an possit dici extincta per lapsum decem annorum quo ad effectum manutentionis.

CAPVT CCCLXXXV.

Negotiorum gestor administrans sciente, & patiente domino eius negocia, quando censeatur illum obligasse. ¶ Et an coniecturæ sufficiant ad probandum, quod contrahens cum administratore voluerit dominum obligare. ¶ Pupillus, Ecclesia, & Ciuitas an teneantur ex facto administratorum. ¶ Et an sit probandū, quod negotium fuerit conuersum in eorum cōmodum. ¶ Et quid in alijs non priuilegiatis an ista probatio requiratur. ¶ Administratores qui scribunt se debitores in libris quando possint nomine proprio conueniri. ¶ Actio an detur contra dominum, in cuius vtilitatem negotium versum est.

CAPVT CCCLXXXVI.

Insinuatio an requiratur in donatione facta cum onere alendi donantem. ¶ Et in quibus personis meritorum æquiualentia sit consideranda ad effectum, vt illa valeat. ¶ Et probatio meritorum quo casu sit facienda. ¶ Et an huiusmodi merita debeant producere efficacem obligationem ad agendum. ¶ In donatione restricta ad descēdētes nascituros ex corpore donatarij, vel ad descēdentes masculos tantū an bona donata debeant reuerti ad donantem, & eius hæredem, vel ad successorem donatarij. ¶ Et an censeatur vnica donatio in quolibet personarū gradu, & perinde sit, ac si donatum fuisset vltimo sine aliquo onere, sicut in fideicommisso. ¶ Donatio ob causam an requirat insinuationem, vel aliam solemnitatem statuti de donatione loquentis.

CAPVT CCCLXXXVII.

Assertio notarij, quod pecuniæ fuerint numeratæ, quando possint verificari per traditionem cedulæ bancharię. ¶ Et quomodo in hoc cōcordētur Rot. decisiones. ¶ Vera numeratio ex quibus verbis colligatur tam quando agitur pro validitate actus, & falsitate euitanda, quam pro concordia testium deponentium de solutione per cedulam. ¶ Constitutioni Pij V. an sit satisfactum per dationem cedulæ, quamuis per eam requiratur vera, & realis numeratio. ¶ In mutuo quando à principio possit taxari certum interesse verisimile absque fraude, & dolo palliandi vsuras. ¶ Lucrum cessans quo casu sit magis vicinum damno emergenti, quam lucro cessanti. ¶ Creditor qui non potest pacisci de certa quantitate soluenda ratione interesse an possit taxare aliquam partem honesti lucri attenta conditione personarum, si postea probetur, quod vere tantum sua intererat. ¶ Pecunia habita industria an dicatur fructifera. ¶ Interesse an probetur per confessionem partium, & quomodo de eo debeat constare. ¶ Taxatio à principio quo casu admittatur in terminis *l. curabit.C.de act. empt.* ¶ Dilatione pendente an detur mora, & debeatur interesse. ¶ Instrumentum continens certum, & taxatum lucrum an dicatur vsurarium. ¶ In cambijs an sit prohibita taxatio interesse à principio. ¶ Et an requiratur mora, vt illud sit debitum. ¶ Et quādo in eo taxatio vniformis sit reijciēda. ¶ Conuentio quomodo dicatur iustificata, & quales debeant esse circumstantiæ, & probationes, vt interesse possit dici verisimile, & proportionatum, & absque labe vsurarum.

CAPVT

CAPVT CCCLXXXVIII.

Debitor offerens debitum creditori nolenti recipere quando liberetur, si res oblata perdatur. ¶ Et quid si fuerit solutum creditori creditoris, & debitor nolit habere ratum ¶ Acceptatio litterarum pro honore scribentis quid operetur. ¶ Et qualis in hoc sit obseruantia mercatorum. ¶ Per solutionem determinatam, quando excludatur electio soluentis, itaut non debeat attendi causa leuior, vel antiquior. ¶ Acceptãs litteras sub protestu an debeat sub tali protestu soluere ad hoc, vt sibi non præiudicet.

CAPVT CCCLXXXIX.

Sententia ab vno lata, quando sit exequenda per iudicem alterius territorij. ¶ Et an requiratur pronunciatio, quod actor sit immittẽdus in possessionem bonorũ vbicunque existentium. ¶ Et quid in citationibus, receptionibus testium, interlocutorijs, & similibus. ¶ Et an ab huiusmodi decreto licita sit appellatio. ¶ Statutum prohibens non vocari in ius aliquẽ extra suum dominiũ, quomodo intelligatur. ¶ Transferens domicilium, quãdo possit cõueniri de cõtractibus factis in primo domicilio, & in loco cõtractus. ¶ Iudex generaliter decernendo immissionem, quo casu videatur, & possit decernere de bonis alterius territorij. ¶ In executione contractuũ an exigantur litteræ requisitoriæ iudicis, vel ipsum instrumentum habeatur pro litteris. ¶ Requisitus exequi sententiam alterius an debeat habere merum imperium, & territorium, & iurisdictionem in condemnatum.

CAPVT CCCLXXXX.

Statutum contra emptorem quando habeat locũ in venditore. ¶ Et priuilegium concessum clericis quo casu trahatur ad laicos. ¶ Gabella imposita emptori vini an comprehendat venditorem, & tollat immunitatem ecclesiasticam, & præiudicet Clericis. ¶ Et an in hoc obseruantia iuuet. ¶ Et vtilitas publica aliquid operetur. ¶ Conditionem meliorem quando quis possit facere in aliorum præiudicium.

CAPVT CCCLXXXXI.

Apocha priuata sine subscriptione testium quando præualeat publicis instrumentis, si probetur veritas temporis, & an sufficiat iuramentum suppletorium cum adminiculis, & coniecturis. ¶ Et quid in computatione, seu saldo facto in libro Mercatoris continente scripturam successiuam. ¶ Qualitas testium quod sint bonæ conditionis, & famę quo casu sit probanda per eum, qui se fundat in anterioritate hypothecæ. ¶ Cõfessio, & contractus debitoris decocti ad fauorem vnius ex creditoribus quando præiudicet alijs. ¶ Et quod tempus requiratur ante decoctionem. ¶ Et an debeat adesse dolus, & fraus creditoris. ¶ Et quales sint actus repugnantes decoctioni, & quis dicatur decoctus. ¶ Argumentum à subordinatione an valeat ad probandum non fuisse consensum in tempore. ¶ Apocha priuata an sit subscribenda tã à creditore, quam à debitore, si solum agatur de præiudicio debitoris. ¶ Subscribens apocham absque mentione hypothecæ an censeatur se obligasse cum hypotheca bonorum, quæ in d. apocha continebatur. ¶ Examen testium factum sine interogatorijs quo casu possit repeti, & detur restitutio. ¶ Notarius an debeat esse rogatus ab vtraque parte. ¶ Socius an obligetur ex contractu consocij, & possit obligari cum pęnis, & alijs clausulis in forma cameræ. ¶ Dolus an cõsideretur in eo, qui aliquid agit iuris sui conseruãdi causa, quamuis cedat damno tertij. ¶ Executio an detur pro computatione. ¶ Iudex quando concedat executionem antequam extendatur obligatio Cameralis.

CAPVT CCCLXXXXII.

Probatis extremis quando dicantur probata media. ¶ Et quid in mandatis, In tempore requisito ad præscribendum, In causa studij, In præsentationibus, In bonis fœudalibus, In actibus, & solemnitatibus iudicij. In commissione iudicis de citando, In solutione decimarum, & in similibus dispositionibus. ¶ Vacatio beneficij, & institutio, quo casu faciat pręsumi præsentationem præcessisse. ¶ Media an præsumantur esse illius, cuius sunt extrema. ¶ Protestatio voluntatis addendi, quando sit præsumenda per notarium, qui dimisit spatium cartæ albæ cum punctis.

CAPVT CCCLXXXXIII.

Prædicatio an concedatur Episcopis, seu Legatis extra suam diœcesim absque consensu ordinarij. ¶ Accessus, & ingressus ad monasteria Monialium, & illarum allocutio, an permittatur Episcopis in aliena diœcesi sine licentia superioris. ¶ Et quando, & quibus debeat concedi, & ob quam causam, & quis de ea cognoscat. ¶ Episcopus committens crimen in iurisdictione alterius Episcopi an possit ab eo puniri. ¶ Et quam pœnam incurrat per exercitium pontificalium in aliena diœcesi. ¶ Statutum Episcopi an valeat, vt sint excommunicati accedentes ad monasteria monialium exempta subdita regularibus, qui non subsunt iurisdictioni ipsius episcopi existentia intra suam diœcesim. ¶ Delictum quando dicatur factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto.

CAPVT CCCLXXXXIIII.

Petitio hæreditatis an debeat prius terminari, quàm causa libertatis dependens ex testamento. ¶ Et an iudex possit ex officio tale iudiciũ differre parte non opponente. ¶ Et quando suppleat in illis, in quibus iurisdictioni præiudicatur. ¶ Et quo casu efficiatur competens ad cognoscendum de exceptionibus præiudicialibus, de quibus alias non habebat cognitionem. ¶ Iudicium prius motum quando retardet illud, quod postea fuit intentatum.

Causa

¶ Causa criminalis an sit præiudicialis ad ciuilem,& è contra. ¶ Quæstio viciniatis quando faciat præiudiciũ causæ retractus. ¶ Et quo casu currat tẽpus anni ad faciendũ depositũ, si pendente iudicio super retractu,negata fuerit qualitas viciniatis,& de ea disceptitur. ¶ In causis præiudicialibus quando sententia sit nulla,si non definitur illa,quæ prius debet terminari.

CAPVT CCCLXXXXV.

Ratio administrationis bonorum Cõfraternitatũ, & locorum piorũ,quando debeat reddi per laicos, & ecclesiasticos Ordinario,seu deputatis iuxta *Concil. Trid. sess. 22. c. 9. de reformat.* ¶ Et quid in substitutis à principali administratore. ¶ Tutor an exigat rationes à suis factoribus, vel potius illæ debeãt reddi pupillo. ¶ Substitutio quãdo fiat periculo Procuratoris,vel domini. ¶ Et satisdatio cuius nomine debeat præstari. ¶ Depositarius an liberetur à restitutione depositi,quamuis rem apud ipsum depositã penes alium deposuerit,& contra eundem sit paratus cedere actionem ad fauorẽ deponentis. ¶ Et an talis cessio aliquid operetur in actione negotiorũ gestorũ,itaut principalis gerens nõ teneatur. ¶ Administratio bonorum Ecclesiæ an spectet ad Episcopum,vel Capitulũ. ¶ Actus quãdo dicatur potius gesti protectorio, quam procuratorio nomine. ¶ Confessio absente parte an plene probet. ¶ Alienationes, & contractus an debeant fieri nomine Rectoris,quamuis Episcopus in eis auctoritatem præstet.

CAPVT CCCLXXXXVI.

Merum, & mixtum imperium, iurisdictio,statuta, consuetudines, & priuilegia an amittantur destructo,& inũdato castro. ¶ Et ex quibus causis talis destructio possit cõtingere. ¶ Et cui incũbat onus probandi d. causam destructionis. ¶ Ius exigendi pedagia an sit amissum destructo ponte,itaut transeũtes per aquã teneantur illud soluere. ¶ Iurisdictio quãdo possit esse sine territorio. ¶ Et an illius trãslatio de vno loco ad aliũ cõcedatur sine Superioris cõsẽsu. ¶ Et ad quem illa debeat reuerti propter destructionẽ Castri. ¶ Reædificatio,& restauratio quando fiat sine licentia domini.

CAPVT CCCLXXXXVII.

Habens facultatem transferẽdi pensionẽ an possit illam transferre in filiũ illegitimũ. ¶ Et quando pẽsio veniat appellatione beneficij. ¶ Filij illegitimi an possint obtinere beneficia in ecclesia, in qua patres habent, vel habuerunt beneficiũ, vel capellaniam nõ intitulatã,nec collatiuã, seu pensionẽ,& in ea aliquo modo ministrare. ¶ Et quid in nepotibus legitimis ex filio illegitimo. ¶ Et quando eis obstet *Cõcil. sess. 25. c. 15. de reformat.* ¶ Et an tales sint ipso iure priuati,& debeant ab Ecclesia amoueri quacunq; possessione nõ obstãte,absque iudiciario processu, nõ docto de Apostolica dispẽsatione in specie,cũ derogatoria constit. Clem. VII. & cõcilij,& an iudex ex officio suppleat. ¶ Habens resistentiam iuris an iuuetur possessione longissimi tẽporis. ¶ Capellania,quando dicatur beneficium ecclesiasticũ. ¶ Et qui sint Mãsionarij, Assisij, Capellani, Portionarij, Beneficiati habẽtes prẽstimonia,& onera missarum,& similes. ¶ Et an in eis verificetur dispositio loquens de obtinẽtibus beneficia Ecclesiastica,quãuis non sint de corpore Capituli, nec habeãt vocẽ inter Canonicos. ¶ Et an in illis cadat proprie vacatio,seu extinctio tituli, & sufficiat cessatio illius iuris percipiendi fructus loco vacationis,& militẽt reseruationes,& aliæ dispositiones. ¶ Per trãslationẽ pẽsionis an extinguatur pẽsio antiqua,& possit dici noua. ¶ Illegitimus an sit inhabilis ad obtinẽdas pẽsiones,sicut ad beneficia. ¶ Et in eis,quę ętas requiratur.

CAPVT CCCLXXXXVIII.

Præterito filij quãdo reddat testamẽtũ nullũ,quãuis pater testatus fuerit etiã inter aliquos ex liberis. ¶ Et an sustineatur per clausulã codicillarẽ,itaut filius præteritus cẽseatur rogatus restituere hæreditatẽ hæredi scripto detracta sua legitima. ¶ Legata an debeãt sortiri effectũ cũ omnibus dispositis per testatorẽ in testamẽto nullo tã ex causa præteritionis,quãm solẽnitatis. ¶ Et quid in posthumo sciẽter,seu ignorãter pterito.

CAPVT CCCLXXXXIX.

Cõgrua portio qu ire debeatur Rectori,& quomodo,& per quẽ sit taxãda. ¶ Et an illi obstet,quod acceptauerit beneficiũ tenue. ¶ Parochus quando possit assumere sibi sociũ in adiutorium suæ curæ. ¶ Et qualis debeat esse. ¶ Oblationes, Funeralia,& Distributiones quotidianæ an cõputẽtur in congrua portione. ¶ Et an veniãt in locationibus benefi iorũ,& illorũ valore, ac obligatione generali,& in condẽnatio ibus. ¶ Conductor fructuũ an acquirat munera, quæ dãtur Domino per vasallũ. ¶ Præscriptio à quo tẽpore incipiat in annuis prẽstationibus. ¶ Et ad hoc, vt purgetur mala fides,an requiratur,vt obierint omnes de Capitulo,qui tũc tẽporis cæperũt habere scientiã eius,quod præscribitur. ¶ Obuentiones an cedãt Capellę,seu ecclesię parochiali.

CAPVT CCCC.

Fructus an debeantur in legato quãtitatis, & speciei. ¶ Et in relictis pro hospitali cõstruẽdo ante ędificium illius. ¶ Et in pecunia legata ad effectũ reinuestiendi. ¶ Dominiũ quando transeat recta via in legatariũ. ¶ Mora an incurratur, si non adsit persona legitima, cui debeat solui, vel debitũ sit conditionale. ¶ Et an conditionis euentus sit certiorãdus. ¶ Interesse,& fructus an sint debiti recepta sorte. ¶ Solemnitates quando sint adhibendę in alienatione Cõfraternitatũ, & hospitalium. ¶ Transactio an valeat pro lite in spe probabili. ¶ Et an extendatur ad fructus, & accessoria, & ad pœnam. ¶ Mora irregularis an currat contra minorem pro legatis pijs. ¶ Alimenta an sint præstãda ex lucro, vel ex ipsa sorte. ¶ Modus,& cõditio quæ dicatur, & quando suspẽdat substãtiã legati. ¶ Maledici quare sint fugiẽdi, & certamẽ cũ eis quãdo impar dicatur

FINIS.

DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM STEPHANI GRATIANI ROMANI V. I. D.

TOMVS SECVNDVS.

EPITOME.

PROCVRATOR vnus ex pluribus in quibus casibus poss. sit solus agere, vel conueniri tam de Iure Ciuili, quam secundum dispositionē *c. si duo. de procurator. in 6.* ¶ Clausula in solidum, quando censeatur apposita, & per quæ verba, & de illius effectu, & quid seruetur in Curia Romana, & inter Mercatores, & quid si apponatur in ratihabitione. ¶ Testamentum, seu Mandatum primum, quo casu sit reuocatum per secundum. ¶ Industria personæ, an sit electa in facto certo, & determinato, itadt Executor, & Procurator habeat facultatem in solidum. ¶ Clausula cum libera administratione non facit Procuratores in solidum. ¶ Dictiones, aut, vel, saltem, &, etiam, idest, veluti, ac similes, quando sint distinctiuæ, & verificentur in vno, tam in mandatis, quam sententijs, & alijs dispositionibus. ¶ Procuratores duo in solidum si ambo contestentur litem, an alius solus possit prosequi, & præoccupatio vnius alterum impediat. ¶ Et quid operetur clausula, quod non sit melior conditio occupantis. ¶ Procuratores, in quo differant à Iudicibus circa præoccupationem. ¶ Post litem contestatam, cui incumbat probare nullitatem mandati. ¶ Notarius, quando possit apponere in instrumento publico clausulam in solidum, quæ erat dubia in notula, seu matrice. ¶ Mandatum an intelligatur cum potestate substituendi, si non fuerit specialiter in eo data facultas per Dominum, si postea in releuatione Procuratoris ab onere cautionis dictum sit Procuratorem, seu eius substitutum releuat.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet ex pluribus Procuratoribus constitutis ab vno, quando audiatur sine alio tàm de Iure Ciuili, quàm Canonico. n.2. & quid hodie seruetur secundum dispositionem c. si duo. de procurat. in 6. & quid stante clausula in solidum. n.3.*

4 *Procuratores, quando æquiparentur pluribus arbitris, & iudicibus.*

5 *Procurator vt dicatur constitutus in solidum sufficiunt verba æquipollentia.*

6 *Constitutio Procuratorum cum clausula promittens habere ratum quidquid ab eis, vel ab aliquo eorum gestum fuerit, intelligitur in solidum. Amplia quamuis d. clausula esset posita in parte executiua. n.7.*

8 *Declaratio intentionis permittitur in executiuis.*

9 *Clausula vtrumque ipsorum facit Procuratores in solidum, & quid in alijs dispositionibus ista dictio importet. n.10.*

11 *Verba non sunt iudicanda superflua.*

12 *Dictio quilibet est distributiua, & actum vnicuique Procuratorum tribuit, quando in mandato dicitur, & quemlibet eorum, & æquiparatur dictioni in solidum. n.13. & 62.*

14 *Mandatum cum clausula alterum ipsorum significat vnum ex duobus.*

15 *Procuratores primi, quando videantur reuocati per dationem secundi. & n.17.*

16 *Testamentum primum rumpitur per secundum, quamuis ex secundo nullus hæres factus sit, aut esse noluerit.*

18 *Procurator vnus sine altero, quando possit exercere parte consentiente. & n.19.*

20 *Procurator, seu Executor testamentarius vnus ex pluribus potest solus exequi, quando est fa-*

ciendum aliquid certum, & determinatum. & n.15. & hoc venit ex natura negotij. n.24.

22 *Procurator qui alias nõ potest substituere poterit tamen hoc facere in actu certo, & determinato.*

23 *Industria personæ non dicitur electa, quando datur certa forma, & talis electus ad hoc faciendum non dicitur Procurator, sed Executor voluntatis constituentis. & de ratione. n.26.*

25 *Procurator vnus nihil potest sine alio, ne fraudes fiant contra Dominuum.*

27 *Executores, & Procuratores æquiparantur, & amborum officium nullam habet necessitatem.*

29 *Procuratores constituti cum libera administratione, & facultate censentur dati in solidum, Contrarium est verius. n.30. & ita seruat Rot. n.31. Amplia quamuis vtrique fuerit datum mandatum. n.32.*

33 *Mandatum vt restituatur depositum Titio, aut Seio intelligitur in solidum, & vnus sine alio potest recipere solutionem.*

34 *Dictio, aut, an sit distinctiua, & verificetur in vno, & quid in dictione, vel, n.35. & quando accipiantur pro, &, saltem, etiam, idest, ac, veluti, & quid in alternatiua rerum, aut personarum. n.36. & 40.*

37 *Promittens pro suo Procuratore, aut substituendo ab eo tenebitur pro vtroque.*

38 *In legato pecuniæ, quam quis habet Romæ, seu Padua venit vtraque pecunia.*

39 *Damnum resarciendum per consanguineos, vel communitatem an debeat resarciri per ambas partes.*

41 *Constitutio Procuratoris ab initio debet esse certa, & de persona determinata.*

42 *Mandatum Procuratoris de Titio, & quem ille fecerit, an valeat.*

43 *Mandatum de Titio, vel Seio valet, & dictio, vel resoluitur in coniunctam.*

44 *Iudex debet ferre sententiam certam, non loqui disiunctiuè.*

45 *Sententia non est nulla, quando fuit pronunciatum cum alternatiua posita inter genus, & speciem.*

46 *In causis spiritualibus, & beneficialibus Procuratores dicuntur constituti in solidum, & Iudex eligit magis idoneum, & quando valeat processus cum vno tantum alijs non opponentibus, quasi videatur Iudex elegisse cum cum quo fuit actitatum. n.47.*

48 *In mandato non potest prohiberi, vt vnus Procurator non possit se intromittere sine alio, quando sumus in causis spiritualibus, & nullus ex eis admittetur, & procedetur contra dominum tanquam contumacem. Intellige vt n.49.*

50 *Procuratores duo si dati sint in solidum, & ambo contestentur litem, poterit tamen vnus postea illam solus prosequi. Limita quando fuit actum contra minorem, qui fuit restitutus. n.52.*

51 *Iudex non debet admittere ad contestandam litem, nisi alterum ex Procuratoribus datis in solidum.*

53 *Procuratores plures si fuerint constituti in solidum cum clausula, quod occupantis conditio melior non existat, si per vnum fuerit lis contestata an possit alter citari. & n.54. & quando dominus talia acta possit ratificare. n.55.*

56 *Per clausulam, quod non sit melior conditio occupantis, quando alius Procurator se ingerat, & possit substituere. & n.57.*

58 *Clausula in solidum etiam absque dictione quemlibet ipsorum facit, vt melior sit conditio occupantis, dummodo aliter non sit expressum, quod ista melior conditio non fiat occupantis, & est verior opinio, & seruatur in Rota. n.59. 60. & 61.*

63 *Non existente clausula in solidum quilibet non potest agere, nec conueniri in solidum, secus si illa adsit, inducitur tamen præoccupatio per litis contestationem. n.64. Intellige vt n.68.*

65 *Procuratores tam in litibus, quàm ad negotia in quo differant à Iudicibus circa præoccupationem, & quando attendantur etiam actus inualidi. & n.66.*

67 *Procuratoribus datis in solidum ad præsentandum, si vnus præsentauit, & præsentatus renũciet, non potest alter procurator præsentare.*

69 *Mandatum rogatum in curia Romana nunquam datur sine clausula in solidum.*

70 *Clausula absentes &c. & promittens &c. quomodo extendatur iuxta stylum curiæ.*

71 *Obseruantia, quando declaret mandatum fuisse in solidum. & n.73.*

72 *Procurator intelligitur approbatus per citationem de eo factam tanquam de procuratore.*

74 *Procurator post litem contestatam præsumitur habere mandatum sufficiens, & contrarium alleganti incumbit onus probandi.*

75 *Iudex ex officio potest cogere procuratorem ad exhibendum mandatum.*

76 *Notarius, qui in notula scripsit verba dubia circà clausulam mandati in solidum, potest conficiendo instrumentum publicum illam declarare, & statur d. instrumento extenso, non matrici, & quid in alijs casibus. n.77. & quomodo intelligatur. n.78.*

79 *Pleniori scripturæ standum est.*

80 *Omissio per Notarium suppletur, & quando possit declarare instrumentum per se rogatum, & quid in notario extraneo, & quid seruetur in Rota. n.81. & 82. & quid in correctione. 85.*

83 *Notarius præsumitur fecisse declarationem incontinenti, & secundum intentionem partium. n.84.*

85 *Præoccupatio vnius procuratoris, quando alium excludat, & opus sit noua citatione ad reassumendum.*

87 *In plures aduersarios nõ debet litigãs distingui.*

88 *In clausula ratihabitionis si dictum fuerit per alterum ex eis poterit vnus procurator procedere, quamuis mandatum fuerit sine clausula in solidum.*

89 *Mandatum non intelligitur cum potestate substituendi si non fuerit specialiter in eo data facultas per dominum, quamuis postea in releuatione procuratoris ab onere cautionis dictum sit procuratorem, seu eius substitutum releuat.*

Verba

90 *Verba, quæ non ſunt diſpoſitiua, non operantur, & ſi ſupponunt non diſponunt.*
91 *Clauſula ratihabitionis, quando ampliet poteſtatem.*
92 *Clauſula executiua, quamuis non extendat, tamen declarat.*
93 *Tutores, ſindici, procuratores, & ſimiles, quando diuiſim habeant facultatem, & vnus ab alio poſſit exigere.*
94 *Mandatum factum pluribus per Mercatores intelligitur in ſolidum.*
95 *Mercatorum verba debent intelligi vulgari modo, non prout à iuriſtis accipiuntur.*

CAPVT CCI.

AD interpretationem *c. ſi duo. de procur. in 6.* cum quæſitũ fuiſſet quando illius diſpoſitio haberet locum. Dixi diſtinguendos eſſe multos caſus cum infraſcriptis declarationibus.

Primo pluribus procuratoribus conſtitutis ab vno de Iure Ciuili quilibet poteſt admitti pro parte, 1 & † vnus ſine alio non auditur, etiam quod ſint diuerſis temporibus conſtituti, dũmodo prior, vel priores non reuocentur, ſed confirmentur *l. pluribus. l. qui procuratorio. §. fin. cum duabus leg. ſeq. de procur. Azo eod. tit. in princ. verſ. quid ſi plures. n. 5.* vbi intelligit, quando non adeſt clauſula inſolidum, cũ aliud ſit ſtante d. clauſula *vt in l. creditor. §. duo. C. mand.* De Iure autẽ Canonico. 2 † Pluribus procuratoribus ſimul conſtitutis melior eſt conditio occupantis, vel Iudex vnũ eligere debet, nec videtur referre, an dicatur inſolidum nec ne *c. non iniuſtè. de procur.* & iſtam differentiam inter leges, & canones ponit *Proſdocim. de Comit. in tract. de diff. iur. ciuil. & canon. col. 4. ad med. n. 19. tom. 1. fol. 192. & Hieron. Zannetin. in eod. tract. col. antepen. in fin. in diff. 254. n. 333. tom. 1. fol. 208.* & latius declarat *Oldrad. conſ. 130. col. penult. in princ. verſ. ad ſecundum dubium. n. 8. poſt Innoc. & Hoſtien. in c. in noſtra. §. ergo ſi duo. de procur.*

Hodie tamen per diſpoſitionem *tex. in c. ſi duo. 6. de procur. in 6.* ſi plures procuratores ſint dati 3 ſimpliciter, † vnus nihil poteſt ſine alio, ſecus ſi darentur in ſolidum, quia hoc importat illa clauſula in ſolidum, ideſt quod quiſque habeat ſolidam poteſtatem, & quod quiſque poſſit facere id, quod poſſet dominus ex ſe, quatenus tamen ſe extendit mandatum, prout declarat *Abb. in c. penult. in 3. notab. n. 3. de procur.* & eſt verior opinio, quidquid *Oldrad. Proſdocim. Zannetin. & cæteri ſupra allegati* contrarium ſenſerint, vt per *Bald. & alios in l. ſi pluribus. de procur. Butr. in c. inter dilectos. col. antepen. de fid. inſtrum.* quos refert, & ſequitur *Alex. conſ. 124. viſo proceſſu cauſæ. col. 2. in princ. n. 4. lib. 7.* vbi ampliat non ſolum ad procuratores, ſed ad arbitros, notarios, & ſimiles, *Idem Alex. conſ. 92. videretur prima conſideratione. n. 6. per tot. lib. 7.* & concludunt omnes *in d. cap. ſi duo. de* 4 *procur. in 6.* † Vbi *Ant. de Butr. n. 1.* æquiparat tales procuratores pluribus arbitris, & Iudicibus *c. 2. de arbit. c. prudentiam. de offic. de leg.* ſequitur *Anchar. in d. c. ſi duo. in 2. notab. n. 1.*

Secundo idem eſt dicendum, quando adeſſet clauſula ſimilis clauſulæ in ſolidum; ſufficiunt enim verba æquipollentia, vt quis dicatur conſtitutus 5 procurator ex pluribus in ſolidũ, † & poſſit ſolus exercere, prout dicimus de duobus reis, & ſimilibus, vt per *Bart. in auth. hoc ita. oppoſit. 5. n. 1. & q. 5. n. 2. C. de duob. reis. & ibi Salic. q. 1. Aret. in l. 1. col. 3. ff. eod. Bertaz. clauſul. 39. gl. 7. n. 4. Domin. in c. ſi duo. col. 2. in princ. n. 7. verſ. quando procedat. de procur. in 6. & ibi etiam Io. Andr. in princ. Maſcard. concl. 1308. n. 4. lib. 3.*

Quare cum quis plures conſtituit procuratores, & non dixit in ſolidum, ſed addidit illa verba pro- 6 mittens habere ratum quidquid ab eis, † vel ab aliquo eorum geſtum fuerit, tunc omnes intelliguntur in ſolidum conſtituti, quia ſatis aperte conſtituens hoc declarauit per verba æquipollentia clauſulæ in ſolidum *Put. deciſ. 98. lib. 3.* quam ſequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 17. n. 7. verſ. quintus caſus.* Quibus adde *Mandoſ. ad Lap. alleg. 22. in verb. in ſolidum. col. 1. in fin. verſ. rurſus quæro. & col. 2. ante med. verſ. pro opinione affirmatiua.* vbi quod ita obtinuit in Rota 30. *ianuarij, & 8. februarij. 1548. coram Puteo in cauſa* Ciuitaten. *præſtimonij*. cuius deciſionis fit mentio *per* 7 *Achil. deciſ. 62. alias 1. de procur.* † Quamuis huiuſmodi clauſula promittens habere ratum &c. eſſet poſita in parte executiua, quæ licet tunc non ampliet *clem. 1. in fin. de præben.* Tamen in hoc caſu non dicitur extenſio, aut ampliatio, 8 ſed declaratio; † & intentionis demonſtratio, quæ permittitur etiam in executiuis *Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. antepenul. in princ. n. 73. verſ. item nec etiam inter ſcientes. de verb. oblig.* cum alijs per *Mandoſ.* in ſpecie *ad Lap. alleg. 22. in verb. in ſolidum. in fin.*

Idem eſt ſi conſtituat quis duos procuratores, & vtrumque ipſorum. Nam cenſentur conſtituti ambo in ſolidum, quia illa dictio vtrumque ac- 9 cipitur diuiſim, † & cuilibet diſtribuit officium in ſolidum, vt concludit in puncto *Bald. in l. ſi ita. 14. in vlt. not. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. & ibi Imol. in fin. Idem Bald. in l. ſi apud. 17. C. de appell. & in l. pluribus. ad med. verſ. nec admittitur ad agendum. de procur.* ſequitur *Rebuff. in l. rectè dicimus. 26. in fin. verſ. item ſi fuerint inſtituti. de verbor. ſignif. per tex. in l. creditor. §. duobus. ff. mandat. & in l. pluribus. de leg.* 10 *2.* † Quidquid alias iſta dictio accipiatur collectiuè, & vnum & alterum requirat *Gloſ. in §. ne autem. in verb. ſi quis autem. auth. de iudic. & in l. ſi duas. in verb. vtrunque. de excuſ. tut. Doct. in l. cum quidam. C. de impub. & alij ſubſtit. & in l. qui duos. de reb. dub.* Cum in caſu noſtro aliud 11 ſit, † ne illa verba reddantur ſuperflua contra *l. ſi quando. de leg. 1.* prout notat in terminis *Imol. in d. l. ſi ita. in fin. de iniuſt. teſtam.* & iſta eſt verior opinio, quidquid *Bal. in l. ſi §. ipſum au-*

tem filium.n.2.C.de bon.quæ liber. videatur in specie procuratorum cum clausula vtrumque aliud sentire, quem non esse approbandum dicit Franc.in d.c.si duo.col.1.in fin.n.3. Mascard. conclus.1308.n.6.

Quemadmodum etiam si dictum fuisset in constitutione plurium procuratorum, & quemlibet
12 eorum † ista enim dictio quilibet est distributiua, quæ actum vnicuique in solidum tribuit Butr.cons.29.visis puncto & quæstitis.n.2.Bar.in l.non distinguemus.§.cum in plures.de recep.arbitr.& in l.hoc articulo.29.n.3. vers.oppono & videtur.ff.de hæred.instit. Paris.cons.49.lib.2.n.4. Socin. cons.50. viso instrumento emphyteusis. n.1.lib.1.& notat in specie Card.Mant.de tacit. & ambig. conuent. lib.7. tit.17. n.6. vbi allegat Bisign. decis.7. de procur. in antiquior. Quod etiam prius voluit Prob.ad Monach.in c.si duo.
13 n.5.de procur.in 6. † Nam idem est dicere quilibet, & in solidum Alex.cons.92.n.4.col.1. post med.vers.quod autem istud verum.lib.7.& cons. 135.videretur.n.1.lib.5.Rebuff.in l.creditorum. 11.col.1.ad med.de verbor.signif.

Prout quoque esset in similibus verbis denotantibus diuisionem, & actum vnicuique in solidum tribuentibus, de quibus per Bart. & alios in l.
14 hoc articulo.de hæred.instit. † & quando dictum esset alterum ipsorum procuratorem constituo significaret vnum ex duobus Rebuff. in l. ostentum. 38. col.vlt.in princ. de verb.signif. Aret.in l.3. §. vbi duo. n.13. & ibi Roncag. ff. de duob. reis Doct.in l.si ex toto.8.de leg.1.

Tertio declara, quando simul constituti sunt pro-
15 curatores, Aliud si diuersis temporibus † tunc enim priores videntur reuocati per dationem secundi l.si quis cum procuratore.§.fin.de procur.c.non iniuste.eod.tit. Glos.in c.si duo.in verbo.simul etiam.eod.tit.in 6. vbi intelligit dummodo non exprimat se nolle primum reuocare l.si pluribus.de leg.1.quod etiã procedit quamuis secundus procurator nolit suscipere mãdatum arg. §.posteriore. instit. quib. mod. testam.
16 infirm.† vbi quod secundum testamentum rumpit primum, licet ex secundo testamento aliquis hæres factus nõ sit, vel esse noluerit late Menoc.
17 cons.1137.n.81. cum seq. † & ita in specie de procuratore concludit Glos. in d.c. si duo. in verb.simul.ad med.vers.& hoc verum. & facit tex. in l.plane vbi transferre.34.in princ. ff.de leg.1.& §.præterea.instit.de verb.oblig.

Intellige, quando vnum ex procuratoribus Iudex admisit parte consentiente l. quod si nolit. §. in
18 factum. de ædil. edic. † Dato enim quod vnus sine altero non posset exercere, & quod gestum cum vno posset rationabiliter impugnari; Tamen hoc habet locum in eo, qui constituit illum procuratorem, in cuius fauorem hoc videtur inductum, vt vnus sine altero non admittatur, quasi de vno tantum non fuerit confisus l.1. §. plures. de exercit. l.sed si pupillus. §. item si plures. de instit. action. Innoc. & Hostien. in
19 cap.in nostra. de procur. † Quod non est in casu, in quo vnus tantum procurator admissus est parte consentiente, cum in eo cesset causa dicti fauoris, ideo aliud statuendum est, & imputet sibi pars, quæ admissioni vnius non contradixerit, & in specie ita concludit Oldrad. cons. 130. col.3. ad med. n.9. vers.sed quid si iudex, arg.l.si res.§.similiter.ff.de iur.dot.Glos.magna in l.eleganter.in princ.ff.de dol.

Quarto limita, vt non procedant prædicta in procuratoribus habentibus mandatũ ad faciendum
20 aliquid certum, † & determinatum, tunc enim vnus ex pluribus potest solus exequi, & quod ipse fecit, valebit, ac si omnes consensissent Iacob. Butrig.in l.nulli.col.1.in fin.vers.sed quid si erãt duo.& ibi Salic.q.7.in fin.vers. fallit in casibus. n.15.C.de episc.& cler.vbi quod quando factum esset incertum, & arbitrarium, tunc vnus non posset sine altero, sed vbi sumus in re certa, & non arbitranda, & certæ personæ facienda, tunc licet malè faciat, si socios non requirat, tamen factum tenet, cum ipsi compellerentur sic facere Io. Andr. in c.vlt.§. sane. n.6.de testam.in 6. & ibi Anchar. in fin. Et de communi opinione testatur Capr.de execut.vltim.volunt.membr.6. n.185. vers. sexto fallit. Mich. Graff.eod.tract. q.4. in fin.n.7. vbi etiam de communi Ias.cons. 110. in fin. lib.1. Rimin.sen.cons.435.n.6.& 7. lib.3.Franc.decis.621.n.3.p.4.

Nec obstat, quod prædicti Doctores loquantur in executoribus testamentarijs, non in procura-
21 toribus. † Quia in vtrisque militat eadem ratio, cum enim sit collata certa potestas, & datum certum mandatum limitatum, non est facienda per procuratores, nisi nuda executio, vnde solus poterit exequi, nec refert per quem fiat, cum contradictio aliorum non possit impedire, neque illum trahere in suam senten-
22 tiam, adeo vt procurator, qui alias non potest substituere ex hoc solum possit c. is cui. vbi Glos. vlt. de off. de leg. Ias. in l.1. col. vlt.in fin. vers. vera conclusio. n.24. de offic. procur. cesar. Quasi tunc propter datam formam cer-
23 tam non sit electa aliqua industria personæ, † & tali casu non procuratores, sed executores voluntatis constituentis dici possint, quod etiam voluit Bart. in l. vsucapione. §.1. de diuers. & tempor.præscrip. & in l.quod quis.C.de procur. Castren. in l.si cum dotem. §. transgrediamur. in princ. ff. solut.matrim.

Immo natura ipsa negotij hoc admittit, vt censeantur in solidum in supradicto casu procura-
24 tores constituti, † & quilibet possit exequi Anchar.in d.c.si duo.n.1.de procur.in 6.Bart.in l.fideicommissum.23.§.seruum peculij. de fideicommiss. liber. Cum præsertim ratio, ob quam debent plures procuratores interuenire, sit il-
25 la, † ne fraudes fiant, simul enim illis concurrentibus alter poterit alium impedire c. pru-
26 dentiam.§.1.de offic.deleg. † Quæ ratio cessat in mandato certo, & in limitata potestate, & quando nihil est commissum arbitrio procuratorum, vnde nihil refert, per quem fiat; Ideo merito censetur data facultas in solidum Butr. in c.penult.n.3.de elect.in 6.

Præ-

Præterea executores, & procuratores æquiparantur *Bar. in l. si plures. in princ. n. 1. de administr.*
37 *tut.* † *& in l. si tibi. §. vnius. de opt. legat. & in l. si qui proprio. §. si duob. de procur. Socin. cons. 11. circa præsentem. col. 1. in princ. vers. hac conclusio. lib. 1. Bursat. cons. 299. n. 6. lib. 3. Lap. alleg. 91. col. pen. in princ. n. 6. Rimin. Sen. cons. 435. n. 7.*
28 *lib. 3.* † Cum amborum officium nullam habeat necessitatem, & latius explicat *Roncagal. in l. eandem. in princ. n. 251. de duob. reis.*

Quinto quamuis in mandato non fuerit apposita clausula in solidum, tamen si procuratores sint
29 constituti cum libera administratione, † & facultate, idem esset, ac si in solidum constituerentur, quia alias non posset dici plenitudo, aut libertas *Glos. in l. cum in vna. §. tutor. de appell.* & ita in specie concludit *Bald. in rubr. C. de exercit. act. ante fin. vers. sed est contra. n. 13.* quem sequitur *Masc. concl. 1308. n. 4. vers. vnde dicebat. lib. 3.*

Istud tamen non est tutum, quia licet sit data potestas cum libera administratione, intelligi-
30 tur respectu illorum plurium, † qui fuerunt constituti procuratores, non autem quod separatim possint agere, vnde coniunctim habebunt istam liberam facultatem, & in sensu composito, non diuisim, prout contra *Bald.* hanc esse veriorem opinionem dicit *Aret. in l. eandem. col. 5. in fin. vers. & aduerte diligenter. & col. 6. ad med. vers. & ad argumentum. ff. de duob. reis.* & illum simpliciter refert, & sequitur *Roncag. in d. l. eandem. in princ. n. 239. vers. demum circa illud. Idem Aret. cons. 66. viso puncto & dubijs. col. 4. ad med. vers. commodius autem. Put. decis. 71. quando quis constituit. lib. 1. Dec. in c. prudentiam. col. 7. ad med. vers. & prædicta conclusio limitatur. de offic. deleg.* vbi quod subtiliter *Aret.* reprobat *Bald.* quem etiam non esse sequendum testatur *Card. Mant. de tacit. & am-*
31 *big. conuent. lib. 7. tit. 17. n. 9.* † vbi quod ita fuit decisum *in Rota*, subdens hoc etiam habere locum, quamuis vtrique fuerit datum mandatum, quia id factum intelligitur, vt quilibet
32 sciret se procuratorem fuisse constitutum, † non autem, vt quilibet posset in iudicio experiri *Io. Paul. decis. 104. in manuscriptis.*

Sexto, quando in mandato dictum fuit, vt restituatur depositum, Titio, aut Seio videtur cuilibet commissum officium procurationis in solidum censentur enim isti esse loco procuratorum *l. si*
33 *cui cum cornelius. ff. de solut.* † Et ex mente loquentium sufficit, vt vnus sine altero recipere possit solutionem, prout in puncto explicat *Bal. in l. vlt. col. 2. ad med. vers. item facit ad aliam*
34 *quæstionem. n. 5. C. de verb. signif.* † Dictio enim ista, aut, est distinctiua, quam sufficit in vno verificari *l. si hæredi plures. de condit. institut. Rebuff. in l. ostentum. 38. col. 4. in fin. de verb. signif.*
35 Prout idem est in dictione, vel, † quæ propriè disiungit, & sumitur pro, aut, *l. triplici. de verb. signif. Rebuff. in l. verbum oportere. 37. in fin. ff. eod. tit.* Quidquid alias istæ, vel similes dictio-
36 nes accipiantur pro, &, † saltem, etiam, idest, ac, veluti, & quando sumus in alternatiua rerum, aut personarum quid significent *Rebuff. in d. l. verbum oportere. Bald. in d. l. vltim. n. 4.*
37 *& 5. C. de verb. signif.* † vbi etiam de eo, qui promittit pro suo procuratore, aut substituendo ab eo, quia tenebitur pro vtroque. Et de-
38 legante pecuniam, † quam quis habet Romæ, seu Paduæ, quod vtraque pecunia veniat in legato, Et de statuto mandante resarciri dam-
39 num per consanguineos, † vel per communitatem, an sit emendandum per ambas partes *Nicol. de Matar. & Bald. in d. l. fin. C. de verb.*
40 *signif.* † & de similibus dictionibus *late Alber. de Pergam. de præpositionibus. in fin. n. 125. tom. 18. fol. 277. Rolandin. de testam. rub. 34. n. 13. Ias. ad Port. instit. de codicill. in princ. in verb. vtrumque. late Felin. in c. inter ceteras. 4. col. penult. n. 16. de rescript.*

Neque aduersatur, quod constitutio procuratoris
41 ab initio debeat esse certa, † & de certa, & determinata persona *l. 1. de procurat.* Vnde si constitueretur procurator Titius, & quem ille fece-
42 rit, dubitant Doctores, † an valeat constitutio, tanquam de incerto, de qua quæstione *Franc. in c. 1. §. licet. ad fin. n. 7. de procur. in 6.*

Nam verius est, quod valeat mandatum, quamuis
43 fiat procurator alternatiuè Titius, † vel Seius, quasi tunc illa dictio, vel, licet sit disiuncta, resoluatur tamen in coniunctam *l. fin. C. de verb. signif.* prout in terminis concludit *Ang. in l. 2. in princ. n. 3. ff. de procurat. Franc. in c. 1. §. licet. ad fin. n. 7. eod. tit. in 6.* Quemadmo-
44 dum dicimus de sententia † in qua Iudex debet eligere, & non disiunctiuè loqui, tanquã sit obligatus ad ferendam sententiam certam, & claram *Bald. in l. 1. col. vlt. C. si plur. vn. sent.* Tamen quando Iudex pronunciauit cum alterna-
45 tiua posita inter genus, † & speciem, sententia non est nulla, quia disiunctiua non retinet vim disiunctiuæ, sed resoluitur, vel in dictionem, idest, vel similem, prout ita concordando opiniones distinguit *Alex. cons. 96. visis narratis. col. 3. n. 10. & 11. lib. 4.*

Septimo. In causis spiritualibus procuratores vi-
46 dentur in solidum constituti, † vt in electionibus, postulationibus, & similibus, in quibus Iudex potest magis idoneum eligere, & ille solummodo prosequetur, & quidquid cum eo gestum fuerit valebit, ob rationem celeritatis, quæ in huiusmodi causis requiritur *c. fin. de elect. in 6.* Ne propter concursum plurium causæ implicentur, & retardentur *c. suam. de ordin. cognit.* cum in hoc adsit fauor specialis, vt plures procuratores repellantur, quamuis velint concordare, quidquid aliàs admitterentur *Dec. in c. prudentiam. col. 7. ad med. vers. & prædicta conclusio etiam fallit. de off. deleg. Ioan. Monac. in c. si duo. in prin. vers. & fallit hæc regula. de procurat. in 6. & ibi Gemin. in §. sane.*
47 *in princ.* † Adeo, quod si in causa beneficiali sint constituti plures procuratores simpliciter, & non in solidum, & cum vno tantum fuerit processum, alijs se non opponentibus, va-

lebit processus, quasi Iudex videatur illum elegisse, cum quo fuit actitatum *Rot. decis. 107. item si in causa alias. 3. de procur. in nou.* & ita seruari testatur Card. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 17. in fin.* & esse notabilem declarationem dicit *Franc. in c. si duo. §. sane. n. 2. vers. vltimo nota. de procur. in 6. & ibi Gemin. in fin. vers. sed pone quod iudex.*

Amplius quamuis in mandato prohibeat constituens, ne alter procurator sine altero possit se 48 intromittere, † non valeret huiusmodi prohibitio, & mandatum, cum in istis causis spiritualibus non possit dominus aliquid facere contra prohibitionem iuris *arg. c. penult. de elect. in 6.* Vnde nullus procurator ita datus admittetur, & possit procedi contra dominum tanquam contra contumacem *Gemin. in cap. si duo. §. sane. ad med. vers. sed posset dubitari. de procur. in 6. & ibi Franc. in fin. vers. sed certe alia ratio. n. 3.*

Intelligentur tamen prædicta, quando plures procuratores simpliciter sunt ab vno constituti, se-49 cus si à diuersis, † quia tunc omnes admitterentur, quamuis simus in causis spiritualibus *arg. c. exhibita. 19. de iud. Franc. in c. si duo. §. sane. n. 3. vers. intellige quando plures. de procur. in 6. & ibi Domin. in fin. vers. oppono & videtur.*

Octauo si duo procuratores dati sint in solidum, & ambo simul contestantur litem, poterit tamen 50 vnus postea solus prosequi litem † secundum *Io. Andr. post Innoc. in c. præsentium. super verb. oblatæ. de testib. Franeb. in c. si duo. in princ. col. 1. n. 6. vers. quid si duo. de procur. in 6.* Quamuis Iudex non debeat admittere ad contestandum 51 litem † nisi alterum, vt euitetur prolixitas *Glos. in d. c. si duo. in verb. in solidum, in vlt. respon.*

Ista tamen litis contestatio per vnum procuratorem facta non attenditur, quando fuit actum 52 contra minorem, † si enim procurator contestetur litem confitendo, & aduersus istam confessionem minor restituatur, alius procurator admittetur, nec primus quamuis dominus litis effectus per contestationem amplius poterit prosequi, cum per eandem restitutionem processus sit repositus in statu, in quo erat ante litem contestatam, prout in specie concludit *Capel. Tolos. q. 99.* sequitur *Maurit. Dolan. de restit. in integr. c. 271. tom. 5. fol. 181.*

Quibus adde, quod si in aliqua causa fuerint constituti plures procuratores in solidum cum 53 clausula, † quod occupantis conditio melior non existat, si per vnum fuerit lis contestata, alter an possit citari distinguit vt per *Soc. de citat. art. 5. col. 6. in princ. n. 6. vers. sed iuxta prædicta quæro.* vbi dicit notanda, quia nouissima licet prius tacta sint per *Bald. in l. si quando. 15. ante fin. n. 10. vers. octauo quæritur. C. de testib.* vbi in istis procuratoribus cum dicta clausula, quod non sit melior conditio occupantis, si vnus est litem contestatus, alter autem producit testes, vel fuit citatus in productione aduersæ partis valebunt gesta patiente aduersario, & non contradicente secundum *Io. Andr. in cap.* 54 *in nomine domini. de testibus.* † licet enim non desinat esse funditus procurator propter occupationem alterius, tamen apud illum non est interim exercitium contradicente aduersario, & tanquam multum notandum sequitur *Felin. in cap. in nomine domini. 2. in fin. n. 36. de* 55 *testib.* † vbi subdit quod dominus ratificando potest talia gesta validare, sicut dicitur de gestis etiam à carente penitus mandato *l. licet. C. de procur.* etiam contradicente aduersario *Imol. in d. c. in nomine domini.* Quamuis enim *in cap. si duo. de procur. in 6.* stante clausula 56 quod non sit melior conditio occupantis, † non ingerat se alius, quando est litem contestatus, nisi quando ille impeditur; Tamen etiam cessante impedimento primi actus, posterior valet parte non opponente. Et est ratio, quia si altero præoccupante esset alius reuocatus, non posset primo impedito substituere vigore primi mandati, & tamen potest *cap. si duo. de procur.* 57 *in 6.* Ergo remanet habitus mandati. † Verum est quod si pars opponat, non admittitur actus ab illo gestus *Felin. in c. in nomine domini. 2. in fin. n. 36. de testib. & ibi late Abb. col. vlt. n. 18.* cum alijs per *Soc. de citat. art. 5. col. 6. n. 6. & per Nicell. concord. glos. 105. n. 359. & 360. tom. 18. fol. 212. Rom. sing. 246. constituuntur duo procuratores. n. 1.*

Nono. Ex procuratoribus pluribus cōstitutis cum clausula in solidum quilibet separatim admit-58 titur, † & melior est conditio occupantis, dummodo aliter non sit expressum, quod ista melior conditio non fiat occupantis *c. si duo. in princ. de procur. in 6. Bald. in l. pluribus. eod. tit.* 59 *Alex. consil. 92. in fin. lib. 2.* † & ita seruari in Rota testatur *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 17. n. 2.* Et quamuis secundum aliquos vltra dictionem in solidum requiratur etiam 60 dictio, & quemlibet ipsorum; † Tamen verius est sufficere clausulam in solidum, vt notat *Franc. in d. c. si duo. in princ. col. 1. ad fin. post Domin. ibid. col. 2. ad med. vers. quid si dicatur. n. 8.* vbi allegat *Rot. decis. 257. vel 174. alias 13.* 61 *de procur. in antiq.* † Et quidquid alij sentiant ita concludendum esse dicit *Bissignet. decis. 7. eod. tit. de procur. in antiquior. Mandos. ad Lap. alleg. 22. in verb. in solidum. post Lambert. de iur. patr. art. 5. q. 4. p. 1. lib. 2. n. 3. fol. mihi 33.*

62 Quia † paria sunt dicere quilibet, & in solidum *l. si pluribus. in princ. de leg. 2. Prob. in d. cap. si duo. n. 4. in verb. in solidum.*

Ex quibus infertur, quod non existente clausula in solidum, aut simili, sicut quilibet non potest 63 in solidum agere, † ita nec conueniri in solidum *Bart. in l. si plures. de curat. bon. dand.* secus quando sunt constituti cum d. clausula, Nam quilibet in solidum, & agit, & conuenitur *d. l. si plures.* Inducetur tamen præoccupatio 64 inter eos per litis contestationem † *cap. si duo. de procur. in 6.* Et in hoc differunt à Iudicibus, in quibus per alios actus inducitur præoccupatio *Glos. in c. cum plures. 8. in verb. inchoante. ff. de off. deleg. in 6.* In procuratoribus vero ad ne-

negocia in solidum datis eodem modo inducitur etiam præoccupatio 65 † per quemlibet actum *Io.And.in c.penul.de elect.in 6.* Quamuis talis actus de iure non habuerit effectum, & in hoc etiam differunt à Iudicibus, in quibus per actum inualidum non inducitur præoccupatio iurisdictionis 66 † *c.penul.de for.compet.Franc.in c.si duo. in princ. col.1. ad med. de procur. in 6.* vbi ex hoc infert, quod si sint duo procuratores in solidum dati ad præsentandum, & vnus præsentauit, & præsentatus renuntiet, 67 † non poterit alter procurator præsentare, ex quo primus præoccupauit *Lap. alleg.22. an sufficiat. n.2.* cum alijs per *Mandos. ibid. in addit. in verb. secundo,* & declarat *Lambertin.de iur.patronat.q.4.par.1.lib.2.art.5. fol.mihi 33.*

Nec facit, quod melior conditio præoccupantis fiat per litis contestationem. 68 † Quia procedit in iudicijs, Aliud in procuratore ad negotia, in quo res desinet esse integra statim, quod aliquid per eum factum fuerit *Franc.in c.si quem 8.in princ.n.3.de procur.in 6.per tex.in l.1.§.cepisse.de pollicitat. Mandos.* in specie *in addit.ad Lap.alleg.22.in verb.occupantis.*

Decimo. Mandatum, quando est rogatum in Curia Romana nunquam datur sine clausula in solidum, 69 † prout de huiusmodi stylo docet *Rot. coram R. P. D. Ludouisio Roman. dotis seu testamenti. 4.decembris* 1606. vbi quod in huiusmodi mandatis apponitur illa clausula absentes &c. quæ iuxta formularium Curiæ extenditur absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum in solidum &c. 70 † prout etiam apponitur clausula promittens, &c. quæ iuxta idem formularium extenditur promittens habere ratum, & gratum quicquid ab eis, seu altero eorum &c. ex quibus verbis declaratur mens constituentis fuisse, vt essent procuratores in solidum *Put. decis.98. lib.3. Achill. decis. 62. alias 1. de procurat. Mandos.ad Lap.alleg. 22. in verb. in solidum.*

Quæ magis adiuuarentur ex obseruantia subsecuta, 71 puta quia semper solus comparuit, † & per consequens, ita intellexit mandatum *Rolan.cons.53. in fin.n.32.lib.4. post Cephal.cons.* 220 *n.36.* & in specie ita concludit *Rot. per R. P.D. Ludouisium d. Roman. dotis seu testamenti.* vbi etiam consideratur obseruantia ex parte aduersariorum, qui illum solum pluries citando tam in prima, 72 † quàm in secunda instantia habuerunt eundem pro procuratore in solidum, & tanquam talem approbarunt *cap. cum iure de offic.deleg.l. pomponius. §.rati.de procurator. Natt.cons.262.n.7. Felin.in c.quoniam contra.col.penult.vers.septimo quæro.de probat.*

73 Et † ita in specie clausula in solidum id etiam voluit *Rot. coram R. P. D. Lancellotto Bononiens. fideicommissi de Mauris. 24. nouembris 1606. & coram Cardinali Seraphino Papien. pecuniar. 12. nouembris 1606. & per Cardin. Plat. Siracusan. quarta 29. iunij 1586. post Neuizan.cons.1.n.2. Cott.in memorab.in verb. citatio habilitat personam.*

Et facit, quia procurator post litem contestatam 74 præsumitur habere mandatum sufficiens † adeo, vt si negetur incumbat onus probandi ei, qui dicit illum non esse legitimum procuratorem, cum enim fuerit admissus ad contestandum, videtur etiam approbatus, & positus in quasi possessione sui officij *Alex. in l.licet.n.5. C. de procur. Felin. in cap. cum iure. n.16. de offic. delegat.* & contra *Bart. & Abb.* hanc esse veriorem opinionem testatur *Cardin. Mantica de tacit.& ambig.conuent.lib.7.tit.4.n.15.* 75 † Quidquid alias ex officio posset iudex procuratorem compellere ad exhibendum mandatum, vt euitetur nullitas processus *Glos.in c.1.de elect.in 6.* dixi *decis.106.*

Ex prædicto stylo Curiæ, vt intelligantur mandata in solidum, sequitur, 76 † quod si notarius, qui scripsit in notula, seu matrice verba dubia, seu ceterata circa istam clausulam in solidum, & conficiendo instrumentum publicum illa declarauit, verius est, vt stetur instrumento extenso, non notulæ, cum verè ista sit assertio, & declaratio notarij *Socin.cons.94.præstantissimi & iustissimi.col.3.in princ. vers.vnde dicit.n.4.lib.1. post Bald.l. contractus. 16.col.2. in princ.vers. sed quæro nunquid possit.n.4. C.de fid.instrum. Rot.coram R.P.D. Robusterio Caietan. iurisdiction. 1563. & latius coram eodem Roman. Castri Iuliani. 4. iulij 1584.* 77 † Etenim vbi nota originalis non est adeo clara, quæ non possit recipere aliam interpretationem ex notitia, quam habuit notarius rogatus, tunc bene potest conficere instrumentum publicum, per quod illam declaret, absque eo, quod notam originalem corrigat, aut redigat conformem instrumento extenso *Albens.cons.59.n.3.* cũ alijs per *Rot.in d.Rom. castr.Iuliani .vers.necdum si instrumentum extensum. Calcan. cons.48.n.24.* 78 † Potest enim notarius declarare matricem sub verbis dubijs, & cæteratis factam conficiendo instrumentum publicum, & exprimere intellectum, quem habuerunt contrahentes in eum rogando, & ipse in scribendo, quidquid aliud sit circa substantiam negotij, in qua nihil potest addere *Bald.in rub.C.de fid. instrum.col.6. vers.quarto quæritur.n.22.Guid.Pap.decis.129. ad med.& ibi Add.in verb. extendere.* 79 † Quamuis enim plus scripserit in instrumento extenso, quàm in matrice; tamen standum est pleniori, & suæ scripturæ extensæ *Bald. in l.Imperator.la 1.col.3. post med. vers. sed nunquid per vnum instrumentum.n.4.ibi. aut non potest reduci. de stat.homin.* Quasi hæc non sit variatio, aut repugnantia, sed omissio 80 † quæ potest suppleri *Gemin.cons.76.col.2. in princ. vers. sufficit ergo.* Cum etiam stetur dicto iurato notarij ad deponendum pro suo instrumento, & illud declarandum *Imol.in c.cum ioannes. col.2.de fid. instrum. Neuizan.cons.47.n.32. Aret.in l.domitius.ante fin. de testam. Menoch.de arbit.cas.99. n. 3. & cons.195. n. 17.* cum alijs quos adduxi 81 *decis.166.n.11.* † Quidquid aliud sit in notario extraneo, qui nihil potest addere, aut minuere, sed

sed solum transumptare, quod est in matrice. *Bart. in l. si librarius. col. 1. de reg. iur. Bald. in rub. C. de fid. instrum. n. 22. q. 4. in fin. vers. ex hoc apparet.* cum alijs per *Doct. in c. cum p. tabellio. eod. tit. Natt. cons. 329. n. 2.* cum declarationibus, de quibus per *Ias. in l. gallus. §. idem credendum. n. 10. & 11. col. penul. de lib. & posth.*

82 Et † de notario, quod possit declarare verba, quę propter dictionem &c. non sunt clara, quamuis possint præsumptiuè recipere aliam interpretationem, vltra prædicta est etiam *decis. Rot. coram R.P.D. Iusto Roman. donationis. de Luraghis. 3. nouembris. 1599. Aret. cons. 89. col. vlt.*

83 *in princ. n. 5.* † Vbi etiam quod præsumitur notarium fecisse illam declarationem incontinenti, & sic tempore licito *Bar. in l. non solum. §. si vt probari. n. 3. de nou. oper. nunc. Alciat. de præ-*

84 *sumpt. reg. 3. præsumpt. 1. n. 2.* † Et quod intelligatur facta illa extensio secundum intentionem partium, de qua erat notarius informatus, voluit *Bald. in l. ab executione. 3. col. vlt. in fin. vers. pone statuto cauetur. n. 16. C. quor. appel. non*

85 *recip. Dec. cons. 450. apertissimè. in fin. n. 3.* † Et quando notarius possit corrigere instrumentum dixi latius *decis. 163. per tot.*

Vndecimo. Procuratores plures, quando sunt

86 constituti in solidum † occupatio vnius excludit alium *c. si duo. de procur. in 6. l. pluribus. 31. eod. tit. Bellam. cons. 12. n. 15.* Ideo si vnus causam suscipiat, reliqui sine nouo procuratorio non admittuntur, & est opus noua citatione ad reassumendum. Nam plurium procuratorum constitutio ab initio operatur, vt si vnus causam suscipere nolit, alteri id sit integrum, Quam primum autem vnus se intromittit, reliquorum mandata expirant, nisi forte vnus alteri in casum mortis sit substitutus, & ita in practica seruari testatur *Heringius de fideiussor. cap. 20. §. 37. n. 5. & 7.* Quod ideo est,

87 ne quis in plures aduersarios distinguatur † *Socin. cons. 18. prosequendo ordinem. col. 5. in fin. vers. non obstant allegata in contrarium. n. 15. lib. 1. post Glos. in c. non iniuste. 14. in verb. temporibus. de procur. Bar. & alij in l. iam tamen. §. penult. ff. iudic. solut.*

Duodecimo. Si in clausula ratihabitionis dictum fuerit per alterum ex eis, poterit vnus procu-

88 rator procedere, † quamuis fuerint constituti plures procuratores sine clausula, & vnum quemlibet in solidum, clausula enim ratihabitionis est quodammodo mandatum, & propterea ipsum de per se est in consideratione cum ratificatio retrotrahatur, vnde sicut si ab initio constituisset ambos coniunctim, seu diuisim, valeret constitutio, Ita etiam quando ex post facto, prout in specie concludit *Put. decis. 98. n. 1. lib. 3. Achill. decis. 62. aliàs 1. de procur.* Quidquid secus sit in clausula indemnitatis fuerit circa potestatem substituendi,

89 quæ † si non specialiter data per Dominum, sed postea quando releuatur procurator ab onere cautionis dictum sit procuratorem, seu eius substitutum releuat, &c. non per hoc tamen videtur datum mandatum substituendi *Gemin. in c. 1. §. licet. n. 5. de procur. in 6. Alex. cons. 17. visis & opportune consideratis. col. 1. in fin. n. 6. vers. per hoc bene facit. lib. 2. Roman. sing. 214. vers. tu scis. Fel. in c. licet in corrigēdis. col. 5. in princ. n. 7. ad med. vers. contrarium decidit. de off. ord.* cum alijs quos adduxi *decis. 106.*

90 *n. 10.* † Quasi tunc illa verba non sint dispositiua, ideo non operantur *cap. si papa. de priuil. c. si sumus. de sent. excommun.* Cum etiam verba prolata, quæ supponunt aliud, nil disponant super eo quod supponunt *l. ex facto. la 1. de hæred. instit. clem. 1. in fin. de præben.*

Nec oberit, quod clausula ratihabitionis non ampliat potestatem *Ias. in l. 1. col. vlt. in princ. vers. secundo quærunt doctores. n. 21. de offic. procur.*

91 *cæsar.* † Quia procedit, quando nullo modo verba præcedentia poterant importare liberam potestatem, secus in casu nostro, in quo ex prædictis verbis colligebatur libera facultas, vel saltem erat dubia, Vnde cum subijciatur, quod voluit habere ratum, quod ab altero actum factum fuerit, satis dicitur mens declarata, quod voluit illam constitutionem in solidum facere, & ita in specie respondet *Put. decis. 98. n. 3. lib. 3.* sequitur *Achill. decis. 1. n. 4. de procur.*

92 Cum † etiam clausula executiua, licèt non extendat, tamen declaret *Mandos. ad Lap. alleg. 22. in verb. in solidum. in fin.* cum alijs, de quibus supra in secunda conclusione.

Alia de preoccupatione vnius ex pluribus procuratoribus, & quid in syndicis, tutoribus, & si-

93 milibus, † quando habeant diuisim, seu coniunctim facultatem, & vnus possit à comprocuratore exigere cum reliquis, quæ spectant ad interpretationem *cap. si duo. de procur. in 6.* dicam in alijs capitibus particularibus, cum esset nimis longum illa complecti in præsenti capite. Et multa tradunt *Bart. & alij in l. 1. §. si plures. ff. de exercitor. action. Franc. in cap. vlt. §. sane. de testam. in 6.* Et quid in mandatis mercatorum *Put. decis. 19. lib. 1.* vbi fuit excusatus faciens, quod sibi erat iniunctum ab vno ex pluribus constitutis per mercatores, quamuis per eos dictum fuisset, vt faceret, quod

94 dicerent tres eorum procuratores; † Cum de stylo mercantili mandatum factum pluribus intelligatur in solidum, non autem coniunctim, quidquid aliud de iure communi disponatur, Quasi verba a mercatoribus prolata sint declaranda prout ab eis intelliguntur *Corn. consil. 319. col. 11. n. 12. & 13. lib. 3.* Et non sicut iuristæ accipiunt *l. si cum ante. C. de donat. ant.*

95 *nupt.* † Et notat *Bald. in cap. 1. in princ. col. 3. vers. præterea communis vsus. de success. feud. Alex. cons. 102. viso themate suprascripto. in fin. vers. vnde verba prolata. n. 12. lib. 6. & cons. 9. visis verbis testamenti. col. 3. n. 3. & 4. lib. 1.* vbi tamen requirit probationem huiusmodi vsus communis loquendi, & multa alia adducit *Euerard. loco argument. ab opinion. vulgi. 12. n. 2.*

EPI-

EPITOME.

CONstitutio prohibens Regularibus, & alijs largitates, & munera an comprehendat donationes, quæ fiunt ob causam meritorum. ¶ Et quid in Iudicibus, & similibus, qui illa accipiunt. ¶ Et quid in rogante, vt donet consanguineo, quæ sibi donantur. ¶ Cepisse quando dicatur qui capit, vt alteri acquirat, vel restituat. ¶ Solemnitas, quando ex interuallo possit interuenire, & illius defectus per quem allegetur. ¶ Venditione facta saluo beneplacito Apostolico pro pretio æstimando secuta æstimatione, an sit locus pœnitentiæ, quamuis beneplacitum non fuerit obtentum. ¶ Deuolutioni an sit locus, si census impositus super re prohibita alienari extinguatur ante declaratam caducitatem. ¶ Regulares prohibiti possidere bona immobilia, quando possint illa accipere ad effectum vendendi pro suis necessitatibus, & in tali distractione requiratur solemnitas. ¶ Retentione prohibita, an prohibeatur adeptio. ¶ Relictum societati Iesu, quando valeat, & an æquiparetur Religioni Capuccinorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens donationes non comprehendit illas, quæ fiunt ob causam meritorum.*
2 *Donatio ob benemerita æquiparatur permutationi, & compensationi.*
3 *Tutor, Curator, Procurator, Ciuitas, Prælatus, & similes, qui prohibentur donare non intelliguntur ex causa remunerationis.*
4 *Iudex prohibitus munera accipere poterit ob benemerita illa suscipere.*
5 *Regularis, quamuis non possit donare poterit tamen ex causa remunerationis.*
6 *Remunerare benemeritos tendit ad vtilitatem Ecclesiæ.*
7 *Stante statuto, vt non possint donari bona Ciuitatis nisi concordent sex partes consilij, poterunt tamen quatuor partes ex septem donare ob causam meritorum.*
8 *Constitutio Clemen. VIII. interdicens largitates ob beneficia recepta, quomodo intelligatur. & n. 11.*
9 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
10 *Statuta debemus interpretari, vt minus lædatur ius commune etiam contra proprietatem verborum.*
11 *Pœnam non meretur, qui aliquid facit legis auctoritate.*
13 *Velle non dicitur, qui obsequitur imperio parentis, vel domini.*
14 *Pœna est mitiganda etiam in grauioribus, quando quis obedit superiori.*
15 *Initium, & origo negotij debet considerari.*
16 *Causa originalis in pœnis est spectanda, vt illa euitentur.*
17 *Constitutio vsu non recepta non ligat. Et quid stante decreto irritanti. n. 18.*
19 *Regulares S. Dominici, S. Augustini, & mendicantium vsque ad summam ducatorum centum habent facultatem alienandi pro vtilitate Monasterij.*
20 *Solemnitas in alienationibus rerum Ecclesiæ potest ex post facto interuenire.*
21 *Alienatio sine consensu domini conualescit si ex interuallo præstetur.*
22 *Contractus ad fauorem Ecclesiæ potest claudicare, & imputet sibi, qui beneplacitum non impetrauit, prout tenebatur.*
23 *Defectus solemnitatum in alienationibus bonorum Ecclesiæ non potest allegari per eum, qui cum ecclesia contraxit.*
24 *Venditione facta saluo beneplacito Apostolico pro pretio æstimando à peritis, secuta æstimatione non erit locus pœnitentiæ, quamuis beneplacitum non sit obtentum, si Ecclesia velit contractum valere.*
25 *Nullitas actus ad fauorem vnius quando possit allegari ab alio.*
26 *Caducitas incurritur propter impositionem census in re expressè prohibita alienari; si tamen fuit extinctus ante accusatam caducitatem non est locus deuolutioni. & n. 28.*
27 *Excusatio admittitur, quando non est factum deterius ius Ecclesiæ.*
29 *Per pœnitentiam nemo desinit esse nocens.*
30 *Emphyteuta magis succurritur tanquam tractanti de damno vitando, non domino, qui agit de lucro acquirendo.*
31 *Priuilegiatus tractans de damno præfertur priuilegiato tractanti de lucro.*
32 *Causa etiam iniusta excusat à dolo.*
33 *Cessante dolo non tractatur de pœna, maximè in statutis pœnalibus. n. 34.*
35 *Non acceptans munera, sed rogans, vt illa dentur suo consanguineo non incurrit pœnas statuti contra recipientes dona.*
36 *Cepisse an dicatur, qui capit, vt alteri acquirat, vel restituat.*
37 *Regulares, qui prohibentur possidere bona immobilia, an possint illa capere ad effectum vendendi pro suis necessitatibus, & in tali alienatione requiratur solemnitas. n. 38. & 39.*
40 *Alienatio necessaria non venit appellatione alienationis.*
41 *Ingrediens monasterium si mandet bona sua alienari, non seruabitur solemnitas in distractione talium bonorum.*
42 *Retentione bonorum prohibita non prohibetur adeptio.*
43 *Relictum societati Iesu, quando valeat.*
44 *Societas Iesu æquiparatur Religioni Capuccinorum.*
45 *Persona capientis non consideratur, si ad eum emolumentum non respicit.*

CAPVT CCII.

COncludendum est nullam pœnam posse infligi N. ob prætensa munera contra formam constitutionis fel. record. Clementis Papæ VIII. Cum enim appareat illa fuisse data

data Protectori, Aduocato, & Auditori ob benemerita, & in aliqualem recognitionem laborum, succedit conclusio, 1 † quod statutum prohibens donationes, non comprehendit illas, quæ fiunt ob huiusmodi causam meritorum *Alex. cons. 43. visis & ponderatis his quæ continentur. col. 6. in fin. n. 31. vers. non obstat quod statutum communis rodigij. lib. 4.* Cum istæ non 2 sint propriæ donationes, † sed potius permutatio, & compensatio, & titulus onerosus *l. aquilius regulus. de donat. l. sed & si lege. §. consuluit. in fin. de petit. hered. Abb. in rubr. de donat. & in c. per tuas. eod. tit.* cum alijs per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3 13. tit. 2. n. 7. & tit. 15. n. 17.* † Prout generaliter omnes, qui prohibentur donare, poterunt tamen ex causa remunerationis hoc facere, vt in Tutore, Curatore, Prælato, Decurione, Ciuitate, Procuratore, & similibus multa adducit *Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione largitus. n. 26. vsque ad n. 32. C. de reuoc. donat.* Quemadmodum è contra Iudices, Prælati, Officiales, & alij qui eorum officio durante non 4 possunt munera accipere, † iuxta *l. 1. §. prouinciat. C. de contrac. iudic.* non debent prohiberi ex causa remunerationis suscipere *Ias. in l. principalibus. n. 2. limit. 6. & ibi Dec. col. vlt. fall. 4. ff. si cert. pet.*

Quæ etiam procedunt, quamuis simus in Regularibus *Rot. coram R.P.D. Ludouisio Vsellen. spo-5 liorum. seu donationis. 13. februarij 1609.* † & in specie constitutionis Clementis VIII. de qua agimus, nouissime ita concludit *Roder. quæst. regular. 47. art. 6. p. 2.* ex adductis per *Nauar. in c. non dicatis. 12. q. 1. n. 15. comment. 2. vers. duo-6 decimo infertur. de regular.* † Quasi in vtilitatem ecclesiæ redundet remunerare benemeritos *Bero. in c. nulli. col. 8. de reb. eccl. non alien. Rodoan. eod. tit. rub. 21. de causa incommoditatis. n. 24. 7 tom. 15. p. 2. fol. 429.* † Itaut stante etiam statuto, vt donum aliquod non possit fieri de bonis communitatis nisi sex partes consilij concordarent possint tamen quatuor partes ex septem donare causa remunerationis non obstante tali statuto *Alber. in 1. p. statut. q. 122.* & tanquam pulchram decisionem notat *Tiraq. in d. l. si vnquam, in verb. donatione largitus. n. 32. vers. & hoc maiorem.* C. de reuoc. donat.

Neque obstat, quod constitutio, de qua agimus etiam interdicat largitates ob beneficia rece-8 pta, † & specimen gratitudinis, Quia solum hoc est expressum in capite particulari hospitandi, & expendendi pecunias in honorem introitus, & aduentus superiorum, vt clare legitur in eadem constitutione, quæ non est extendenda ad 9 primum caput donationis, † Itaut in hoc ista exceptio potius firmet regulam in casibus non exceptis *l. quæsitum. §. denique. de fund. instr. §. vt autem. auth. de non alien. Alex. cons. 32. clarissime domine. n. 4. vers. tertio probatur. lib. 7.* vt etiam minus lædatur ius commune, quam fieri possit, prout semper ita statuta sunt interpre-10 tanda † etiam contra proprietatem verborum, *c. cum dilectus. de consuetud. Roman. cons. 318. præsens consultatio. col. fin. vers. tertio principaliter. Aym. cons. 197. n. 6. col. 2. in fin.*

Præterea, quamuis etiam constitutio comprehenderet donationes ob benemerita, prout vere comprehendit quidquid *Roder. in d. quæst. regular.* dicat, cum nostrum non sit interpretari Constitutiones Pontificum, & illorum mentem. 11 Tamen non prohibet, † immo permittit illas quæ fiunt per capitulum generale, seu similem congregationem, vel cum consensu superiorum, qui consensus, cum in casu, de quo agimus, interuenerit, cessat omne dubium, neque aliquam 12 pœnam meretur, † qui auctoritate legis aliquid facit *l. sancimus. la 1. C. de administr. tutor. c. inde. in fin. 26. dist. l. græcus. C. ad leg. iul. de adult. l. 3. C. de confirm. tut.*

Accedat, quod excusandus est N. tanquam omnia 13 fecerit de mandato superioris, † cum non dicatur velle, qui obsequitur imperio patris, vel domini *l. liberorum. §. excusantur. de his qui notan. infam. l. liber homo. la 2. in prin. ad leg. aquil.* Itaut etiam in grauioribus pœna ordinaria non 14 infligatur, † sed sit mitiganda *l. seruos. & ibi Bald. & Salic. C. ad leg. iul. de vi. publ.* quod dicit notandum *Dec. in l. velle non creditur. 8. n. 7. vers. vltimo notandum. ff. de reg. iur. & in l. is damnum. 129. §. eius vero. n. 3. eod. tit.*

Quibus adde, quod N. emit de mandato Protectoris suppellectilia, de quibus agimus, animo repetendi pretium expensum, prout postquam illa ad eundem transmisit certiorauit superiorem ad effectum idem pretium recuperandi, quod tamen non potuit stante obitu protectoris, & iussu superioris prohibentis dictam exactionem & mandantis illa poni ad computum donationis, Vnde non potest dici aliqua donatio, cum à principio aliud fuerit actum, neque sit attendendum, quod præter intentionem partium ac-15 cidit, † cum sit potius considerandum initium, & origo negotij *c. factum legitime. de reg. iur. in 6. l. nam origo. ff. quod vi aut clam.* Et semper debet attendi causa originalis *l. tutor datus. 70. de fideiussor. Aym. cons. 144. n. 2. Surd. decis. 212. 16 n. 15.* † Maxime in pœna, ad quam euitandam semper initium est inspiciendum *l. quod ait. §. quod ait lex. vbi Bart. in 2. notab. de adulter. Domin. in c. auaritia. in glos. eo ipso. de elect. in 6. Dec. in l. factum cuique suum. 197. §. in pœnalibus. n. 7. de reg. iur.*

Vltimo etiam facit obseruantia contra dictam constitutionem, quæ respectu superiorum non 17 fuit vsu recepta, † vnde non ligat, constitutio enim tunc instituitur, cum promulgatur, tunc confirmatur, cum moribus vtentium approbatur, tunc abrogata, seu abolita censetur, cum non seruatur *c. in istis. §. leges. dist. 4. Felin. in c. 1. n. 12. de treug. & pac. Rolan. cons. 99. n. 5. lib. 2. Surd. cons. 58. n. 9. late Rot. coram Card. Lancellotto Vallisoletana præeminentiarum. 23. maij. 1608.* vbi amplitat, quamuis adsit decretum ir-18 ritans, † cum alijs clausulis amplissimis, maxime quando non ageretur de tollenda lege iam per

per obseruantiam firmata, cum sufficiat constitutionem non esse vsu receptam, aut obseruatam, quando vsus non fuit illi conformis, vel contrarium fuit obseruatum *Iaf. in l. rem non nouam. in fin. C. de iudic.*

Quo ad secundum de pœna prætensa ob censum, societates officiorum, & pecunias acceptas ad cambium per N. concludendum est etiam nullum delictum extare, Ideo neque vllam pœnam posse infligi, Etenim constat omnes istas pecunias conuersas fuisse in vtilitatem, & necessitatem ecclesiæ, & monasterij; vltra auctoritatem, & consensum superioris, & capituli, & totius congregationis dantis facultatem N. omnia prædicta faciendi. Cum etiam fuerit semper reseruatum beneplacitum apostolicum, quatenus opus esset, quod neque erat necessarium, cum huiusmodi monasterium habeat omnia priuilegia à summis Pontificibus, † quæ conceduntur omnibus Mendicantibus, & præsertim Regularibus sancti Dominici, & sancti Augustini, in quibus adest facultas alienandi, hypothecandi, imponendi census, & alia similia faciendi pro vtilitate monasterij vsque ad summam redditus ducatorum centum pro quolibet anno sine alio beneplacito summi Pontificis, ad quam summam non ascendunt fructus prætensi ex societatibus, & alijs de quibus agimus.

19

Vlterius stante d. vtilitate ecclesiæ poterat ex post facto interuenire solemnitas requisita in alienationibus, † & obligationibus rerum ecclesiæ *Barbat. cons. 61.* quem refert & sequitur *Redoan. de reb. eccles. non alien. rubr. de caus. vtilitatis. n. 181.* † Cum etiam alienatio sine consensu domini confirmetur, & conualescat, si consensus ex interuallo subsequatur *Bald. in l. quacumque. 4. n. 2. C. de bon. quæ liber. Rol. cons. 197. n. 32. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 28. n. 9.* † Et imputandum est illis, qui contraxerunt cum monasterio non adhibendo beneplacitum apostolicum, cum fuerint hypothecata bona saluo d. beneplaeito per eos expediendo, & in hoc contractus bene potest claudicare ad fauorem ecclesiæ, & in optione superioris est contractum valere, nec ne *c. si qua. 12. q. 2. Dec. cons. 142. col. 3. ad med. vers. & secundum istam regulam. n. 4. Redoan. d. rubr. de caus. vtilitat. n. 193. post Iaf. in l. eum ij. §. eam transactionem. ff. de transact.* † Cum enim fauore ecclesiæ constitutum sit, vt seruentur solemnitates, non debet in odium retorqueri, Ideo statur ei, an velit venditionem esse nullam nec ne, si enim noluerit ratificare sustinebitur, neque is, qui eum ecclesia contraxit poterit obijcere talem contractum sine solemnitatibus fuisse nullum *Ruin. cons. 40. visis allegationibus. n. 7. lib. 5. Put. decis. 310. vbi quis contrahit. lib. 1. Rot. coram Card. Seraphino Cortonen. bonorum 4. maij 1575.* cum alijs decisionibus relatis per *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 16. n. 12. & lib. 4. tit. 8. n. 53.* † vbi etiam ex hoc infert, quod si venditio facta fuerit reseruato beneplacito summi Pontificis pro pretio æstimando à duobus peritis eligendis ab ipsis contrahentibus, facta æstimatione non erit amplius locus pœnitentiæ, tametsi beneplacitum non fuerit subsecutum, si ecclesia voluerit venditionem valere, quia hæc solemnitas requiritur ad fauorem ecclesiæ, & pro eius vtilitate, cui potest renūciare, vt resoluit *Rot. coram eodem Card. Mantic. Roman. domus. 4. Decembris 1592.* † Itaut quando contractus est nullus in fauorem vnius, nullitas non possit allegari ab alio, cuius fauore non vitiatur, dummodo lex ipsa ab initio non resistat venditioni *Idem Card. Mantic. d. lib. 3. tit. 16. n. 12. in fin.*

20

21

22

23

24

25

Et quatenus etiam propter expressam prohibitionem alienandi, & obligandi esset incursa aliqua pœna. Tamen cum hypotheca, & obligatio fuerit extincta ob restitutionem pecuniarum ex quadam æquitate venit excusandus N. † prout dicimus de eo, qui censum imponit super re emphyteotica, qui propter expressam prohibitionem alienandi incurrit caducitatem *Caputaq. decis. 17. p. 1.* Tamen si census fuit extinctus ante acceptatam caducitatem excusabitur à deuolutione *Rot. coram Card. Seraphino Romana Casalis Marciliani. 19. iunij 1587. & coram eodem Roman. vineæ. 26. iunij 1598.* Quia ius ecclesiæ non est factum deterius, † ideo intrat excusatio *Bald. in l. qui crimen q. 11. C. qui accus. non poss. Seraphin. priuil. iuram. 48. n. 10. Caputaq. decis. 230. n. 3. lib. 2.* Et quod stante redemptione census subsecuta, sit locus excusationi, † quamuis illius impositio esset etiam comprehensa sub prohibitione alienationis concludit etiam *Honded. cons. 58. n. 101. lib. 1. per decis. Rot.* quam ibi allegat, & eius tenorem adducit *Perusina hereditatis seu fideicommissi de Americis. 26. Februarij. 1586.* contra *Curt. Iun. cons. 210. n. 21.* cum loquatur in alienatione ab initio libere facta, secus si fuit redimibilis, iuxta allegata per *Cagnol. in l. 2. n. 174. C. de pact. in e. empt. & vend.*

26

27

28

Nec facit, quod nemo per pœnitentiam desinat esse nocens *l. qui ea mente. de furt.* † *l. quid sit fugitiuus. in princ. de edil. edict.* Vnde quamuis emphyteuta redemerit ante factam declarationem, Tamen incurrit pœnam *Alex. in l. si insulam. n. 45. de verb. obligat.* Quia de æquitate, si domino non intersit, admittitur excusatio, & euitatur pœna, licet enim semper adsit interesse domini propter ius sibi acquisitum ratione caducitatis, † Tamen hoc interesse versatur in lucro amittendo, eum emphyteuta agat de damno vitando, Ideo facilius illi succurretur *Rimin. Iun. cons. 285. n. 125. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 28. n. 31. in fin. vers. secundo sublimitatur. lib. 22.* argumento *l. proculus. de dam. infect. l. si is cui. §. fin. de furt.* † Prout etiam priuilegiatus tractans de damno præfertur priuilegiato tractanti de lucro *Bald. in auth. perpetua. in fin. C. de sacros. eccles. Rot. diuers. decis. 557. & 558. p. 1. Lambert. de contract. mulier. in fin. n. 125.*

29

30

31

Ex quibus patet non constare de aliquo delicto cum

32 cum omnia fuerint facta ex causa, † quæ etiam iniusta excusat à dolo *l. igitur. §. potest. de liber. caus. Glos. in l. 1. in fin. de abig. & in l. plagij. la 2. C. ad leg. flau. de plagiar. Alex. cons. 92. per- spectis his quæ in themate. col. vlt. in princ. vers.* 33 *& ideo. lib. 1.* † Et cessante dolo de vlla pœna non est tractandum *Bart. in l. 1. §. non autem ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. Corn. consil. 205. col. 2. n. 6. lib. 2.* Maxime in statutis pœnalibus, quæ non habent locum cessante dolo, 34 quamuis † simpliciter loquantur *Bald. in l. fin. post glos. ibi ff. quod quisque iuris. Dec. cons. 83. col. 2. post med. vers. tertio respondetur. Aym. cons. 319. n. 15. col. 8. in fin. vers. vidimus.*

Alterum de quo dubitabatur an sit contrauentum eidem constitutioni sanctiss. Clementis VIII. ex quo Religiosus in casu, de quo agimus rogauit, vt donetur consanguineo, quod sibi aliquis 35 voluit donare, † Verius est non constare de prætensa contrauentione, quia nec expressè, nec tacitè acceptauit donum sibi oblatum petendo postea dari consanguineo, cum solum dixerit se ea re non indigere, sed gratum sibi fore, si dederit consanguineo; Tunc enim nulla est acceptatio, & sic nihil donat, sed solum intercedit, vt alteri donetur, cum aliud sit quando acceptaret, & mitteret per manum donantis consanguineo, quo casu aduersaretur d. constitutio. Ita in specie eiusdem constitutionis concludit *Sanchez de matrim. disputat. 4. n. 6.* post Sosa per eum allegatum *in libello quo exposuit de motum proprium Clementis. n. 73.*

Quare non est quærendum an dicatur cepisse, qui alteri acquirit, cum, vt dictum est, iste non cepe- 36 rit, neque acceptauerit: † quamuis si de acceptatione constaret, verius esset, quod dicatur capere is, qui alijs acquirit, quasi eum tanquam principium acquirendi consideremus, in quem pure, & simpliciter fuit translatum dominium absque vllo grauamine alteri restituendi, cum aliud sit quando quis capit, vt alteri restituat, tunc enim talis non videtur cepisse, non enim per eum alteri acquiritur, sed per illum ex cuius præcepto grauatur restituere, quasi capiens hoc casu sit medius restituendi minister, & acquisitio proprie veniat ab eo, qui tradere iussit, prout bene explicat *Rebuff. in l. cepisse. 140. ff. de verb. signif. & in l. aliud est capere. 71. ff. eod. tit. Aym. cons. 144. n. 2. & 3.*

Obseruandum tamen esset, quod quamuis alicui 37 Ecclesiæ, seu Regularibus, † puta mendicantibus non liceret possidere bona immobilia tanquam propria, nihilominus licebit eis capere ad effectum vendendi, & prouidendi eorum necessitatibus, exceptis Fratribus minoribus, quorum Religio fundata est in altissima paupertate, vt fuit resolutum per *Rot. coram Card. Mantic. Romana hæreditatis 5. maij 1593.* & refert *Idem Card. Mantic. de tacit. & ambig.* 38 *conuent. lib. 25. tit. 6. n. 58.* † vbi etiam quod in horum bonorum alienatione nulla requiritur solemnitas, Quia cum ea non possint tanquam propria retineri, non intelliguntur data, neque relicta, vt debeant permanere perpetuo apud monasterium ad distribuendum pauperibus, 39 quæ fuit principalis ratio, † cur non possint alienari bona ecclesiarum sine iusta causa, & solemnitatibus *Bald. in c. 1. in princ. col. 4. ad med. vers. dicit. n. 14. de his qui feud. dar. poss.* Vnde cessante hac ratione in huiusmodi bonorũ alie- 40 natione nulla solemnitas requiritur, † quasi tũc ista alienatio sit necessaria, quę non venit appellatione alienationis argumento *l. fin. de reb. cor.* & in specie ita declarat *Natt. cons. 441. col. pen. ad med. n. 29. Rol. cons. 15. n. 6. lib. 2. post Bald. in auth. hoc ius porrectum. n. 9. & in auth. si qua mulier. n. 6. C. de sacrosf. eccl.* Prout dicimus de ingrediente monasterium, & profitente Religio- 41 nem, † si enim præcipiat bona sua alienari pro debitis soluendis, fieri potest alienatio sine aliqua solemnitate, quasi tunc illa bona nõ sint acquisita simpliciter monasterio *Lap. alleg. 25. incip. disputat. n. 4. & ibi Mandos. in verb. solemnitate. Rebuff. de alienat. rer. eccl. n. 29. Franc. in c. 1. n. 25. limit. 9. de reb. eccles. non alien. lib. 6.*

Adde, quod quamuis prohibeatur retentio bono- 42 rum regularibus, † non tamen dicitur prohibita adeptio, quia possunt acquirere, vt vendant cum illud dominium momentaneum tanquam non considerabile non infringat regulam mendicantium, prout ex sententia quadraginta trium doctorum defendit late *Menoch. cons.* 43 *1014. n. 18. & 19.* † Vbi ex hoc concludit valere relictum Societati Iesu, quamuis sit vna ex mendicantibus, & æquiparetur Religioni Capucci- 44 norum, † prout æquiparat *Molin. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disputat. 139. col. 2. in fin. vers. tam professi quam coadiutores. fol. 466.* Quasi non 45 consideretur persona capientis, † quando ad eum emolumentum non respicit *l. 3. §. item si quis. de legat. præstand.* & in specie etiam declarat *Natt. cons. 441. n. 29. & 30.*

EPITOME.

Creditor si succedit debitori, vel è contra an confundatur actio, & pro qua parte ita vt talis confusio habeat vim solutionis, & quando petendum suum creditum censeatur renunciare hæreditati. ¶ Et an impediatur deducere, quod sibi debetur, quamuis non confecerit inuentarium. ¶ Et quibus actionibus ei succurrendum sit, & an ei competat condictio incerti, & condictio indebiti, seu retraditio post restitutam hæreditatem. ¶ Grauatus restituere dimidiam hæreditatis retinendo, quod sibi debetur, si restituat dimidiam eius, quod restat, an dicatur restituisse dimidiam. ¶ Vsufructuario emente à domino proprietatem, si retractetur emptio per vicinum vigore retractus an vsufructus reuiuiscat. ¶ Actionum confusio, quæ resultat ex aditione hæreditatis facta per creditorem, an duret postquam per eum fuit vendita hæreditas, itaut contra emptorem non possit deducere suum creditum, quamuis omiserit facere inuentarium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actio, & passio nõ possunt stare in eodẽ subiecto.*
2 *Hæres, & defunctus censentur esse vna, & eadem persona.*
3 *Creditor si succedet debitori, vel e contra confunditur actio in totum, vel pro parte, pro qua est hæres & talis confusio habet vim perfectæ solutionis. n. 4.*
5 *Creditor institutus hæres à debitore quando petendo suum creditum censeatur renunciare hæreditati. & n. 6.*
7 *Actiones confunduntur per aditionem hæreditatis, non tamen grauatus fideicommisso impeditur, vt non possit deducere, quod sibi debetur etiam non facto inuentario. n. 10. & 11. & in debito solum naturali n. 12. & de omni ære alieno. n. 14.*
8 *Relictum non præsumitur animo compensandi.*
9 *In fideicommisso vniuersali non veniunt bona grauati.*
13 *Grauat is restituere dimidiam hæreditatis, licet retineat quod sibi debetur, restituendo dimidiam eius, quod restat, non dicitur minus restituisse dimidiam, quamuis restituat inutilem.*
15 *Testatore mandante vendi fundum pro ære alieno, hæres qui soluit de proprio fundum retinet.*
16 *Hæres creditor ad effectum deducẽdi ius sibi debitum potest petere sibi caueri ante aditam hæreditatem, vel in actu restitutionis retinere vel post restitutionem agere condictione indebiti n. 18. & 19. & an actio sit extincta, & possit reuiuiscere n. 20. 21. 22. & 23. & dabitur etiam condictio certi n. 25. 28. & 32. & quomodo hoc intelligatur. n. 42.*
17 *Hypotheca non tollitur per aditionem hæreditatis factam ab hærede grauato per fideicõmissum*
24 *Creditor postquam adiuit hæreditatem debitoris, si illam reperijt onerosam, an possit in conscientia computare, quod sibi debetur à defuncto, & de residuo soluere vsque ad quantitatem virium hæreditatis.*
26 *Condictio certi generalis seu incerti quãdo competat.*
27 *Condictio incerti an concurrat cum actionibus specialibus, vt depositi, commodati, & similibus.*
29 *Ius retinendi an transeat ad singularem successorem etiam sine cessione.*
30 *Creditori quando succurratur si restituat pignus debitori non facta retentione, & quid in commodatario, depositario, & alijs. n. 31.*
33 *Actionum confusio quæ resultat ex aditione hæreditatis facta per creditorem durat quandiu apud eum est hæreditas, quæ si vendatur, actio reuiuiscit, & per eum potest agi contra emptorem pro suo credito, & quomodo intelligatur n. 34. 35. 36. & 37.*
38 *Actiones confusæ quando restituantur hæredi, si euicta sit hæreditas per querelam inofficiosi, & detur compensatio, seu retentio debiti siue sciuerit, siue ignorauerit. n. 39. & quid si adiuisset ex delicto. n. 41.*
40 *Vsufructuario emente à domino proprietatem, si retractetur emptio per vicinum, vsufructus an reuiuiscat.*
43 *Creditor hæres debitoris vendens hæreditatem an possit deducere suum creditum contra emptorem non confecto inuentario, & quid in grauato restituere hæreditatem n. 44. & 45. Et quando agitur contra alios creditores, & legatarios. n. 48.*
46 *Concessa hæreditate censetur etiam concessum onus translatum in eum, cui hæreditas conceditur.*
47 *Persona loquentis quando intelligatur inclusa in generali sermone.*
49 *Hæres statim vendita, vel restituta hæreditate æquiparatur alijs creditoribus hæreditarijs.*
50 *Legitima non amittitur per non confectionem inuentarij.*

CAPVT CCIII.

Colligendo infrascriptas conclusiones apparebit veritas eorum, de quibus in casu mihi proposito fuit quæsitum,

Prima sit conclusio. Quotiescumque creditor succedit debitori, vel è contra, actio cõfunditur ratione cõtrarietatis, † quia actio, & passio nõ possunt stare simul in eodem subiecto *Bald. in l. si vxor. C. de bon. aut. iud. possiden.* Et quia hæres, & defunctus censentur esse vna, † & eadem persona. *§. 1. auth. de iureiur. à mor. præstit.* Vnde si in totum succedit, confunditur in totum † *Menoch. cons. 89. n. 43.* Si in parte, confunditur pro illa portione, pro qua est hæres *l. debitori tuo. 7. C. de pact. l licet. C. ad leg. fal. Gozad. cons. 94. n. 46. Ias. in l. frater a fratre. 38. n. 9. in 3. not. de cõdic. indeb.* † Ita vt talis confusio trahat perfectam solutionem *l. mutiana. 7. in fin. & l. mauius. 54. de condit. & demõstr. Purpur. in addit. ad Ias. in l. debitori. in verb. confunditur. C. de pact.* Adeo quod creditor institutus hæres à debitore petendo debitum videatur renunciare hæreditati, † cum ista simul stare non possint, vt sibi debeatur, & hæres sit, dummodo creditor non protestetur, quod non intendit renunciare *Glos. in l. vt debitũ. 5. C. de hæredit. action. & ibi Bald. ad med. vers. oppono quod eo ipso. Ias. in d. l. debitori. n. 1. in fin. vers. item adde. & ibi Purpur. col. 2. ad med. n. 12. vers. ex hac ratione. & ibi Curt. Iu. in fin. n. 34. Felin. in c. cum m. ferrariens. col. 25. vbi Dec. col. 7. de constit. Bald. in l. hæres. 3. vers. quid ergo. n. 3. C. de impub. & alijs subst.* † Quamuis etiam sine protestatione, si hæres non erat certus de hæreditate, sed dubitabat, non censeretur repudiasse petendo debitum *l. nec nos. 4. de capt. & postlim. reuers.* & notat *Bald in l. vt debitum. 5. ad med. vers. in contrarium. C. de hæred. act.*

Secunda sit conclusio. Per aditionem hęreditatis quamuis confusę sint actiones † *l. Stichum. § aditio. de solut. Soccin. Iun. cons. 8. n. 5. lib. 2. cum alijs supra allegatis.* Non tamen ista cõfusio impedit, vt grauatus fideicommisso non possit deducere id, quod sibi debebatur à testatore tem-

pore mortis *l. ab omnibus. §. fin. de leg. 2. Alex. conf. 124. viso processu causæ. in fin. lib. 7. Aim. conf. 316. n. 4. Paris. conf. 25. n. 63. in 8. dub. lib. 2.*

8 Numquam enim præsumitur relictum aliquid fuisse animo compensandi, nisi expresse dicatur *l. creditori. de leg. 2. Bald. in l. debitori. C. de pact. l. si compensandi. C. de hæred. instit.*

9 † Neque in fideicommisso vniuersali veniunt propria bona grauati *l. cohæredi. §. cum filia. vers. nec fideicommisso. de vulg. & pupill. Ias. conf. 28. col. 2. ad med. lib. 3.*

Quæ adeo vera sunt, vt procedant non solum facto inuentario per hæredem institutum

10 † *l. cum hæredes. ad trebell. l. fi. §. vlt. C. de iur. delib. Rom. conf. 276. visis dubijs. n. 2. & conf. 28. ad fin. & ibi Mandos. in verb. hæres. & in verb. contra. late*

11 *Surd. decis. 310. n. 13. cum seq.* † sed etiam si hæreditas fuerit agnita absq; inuentarij beneficio, in hoc enim per ius nouum non corrigitur ius antiquum, cum solum prospexerit contra hæredem, qui recusat integra legata, aut debita soluere creditoribus sub prætextu, quod hæreditas non sit soluendo, Iure enim veteri hæres tenebatur in solidum creditoribus, & tamen aduersus fideicommissarium poterat deducere, quod sibi erat debitum, cum bona & iura hæredis non veniant in fideicommisso, Aliud enim est quod hæres teneatur vltra vires creditoribus, & legatarijs non confecto inuentario; Aliud est quod debeat restituere fideicommissario iura sua, cum enim non veniat in restitutione, nisi ipsa hæreditas, per consequens non obest omissio inuentarij, vt non possit deduci totum ipsius creditum licet videatur confusum, quemadmodum poterat hoc facere secundum ius vetus, prout late explicat *Ias. conf. 28. col. 2. vers. secundo ex quo ista mulier. & vers. nec obstat secundum*

12 *lib. 3. Rol. conf. 65. n. 13. lib. 2.* † vbi etiam ampliat posse deduci non tantum debitum ciuile, & naturale, sed etiam debitum solum naturale *Ang. conf. 64. quoniam nihil est. in fin. vers. super secundo dubio. Aym. conf. 144. n. 5. Honded. conf. 58. n. 26. lib. 1.* vbi de communi *Card. Mantic. de coniec. vltim. volunt. lib. 2. tit. 8. n. 15.* Ista enim deductio nihil minuit de fideicommisso, cum consistat potius in iure, † si enim est grauatus restituere dimidiam hæreditatis, li-

13 cet deducat, aut retineat, quod sibi debet, restituendo dimidiam eius, quod restat, non dicitur minus restituisse dimidiam, ac si nihil detraxisset, cum hæreditas consistat in iure, non in corporibus, & si nihil remaneret, adhuc posset restituere dimidiam, licet inutilem pro vt esse valde notandum, quia vidit multos errare, quamuis excellentes dicit *Castr. in l.*

14 *ab omnibus. 107. §. si socero. n. 2. ff. de leg. 1.* † Et de omni ære alieno soluto quod possit deduci *Bertazol. conf. 107. n. 65. Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 1. cum alijs per Socc. conf. 44. nō est parua difficultas. n. 2. lib. 3. late Alex. in l. ita tamen*

15 *27. §. si ex trebelliano. n. 3. ff. ad trebell.* † Ita vt si testator mandat fundum vendi pro soluendo ære alieno, hæres, qui illud soluit de proprio possit fundum pro se retinere *Surd. conf. 290. n. 37. lib. 2.*

Tertia sit conclusio. Hæres creditor ad effectum deducendi ius sibi debitum habet triplex

16 remedium: † Primum, vt ante aditam hæreditatem sibi caueri petat, secundum, vt in ipso actu restitutionis retineat, & deducat, quod sibi debetur; tertium, vt post restitutionem agat condictione indebiti, pro vt omnia declarat *Purpur. in l. debitoris. 7. n. 24. col. 3. in fin. vers. & ideo hæres creditor C. de pact. Alex. in l. ita tamē. 27. §. si ex trebelliano. n. 1. ff. ad trebell.* vbi etiam quod cum hoc casu licita sit retentio, non poterit dari actio fideicommissario aduersus hæredes ad repetendum illas res retentas; & minor esset dubitatio quando bona defuncti essent obligata pro debito hære-

17 dis, † quia per aditionem hæreditatis factam ab hærede grauato per fideicommissum non tollitur hypotheca *Alex. in d. §. ex trebelliano. & in l. si ex sextante §. latinus. de except. rei iudicat.*

Nec facit quod actio videatur confusa quantum ad finem agendi, ideo ista condictio non potest competere hæredi restituta hæreditate aduersus fideicommissarium pro recuperando

18 suo credito, quidquid aliud sit quo ad effectum retinendi, antequam restituat hæreditatem *Castr. conf. 19. vltra ea quæ tanguntur. in princ.*

19 *vers. secundo quæritur. lib. 2.* † Quasi facilius detur retentio postquam confusa est actio pro conseruatione debiti hæreditarij, quam vt de nouo debitum efficiatur hæreditarium argumento *l. patre furioso. ff. qui sunt sui vel alien. iur.* & in specie ita concludit *Ruin. conf. 68. in fin. n. 14. lib. 2. post Castr. in l. ab omnibus. 107. §. si socero. de leg. 1. Pancir. conf. 126. n. 7.*

Quia verius est non solum posse hæredem retinere suum creditum in computatione facienda, sed etiam dari eidem actionem; Quamuis enim confundantur substantialirer actiones adita hæreditate, tamen in effectu habentur pro non confusis, quoties hæres damnificatur, & satis esset in damno, si agendo non posset consequi suum creditum, & de eo disponere postquam hæreditas est subiecta oneri restitutio-

20 nis; † Ideo merito non debet negari actio, quæ quamuis sit extincta, etiam de æquitate, vel reuiuiscit, vel agitur condictione indebiti *Imol. in l. Stichum. §. aditio. in princ. vers. nota tres effectus. de solut. Cuman. conf. 37. n. 3. in fin.*

21 *vers. quamuis autem actio* † & de veriori opinione testatur *Honded. conf. 58. n. 53. lib. 1.* quod etiam voluit *Castr. conf. 387. pro declaratione. col. 1. n. 3. vers. si vero bona possideantur lib. 1. Rom. conf. 276. visis dubijs. n. 7. col. 2. in fin. in 7. dub.* & latius declarat *Curt. Iun. in l. debitori. in princ. n. 3. col. 2. n. 11. fal. 5. C. de pact. Aym. conf. 16. n. 1. & conf. 144. n. 5. Peregr. de fideicōm. art. 35. n. 3. vers. sed male. Vbi* etiam quod contraria procedunt in debitis naturalibus, pro quibus daretur tantum retentio, nō actio *Rolād. conf. 65. n. 13. lib. 2. Card. Māt. de coniect. vlt.*

vol.

lib. 7. tit. 8. n. 15. in fin. iuxta dispositionem l. 23 Stichum. 96. §. aditio. ff. de solut. † licet etiam posse condici debitum solum naturale per hæredem verum, non putatiuum, & malæfidei concludat Ang. in l. si ii qui hæreditatem. 45. in fin. de condic. indeb. Adeo vt etiam creditor postquam adiuit hæreditatem debitoris, si illam reperit onerosam possit in conscientia 24 computare, † quod sibi debetur à defuncto, & de residuo soluere vsq; ad quantitatem virium hæreditatis, quando tamen hæres non cogitauit adesse tot debita, Nam forus conscientiæ nunquam tollit naturalem obligationem, nisi consentiat vere is, cui quæsita est obligatio, vel vbi ius diuinum refragatur, pro vt in puncto concludit Purpur. in l. debitoris. 7. col. 2. in fin. vers. quarto ampliatur. n. 17. C. de pact.

Quibus adde, quod vltra d. actionem competeret etiam hæredi, restituta hæreditate, condictio 25 incerti, † quæ est actio generalis competens ad omnia incerta l. sed etsi. §. fin. de condic. indeb. Ang. in princ. instit. de verb. oblig. n. 4. in glos. in verb. stipulatio. Quando enim certum petitur 26 datur condictio certi generalis † l. certi condictio. ff. si cert. pet. si autem petatur non certum quale, quantumque sit, sed tantum quid sit, cum petit condictio incerti l. fin. ff. si quis in ius vocat. non ier. l. si qui sine. de condic. sin. caus. l. in causa. 2. §11. de minor. Rebuff. in l. subsignatum. 39. §. incertas. vers. decimo octauo. ff. de verb. sign. Itaut ista condictio incerti possit concurrere 27 cum aliis actionibus specialibus, † vt depositi, commodati, & similibus, in quibus agitur ad restitutionem rei, & sic ad factum, quod est incertum l. si binarum. in fin. de seruit. vrban. præd. & de veriori opinione testatur Ang. in princ. instit. de verb. oblig. n. 4. vers. sed dominus meus. post Cast. in l. sed & si me. §. 1. de condic. indeb. dixi supr. c. 193. n. 40.

Neque obstat, quod potius competat condictio indebiti, & non condictio incerti, vt in l. indebiti. § sed etsi nummi. de condic. indeb. † Quia ibi 28 condicitur possessio, quæ est certa, hic autem condicitur retraditio, vt habeat retentionem propter suum creditum, vel impensas, quod est incertum, prout multum notandum dicit Bart. in l. qui exceptionem. 9. § si pars. in fin. de condic. indeb. Vbi quod non condicitur res, aut possessio rei, sed solum petitur retraditio, vt habeatur retentio propter impensas, † Itaut istud 29 ius retinendi transeat etiam ad singularem successorem sine cessione, vt notat ibi Add. ad Bart. in verb. hanc glosam. Quod etiam voluit Salic. in d. § si pars. in fin. opp. 6. post Ang. ibi n. 3. vers. sequitur. Castr. in princ. Butrig. in fin. vers. sed si ex persona hæredis. Cuiac. obser. lib. 8. c. 2. col. 2. cum alijs quos adduxi supra. c. 193. n. 25. 30 vsque ad n. 43. Vbi etiam de creditore, † qui restituit pignus debitori non facta retentione pro pecunia chyrographaria Bald. in l. vnica. n. 2. C. etiam ob chyrograph. pecun. Et de com- 31 modatario, depositario, hærede, † & similibus Glos. in l. & ideo. §. neratius. in verb. incerti. in fin. de condic. furt. Hermand. de libell. formand. libell. 34. n. 2. in fin. Cuiac. d. c. 2. lib. 8. col. 2. Et dari etiam in hoc casu condictionem incerti 32 concludit † Aym. cons. 144. n. 5. vers. & non solum potest hæres. post Bald. cons. 421. quod domina contessina. in fin. vers. & si non retento debito. lib. 5.

Quarta sit conclusio. Actionum confusio, quæ resultat ex aditione hæreditatis facta per creditorem defuncti eatenus durat, quatenus hære- 33 ditas in effectu est apud illum qui adiuit, † sed si transferatur in alium mediante venditione, actio semel extincta de æquitate reuiuiscit, & creditor potest agere contra emptorem hæreditatis pro suo credito, Emptor enim hæreditatis obtinet vicem hæredis, & tenetur actione, qua prior debitor tenebatur, cum omnia sint perinde, ac si non fuisset hæres l. 2. §. fin. ff. de hered. vel act. vẽdit. & ibi Glos. in verb. teneri. & Bald. 34 in verb. si titius. & vers. cum quis. † Vbi quod obtineret ab emptore hæreditatis, quod consequeretur à quolibet extraneo hærede, quia actio confusa per aditionem hæreditatis restituitur hæredi vendita hæreditate, non vi primæ obligationis, sed ex natura istius contractus venditionis, quando debitum à principio 35 erat petibile, † quod etiam sequitur Salic. ibid. in §. si titius. & in §. cum quis. in fin. vbi quod actio semel extincta, vel resuscitatur ex iure speciali in hoc casu, vel si non reuiuiscit, saltem de nouo ad imponendum cogitur, quia hoc ta- 36 cite actum videtur, † idem voluit Curt. Iun. dicens singulare in l. debitori. col. 1. in princ. vers. ad istam regulam dantur. n. 3. C. de pact. & ibi Dec. in 2. not. col. 2. in fin. n. 8. Bart. Bald. Ang. Ias. Castr. & Salic. in l. si is qui hæreditatem. 45. ff. de condic. indebit. post Glos. ibi in verb. repetere Ias. in l. frater à fratre. 38. col. 2. ad med. in 3. 37 not. n. 9. ff. eod. tit. & ibi Io. Crot. n. 7. † vbi quod est multum notandum, & sequitur Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. tit. 10. lib. 4. n. 16. Corn. cons. 14. quatuor dubia. col. 4. in 2. dub. vers. his tamen non obstantibus. & vers. sed dato quod esset. n. 11. lib. 3.

Idem est in similibus casibus, in quibus restituuntur hæredi actiones confusæ, prout quando esset euicta hæreditas per querelam inofficiosi 38 ab eo, qui fuit hæres institutus, † perinde enim obseruari oportet, ac si hæreditas adita non esset; Vnde remanet integra petitio debiti hæredi instituto aduersus eum, qui vicit, & datur compensatio debiti inter eos, seu retentio, si inuicem sit debitum, nisi ipse dolo fecerit, aut fuerit in mala fide, quia tunc perdit, quod sibi debetur l. eum qui. 21. §. fin. vbi Glos. in verb. cõpetere. & in verb. compensationem. ff. de inoff. testam. & ibi Castr. in fin. & Bald. vers. idem respondit. Salic. in l. si maritus. 22. C. eod. tit. 39 † Vbi Castr. quod restituuntur actiones pristinæ, siue sciuerit, siue ignorauerit l. dominus. 63. in princ. ff. de vsufruct. Exemplo Vsufructuarij, qui emit proprietatem à Domino, si enim retractetur emptio per vicinum vigore

40 retractus, † vsufructus extinctus reuiuiscit siue sciret posse retractari, siue ignoraret, argum. *l. 2. in fin. si ex nox. cauſ. agat. Gloſ. in d. l. dominus. in verb. apparuit.* Quidquid aliud sit, quando hæres adiuisset ex delicto, † tunc enim non cessat 41 causa extinctiua, cum non desinat esse hæres, quamuis fiscus eis auferat hæreditatem tamquam ab indigno *Iaſ. in d. l. ſi maritus. in fin. C. de inoff. teſtam. per l. ex facto. §. iulianus longinus. de vulg. & pupill.*

Neq; obstat *l. qui exceptionẽ. 40. §. ſi pars. de cõdict. 42 indeb.* Quia ibi fuit soluta certa species, † hic autem vendita quædam iuris vniuersitas, vt puta hæreditas, quæ continet omnia debita, & credita, & similia. Vnde non mirum, si debet æs alienum deduci de hæreditate *Bart. in l. ſi is qui hæreditatem. 45. in fin. verſ. contra prædicta. de condic. indeb.* sequitur *Ang. ibidem in princip.* Vbi quod si tradatur vna species, deductione non facta, tunc agendum est incerti condictione, quidquid aliud sit in vniuersitate, quæ continet corpora, iura, & actiones; Hæreditas enim non dicitur valere, nisi illud, quod superest deducto ære alieno, sicut est dos, quæ est vniuersitas, quæ minus valet propter impensas necessarias, quàm valeant bona hæreditaria, cum debitum deducatur de vniuersitate, non de rebus singlaribus; Vnde si vendidi hæreditatem, non tenebor dare totum, quod erat in bonis, sed illud solùm, quod erat in hæreditate, & sic meritò repetitur id, quod datum est vltra debitum; Quidquid aliud sit quando agitur ad retraditionem rei, non ratione proprietatis & possessionis, sed nudæ retraditionis, quo casu agitur condictione incerti iuxta *l. qui exceptionem. §. ſi pars. de condic. indeb.* ex superius allegatis, & clarius explicat *Caſtr. in d. l. ſi is qui. 45. n. 2. ff. eod. tit.*

An autem hodie hæc deductio habeat locum, si creditor hæres non fecit inuentarium *Salic.* 43 relinquit cogitandum † *in d. l. ſi is qui. in fin. de condic. indeb.* Et videbatur negatiue resoluendũ quia saltem militat illa ratio occultationis bonorum, & substractionis rerum hæreditariarum contra hæredem non conficientem inuentarium; quasi præsumatur, quod hæres tot bona subtraxerit, de quibus sibi satisfecerit pro suo credito, prout etiam in specie notat *Curt. Iun. in l. debitoris. col. 3. in fin. n. 13. vſque ad n. 15. C. de pact.* vbi quod aliud est in grauato restituere hæreditatem, qui potest deducere illud, quod 44 sibi debetur † etiam non confecto inuentario, cum diuersum sit in supradicto casu, in quo hæres omisso inuentario tenetur legatarijs, & creditoribus etiam vltra vires, vnde ex hac generalitate videtur colligi, quod hæres non possit deducere, quod sibi debetur, & sic nullam habebit prærogatiuam, sed similem fortunã debet habere cum alijs creditoribus *Dec. in d. l. debitoris. col. 4. in princ. n. 17. verſ. ſi vero creditores.*

Verius tamen est non considerari inuentarium 45 respectu eius, qui emit hæreditatem, † Nam venditor poterit etiam creditum suum deducere, & repetere, quidquid aliud sit respectu creditorum hæreditatis, vt dictum est supra *in ſecunda concluſione*, & late concludit *Soc. conſ. 44. non parua eſt difficultas. n. 2. & per tot. lib. 3. Gab. conſ. 124. n. 3. lib. 1.* Quasi solum videatur vendita per hæredem creditorem hæreditas deducto iure sibi competente, cum ad istum effectum eadem ratio militet in eo, quod debetur alijs creditoribus, & in eo, quod est debitũ ipsi hæredi vendenti, cum de natura actus sit, 46 vt concessa hæreditate, censeatur etiam translatum onus ad eum, cui hæreditas conceditur *l. 1. & 2. C. de hæred. vel act. vend.* Et sic erit resarciendum omne illud, quod debebatur, antequam actio esset confusa, & quod expensum est pro hæreditate, itaut foret creditor, si non fuisset hæres *Corn. conſ. 14. in 2. dub. n. 11. verſ.* 47 *his tamen non obſtantibus. lib. 3.* † vbi etiam quod in hoc casu persona loquentis intelligetur inclusa in generali sermone ratione subiectæ materiæ vt per *Cyn.* in specie *in l. inquiſitio. C. de ſolution.* Et ita loquuntur omnes doctores, dum concludunt obstare omissionem 48 inuentarij, † vt non possit hæres retinere creditum suum, quando agitur contra creditores, aut legatarios, secus autem aduersus fideicommissarium vniuersalem *Aym. conſ. 300. n. 7. poſt Caſtr. conſ. 19. n. 2. q. 3. lib. 2. & conſ. 77. in princ. & 186. eod. lib. Idem Caſtr. in l. ita tamen. §. ex trebelliano. vbi Alex. ff. ad trebellian.* Et eadem ratio militat contra emptorem hæreditatis, quæ in fideicommissario vniuersali, vt dictum 49 est, † cum hæres statim quod vendidit hæreditatem, seu illam restituit, æquiparetur alijs creditoribus hæreditarijs *Soc. Iun. conſ. 170. n. 3. verſ. & pro hoc bene facit. lib. 2.* quod etiã voluit *Raph. Cum. conſ. 126. proponitur. col. vlt. in fin. verſ. & hanc opinionem.* vbi quod nõ est æquum, vt perdatur verum creditum, cum neque per omissionem inuentarij amittatur legitima, 50 † quæ non est propriè debita secundum communem sententiam, de qua per *Doct. in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid.*

Ex prædictis patet non posse negari deductionem petitam; Nam quo ad portionem hæreditatis venditam non fuit venditori præiudicatum, cum habeat repetitionem, seu retentionem sui crediti, vt dictum est in *3. & 4. concluſione.* Quidquid aliàs per aditionem confundatur actio hæredis contra defunctum, vt in *prima concluſione*, Idem quo ad aliam portionem, quam hæres restituit ex fideicommisso, quia neque minus in ea aliquod præiudicium potest inferri hæredi respectu sui crediti, vt dictum est *in 2. concluſione.* Quo vero ad alia per hæredem expensa dicam *in ſequenti capite*, vbi etiam de cuius pecunijs præsumatur facta solutio, & an possit agi primæua actione, vel ex vendito, aut ex alio contractu, & per quæ verba censeatur facta venditio iurium, & creditorum hæredi competentium.

EPI-

EPITOME.

ADministrans, quando videatur soluisse de negotio quod gerit, & expensa dicatur facta sumptibus facientis. ¶ Et quid in hærede grauato per fideicommissum soluente æs alienum, an sit præsumendum, quod de proprio soluerit, quamuis non confecerit inuentarium. ¶ Stante actione hypothecaria an fiat confusio actionum vigore successionis, & quando hæres creditor detrahat suum creditum, & illi competat actio, quæ prius competebat, seu præscriptis verbis, restituta, vel vendita hæreditate. ¶ Hæres an teneatur creditoribus hæreditarijs si hæreditatem vendidit, & quæratur actio eisdem creditoribus contra emptorem, & quid de æquitate canonica, in subsidium, & stante stipulatione pro omnibus, quorum interest.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus per fideicommissum detrahit, quod sibi debetur à testatore, & omne æs alienum per eum solutum.*

2 *Administrans videtur soluere de negotio, quod gerit. n. 9. & 13. & de ratione. n. 11. 12. & 22. & an censeatur acquisiuisse de bonis administratis. n. 10.*

3 *Expensa facta præsumitur sumptibus facientis etiam in socio omnium bonorum. n. 4.*

5 *Debita hæreditaria, an præsumantur soluta per hæredem grauatum de bonis ipsius, vel hæreditarijs. n. 6. & 7. Et an hoc probetur eo ipso, quod apparet debitum solutum. n. 8. Intellige, quando fecit inuentarium. n. 14. 16. & 17. Dummodo illud non fuerit remissum per testatorem. n. 18.*

15 *Omissio inuentarij facit præsumptionem subtractionis, itaut excludatur etiam præsumptio, quod bona mobilia sint vsu consumpta.*

19 *Testator, quando possit remittere confectionem inuentarij. & n. 21.*

20 *Limitatio fideicommissi est in potestate testatoris.*

23 *Confusio vigore successionis non fit, quo ad actionem hypothecariam, quæ competit creditori, vnde dabitur retentio pignoris, quo non extante poterit agi contra tertios possessores. & n. 24. Declara vt n. 25. 26. & 27.*

28 *Hæres non potest detrahere suum creditum, quando constat de contraria mente testatoris, & ex quibus verbis hoc colligatur. n. 29.*

30 *Hæredi creditori an competat pro suo credito actio, quæ prius sibi competebat, vel potius prima sit extincta per confusionem, si hæreditas apud alium reperiatur vigore emptionis, vel similis causa. n. 32. 33. & 34. & an possit agi præscriptis verbis. n. 35.*

31 *Emptor hæreditatis obtinet vicem hæredis, ac si creditor non fuisset hæres.*

36 *Hæres quamuis vendiderit hæreditatē à se aditam an teneatur creditoribus hæreditarijs, & quid si illam restituat ex fideicommisso. n. 38. & an creditori actio aliqua competat contra emptorem. n. 39. & quid in subsidium, & de æquitate canonica. n. 40. Et si stipulatio fiat per notarium, vel actio à debitore cedatur. n. 41.*

37 *Creditores non coguntur mutare personam hæredis, quamuis voluerit dare magis locupletem.*

42 *Stipulatio valet pro omnibus quorum interest, & acquiritur actio sine cessione.*

CAPVT CCIIII.

VLtra ea, quæ adducta sunt in præcedenti capite. Addendum est pro resolutione eorum, de quibus iterum fuit quæsitum, quod hæres grauatus per fideicommissum purum, aut conditionale non solum detrahit, quod sibi debetur à testatore, quamuis non confecerit inuentarium, vt supra latius dictum est, 1 † sed etiam omnia debita hæreditaria per ipsum soluta *l. cum hæres. 51. & ibi Glos. in verb. deducit. ad senat. consult. trebell. Paris. cons. 25. n. 63. lib. 2. Socin. cons. 44. per tot. lib. 3.* & de omni ære alieno soluto notant *Doct. in l. deducta. §. qui post. ad trebell. Ruin. cons. 135. col. 6. in fin. n. 10. vers. quo ad aliud dubium. lib. 3.* vbi etiam quod soluisset de fructibus bonorum *Gabr. cons. 124. n. 4. lib. 1.*

Verum quia dicebatur ista debita hæreditaria præsumi fuisse soluta de bonis hæreditarijs, non 2 de proprio ære hæredis grauati, † quasi administrans videatur soluere de negotio quod gerit *l. nesennius. de neg. gest.* Dubitatum fuit quæ sit verior opinio, & dicendum est potius pro hærede præsumendum esse, vt de suo soluerit, nisi appareat in hæreditate extitisse pecunias, vel nisi constet de distractione bonorum immobi- 3 lium, vnde pecunia deduci potuisset, † cum in dubio semper præsumatur factum expensis facientis *Bald. in l. fi. §. in computatione. n. 2. vers. & adde quod probato. C. de iur. delib. Bart. in l. cum proponas. C. pro soc. Alex. cons. 78. discussis his de quibus. col. vlt. ad fi. n. 4. vers. tamen in proposito. lib. 2. Aym. cons. 131. n. 12. in 2. dub. Masc. concl. 1319. n. 12. Dec. cons. 99. col. 1. ad med. n. 2. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 14. in* 4 *tex. ibi Meubles. n. 4. fol. 710.* † vbi ampliat quãuis sit socius omnium bonorum *Rom. cons. 174.* vbi late *Mandos. ib verb. præsumãtur.* & in spe- 5 cie de hærede † ita concludit *Idem Rom. cons. 176. col. penul. ad fin. n. 7. vers. quo ad nonum. Socin. cons. 19. in causa quæ vertitur. n. 1. cum seq. lib. 3.* Quidquid contrarium sequatur *Barbat. cons. 69. lib. 3. post Castr. cons. 212. supraſcripta col. 1. in fin. n. 3. vers. secunda ratio. lib. 1.* Quia 6 contraria opinio est verior, † vt multis comprobat *Pereg. de fideicom. art. 35. n. 29. vsq; ad n. 40. Dec. cons. 237. proponitur quod nobilis. col. vlt. in fin. n. 4.* vbi de hærede, qui recuperauit bona vigore pacti de retrouendendo, quod præsumatur de proprijs pecunijs recuperasse, quæ à fideicommissario erunt restituendæ, sequitur *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. n. 88. q. 11. vers. sub-* 7 *dit tamen.* † Et quod debeat probari solutionem fuisse factam de hæreditarijs bonis voluit etiam *Socin. Iun. cons. 109. n. 22. lib. 1. Ruin.*

40 retractus,† vsusfructus extinctus reuiuiscit siue sciret posse retractari, siue ignoraret, argum. *l. 2. in fin. si ex nox. caus. agat. Glos. in d. l. dominus. in verb. apparuit.* Quidquid aliud sit, quando hæ-
41 res adiuisset ex delicto, † tunc enim non cessat causa extinctiua, cum non desinat esse hæres, quamuis fiscus eis auferat hæreditatem tamquam ab indigno *Ias. in d. l. si maritus. in fin. C. de inoff. testam. per l. ex facto. §. iulianus longinus. de vulg. & pupill.*

Neq; obstat *l. qui exceptionē. 40. §. si pars. de condict.*
42 *indeb.* Quia ibi fuit soluta certa species, † hic autem vendita quædam iuris vniuersitas, vt puta hæreditas, quæ continet omnia debita, & credita, & similia. Vnde non mirum, si debet æs alienum deduci de hæreditate *Bart. in l. si is qui hæreditatem 45. in fin. vers. contra prædicta. de condic. indeb.* sequitur *Ang. ibidem in princip.* Vbi quod si tradatur vna species, deductione non facta, tunc agendum est incerti condictione, quidquid aliud sit in vniuersitate, quæ continet corpora, iura, & actiones; Hæreditas enim non dicitur valere, nisi illud, quod superest deducto ære alieno, sicut est dos, quæ est vniuersitas, quæ minus valet propter impensas necessarias, quàm valeant bona hæreditaria, cum debitum deducatur de vniuersitate, non de rebus singlaribus; Vnde si vendidi hæreditatem, non tenebor dare totum, quod erat in bonis, sed illud solum, quod erat in hæreditate, & sic meritò repetitur id, quod datum est vltra debitum; Quidquid aliud sit quando agitur ad retraditionem rei, non ratione proprietatis & possessionis, sed nudæ retraditionis, quo casu agitur condictione incerti, iuxta *l. qui exceptionem. §. si pars. de condic. indeb.* ex superius allegatis, & clarius explicat *Castr. in d. l. si is qui. 45. n. 2. ff. eod. tit.*

An autem hodie hæc deductio habeat locum, si creditor hæres non fecit inuentarium *Salic.*
43 relinquit cogitandum † *in d. l. si is qui. in fin. de condic. indeb.* Et videbatur negatiuè resoluendū quia saltem militat illa ratio occultationis bonorum, & subtractionis rerum hæreditariarum contra hæredem non conficientem inuentarium, quasi præsumatur, quod hæres tot bona subtraxerit, de quibus sibi satisfecerit pro suo credito, prout etiam in specie notat *Curt. Iun. in l. debitoris. col. 3. in fin. n. 13. vsque ad n. 15. C. de pact.* vbi quod aliud est in grauato restituere hæreditatem, qui potest deducere illud, quod
44 sibi debetur † etiam non confecto inuentario, cum diuersum sit in supradicto casu, in quo hæres omisso inuentario tenetur legatarijs, & creditoribus etiam vltra vires, vnde ex hac generalitate videtur colligi, quod hæres non possit deducere, quod sibi debetur, & sic nullam habebit prærogatiuam, sed similem fortunā debet habere cum alijs creditoribus *Dec. in d. l. debitoris. col. 4. in princ. n. 17. vers. si vero creditores.*

Verius tamen est non considerari inuentarium
45 respectu eius, qui emit hæreditatem, † Nam venditor poterit etiam creditum suum deducere, & repetere, quidquid aliud sit respectu creditorum hæreditatis, vt dictum est supra in *secunda conclusione*, & late concludit *Socc. cons. 44. non parua est difficultas. n. 2. & per tot. lib. 3. Gab. cons. 124. n. 3. lib. 1.* Quasi solum videatur vendita per hæredem creditorem hæreditas deducto iure sibi competente, cum ad illum effectum eadem ratio militet in eo, quod debetur alijs creditoribus, & in eo, quod est debitū ipsi hæredi vendenti, cum de natura actus sit,
46 vt concessa hæreditate, censeatur etiam translatum onus ad eum, cui hæreditas conceditur *l. 1. & 2. C. de hæred. vel act. vend.* Et sic erit resarciendum omne illud, quod debebatur, antequam actio esset confusa, & quod expensum est pro hæreditate, itaut foret creditor, si non fuisset hæres *Corn. cons. 14. in 2. dub. n. 11. vers.*
47 *his tamen non obstantibus. lib. 3.* † vbi etiam quod in hoc casu persona loquentis intelligetur inclusa in generali sermone ratione subiectæ materiæ vt per *Cyn.* in specie *in l. inquisitio. C. de solution.* Et ita loquuntur omnes doctores, dum concludunt obstare omissionem
48 inuentarij, † vt non possit hæres retinere creditum suum, quando agitur contra creditores, aut legatarios, secus autem aduersus fideicommissarium vniuersalem *Aym. cons. 300. n. 7. post Castr. cons. 19. n. 2. q. 3. lib. 2. & cons. 77. in princ. & 186. eod. lib. Idem Castr. in l. ita tamen. §. ex trebelliano. vbi Alex. ff. ad trebellian.* Et eadem ratio militat contra emptorem hæreditatis, quæ in fideicommissario vniuersali, vt dictum
49 est, † cum hæres statim quod vendidit hæreditatem, seu illam restituit, æquiparetur alijs creditoribus hæreditarijs *Soc. Iun. cons. 170. n. 3. vers. & pro hoc bene facit. lib. 2.* quod etiā voluit *Raph. Cum. cons. 126. proponitur. col. vlt. in fin. vers. & hanc opinionem.* vbi quod nō est æquum, vt perdatur verum creditum, cum neque per omissionem inuentarij amittatur legitima,
50 † quæ non est propriè debita secundum communem sententiam, de qua per *Doct. in auth. sed cum testator. C. ad leg. falcid.*

Ex prædictis patet non posse negari deductionem petitam; Nam quo ad portionem hæreditatis venditam non fuit venditori præiudicatum, cum habeat repetitionem, seu retentionem sui crediti, vt dictum est in *3. & 4. conclusione.* Quidquid aliàs per aditionem confundatur actio hæredis contra defunctum, vt in *prima conclusione,* Idem quo ad aliam portionem, quam hæres restituit ex fideicommisso, quia neque minus in ea aliquod præiudicium potest inferri hæredi respectu sui crediti, vt dictum est *in 2. conclusione.* Quo vero ad alia per hæredem expensa dicam *in sequenti capite,* vbi etiam de cuius pecunijs præsumatur facta solutio, & an possit agi primeua actione, vel ex vendito, aut ex alio contractu, & per quæ verba censeatur facta venditio iurium, & creditorum hæredi competentium.

EPI-

EPITOME.

ADministrans, quando videatur soluisse de negotio quod gerit, & expensa dicatur facta sumptibus facientis. ¶ Et quid in hærede grauato per fideicommissum soluente æs alienum, an sit præsumendum, quod de proprio soluerit, quamuis non confecerit inuentarium. ¶ Stante actione hypothecaria an fiat confusio actionum vigore successionis, & quando hæres creditor detrahat suum creditum, & illi competat actio, quæ prius competebat, seu præscriptis verbis, restituta, vel vendita hæreditate. ¶ Hæres an teneatur creditoribus hęreditarijs si hæreditatem vendidit, & quæratur actio eisdem creditoribus contra emptorem, & quid de æquitate canonica, in subsidium, & stante stipulatione pro omnibus, quorum interest.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus per fideicommissum detrahit, quod sibi debetur à testatore, & omne æs alienum per eum solutum.*

2 *Administrans videtur soluere de negotio, quod gerit. n.9. & 13. & de ratione. n.11.12. & 22. & an censeatur acquisiuisse de bonis administratis. n.10.*

3 *Expensa facta præsumitur sumptibus facientis etiam in socio omnium bonorum. n.4.*

5 *Debita hæreditaria, an præsumantur soluta per hæredem grauatum de bonis ipsius, vel hæreditarijs. n.6. & 7. Et an hoc probetur eo ipso, quod apparet debitum solutum. n.8. Intellige, quando fecit inuentarium. n.14. 16. & 17. Dummodo illud non fuerit remissum per testatorem. n.18.*

15 *Omissio inuentarij facit præsumptionem subtractionis, itaut excludatur etiam præsumptio, quod bona mobilia sint vsu consumpta.*

19 *Testator, quando possit remittere confectionem inuentarij. & n.21.*

20 *Limitatio fideicommissi est in potestate testatoris.*

23 *Confusio vigore successionis non fit, quo ad actionem hypothecariam, quæ competit creditori, vnde dabitur retentio pignoris, quo non extante poterit agi contra tertios possessores. & n.24. Declaraui n.25.26. & 27.*

28 *Hæres non potest detrahere suum creditum, quando constat de contraria mente testatoris, & ex quibus verbis hoc colligatur. n.29.*

30 *Hæredi creditori an competat pro suo credito actio, quæ prius sibi competebat, vel potius prima sit extincta per confusionem, si hæreditas apud alium reperiatur vigore emptionis, vel similis causæ. n. 32. 33. & 34. & an possit agi præscriptis verbis. n.35.*

31 *Emptor hæreditatis obtinet vicem hæredis, ac si creditor non fuisset hæres.*

36 *Hæres quamuis vendiderit hæreditatẽ à se aditam an teneatur creditoribus hæreditarijs, & quid si illam restituat ex fideicommisso. n.38. & an creditori actio aliqua competat contra emptorem. n.39. & quid in subsidium, & de æquitate canonica. n. 40. Et si stipulatio fiat per notarium, vel actio à debitore cedatur. n.41.*

37 *Creditores non coguntur mutare personam hæredis, quamuis voluerit dare magis locupletem.*

42 *Stipulatio valet pro omnibus quorum interest, & acquiritur actio sine cessione.*

CAPVT CCIIII.

VLtra ea, quæ adducta sunt in præcedenti capite. Addendum est pro resolutione eorum, de quibus iterum fuit quæsitum, quod hæres grauatus per fideicommissum purum, aut conditionale non solum detrahit, quod sibi debetur à testatore, quamuis non confecerit inuentarium, vt supra latius dictum est, [1] † sed etiam omnia debita hæreditaria per ipsum soluta *l. cum hæres. 51. & ibi Glos. in verb. deducit. ad senat. consult. trebell. Paris. cons. 25. n.63. lib.2. Socin. cons.44. per tot. lib.3.* & de omni ære alieno soluto notant *Doct. in l. deducta. §. qui post. ad trebell. Ruin. cons.135. col.6. in fin. n.10. vers. quo ad aliud dubium. lib.3.* vbi etiam quod soluisset de fructibus bonorum *Gabr. cons.124. n.4. lib.1.*

Verum quia dicebatur ista debita hæreditaria præsumi fuisse soluta de bonis hæreditarijs, non de proprio ære hæredis grauati, [2] † quasi administrans videatur soluere de negotio quod gerit *l. nesennius. de neg. gest.* Dubitatum fuit quæ sit verior opinio, & dicendum est potius pro hærede præsumendum esse, vt de suo soluerit, nisi appareat in hæreditate extitisse pecunias, vel nisi constet de distractione bonorum immobilium, vnde pecunia deduci potuisset, [3] † cum in dubio semper præsumatur factum expensis facientis *Bald. in l. fi. §. in computatione. n.2. vers. & adde quod probato. C. de iur. delib. Bart. in l. cum proponas. C. pro soc. Alex. cons.78. discussis his de quibus. col. vlt. ad fi. n.4. vers. tamen in proposito. lib.2. Aym. cons.131. n.12. in 2. dub. Masc. concl.1319. n.12. Dec. cons.99. col.1. ad med. n.2. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.4. §.14. in tex. ibi Meubles. n.4. fol.710.* [4] † vbi ampliat quãuis sit socius omnium bonorum *Rom. cons.174.* vbi late *Mandos. ib verb. præsumãtur.* & in specie de hærede [5] † ita concludit *Idem Rom. cons. 176. col. penul. ad fin. n.7. vers. quo ad nonum. Socin. cons.19. in causa quæ vertitur. n.1. cum seq. lib.3.* Quidquid contrarium sequatur *Barbat. cons.69. lib.3. post Castr. cons.212. suprascripta col.1. in fin. n.3. vers. secunda ratio. lib.1.* Quia [6] contraria opinio est verior, † vt multis comprobat *Pereg. de fideicom. art.35. n.29. vsq; ad n.40. Dec. cons.237. proponitur quod nobilis. col. vlt. in fin. n.4.* vbi de hærede, qui recuperauit bona vigore pacti de retrouendendo, quod præsumatur de proprijs pecunijs recuperasse, quæ à fideicommissario erunt restituendæ, sequitur *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. n.88. q.11. vers. subdit tamen.* [7] † Et quod debeat probari solutionem fuisse factam de hæreditarijs bonis voluit etiam *Socin. Iun. cons. 109. n.22. lib.1. Ruin.*

conf.152. in fin. n. 18. lib. 5. Et hoc probabitur eo ipso, quod constat rem venditam esse, 8 & † apparet debita soluta *Bart. in l. fin. §. & si præfatam. in fi. vers. item hoc quando dicta. C. de iur. delib. Surd. decis. 55. n. 6. vers. & dicit idem.*

Neque obstat, quod iste hęres potius videatur soluisse de negotio hæreditatis, exemplo admini- 9 stratoris necessarij, † qui non dicitur soluere de suo, sed de re, quam administrat *Bart. & Ang. in l. eum post. §. 1. de administrat. tutor. Bald. in l. fin. C. de dot. promis. col. penul. in fin. n. 13. vers. licet enim dicant. Aym. conf. 129. n. 3. Mascard.* 10 *conf. 53. n. 1.* † Itaut etiam per administratorem acquisita censeantur de bonis administratis *Bald. in l. 2. n. 12. C. de hered. vel act. vendit.* cum distinctionibus tamen de quibus per *Menoch. præsumpt. 52. lib. 3.*

Quia administrator non est dominus fructuum 11 prout est hæres grauatus sub conditione, † Vnde non est mirum, quod videatur impendisse de fructibus dominorum, quorum negotia gerit non autem de suo *l. fin. de petit. hæredit. §. item ea. instit. de rer. diuis. l. in fideicommissariam. ad trebell. Soc. Iun. conf. 109. n. 22. lib. 1. Peregr. de* 12 *fideicomm. art. 35. n. 38.* vbi etiam subdit, † quod præsumptio illa accipitur fauore administraris, ne de suo videatur donasse, promisisse, aut dotasse *Ang. & aly in l. nesennius. de neg. gest. & in l. fin. de petit. hæred.* Quamuis etiam non ita passim admittendum sit, vt administrator præsumatur soluere de pecunijs eius, cuius bo- 13 na administrat. † cum etiam de proprio aliquādo censendum sit expendisse, prout latè declarat *Mascard. concl. 52. n. 6. vers. aduertendum. post Capr. conf. 16. n. 3. Grat. conf. 188. n. 16. lib. 1. Aym. conf. 129. n. 3. & 4. per l. si ventri. in fin. de priuil. cred. l. si defunctus. C. arbitr. tut. Ancbar. cōs. 31. quia quæstio. n. 2. Corn. cōs. 167. col. 2. lib. 1.*

Ista tamen sunt intelligenda, quando hæres confecisset inuentarium, tunc enim præsumitur soluis- 14 se de proprio, † Nam aliàs si de eo non constet censetur solutio potius facta de bonis hæreditarijs, Etenim præsumptio est contra non conficientem inuentarium, vt subtraxerit bona hæreditaria, itaut neque admittatur probatio pręs- 15 sumptiua, † quod bona mobilia sint vsu consumpta iuxta doctrinā *Bar. in l. quo ad præsens. n. 3. C. de murileg. lib. 10. Alex. conf. 45. n. 3. lib. 1.* Quasi probatio cōtraria pręsumptiua insurgat contra non conficientem inuentarium, quod illa occultauerit, & vsurpauerit *Cauale. de tut. n. 60. post Ruin. conf. 69. n. 4. lib. 2.* Qua præsumptione stante circa subtractionem bonorum hæreditatis, fingitur soluere de hæreditate, non de pro- 16 prio patrimonio. † Ita in terminis concludit *Bald. in l. filium quem habentem. col. penult. in princ. vers. item hoc probat. n. 37. C. famil. hercisc. post Bart. in l. in ratione. la 1. §. quod vulgo. ff. ad* 17 *leg. falcid.* † Et tanquam singulare refert *Castell. Cot. in memorabil. in verb. hæres grauatus de restituendo. ad fin. vers. an autem hæres in dubio.* de quo etiam meminit *Marzar. de fideicomm. p. 2. q. 6. in fin. Raph. fulgos. conf. 81. punctum* 18 *col. 1. ad med. vers. sed & magni.* † Dummodo non fuerit remissa per testatorem confectio inuentarij iuxta *l. fin. C. arbitr. tut. & l. cum tale. §. titius. de condit. & demonstr.* Quamuis enim testator non possit remittere inuentarium in 19 præiudicium creditorum † *Bald. in l. fin. §. cum igitur. C. de iur. delib.* Tamen hoc potuit in præiudicium legatariorum, & fideicommissario- 20 rum, † cum esset in potestate testatoris limitare fideicommissum *l. videamus. §. iurare. de in lit. iur. Castr. in l. nemo potest. de leg. 1. Ruin. conf.* 21 *64. n. 12. lib. 2.* † & ita in specie declarat *Alex. conf. 82. perspectis his quæ in themate. col. vlt. n. 13. vsq; ad n. 16. lib. 2.* vbi quod tanto magis procedunt prædicta, quia quantitas pecuniæ potuit 22 percipi ex fructibus possessionis. † vel saltem ex fructibus hæreditatis, qui spectabant ad hæredem, vnde magis coadiuuatur præsumptio, quod de bonis proprijs solutio facta videatur *Soc. Iun. conf. 109. n. 22. lib. 1.*

Secundo quo ad actionem hypothecariam, quæ competit creditori, verius est, quod non fuerit 23 facta confusio vigore successionis † *l. ex sextante. §. latinus. de except. rei iudic. Bal. in l. si uxor. 7. col. 1. vers. ista quæstio. non habet dubium. C. de bon. auth. iud. possid. Goz. ad. conf. 94. n. 47.* In ea enim hæres non repræsentat defunctum, Ideo si pignus reperitur in hęreditate, potest illud reti- 24 neri, † & si non adest poterit agi contra tertios detinentes *l. debitor. 59. ad trebell. Grat. conf. 91. n. 32. lib. 2. Menoch. conf. 89. n. 31. lib. 1. Raphael. Cuman. conf. 37. quidam legauit. n. 3. in fin. vers. hypothecaria vero.*

Hoc autem intelligitur in creditore, qui habet hypothecariam, & succedit ipsi debitori per fidei- 25 commissum, † & bona hypothecata eueniente casu restitutionis reperiuntur in bonis, quæ debent restitui. Hoc enim casu creditor hæres potest restituendo fideicommissum retinere hæc bona sibi hypothecata, Nam per talem successionem nihil consequitur à testatore, sed quod habet ob trebellianicam consequitur à lege, & ideo non est effectus vna, & eadem persona cum testatore, vt non debeat remanere actio sua integra & salua in causa restitutionis fideicom- 26 missi. † Aliud est, quando quis directe succedit in bonis alicuius, tunc enim tanquam hæres directus ratione sui crediti non habet actionem realem, nec personalem, neque hypothecariam, & per consequens nihil potest recuperare à possessore, qui voluntate testatoris factus est dominus, tunc enim confusa est omnis actio, quam habebat in bonis illius, & effecta est vna persona cum defuncto, & ideo extinguitur omnis hypotheca, siue bona hypothecata reperiantur in bonis testatoris, siue apud alterum de voluntate ipsius, qui illa in eum alienauit, & transtulit, quemadmodum enim non posset testator reuocare si viueret, ita nec eius hæres directus, qui est loco illius, & ita distinguēdum esse inter istas actiones hypothecarias concludit *Menoch. conf. 89. n. 153. vsq; ad n. 156. post Rom. conf. 140. hæc venditio. in fin.*

in fin. vers. hoc igitur verificato. per tex. in l. fin. C. de edict. l. fera. ff. eod. l. venditrici. C. de reb. 27 *eccl. non alien.* † In hoc enim casu dominium remanet apud hæredem creditorem irreuocabiliter, cum in fideicommisso perueniat ad eum dominium reuocabile, ideo non mirum si tunc duret hypothecaria, & non fit confusa actio per aditionem *Imol. in l. debitor sub pignore. col. 1. ante med. n. 2. vers. item nota quod hypothecaria. & col. 2. in princ. n. 5. ff. ad trebell. post Bart. ibid. in fin. vers. oppono quando dominium.*

Tertio. Non daretur detractio æris alieni soluti per hæredem, aut alterius sui crediti, quando 28 posset colligi ex verbis testatoris, † vt per hæredem ista non detraherentur, cum possit per eum hæres grauari etiam in re propria, & tacite ei præcipi, vt remittat, quod debet *l. si debitor. ad leg. falcid. l. cum pater. §. titio. de leg. 2.* 29 *Natt. cons. 110. n. 3.* † vbi colligit istam voluntatem testatoris, quando prohibuisset alienationem, & interdixisset hæredibus, ne contrauenirent fideicommisso sub pœna priuationis, aut molestiam aliquam afferrent fideicommissario, nec de iure, nec de facto, tunc enim censeretur etiam prohibuisse detractionem æris alieni debiti suo hæredi, quæ quando procedant, & ex quibus verbis ista voluntas colligatur late declarat *Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 4. vsque ad n. 9.*

Quarto. An hæredi creditori competat pro suo credito actio, quæ prius sibi competebat, vel 30 alia, † quasi prima fuerit extincta per confusionem hæreditatis *l. omnibus. de solut.* Verius est actionem primæuam non esse extinctam, ex quo hæreditas apud alium reperitur *l. 2. §. penult. de hæred. vel act. vend.* & in specie ita concludit *Dec. in l. debitori. col. fin. ad med. n. 23. vers. sed* 31 *respondetur. C. de pact.* vbi de communi. † Nam emptor hæreditatis obtinet vicem hæredis, & omnia sunt, ac si creditor non fuisset hæres *l. 2. §. vlt. & ibi Glo. in verb. teneri. de hæred. vel act. vend.* Vnde venditor recte aget actione pri- 32 mæua, quæ ex d. causa reintegratur, † & omnia in pristinum statum reponuntur *l. cum qui. §. fi. de inoff. testam.* & concludit *Corn. cons. 14. quatuor dubia. in 2. dub. lib. 4. Card. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 10. n. 17.*

Neque obstat, quod immo grauatur actione ex vendito, cum præcesserit contractus venditionis, Aliud enim est, quod hæreditas transferatur in alterum ex dispositione legis sine facto hominis, quo casu reuiuiscit actio, quasi tunc 33 nihil sit imputandum hæredi; † Aliud quando transit hæreditas in emptorem ex facto hæredis vendentis, cui est imputandum, si non prouidet, vt emptor sibi, & cæteris creditoribus satisfaciat *Curt. Iun. in l. debitori. ad fin. n. 23. vers. & illum intellectum. C. de pact.*

Quia licet agatur ex venditio immediate, vel ex alio contractu interueniente; Tamen talis contractus facit, vt emptor sit in locum hæredis, 34 Vnde † contra illum tanquam contra hæredem videtur actio prima competere, & ex tali contractu dicta actio videtur restituta, & suscitata *Dec. in d. l. debitori. in fin. vers. non obstat quod agatur.* Ita vt etiam possit agi præscriptis ver- 35 bis, † quasi vendens hæreditatem videatur fecisse tacitum pactum de satisfaciendo sibi, & alijs creditoribus hæreditarijs, cum istud importet hoc nomen hæreditatis, adeo vt hoc tacitum pactum vestiatur cohærentia traditionis, sicut expressum *Curt. Iun. in l. debitori. in fin. vers. nisi sustinendo communem. n. 23. Imol. in l. hæreditatem. 28. de donat.*

Quinto. Hæres qui vendidit à se aditam hæreditatem tenetur creditoribus hæreditarijs satis- 36 facere † *l. 2. C. de hæred. vend. l. cum res. 22. C. de donat.* Non enim est in potestate hæredis per venditionem hæreditatis transferre in alium actiones passiuas, quæ ossibus eius hærent *l. si* 37 *mulier. §. ex asse. de iur. dot. l. 3. ff. pro soc.* † Quasi non cogantur creditores mutare personam hæredis dobitoris etiam si voluerit dare magis locupletem pro eo *l. si mandato meo. ad fin. princ. ff. mandat.* Quidquid aliud sit, quando restitui- 38 tur hæreditas ex fideicommisso, † quæ transfertur in fideicommissarium vniuersalem, qui est hæres ex dispositione testatoris *l. si filiusfamilias. §. 1. ff. quod cum eo. Curt. Iun. in l. 2. n. 5. & 9. C. de pact.*

Immo neque creditori hæreditario actio vlla posset competere contra emptorem hæreditatis, quamuis pactum interuenisset in emptione, vt emptor satisfaciat d. creditoribus *l. 2. C. de* 39 *hæred. vel act. vend.* † Etenim nulla actio acquiritur tertio, quando aliquid onus extrinsecum pacto includitur, quidquid aliud sit, quando pactum respicit ipsam rem, cui cohæret, & cum re coniunctum est, & onus intrinsecum continet *Bald. in l. cum res. 22. ad med. C. de donat. l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. l. si genero. 26. C. de iur. dot.*

Ex æquitate tamen, & benignitate canonica in subsidium creditori conceditur vtilis actio ex 40 hac stipulatione debitoris, † etiam sine cessione *Socin.* qui de communi *cons. 236. placet conclusio firmata. in princ. lib. 2. Glos. in l. si genero. in verb. actionem. C. de iur. dot. Ias. in l. stipulatio ista. 38. §. alteri. n. 27. col. 7. in fin. vers. fallit etiam in casu donationis. de verb. oblig. per l. caius. in fin. ff. sol. matr. post Bart. ibid. in §. si stipuler. col. vlt. vers. octauo fallit. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. n. 116. vers. si autem scire vis. Petr. Peck.* licet dubitet *de iur. sistend. c. 35. ad fin. vers. sunt autem qui existimant. Ang. in l. quoties. ad med. vers. sed hodie iure benigno. C. de donat. quæ sub mod.*

Prout quando Notarius stipulatus fuisset nomine 41 illorum quorum interest, † vel nisi actio ab ipso debitore cedatur, tunc enim etiam creditoribus hæreditarijs aduersus emptorem hæreditatis actio acquiritur *Ias. in l. qui roma. § flauius. de verb. oblig. Doct. in l. stipulatio ista. §. alteri. eod. tit. Petr. Peck. de iur. sistend. c. 35. in* 42 *fin. Roman. cons. 76. in prin.* † Cum etiam valeat stipulatio pro omnibus, & singulis quorū interesse

esse poterit *Bart. in l.2.rem pup.sal.for. Paris. cons.82. n.2. lib.1.* Quo casu acquiritur ius, & actio etiam successione *Socin.cons.125. in fin. Dec.cons.407.n.14.* & de veriori opinione testatur *Bertazol. claus.18.glos.5.n.8.*

Ex quibus colligitur, quod bene fuit actum actione primæua *vt in quarta conclusione* tam pro creditis, quam pro omni alio ære alieno, itaut præsumatur solutio facta de bonis hæredis stante inuentario, *vt in principio præsentis capituli* dictum est, cum neque colligatur aliqua voluntas testatoris, vt hæres compensaret suum creditum, aut æs alienum solueret de proprio, *vt in tertia conclusione*. Maxime stante actione hypothecaria, quæ non dicitur confusa, quo ad restitutionem fideicommissi *vt in secunda conclusione*. Quo vero ad creditores hæreditarios dictum est posse agere emptorem hæreditatis ex stipulatione, & alijs de quibus *in quinta & vltima conclusione*.

EPITOME.

Vicino retrahente venditionem vigore statuti, quando possit agi contra vendentem, seu fideiussorem, seu filium, vel hæredem ad euictionem, melioramenta, pretij restitutionem, damna, interesse, expensas litis, fructus perceptos ante, vel post litem, & quid in similibus. ¶ Ratione iuris superuenientis, quo casu licita sit recuperatio rei venditæ. ¶ Quem de euictione tenet actio, quando eundem agentem repellat exceptio. ¶ Conuentiones, & pacta an reformentur à statutis ciuitatis. ¶ Hæres quando dicatur contrauenire facto defuncti. ¶ Euictio an debeatur, si ex natura negotij res sit euicta, & sit imputandum ementi, qui sciuit talem qualitatem. ¶ Filius primi matrimonij si aufert aliquid à filio secundi tori an id consequatur vt hæres, vel ex legis dispositione.

SVMMARIVM.

1 *Exactio an possit fieri vltra duplam secuta euictione.n.2. & 3.*
4 *Euictio nulla debetur, si vicinus retrahit venditionem vigore Bullæ, neque est locus refectioni meliorantamentorum.n.11. nec damnorum, & interesse, aut expensarum litis, vel fructuum, nec pretij data scientia ementis.n.38. & in similibus casibus.n.39. Amplia quamuis fuerit probus facere consentire omnem personam habentem interesse.n.5. & 7. fallit. vt n.10.*
6 *Ius vicini oritur post contractum.*
8 *Venditor promittens euictionem non prohibetur recuperare rem venditam ratione iuris superuenientis.*
9 *Renuncians iuri quod habet, vel habere sperat non intelligitur renunciare iuri superuenienti ex noua causa.*
12 *Emens potest prospicere, quod vicinus poterit cogere ad vendendum.*
13 *Emptor non debet meliorare nisi prius certus sit, quod domus per vicinum non auferatur.*
14 *Emens fundum alienum non agit de euictione, nisi expressè sibi prouiderit.*
15 *Fideiussor non tenetur de euictione, quando res vendita euincitur ex beneficio statuti admittentis vicinum ad retrahendum.*
16 *Quem de euictione tenet actio, quando eundem agentem repellat exceptio. & n.28.*
17 *Conuentio qualibet à statuto ciuitatis reformatur. & n.19. Amplia vt n.26.*
18 *Hæres venditoris, qui redimit non dicitur improbare factum defuncti.*
20 *Euictio non debetur, si competat ex legis permissione sine culpa vendentis. & n.21.*
22 *Euictio non debetur si ex natura negotij res sit euicta, nisi specificè promittatur.n.23.*
24 *Imputatur illi, qui sciens qualitatem rei non sibi prospexit.*
25 *Scire, vel scire debere paria iudicantur.*
27 *Fideiussor ad fauorem emptoris, quando submoueatur à vendicando rem venditam.*
29 *Filius, & hæres venditoris an teneatur de euictione, & ad pretij restitutionem, si ipsimet retrahant, ita vt ex hoc dicantur impugnare factum defuncti.n.30. & 32.*
31 *Nullus est proximior agnatus sicut filius.*
33 *Hæres quando non dicatur contrauenire facto defuncti, & talis contrauentio quo casu admittatur.n.34. quamuis sit pœnalis.n.35. & quando competit ex persona propria.n.37.*
36 *Filius primi matrimonij si aufert aliquid à filio secundi tori id non consequitur vt hæres, sed ex legis dispositione, neque in hoc dicitur contrauenire facto defuncti.*

CAPVT CCV.

Ob euictionem sequutam, de qua in casu mihi proposito, agebatur contra fideiussorem prætendendo etiam posse exigi vltra duplam, † cum actum fuerit ex stipulatu iuxta opinionem *Glos.in l.vnic.in verb. dupli. in fin. vers.vel verius aliud cum agitur.C.de sent. quæ pro eo quod inter.* quam sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto Burgi.S.Sepulchri bonorum. 9.ianuarij.1598. & per Card. Pamphil.Placentina de Puteo bonellis. 16. ianuarij.1589.* & declarat *Bart.in d.l.vnic. col.antepenult.in princ. n.27.vers.nunc venio ad tertiam quæstionem.& ibi Bal.col.4.post med.vers.quæro quid si centum sint promissa.n.24.* † vbi quod promissio tunc dicitur pura, quando tamen scienter fuit facta, secus si per errorem *l.si diuortio. de verb. oblig. l.2.vers.velut. si cert.pet.l.sed & si quis.§.fin.ff. si quis cautión.* † Et hæc quando habeant locum *Eguinar.Baro.de diuid.& indiuid.obligat.in fi.vers.quando autem nostra hac dissertatio.to.6. p.2.fol.387.& Steph.forcatul.de mor.p.2.n.28.*
Verius tamen esse dixi, quod nulla debeatur euictio, cum simus in vicino, † qui retrahit venditionem factam vigore bullæ: vnde non est æquum venditorem teneri de euictione, quasi tunc res non ideo euincatur, quia non sit venditoris,

ditoris, sed iure speciali, quo casu non tenetur venditor emptorem defendere *Glos. in l. minor. 39. in princ. in verb. restitui. de euict.* quidquid aliàs ei succuratur officio iudicis quo ad pretij restitutionem, ne venditor locupletetur cum alterius iactura, vt declarat *Salic. in d. l. minor. in princ. n. 2.*

Neque obstat quod promissum fuerit facere consentire omnem personam habentem interesse 5 nunc, vel in futurum. Quia neque dicta clausula intelligitur de vicino volente retrahere; Ista enim promissio debet declarari de habentibus causam de praeterito, non autem de iure prouenienre post contractum *l. 3. de euiction. l. lucius eod. tit. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.*

6 † Cum ius vicini oriatur post contractum *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 36.* Et in specie de huiusmodi clausula, quod non comprehendat vicinum volentem retrahere con- 7 cludit † *Rot. coram Cardinali Millino Romana retractus. 28. Aprilis 1600.* & declarat *Afflict. de iur prothomis. §. 2. in verb. vt infra tria dies. in fin. n. 37. Masuer. de retract. §. item secundum opinionem.*

Et generale est, quod quando euictio sequitur ex causa superueniente, quae non suberat tempo- 8 re fideiussionis, non praestatur euictio † vt in venditore promittête euictionem, qui non prohibetur recuperare rem venditam ratione iuris superuenientis post venditionem, Quia futurus casus contingens post perfectam emptionem non pertinet ad venditorem *Rom.* qui dicit notandum *cons. 503. in fin. n. 13. vers. vnde est consequens. & ibi Mandos. in verb. nouiter Rip. in l. qui Roma. §. duo fratres. n. 77. col. 14. post med. vers. tertio corolarie nota. de verb. oblig. & in l. 1. col. antepen. vers. item vult. C. de pact. Surd. cons. 70. in fin. n. 18.*

Exemplo eius, qui renunciat omni iuri quod habet, vel habere sperat, non enim intelligitur 9 renunciare iuri, † quod ex noua causa superuenit *Alex. cons. 46. n. 4. lib. 1. Anchar. q. 17. n. 7. p. 2. Rip. in d. §. duo fratres. col. 3. in princ. n. 11.* de quo tamen multa *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 123. cum seq. Roman. cons. 22. & ibi Mandos. in verb. renunciari.*

Prout neque sufficient clausulae generales, cum etiam expressim requiratur, quod venditor pro- 10 mittat rem tutam, & securam se † praestiturum etiam aduersus retractum vicinorum; Tunc enim tenebitur, & ipsemet promittens, & eius haeres, Quia cum simus in re, quae ex natura rei euincitur, non sufficit generalis stipulatio de euictione, sed requiritur specialis expressio *Bart. in l. si familia. 14. in fin. vers. vide istam. C. famil. herciscund. post Glos. ibi in verb. pro parte. in fin.* & sequitur etiam ibidem *Castr. n. 4. Ang. in fin. & Salic. n. 71. n. 4. notab.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 56. vers. sed id tamen. Alex. Salic. Ruin. Aym. & alij* de quibus per *Menoch. cons. 418. n. 10. vsque ad 14. lib. 5. Carpan. ad constit. mediolanen. c. 417. n. 756.*

Amplius neque dicta clausula operabitur, vt venditor teneatur ad refectionem melioramento- 11 rum † quae fecit emptor antequam vicinus declarauit velle emere, cum enim promissio non extendatur ad futura post contractum, vt dictum est, neque debent refici damna, aut interesse, vel melioramenta, quicquid sit inter emptorem, & vicinum, Maxime cum emens 12 potuerit prospicere, † quod vicinus posset cogere ad vendendum *l. quod te. in fin. ff. si cert. petat.* & in specie quod non sint reficienda melioramenta fuit resolutum per *Rot. coram Cardinali Mantic. Romana retractus. 25. maij. 1589. & per Cardin. Millin. etiam Romana retractus. 28. aprilis 1600.* vbi etiam quod neque excusandus est emptor sub praetextu, quod venditor teneatur denunciare vicino: Quia hoc non dicit Bulla, sed solum quod facta intima- 13 tione nullum ius quaeritur emptori: † Vnde interim emptor non debet meliorare, nisi prius certus sit, quod ei domus per vicinum non auferatur *I. Batt. in consuet. Burgund. tit. de retr. §. 481.* quem allegat *Rot. per Card. Millinum vbi supra.* Emptor enim intelligere debebat se id oportere dare vicino petenti, & offerenti pretium, 14 Exemplo † illius qui fundum alienum comparauit, per quem non agitur de euictione, nisi expresse sibi prouiderit *l. si fundum. C. de euiction.* & notat in specie *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 34. vers. praeterea emptor.* & latius *eod. tit. §. 12. glos. 1. n. 7. & 8.*

Adde neque fideiussorem in instrumento venditionis constitutum impediri, vt non possit vti beneficio statuti, vt tanquam vicinus possit recuperare rem ipsam venditam per eum, pro quo 15 constituit se fideiussorem; † Fideiussor enim non tenetur de euictione, quando res vendita euincitur ex beneficio statuti admittentis vicinum ad retrahendum, prout in specie concludit *Decian. cons. 68. n. 15. lib. 2. & cons. 105. lib. 5. Baldassar Benedellus de iur. prothomis. in rubr. n. 63.* quem refert, & sequitur *Hering. de fideiussor. c. 27. p. 5. n. 48.* Vnde multo minus tenebitur haeres fideiussoris, qui de euictione promisit, qui poterit agere, & vendicare rem 16 nomine proprio, † cum hoc casu non militet regula *l. vendicantem. de euiction.* quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, prout declarat *Ruin. cons. 210. n. 3. lib. 1. Menoch. cons. 89. n. 14. lib. 1.*

Et facit quia semper quilibet contractus, & con- 17 uentio a statuto ciuitatis informatur † *Alex. cons. 9. n. 2. in fi. lib. 5. Rimin. Iun. cons. 388. n. 5. vers. sed tamen responderi potest. lib. 3.* Vnde non mirum, quod agnatus possit redimere bona alienata vigore statuti ita disponentis, cum intelligatur quis hac lege vendidisse, vt liceat agnato proximiori redimere, quasi dispositio 18 statuti videatur inesse contractui, † Ideo haeres venditoris, qui redimit non dicitur improbare factum defuncti, quia contrahentes censentur conformare animum suum cum mente legis municipalis *Socin. Iun. cons. 4. n. 10. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 50. Cardin. Mantic.*

Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 8.
19 *n. 14.* † vbi multa similia adducit, quando pacta recipiant interpretationem ex iure municipali.

Praeterea euictio in casu nostro competit ex legis permissione, & ex persona emptoris extranei,
20 non ex facto, aut culpa vendentis; Vnde non est aequum, vt contra venditorem possit agi de euictione *l. si per imprudentiam. 31. de euict. l. si fundū. & l. si mancipium ff. eod. tit. Bart. in l. ex-*
21 *ceptionem. de fideiussor.* † Itaut sufficiat etiam ex persona vtriusque rem euinci, Tunc enim neque euictio debetur *l. sed & si. de euiction. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 34. vers. quia & si ex persona.*

Accedat, quod hic fuit res euicta ex natura rei
22 & negotij, quo casu nō debetur euictio, † quasi imputandum sit ei, qui ita contraxit, quia simplex stipulatio de euictione debet intelligi secundum quod est de natura actus, super quo interponitur *l. si stipulatui. in princ. de vsur. l. si*
23 *ligati serui nomine. de leg. 1.* † Vnde specifice in hoc casu debet promitti euictio, quia aliàs prae ordinario auctoris, aut natura rei impedit hanc actionem *Bart. & alij in l. si familiae. C. famil. ercisc. ūd. post Glos. fin. ibid. vers. item quid si vni. Alex. cons. 21. viso compromisso. col. 2. post med. vers. tertio principaliter. n. 6. lib. 3. Ruin. cons. 72.*
24 *n. 5. lib. 5. Aret. cons. 3. consultatio. n. 1.* † Maxime in sciente qualitatem, & naturam rei, quia debuit sibi prospicere *l. si quis domum. §. penult. ff. locat.* prout explicat *Salic. in d. l. si familiae. in fin. vers. secundo quod vbi res euincitur. n. 6. C. famil. erciscun.* Quae scientia praesumitur, cum con-
25 cedatur retractus secundum statuta, † & consuetudines, quorum ignorantia non admittitur, cum paria sint scire, vel scire debere *l. quod te. in fin. si cert. petat. Ang. in l. si duo. de acquir. hered.* Itaut neque emptor excusetur, quamuis venditor promiserit ei tradere rem liberam,
26 † & expeditam: Quia intelligitur secundum constitutiones municipales *Bart. in l. haeredes mei. §. 7. §. cum ita. n. 4. col. 1. vers. & per hoc dico. ad trebell.* Ideo eius rei expressio nihil mutat iuris, & constitutionis dispositionem *l. non recte. C. de fideiussor.* Nisi in specie fuerit aliter promissum, prout in terminis retractus concludit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 57.*

Vnde etiam qui fideiussit ad fauorem emptoris, quamuis submoueatur † à vendicando rem ven-
27 ditam *l. exceptionem. C. de euict.* Tamen hoc fallit, quādo res euincitur ex natura, & qualitate rei, vel ex praeordinatione auctoris, si videlicet res sit feudalis, emphytheotica, vel restitutioni subiecta *Becc. cons. 24. n. 36. Surd. cōs. 70.*
28 *n. 17.* Ita enim limitatur regula illa, † quod quem de euictione tenet actio eundem agentem repellat exceptio *l. vendit antem. C. de euiction. Alex. cons. 3. viso processu. in princ. n. 1. lib. 3.* Quia non procedit, quando res euincitur ex natura rei, vel qualitate inhaerente rei, vel ex praeordinatione auctoris *Arit. cons. 3. in princ. Grat. cōs. 29. n. 37. & 38. lib. 2.*

Idem est in filio, & haerede venditoris, qui non tenetur de euictione ad interesse emptoris,
29 quando † res est euicta non propter defectum dominij, seu iuris ipsius vendentis, sed alia de causa proximitatis, & retractus, cum solum teneatur ad pretij restitutionem, quod quidem pretium iam habet per ipsum retractum, prout in specie concludit *Henric. Boic. in c. constitutus. 8. in princ. n. 1. ad med. vers. & ad argumenta & iura in contrarium. de restit. in integ.* vbi *Bellam. col. 3. in princ. vers. petrus autem de quercu.* vbi etiam subdit quod talis succedens non im-
30 pugnat factum patris, † & eius cui succedit, cum contractus valeat, licet retrahat, hoc enim facit non tanquam haeres, sed vt alius, videlicet tanquam proximior, seu vicinus, argumento *l. fin. ff. de euiction. l. rem alienam. §. 1. de pignor. act. Glos. fin. in l. si titio. de pignor. l. si quis*
31 *alienum. de act. empt.* † Neque enim vllus est proximior agnatus, sicut filius *l. filius. de suis & legit. Cuiac. obseruat. lib. 14. c. 11. vers. quid enim est certius.* Et filius potest petere tanquam filius, & tanquam agnatus *l. 1. §. sed videndum.*
32 *de success. edict. l. 2. in princ. und. legit.* † & ita etiam in specie retractus sequitur *Euerard. in loc. argum. a correl ectiuis. seu de tanquā. col. 13. in princ. n. 29. uers. trigesimo tertio facit. Gabr. conel. 11. n. 29. limit. 12. uers. infertur igitur. de reg. iur.* vbi etiam allegat *Io. Nicol. in l. generaliter. p. 2. n. 34. C. de secund. nupt.*

Nec obstat quod haeres non possit contrauenire
33 facto, & voluntati defuncti † *l. cum a matre. C. de rei uendic.* Quia non dicitur in hoc casu contrauentio, cum non teneretur defunctus de huiusmodi euictione procedente ex post facto ex virtute legis, non culpa ipsius *l. lucius titius. de euiction. Decian. cons. 81. lib. 5.* cum alijs supra allegatis.

Immo quamuis posset considerari contrauentio,
34 Tamen illa permittitur, † quando ius competit ex persona propria, prout in casu nostro, cum contrarium procedat, quando ex persona defuncti obligatio descendit in haeredem *l. ab eo. C. de lib. caus. Doct. in l. rem alienam. de pignor. act. Castr. in l. 2. in princ. n. 2. uers. nec etiam quod*
35 *ueniat. C. si in fraud. patron.* † Vbi ampliat, quamuis promissio defuncti fuisset pro se, & haeredibus sub poena, non enim incidit in poenam, quemadmodum enim reuocat principale, ita etiam ipsam promissionem, quae est accessoria *Glos. in l. si patronus ex debita. §. patroni. ff. si quid in fraudem patron.*

Quare dicimus quod filius primi matrimonij, si
36 aufert aliquid à filio secundi tori, † id non consequitur, vt haeres, sed ex legis dispositione, & alio iure, quam haeredi tario, Vnde in hoc non dicitur contrauenire facto defuncti *Cephal. cons. 412. n. 27. cum seq. lib. 3. Honded. cons. 14.*
37 *n. 34. lib. 1.* † Quando enim ius competit ex persona propria, licita est contrauentio facto defuncti *Alex. Corn. Ias. & alij per Aym. cons. 200. n. 7. in fin. uers. postremo considero. Bursat. cons. 91. n. 21. lib. 1.* cum multis similibus, de quibus per *Natt. cons. 470. n. 13. usque ad n. 18.*

Menoch.

Menoch. conſ. 89.n.12.vſque ad n.16.lib.1.

Vltimo adde, quod quando euictio ſequitur ex natura ipſius rei, non ſolum non poterit agi contra venditorem ad pœnam euictionis, vt 38 ſupra dictum eſt, † ſed neque ad damna, neque ad intereſſe, nec ad expenſas litis, nec ad fructus perceptos ante, vel poſt litem ceptam tanquam acceſſorios ad rem principalem, quamuis etiam promiſſum fuerit de euictione, niſi ſpecialiter quoque de illis fuerit dictum, Quidquid aliud ſit in pretio, quod erit reſtituendum, niſi ſcienter voluerit emere rem illam, quam ſciebat aliquando debere reſtitui; & in caſu in quo teneretur reſtituere pretium, ſolum tenebitur ad illud, quod tempore venditionis accepit, cum augumentum, & diminutio non conſideretur, ſed ſolum bonitas, & ſtatus tempore contractus, prout in omnibus prædictis caſibus late conſuluit *Menoch. conſ. 418. per totum* 39 *lib.5.* † vbi idem concludit in locatione, feudo, & ſimilibus, de quibus per *Gozad. conſ.25.col. 2.verſ. quarto reſpdeo. Natt. conſ. 181.n.8.lib.1. Dec. conſ.411.n.4.*

EPITOME.

EXceptio ſpolij quando admittatur ſtantibus clauſulis ſummariè, manu regia, ſola facti veritate inſpecta, & ſimilibus, Et quid d. clauſulæ importent, & an illis ſtantibus attentata debeant reuocari in primis, & ante omnia. ¶ Sententia nulla defectu iuriſdictionis an confirmetur. ¶ Fructus quando pecipiantur data dilatione ad ſoluendum, & facta interim reſeruatione dominij, & ad quem ſpectet periculum rei venditæ, in qua illud fuit reſeruatum. ¶ Spoliator quando ſit condemnandus in fructibus, & à quo tẽpore. ¶ Et quid ſi agatur principaliter ad fructus vt in præſtationibus annuis, & pro illis an detur ſaluianum. ¶ Valor rei aſſignatæ pro pecunia quando faciat contractum venditionis, ſeu permutationis. ¶ Concluſio in cauſa in prophanis an requiratur, & illi poſſit tacitè renunciari. Et ſtatutum de ea loquens in tacita concluſione verificetur, Et aſſignatio termini illi æquipolleat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſpolij an admittatur ad impediendum proceſſum ſtantibus clauſulis ſummariè, ſola facti veritate inſpecta, manu regia, & ſimilibus*
2 *Attentata non reuocantur in primis & ante omnia quando proceditur, manu regia, & ſola veritate inſpecta.*
3 *Clauſulæ ſola veritate inſpecta, manu regia, & ſimiles faciunt, vt Iudex poſſit procedere vt Princeps, & Deus, & ſecundum voluntatem.*
4 *Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis confirmatur à Iudice nullitatis quando conſtat de bono iure.*
5 *Arbitrio Iudicis ſtatur, quæ cauſæ ſint breuiores, & minimæ.*
6 *Iudicis informationi ſtandum eſt in leuioribus.*
7 *Iudex tenetur in conſcientia, ſi in modicis ordinarie procedit.*
8 *Indagatio non debet eſſe maior, quàm pœna.*
9 *Fructus poſſunt percipi per venditorem data dilatione ad ſoluendum pretium, & facta interim reſeruatione dominij, donec illud ſoluatur Intellige vt n.12.*
10 *Dominij reſeruatio an faciat contractum purum, vel conditionalem, vel locationem.*
11 *Periculum rei venditæ, in qua fuit reſeruatum dominium ad quem ſpectet. & n.13.*
14 *Spoliator tam violentus, quam non violentus an ſit condemnandus in fructibus à die motæ litis, vel ſpolij. & n.15. & quid ſi non conſtat de valore fructuum, & de tempore occupationis. n.16. & 17. Et quid ſi agatur principaliter ad ipſos fructus, vt in præſtationibus annuis. n.18. & 19.*
20 *Fructus quando conſiderentur vt ſors principalis, & pro illis detur ſaluianum, & quid in fructibus conſumptis. n.21.*
22 *Valor rei aſſignatæ quando ſuperat quantitatem pecuniæ an ſit contractus permutationis, ſeu venditionis, & quid ſi vtrimque ſint pares ſpecies, & pecunia. n. 23. Et quomodo procedat. n.24.*
25 *Si permutatur res cum alia, quæ fuit expoſita venalis quando detur cõdictio rei traditæ, ſi ex aduerſo non tradatur. & n.27.*
26 *Pretij mentio facit emptionem.*
28 *Permutatio, & emptio quando ſint ſimilia.*
29 *Concluſio in cauſa requiritur in prophanis, & quando aſſignatio termini æquipolleat dictæ concluſioni.*
30 *Concluſioni in cauſa quando tacite renuncietur.*
31 *Concluſio in cauſa tacita, an ſit vera, itaut includatur in ſtatuto de ea loquente.*
32 *Concluſio in cauſa excludit omnes probationes, & quid in allegationibus iuris. n.33.*
34 *Poſt concluſionem in cauſa quando aliquid poſſit produci.*

CAPVT CCVI.

IN cauſis breuioribus infra ſummam ſcutorum quinquaginta ſecundum ſtatutum proceditur ſummarie, ſola facti veritate inſpecta & manu regia, etiam ſine ſcriptis, vnde iſtæ nullitates, quæ opponuntur, non ſunt attendendæ, 1 † prout dicimus in ſpolio, cuius exceptio non admittitur ad impediẽdum proceſſum ſtantibus dictis clauſulis *Dec. conſ. 419. n. 21. col.4. Aym. conſ.299. col. penult. verſ. quarto reſpondeo. n. 8. Surd.* qui de veriori opinione teſtatur *conſ. 166. n.8. lib.2. Menoch. conſ.2. n.190. dixi in additio. ad deciſ.68. & 197. n.6.*

Idem in attentatis, quæ non reuocantur in primis, & ante omnia ſtantibus clauſulis prædi- 2 ctis † *Mandoſ. de commiſſion. form.14. q. 4. Lancell. de attentat. p.1. in præfat. Honded. conſ.94. n.* 3 *95. lib.1. Ruginel. pract. quæſt. c.1. n.162.* † Et ratio eſt quia huiuſmodi clauſulæ faciunt, vt Iudex poſſit procedere vti Princeps, & ſicut Deus

Man-

Mandos.conf.96.n.10. Osasc.decis.1.n.20. Hondcd.conf.94.n.52.lib.1.Bertaz.in l.si quis maior. q.4.n.60.& 61.C.de transact.& secundum suam voluntatem *Vgo de clausul.n.89.* Vnde debet pronunciare super incidentibus, & emergentibus *Bald.in l. ait praetor. §. permittitur. n. 1. vers.item nota.ff.de minor.*

Amplius etiam cessantibus dictis clausulis quan-
4 do constat de bono iure, † prout ex infrà dicendis apparet in casu de quo agimus, sententia etiam nulla defectu iurisdictionis à Iudice nullitatis confirmantur *Alex.conf.67. viso themate. lib. 6. & conf.3. lib.5. & conf.121.in fin. lib.2.Vant.de nullitat.tit.vlt.n.131.*vbi de communi, & ita seruari debere per Iudices concludit *Alex.conf. 181. in causa & lite. col. vlt. vers.tertio respondeo. n. 15. lib. 6. post Butr.in c. dilecto.col.6.de appellat.* cum alijs per *Menoch. conf.361.n.35.lib.4.*

Et quamuis stetur arbitrio Iudicis, quae causae sint
5 breuiores, † & minimae *Dec. in auth. praeterea. n.15.C.vnde vir.& vxor.Menoch.de arbitr.cas. 72.n.10.* tamen satis est, quod per statutum istae à summa quinquaginta infra habentur pro minimis, & breuioribus ad effectum, vt Iudex in illis procedat secundum veritatem, omissis solemnitatibus iuris ciuilis, & sine scriptis, ex quo videtur data facultas, vt magis credatur
6 in istis leuioribus Iudici, † & stetur eius informationi *Bart.* qui dicit perpetuò notandum *in auth.nisi breuiores. in fin. C.de sent. ex breuic. recitan.* Ita vt teneatur etiam in conscientia Iudex, qui in similibus causis modicis
7 ordinarie procedit, † & illas quanto citius non cognoscit, ac definit *Rebuff. in l. locus. 60.col.penult.vers.nec tamen praetereundum. de verb. signif.* Cum saepe ob longos processus impensa excedat valorem causae, & materiam
8 superet opus, † & maior sit indagatio quam poena, quod non est ferendum *Bart. in l. mediterraneae.C.de anno.& trib. lib. 10. Dec. in l. pactum curatoris. n. 6. de pact. Menoch. de arbitr.cas.72.n.6.*

De bono autem iure constat, quia in casu nostro
9 potuerunt iustè percipi fructus, † seu istae modicae pensiones domus per venditorem data dilatione ad soluendum pretium facta interim reseruatione dominij, donec illud soluatur *Abb.conf.66.duo ad claram.n.4.lib.1. Alex.conf. 121.visis & ponderatis.ad fin.vers. & licet fuerit etiā.n.6.lib.5.Socin.conf.176.col.vlt.in6.dubio.lib.2.Cagnol.in l.curabit.n.62.C.de act.empt. Couar. lib. 3.var.resolut.c.4.n.6.late Claud. ad Bertazol.conf.crimin.540.lib.2.dixi decis.13.*
10 *& in addit.* † Siue ista reseruatio dominij contractum faciat purum, & verum, seu conditionalem, vel potius dicatur contractus locationis, prout dixi supra *c.175.n.9.& 11.*

Quae magis procedunt quia in instrumento, de
11 quo agimus fuit ita reseruatum dominium, † vt periculum rei venditae, si quod eueniet, pertineat ad ipsum venditorē, quidquid aliud sit quā do non reseruaretur nisi solum dominium directum, quod nihil continet, nisi quandam recognitionem, cum omne commodum sit vtilis dominij, tunc enim fructus non possent per-
12 cipi, † cum ad hunc effectum reseruatio sic facienda absolute tam de dominio directo quam de vtili, vt in specie declarat *Menoch. conf. 361.in fin.n.43.lib.4.post.Siluestr. Prier.in sum. in verb. vsura.il 2.q.11.n.11.vers.ego autem dico.* Quamuis etiam possit dici quod facta reser-
13 uatione dominij damnum sit emptoris † per tex. *in l.sicut emptio.23.§.interdum.ff.locati.* de quo dicit miratum fuisse *Boss. de remiss. merced. conduct.n.101. Surd. decis. 198. n. 28.* de quo sunt videnda quae dicentur infra in capite particulari *quod est.354.n.48.cum seq.*

Ad secundum breuiter dicendum est spoliatorem non violentum condemnandum esse in fructi-
14 bus à die motae litis, † non autem à die spolij quasi tunc incipiat habere malam fidem *Doct. in c.grauis.de restit.spoliat.Rot.coram Card.Lācellotto Iacen beneficij 16.Ianuarij 1577.& per R.P.D. Littam Placentina parochialis de mal partida.20.Octobris 1595.* quidquid aliud sit in spolio violento, & quando constaret de mala
15 fide detinentis, † puta quod ab initio scienter possessionem receperit iniuste, quibus casibus condemnaretur in fructibus à die occupationis *Rot.decis.4.cum dubitatum.de restit. spoliat. in nou. Doctor.in.c.grauis. eod. tit. Caputaq. decis. 27. p. 2.* Quamuis non esset probatum tem-
16 pus occupationis, nec quantitas, † seu valor fructuum, de quibus poterit constare coram executore, quasi in accessorijs possit ferri huiusmodi sententia generalis declaranda postea per executorem tempore executionis per eum faciendae, iuxta notata per *Innoc.in c. tanta. de excessib.praelator. Rot.decis.4. n. 2. vers.licet nondum sit probatum.de restitut.spoliat.in nou.*
17 Quidquid aliàs tutius esset, quod tàm de tempore, quàm de valore Iudex se informaret, vt sic claram sententiam ferret, *vt ibid.* dicitur.

Haec autem dixi esse intelligenda quando agitur principaliter ad rem aliquam, cuius fructu
18 accessoriè veniunt restituendi, † secus si principaliter ageretur ad ipsos fructus, prout in casu nostro, in quo tractatur de annuis praestationibus, in quibus spoliatus potest petere iudicio possessorio ipsos fructus subtractos, ità vt fiat condemnatio ad omnes pensiones decursas subtractas *Rot. per Bisignet. decis. vlt. incip. praeceptor & capitulum.in fin. de rest. spoliat.Gig. de pension.q.47.n.8.vers.tertio sciēdum*
19 *est circa praemissa.tom.15.p.1.fol.346.* † quos sequitur *Rot.coram R.P.D. Gipsio Caesaraugustana pensionis. 15. Maij 1589. post Card.Paleott. decis. 336.* quę est inter *decis.Rotae. diuers. 589. p.3.lib.3.fol. 313.* Quasi tunc illa annua praestatio sit sors principalis, non autem fructus ac-
20 cessorij ad legatum, † sed ipsummet legatum *tot.tit.de ann. legat.* Vnde etiam pro tali sorte principali dabitur saluianum, quidquid aliàs illud tanquam respiciens hypothecam non competeret pro fructibus praeteritis perceptis &

21 & † consumpti vt per *Paleott. dicta decis. 336. n. 3. & 4. in causa forolivien. bonorum. 10. Martij. 1562.*

Ad tertium verius est, quod si valor rei assignatæ superat quantitatem pecuniæ est potius contractus permutationis, † quàm venditionis, in dubio enim inspicitur quod plus valet, vnde si valet plus res, quæ datur pro re, quam pecunia erit permutatio *Bart. in l. aristo ait. in princ. n. 2. vers. quid in alijs contractibus. ff. de donation. Guid. Pap. q. 92. de consuetudine. ad med. n. 2.* cum alijs per *Couar.* qui de communi testatur *lib. 2. var. resolut. c. 4. n. 9. ante med. vers. nec tamen omittendum est.* † Vbi quod aliud erit quando æquales sunt vtrinque species, & pecunia, tunc enim erit venditio, & permutatio pro media parte *Alciat. in l. 2. n. 18. ff. de verb. significat. Alex. cons. 63. lib. 7.* de qua tamen quæstione plura *Tiraq. de retr. lignag. glos. 1. n. 36. §. 30.*

(margin numbers: 22, 23)

Istud tamen fallit, quando species fuit æstimata & pretium taxatum, † tunc enim est emptio licet res æstimata detur in solutum pro pretio conuento, Nam videtur breui manu solutum, & retrosolutum pretium *Castr. in l. 1. n. 10. col. 2. in fin. vers. adhuc oppono. ff. de rer. permut.* vbi si permutetur aliqua res cum alia, quæ fuit exposita venalis pro certo pretio, non datur condictio, † & repetitio rei traditæ, si exaduerso non fuerit res tradita, sed solum agi potest, vt res tradatur, sicut in contractu emptionis, cui assimilatur iste, postquam fuit exposita res venalis; Diceretur tamen contractus permutationis, quando tradita esset res non æstimata; Aliud enim est si detur res æstimata, nam tunc videtur empta illa res pro decem, & pro illis decem data alia res in solutum † & sic pretij mentio faciet emptionem *l. fin. vbi Glos. C. de præd. decur. lib. 10. Bald. in l. si inter. C. de iur. dot.* cum alijs per *Surd. decis. 157. n. 12.* † & ita etiam in specie sequendo *Castr.* resoluit *Rot. coram Cardin. Lancellot. Roman. bonorum de lenis. 27. Nouembris. 1598.*

(margin numbers: 24, 25, 26, 27)

Ex quibus colligitur, quod cum simus in emptione non intrat statutum, neque eius dispositio loquens de permutatione tamquam stricti iuris, † ideo non erit locus extensioni, quidquid aliás permutatio, & emptio sint similia *l. fin. ex quib. caus. in possessio. eat. l. 1. C. de rerum permutat. l. 2. ff. eod. tit. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 14. n. 28.*

(margin number: 28)

Ad vltimum quamuis in prophanis requiratur conclusio in causa *Rot. decis. 1. n. 1. de testib. in nou.* † tamen assignatio termini ad probandum & probatum habendum habet vim dictæ conclusionis, & illi æquipollet quo ad probationes facti, non quo ad allegationes iuris *Alex. cons. 101. viso processu causæ col. 2. ad med. n. 4. lib. 2.* prout etiam idem ex citatione facta ad audiendam sententiam, quæ nunquam fit, nisi post conclusum in causa, cum enim quis consenserit in hoc, quod est posterius, tacitè per prius secundum communem ordinem intellectus consensit dictæ conclusioni, † cui potest tacitè & expressè renunciari, ita vt dicatur conclusio vera, & propria stante dicto tacito consensu *Roman. cons. 176. ista sunt responsiones. col. 5. in princ. vers. secundo expressius. n. 8.* sequitur *Rot. coram R. P. D. Sacrato Mediolanen. restitutionis transactionis. 14. decembris. 1601. Ruin. cons. 6. de validitate. in fin. n. 13. lib. 4.* Ex quibus sequitur non obstare statutum requirens conclusionem in causa, † cum verè ista interuenerit, quamuis non fuerit facta expressè, quasi sufficiat tacita, quæ dicitur vera & propria, ita vt etiam statutum licèt stricti iuris in ea verificetur ex supra allegatis *Roman. cons. 176. col. 5. in princ. n. 8. & 9. ad med. vers. superest ergo.*

(margin numbers: 29, 30, 31)

Non poterunt igitur alia produci, cum conclusio in causa sit terminus exclusiuus omnium probationum, † intelligendo de iure partis, quod consistit in instrumentis, & alijs actitatis, non de iure consistente in allegationibus legum *Alex. cons. 101. n. 4. lib. 2. Gemin. in c. pia. col. 5. de except. in 6. Bald. in c. fin. vers. quæro hic vtrum post conclusionem. de probat.* † Quidquid aliud sit quando dilatio fuit petita ad istas allegationes iuris producendas, quo casu admittuntur post conclusionem *Cardin. cons. 72. col. 5. in princ. vers. sed quod dicunt prædicti. n. 9. in fin. in 4. dub.* sequitur *Mandos. ad Rom. cons. 177. in verb. allegationibus. Felin. in c. cum dilectus. 9. col. 6. ad fin. vers. vel melius dici potest vt per dominum. n. 26. in fin. limit. vlt. de fid. instrum.*

(margin numbers: 32, 33)

34 Vbi † etiam multa quasi do posset aliquid produci post conclusionem in causa.

EPITOME.

EMens nomine alieno quando teneatur transferre dominium rei emptæ in mandantem, vel possit pro se retinere, si non soluatur pretium in tempore constituto, & quo casu illam præscribat si per triginta annos possedit. ¶ Purgatio moræ an detur in eo, qui est in conditione positus. ¶ Promittens reuendere intra certam diem quando post illam cogatur ad vendendum. ¶ Terminus appositus promissioni an sit adiectus causa limitandæ obligationis. ¶ Suscipiens mandatum emendi portionem aliorum an debeat etiam partem suam vendere mandanti. ¶ Fructus an sint restituendi à die resolutionis actus, vel motæ litis. ¶ Et quid si contractus resoluatur ex facto alieno, vt in donatione ob natiuitatem filiorum. ¶ Inquilinus, qui retraxit domum alteri venditam ad vitam, an restituat pensiones à die mortis, seu motæ litis, siue sciuerit, siue ignorauerit obitum, & an talis scientia obstet fratribus simul habitantibus.

SVMMARIVM.

1 *Emens prædium de mandato alterius cum pacto ut intra diem præfixa sibi redderetur pretium cum vsuris si il-*

si illud post tempus constitutum offeratur non teneretur dominium prædij in mandatorem transferre, sed potest pro se retinere. Amplia ut n.2. & 3. Declara. ut n.6.22. & 21.

4 *Mandatarius potest conueniri actione mandati, & si illud præcesserit, facit præsumi quod factum est gestum fuisse nomine mandantis.*

5 *Dominium, & possessio transfertur in ementem quando nomine suo, non mandantis fuit facta emptio. n.9. & 11.*

7 *Emens prædium pro alio, & illud non restituens domino quando præscribat, si per triginta annos possedit. & n.8.*

10 *Simulatio probatur à priori, & posteriori.*

11 *Contractus resoluitur non impleta conditione in tempore, secus in modo.*

12 *Implemento non secuto facilius datur retentio, & exceptio ad non tradendum.*

13 *Mora non purgatur per eum, qui est in conditione positus, nec fauore libertatis. & n.20. Intellige. ut n.14.*

15 *Terminus appositus promissioni quando videatur adiectus causa limitandæ obligationis. & n.16.*

17 *Promittens reuendere intra certum tempus, elapso tempore non tenetur amplius ad vendendum. Amplia ut n.18. Intellige. ut n.19.*

21 *Mitius agendum est cum eo, qui partem soluit, quàm cum illo, qui nihil dedit.*

23 *Conditio reddit actum indiuiduum.*

24 *In contractibus nominatis quando non adimplenti detur actio. & n.26.*

27 *Pactum ut restituatur res intra certum tempus inducit tacitam conuentionem, ut post illud non possit cogi ad restitutionem, & an hoc sit pactum legis commissoriæ. n.28.*

29 *Pœnitentia an sit locus in conuentione, ut emas domum, & cedas partem illius.*

30 *Res empta nomine alterius ignoranter potest pro se retineri.*

31 *Suscipiens mandatum emendi portionem aliorum quando cogatur etiam partem suam tradere mandanti.*

32 *Exemplum in alijs approbatum non debet quis in se detrectare.*

33 *Emens pro alio quando teneatur præcise tradere.*

34 *Fructus sunt restituendi à die resolutionis actus non vero litis quamuis contractus resolueretur ex facto alieno, ut in donatione ob natiuitatem filiorum. n.35. 37. & 38.*

36 *Æquitas suadet, ut restituatur quidquid ex re ineis perceptum est.*

39 *Bonæ fidei facit, ut fructus acquirantur ante motam litem.*

40 *Ecclesia si concessit ad vitam domum, quam incapacitatus retraxit, pensiones an debeant pro eius restitui à die mortis, vel motæ litis, si ecclesia sciuerit siue ignorauerit obitum, & an ista scientia noceat fratribus simul habitantibus.*

CAPVT. CCXII.

EX actis, de quibus in casu mihi proposito 1 colligitur, quod fuit emptum prædium de mandato Antonij, & insuper conuentum, † ut per totum mensem septembris omne pretium cum vsuris redderetur ipsi ementi, quod cum non fuerit factum in tempore constituto, quamuis multo post fuerit oblatum solui, tamen non est amplius quærendum, ut emens teneatur dominium prædij in mandatorem transferre, cum iuste possit idem emptor recusare pretium & retinere prædium; Appositio enim diei operatur resolutionem contractus, si ei multo interuallo non satisfiat, ita in specie concludit. *Zas. in l. si ita quis promiserit. 1. 4. 9. seu cauit. in fin. n. 5. vers. hæc doctrina. de verb. oblig.* & sequitur *Alciat. ibid. n. 4. vers. quod si longius tempus. & n. 14. in fin. vers. si non multo post obtulis-*

2 *set.* † vbi ampliat etiam si non interesset, vel quando etiam actor offerret se id quod eius in-

3 teresset restituturum, cum æquitas, † quæ purgationi moræ sufficit, eidatur per solum curtum temporis *l. obligationum fere. 43. §. plane. de actionib. & obligationib.*

Neque obstat, quod emens postquam acceptauit mandatum non potest dicere se velle retinere pro se, cum possit conueniri actione mandati,

4 quia alias fidem falleret, † quod non est permittendum *l. 1. in fin. C. de dol.* Si enim præcedit mandatum de aliquid faciendo, & postea tu id facias, licet non exprimas te facere mandato illius, tamen præsumitur, quod nomine illius feceris, ita vt detur actio mandati contra facientem, & facienti contra eum; quidquid aliud sit contra illum, cum quo contrahitur, nisi hoc sciuerit, *Bart. in l. si aliena. §. si is qui. post med. n. 1. vers. ex hoc responsio. de acquir. hæred. per l. sed intimus. §. 1. in 2. responso. ad macedon. Idem Bart. in l. is qui fuit. §. vnde quæritur de manumiss. per l. edicto. §. cum ante. de iur. fisc. late Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 18. n. 6.*

Quia in casu nostro emens dixit se emere prædium simpliciter, & sic nomine suo, vnde ex hoc fuit

5 translatum dominium in ementem, † & non in mandatorem *l. res ex mandato. de acquir. rer. dom.* Aliud enim esset, si dixisset se emere nomine mandantis, & eodem nomine recepisset prædium, tunc enim dominium recta via, & etiam possessio esset translata in mandantem *l. si procuratori. de verb. oblig. l. procuratorem. C. de acquir. possess.* Cum igitur non sit translatum, & non appareat de solutione facta in tempore præfixo, non sufficit, quod quis velit sol-

6 uere post longum interuallum, † ideo non mirum, si non potest cogi emens ad tradendum, cum videatur recessum à contractu, quasi aliud sit quando terminus non esset appositus, & fuisset facta emptio nomine mandantis, tunc enim faceret contra fidem mandati suscepti retinendo, & non tradendo rem emptam, ita in specie distinguit *Cast. in d. l. si ita quis promiserit. §. si ita cauit. in 2. vers. per quod dicit. de verb. oblig.* vbi quod est singulariter notandum post *Raphael. ibid. & Alexan. not. in col. 3. vers. quanta diligenter notat. ibi fuit in ipso textu dicit tantum. n.* & sequitur

tur *Aret.ibid. col.3. in princ. vers. in glosa posita super verbo transflaturam. & Zas.ibid.in fin.n.5. vers. tamen in effectu.*

Et multum differt, quod quis emendo pro alio quærat possessionem sibi, vel dominio, si enim acquisiuisset domino, quamuis ei res fuisset tradita, 7 † licèt illam possederit per triginta annos tamquam propriam, nec restituit domino, non tamen præscribit, quia non potuit mutare sibi causam possessionis *Io. Andr. ad Speculat. de empt. vers. si pars. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt 23.n.3. vers. & dicit.to.1.f.325.* Dummodo postquam constituit se possidere nomine suo non fecerit actum, per quem priuaret dominum sua possessione, secus si fecisset talem 8 actum, † vt puta quia volentem ingredi possessionem non admiserit, tunc enim spoliaret dominum, & posset præscribere de iure ciuili vt distinguit & declarat *Aret.in l.3. §.illud. in fin. vers. per istam regulam. de acquir. possess.*

Immo etiam si quis emerit aliquam rem nomine 9 alterius, & pretium soluerit, † dominium dicitur quæsitum emptori, si possessio sit ei tradita quia nomen eius pro quo fuit res empta debet intelligi simulate scriptum *Bart. & Salic.in l. si filij.16. C. de donat.inter. vir. & vxor. Ang.in l. quamuis, C. si quis alter. vel sibi.* Nam simulatio probatur à priori, quia emptor numerauit 10 pecuniam, & à posteriori, † nam ei fuit tradita possessio, & sic ille, pro quo fuit res empta, & cuius nomen scriptum est in instrumento, præsumitur nudum ministerium præstitisse, 11 maxime si emptor fructus percepit, † quidquid aliud sit quando possessio esset tradita alteri, pro quo fuit facta emptio, vt resoluit *Rot. coram R. P. D. Bubalo Romana fideicommissi. 29. aprilis 1593.* quam sequitur *Cardin. Mantic.de tacit. & ambig. convent.lib.24.tit.22.n.22.* & bene declarat *Soccin. cons. 129. tota difficultas. col. 4. ad med. vers. ex qua conclusione infero. n.12. lib.4. post Bald. in l. multum interest. C. si quis alter. vel sibi.*

Quæ magis procedunt in casu, de quo agimus, quia pactum soluendi pretium fuit per modum 12 conditionis, † tunc enim non impleta conditione in termino, sine dubio contractus non habet locum, sed resoluitur, quidquid aliud sit in modo apposito emptori per venditorem, vel e contra, quasi multo fortius debeat competere exceptio ad non tradendum, & retentio 13 implemento non facto † per regulam *l. mutus. §. cui damus. de reg. iur.* & notat in specie *Aret. in l. si ita quis promiserit.134.§.seia cauit.col.penul.in fin.vers.extra glosam dixit hic ff.de verb. obligat. & ibi Alciat. n.5. vers. sed sciendum.* Vbi etiam *n. 7.* ampliat vt nec fauore libertatis post lapsum diei, qui in conditione positus est admittatur purgatio moræ *l. thais. §. infra.* 14 *ff.de fideicomm. libertat.* † Nisi quatenus verba conditionis non repugnarent, vt quia dies continua non sit in conditione posita, sed diuisa, & interpolata iuxta *l. seruus. §. seruus. de stat. liber.*

Neque obstat quod in dubio terminus appositus promissioni non videbatur adiectus causa limi-15 tandæ obligationis, † *l. si mandato tity. §. penult. ff. mandat. Bart.in l.cum qui ita. 55. §. qui ita. de verb. obligation.* Quia hoc procedit nisi ex parte eius, cui fit promissio deberet aliquid impleri ex natura dispositionis, tunc enim 16 videtur actum, † quod si ille non implet infra terminum, debitor non sit vltra obligatus *Ang. cons.199. alias 200. titius rem quam emit. n.1. & 2.* vbi ex hoc concludit quod si tibi promisi reuendere rem intra certum tempus, elapso termino non teneor amplius ad venden-17 dum † si non obtulisti pretium in tempore debito *l.2.C.de pact.int.empt. & vend.* cuius textus dispositio procedit, quamuis aliqua conditio non fuerit expressa, videlicet si dictum sit, si pretium non solueris; Nam etiam cessante conditione ex natura primæ promissionis de vendendo vi-18 detur intelligi, † quod ille, qui vult sibi vendi offerat pretium, & ita etiam declarat *Aretin. l. si ita quis promiserit. §. seia cauit.in fin.vers. & secundum hanc distinctionem. de verb. obligat.* dixi late *supra c. 26. Tiraq. de retract. conuent. §.1. glos.2.n.53. Menoch.de arbitr. cas.217. n.1.* & hanc esse veriorem opinionem, & magis communem testatur *Card. Mantic. de tacit. & ambig.* 19 *conuent.lib.4.tit.31.n.34. vsque ad n.41.* † Quidquid aliud sit, quando res fuit vendita modico pretio, quo casu etiam transacto tempore venditor restituto pretio poterit redimere *Soc. Iun. cons.104.n.3.lib.3. Bertran.cons.88. ponitur in facto.n.3. & 5.lib.1. Cassan.cons.13.n.10.* cum alijs de quibus *supra c.26.*

Amplius cum impediatur in casu nostro purgatio moræ propter euentum conditionis pœna-20 lis *l. 5. §. fin. de verb. oblig. cum alijs supra allegatis.* Idem erit dicendum si per mandantem fuerit cœptum solui partem pretij prædij empti. Quamuis enim humanius agendum sit cum 21 eo, qui partem soluit, † quam cum illo, qui nihil prorsus dedit *c. suam. de pœn. l. si fundus. de leg. commiss.* Tamen ita dicitur euenisse, si totum solutum non sit, ac si nihil sit datum, conditio enim reddit actum indiuiduum, quo casu 22 nihil fecisse censetur, qui solam partem fecit *l. penult. in fin. C. de his quib. vt indign.* & ita in specie declarat *Alciat.in d. §. seia cauit.in fin.* vbi quod hæc opinio est verior. *& in l. interdum. §. vlt. de verb. oblig.*

Non obstat quod in casu, de quo agimus, potius videatur peti posse dumtaxat pretium ab eo, 23 qui fundum emit contra mandantem, † non autem quod sit recessum à contractu stante mora non soluentis, & sit locus retentioni prædij *l. si fundus. de leg. commiss.* Cum in contractibus nominatis etiam non implenti detur 24 actio, quamuis executioni obstet receptio, si non adimpleat *l. iulianus. §. offerri. de act.empt.* & ita concludit *Castr. & Aret. in d. §. seia cauit.*

Quia ista procedunt quando esset res tradita mandanti, puta si eius nomine fuisset emptum

C 2 præ-

prædium, tunc enim habet ius in re, vnde non
potest ab eo nuda conuentione auferri l. tradi-
25 tionibus. C. de pact. Ang. cons. 179. † Cum enim
res non fuit tradita, probabilior, est opinio vt
possit recedi à contractu; Neque enim manda-
tori non seruanti fidem debet emptor seruare
l. cum proponas. C. de pact. Et etiam in contra-
ctibus nominatis si non seruantur pacta quæ de-
26 derant causam contractui omnia infirmantur † l.
cum te. C. de pact. int. empt. Bald. cons. 375. lib. 1.
Alciat. in specie in d. §. seia cauit. n. 4. vers. ergo
si res emptori. Eo enim ipso quod fuit factum
pactum, vt deberet solui pretium infra cer-
tum tempus, & tunc restitui res, tacite videtur
27 agi, † quod post tempus non teneatur reddere
rem licèt pretium reddatur Imol. in d. §. seia
cauit. in fin. vers. item nota bene. per tex. in l. sta-
tu liberum. §. stichum. ff. de leg. 2. Neque in
hoc casu potest dici pactum legis commissoriæ,
cum dominium esset penes debitorem, tunc enim
28 iura magis fauent debitori † Idem Imol. in d.
§. seia cauit. in fin vers. & sic videtur. Intelli-
gendo quando tempus adiectum est ad extin-
guendam obligationem, quidquid aliud sit quan-
do opponitur ad constituendum in mora Alciat.
in l. cum qui ita. §. qi ita. de verb. oblig.

Quibus adde quod quando essemus in contractu
innominato, & fuisset conuentum, vt tu emas
29 domum, † vel fundum vicini, & cedas mihi
partem aliquam, hoc casu tu potes postea
pœnitere, & partem mihi non cedere, nisi in
contractu societatis ita actum esset, pro vt est
textus in l. cum duobus. 52. in princ. ff. pro soc.
Et notandum dicit Zas. in l. si ita quis promise-
rit. §. seia cauit. in fin. de verb. oblig. Vbi etiam
subdit alium casũ in quo dabitur retentio, quan-
do videlicet emi fundum nomine titij hoc igno-
30 rantis, † & mihi tradita sit possessio, tunc
enim possum retinere pro me si volo l. multum.
6. in fin. & ibi Glos. in verb. tradita. C. si quis
alt. vel sibi.

Quando autem fundus esset pro aliqua parte ali-
cuius, & ille suscepisset mandatum aliorum por-
31 tionem emendi, † cogeretur etiam iusto pretio
mandatori partem suam tradere, neque posset
pro se retinere l. si fundum. cum l. seq. ff. mandat.
Quod speciali iure receptum est, ne exemplum
32 quod in alijs approbauit in se † quis detrectet
l. cum in eo. ff. de pact. Alciat. in l. si ita quis pro-
miserit. §. seia cauit. n. 9. vers. sane si fundus. de
verb. oblig. dixi sup. c. 160. vbi multa quando
33 quis teneatur præcise tradere rem, † quam pro
alio emit cum alijs per Card. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 7. tit. 18. per tot.

Ex prædicta ratione resolutionis contractus cum
alias quæreretur de fructibus restituendis à quo
tempore veniant Dixi verius esse quod illi de-
34 beantur à die, † quo resoluitur actus, non au-
tem à die motæ litis, cum enim titulus possessio-
nis annulletur, & reducatur ad non titulum fru-
ctus restituuntur à die annullationis neque am-
plius ille titulus inducat bonam fidem quo ad
fructuum acquisitionem Natt. cons. 355. n. 12.
Rom. cons. 454. n. 27. Rot. coram Card. Lancel-
lotto Romana viginti millium. 11. & 14. maij.
1582. & voluit Glos. in Auth. de incest. nupt. in
princ. in verb. imminere. in fin. cum alijs per
Surd. decis. 25. n. 21. Tiraq. in l. si vnquam. in
verb. reuertatur. n. 268. C. de reuoc. donat.

Fortius prædicta procedunt non solum quando
contractus est ipso iure resolutus ex facto pro-
35 prio ipsius, † qui fructus percepit post resolutio-
nem, vt in emphyteuta, & vassallo, qui tene-
tur restituere fructus à die commissæ felloniæ;
confestim enim efficitur malæ fidei possessor;
sed etiam quando causatur ex facto alieno, vt
in donatione, quæ resoluitur ob natiuitatem
filiorum, & in similibus casibus, non enim ex-
pectatur, quod donans velit reuocare dona-
tionem, sed statim fructus sunt restituendi.
Quia quando aliquid fit ipso iure non est ne-
cessaria petitio, aut mora ad constituendum
in mala fide, est enim contra æquitatem, de
36 qua in l. si me, & titium. ff. si cert. pet. † quod
quidquid ex re mea percepisti mihi restituatur,
quæ æquitas ita militat in facto proprio, sicut in
alieno, cum etiam faciens aliquem actum
censeatur se conformare cum legibus de illo
actu loquentibus, & sic vt statim resoluto con-
tractu fructus restituantur Rim. Iun. cons. 333.
37 n. 23. lib. 3. Surd. decis. 25. n. 25. † Quidquid ali-
ter sentiant Rip. in l. si vnquam. n. 103. & ibi
Tiraq. in verb. reuertatur. n. 274. & 275. C. de
38 reuocan. donationib. † Quia contrarium est ve-
rius, & sequitur Rot. coram R. P. D. Manza-
nedo Roman. domus. 13. nouembris. 1609. li-
cet aliàs stante bona fide fructus acquirantur
39 ante litem motam † l. bona fides. in princ. de
acquir. rer. dom. Alex. cons. 44. visa facti narra-
tione. col. 4. in fin. vers. secundo probatur. lib. 3.
Menoch. de recuper. possess. remed. 15. n. 592.
Abb. in c. grauis. n. 5. de restit. spoliat. Peregr.
de fideicommiss. art. 49. n. 110.

Ideo Rot. in d. causa Romana domus. coram R. P. D.
Manzanedo resoluit, quod Ecclesia si conces-
sit in locationem prædium, seu domum ad vi-
40 tam alicuius, † adeò vt illa finita deberet reuer-
ti statim cum omnibus iuribus, & meliora-
mentis, & inquilinus illam retraxit cum ijs-
dem pactis, & conditionibus, pensiones eius-
dem domus, & fructus percepti debent resti-
tui à die mortis, non motæ litis, cum fuerit ip-
so iure deuoluta ad ecclesiam; Ita vt ista scien-
tia noceat fratribus insimul habitantibus, cum
ignorantia non præsumatur in factis consan-
guineorum, & domesticorum l. de tutela. C. de
in integr. restit. Bald. in l. quicunque. n. 3. C. de
seru. fug. Quamuis etiam in prædicto casu re-
solutio istius contractus veniat ex facto pro-
prio ipsius inquilini, qui sciens domum esse so-
lùm ad vitam retraxit illam cum d. qualitate
vnde non est attendenda scientia, vel ignoran-
tia obitus, cum in hoc bona fides non con-
sideretur, sed satis sit titulum redactum ad non
titulum, & per consequens fructus restituen-
dos esse statim resoluto contractu nulla expe-
ctata

ctatæ petitione, aut litis contestatione *Pelin. in c. Rodulphus col. penult. vers. limita tertio. de rescript. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. n. 268. C. de reuocand. donat. cum alijs supra allegatis.*

EPITOME.

Titulus quando præsumatur ex præstatione decennali, & an idem sit in censu, emphyteusi, & similibus. ¶ Ex pluribus præstationibus quo casu præsumendum sit obligationem præcessisse. ¶ Manutentio possessionis an debeat impediri donec controuertitur de validitate census. ¶ Nullitas proueniens ex iuramento calumniæ petito, & non præstito quando obstet. ¶ Et an sufficiat responsio iurata ad positiones, & in casu, in quo est plenè probata intentio. ¶ Clausula non aliter an inducat formam, & decretum irritans. ¶ Sententia an possit confirmari stante defectu iuramenti calumniæ. ¶ Monitio ad sententiam pro prima die, & postea singulis diebus, & horis, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Titulus præsumitur ex præstatione decennali.*
2 *In præsumenda emphyteusi requiruntur triginta anni.*
3 *Titulus non præsumitur in eo, qui habet præsumptionem iuris contra se, quamuis longo tempore ei fuerit solutum.*
4 *In censibus non sufficiunt decem anni ad præsumendum titulum. & n. 5.*
6 *Argumentum valet de emphyteusi ad censum.*
7 *Scriptura requiritur in censu, & emphyteusi, & n. 8.*
9 *Emphyteota soluens canonem ad futuras præstationes an teneatur.*
10 *Ex pluribus præstationibus præsumitur iustam causam obligationis praecessisse, non tamen debet esse vnica solutio pro pluribus annis 11. & 12.*
13 *Alimenta sunt soluenda in futurum, si probetur præstatio illorum per triennium, dummodo non sit facta vna vice.*
14 *Manutentio possessionis non debet impediri, dum controuertitur de contractu census.*
15 *Nullitas proueniens ex iuramento calumniæ petito, & non præstito, debet attendi, quamuis procedatur manu regia, velo leuato, & ad voluntatem, & arbitrium Iudicis cum similibus clausulis. Amplia quamuis talis nullitas non sit ex illis tribus reseruatis in Bulla. n. 16.*
17 *Ex præstatione iuramenti de veritate, & responsione facta positionibus, non excusatur quis à iuramento calumniæ.*
18 *Iusiurandum delatum in responsione ad positiones non impedit litis decisionem tamquam solius credulitatis.*
19 *Non cogitur quis ad iurandum de calumnia, si intentio plene probetur.*
20 *Nullitas actus prouenientis ex forma non seruata non tollitur per Bullam, quæ mandat solùm opponi tres nullitates.*
21 *Præposteratio ordinis, ne dum omissio reddit actum nullum.*
22 *Clausula non aliter, &c. formam inducit, & decretum irritans, & ei non potest renúciari. n. 23.*
24 *Decretum irritans dat formam.*
25 *Sententia est nulla, ob non præstitum iuramentum calumniæ, ita vt non possit confirmari parte opponente. Amplia in criminalibus. n. 26. Limita in procuratore fisci. n. 27.*
28 *Monitio ad sententiam pro prima die, & postea singulis diebus & horis, an valeat.*
29 *Temporis antiquitas quando faciat præsumi validitatem sententiæ.*
30 *Non potest tractari de præsumptione validitatis actus quando ex productione apparet de illius iniustitia.*

CAPVT CCVIII.

PRo declaratione casus mihi propositi. Prima sit conclusio, quod ex præstatione decennali præsumitur titulus, Nam diuturna solutio facit præsumi causam obligationis ei similem subesse, 1 † Neque enim est verisimile diuturno tempore aliquem soluisse, nisi ità esset obligatus, Vnde talis præsumitur origo qualis est secuta præstatio *l. cum de in rem verso. de vsur. Bald. in l. si certis annis. n. 7. C. de pact. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 15. n. 52. cum sequent.* latissime *Masc. de probat. conclus.* 1371. *per tot. lib. 3.* & multa etiam adducit *Flores pract. quæst. lib. 1. q. 2. n. 7.*

Secunda conclusio. In emphyteusi præsumenda sunt necessarij triginta anni, aut quadraginta, 2 † neque enim sufficit præstatio decennalis, vt faciat præsumi titulum emphyteusis ecclesiasticæ propter iuris resistentiam, & prohibitiones extrauagantium, & constitutionum summorum Pontificum, quæ requirunt in eis solemnitates, quia aliàs de facili posset fieri fraus ecclesiæ, quod non est tolerandum, vnde non æquum est, vt tàm modicum tempus suffragetur *Menoch. præsumpt. 108. n. 5. & 9. lib. 3.* cum alijs *per Flores. lib. 1. q. 2. n. 40.* Prout etiam dicimus 3 de eo, † qui habet contrà se iuris præsumptionem, quamuis enim longo tempore ei fuerit solutum, non est præsumendus titulus, veluti si laicus perceperit decimas de rebus Ecclesiæ, qui non potest se tueri ex sola præstatione decennij, nisi probauerit se ab Ecclesia in feudum recepisse *Butr. in c. cum apostolica. n. 17. in fin. de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. capit. Ias. in l. si certis annis. n. 15. vers. vndecimo. C. de pact. Card. Mantic. d. tit. 15. n. 58.*

Tertia conclusio. In censibus non sufficiunt decem 4 anni ad præsumendum titulum; † sed in priuatis erunt necessarij triginta, in Ecclesijs vero quadraginta, maximè de iure canonico *Guid. Pap. decis. 427. & ibi Addit. Anton. Rambaudi. & Francisci Pisardi. & Stephani Ranchini cum alijs per Masc. de probat. conclus. 279. Aret. in l.*

 scien-

sciendum.n.12. de verb. oblig. Et quamuis alij contrarium sentiant etiam in censu, vt sufficiant decem anni, † Tamen post constitutionem Pij V. verior est supradicta opinio, quia iura resistunt d. contractui, nisi forma seruata, de qua in d. constitutione, & sic est præsumptio contra possidentem, qui se fundat in d. præstatione, Daretur enim occasio mille fraudibus, cum posset quis contractum census manifeste vsurarium habere, vel de nouo facere, & occultare, atque ex solutionibus factis in futurum sibi vendicare faciendo censum de suppellectibus, & alijs rebus prohibitis in d. constitutione, quæ certam formam mandat seruari, & ita in specie census late concludit *Flores. pract. q. lib. 1. q. 2.* Præsertim, † quia valet argumentum de emphyteusi ad censum *c. constitutus. de relig. domib.* Ita vt post motum proprium Pij V. requiratur etiam scriptura in impositione census ad illius substantiam, † vt concludit *Felician. de censib. lib. 1. c. 9. n. 8. in fin. vers. prima conditione. post Petrum Salazar. de vsu & consuet. c. 9. n. 11. vers. sed non puto cessare.* Sicut dicimus de emphyteusi, quæ requirit scripturam, † *l. 1. C. de iur. emphyt.* Quod tamen non impediet, vt qui soluit censum per triginta annos non possit cogi in futurum soluere, † exemplo emphyteutæ soluentis canonem, qui ad futuras præstationes tenetur *Bart. in l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 10. Felin. in c. cum bertoldus. col. pen. n. 27. & 28. de re iud. Felician. de censib. lib. 1. c. 9. n. 10. vers. & quamuis esset.*

Quarta conclusio ex istis præstationibus præsumitur iustam causam obligationis præcessisse, quando † quis soluit separatim singulis annis, cum aliud esset, si solutio fuisset facta pro triginta annis præteritis, quia tunc illa præsumptio nihil operatur, prout dicimus de solutione decennali in casibus, in quibus illa sufficit; non enim debet esse vnica solutio pro decem annis *Bart. in l. creditor. n. 2. C. de vsuris. Cyn. in l. si tertis annis. n. 7. & ibi Ias. n. 15. vers. octauo. C. de pact. Card. Mantic. de tacit. & amb. conuention. tit. 15. lib. 3. n. 65.* † vbi etiam *n. 66.* subdit quod neque sufficiet solutio trium annorum præcedentium ad probandam solutionem decennij *Butr. in c. litter. n. 9. de aetat.* Quidquid dicas ille qui soluit tribus proximis annis præsumatur retrò soluisse, † iuxta dispositionem textin *l. quicunque. C. de apoch. public. lib. 10.* Non enim vnica solutio tantum operatur, quantum ea, quæ fit diuersis temporibus, Itaut etiam in præstatione alimentorum, quæ est magis fauorabilis idem sit dicendum, licet enim per præstationem trium annorum quis cogatur in futurum soluere alimenta, tamen si præstatio facta est vnica vice pro tribus annis non obligat heredem pro futuro tempore, quia plures actus strictius operantur *Ias. in l. 1. n. 4. C. de fideicomm.* & in specie alimentorum *Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 12. n. 18.* Ex prædictis patet, quod non sufficiunt decem anni, sed requiritur tempus triginta annorum ad præsumendum titulum, cum simus in casu, de quo supra in tertia conclusione, Non debet tamen ex hoc impediri manutentio possessionis, interim enim dum controuertitur de contractu census, fructus sunt soluendi, † Nam donec fuerit iudicatum super prædictis, non est æquum vt per viam indirectam exigens priuetur commodo suæ possessionis, quamuis etiam prætendatur iniustus possessor *c. in litteris. de restit. spoliat. l. qui cetu §. si de vi. ff. ad l. iul. de vi public.* & in specie de censu est decisio *Rot. coram Card. Lancellotto Bononien. census 21. Januar. 1600. post Caputaq. decis. 221. p. 2. Rot. coram R. P. D. Gypso Cæsaraugustana pensionis 30. ianuary. & 25. maij. 1589. dixi supra c. 113.*

Quo ad secundum verius est esse attendendam nullitatem prouenientem ex iuramento calumniæ petito, † & non præstito *l. 2. C. de iuram. calum. c. 1. eod. tit. in 6. Rol. cons. 71. n. 7. lib. 1.* Non obstante facultate procedendi simpliciter, de plano, & sine figura iudicij, sola veritate inspecta, ac etiam nullis seruatis terminis, manu regia, velo leuato, ad voluntatem, & arbitrium iudicis, quia intelligitur solum sublata solemnitas insurgens ex dispositione iuris ciuilis, & canonici, non autem ea, quæ insurgebat ex dispositione iuris diuini, prout est iuramentum, quod præstatur, ne veritas occultetur *Put. decis. 398. lib. 2. post Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. figura. col. penult.* † Quamuis enim ista nullitas non sit ex tribus, de quibus in bulla Clement. Octaui, tamen potius concernit iustitiam, quam processum, ideo debet officere, prout tenuit *Rot. coram R. P. D. Orano Vrbinaten. iuris visitandi 18. decembris 1588. & per R. P. D. Littam. Esin. restitutionis dotis 13. martij. 1600. & coram Cardinali Seraphin. Calaguritana de Iocano. 5. martij 1600.* † vbi etiam, quod non sufficit fuisse responsum positionibus cum iuramento de veritate dicenda, quia ex præstatione iuramenti de veritate non excusatur quis à iuramento calumniæ *c. 1. §. quamuis. de iurament. calum. in 6.* Maxime, quia iuramentum de credulitate non respicit totam causam, prout iuramentum calumniæ, † Ideo iusiurandum delatum in responsionibus ad positiones tamquam solius credulitatis non impedit litis decisionem *Menoch. cons. 861. n. 10. post Iacob. de Aren. de positionib. §. 3. n. 13.* Quidquid aliud sit quando probaretur plenè intentio, quo casu non cogeretur quis ad iurandum de calumnia, † vt tenuit *Rot. coram R. P. D. Sacrato Aprutina siue Montalticen. 4. iuly. 1601. post Bald. ibi allegatum in c. 2. de probat.*

Ideo etiam quamuis per *d. Bullam Clemen. 8.* non possint opponi nisi illæ tres nullitates, † non tamen tollitur nullitas actus prouenientis ex forma non seruata, veluti si contractus fieret contra formam, vel sine solemnitatibus *Rot. coram R. P. D. Orano Roman. alimentorum 4. iunij. 1593. in fin. post Felin. in c. quoniam frequenter. n. quad med. col. 7. in princ. vers. si tamen statutum*

21 *futum. vt lite non contest.* † Cum necessarij ordi-
nis præposteratio, ne dùm omissio reddat ipsum
actum inualidum *l.2. §. prius. de vulg. l. præposte-
ri. & l. ambiguitatem.* C. *de testam. Rom. cons.*
402. n.2. Stante præsertim clausula, & non ali-
22 ter, quæ formam inducit, † ita vt ei non possit
renunciari, & contractus corruat non obstante
quacunque partium derogatione *Felin. in c.*
cum dilecta. 22. col. 10. in fin. vers. septimum si-
gnum. de rescript. Mandos. ad Rom. cons. 402. in
23 *verb. & non aliter.* † Vbi etiam quod ista ver-
ba inducunt decretum irritans, quando tamen
post illa, addita est clausula, & si aliter fiat actus
24 sit nullus roboris, & momenti; † Et quod de-
cretum irritans det formam *Ias. in l.1. de lib. &*
posth. & in l. non dubium. C. de legib. Dec. cons.
228. stante. n.1. Roman. cons. 23. Mandos. ad
eund. cons. 66. in verb. formam.

Et adeò erit nulla ista sententia ob non præstitum
d. iuramentum, vt neque possit confirmari par-
25 te opponente † *Rot. coram R. P. D. Litta Esin.*
restitutionis dotis. 17. Martij. 1600. Cum enim
pars instet super d. nullitate Iudex confirmando
sententiam nullam faceret nullitatem & iniusti-
tiam *Rot. coram Card. Lancellotto Viterbien. re-*
scissionis contractus. 2. iulij. 1563. cum alijs per
Cæsar. de Graff. decis. 9. n. 8. de caus. possess. & pro-
priet. dixi *decis. 44. n. 29.*

Quæ etiam procedunt in criminalibus, in quibus
accusator, & quærelans parte saltem petente
26 debet iurare de calumnia, † quod accusatio sit
vera, & porrecta non animo calumniandi *Glos.*
in l.2. de fid. instrum. & in c. de parentela. 35. q. 6.
Bart. in l.1. n. 6. C. de iuram. calumn. Clar. in
§. fin. q. 18. vers. dicit etiam. & de communi ob-
seruantia testatur *Angel. de malefic. in verb. &*
27 *ad quærelam. n. 4. Farinac. q. 16. n. 18.* † Quic-
quid aliud sit in procuratore fiscali, qui de con-
suetudine non iurat de calumnia, quasi ex ne-
cessitate officij ab illa videatur excusari *Peregr.*
de iur. fisc. lib. 7. tit. 4. n. 14. Gail. lib. 1. obseruat. 90.
cum alijs per *Farinac. d. q. 16. n. 22. vers. hanc-*
que limitationem.

Accedat etiam nullitas ex defectu citationis ad
sententiam, Iudex enim monuit pro prima die
28 iuridica, † & postea singulis diebus & horis
quæ monitio tamquam nimis vaga, & speciem
seruitutis imponens sustinetur solùm pro pri-
ma, vel secunda die, non autem quando esset la-
ta post mensem, prout in casu nostro *Put. decis.*
352. coram domino. lib. 2. dixi suprà *c. 156. n. 31.*
& 36. & sæpè ita decisum, & seruari testatur
Rot. coram Card. Lanzellotto Ianuen. iurispa-
tronatus. 25. iunij. 1607. vers. hac citatio fuit af-
29 *fixa.* Vbi etiam ampliat, † quod neque tempo-
ris antiquitas faciet præsumi validitatem istius
sententiæ, quia ex inspectione harum citatio-
num vnà cum sententia, quæ exhibetur, con-
stat de eius nullitate, cum melius sit titulum
non producere, quàm infectum exhibere. *Cresc.*
decis. 21. de probat. Aegid. decis. 387. & 393. n. 1.
Quasi non possit tractari de aliqua præsumptio-
30 ne pro ipsa sententia, † quando ex productione
apparet de iniustitia, vel nullitate ipsius *Soccin.*
cons. 46. eleganter & subtiliter. col. antepenult.
ante med. vers. sed clarè etiam respondetur. n. 41.
lib. 4. Aret. cons. 62. ex facto. ad fin. vers. licet
communior opinio. Ias. Felin. & alij per Aym. de
antiq. tempor. par. 2. n. 53. vers. quarto limitatur.
& latius. *par. 3. in princ. n. 27. vers. septimo limi-*
tatur. Bart. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appell. &
in l. fin. vt caus. post pubert. adsit tut. Castr. cons.
81. in causa quæ vertitur. col. 3. in fin. lib. 2. Dec.
cons. 8. col. 1. in princ. n. 1.

EPITOME.

Ciuilitas, vel similis qualitas superueniens tam post traditionem, quàm ante an reconualidet alienationem prohibitam in forensem. ¶ Ius acquisitum trahens causam aliunde, quàm ex ipso contractu quando possit tolli. ¶ Restitutus an recuperet ius patronatus, & bona tertio quæsita. ¶ Statutum respiciens publicam vtilitatem quando recipiat restrictionem habilitatis personæ, & talis habilitas quo tempore debeat interuenire. ¶ Legatum quo casu reconualescat, si remoueatur impedimentum acquisitionis illius, & quid in testamento vsurarij, quod erat nullum non præstita cautione de restituendis vsuris, si postea caueatur. ¶ Ad matrimonium contrahendum quando quis possit inuitari metu pœnæ, vel spe lucri.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi rem in genus certum personarum non habet locum, si ille, in quem facta est alienatio sit paratus subire qualitatem, propter quam alienatio permittebatur.*

2 *Transeuntes ad aliam dignitatem retrahuntur ad propriam dignitatem, & res alienatæ per eos reuocantur, nisi emptor velit subire illam conditionem.*

3 *Contractus si annulletur tamquam gestus à non ciue an possit confirmari propter ciuilitatem superuenientem, & quid post bona alteri acquisita.*

5 *Ius acquisitum trahens causam aliunde, quàm ab ipso contractu & alienatione facta in forensem an possit tolli.*

6 *Patronus restitutus recuperat ius patronatus quod ipso facto per deportationem amiserat.*

7 *Restitutus quando recuperet bona tertio acquisita.*

8 *Statutum applicans res alienatas ipso facto intelligitur, si fuerit subsecuta traditio.*

9 *Contractus alienationis non dicitur perfectus, nisi secuta traditione.*

10 *Alienatio, si per vnum statutum permittitur propter publicam vtilitatem, valebit, quamuis per aliud quis prohibitus sit habere possessionem tamquam forensis. & n. 12.*

11 *Statutum respiciens publicam vtilitatem non recipit restrictionem habilitatis personæ. Intellige. vt n. 13.*

Habi-

14 *Habilitatem sufficit interuenire tempore realis traditionis, quamuis illa non adesset tempore contractus. & n. 15.*
16 *Habilitas quando attendatur tempore aditionis hæreditatis. & n. 17.*
18 *Statutum prohibens legatum fieri forensi non attenditur, si legatarius fiat ciuis post testamentum. Idem in simili impedimento, quo sublato reconualescit legatum. n. 19. & 20.*
21 *Testamentum vsurary, qui non cauerat de vsuris restituendis, reconualescit, si postea detur cautio.*
22 *Emphyteusis si concedatur sub pacto, quod transeat ad fœminam, quæ nubat subdito concedentis an possit retineri, si nubat extraneo, qui vult effici de illius iurisdictione. & n. 23.*
24 *Ad matrimonium non potest quis inuitari metu pœnæ, sed spe lucri poterit. & n. 25.*
26 *Statutum concedens libertatem matrimonij excipiendo solum certũ genus personarũ an valeat.*

CAPVT CCIX.

VT veritas in casu mihi proposito facilius percipiatur firmandæ sunt infrascriptæ conclusiones.

Primo, Statutum prohibens alienari rem in aliquod certum genus personarum non habet locum si ille, in quem facta est alienatio sit paratus post factam alienationem subire illam qualitatem, 1 propter † quam permittebatur alienatio. Quare si forensis vellet effici ciuis confirmaretur alienatio in eum facta, quasi tunc conditio personæ non mutetur, vnde neque rei quidem statutum conuenit mutari *l. 1. ad med. vers. qui locati inter extraneos. C. de imponen. lucrat. descript.* & ita in specie concludit *Aret. in l. si ita quis promiserit. 135. §. ea lege. col. 4. in princ. vers. tertio adde ad prædictam materiam. de verb. oblig.* per doctrinam *Bar. in l. murilegul. C. de murileg.* 2 *lib. 10.* † vbi qui ad illam dignitatem transierunt, retrahuntur ad propriam dignitatem, & res alienatæ per eos reuocantur, nisi emptor voluerit subire illam conditionem; quod sequitur etiam *Corsett. sing. 98. in verb. emphyteusis. quod incipit monasteria Io. de Platea in d. l. murilegu-li. in fin. in verb. quod si allienigenæ. Ruin. cons. 139. viso themate & omnibus scripturis. col. fin. n. 23. vers. non omitto etiam. lib. 5. Menoch. cons. 440. n. 27. lib. 1.*

Secundo, Quando simpliciter annullaretur contractus, posset confirmari alienatio propter ci-3 uilitatem superuenientem, † secus si publicaretur ipso iure in fiscum spreta qualitate requisita in alienatione, tunc enim non videretur posse admitti purgatio moræ facta executione siue à lege, siue ab homine per tex. *in l. si is cui. 1. de leg. 2. & ibi Bart. in fin. n. 3. & in l. si insulam. q. 4. de verb. oblig. Corn. cons. 25. in fin. n. 21. lib. 2.* cum alijs per *Seraphin. priuil. iuram. 38. n. 21.* & in terminis ita declarat *Aret. in d. §. ea lege. col. 4. post princ. vers. quod posset concedi.* sequitur *Ruin. d. cons. 139. n. 23. vers. secus si res ipso iure.*

Tertio. Etiam si bona essent acquisita, & confiscata communitati, nihilominus si ante tradi-4 tionem quis efficiatur ciuis, † conualidabitur contractus etiam in præiudicium communitatis, licet enim in præiudicium iuris acquisiti hoc non sit concedendum *Glos. in c. fin. de confirmat. vtil. vel inut. Bald. in prælud. feudor. col. 14.* Tamen hoc procedit quando ius quasitum communitati traheret causam aliunde, 5 quam ab ipso contractu, † & alienatione facta in forensem, secus vbi trahit causam ab ipsamet 6 alienatione *l. siue patronus. ff. de iur. patr.* † vbi patronus restitutus recuperat ius patronatus, quod ipso facto per deportationem amiserat, per quem tex. ita concludunt *Ang. Alex. & Aret. in l. gallus. §. & quid si tantum. de liber. &* 7 *posthum.* vbi dicunt, † quod restitutus recuperat etiam bona tertio acquisita ex solo banno, & delicto, secus si ex contractu principis, prout in specie statuti applicantis ipso facto alienationem in forensem concludit *Rip. respons. c. 2. tit. de leg. & long. consuet. col. penult. in fin.* 8 *n. 15. vers. sed fortius dici posset. lib. 1. f. 27.* † vbi etiam *n. 27.* quod huiusmodi statuta applicantia rem alienatam ipso facto intelliguntur, si fuerit subsecuta rei traditio *Castr. cons. 342. videtur quod d. sententia. lib. 2. Socc. Iun. cons. 3.* 9 *n. 24. lib. 3.* † Cum non dicatur contractus alienationis perfectus, nisi secuta traditione *c. cum ioannes. de fid. instrum. §. vendita. instit. de rer. diuision.*

Quarto. Magis confirmaretur alienatio, quando illa esset permissa ex forma alterius statuti pro-10 pter vtilitatem publicam, † licet enim secundum aliud statutum forensis non posset habere possessionem, quasi illud esset intelligendum de habili ad habendum *l. vt gradatim. §. & si legi. de muner. & honor.* Tamen cum hoc vtilitatem publicam respiciat, statutum non recipit interpretationem, seu restrictionem de habili-11 tate personæ † vt per *Bart. in l. si quis in gradu. §. vteum. in fin. n. 4. vers. venio ad secundum. ff. ad syllan.* Vbi quod si forensis non possit emere in aliquo loco prædia, & postea fiat reformatio, quod qui dederit aliquod castrum debeat 12 habere à communitate tale prædium, † forensis posset habere ob respectum publicæ vtilitatis, & sequitur *Aret. in d. §. ea lege. col. 4. in princ. vers. dixit etiam.* Intelligendo quando actus erat in toto licitus, tunc enim non attenditur habilitas, cum secus sit quando quis ex toto 13 non licitè faciebat, † vt explicat *Alex. in l. si ab hostibus. in princ. vers. nec prædictæ decisioni. ff. solut. matrimon.*

Quinto, Sufficit quod forensis, in quem facta est alienatio per statutum prohibita, sit effectus habilis, & ferat onera tempore perfectæ acqui-14 sitionis per realem traditionem, † quamuis non adesset habilitas tempore contractus, quasi mens statuentium sit, vt bona immobilia non vadant pœnes non sustinentes onera, vnde videtur posse satisfieri, quod quis se faciat habilitare etiam post contractum ante realem tradi-

traditionem, cum illud quod quis fit ciuis non fit pro forma contractus, sed pro indemnitate communitatis; † Quare non est inconueniens 15 vt quandocunque possit superuenire habilitas, Ita in specie concludit *Castr. cons. 286. videtur quod dicta sententia. col. 2. in princ. vers. praeterea quid alud. n. 2. in fin. lib. 2.* sequitur *Menoch. cons. 1140. n. 34. lib. 12. post Ambros. Opinion. in repet. l. filiusfamilias. §. diui. n. 114. de leg. 1. Idem Menoch. cons. 792. n. 5. lib. 8. Berrett. cons. 48. n. 6. Alciat. cons. 733. n. 3.* secundum editionem Lugdunensem.

Sexto. Idem dicimus sufficere, quod fit ciuis ante aditam hæreditatem sibi delatam, † si enim 16 talis forensis, & non subditus ante aditam hæreditatem licèt delatam subijceret se iurisdictioni, & oneribus ciuitatis, adhuc succederet, cum in non suis hæredibus in causa intestati inspiciatur habilitas, & incapacitas tempore aditionis 17 *l. si aliena. §. in extraneis. de hæred. instit.* † & ita in terminis concludit *Cuman. cons. 84. præsupposito casu. n. 3. vers. item dato. Brun. in tract. quod stant. mas. fæm. non succed. art. 7. n. 8. vers. subdit etiam posse defendi. & vers. ad illud quod dixit. tom. 13. p. 2. fol. 196.*

Septimo. Idem est in statuto prohibente, quod le- 18 gatum factum forensi non valeat, † si enim legatarius erat forensis tempore testamenti, & postea effectus est ciuis, certe capiet non obstante regula catoniana *Bart. in l. vltim. in fin. vers. eodem modo. de reg. catonian. Castr. in l. cætera. 43. n. 2. vers. & scias quod non habet locum. de leg. 1. Soccin. cons. 81. non est dubium quod licet. col. 5. in princ. n. 11. vers. septimo si toto tempore. lib. 3. late Alex. cons. 29. viso themate & dubitatione. col. penult. ad med. n. 4. vers. sed 19 ita est quod legata. & n. 5. in fin. lib. 4.* † Vbi etiam ex hoc concludit, quod si statutum disponat, vt maritus, qui habuerit ascendentes, vel descendentes masculos, aut fœminas non possit relinquere aliquid in vltima voluntate vxori præter sexdecim florenos, quamuis non potuisset valere legatum vsusfructus in persona vxoris propter descendentes testatoris, qui extabant 20 tempore testamenti, seu mortis; † Tamen cessante impedimento, hoc est deficientibus ascendentibus, & descendentibus reconualescere debet legatum conditionale *Bald. in l. qui filiabus. §. si vni. & ibi I mol. in princ. vers. & sic nota quod ex post facto. de leg. 1.*

Quemadmodum dicimus de vsurario testante, qui tempore testamenti non cauerat de vsuris resti- 21 tuendis, † quamuis enim videretur nullum testamentum, tamen si postea cauit reconualescit, & retrovalidum declaratur *Io. Andr. in c. quia nquam. de vsur. in 6. Bart. in l. filio præterito. in fin. de iniust. testam. Bald. in l. posthumo. C. de contr. tab. Castr. cons. 286. videtur quod dicta sententia. col. 2. ante med. n. 3. lib. 2.* dixi late sup. *c. 79. n. 13.*

Octauo. Si fuit concessa emphyteusis sub pacto, quod transeat ad fœminam, quæ tamen nubat 22 alicui subdito concedentis, † si contingat illam tradi nuptui extraneo, qui vult effici de illius iurisdictione dabitur retentio emphyteusis *Bar. in l. murilegul. C. de murileg lib. 10. & ibi Menoch. in addit. & Io. de platea in fin vers. facit etiam ad quæstionem. Corsett. sing. 98. monasteria. in verb. emphyteusis.* Sequitur *Ruin cons. 139. n. 22. col. fin. vers. non omitto etiam. lib. 5. Paris. ad Bart. in l etiam. in princ. in verb. etiam filios. vers. quid autem si ecclesia dedit. ff. solut. matrim. Io. Petr. Molign. de retent. q. 129. Gulielm. Bened. in c. rainutius. p. 2. in verb. cuidam petro tradiderunt. n. 4. de testam. Alciat. respons. 181. seu 81. in fin.* secundum antiquam impressionem Lugdunensem, quem refert & sequitur *Me- 23 noch. cons. 1140. n. 38. lib. 12.* † vbi ex hoc infert quod forensis in hoc casu potest purgare moram offerendo se paratum esse conferre domum, & habitationem in loco iurisdictionis, & eius onera subire cum alijs ciuibus, & oppidanis ex adductis per *Franc. Aret. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. col. 4. vers. tertio adde. de verb. oblig.*

Nono. In matrimonio valida est pœna consistens 24 in lucro non comparando, † quamuis enim non possit quis inuitari ad matrimonium metu pœnæ *c. gemma. de sponsalib. l. titio centum, §. 1. de condit. & demonstrat.* Tamen spe lucri potest, quis allici, Nam vere non irrogatur pœna per quam aliquid absit, aut absuturum sit; vnde si alicui legetur si nupserit cum tali, vel adimatur si matrimonium contrahat cum non subdito, vel non ciui, parendum est conditioni, alioquin datur exclusio à legato, & simili lucro *Bart. in l. si quis testamento. circa med de condit. instit. Grat. cons. 108. n. 9. lib. 2. late Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 2. & 3. Ludouic. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 207. 25 col. 1. in fin. vers. si hæreditas aut legatum.* † siue sit per modum conditionis, siue per viam modi vt per *Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. tit. de sponsalib. disput. 33. n. 6. & 8.* Cum etiam valeat statutum concedens libertatem contrahendi ma- 26 trimonium, † excipiendo solum certum genus personarum, si possunt cum alijs honestè nubere iuxta doctrinam *Bart. in l. edicimus. C. de murilegul. lib. 10.* quod tamen non ita simpliciter est firmandum, cum multa requirantur, de quibus per *Felin. in c. de francia. n. 20. col. 10. in princ. vers. sexto fallit prædicta regula. de sponsalib. & in c. ecclesia S. Mariæ. n. 61. col. 21. in fin. vers. secundus effectus quod non valet. de constitut.*

Ex istis colligitur non esse locum priuationi emphyteusis ob nuptias contractas cum forense stante habilitate postea superueniente, & submissione in iurisdictione domini, qui emphyteusim concessit *vt in prima, quarta, quinta, sexta, septima, & octaua conclusione*, maxime cum non fuerit facta publicatio ipso iure, *vt in secunda, & tertia conclusione*. Prout etiam constat verius esse, quod prohibitio amissionis lucri ob matrimonium cum non subditis contractum valeat *vt in nona conclusione* dictum fuit.

EPI-

EPITOME.

SEpultura laicis in ecclesia an possit concedi & per quem. ¶ Et an pro illa possit aliquid licitè percipi tam de iure, quam de consuetudine, & ad eam seruandam detur actio. ¶ Et quomodo talis consuetudo debeat probari. ¶ Et quando in istis spiritualibus, & eis annexis, & electione sepulturæ committatur simonia. ¶ Laici an possint acquirere in ecclesia ius habendi sepulchrum, capellam, arma, insignia, recipiendi prius pacem, offertum, & similia, & quid in fœminis, & an quo ad ista possint dici patronæ. ¶ Et an habens ius funerandi dicatur habere ius sepulchri. ¶ Et an pro dictis sedibus, & alijs detur actio iniuriarum contra impedientes, & amouentes, officium Iudicis, defensio armata manu, interdictum recuperandæ, vti possidetis, vnde vi, manutentio. ¶ Et per quos actus possessio fit acquisita. ¶ Et si sit apprehensa pro vna re an intelligatur quo ad omnia, & an sufficiat tacita licentia Episcopi. ¶ Actio iniuriarum quo casu detur contra eum, qui non patitur alicui honorem decerni. ¶ De more in funeralibus ponendi insignia domus, & illorum deletio quando concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura laicis erat prohibita primitiuis temporibus, & quid hodie seruetur. n. 2.*

3 *Legatus potest concedere sepulturam, sicut Episcopus.*

4 *Sepultura Christianorum qualis esse debeat.*

5 *Sepeliri mortuos intra Vrbem, & in domo sua antiquitus an prohibitum esset. & n. 6.*

7 *Pro sepultura an aliquid possit capi, & an illius alienatio permittatur, & super ea creditores satisfiant, & quid stante necessitate. n. 8. 9. & 10.*

11 *Consuetudo aliquid accipiendi pro sepultura an valeat, & annexa spiritualibus quando vendantur. & n. 12. & an ad talem consuetudinem seruandam laici possint cogi. n. 13. 14. 15. 23. 24. 26. 28. & 36.*

16 *Simonia non dicitur, si quis recipiat aliquid gratis oblatum ex post facto, non ex conuentione, tam in matrimonio, quam in missis, & similibus. n. 17. & 18.*

19 *Electio sepulturæ in certo loco vbi quis alias deberet sepeliri an valeat, & inducat simoniam. n. 20. Et quid in capiente fideicommissum cum isto onere. n. 21.*

22 *Conditiones, & pacta honesta possunt apponi in traditione rei suæ.*

25 *Consuetudo non potest introduci per actus extorsiuos, neque in ea habet locum præscriptio.*

27 *Quod datur vigore laudabilis consuetudinis est perpetuo dandum, & per contrarium statutum non potest tolli.*

29 *Probatio qualis requiratur ad hoc vt valeat consuetudo accipiendi aliquid pro sepultura, & similibus, & an in dubio præsumendum sit illam fuisse inductam causa auaritiæ. n. 30.*

31 *In exactione temporalium in dubio contra clericos est iudicandum, ne notentur auaritia.*

32 *Laicus an possit acquirere ius habendi sepulchrum capellam, arma, & insignia in ecclesia, & contra illa amouentes an competat actio iniuriarum, officium Iudicis, defensio armata manu, & remedium recuperandæ. n. 39. & manutentio. n. 40. & an per vnicum actum. n. 41. Interdictum vti possidetis, & vnde vi. n. 56. & 57.*

33 *Sacrilegus dicitur qui debitum sibi honorem vsurpat.*

34 *In spiritualibus, & eis annexis an acquiratur prælatio, vt in recipiendo pacem, offertum, & similia, etiam per mulieres, & an per illas possit induci consuetudo. n. 35.*

37 *Ius sepulchrorum an transeat ad hæredes. n. 38. & 45.*

42 *Possessione apprehensa vnius rei, quando aliarum quoque capta intelligatur, & quid in iudicio recuperandæ. n. 43.*

44 *Possessio dicitur quæsita construenti ex ipsa sola constructione sepulchrorum.*

46 *Patronus ex gratia habet ius patronatus in ecclesia.*

47 *Ius sedendi in ecclesia potest concedi per Episcopum quo ad vsum non respectu dominij. n. 48.*

49 *Insignia familiæ in ecclesia possunt concedi laicis.*

50 *Ius quo ad bancos, & sedes in ecclesiis non potest dici ius patronatus, nec dicitur habere ius funerandi habens ius sepulchri.*

51 *Licentia tacita Episcopi sufficit, vt iura sedium, sepulchrorum, & similium in ecclesia possint vendicari ab illis, qui aliquando ea habuerunt.*

52 *Licentia præsumptiua sufficit ad fauorem Clerici subiecti Episcopo ordinati ab alio eo ipso, quod eum non inquietat.*

53 *Actio iniuriarum quando detur contra eum, qui non patitur honorem alicui decerni. n. 54. 59. & 60.*

55 *Mos in funeralibus vtendi zona lugubri, & super ea pingendi arma.*

48 *Armorum deletio in ecclesia quando concedatur.*

CAPVT CCX.

NOn concedebatur sepultura laicis primitiuis temporibus in ecclesia, cum talis 1 locus specialiter sit Deo dicatus; † cui mors vltra non dominabitur *c. præcipiendum. 15. vbi Glos. in verb. sepeliantur. 13. q. 2. Rot coram R. P. D. Decano Pampilonen. sepulturæ de Sparta. 30. maij. 1591.* 2 † Tamen iste rigor mitigatus est *c. nullus. vbi Glos. in verbo fideles 13. q. 2. Guliel. Redoan. de simon. mental. p. 3. c. 16. n. 32. tom. 15. p. 2. fol 93. Io. silu. de benef p. 1. q. 5. n. 102. tom. 15. p. 1. fol. 15. late Laurent. Belus in repet. d. c. nullus. 13. q. 2.* & notat *Rot. coram R. P. D. Caualerio Pampilonen. sepulturæ de Artaxana.* 3 *23. ianuar. 1608.* † vbi etiam quod legatus potest concedere sepulturam, sicut episcopus, cum possit omnia, quæ episcopus *Gambar. de auctor. legat. de latere tit. de dismembration. lib. 5. n. 7.*

4 *n. 7. & 8.* † Et qualiter eſſe debeat ſepultura Chriſtianorum *Io. Lup. de libert. eccleſ. q. 15. tom. 13. p. 1. f. 30.*

Quemadmodum etiam antiquitus *lege duodecim tabularum* intra vrbem mortuos ſepeliri veti-
5 tum erat † *l. 3. de ſepulchr. violat. Cicer. lib. 2. de legib.* Licet olim in domo ſua quiſque ſepeliretur, vt teſtatur *Iſid. Orig. lib. 15. c. 11. Cardin. Baron. in martyrolog. 10. februar. in verb. via la-*
6 *uicana.* † vbi etiam quod *d. lex. 12. tabul.* de non ſepeliendo intra vrbem contrario vſu abolitam reſtituit Theodoricus Rex Italiæ; quæ tamen omnia irrita prorſus reddidit *Leo Imperator nouell. conſtit. 53.*

An autem poſſit aliquid accipi pro ſepultura,
7 verius eſt de iure nihil eſſe exigendum, † niſi quis viuens aliquid iuſſerit pro ea dari poſt eius mortem, quod neque poterit exigi niſi ſponte fuerit datum *c. præcipiendum. 13. q. 2. c. abolendæ 13. de ſepultur.* Cum iſta pretio commutari, aut diſtrahi nequeant, quidquid aliud ſit quando ta-
8 lia ſepulchra non ſunt effecta religioſa, † quia tunc habentur tamquam res profanæ, quæ in commercium cadunt, & quouis titulo alienari poſſunt *l. ſi monumento. C. quæ res pignori*
9 *obligari. Firman. de epiſcopo. q. 13. lib. 4.* † Et ſuper eis creditores poterunt ſatisfieri *Phannucc. de inuent. p. 6. n. 68. tom. 8. p. 2. fol. 299.* Et quid-
10 quid aliud ſit in caſu neceſsitatis, † quaſi tunc liceat terram, in qua fuit eccleſia vendere, aut emere, ſicut materiam ſacrorum vaſorum *D. Thom. 2. 2. q. 100.*

Sed quoniam alias ſupra *c. 110. n. 9.* dixi iſta de
11 conſuetudine non ſeruari, † quod aliquibus videbatur non poſſe ſubſiſtere, quaſi talis conſuetudo non ſit admittenda, viſum fuit infraſcripta iterum adnotare, quod videlicet ſit licita receptio pretij pro capella, ſeu ſepultura ratione ſitus, vel melioris loci, cum hoc non videatur concernere ſpiritualitatem. Vnde tamquam non neceſſarium ad ſepulturam permitti debet, & eius venditio valebit. Iſta enim præheminentia, poteſt pretio æſtimari, cum hoc caſu non vendatur ſepultura, quæ gratis eſt defunctis præſtanda, quaſi illa quæ ſunt annexa ſpiritualibus à parte ante vendi poſſint, cum remota illa annexione nihil ſpiritualitatis remaneat, quod ſecus eſt in annexis & coniunctis à parte poſt, quæ nullo modo poſſunt ſeparari à ſpiritualibus, prout in ſpecie concludit *Spin. de teſtamen. gloſ. 2. princip. tit. de electi. ſepult.*
12 *n. 4.* † quicquid contrarium ſequatur *Ludouic. Molin. de hiſpan. primogenit. lib. 1. c. 24. n. 49.* Cum contra eum ſit verior opinio ex his quæ adduxi ſupra *c. 110. n. 8. & 10. & deciſ. 36. n. 1. vſque ad n. 3. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 7. art. 1. Petr. de Arag. ſuper D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4.* & ſequitur *Rot. coram Card. Lancellotto Tiraſonen. ſepultura. 17. maij. 1572. poſt Turr. Cremen. in c. 3. [illegible] Perez de anniuerſar. & cappellan. lib. 1. c. 25. n. 17. poſt Hazzad. in addit. ad leg. partit. [illegible] gloſ. 5. Petr. Salazar. de vſu & conſuetud. c. 10. n. 34.*

Quare dixit *Gloſ. in c. abolendæ. 8. in verb. exigere.*
13 *de ſepult.* † quod licet Clerici non poſsint aliquid petere pro loco ſepulturæ, tamen ſi laici ex conſuetudine laudabili aliquid ſint ſoliti ſoluere poſſunt compelli ad illius obſeruantiam iuxta *c. ad apoſtolicam. de ſimon.* Multa enim inhoneſtè petuntur, quæ honeſtè recipi poſſunt *c. de eulogijs. 18. diſt. l. 1. §. eſt quidam. de var. & extraord. cognit.*

Idem notat *Ang. de teſtam. gloſ. 8. in verb. item ſepulturam ſibi elegit. n. 2. & 4. tom. 8. p. 1. fol. 39.*
14 vbi † quod ita vidit ſæpius obſeruari *Abb. in c. abolendæ. 11. col. 2. ad med. verſ. nota hanc particulam. n. 6. de ſepultur. Gabr. conſ. 190. quamuis licite. in princ. lib. 2.* vbi atteſtatur de com-
15 muni opinione, † & quod Romæ viget huiuſmodi conſuetudo, & eſt obſeruanda, cum licite recipiatur ratione loci, non curæ *Hoſt. in d. c. abolendæ. ad med. verſ. hoc autem intelligas,* vbi quod poteſt recipi gratis oblatum ex poſt
16 facto, † non ex conuentione, quia tunc eſſet ſimonia, & ſequitur *ibid. Anchar. n. 4. verſ. tertio caſu. Cardin. oppoſ. 2. n. 1. in fin. Butr. n. 4. verſ. quæro an aliquo modo. Præpoſ. Alexandr. in c. his ergo. in fin. verſ. ideo tunc ſi datur. 23.*
17 *diſtinct.* † & & ibid. *n. 9.* loquitur tam de pecunia data pro ſepultura, quam pro matrimonio, & ſimilibus.

Ideo quamuis ſacerdotes etiam à ſponte dantibus non poſsint quicquam recipere pro miſsis cele-
18 brandis † *c. eos. & c. emendari. 1. q. 1. Rip. de peſt. lib. vlt. rem. 3.* tamen hoc procedit quando adeſſet pactum, ſecus illo non exiſtente *Io. Andr. & Abb. in c. ſignificatum. de præbend. Surd. conſ. 295. n. 7. lib. 2.* & de veriori opinione teſtatur *Perez. de anniuerſar. & cappellan. lib. 1. c. 15. n. 7.* vbi etiam allegat *Altamiran. de viſitation. in verb. etiam teſtamentorum. n. 61. Lel. de Zanch. de priuileg. eccleſ. priuil. 40. n. 18.*

Amplius quamuis electio ſepulturæ, quæ fit ex pacto etiam in loco, vbi quis alias deberet ſepeliri inducat ſimoniam, cum hoc ius ſepulturæ non ſit
19 firmum, † ſed variabile, & per pactum non eſſet tale, quaſi per illud induceretur quid plus, quod non erat de iure communi *Felin. in c. ad audientiam. el. 2. col. 8. ad med. verſ. exprimere. n. 9. fall. 4. de reſcript. poſt Domin. in c. 1. n. 6. in verb. apud quos. & in verb. facienda. de ſepultur.*

Tamen ſi hoc pactum, ſeu iuramentum de obligando ſe ad aliquam certam ſepulturam fuerit libe-
20 rum, † & non ad ſuggeſtionem Regularium aut Clericorum valeret, & poſſet quis cogi ad obſeruantiam, non enim ſimpliciter prohibetur promiſsio, ſed conuentio, & inductio ad inſtantiam religioſorum *Vitalin. in clem. cupientes. 3. in fin. n. 83. de pœn. Franc. in c. 1. in princ. col. 2. ad med. n. 3. verſ. tu aduerte. de ſepultur. in 6. & ibi Anchar. n. 2. Aym. conſ. 10. n. 12. & 13.* & ſequitur *Rot. per Cæſar. de Graſſ. deciſ. 2. n. 12.*
21 *vſque ad n. 16. de ſepultur.* † vbi etiam ex hoc infert quod accipiens fideicommiſſum, Maioricatum, aut donationem, & adſtringens ſe cum iuramento ad eligendum ſepulturam ſecundum

dum voluntatem testatoris tenetur ad obseruantiam, quasi imputandum sit ei, qui cum illa conditione se obligauit, cum res transeat cum suo onere, † & possit donator in traditione rei suæ apponere conditiones, & pacta honesta, quæ sunt implenda per successorem *l. mauius. & l. qui haredi. de condit. & demonstr. l. 1. de condition. institut. Ludouic. Molin. de primogenit. hispan. c. 12. lib. 2. n. 34.*

22

Nec facit quod ista consuetudo non sit admittenda vt per *Redoan. de simon. mental. p. 3. c. 4. n. 9. tom. 15. p. 2. fol. 87.* † vbi loquitur de sepulturis, benedictionibus nubentium, exequijs mortuorum, pulsatione campanæ, clausione hostij, & similibus annexis ordini *Io. de Anan. in c. abolenda. per illum tex. in princ. vers. nota clericos. de sepultur. Molin. de primogenit. hispanor. lib. 1. c. 4. n. 42.*

23

Quia prædicta procedunt in consuetudine prouenmente ex coacta solutione, cum aliud sit in ea, quæ fuit introducta ex pia, † & laudabili deuotione fidelium, quæ est seruanda, & populus ad illius obseruationem potest cogi, si non iure actionis, saltem officio iudicis *c. ex parte. de censib. §. pro consuetudinibus. auth. de sanctiss. episcop. Glos. in c. sua. & c. cum ecclesiæ. de simon.* Et est tex *in c. ad apostolicam. eod. tit.* Et in specie ita declarat *Castr. cons. 363. circa primum quæsitum. in princ. lib. 1.* Quando enim præcedit coactio est simoniacum, & contra ius naturale, & sic præscribi non potuit, & per consequens neque dicitur consuetudo, † quæ non potest introduci per actus extorsiuos, qui habebant in se peccatum & simoniam *c. fin. de consuetud.* & in puncto docet *Idem Castr. cons. 401. viso processu vna cum sententia. col. penul. n. 4. lib. 1.* & ita etiam declarat *Guliel. Redoan. de simon. mental. p. 3. c. 16. n. 33. vsque ad n. 38. tom. 15. p. 2. f. 95.* vbi etiam quod nisi seruetur huiusmodi laudabilis consuetudo, laici peccant mortaliter, nisi ex aliqua rationabili causa desistant. † Idem in specie sepulturæ concludit etiam late *Rom. cons. 314. in casu proposito consultationis. n. 1. & 2. & ibi Mandos. in verb. priuilegia*: vbi etiam allegat eundem *Roman. sing. 433. aliâs est 438. pone quod populus. & Dec.* qui de eodem *cons. Rom.* facit mentionem *in c. auaritia. n. 10. de prabend.*

24

25

26

Itaut quod datur vigore istius piæ, & laudabilis consuetudinis perpetuò sit dandum, † nec per contrarium statutum possit reuocari *Bart. in l. priuilegia. ad fin. C. de sacros. eccles. Roman. d. sing. 438. & in auth. similiter. vers. nono. C. ad leg. falcid. Geminian. in c. 1 col. 7. de constit. in 6. Sand. in c. ad apostolicam. de simon.* cum distinctionibus tamen, de quibus per *Alex. cons. 209. statutis accurate. col. 4. in fin. vers. nec ad hoc obstat. n. 14. lib. 2. Felin. in c. ecclesia S. Mariæ. col. 58. vers. duodecimo quæro. de constit. & ibi Dec. col. 21. Socin. cons. 241. circa primum. col. 3. lib. 2. Alciat. præsumpt. 33. ad fin. reg. 3. Imol. Ias. & alij in l. non amplius. de leg. 1. Castr. cons. 363. col. 2. in princ. vers. quinto videtur requiri. lib. 1.*

27

Quamuis enim non valeat consuetudo inducens simoniam *Abb. in c. non satis. n. 5. de simon. Neuiz. cons. 55. n. 9.* Tamen intelligitur, quomodo non haberet causam specificam, puta quia solueretur loco decimarum, censum cathedratici, vel diuini cultus, non in vtilitatem clericorum, quo casu non posset ab inuito exigi *Præposit. in c. dictum est. in prin. 1. q. 1. Ant. Piag. de consuet. q. 6. n. 105.*

Et ita intelliguntur omnia iura, dum prohibent aliquid exigi pro sepultura, † quia aliud seruatur de consuetudine, vt dictum est, & omnes Doctores loquuntur de iure vt *Io. Silu. de benefic. p. 1. q. 7. n. 69. tom. 15. p. 1. fol. 28. Pauin. de visitat. p. 2. q. 3. in fin. n. 63. tom. 14. fol. 196. Redoan. de simon. mental. p. 1. c. 30. n. 4. cum seq. tom. 15. p. 2. f. 56. & latius p. 3. c. 16. n. 25. vsque ad n. 33. eod. tom. f. 93. Guliel. Durand. de mod. celebr. concil. general. rubr. 20. in fin. n. 7. tom. 13. p. 1. f. 162. Io. Calder. de interd. p. 2. in fin. n. 21. vers. circa hoc primo quæro. tom. 14. f. 332. Io. Caraf. de simon. in fin. n. 140. tom. 15. p. 2. f. 122. Petr. de Vbald. de canon. episcop. c. 12. n. 5. tom. 15. p. 2. fol. 239. Henric. Boic. in c. abolendæ. in fin. n. 4. vers. aut quæritur de secundo. de sepultur. Præpos. Alexand. in c. his ergo. 4. n. 9. vers. sed non ratio. dist. 23. Bart. in l. 1. §. ne eius nomine. ff. de oper. publ.*

28

Quando tamen dubitaretur de huiusmodi consuetudine, non sufficeret probare solutionem, sed requiritur probatio, † quod gratis & gratanter parochiam soluerint, non ad importunitatem, & requisitionem clericorum, sed sponte, & nulla cogente necessitate, & quod purè & simpliciter fuerit oblatum, quod solutum est nulla præcedente pactione, vel pignore, Itaut prius dentur spiritualia, antequam aliquid temporale, vel spes de ipso habeatur, cum potius eo casu censeretur facta solutio non vigore consuetudinis sed pro redimenda vexatione. Et quod soluitur sit taxatum arbitrio parochianorum, non clericorum, quasi tunc illud habeat manifestam speciem cupiditatis, & simoniæ: Et quod totus populus, vel maior pars permanserit in seruanda huiusmodi laudabili consuetudine; istis enim non probatis non potest dici rationabilis consuetudo, & pia deuotione fidelium introducta; Vnde non sufficiet quem probare se fuisse in possessione percipiendi, nisi etiam probetur, quod solutio fuit facta ex eorumdem deuotione cum alijs requisitis supra adductis, cum hoc possessorium habeat admixtam secum causam proprietatis; vltra quod etiam ista possessio habet contra se ius commune; Quare non satis erit probasse, se spoliatum; neque enim releuat possessio, quando contra possidentem extat ius commune, quia tunc debet probari etiam iustus titulus, nec agens restituitur, si constat de non iure agentis in petitorio, Itaut horum omnium cognitio, & an valeat nec ne huiusmodi consuetudo spectet ad Iudicem Ecclesiasticum; non secularem; Ita prædicta omnia in specie sepulturæ; de qua agimus late declarat *Castri cons. 363. & 401. lib. 1.*

29

Adden-

*Addentes ad Mathesil sing.75.n.16.Bellam.cons.
31.Sebast.Sapia.ad Abb.in c.abolenda.13.in verbo
consuetudo. de sepultur. Redoan.de simon.mental.*
30 *p.3.q.16.n.33.& 37.tom.15.p.1.f.95.* † Qui etiam
omnes concludunt in dubio præsumi talem con-
suetudinem inductam causa auaritiæ, vel cupidi-
tatis, Cum enim agitur de solutione temporali fa-
cienda clericis, in dubio contra eos est iudican-
31 dum, † ne notentur auaritia in exactione tempo-
ralium *c. quanto. de censib. Abb. in c.1. vers. vlti-
mo nota.de decim. Bellam cons.31.col.7. post med.
vers. sed etiam quia in se continet.n.13.*

Quæ autem dicta sunt de sepulchris omnia applican-
32 tur ad capellas,& similia, † pro quibus etiam erit
licitum aliquid accipere,itaut laici possint acqui-
rere ius sepeliendi in eminentiori loco, capellam
construendi, arma,& insignia domus retinendi,&
habendi offertum à sacerdote, & similia, Ad o vt
pro istis detur actio iniuriarum, & officiũ iudicis
contra amouentes scamna, & sedes, & sit licita
quoq; defensio etiã armata manu *Gerard sing.33.
Auẽdan.de exequen. mandat.2.p.c.10.n.20.Perez.
de anniuer.& cappellan.c.24.lib.1.n.23.*vbi etiam
in alijs præcedẽtijs *Gulielm. Benedict.in c.rainu-
tius.in verb.duas habens filias.n.21.de testam.Par-
33 lador.3.p.different.66.§.2.n.8.* † Itaut etiã qui sibi
locum indebitũ vsurpat sacrilegus dicatur *l.1.C.
vt dignitat.ord.seruet Menoc.de arbitrar.cas.320.
n.15.* cũ alijs quos adduxi supra *c.110.n* 10. Quibus
adde *Lara.in l.si quis à liberis.in prin.n.32.ff.delib.
34 agnoscendi.* Vbi quod in istis spiritualibus, † & eis
annexis acquiritur huiusmodi prælatio vt in reci-
piendo prius pacẽ cũ similibus *Io.Garz.de expens.
c.8.n.5. vers.adeoque.Franc. Marc.decis.275.p.1.
Bened.in c.rainutius.in verb.duas habẽs filias.n.21.
de testa* Et de scãnis in ecclesia.*Paris.cõs.149.lib.4.
Rebuff.in tract.in quib.caus.secul.cogn.poss.n.33.*

Immo etiam Mulieres poterunt consuetudine acqui-
rer ius sedẽdi in ecclesia,& prius offerẽdi *Io. Fab.
35 in §.aliam vero.instit.de bonor.possess.Perez.de an-
niuers.& cappellan.lib.1.c.24.n.22.* Quãuis enim
per mulieres non possit induci consuetudo *Bart.
in l.2.ff.de legib.* Tamẽ intelligitur de cõsuetudine
generali, quæ habet vim legis *Socc.cons.7.n.8.lib.
1.Abb.cõs.53.n.1.lib.2.& in c fi.n.7. de cõsuetud.*
36 Seruanda † igitur erit talis consuetudo multo ma-
gis in viris, vt late dixi supra *c.110.n.10. cum seq.*
Vbi etiã, quod huiusmodi ius sepulchrorũ transit
37 ad hęredes extraneos. †*l.ius sepulchri.l.si sepulchrũ
C.de relig.& sumpt.funer Io.Tho.Marin.de gene-
rib.& qualitatibus.feud.tit.1.n.8 to 10 p.1.f.140.
Paris.cõs.149.lib.4.Molin de primogen.hisp.c.13.
38 n.35.lib.1.* † Dũmodo nõ simus in iuribus sepulcro-
rũ filiorũ,& sic sanguinis *Lamber.de iur.patr.lib.1.
p.2.art.4.q.1.in fin f.132.Roc.eod.tit.in verb.in ec-
clesia.Dec.cõs.149.in 1.dub.* Cũ etiã pro istis sedi-
39 bus,& arca, † quã quis habet in ecclesia cõpetat re-
mediũ recuperãdæ *Frãc. Marc.decis.275.* quẽ se-
quitur *Menoc.de recuper.possess.remed.15.q.7.n.45.*

Prout etiam dabitur mandatum de manutenendo in
possessione sedendi in altiori, seu digniori loco in
40 Ecclesia, † & ante alios offerendi primitias, & re-
cipiendi pacem *Rot.coram R.P.D.Gipsio Calagu-
ritana præeminẽtia 26.Iunij* 1591. Possunt enim
laici acquirere istas prærogatiuas in Ecclesia *Pa-
ris.cons.149.n.2.lib.4. Rot.coram Card.Pamphilio
Calaguritana cappellæ 28.May 1586. Anchar.cõs.
113.n.4. Anan.cõs.86.in fin. Port.in §.apili.instit.
de rer.diuis.Cordub.in l.si quis à liberis.in prin.n.
32.ff.de liber.agnosc.Io.Fab.in §.aliã.instit.de bo-
41 nor.possess.* † Itaut ista possessio etiam acquiratur
vnico actu *Marzar.cons.vlt.lib.1. Menoch.cons.
226.n.6.lib.3.& cons.902.n.78.lib.10. Rot.diuers.
decis.222.n.7.lib.1.* Vbi etiã quod iste vnicus actus
possessorius sufficiet ad acquirẽdam possessionem
42 quo ad omnia, † Itaut apprehẽsa possessione vnius
rei intelligatur illa capta respectu aliarum, quæ
ad eius vsum sunt destinata *Dec.cons.17.n.19. Ti-
43 raq.de retract.lignag §.36 glos.3.n.12.* † Quidquid
aliud sit in pluribus rebus debitis alicui per con-
tractum,aut successionem, in quibus non sufficiet
adipisci possessionem vnius pro omnibus, cũ satis
sit, vt ingressus vnius rei operetur translationem
vniuersi iuris hæreditarij, non possessionem om-
nium rerum, quamuis in iudicio recuperandæ sit
contrarium *Rot.decis.14.de restitut spoliat.in nou.
late Peregrin.de fideicommiss art. 8.n.77.*

Immo etiã ex ipsa sola constructione sepulchrorũ di-
ceretur quęsita possessio cõstruẽti *Ruin.cons.54.n.
44 1.& 2.lib.4.Rot.diuers decis.221.n.2.& decis.222.
n 6.p.1.* vbi etiam quod illa facultas transmittitur
ad hæredes iuxta opinionem *Castrens.cons.59 vi-
45 so puncto.n.3.lib.2.* † Et quando iura sepulchro-
rum transeant ad hæredes extraneos,& filius reti-
neat sepulchrum matris, Et quid in fideicommis-
sario, & spurio late *Thesaur.q.11.per tot.*

Et facit etiam, nam quemadmodum ex gratia pa-
tronus habet ius patronatus in Ecclesia *c. quoniã
46 de iure patr.* sic etiam potest ex gratia concedi ius
sedẽdi honoris causa, quicquid aliud sit Episcopo
47 reclamãte † *Anchar.in c abolẽda.in fin.vers.& idẽ
potest censeri.n.5.de sepult.& ibi Abb.& Card.in
fi.vers.ex prædictis infert.Butr.n.3.Anan in prin.
48 n.4.* vbi intelligit quantum ad vsum, † cum respe-
ctu dominij aliud sit,illud enim non poterit habe-
ri in istis sedibus,& sepulchris *Abb. in c quanto.3.
n.11. col.vlt. ad med. vers.aduerte quia dictum.de
iudic.Petr.de Vbald.de canonica episcopal.& par-
rocchial. c.12. in fin.n.5. & 6.tom.15.p.2.fol.239.
Roc.de iurepatr. in verb. in ecclesia. n.13.*

Quod etiam est in insignijs familiæ, quæ cõceduntur
laicis, vt possint illa habere depicta, seu in mar-
49 more impressa in ecclesijs,itaut nequeant amoue-
ri sine domini iniuria *Bart in l.2. §. ne eius nomi-
ne.ff.de oper.public.Cepol.de seruit.vrban.præd.c.
71.de pictura.Menoch.de recup.poss. rem.15.n.48.
q.7. in fin. Rot. Coram Card. Pamphilio Calagu-
ritan. præeminentiarum.28.maij.1586. Anchar.
cons.113.n.4.Anan.cons.86.in fin.*

Verum est quod istud ius quo ad sedes, & bancos in
50 ecclesijs non posset dici iuspatronatus; † sicut nec
dicitur habere ius funerandi habens ius sepulchri
quamuis largo modo dicatur patronus sepulchri
*Abb.in c.1.de sepult. Roc.de iurepatr.in verb.in
ecclesia n.13 vsque ad n.16.q.6.& 7.*

Quibus adde quod istæ sedes, sepulchra, & scamna
propria in ecclesia possunt vendicari ab illis, qui
51 huiusmodi † vsum aliquãdo in ea habuerũt, quam-

uis expressus consensus Episcopi nõ interuenisset, sed simplex tolerantia. Itaut talis licentia tacita colligatur quando sepulchrũ esset in loco patenti & Episcopus non contradixit, vt in specie resoluit *Rota cora R.P.D. Cotta Burgen. sancta Dorothea 15. Iuny 1573.* quæ est inter decisiones *Rota di-*
52 *uersi.22 1. quatuor opponitur.n.4.p.1.* † Exẽplo eius quod dicimus de licẽtia præsumptiuè probata ad fauorẽ clerici subiecti Episcopo ordinati ab alio eo ipso, quod eũ nõ inquietat *Prob. ad Io. Monac. in c.1.n.10. vers. & credo probari. de tẽp. ordin. in 6.*
Alijs quæ opponebantur nõ dari actionẽ iniuriarum
53 contra amouentes scamna, † & insignia alicuius in ecclesia satisfactum est supra *c.110. n.10.* Nam tex. in *l. iniuriarum.1.§ si quis de honoribus decernẽdis ff. de iniur.* loquitur in eo, qui impedit, ne alicui honor decernatur, talis enim nõ tenetur actione iniuriarum, quamuis hoc causa contumeliæ faciat, quia dat impedimentum antequam arma, & sedes sint positæ, & sic prius quàm honor sit dela-
54 tus; † Aliud quando quis prohibet honorem præstari ei, qui est in quasi possessione illius, tũc enim est orta actio iniuriarũ, nã turpius eijcitur, quàm nõ admittitur hospes *c. alioquin. de iniur. Menoc. cons.90. n.124. lib.1.* prout distinguit *Purpur. in l.1, n.93. ff. de iurisd. omn. iudic.* cum alijs adductis *supr. d.c.110. n.22. vsque ad n.27.* quibus adde *Cassan.* qui eandem distinctionẽ sequitur *in catalog. glo. mund. consider.38. p.1. concl.29. f.14.* Vbi etiam
55 ex hoc infert, † quod in patria sua Burgũdiæ vtuntur in pompis funeralibus zona lugubri, seu funebri, & super ea pinguntur insignia circũdando ecclesiam, & cappellã in qua mortui inhumantur, & cum esset contentio inter duos Dominos, quis illorum facere deberet dictã zonã, cum vnus fecisset illam abradi, quod in hoc tenebitur actione iniuriarũ, quia non solũ passus est honorem decerni, sed decretum tulit diminuendo eius dignitatem, ob quam datur dicta actio *Glos. in l. iniuriarum.*
56 *§. si quis in verb. quid faciat. ff. de iniur.* † Cũ etiam isti, qui prohibentur ab huiusmodi honore habeãt interdictum vti possidetis, vel vnde vi *Bal. in c. licet causam. 9. n.6. & ibi Felin. n.1. de probat. Purpur. cons.540. in fin. n.19. lib.2.* & detur officiũ iudicis *Io. Fab. in § aliã. instit. de bonor. possess. Ias. in l.*
57 *si nõ fortẽ. § libertus n.23. de cõdict. indeb.* † & quod detur etiã remediũ reintegrandæ *Menoc. de recuper. remed. 15. n.45. post Francisc. Marc. q.275. p.1.*
Quæ sine difficultate procedũt, quando tales qui hu-
58 iusmodi prærogatiuas habent in istis sedibus, † & armis non poterãt prohiberi illa in ecclesijs ponere, si enim possent prohiberi, concederetur deletio, & abrasio, per eos, quorum auctoritas requirebatur, vnde si quis in re litigiosa ponat, aut pingi faciat arma sua, poterunt ab aduersario deuastari, ac deleri prout concludit *Cassan. in catal. glor. mund. p.1. conf.38. concl.29. ad fin. vers. & ideo dic.* vbi etiã allegat *Vinent. Cicault. in suo tract. de fact. principũ. c.5. de auctor. eccl. f.5. per tex. in l.2. C. vt nem. priuat. tit. præd. suis, vel alien. impon. & in l.2. C. vt nemin. liceat sine iudic. auct. sign. imprim. reb. quas alius detin.* Et pro honore sustinendo, quod
59 detur † actio iniuriarum *Bald. in l. obseruare. §. antequam. de offic. procons. Cassan. super consuetud. Burgund. tit. de feud. §.4. gl.1. vers. aduerte ad il-*
lud. & tit. des ensans plusieurs liez §.4. gl.1. vers. qui dicantur. Et in catal. glor. mund. p.1. consid.2.
60 *in fin.* † Vbi etiam de non administrantibus honorem, quibus debetur, quod sunt puniendi per tex. in *l. singuli. & l. sciant. C. de offic. diuers. iudic.*

E P I T O M E.

PLures patroni quãdo debeant simul cõuenire ad præsentationem faciendã, vel possint illam separatum facere. ¶ Et consensus maioris partis an præiudicet minori. ¶ Et quo casu ius patronatus competat pluribus vt singulis, vel vt vniuersis. ¶ Minus dignus quando præferatur magis digno tam in præsentationibus factis a laicis, & ecclesiasticis, quam a procuratoribus patronorum, & in officijs iurisdictionem habentibus. ¶ Et eligentes an teneantur in conscientia ad restitutionem. ¶ Et quid in paupere magis digno an sit preferendus in eleemosyna, in legatis, & similibus. ¶ Et tales collationes quando sint validæ, & retractentur in causa appellationis. ¶ Et quid in pluribus præsentatis a patronis æqualem vocẽ habentibus quis eorum per Episcopum sit eligendus. ¶ Examinatores an possint se referre ad iudiciũ Episcopi. ¶ Monasteria, collegiatæ, hebdomadariæ, & similes an cõprehendatur sub dispositione concilij sess.24. c.18.

S V M M A R I V M.

1 *Ius patronatus quando competit pluribus an omnes debeant simul præsentare in vno, & eodem loco, vel possint separatim eligere.*
2 *Consensus maioris partis separatim quando sufficiat etiam in præiudicando minori parti & n.3.*
4 *Præsentatio iure singulari differt à præsentatione iure collegij.*
5 *Congregari si omnes debeant ad aliquid faciendum si separatim in vnum conueniant non requiritur, vt amplius simul congregentur.*
6 *Clausula de consensu medietatis conuentus, seu monasterij an intelligatur, vt moniales collegialiter debeant conuenire.*
7 *Ius patronatus competens parochianis alicuius ecclesiæ dicitur competere vt singulis.*
8 *Præsentatus à maiori parte quamuis minus dignus an præferatur magis digno præsentato à minori parte & n.9. & quid in foro conscientia n.10. & in foro exteriori. n.13.*
11 *Canonicus, qui debet eligere si habeat mandatum etiam ab alio, & eius nomine eligat non potest diuidere suffragium pro duobus, & debet in conscientia eligere digniorem.*
12 *Habens mandatum à patrono ad præsentandum tenetur in conscientia præsentare magis dignum.*
14 *Patroni laici an teneantur ad restitutionem præsentando idoneos omissis dignioribus, & quid si eligant indignum. & n.15.*
16 *Patrona præsentans Abbatissam de gremio monasterij idoneam an vulneret conscientiam omissa digniori. Et quid in Electoribus. n.20.*
17 *Fundatorum vota si in plures partes se diuidant an præficiendus sit ecclesia qui minoribus iuuatur meritis, & eligitur plurimorum assensu.*
18 *Copula, &, resoluitur in alternatiuam, vel,*
19 *Præsentatio patroni ecclesiastici dicitur electio, & debet*

& debet esse de magis digno.

21 *Sufficientia electi est cognoscenda ab Episcopo per examen.*

22 *Magis dignus est eligendus quando tractatur de administratione reipublica.*

23 *Idoneus pauper debet praeferri magis idoneo non egeno etiam consanguineo in simplici beneficio. Aliud si eligatur pauper dignus omisso paupere digniore, dummodo Ecclesia non indigeret diuitijs, & potentia. n.24.*

25 *Eleemosyna est facienda magis egeno.*

26 *Electus ad distribuendum non tenetur eligere magis pauperem, & an eius conscientia in hoc grauetur. n.27.*

28 *Relictum in dubio censetur factū pauperiori, & quomodo consideretur maxima paupertas. n.29.*

30 *Collatio facta digno omisso digniori quādo admittat appellationem, & possit declarari nulla stāte dispositione Concilij. Et quid in pluribus praesentatis à patronis in numero aequali an dignior debeat admitti per Episcopū. n.31.32.33.35.& 36.*

34 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

37 *Examinatores debent referre, non autem se remittere ad iudicium Episcopi.*

38 *Monasteria, & Collegiata habentes curam, & hebdomadariae, & prouisiones apostolicae comprehenduntur in dispositione Concilij. c.18. sess. 24. & n.39.*

CAPVT CCXI.

IVs patronatus quando competit pluribus tanquam singulis, non oportet, vt omnes simul conueniant in eodem loco ad faciendam 1 praesentationem, † sed sufficit quod separatim suffragia praesentent, Quod secus est, quando illis competeret vt vniuersis, quia tunc tenentur in vno loco congregari ad electionem, aut praesentationem faciendam *Butr. in cap.3.n.12. col. penult. in princ. vers. quaero an patroni. de iure patron. Lap. alleg.78.n.2. Aym.* qui de communi *cons.63.n.1. Spin. de testam. glos.4. princ. n.88. vers. secundo subdeducitur.*

Quod procedit, etiam si agatur de praeiudicando minori parti patronorum ex praesentatione ma-2 ioris, † Quia satis est quod habeatur consensus maioris partis separatim, nec requiritur, quod maior pars patronorum simul conueniat, & consentiat; neque enim consideratur ratio illa, quod minor pars posset trahere alios in eorum sententiam, quia illud procedit in actibus iudicialibus, qui consultè expediri solent, & in quibus agitur de praeiudicio tertij, secus in patronis, qui solum pro interesse suo requiruntur. Ideò possunt singuli consentire *Abb. cons.76. in 2. dub. lib.2. Feder. cons.102. n.2. vers. secundo dico.* & de veriori, & communi opinione testatur *Dec. in c. cum omnes. 6. col. penul. ad med. vers. retenta tamen hac secunda. de constitut.* Quidquid contrarium sequatur *ibi Pelin. col.16. ad med. in 4. declarat. n.29. vers. & ex istis infert. Roc. de iur. 3 patron. in verb. honorificum. q.60.* † Quia contraria opinio est verior vt per *Aym. cons.63. n.1. Io. Crot. in repet. c. quoniam. n.29. & 30. de iur. patron.* Et de communi testatur *Andr. ab Exca. in repet. cap. cum omnes. n.229. & 230. & ibi Ant. Burg. n.316. vsque ad n.349. de constit.*

4 Aliud † est enim praesentare iure singulari, aliud iure collegij *Mandos. in reg. de annal. q.51. n.4.* Idem voluit *Nicolaus Delphin. de iure patron. q.31. n.114.* vbi allegat etiam *Card. in clem. plures. q.3. n.4. de iur. patronat.*

Et quamuis deberent omnes simul congregari, Tamen si concordassent etiam non simul congre-5 gati, † non opus esset, vt amplius congregarentur, requiritur enim, quod conueniant in vnum ex illa ratione, quia factum maioris partis nocet minori, aliàs secus *l. per fundum. de seruit. rustic. praedio.* Vnde si omnes consentiunt, cessat dicta ratio, & per consequens debet cessare dispositio. Quare non est necesse, quod conueniant in vnum, sed quilibet posset in domo sua consentire, non enim hoc casu factum aliquorum nocet alijs, immò factum cuiuslibet sibi ipsi nocet, non factum alterius, prout declarat in specie *Castr. in l. & suum. 8. §. hodie tamen. in fin. n.4. vers. & ex secundo dicto. de pact.* & in terminis iuris patronatus concludit *Ant. Burg. in repet. c. cum omnes. col. penult. ad med. vers. aduertendum tamen. n.351. de constitut.*

Ideo dicitur quod quando prouidetur Monasterio de persona monialis, & additur clausula de con-6 sensu medietatis conuentus, † Tunc iste consensus erit praestandus collegialiter, neque sufficiet, vt singulae conueniant, cum dictus consensus ad illas spectet tanquam corpus, & collegium iuxtà cons. *Feder. 65. infrascripta quaestionis. dub.4.* & in puncto ita concludit *Mandos. in prax. signat. in princ. in verb. prouisiones. vers. quando prouidetur.*

Ex istis Dixi non potuisse dari de inualiditate praesentationis, de qua agebatur in casu mihi proposito ob defectum consensus praestiti non col-7 legialiter, † cum praesentatio patronorum competat vt singulis, non vt vniuersis, vt in facto deducitur. Quod etiam est de iure communi, secundum quod si ius patronatus competat parochianis alicuius Ecclesiae, non competit collegialiter vt vniuersis, sed vt singulis *Calder. cons. 9. & 15. de iure patron. Abb. cons.76. vol.2. Paul. de M. Pie. in l. titia cum testamento. §. titia cum nuberet. q.31. de leg.2.*

Nec facit obiectum quod praesentatus à maiori 8 parte sit minus dignus illo, † qui fuit praesentatus à minori parte patronorum Vnde videbatur praeferendum esse digniorem *c.1. vt ecclesiast. benefic. c. si forte. c. metropolitano. 63. distinct. cap. moyses. c. licet ergo. 8. q.1. c. vilissimus. 1. q.1. auth. de monach. §. ordinationes. in princ.*

Quia in praesentatione iuris patronatus verius est 9 sufficere, quod dignus praesentetur, † neque enim tenentur patroni digniorem praesentare *c. monasterium. 16. q.7. c. quod autem. c. cum autem. c. pastoralis. c. eum propter. c. eam te. de iur. patr. Dec. cons.129. pro tenui facultate mea. n.6.* vbi de communi, *post Glos. in c.3. in verb. qui maioribus. de iur. patron. & Io. Andr. in c. cum autem. eod. tit.*

Contraria autem procedunt, quando agimus in foro

foro conscientiæ, secundum quem tenentur patroni magis idoneum præsentare, † Nam cum sit obligatio iustitiæ distributiuæ æqualiter obliget tam patronos, quàm alios ad præsentandum digniorem exemplo electorum ad eligendum *Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 7. n. 5. Mandos. ad Lap. alleg. 22.*

Quare dicimus quod Canonicus, qui debet eligere si habeat etiam mandatum ab alio, vt eius nomine etiam eligat, † non poterit diuidere suffragium pro duobus, Nam hæ duæ voces sunt inseparabiles, cum in conscientia teneatur eligere digniorem *c. si quis iusto. §. porro. de elect. in 6. Doctor. in c. cum olim. de re iudic. Molin. de primogen. hispan. lib. 2. c. 5. n. 51. post Abb. in c. constitutis. de appellat.* † Quod etiam procedit in habente mandatum a patrono ad præsentandum, nam in conscientia tenetur digniorem presentare *Spin. de testam. glos. 4. princ. n. 82. vers. quare in hac varietate. in fin.*

Aliud est quando sumus in foro exteriori; Valet enim præsentatio tunc de digno, prætermisso digniori, † ne ecclesia, & respublica varijs litibus vexetur *D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. Sot. de iust. & iur. lib. 3. q. 6. art. 2. Dec.* qui de communi *in cap. constitutis. il 2. col. 2. de appellat. Couarr. in d. reg. peccatum. Cucc. in instit. canon. lib. 4. tit. 1. n. 133.*

Amplius respectu præsentationis, quæ fit à laicis patronis, seu clericis ratione patrimonij, † qui in hoc laici censentur *Lambert. de iur. patron. lib. 2. p. 1. art. 4. q. 10. f. 110. n. 25.* Neque tenentur ad restitutionem eligendo, seu præsentando idoneos, omissis dignioribus, quidquid aliud sit quando eligerent indignum, quo casu tenebuntur restituere digno *Petr. Arag. de iust. & iur. tit. de restit. q. 62. art. 2. col. 2. conclus. 2. f. 140.* Et facit *l. vt gradatim. §. 1. de mun. & hono. Bald. in auth. habita. n. 45. C. ne fili. pro patr.* † Quamuis secundum aliorum sententiam speciale esset etiam in patrono, vt neque vulneret conscientiam ex omissione dignioris, vt deseruiat ista libertas pro fomento ad effectum, vt promptius, & libentius dotentur, & erigantur ecclesiæ, Ideo conceditur quo ad istos, vt possint gratificari consanguineis, & amicis, prout de magis probabili opinione testatur *Molin. de primogen. hispan. c. 5. lib. 2. n. 67. 68. & 69.*

Neque obstat, quod si patrona præsentet Abbatissam de gremio Monasterij idoneam, valeat electio in foro contentioso, † secus in foro conscientiæ, cum vulneret conscientiam omissa digniori eiusdem monasterij, vt concludit in puncto *Feder. de Sen. cons. 95.* Quia contrarium est verius in patronis, quidquid aliud sit in Electoribus, vt considerat *Lamber. de iur. patron. lib. 2. p. 1. art. 3. q. 10. f. 104. n. 12. col. 4. in princ. & col. 10. n. 17. vsque ad n. 23. per tex. in c. monasterium. 16. q. 6.* cum alijs late per eum adductis.

Minus obstat *c. 3. de iur. patron.* vbi si in plures partes vota fundatorum se diuiserint, † ille præficiendus est Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & eligitur plurimorum assensu, Nam ibi copula, &, resoluitur in alternatiuam, vel, prout † aliquando istæ dictiones stant disiunctiuè *l. sæpe. ff. de verb. signif. Rebuff. in l. coniunctionem. 29. in princ. & col. 3. in fin. vers. aliquando tamen. ff eod.* quidquid alias stent coniunctiue *l. si is qui ducenta. §. 1. rerum. de reb. dub. Alber. de statut. p. 2. q. 188. in fin.* Et in puncto ita declarat *Lambert. de iur. patron. lib. 1. p. 2. art. 3. q. 10. col. 6. in princ. vers. philippus de sara. n. 14. ad fin. f. 105.* & firmat etiam *Glos. in d. c. 3. in verb. qui maioribus. de iur. patron.*

Non obstat alia quæ adducuntur, Quia procedunt in patronis ecclesiasticis, † Ratione enim Ecclesiæ in illis idem dicendum est, quod de Electoribus, quasi eorum præsentatio dicatur electio, quod non est in patronis laicis tantum, vel etiam clericis ratione patrimonij, qui tunc censentur laici, in istis enim non consideratur præsentatio de digniori, cum non habeatur pro electione, vt distinguit in specie *Lambert. de iur. patron. p. 1. lib. 2. art. 3. q. 10. col. penult. ad med. vers. declara modo hanc conclusionem f. 107. per Glos. in c. cum vos. de offic. ordin.* † Et in electionibus omnes concordant magis idoneum eligendum *c. licet ergo. 15. & ibi Glos. in verb. qui præstantior. 8. q. 1. c. metropolitano. 63. distin.* † Quam sufficientiam Episcopus cognoscet per examen *Paul. Eleaz. Cardin. & alij per Eugen. Perus. cons. 84. n. 3.* Maxime quando tractatur de iurisdictione, atque administratione reipublicæ, † tunc enim etiam eligitur magis dignus, prout in maioratu, cui competit ius patronatus ad præsentandum ad beneficia, seu officia secularia iurisdictionem habentia, vel electio magistrorum, aut aliquid simile *Lud. Molin. de primogen. hispan. c. 5. lib. 2. n. 69. vers. in secundo autem casu. Raudens. decis. Pisan. 39. n. 361. vers. secunda conclusio.*

Verum esset, quod idoneus pauper, vel egenus deberet præferri magis idoneo non pauperi, etiam consanguineo in simplici beneficio † pro cuius administratione sufficit simplex habilitas attenta maiori indigentia, Aliud esset si eligeretur pauper dignus postposito digniore paupere, quia tunc non liceret, & esset contra iustitiam distributiuam, & commutatiuam *Host. in cap. tuam. de ætat. & qualit. & ibi Butr. col. 3. Rocc. de iur. patron. in verb. honorificum. q. 15. in fin. n. 42. col. 20. vers. & ratio limitationis. & in verb. onerosum. q. 3. n. 6. Host. in sum. de iur. patron. §. in quibus differant. vers. sed nunquid. n. 13.* † Quamuis aliud sit quando Ecclesia indigeret diuitijs, & potentia, quo casu præferendus esset diues *Abb. in c. constitutis. il 3. de appell. & ibi Franc. col. 3.* Et rationabilem decisionem dicit *Rocc. de iur. patron. in verb. onerosum. col. 2. ad med. vers. credo tamen quod quandocunque. q. 3. n. 6.*

Idem dicimus in eleemosyna facienda, in qua præferendus est magis egenus † *c. pasce. 86. distin. Glos. in c. si quis. 90. distin. c. 1. & c. episcopus. de præbend.* Vnde etiam debilior præfertur iuueni, dignior digno, pauper nobilis ignobili, inualidus valido, monialis viro, & in alijs similibus casibus, quos late refert *Surd. de alim. q. 93. per tot.* [illegible]

Nec

Nec obstat quod electus ad distribuendum non teneatur eligere magis pauperem, cum valeat 26 electio eius, † qui pauper est *Bald. in l. id quod pauperibus.q.21. C.de episc.& cleric. & in l.cum quidam. de leg.2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.8. tit.5. n.6. post Bart. in l. vnum ex familia. §.1.in fin.ff. de leg.2.* Quia non per hoc excluditur, quod eorum conscientia non sit onerata, † secundum quam debent facere distribu- 27 tionem in pauperiores, & in causas magis pias *Fed. cons.92. super dubitationum articulis.n.1. Dec. cons.72. viso puncto & pro tenui. col.4. ad* 28 *med. vers. & dato quod distributio.* † Prout in dubio censetur relictum factum pauperiori. *Albens.cons.69.proponitur in facto.n.8. Dec.cons. 72.col.penul.in prin.vers.& ideò debent.per tex. in §. si quis in nomine auth. de eccles.tit. Surd.de alim.tit.1.q.93.n.17.Bal.in l.si quis ad declinandum. 37.in princ.n.3.in 7.notab. C. de episc. &* 29 *cleric.* † & ibi docet quomodo consideretur ista maxima paupertas cum declarationibus, de quibus latè *Sim. de pret. de interpret.vlt.volunt.lib. 4.dub.12.n.73.vsque ad 76.f.412.*

Nec suprà firmatis repugnat *Concil. Trident. sess. 24.c.18.de reform.* iuncto *motu proprio sanctiss. mem.Pij Papæ V. super collatione Ecclesiarum* 30 *parochialium, quæ est. 33. in bullar.* † vbi renouatur dispositio dicti Concilij, disponendo quod collatio facta digno prætermisso digniori admittat appellationem, & possit declarari per superiorem irrita præhabito nouo examine.

Quia huiusmodi dispositio procedit, & habet locum in ecclesijs parochialibus, & beneficijs cu- 31 ratis liberis, † quæ à solo Episcopo absque patrono libere conferuntur præcedente examine per concursum, quo casu oportet digniorem præferre, aliàs collatio erit nulla, vt *in d. concil c.18. ad med. vers. peracto vero examine.* Quod si beneficium pertineat ad præsentationem patronorum, & sit curatum, sufficiet vt præsentatus per patronos iudicetur dignus ab exami- 32 natoribus, † *vt in d. concilio. c.18. vers. quod si iuris patronatus laicorum.* Si vero plures fuerint præsentati à patronis in numero æquali, tunc Episcopus etiam debet digniorem eligere, aliàs collatio, seu institutio erit nulla, vt in d. motu proprio disponitur, Vnde verba Concilij annullantia omnia facta præter d. formam ibi datam sunt referenda ad edita, quæ proponuntur in examinatione facienda per concursum, vt in finalibus verbis *eiusdem Concilij d.c.18.vers.* 33 *hac forma omissa,* † Non enim requirit Concilium pro forma, vt dignior admittatur, quia hoc non est necessarium ad præsentis casus validitatem, cum illa forma, vt dictum est debeat seruari per Episcopum, qui semper tenetur digniorem eligere, quæ non requiritur in patronis præsentantibus, de quorum præsenta- 34 tione nihil disponitur; Vnde tanquam casus omissus remanet in dispositione iuris communis *l.præcipimus.C.de appell.* & in specie concilij de quo agimus, ita declarat *Spin.de testam.glos.4. princ.n.85.*

Et ita etiam, quod inter plures præsentatos de- 35 beat magis idoneus eligi ab Episcopo, † resoluit *Congreg. Concilij* iuxta doctrinam *Abb. in c.constitutus. il 3. de appell. Rocc. de iur. patron. in verb.bonorificum. q.15.n.42. D. Thom.2.2.q.* 36 *63. art 2.* † Ita vt si vnus præsentetur, qui sit idoneus, non requiratur concursus, si fiat præsentatio plurium *Rot. coram Card. Blanch.in causa l.tirren.6.iunij.1582.*quam sequitur *Congregatio Concilij*, per quam etiam *in vna Casalen.24.maij.1584.* fuit resolutum, quod non est satisfactum *Concilio d. c.18. sess.24. de refor-* 37 *mat.* † si aliqui ex examinatoribus renuncient solum de litteratura, alij vero remittant se ad ordinarium, quia ipsi referre debent de vita & moribus, & examinatores non posse referre se ad iudicium Episcopi, dixit etiam *Con-* 38 *gregatio Concilij 14. iunij. 1584.* † Cuius etiam *Concilij* dispositio *d.c.18. sess.24.* comprehendet quoque curata Monasteria, & collegiatas habentes curam *Rot. per Card. Seraphin. Tullen. S. Leonis. 1570.* prout etiam procedit in heb- 39 domadarijs, † & prouisionibus apostolicis *Rot. coram R. P. D. Cotta Gerunden. Sacristiæ. 1567. & per Card. Seraphin.in d. causa Tullen. S. Leonis.*

EPITOME.

Abbates, & alij exempti quando possint conferre ordines, & concedere litteras dimissorias. ¶ Et quid in hoc operetur consuetudo immemorabilis exercendi iurisdictionem confirmata à Sede Apostolica. ¶ Ordinarius & Diœcesanus quis propriè dicatur. ¶ Præscriptio meri imperij, cognitionis causarum matrimonialium, certæ partis territorij, & similium quando sit valida. ¶ Visitatio Ecclesiarum an permittatur Abbati, & quomodo talem iurisdictionem exerceat. ¶ Abbas an possit dispensare in interstitijs, beneficia conferre, & interponere auctoritatem in resignationibus, & permutationibus, habere lectiones & studia sacræ Scripturæ, & seminaria. ¶ Modus prouidendi Ecclesiæ parochiali vacanti an intelligatur in Abbate, & ordinario. ¶ Præscriptio an subsistat, vt quis faciat ordinare suos subditos per alium Episcopum, quàm per Ordinarium.

SVMMARIVM.

1 *Abbates & alij exempti non possunt conferre ordines, nec concedere litteras dimissorias, & quid in habente iurisdictionem Episcopalem, n.2. & an talis possit dici ordinarius, & diœcesanus.n.3.6.9.22.23.& 24.*

2 *Episcopus tantum an sit solus ordinarius in diœcesi, & an appellatione diœcesani veniat inferior prælatus.n.11. & 12.*

5 *Episcopus solus concedit litteras dimissorias.*

7 *Diœcesis nihil aliud est, quàm diuisio & gubernium.*

8 *Loca, quæ sunt in diœcesi habentia dominium separatum an dicantur de illa diœcesi.*

10 *Diœcesani qui sint, etiam in materia concernente iurisdictionem.*

13 *Prælatus inferior Episcopo potest præscribere ea, quæ sunt meri imperij, & similem potestatem cum territorio.*

14 *Inferior Episcopo quando præscribat cognitionem causarum matrimonialium. & n.15.*

16 *Prælatus inferior Episcopo, & exemptus quando possit habere territorium. n.17. & 18.*

19 *Præscribi potest certa pars diœcesis cum territorio excludendo prorsus Episcopum.*

20 *Dominus prouinciæ habet ius in tota prouincia, nisi aliquis in certa parte præscripserit.*

21 *Loca exempta & nullius diœcesis quando iudicentur infra diœcesim ad effectum concedendi litteras dimissorias.*

25 *Abbas exercens iurisdictionem ordinariã in aliquo territorio ex consuetudine immemorabili confirmata à sede Apostolica an concedere possit litteras dimissorias ad ordines. n.27.28.& 29.*

26 *Consuetudo potest confirmari vt tribuens iurisdictionem, non exemptionem.*

30 *Abbas quando possit visitare Ecclesias de consuetudine à sede Apostolica confirmata. n.32. 34. 35. & 40.*

31 *Appellatione ordinarij comprehenduntur etiam inferiores in materia adaptabili.*

33 *Territorium quando dicatur effici propriè diœcesis Abbatis.*

36 *Visitatio pendet à iurisdictione ordinaria.*

37 *Derogatio consuetudinũ non derogat confirmatis.*

38 *Appellatione ordinarij venit tam Episcopus, quam inferior.*

39 *Dispositio loquens de exemptis non trahitur ad Ecclesias, quæ habent proprios prælatos habentes iurisdictionem.*

41 *Abbas habens iurisdictionem priuatam visitat alio modo, quam Archidiaconus, & alius inferior, neque poterit visitari ab Episcopo tamquam delegato sedis Apostolicæ. n.42.*

43 *Abbas non potest dispensare in interstitijs.*

44 *Abbas potest beneficia simplicia, & curata conferre & interponere auctoritatem in permutationibus, & resignationibus simplicibus.*

45 *Modus prouidendi Ecclesiæ parochiali vacanti intelligitur etiam in Abbate ordinario.*

46 *Abbas an possit habere studia, & lectiones sacræ Scripturæ, & seminaria. n.47.*

48 *Præscriptio admittitur, vt quis faciat ordinare suos subditos per alium Episcopum, quam per ordinarium.*

49 *Dimissoriæ sunt de lege iurisdictionis respectu subditorum.*

50 *Ordinare est ordinis, & pertinet ad legem diœcesanam, subditos autem licentiare, & examinare est iurisdictionis. n.51.*

CAPVT CCXII.

DIsponitur *in Concilio Tridentino c.2. sess. 23. de reform.* Quod Abbates, & alij quicunque quantumuis exempti, intra fines alicuius diœcesis consistentes, † etiam si nullius diœcesis, vel exempti dicantur, non possint in posterum conferre tonsuram, aut minores ordines cuiquam, qui sibi regularis subditus non sit, itaut neque ipsi Abbates, aut alij exempti, aut collegia, vel capitula quæcumque etiam Ecclesiarum cathedralium possint concedere litteras dimissorias ad quibus clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur, sed horum omnium ordinatio pertineat ad Episcopos, in quorum diœcesis fines existunt non obstantibus priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, prout latius *in d.c.10.* continetur.

Huiusmodi dispositio Concilij an obstet Abbati exempto habenti iurisdictionem episcopalem in parochos † & parochianos priuatiuè ad episcopos, in cuius diœcesi sua loca sita sunt, & qui facit sinodum, ita vt talis Abbas non posit dare dimissorias subditis suis, vt alius Episcopus eos ordinet; Videbatur concludendum, quod non obstet, & per consequens quod licite possit concedere dimissorias, Quia dictus Abbas dicitur ordinarius, † & habet omnimodam iurisdictionem episcopalem in locis pleno iure sibi subiectis, ita vt nulla sit differentia inter tales *Glos. in clem.1. in verb. proprij. post med. de reb. eccles. non alienan. Dec. cons.121. col.1. in princ. vers. & quod dictum est. & in c. eam te. in 1. notab. col.2. de rescript. late Mandos. reg.24. q.2. n.4. col.1. in fin.*

Non obstat quod Episcopus tantum sit solus ordinarius in diœcesi *Glos. in c. perlectis. §. sollicitudo. in verb. iurgia. in fin. 25. distinct. per tex. in c. in apibus. 7. q.1.* † Et appellatione diœcesani veniat episcopus tantum, & non inferior prælatus *Franc. in c.3. in 4. notab. n.3. ad med. de offic. ordin. in 6.* † Et ideo ipse solus concedit dimissorias *c. clericum. 72. distinct.* Cum ordinatio clericorum ad Episcopos tantum pertineat *Glos. in c. extraneo. 71. distinct.* Vnde non potest hoc pertinere ad Abbatem, † quamuis habentem episcopalem iurisdictionem *Rebuff. cons.1. & 2. c. nullus. de tempor. ordin. lib.6.*

Quoniam etiam iste Abbas potest dici diœcesanus, cum habeat diœceses, & loca subiecta, visitet, & faciat synodum; † Diœcesis enim nihil aliud est quam diuisio, & gubernium *Card. in clem. dudum q.1. de sepultur.* Vnde districtus Abbatis est diuisus à districtu Episcopi & sic eius districtus dicitur gubernium, & diœcesis, quare etiam appellabitur Diœcesanus, Nec poterit dici, quod existat in aliena diœcesi, prout Episcopus vnius episcopatus non potest dici existere intra diœcesim alterius, quamuis suus episcopatus esset intra prouinciam illius, † loca enim, quæ sunt in diœcesi habentia dominium separatum non dicuntur esse de illa diœcesi, licet enim ex natura, & originaliter essent de diœcesi, tamen per priuilegium subtracta sunt quo ad quid non simpliciter *Cardin. in clem. 2. §. simili. q.4. n.4. de priuil. late Roland. cons.33. n.28. lib.3.*

Immo

Immo etiam habens iurifdictionem quafi epifcopalem excluſo Epiſcopo dicitur Diœcefanus 9 *Felin.* † *in c.cum olim.18.in princ.verſ. ſecundò limit.2. de præſcript. post Gloſ in clem.1. in verbo proprij de reb. eccleſ. non alien.* Diœceſani enim vario modo accipiuntur, aliquando pro Epi- 10 ſcopis, † aliquando pro alijs ſuperioribus, neque Doctores contrarium ſequentes excludunt, quod non veniant ſuperiores *Mandoſ.reg.16. q.42.n.3. ad med. verſ. ſed aduertendum*; Cum 11 etiam † in materia concernente iuriſdictionem Diœceſanus intelligi poſſit de inferiore habente iuriſdictionem quaſi epiſcopalem *Abb. in c. ioannes. col. 2. & ibi late Couar. n. 1.* vbi de veriori opinione teſtatur *de teſtam. Felin. in* 12 *d.c. cum olim. in princ. de præſcript.* † & ſolus Epiſcopus in ciuitate ſua dicitur ordinarius, niſi aliud ex conſuetudine iam præſcripta ſeruetur *Gloſ. in c. perlectis. 2. in verb. & iurgia. in fin. 25. diſtinct.*

Quare etiam dicimus quod Prælatus inferior Epiſcopo poteſt præſcribere ea, quæ ſunt meri im- 13 perij, † & ſimilem poteſtatem cum territorio *Archid.in c.cum epiſcopus. de offic.ordin.in 6.* & de cognitione cauſarum matrimonialium, quæ 14 præſcribitur per inferiores Epiſcopo, † quia hanc iuriſdictionem exercebunt vbi conſueuerunt ius reddere *Calder.conſ.2. de præſcript.post princ. verſ. & quod poſſit.* Neque enim in Abbate ordinario hoc correctum eſt ex diſpoſitione 15 *Conc.c.10.ſeſſ.24.de reform.* † vbi inferiores prohibentur de huiuſmodi cauſis cognoſcere, nam intelligitur de inferioribus Epiſcopo ſubditis prout ità practicari in Curia Romana teſtatur *Flores.q.24.n.15.*

Et quamuis prælatus inferior excepto Epiſcopo 16 non poſsit dici habere territorium, † nec de iure communi, nec de conſuetudine, quæ non poſſet operari, quod in eadem ciuitate, vel diœceſi eſſent in ſolidum duo capita, quaſi monſtra. *c.quoniam. & c. quanto. de offic.ordin.* 17 Tamen † ſunt aliqui Abbates hoc habentes ex priuilegio Papæ, qui ſolus hoc poteſt concedere *Panormit.in c.cum contingat. 13.col.6. in princ. verſ.nec conſuetudo.n.18.de for.compet.* vbi ſubdit quod inferior non poteſt quærere ſibi territorium tanquam ſeparatum ab Epiſcopo, ità 18 vt faciat caput in eadem ciuitate, † vel diœceſi, cum hoc ſit abſurdum, & impoſsibile; Poterit tamen hoc facere quærendo territorium quaſi ſub Epiſcopo, vt Epiſcopus habeat ſaltem vniuerſalem iuriſdictionem habitu, & prælatus inferior habeat quaſi ſub eo, licèt ab exercitio excludatur Epiſcopus, prout in exemptis, & ſimilibus, vt declarat *Abbas. in d. c. cum contingat.2.n.19.de for.compet.* ſequitur *Balb. de præſcript.p.5.q.11.col.1.in fin.n.9.verſ.quod procedit* 19 Vbi † etiam *n. 7.* ſubdit quod inferior prælatu poteſt præſcribere certam partem diœceſis cum territorio excludendo prorſus Epiſcopum in illo loco ab exercitio iuris Epiſcopalis priuatiuè non cumulatiuè *Abb. in c. auditis. de præſcript.* 20 Sic † dominus prouinciæ habet ius in tota prouincia, niſi aliquis præſcripſerit illud ius in aliqua ciuitate, vel caſtro intrà prouinciam. poteſt enim tale caſtrum cum territorio ad alium pertinere, & ſic facere per ſe territorium à prouincia *Idem Abb. in c.nimis. 29.col.2. post med. verſ. hæc vera ſecundum. n. 1. in fin. de iur. iur. Rol conſ.33.n.28 lib.3.*

Non obſtat quod iſta loca exempta, ſeù nullius diœceſis iudicentur per *Conc. Trid. ſeſſ.23.c.10.* 21 intrà diœceſim † ad effectum conceſsionis huiuſmodi litterarum dimiſſorialium, prout in ſpecie concludit *Henriq. in ſum. lib.10. c.22.in fin. verſ. viuente epiſcopo.* vbi quod capitulum quamuis habeat in quædam oppida iuriſdictionem quaſi epiſcopalem contentioſam & voluntariam, non concedit viuent. Epiſcopo dimiſſorias ſubditis, quia etiam monaſteria exemptorum dicuntur eſſe intrà fines diœceſis, prout ità teſtatur *Idem Henriq. vbi ſuprà* obtinuiſſe Epiſcopum Salamantinum Romæ de anno 1581. Et 22 quod derogatum ſit conſuetudinibus, † & priuilegijs quò ad Abbates circà iſtas dimiſſorias dicit *Ignat.Lop.in adait. ad Diaz.in praxi c.26.in verb. ſine licentia ſui præſulis. verſ. hodie vero ſecundum.f.127. Sim. Maiol. de irregularit.lib.4.c.8.& c.5.n.5.Rebuff.in prax.lib.1.c.9.n.6.*

Quia reſpondetur prædicta procedere in his, qui prætendunt ius aliter, quam ex vi ordinariæ iuriſdictionis, & iure proprio, Aliud autem in iſtis Abbatibus, de quibus agimus, qui tanquam 23 facientes omnia, † quæ ad Epiſcopum pertinent, & gerentes ſe tanquam Epiſcopi, & in omnibus illis ſimiles non debent includi ſub illa generali diſpoſitione, quæ ſolum debet reſtringi ad eos, qui ſunt eiuſdem generis; Maximè quando ageretur de præiudicio tertij *Gloſ.in l.3.in verb.qualibet.C.de ſeruis fugit. alderin. conſ.2.de arbit.in fin. Rimin.Iun.conſ.19 n.54. & conſ.46.n.111.* & in ſpecie de huiuſmodi Ab- 24 bate de quo loquimur ità declarat, † licèt ſub dubio *Flores. var. quæſt.lib.3.q 24.* vbi etiam teſtatur plures fuiſſe admiſſas dimiſſorias ſimilium perſonarum, quamuis dicat quæſtionem dubiam, & egere declaratione ſummi Pontificis, ſine qua nihil firmandum eſt, cum hæc omnia diſputationis gratia dicta ſint, & vt magis veritas quæſtionis reperiatur.

Quibus adde, quod Abbas, qui exercet iuriſdictionem ordinariam in aliquo territorio ex conſuetudine immemorabili confirmata à ſe- 25 de Apoſtolica, † poterit concedere huiuſmodi litteras dimiſſorias ad ordines, ita vt ei non obſtet ſupradicta diſpoſitio *Concil. c. 10. ſeſſ.* 26 *23. de reform.* † Cum talis conſuetudo cenſeatur confirmata tanquam conſuetudo tribuens iuriſdictionem, non autem exemptionem, & ideo neque obſtat. *c.cum nullus. de temp ordin.* 27 *in 6.* † Nam hoc ius non competit Epiſcopo & dignitati Epiſcopali excluſiue ad alios ita vt non poſsit conſuetudine præſcripta induci, & ideo hic cum habeamus conſuetudinem confirmatam, non eſt dicendum, quod tollatur 28 per d. decretum, † Ita in ſpecie reſoluit *Rot.*

coram

coram Card. Seraphin. Salamantin. iurisdictionis. 9. may. 1594. & voluit *Glos. in d. c. cum nullius. 9. inferiores. in verb. indulta n.* quam alios sequi testatur ibidem *Franc col. vlt. in princ. n. 5. Glos. in c. episcopum. 7. in verb. & testimonio. in fin. 9. q. 2. Petr. Greg. Tolosan. syntag. iur. lib. 4c. p. 3. c. 2. col. vlt. in princ. n. 19. vers. competit namque. Capell. Tholos. decis. 451. cum prælato inferiori. Calderin. cons. 2. de præscript. col. 2. in princ. vers. poterit tamen dare.* Verum prædicta decisio *Rot. coram Card. Seraphin. Salamantin Iurisdictio-* 29 *nis* fuit renocata, cum contrarium senserit *sacra Congregatio Concily* vt audiui; ideo super ea non poterit fieri fundamentum, & alijs clarius in capite particulari omnia Deo dante explicabuntur iuxta declarationes superiorum.

Et propter eandem rationem etiam dicimus 30 quod d. Abbas possit visitare Ecclesias, † non autem quod huiusmodi visitatio pertineat ad Episcopum iuxta c. 8. *Concil. Trident. sess. 7. de reformat.* Illud enim decretum non obstat ta- 31 li Abbati, cum loquatur de ordinarijs, † quorum appellatione comprehenduntur etiam inferiores in materia adaptibili *Felin. in c. postcessionem, 7. in princ. de probat. Franc. in c. 3.* 32 *in 4. notab. n. 3. de offic. ordin. in 6.* † Maxime si consuetudo sit talis, quæ ne dum eximat Ab- 33 batem sed etiam tribuat iurisdictionem, † quo casu territorium dicitur effici propria diœcesis Abbatis *Io. Andr. in c. nimis. col. penult. ad fin. de iureiur. Anchar. in c. postulasti. n. 45.* 34 *de for. compet. col. 20. in princ.* † & ita in specie quod Episcopus hoc casu non possit visitare, & quod Abbati non obstet d. Concilium concludit *Rot. coram Card. Seraphino Salamantina* 35 *iurisdictionis. 9. Maÿ. 1594.* † vbi etiam quod non poterit Episcopus visitare tanquam delegatus sedis Apostolicæ. Quia Concilium hoc tribuit tantum ordinarijs, & Episcopus in hoc lo- 36 co non est ordinarius, sed Abbas, † cum visitatio pendeat ab ordinaria iurisdictione *c. 1. de censib. in 6.* Et quamuis decretum Concilij deroget consuetudinibus, non tamen derogat con- 37 firmatis, † quando præsertim non essemus in nuda exemptione, sed in consuetudine, quæ ordinariam tribuit iurisdictionem *Host. in sum. de offic. ordin. in 6. Abb. in c. cum contingat. n. 5. de for. compet.*

Neque obstabit decretum *eiusdem Concilÿ. sess. 24. c. 9.* Quia illud non tollit iurisdictionem *præfati c. 8. sess. 7.* loquentis generaliter de ordinarijs, 38 quorum † appellatione tam Episcopi, quam inferiores comprehenduntur *Glos. in c. quamquam. 2. in verb. loci. de vsur. in 6. & in clem. 1. in verb. diœcesanis. de iur. patron.* Et cum simpliciter loquatur de exemptis non est trahen- 39 dum ad eas Ecclesias, † quæ habent proprios prælatos habentes iurisdictionem ordinariam, non enim est verisimile Concilium hoc casu voluisse subditos grauare duplici onere visitationis, vt declarat *Rot. decis. Salamantina Iurisdictionis. 9. Maÿ. 1594. coram Cardin. Seraphino.*

Et quod iste Abbas ordinarius possit subditos suos visitare est *cons. Oldrad. 1. 6. prima quæstio. aliàs 204. ad med. n. 5. vers. item quæritur. Gemin.* 40 *in c. 1. in princ. n. 2. de censib. in 6.* † cum alijs per *Flores. pract. quæst. lib. 3. q. 24. n. 23.* vbi quod inferior id potest acquirere consuetudine, quam Concilium approbat; ità vt Abbati habenti iurisdictionem priuatiuam alio modo compe- 41 tat ius visitandi, † quàm Archidiaconis, & alijs inferioribus, scilicet iure ordinario *Oldrad. d. cons. 204. n. 5.* Vnde ipse non tenebitur seruare formam Archidiaconis, & alijs inferioribus traditam, cum non sit inferior, nec sub Epi- 42 scopo, vt declarat *Flores d. q. 24. n. 23.* † Vbi etiam *n. 24.* subdit neque ipsum posse visitari ab Episcopo tanquam delegato sedis Apostolicæ *ex c. 9. Concilÿ sess. 24.* cum illius dispositio limitetur in habente iurisdictionem episcopalem, & in habente temporalem laicam in locis sibi subiectis, prout ità seruari, & decisum *in Rota* testatur.

An autem Abbas possit dispensare in interstitijs, 43 verius est illum non posse † vt notat *Rodriquez in declaratione motus proprij Sixti V. tit. de los censos dub. 8.* quem refert & sequitur *Flores q. 24. n. 5.* vbi etiam testatur ità fuisse resolutum *in congregatione Concilÿ.*

Poterit tamen simplicia beneficia, & curata con- 44 ferre *c. 2. & fin. 16. q. 4* † & interponere auctoritatem in permutationibus, & resignationibus simplicibus *Rebuff. in prax. lib. 3. de permutat. n. 20.* Et decretum *Concilÿ. sess. 24. c. 18. de reform.* de modo prouidendi Ecclesiæ parochiali vacanti intelligitur etiam in d. Ab- 45 bate ordinario † prout *in Rot. & congregat. Concily* declaratum fuisse testatur *Flores. d. q. 24. n. 21. ad med.*

Quemadmodum etiam poterit habere studia, & le- 46 ctiones sacræ Scripturæ † *Brun. de hæret. c. 5. n. 18. Concil. Trident. sess. 5. c. 1. de reformat.* Ex quo etiam dicitur illum posse habere seminaria, cum decisiones de seminarijs habendis 47 verificentur etiam in talibus Abbatibus † vt testatur ita declarasse congregationem Concilij *Flores. q. 24. n. 30.*

Ita etiam potest præscribi ordinatio clericorum 48 per inferiorem puta Abbatem, † vt faciat ordinare suos subditos, per quem Episcopum voluerit, & sic per alium, quam per ordinarium, hoc enim est præscriptibile *c. veniens. de præscript. Balb. eod. tit. p. 5. q. 11. n. 9. tom. 17. f. 91.* 49 Dimissoriæ † enim sunt de lege iurisdictionis respectu subditorum, Nam licet ordinare sit ordinis, & pertineat ad legem diœcesanam 50 † *Brunell. de legat. conclus. 10. col. 3.* Præbere tamen materiam, & subditos licentiare, & 51 examinare, † & approbare est iurisdictionis *Abb. in c. dilectus. 7. in fin. de offic. ordin. Flor. q. 24. n. 8.*

EPI-

EPITOME.

STatutum vt contrahens matrimonium clandestinum incurrat pœnas exhæredationis vel similes an procedat stante Concilio annullante talia matrimonia. ¶ Princeps secularis quo casu possit coadiuuare legem Romani Pontificis per adiectionem pœnæ. ¶ Ex actu nullo quando quis puniatur. ¶ Beneficium an amittat clericus qui nulliter matrimonium contraxit. ¶ Mater an perdat tutelam filiæ per transitum ad secunda vota inualida. ¶ Filia quando possit exhæredari si cum vno tantum concubuit, & luxuriosè viuat, licèt non sit ab aliquo cognita, & an sit necessaria monitio parentum, & an talis inhonestè vita debeat esse in lupanari. ¶ Et quid si contraxit nuptias cum persona vili an priuetur successione patris, & dote. ¶ Differentia inter viuere luxuriosè & esse luxuriosam. ¶ Nomina significantia delictum, probitatem, negotiationem, aut similia an verificentur in vnico actu. ¶ Legatum factum cum conuicio, & infamia legatarij an subsistit. ¶ Relictum cum conditione non nubendi alicui an valeat, & amittatur per nuptias inualidas, & quid si cum eo inhonestè viuat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vt contrahens clandestinè matrimonium incurrat aliquas pœnas an habeat locum stante Concilio, per quod inualidantur similia matrimonia. n. 7. 8. 15. & 16. & quid si fuerit consummatum. n. 17.*

2 *Matrimonia clandestina prius secundum Canones valebant.*

3 *Princeps secularis quando possit adiuuare legem Romani Pontificis per adiectionem pœnæ, & n. 63.*

4 *Ex actu nullo quis non potest puniri. Intellige vt n. 9. 13. & 19.*

5 *Iudex nulliter iudicans non facit litem suam.*

6 *Alienatio, & cessio nulla non comprehenditur in statuto prohibente cessionem, & alienationem.*

10 *Clericus nulliter nubens an perdat beneficium ipso iure. n. 14.*

11 *Mater perdit tutelam filij per transitum ad secundas nuptias etiam nulliter contractas.*

12 *Actus celebratus contra legem dicitur nullus ad fauorem eorum, qui contraxerunt, non quò ad damnum, & odium facientium. n. 23.*

18 *Filia an mereatur pœnam exhæredationis, quando in corpus suum peccauit, & an sufficiat si ab vno tantum sit carnaliter cognita. n. 30. 31. 32. 34. 35. 36. & 37.*

20 *Statuti verba debent intelligi cum effectu. Declara. vt n. 21.*

22 *Ratio eadem trahitur ad casus similes.*

24 *Legatum factum alicui dummodo non nubat tali an amittatur per matrimonium nulliter contractum, & quid si cum eo inhonestè viuat n. 26. & an sufficiat unicus concubitus. n. 29.*

25 *Legatum an valeat si prohibeantur nuptiæ cum aliquo.*

27 *Luxuria non debet plus habere quàm castitas. n. 44.*

28 *Pœnæ contra nubentes extenduntur ad eos, qui non castè viuunt.*

33 *Doctores debent intelligi secundum iura quæ allegant.*

38 *Exhæredationi an sit locus quando filia meretricatur, vel etiam sit necessaria monitio parentum. n. 39. & an talis vita debeat esse in lupanari. n. 40. & 41.*

42 *Filia an possit exheredari si contraxit nuptias cum vili persona. n. 41. & 45.*

46 *Pater tenetur dotare filiam, quæ nupsit indigno. n. 47. Quamuis prius peccasset in corpus suum, & posteà nupsisset. n. 48.*

49 *Nomina significantia delictum quando verificentur in primo actu.*

50 *Differentia est inter esse luxuriosam, vel viuere luxuriosè.*

51 *Luxuriosè viuere dicitur qui prodigali luxuria viuit cum abusu cuiusque rei, & more perditorum. n. 52. & 54.*

53 *Ex luxuria matre inopia conflatur egestas rei familiaris.*

55 *Vnicus actus non sufficit ad probitatem.*

56 *Mercator quis non dicitur ex vnico actu negotiationis.*

57 *Contrariorum eadem debet esse disciplina.*

58 *Luxuriosa vita filiæ sufficit ad effectum exheredítationis, quàuis non fuerit ab aliquo cognita.*

59 *Luxuriosa vita potest esse sine contactu corporis.*

60 *Pater relinquens iure institutionis filiæ iam exheredatæ ob vitam luxuriosam censetur relinquere iure legati, & tale relictum dicitur ob pietatem, & misericordiam. n. 61.*

62 *Legatum factum cum conuicio & infamia legatarij non valet.*

CAPVT CCXIII.

STatutum, seu constitutio, quod filia contrahens clandestine matrimonium incurrat ali- 1 quas pœnas, an hodie procedat † stante decisione *Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon.* Vbi disponitur similia matrimonia clandestina non valere, nec esse matrimonia. Videbatur prima facie non esse locum huiusmodi pœnis, quia prius secundum Canones matrimonium clandestinum valebat dum- 2 modo † probaretur, & nullum esset impedimentum *c. 1. de clandest. despons. Dec. cons. 162. in causa matrimoniali. in princ. Ferrett. cons. 51. n. 1. lib. 1. Cephal. cons. 503. n. 25. lib. 4. Prapos. Alex. in c. locator. col. fin. qui fil. sint. legit.* Vnde non mirum erat si contrahentes tale matrimonium po- 3 terant exhæredari, & alijs pœnis affici † Cum Princeps secularis possit legem Romani Pontificis adiuuare per adiectionem pœnæ, quidquid alias non possit illam tollere; Maxime vbi statutum illius disponeret circa materiam ad se pertinentem, & non obuiaret alijs regulis *glos.* in

in clem. ne romani. 2. in verb. tolli. de elect. Felin. in c. 1. de sponsalib. n. 13. col. 8. ad med. vers. & prohibitus. & vers. & ad rationem. & post Card. Imol. in c. ex tua. de cleric. non resident.

Quæ omnia cessant hodie, cum ex decreto eiusdem concilij matrimonia clandestina sint nulla, † Vnde non est dicendum, quod ex actu nullo quis possit pœna exhæredationis puniri, cum contractus habeatur, ac si non esset celebratus, neque enim factum frustratorium pœnam efficaciter committit, quasi ex nihilo nihil fiat *Bald. in l. & qui lem. 5. n. 1. in 2. not. C. si mancip. ita fuer. alienat.* † Et faciunt quæ dicuntur de Iudice nulliter iudicante, qui non facit litem suam, neque pœnam meretur, Et de alienatione irrequisito Domino, quæ non intelligitur de inualida, † Et de cessione nulla, quæ non comprehenditur in statuto puniente cedentem potentiori, Et in similibus casibus de quibus per *Felin. in c. ex tenore. 16. col. 5. in prin. n. 6. vers. & ibi dicit singulariter. de rescript. cum alijs late per Tiraq. de retract. lignag. g. of. 2. §. n. 5. vsque ad n. 8.*

Et ita in specie statuti, de quo agimus concludit *Ludou. Molin. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 176. col. 4. ad med. vers. obseruo hodie* † sequitur *Thom. Sanchez. de matrim. lib. 3. disput. 3. n. 6 col. 8. in princ. vers. hanc sententiam. Barbos. in l. 1. p. 4. n. 39 ff. solut. matr. Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 57. n. 42.*

Contrarium tamen prædictis non obstantibus est dicendum, quia statutum, de quo agimus solum considerauit factum per se malum etiam sine vllo effectu, † cum ex matrimonio clandestino inualido multa, & plurima damna, & inconuenientia sequi possint; Ideo non mirum, quod pœnæ contra facientes similia matrimonia etiam nulla habeant locum, Etenim vbi lex considerat solum factum, & animum facientis, † sufficit vt actus sit nullus ad incurrendam pœnam *Felin. in c. ex tenore. 76. col. 6. in fin. n. 9. vers. cæterum ad multa præallegata de rescrip. post. Card. in clem. 1. oppos. 8. col. 3. in princ. de consang. & affin. Bald. in c. ex parte. n. 20 de appellat.* dixi *supr. c. 36. n. 56. vsque ad n. 64.* & multis similibus comprobat *Gonzal. ad reg. 8. cancellar. glos. 57. n. 43. vsque ad n. 56.*

Præterea ex quo fuit contractum matrimonium etiam clandestinum videtur non stetisse per eum qui contraxit, Vnde meritò ex isto affectu incurretur pœna, † prout dicimus de clerico nulliter nubente, qui perdit beneficium ipso iure, quasi habuerit animum illud perdendi, qui saltem, quantum in eo fuit, contraxit, cum etiam non debeat esse melioris conditionis, qui nulliter contraxit, quam qui valide, quamuis non sequatur copula, & quamuis matrimonium sit nullum ex quocumque alio defectu, quam consensus *Rom. cons. 488. n. 5. & cons. 483. col. 2. in fin. & ibi Mandos. in verb. consanguinei. & in verb. contraxisset. Rot. per Cardin. Lancell. Lucana hospitalis. de insula. 13. iunij 1576.* cum alijs de quibus supra *c. 5. n. 38. & 39. & late per Tiraq. de retract. lignag. §. 25. glos. 2. n. 9.*

Idem est in matre, quæ perdit tutelam filij per transitum ad secundas nuptias etiam nulliter contractas, † non secus ac si matrimonium valuisset, quasi censeatur habere tutelam pro derelicta; neque enim in hac materia inspicitur facti validitas, sed solum factum, prout in specie concludit *Bald. in c. ex parte. n. 20. de appell. Gonzal. ad reg. 8. cancellar. glos. 57. n. 53. Peregr. de iur. fisc. tit. 15. n. 6. lib. 3.*

Præterea, cum simus in actibus celebratis contra legem, solùm dicendum est illos esse nullos quantum ad commodum, † & fauorem eorum, qui sic contraxerunt, non quo ad damnum, & odium facientium, quo casu reputantur validi *Bald. in l. non dubium. n. 10. C. de legib. Monter. decis. 46. n. 47. Tiraq. de retract. lignag. glos. 2. §. 1. n. 9. & gl. 2. §. 26. n. 8. Corn. cons. 143. circa primum. col. 1. in fin. lib. 3. Card. Alex. in c. 1. in princ. col. 4. vers. quæro. de probibit. feud. alienat. per Feder.*

Accedat quod vbi concurrit identitas rationis ita punitur quis pro actu nullo, † sicut pro valido, vt in bigamia, quæ contrahitur ex matrimonio nulliter celebrato, quasi par ratio sit puniendi matrimonium siue teneat, siue non, cum inspiciatur animus delinquentis, qui fecit quantum in se fuit, & potuit *c. cum qui & c. nuper. de bigam. Aym. cons. 191. col. penult. ad med. vers. sed magis in terminis. n. 7.* † vbi etiam idem in clerico nulliter contrahente, qui perdit beneficium, cum in eo adsit identias rationis, non secus ac si legitimè contraxisset *Io. And. in c. Ioannes. de cleric. coniug. Anchar. cons. 34. in hac causa. col. 3. vers. & hac ratione tollitur.*

Et hanc opinionem in puncto tenet *Molin. de hisp. primog. lib. 2. c. 16. n. 16. vsque ad n. 21.* † vbi etiam subdit id colligi ex decreto eiusdem Concilij, vbi matrimonium clandestinum declaratur irritum, & insuper præcipitur Ordinarijs, vt tales contrahentes seuere coerceant, atque puniant, ergo factum ipsum sine iuris effectu puniri intenditur; † Et eandem sententiam sequitur *Hieron. Ceuall. q. 5. n. 10. & 16.* & ibi etiam allegat *Gratian. reg. 83. n. 11. & reg. 194. n. 9. Gregor. in l. fin. tit. 3. p. 4. & in l. 10. tit. 1. Veracrux. in append. ad Specul. dub. 11. concl. 6. Guter. pract. q. 4. n. 7. vers. quid tenendum.*

Magis prædicta haberent locum, si vltra matrimonium clandestinum illud etiam fuisset consummatum † *Barbos. in l. 1. p. 4. n. 39. ff. solut. matrim. Segur. p. 2. director. cap. 15. n. 29.* Quasi tunc in corpus suum peccauerit, † ex quo meretur etiam pœnam exhæredationis *Barbos. ibid. post Corras. in l. paulus. ad fin. de stat. homin.* De quo tamen an sufficiat vnicus concubitus filiæ, vt possit exhæredari dicam infra *vers. quamuis in materia.*

Non obstant contraria, quia procedunt quando lex consideraret iuris effectum, † quo casu non incurritur pœna, nisi idem effectus locum habuerit, cum aliud sit, pro vt in casu nostro, quando consideratur solum prauus animus facientis,

cientis, & factum ipsum, tunc enim non attenditur inualiditas actus, cum lex habeat nudum factum pro delicto *Felin. in c. tua nos. 11. col. 4. in princ. vers. sed ex dictis domini. n. 7. de iur. iuran. Aym. consf. 191. n. 7. post Bart. in l. vbi pactum. C. de transact. vbi Ias. n. 22. col. 5. in fin.* cum alijs per *Monter. decis. 36. n. 46.*

Nec facit quod verba statuti debeant intelligi cum effectu *l. 1. §. hac verba. ff. quod quisq. iur.* † & sic de contractibus effectum sortientibus, quasi quod caret effectu, nomine etiam careat *l. cum precibus. C. de probat. l. si quis aliquid. §. testamentum. de pœnis l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testam. aper.* & in specie declarat *Bald. in l. vlt. §. in computatione. col. fin. C. de iur. deliber. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. n. 9. ad med. vers. verum non obstante.*

Quia aliud est in casu nostro, cum ex mente statuentium fuerit consideratum solum factum, quod sufficit stante identitate rationis, quæ mi-

21 litat tam in actu valido, † quam in nullo, & inefficaci *Aym. consil. 191. n. 7.* Vnde si non redditur

22 ratio diuersitatis, illa debet attendi † tam quam communis ad omnes casus *cap. consuetudo. distinct. 1. Glos. in l. sed & si lege. §. item si rem distraxerit. de petit. hæredit. Calder. cons. 1. de*

23 *regular. Aym. cons. 190. in princ. n. 2.* † Maxime quando concurrit odium facientis *Bart. in l. non dubium. col. 3. C. de legib.* & multis similibus comprobat *Paris de resignat. lib. 7. quæst. 1. n. 14. vsque ad n. 25.*

Ex istis etiam colligitur verius esse, quod legatum factum alicui dummodo non nubat tali,

24 ita † amittitur per matrimonium legitime contractum. sicut nulliter celebratum, quamuis contrarium sequatur *Thom. Sanchez. de matrim. lib. 1. disput. 24. in fin. n. 42. ad med. vers. si autem.* vbi etiam allegat *Pelaez. de Merez. de maiorat. quæst. 51. num. 37.* Cum enim testator considerauerit solum factum, non debet attendi ista validitas, quasi mulier voluerit illud legatum habere pro derelicto, faciendo quidquid in se fuit, & sic quantum ad se contraxit ex supra allegatis.

Neque est dubitandum de validitate legati, cum illud valeat, quamuis prohibeantur nuptiæ cum

25 aliquo, † dummodo alteri possit nubere, cum ex hoc non impediatur libertas matrimonij quo ad alios *l. hoc modo. ff. de condit. & demonstrat. Cott. in l. cum tale. §. si quis arbitratu. limit. 5. ff. eod. tit. Aym. cons. n. 6. Surd. decis. 30. n. 27.* cum alijs quos adduxi *supra c. 5. n. 9. Felin. in c. 1. de sponsalib.*

Amplius dictum legatum amittetur, qnamuis illi non nupserit, sed cum eo inhoneste viuat, pro-

26 pter † verisimilem mentem legantis, qui hoc etiam prohibuisset tamquam magis ignominiosum, cum interdixerit matrimonium, ne plus ha-

27 beat luxuria, quam castitas *§. fin. auth. de restitut. & ea quæ par.* Et quia pœnæ contra nuben-

28 tes extenduntur etiam ad eas, quæ † non caste viuunt prout in specie concludit *Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 57. in fin. n. 55.*

Quæ etiam haberent locum, si mulier semel cum eo accubuerit, cum solum sufficiat in corpus suum

29 peccasse, † quasi ex hoc efficiatur turpis persona, & exosa testatori ex vnico concubitu, quamuis etiam ex solo libidinis ardore peccauerit *Io. Fab. in §. soror autem. in verb. adulterinis. num. 6. instit. de inoffic. testam.* quem sequitur *Surd. de aliment. tit. 7. q. 4. n. 34. vers. hæc opinio non vide-*

30 *tur* † vbi amplius extendit ad exhæredationem, quæ poterit fieri per patrem de eius filia, si ab vno tantum esset carnaliter cognita, & vni soli se subiecerit, licet enim non fiat tam grauis iniuria per vnum coitum, sicuti per plures, tamen etiam ille vnicus actus grauiter patrem offendit, & præbet iustam causam exhæredationis, vt per *Surd. d. quæst. 4. n. 4.*

Quamuis in materia exhæredationis, cum de hoc aliàs dubitaretur, dixi veriorem opinionem

31 quod non sufficiat vnicus concubitus filiæ ad † hoc vt pater possit illam iuste exhæredare, cum requiratur, vt mulier vitam luxuriosam elegerit, vt meretrix fiat *Couarru. in cap. rainutius. in princ. col. 7. in fin. num. 15. vers. octauum quod causam iustam. de testam. & ibi Guliel. Benedict. in verb. dotem quam ei dederat. nu. 36. & 37.* & est tex. *in §. causas. vers. si alicui ex prædictis parentibus. auth. vt cum de appellat. cognos. Lup. in c. per vestras. in 3. notab. §. 20. incip. & tenendo istam conclusionem. n. 15. de donation. int. vir. & uxor. Ludouic. Molin. de iustit. & iur. tom. 1. tract. 2. disputat. 176. col. 3 ad med. vers. obserua deinde de iure communi. Thom. Sanchez. de matrimon. disputat. 3. lib. 3. vers. hanc sententiam n. 6 in fin.* Et multis comprobat *Vasq. de success. creat. in repet. l. quoniam in prioribus lib. 1. §. 10. n. 610. fol. 122. C. de inoffic. testam.* & latius *lib. 2. §. 20. p. 3 requis. 29. declarat. 3. n. 152. cum seq. fol. 93. per tex. in l. in arenam. C. de inoffic. testam. l. 3. §. emancipatus. ff. de bonor. possess. contr. tabul. l. si filiam. 19. C. de inoffic. testam. & ibi Bar.*

32 *& Ias. in princ. Salic. nu. 1.* † qui omnes volunt quod turpiter viuat; Et quamuis alij simpliciter dicant sufficere, quod filia peccauerit in corpus suum; Tamen quia fundant se in *d. §. causas.* & in *d. l. si filiam* in quibus disponitur quod viuat turpiter, & luxuriose, & cum flagi-

33 tiosa feditate, † debent intelligi secundum iura quæ allegant *l. non solum. §. liberationis. de liberat. legat.* Et quod ista intelligantur de scor-

34 to, † & non simpliciter notat etiam *Io. Faber. in §. soror. nu. 5. vers. sed contrafacit. instit. de inoffic. testam. Abb. in cap. 1. n. 5. col. 2. in fin. vers. sed circa hoc quæro. de desponsat. impuber.* vbi quod filia potest exhæredari, si turpem vitam

35 elegerit, & ibi attestatur de communi, † & sequitur *Clar. in §. testamentum. q. 31. n. 6. vers. sed quid si filia.* vbi quod turpiter, & obscene debet viuere *Bertrand. cons. 161. nu. 9. & 10. lib. 2. p. 2. Cassan. in consuetud. burgund. rub. 7. des successions.*

36 *§. 2. in tex. si non pour. vers. non orthodoxus.* † vbi quod requiritur, vt filiæ luxurientur *Io. de Plat. in §. 1. instit. de exhæredat. liberor.* prout

37 etiam de turpi, & de generi vita, inhonesta † & inde-

indecente ad effectum exhæredationis loquitur *Bald.conf.253. filia familias. lib.2.*

Et quod magis est non solum requiritur, vt filia vitam turpem, & flagitiosam viuat, & meretricetur, vt possit exhæredari, † sed etiam necesse est, vt à parentibus moneatur dicendo, quod eam volunt matrimonio collocare, & quod non obstante dicta monitione ipsa velit potius eligere eamdem vitam luxuriosam, quam matrimonium *Vasq. de successiom. creat. requisit.29. lib.2. §.20. p.23. declarat. 3. n. 153. ad fin. vers. immo plus volunt. fol.93.* † Licet hoc nullo iure probari posse dicat *Surd. de aliment. tit.7.q.4. in fin.n.36.*

Immo etiam secundum alios requiritur, vt istam vitam luxuriosam eligat in lupanari, † vt sit locus exhæredationi *Ludouic. Molin. de iust. & iur. p.1. disputat. 176. tract.2. col.3.ad med.vers. obserua deinde.* Quamuis neque hoc sit tutum, cum non requiratur ista qualitas, † quod commoretur in lupanari, vt declarat *Gregor.Lopez. in leg.Castell.5.tit.6.p.7.*

Nec facit, quod filia possit exhæredari, si nuptias turpes contraxerit accipiendo scilicet famulum suum in matrimonium, † *Bart. in l. libertum.3. C. de nupt.* Quasi à pari procedant in honesta vita & matrimonium cum vili persona † *Cardin. Tusc. conclus.577. in verb. exhæredatio. n.14 tom.3.* de quo late *Cels. Vgo. conf.38. Rimin Iun.conf.133.n.17.* Vnde multo magis habebit locum exhæredatio, si copiam sui fecit vni, vel alteri sine legitimo coniugio, † ne plus habeat luxuria, quam castitas *§. fin. auth. de restitut. & ea qua parit. Alberic. in dictionar. in verb. luxuria.*

Quia verior est opinio, quod non sufficiat illam nupsisse indigno, cum etiam requiratur, † quod turpiter, & obscenè viuat *Abb. in c.1. n.5. de desponsat. impub.* & de communi testatur *Clar.in §. testamentum. q.41. n.4. vers. sed quid si filia sine patris consensu.*

Ideo dicimus quod pater tenetur etiam dotare filiam, quæ nupsit indigno, † cum hæc ratio indignitatis hodie non sit iusta causa exhæredationis *Dec. in l.nuptias.30. in fin.n.14.& 15.de reg. iur. & ibi Addit.in verb.duobus. Ias.in auth. sed si post. n.6. C. de inoffic. testam. Decian.conf.13. n.17. lib.1.* † cum alijs per *Card. Mantic.* qui de communi *de tacit. & ambig. conuent.lib.12.tit.16. n.9. vers. sed ego considero. Imol. Alex. Salic. & alij.* de quibus *Rimin. Iun. conf.133. n.30. lib.2.* quidquid contrarium sequatur. *Surd. de alim. tit. 1.q.7. n.17. ad fin.* Cum aliter sentiat in eodem tractatu *tit.7. q.1.n.10. & 11.*

Quare etiam si filia minor viginti quinque annis peccauerit in corpus suum antequam contraheret matrimonium, † tamen non poterit ei negari dos à patre, si postea Viro indigno nupserit, quasi matrimonium subsecutum retrotrahatur, & omnem maculam abstergat, maxime si egerit pœnitentiam, licet tunc minor dos esset constituenda propter diminutam conditionem *Soccin. conf.57. in causa restitutionis n.2. in fin. vers. dummodo non nubat: ibi quia minor dos. lib.4.* sequitur *Card. Mantic. d.tit.16. n.14.* quidquid contrarium teneat *Ruin.conf.151. n.5. lib.4.*

Neque obstat, quod etiam ex vno, vel altero fluxu pro filia incurrat pœnam exhæredationis, † quasi dicatur luxuriosè viuere, cum nomina significantia delictum verificentur etiam in ipso vnico, vel primo actu *Franc. in c.1.n.3. de vita & honest. cleric. lib. 6.* per tex. *in l. mariti. 29. §. qui quastum. ff. de adulter. l. quid sit fugitiuus.17. de adil. edict. c.fin. de rapt. in 6. Abb. in c.1. col. vlt. ad med. vers. interdum ista nomina. n.38. de iudic. Rom. conf.404. in casu proposita consultationis. n.2.*

Nam verius est mulierem solum dici viuere luxuriosè, quando fornicationis vitio fuerit assuefacta, † cum aliud sit esse luxuriosam, vel viuere luxuriosè *l. & mulieri. 15. ff. de curator. furios. vel prodig.* vbi *Glos.* explicat quod tunc interdicitur bonis mulieri luxuriose viuenti, quando prodiga est suæ personæ, vnde præsumitur etiam esse rerum, & quando prodigali luxuria viuit, † hoc enim est viuere luxuriose *l. ex damni. 40. in princ. vers. quia honestius modus. & ibi Glos. in verb. luxuria. de damn. infect. l. non debet. 12. & ibi Glos. in verb. luxurioso. ff. de dol.* per quæ iura id etiam concludit *Alberic. in verb luxuria* vbi quod significat prodigalitatem, & abusum cuiusque rei per *l. si vero non remunerandi. §. adolescens. ff. mand. l.1. §. idem iulianus. ff. de edil. edict.* Quod etiam declarat *Petr. Gregor. syntagm. iur. p. 2. lib.13. c.6. n.4.* † vbi quod luxuriose viuens dicitur, qui nimis splendide, & more perditorum viuit, & cum immoderata luxuria, cum tales qui in luxuriam profundunt pecunias similes sint illis, qui eas perdunt, † cum ex luxuria tanquam matre inopiæ conflentur egestas rei familiaris *Flor. lib.4. epit.c.1. Salust. de bell. catil. in princ. Plaut. in trinu n. etiam in princ.* quod † etiam sequitur *Dec. in c. pastoralis. in fin. n.9. vers. sed ista responsio. de iudic.* cum alijs de quibus late per *Coll. in repet. c. si pater. in verb. legauit. col. 10. ad med. vers. quoniam & si agnoscam. n.39. de testam.in 6. Pinell.in l.fin n.115. & 122.C.de bon.matern. Ant. August.emend.lib.4.c.11. late Cald.de restit.in integr. in verb. cum non absimilis.n.15. vsque ad 19.*

Et facit quod è contra dicimus de probitate, ad quam non sufficit vnicus actus, † cum immo necesse sit, quod in pluribus, diuersisque actibus quis perspectus, & exploratus sit, vt quis pro bono iudicetur *Io. Fab. in prob. instit. §. cumque hoc Deo propitio. vers. ex multis rerum argumentis. per l.1. C. de athlet. lib. 10.* cum alijs, de quibus per *Tiraq. de pœn. temp. caus. 51. n.159.* † vbi etiam quod neque ex vnico actu negotiationis quis dicitur mercator *l. 1. §. 1. de tribut. act. l. procuratoris. §. quæritur. eod.tit. Franc.in c.1. de vit. & honest. cleric. in 6.* vnde nec etiam luxuriosa vita poterit dici in filia, nisi ex pluribus actibus, vt idem operetur propo-

propositum in proposito, quod oppositum in opposito, & vt contrariorum sit eadem discipli-
57 na, † prout esse debet *l. si quis negotia. ff. de neg. gest. l. si quis putans. §. 1. com. diuid. Alex. cons. 11. videretur prima consideratione. col. penult. ad med. n. 13. lib. 7.*

Adde tamen, quod ad effectum exhæredationis suf-
58 ficeret etiam vita luxuriosa filiæ, † quamuis non fuerit ab aliquo cognita, vt quia erat arcta, licet enim stuprum non fuerit consummatum, tamen satis est, vt sit deuentum ad actum proximum, siue ad conatum *l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleric. c. 1. §. item si fidelis. in verb. vel concumbere se exercuerit. quib. mod. feud. amitt.*
59 Cum † etiam sine contactu corporalis commixtionis posit interuenire vita luxuriosa, indecens, turpis, & inhonesta *l. non tamen. §. si emancipatus. ff. contra tabul. l. athletas. §. pomponius. ff. de his qui notant. infam.* & in specie exhæredationis concludit *Bald. cons. 253. filiafamilias quæ elegit. lib. 2.* sequitur Cardin. *Thus. conclus. 577.*
60 *in verb. exhæredatio. n. 13. tom. 3.* † Quod etiam procedit quamuis pater ipsi filiæ iam exhæredatæ aliquid reliquerit iure institutionis, quia talis institutio censetur facta iure legati, cum non præsumatur patrem se incontinenti correxisse, vt in puncto concludit *Bald. cons. 257. in fin. vers.*
61 *nec obstat quod pater postea.* † vbi etiam quod dicendum est tale relictum fuisse factum ob misericordiam, & pietatem filiæ, quidquid aliàs illud non valeret tamquam factum cum conuicio,
62 & infamia ipsius legatarij † *l. 3. vbi Glos. in verb. ad ignominiam. C. quemad. testam. aperiant. l. turpia. de leg. 1. l. quoties. 9. §. si quis nomen. & ibi Glos. in verb. contumeliæ. de hæredib. instit.*

Et hæc sufficiant pro declaratione eorum, de quibus fuit quæsitum, cum in alio capite particulari
63 tractandum sit, † quando Princeps secularis possit coadiuuare per adiectionem pœnæ statutum summi Pontificis, & Iudicis Ecclesiastici quo ad contrahentes matrimonium clandestinum, & similia, vt in principio huius capitis dictum est, cum huiusmodi quæstio non sit ita simpliciter intelligenda *Felin. in c. 1. n. 13. de sponsalib. Dec. cons. 234. col. 3. n. 3.*

EPITOME.

ADministrator, creditor, & similes quando præsumantur sibi soluisse de fructibus, & bonis debitoris, cui successerunt. ¶ Et in quibus casibus fructus computentur in debito, & quasi debito, & quid si non fuit factum inuentarium. ¶ Valor bonorum quando inspiciatur in solutione ficta, seu imaginaria, quam præsumit lex factam à creditore succedente debitori. ¶ Sententia an dicatur nulla, si fuit processum ad contradictas non intimata morte, vel absentia procuratoris. ¶ Modus citandi per contradictas quando dicatur in subsidium, & ad eum sit recurrendum, si procurator, & principalis venerunt ad causam. ¶ Procurator suspiciens mandatum solùm ad effectum substituendi quando teneatur ad expensas notarij.

Stephani Gratiani

SVMMARIVM.

1 *Creditor succedens debitori videtur sibi soluisse in simplo, non in pœna. Amplia in administratoribus. n. 2. & quando non exigendo, & sibi non soluendo perdant interesse, & liberentur fideiussores, facto non soluendo debitore. n. 5.*
3 *Quæ fiunt in proprio negotio an præsumantur facta in alieno.*
4 *Negotia pupilli censentur propria tutoris.*
6 *Creditor quando iure proprio, non hæreditario censeatur percepisse fructus, ac accepisse in solutum bona hæreditaria, Et quid si testator mandauerit restitui quidquid supererit de fructibus vltra vitam suam. n. 7. & quid si grauatur restituere bona. n. 13. & 14.*
8 *Fructus quando computentur in debito, vel quasi debito, & cedant in extinctionem crediti. n. 9. & 10. Et quid non existente inuentario. n. 11. & 12. & quid quando creditor vellet vnam rem particularem sibi propriam facere. n. 25.*
15 *Dos quando dicatur debita, vel quasi debita.*
16 *In executione incipiendum est à mobilibus, & in eis præsumitur prius hæres sibi soluisse, quàm in stabilibus. Intellige vt n. 17. 18. 19. & 23.*
20 *Actus præsumitur celebratus ex causa necessaria.*
21 *A primordio tituli formatur euentus posterior.*
22 *Subiecta sunt talia, qualia prædicata demōstrant.*
24 *Hæres postquam alienauit non potest redimendo præiudicare alteri.*
26 *Valor bonorum inspicitur à tempore mortis, & aditionis hæreditatis, cum agitur de solutione præsumenda ad fauorem creditoris in bonis debitoris, cui successit. & n. 27.*
28 *Retentio quando habeat vim solutionis sui crediti, cum succeditur debitori.*
29 *Solutio ficta, & imaginaria idem operatur, quod vera.*
30 *Sententia quādo dicatur nulla, si processum fuerit per contradictas, non facta intimatione principali de morte procuratoris, aut absentia. & n. 31. & 32. & quid si procurator mortuus iam substituisset. n. 33. & 34. & quid in casu, in quo substitutus præmoreretur principali. n. 35.*
36 *Procurator quando teneatur ad expensas notarij quamuis solùm susceperit mandatum ad substituendum. Et cautela super hoc. n. 37.*
38 *Modus citandi per audientiam est in subsidium & quando ad hoc recurratur, si procurator & principalis venerunt ad causam & quid si procurator fuit constitutus in actis. n. 39.*

CAPVT CCXIV.

CReditor eo ipso quo succedit suo debitori videtur sibi soluisse de vniuersis bonis *l. si ei cui vendidit. 41. §. si is qui fundum. de euict. Bart. in l. sed si damnum. §. peculium. aliàs est l. peculium. 10. ff. de pecul. Alciat. Marzar. Port. & alij de quibus per Menoch. cons. 183. n. 35. lib. 2.*
1 Ita † tamen quod fingatur sibi soluisse, & à seipso exegisse solum in simplo, non autem in pœna, ob illam rationem, quia mitius debet fingi à se exactum fuisse, quàm ab altero *Castr. in d. l. peculium. §. siue autem. n. 2. post Gul. de Cun.*

2 *in l.incerti.C.famil hereisc.* † Quod etiam procedet in negotiorum gestore, & similibus administrantibus curam, & tutelam aliorum. Etenim illa quæ fiunt in proprio negotio censentur facta 3 in alieno † quod quis administrat *Bart.in l.gerit. in fin. de aeq. hared.* Vnde quemadmodum censetur præuenisse alios, & sibi ipsi soluisse in eo, quod sibi debetur, vt dictum est; Ita etiam in eo, quod est debitum suo pupillo, vel adulto, vel similibus personis, quæ sub eius administratione sunt, quia aliàs teneretur eis actione tutelæ, & 4 curæ, † quasi ista negotia sua propria censeantur cura, & sollicitudine, Ita in specie declarat *Castr.in d.l.peculium.§.praeterea.n.2.ad med.* Et de Muliere creditrice, & alijs quando præsuman5 tur sibi soluisse, † Ita vt sint in culpa, si sibi non soluerint, & perdant alimenta, & vsuras dotis, & aliud interesse si non exegerint, vt sibi soluant, & debitore facto nō soluendo fideiussores sint liberati dictū est late supra *c.129.n.21.vsque ad n.33.*

Ex quibus dixi, quod ab eo tempore, quo fuerunt soluta debita, censentur creditores hæredes accepisse in solutum ex bonis hæreditarijs tantun6 dem, quantum importabant debita, † & sic percepisse fructus perceptos ex eis iure proprio, non hæreditario, ac illos suos fecisse, nec eos esse excomputandos in extinctionem crediti, cum fingantur deduxisse, quod sibi debitum erat statim post aditam hæreditatem; Vnde etiam in consequentiam fructus tamquam ad eos spectantes acquisiuisse *Soc.Iun.cons.170.n.8.cum seq.lib.2.* quem sequitur *Rot.diuers.decis.680.n.1.& 2.p.1. & coram Card. Seraph. Romana de Micinellis. 29.maij.1598.* & voluit *Castr.in l. peculium.10. in princ. vers. est hic argumentum. ff. de pecul.*

7 Vbi quod hoc procedit, † quamuis testator mandauerit restitui quidquid superesset de fructibus vltra vitam suam, quia non intelligitur grauatus restituere fructus perceptos occasione sui crediti, quod præsumitur deduxisse statim adita hæreditate, sequitur *Marzar.cons.74.n.2. Rum. cons.112.n.18. lib.2. & cons.115.n.13. eod. lib. Roland. cons.65.n.24.lib.2. Menoch. cons.183. n.48.lib.2. Gabr.cons.124.n.9.lib.1. Alciat cons. 172.in fin.& cons.648.aliàs 113.n.19.lib.3.tom. 9. Surd.decis.170.n.1. Petr.Peccb.de testam.coniug. lib.5.c.7. Sim. de Pret. de interpr. vltim.volunt. lib.3.interpret.3.sol.4.dub.5.n.21.ad med. vers.vnde isto casu.fol.355.*

Non obstat, quod fructus computentur in omni de8 bito, † vel quasi debito *l. quod de bonis. §. quod auus.ff.ad leg.falc.Iacob.Rim.cons.518.n.1.Doct. in l.mulier.§.cū proponeretur. ff.ad trebell.* & est tex. *in l.cum quis.§.mulier ff.de dot.prælег.* quem dicit singularem *Rom.sing.36.quod licet.Menoc. de arb.cas.256.n.21.& cons.183.n.41.vers.quinto tamē accedit auctoritas.lib.2. Natt.cons.321.n.3. Card. Mant.de cōiect.vlt volun.lib.7.tit.10.n.22.*

Quia contraria opinio est verior, & magis communis, quod immo non sint excomputandi fru9 ctus, † de quibus agimus in extinctionem huiusmodi crediti, prout testatur *Rot. decis.680. n.2. p.1.coram Card. Seraph. Romana de Micinellis. 29. maij.1598.* & voluit *Glos. in l.mulier. §.cum proponeretur. in verb. quantitatis. ff. ad trebell. Salic. in l. in imponenda. C. ad leg. falc. Castr. cons.19.vltra ea in 4.dub.& cons.186.dubium facit.lib.2. Aym.cons.295.n.3. in 6.dub. Calcan. cons.37. col.4. Alex.in l. deducta. §. qui post. ad trebell. Roland. cons.65. in fin. lib.2. Port. cons. 92.n.94. Socin.Iun.cons.170.n.7.lib.2.* cum alijs per *Menoch.cons.183.n.50.lib.2.* latè *Gabr.* qui de communi *cons.124.col.vlt.n.10.*

Contraria autem procedunt quando hæres fuisset grauatus ad restitutionem nedum bonorum te10 statoris, sed ipsiusmet hæredis, † quasi tunc mens illius fuerit, quod fructus compensentur cum debito, ex quo voluit, quod hæres grauatus bona etiam sua restitueret; Vnde secus est, quando non constat de eius mente, & dispositione *Ruin. cons.112.n.18. & cons.115. n.13.lib.2.* & ita loquitur *tex.in l.quod de bonis.§.quod auus.ad leg. falc.Gabr.cons.124.n.8.lib.1. Rot.diuers.d.decis. 680.n.4.* & ita etiam declarat *Raph.Cuman.in l. cohæredi. §.cum filia. de vulg.& pupill. Alex.in l.mulier.§.cum proponeretur.col.penul.ad trebell. & in l. in fideicommissaria in princ ff.eod.tit. latè Roland. cons.65.n.24. lib.2. Gam. decis. portug. 135. Spin.de testam.glos.18.n.101.* & de veriori opinione latè testatur *Marzar.cons.24.n.3.& 4. Peregrin.de fideicomm.art.35.n.11.*

Secundo contraria habent locum quando non fuisset factum inuentarium, quasi tunc actiones hæ11 reditatis fuerint confusæ per aditionem † *l. debitori. C. de pact.* cum alijs confecto inuentario præseruentur iura, & bona hæredis, ne confundantur cum hæreditarijs, & intelligatur separatum creditum hæredis, cum hæreditas tunc sit tamquam iacens, & non adita, & separatio censeatur facta ipso iure, adeò vt non sit opus alia separatione, vt latè declarat *Surd. decis. 310.n. 13. vsque ad 17.*

Quamuis ista non sint tuta, cum verior opinio sit quod grauatus possit deducere id, quod sibi de12 betur à defuncto † etiam non confecto inuentario, cum bona hæredis non veniant in restitutione, vt latè concludit *Castr. cons. 186. dubium facit.lib.2.& in l.ab omnibus. §.1.de leg.1.Card. Mant. de coniect. vltim.volunt. lib.7.tit.8.n.15.* cum alijs de quibus supra *c.203.& 204.*

Tertio intelliguntur contraria, quando hæres gra13 uaretur restituere fructus, † secus si grauantur restitui bona, vt declarat *Sim.de Pret.de interpr. vlt. volunt.lib.3. dub.5. solut.4.interpret.3.n.22.* 14 *fol.35.* † Licet neque hoc sit tutum cum doctrina *Bart.in l.peculium. la 2.ff.de pecul. de qua supra* habeat locum simpliciter, siue fructus restituendi sint, siue proprietas, quasi non possit inter hos casus aliqua ratio diuersitatis considerari, & sicut solutio fingitur facta in primo casu, ita etiam in secundo, prout in specie contra *Sim. de Pret.* sæpius fuisse resolutum testatur *Surd. decis. 170. n.1.in fin.vers.nec obstat quod contra.*

Quarto procedunt contraria in quasi debito, non autem in debito vero, prout sumus in casu de15 quo agimus, † & ita intelligitur *tex.in l. mulier.23. §. cum proponeretur. ad trebell.* vbi fructus imputantur, quia eramus in dote, quæ da-

tur

tur, aut promittitur post mortem, quæ est quasi debita, non autem in data, aut promissa à testatore, quæ est vere debita, vt declarat *Glos. in d. §. dum proponeretur. in verb. hoc.* & sequitur *Rot. diuers. decis. 680. n. 5.* vbi quod propter æquitatem illud admittitur, & voluit latè *Gabr. cons. 124. n. 7. vsque ad n. 11. lib. 2. Menoch. cons. 183. n. 51.* Vbi quod omnes concludunt illum tex. loqui in dote, quæ dicitur quasi debita à patre filiæ post mortem *Iacob. de Aren. Alber. & alij in d. §. cum proponeretur.*

Quinto debent intelligi contraria, quando constaret peruenisse ad manus hæredis bona mobilia
16 hæreditaria, † quemadmodum enim in executione, quæ fit ad instantiam creditorum in bonis debitoris incipiendum est à mobilibus *l. à diuo pio. §. in venditione. de re iudic.* Ita præsumendum est, quod hæres sibi soluerit eo modo, quo ius disponit *c. ex litteris. de constit. Bart. in l. si fundus. de rei vendic.* Idest quod prius insolutum accepisset bona mobilia, antequam ad stabilia deuentum fuerit, & ita in specie declarat *Rot. diuers. decis. 680. n. 7. p. 1.* & late concludit
17 *Surd. decis. 170. n. 2.* † Dummodo tamen in hæreditate non adessent nisi stabilia, quo casu ita præsumeretur facta solutio, quasi tunc cessent mobilia, in quibus creditor non poterat sibi sol-
18 uere *Socin. Iun. cons. 170. n. 6. lib. 2.* † Intelligendo tamen de pecunijs, & mobilibus, quæ seruando seruari poterant, vt argento, auro, margaritis, similibus, & alijs fructibus extantibus tempore mortis testatoris, secus in alijs nullius redditus, & attritis, ne grauetur hæres per istam fictam solutionem, quæ cum per legem in eius fauorem inducatur non debet in odium retorqueri, prout declarat *Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 22. & 23.*

Quæ magis procederent, quando hæres creditor defuncti alienasset aliqua bona mobilia hæredi-
19 taria, † tunc enim illa imputarentur in eius creditum, quasi sequens actus alienationis censea-
20 tur celebratus ex causa præcedenti, † & ex causa necessaria *l. quædam mulier. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. possess. l. fin. C. de alim. pupill. præst.*
21 *Aym cons. 106. n. 8. & cons. 284. n. 6.* † cum à primordio tituli posterior formetur euentus *l. 1. circa fin. C. de impon. lucrat. describ. lib. 10.* Quasi talia sint subiecta, qualia prædicata demon-
22 strant † *l. si defensor. de interrog. actio. l. 3. vbi Bart. de fund. instr. c. inter dilectos. vers. ceterum*
23 *de fid. instrum.* Et in puncto ita declarat † *Surd. decis. 170. n. 10.* vbi ampliat quamuis res alienata fuisset redempta per hæredem *Socin. Iun. in l. in quartam. n. 88. ff. ad leg. falcid.* vbi de communi, Quidquid ipse disputando contrarium teneat, & concludunt etiam *Alex. Ang. &*
24 *alij in l. marcellus. §. res quæ. ad trebell.* † quasi hæres, qui iam alienauit non possit redimendo mutare propositum in præiudicium alterius *c. mutare. de reg. iur. in 6. l. 1. §. si rem depositam. ff. depos.*

Sexto contraria habent locum, quando hæres vellet vnam rem particularem sibi propriam facere
25 pro suo credito, † tunc enim non requireretur auctoritas Iudicis, & grauatus non posset deducere fructus, aut melioramenta iuxta dispositionem tex. *in l. domos. de leg. 1. l. vbi purè. §. fin. ad trebell.* & ita procedit *l. debitori. C. de pact.* prout declarat *Rot. diuers. decis. 680. n. 6. p. 1.*

Ex prædictis etiam sequitur verius esse, quod inspiciatur valor bonorum tempore mortis testa-
26 toris, † & aditionis hæreditatis, cum enim statim hæres creditor fingatur sibi soluisse, & fecerit fructus suos, quos percepit ex bonis testatoris debitoris, cui successit, dominium est effectum proprium ipsius pro quantitate sui crediti, ne aliàs sequatur absurdum, quod male fructus perceperit. Vnde æstimatio erit attendenda quo ad tempus consecutionis dominij quasi hæres hoc modo minus, in hæreditate inuenerit quantum pro creditis fuit solutum, adeo vt si fuerit diminutus valor dictorum bonorum ad eum pertineat, sicut etiam augmentum pertinere debuisset, Ita in specie declarat *Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 12. & 18. cum seq. Menoch. cons. 183. n. 34. vers. quo ad tertiam dubita-*
27 *tionem. lib. 2.* † Vbi etiam *n. 35.* quod talis hæres grauatus potuisset statim adita hæreditate vendere partem illorum bonorum, vt sibi, & ceteris creditoribus satisfaceret *l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.* Vnde sicut vendendo bona ad huiusmodi effectum habuisset pretium illius temporis; Ita etiam retinendo dicta bona pro suo credito prout lex præsumit retenta fuisse, dicen-
28 dum est sub eadem æstimatione retinuisse, † cum talis retentio habeatur pro solutione sui crediti *Castr. in l. peculium. in princ. ff. de pecul. Socin. Iun. cons. 170. n. 7. lib. 2. cum alijs supra allegatis*, cum etiam ista ficta & imaginaria solutio,
29 quam lex ex sua potestate inducit, † non minus valeat, quàm vera, quasi legis præsumptio sit liquida probatio *Glos. in l. non impossibile. de pact. Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 16. & 17. post Bart. in l. si ei cui. §. 1. de euiction.*

Et hæc sufficiant quo ad merita causæ. Nam quantam ad prætensam nullitatem sententiæ verius est illam non posse dici nullam, quamuis proces-
30 sum fuerit per contradictas † non facta intimatione principali de morte procuratoris, cum permittatur procedi per audientiam absque eo quod intimetur domino dicta mors, quemadmodum etiam permitteretur sine intimatione absentiæ, quidquid contrarium sequatur *Aegid. decis. 494. licet mors. de iudic.* cum Rota
31 seruet contrarium, † *vt per R. P. D. Cordubam Maceen. administrationis bonorum, & coram Cardin. Seraph. Salamantin. capellaniæ cum alijs allegatis per R. P. D. Sacratum Viterbiens. bonorum. 10. iunij. 1600.* & ita etiam seruari in curia testatur *Vestr. in prax. lib. 4. c. 5.*
32 *n. 5.* † Vbi quod acceptato mandato, si procurato recesserit, vel moriatur, datur processus per audientiam docto de absentia, vel obitu *Rot. decis. 5. aliàs 129. de iudic. Fastol. caus. 30. dub. 58.* Debet enim qui procuratorem misit vigilare rebus suis.

Quod etiam procedit, si procurator mortuus iam 33 dominus litis effectus viuens † alium superstitem substituisset, & res esset integra tempore mortis constituentis respectu substituti, videlicet si substitutus onus mandati adhuc non acceptasset, illud enim esset finitum ex substitutione, cum procurator principalis substituerit iure proprio, Vnde contra dominum daretur processus per audientiam docto de morte procuratoris substituentis omissa persona substituti.

Aliud tamen esset, quando principalis procurator substituisset vigore facultatis datæ sibi per do-34 minum, † tunc enim non substituit iure proprio, & tanquam effectus dominus litis; Vnde neque esset extinctum mandatum per dictam substitutionem per mortem substituentis, si dominus viuat tanquam eius nomine illud datum sit *Rot.decis.33. aliàs 414.de procur.in nou.Bisignet.decis.9.eod.tit.Aegid.decis.6. mortuo procuratore.n.1. Vestr.in prax. lib.4.tit.5.n.5.ad med.*

35 vbi † intelligit secus esse in illis casibus, in quibus substitutus præmoreretur principali superstite procuratore, tunc enim remaneret procurator, qui substituit quouismodo substituisset, quamuis etiam solum acceptasset onus procuratoris ad effectum substituendi tantum, neque enim tunc per audientiam, sed cum eo procedendum esset, cum possit etiam mandatum acceptari ad effectum tantum substitutionis,

36 Quidquid † secus sit quo ad effectum soluendi expensas notario, cum ad illas teneatur quamuis solum mandatum susceperit ad substituendum tantum *Rot. decis.23. aliàs 303. de procur. in nou.*

37 † Cautela autem vt quis teneatur est, quod detur mandatum per compulsum, & demum acceptetur onus ad effectum substituendi tantum, & fiat substitutio, prout ex stylo ita consueuisse facere cautos procuratores dicit *Papazanus ad decis. Rot. 26. aliàs 733. de procurat.in nou.*

Verum esset, quod si principalis, & procurator venerunt ad causam, non sufficeret relatio de re-38 cessu principalis † quo ad effectum citandi per audientiam, quia iste modus citationis per audientiam est in subsidium, neque ad eum recurritur, vbi pars præsens reperitur in curia, prout censetur esse præsens principalis existente pro eo procuratore; Ideo non sufficeret diligentia contra dominum, nisi etiam fieret contra habentem ab eo mandatum *Aegid. decis. 155. de iudic.* Quare si fuit constitutus procurator in 39 actis, † qui acceptauit mandatum, si eo non citato fuit processum per contradictas, sententia erit nulla non facta diligentia contra procuratorem *Rot. coram Card. Lancellotto Sorana S.Pauli.9.iuly.1608.* Alia ad materiam solutionis imaginariæ ponam latius infra in capite particulari, cum postea in simili casu fuerint multa discussa, quæ facient ad declarationem eorum, quæ superius sunt firmata.

EPITOME.

Haeres grauatus quando possit cogi ad faciendum inuentarium solemne, seu descriptionem per substitutos. ¶ Et cui incumbat onus probandi dominium, & possessionem bonorum defuncti, & quod illa peruenerint ad manus hæredis sic inuentarium fuerit omissum, & quæ probationes sufficiant. ¶ Et quid in bonis mobilibus, & quæ vsu consumuntur. ¶ Remissio inuentarij quando possit fieri. ¶ Et an saltem tunc descriptio requiratur. ¶ Fideicommissarius in quibus casibus iuret in litem contra hæredem non conficientem inuentarium. ¶ Vsufructuarius quando amittat vsumfructum non describendo bona mobilia. ¶ Hæres an teneatur medio iuramento patefacere bona defuncti, & an tale iusiurandum possit recusari, & referri. ¶ Et quid in vxore circa bona relicta à marito, itaut si non iurauerit perdat dotem, & lucra nuptialia. ¶ Et quid in actione rerum amotarum, & similium. ¶ Et an talia iuramenta deferentes possint cogi prius ad iurandum, quod illa non deferunt per calumniam. ¶ Et quid in patrono, Parente, Filio, & Fisco.

SVMMARIVM.

1 *Hæres excusatur à confectione inuentarij si fideicommissarius non postulet illud fieri.*

2 *Substituti tam primi, quàm sequentes possunt compellere hæredem ad conficiendum inuentarium. n. 3. & 4. Sufficiet tamen descriptio, nec requiritur inuentarium solemne. n. 5. 6. 7. & 8.*

9 *Fideicommissarius debet probare bona relicta per testatorem peruenisse ad manus hæredis; licet agendo contra tertium deberet etiam docere de dominio. n.10. Intellige vt n. 11. & 12. Et quid si agatur contrà filium. n. 13.*

14 *Bona non dicuntur paterna quamuis inter filios fiat diuisio, nisi de eis in diuisione hoc dicatur, Et quæ coniectura in hoc casu attendantur. n.16.*

15 *Filiatio non inducit immixtionem hæreditatis, & quando procedat regula filius ergo hæres.*

17 *Hæres grauatus tenetur conficere inuentarium, ita vt eo non facto, neque admittatur præsumptiua probatio, quod mobilia sint vsu consumpta. n.18. Intellige vt n.21.*

19 *Cautela pro illis qui debent reddere rationem de his quæ vsu consumuntur.*

20 *Remissio inuentarij potest fieri in praiudicium legatarij, & fideicommissarij, non autem creditorum.*

22 *Descriptio bonorum est facienda, quamuis sit remissum inuentarium.*

23 *Fideicommissarius debet probare bona hæreditaria peruenisse ad manus hæredis, qui non confecit inuentarium. Limita in tutore, & similibus. n.24.*

Dispo-

25 *Dispositio adstringens tutorem ad inuentarium est pœnalis, & non amplianda.*

26 *Fideicommissarius non potest iurare in litem aduersus hæredem non conficientem inuentarium. & n.28. Contrarium. n.29. sed prima opinio est verior. n.30. & de ratione. n.31. Declara vt n.34. & 35.*

27 *Actio tutelæ est bonæ fidei, quæ autem competit fideicommissario circa inuentarium est stricti iuris.*

32 *De similibus ad similia etiam in pœnalibus datur extensio vbi adest eadem ratio. Intellige vt n.33.*

36 *Hæres grauatus debet requiri ad conficiendũ inuentarium, vt possit contra eum iurari in litem.*

37 *Vsufructuarius amittit vsumfructum quando requisitus non vult bona mobilia describere. Intellige vt n.38.*

39 *Probationes leuiores sufficiunt fideicommissario contra hæredem, qui non conficit inuentarium circa bona mobilia, & quales debeant esse. n.40. & 41.*

42 *Hæres grauatus ad petitionem substituti debet patefacere medio iuramento, quæ sint bona hæreditaria, quod iusiurandum non poterit recusari neque referri in substitutos. n.50.*

43 *Vxor tenetur respondere hæredibus viri de patrimonio defuncti patefaciendo bona hæreditaria per iuramentum, & si hoc non fecerit an perdat lucra nuptialia, & dotem. n.44.45. & 46. & de quibus bonis hoc intelligatur. n.47. & 49.*

48 *Mulieribus ignominiosum est euagari, & summa laus domi se continere.*

51 *Iusiurandum potest deferri in actione rerum amotarum, quod non potest recusari, neque referri. Amplia vt n.52. & 56. & de ratione. n.53. Intellige vt n.54. & 55.*

57 *Deferentes iuramentum possunt cogi ad iurandum, quod illud per calumniam non deferunt. Fallit in patrono, & parente. n.58. & an hoc sit correctum de iure Codicis. n.59. & 60. & quid in filio. n.62. & in procuratore fisci. n.64.*

61 *Lex potest remittere iuramentum, non homo. num.63.*

CAPVT CCXV.

Fideicommissario non postulante fieri inuentarium hæres excusatur, si illud facere 1 omiserit. † Talis enim descriptio prodest substituto, nec est hæredi nociua, Ideo ad postulationem substituti debet fieri *l. 1. §. item aiunt. de acqu. plus. arcem. l. creditorem. de euict.* & in specie ita concludit *Guidopap. decis. 351. n. 3.* 2 *Bero. q. 118. n. 4.* † vbi ampliat etiam quando essent facti plures gradus substitutionum, quia tam primus, quàm sequentes substituti possunt compellere hæredem ad confectionem inuentarij. † Quicquid contrarium sequatur *Ias. in l. inter omnes. in princ. n. 2. vers. ponderat etiam. ff. qui satisd. cog.* † Cum eius opinio non sit recepta, vt testatur *Peregr. de fideicommiss. art. 35. n. 25. in princ. & in fin. vers. & ne dum primus.* & sequitur *Purpur. in addit. ad Ias. in d. l. inter omnes. in verb. substituto. post Galiag. in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. Rolan. de inuent. q. 19. ad med. n. 1. vers. subdens quod hæc conclusio. tom. 8. p. 2.*

Illud tamen inuentarium est intelligendum de 5 quadam descriptione, non autem de illo, † de quo in *l. fin. C. de iur. delib. Ruin. conf. 159. n. 15. lib. 3.* per tex. in *l. cum tale. 71. §. titius hæredem. de condit. & demonstrat. & ibi Castrens. ad med. ver. sed aduerte.* vbi quod non sunt necessariæ solemnitates, de quibus *in d. l. fin.* cum sufficiat, 6 quod fiat eo modo, quo tutor tenetur; † Cum enim inuentarium fit caput rationum debet fieri per hæredem grauatum, qui debet rationes reddere, aliàs perdet trebellianicam sicut falcidiam *Bal. in d. §. titius. in 3. notab. Socin. conf. 51. viso testamento n. 1. lib. 3. Cephal. conf. 296. n. 49.* 7 *lib. 2.* † Quicquid contrarium sequantur *Couarr. in c. rainutius. §. 11. n. 10. de testam. & Osasc. decis. 147. n. 22.* dum volunt esse faciendum inuentarium cum solemnitatibus, non descriptio- 8 nem. † Quia contraria opinio est verior, vt sufficiat descriptio *Soccin. Iun. conf. 131. n. 5. lib. 1. Paris. conf. 25. n. 47. & 51. lib. 1. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 7. tit. 6. n. 4. Roland. de inuent. q. 19. n. 1. & 2.*

Ex prædictis colligitur verius esse, quod onus probandi in casu, de quo agebatur, debet spectare 9 ad fideicommissarium, † quod scilicet prætensa bona mobilia fuerint relicta per testatorem, & peruenerint ad manus hæredis *Alex. conf. 82. perspectis his quæ in themate. col. penul. in princ. n. 13. vers. quantum autem ad pecuniam.* 10 *lib. 2. Aym. conf. 316. n. 4. dub. 8.* † Quidquid aliud sit quando ageretur contra tertium possidentem cum titulo; Quo casu fideicommissarius etiam deberet probare dominium, cum agendo contra hæredem sufficiat probatio solius possessionis, quasi tunc testator præsumatur dominus eorum, quæ possidebat tempore mortis suæ, cum hæres non possit allegare turpitudinem defuncti sui auctoris, prout faceret dicendo eum possedisse bona aliena *Roland. conf. 46. n. 6. lib. 3. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 6. n. 5. Mascard. de probat.* 11 *conclus. 777. n. 5.* † Cum etiam hæres semper debeat habere ratum factum defuncti, quando ex illius resistentia argueretur idem defunctus de mendacio, aut turpitudine; Et sufficeret probatio possessionis defuncti tempore contractæ obligationis, & de præsenti possessio hæredis sine alia probatione dominij etiam 12 in casibus, † in quibus deberet de illo constare, & idem dominium posset refricari *Castrens.* qui dicit singulare, & alibi non reperiri *in l. rem alienam. 41. n. 4. de pignor. act. Negus. de pignor. 3. m. p. 8. n. 7.*

Quæ etiam procedunt, quamuis ageretur contra filium, non enim satis erit fideicommissario 13 dicere, † quod bona, quæ filius possidet descendunt à patre, quasi iuris præsumptione ab eo in filium peruenerint, sed etiam debebit probare, quod fuerint possessa à patre, probando iden-

identitatem rerum, cum possit esse, & non esse quod prouenerint à patre ideò est incerta probatio, quæ non attenditur, & tanquam dubia contra probantem est interpretanda, & sic quod aliunde filius habuerit, quàm à patre *Alex. cons. 171. n. 3. lib. 3.* & de veriori opinione latissimè testatur *Surd. decis. 339. n. 4. & per tot.* contra *Mazar. de fideicommiss. q. 58. & cons. 19. & Menoch. cons. 207. n. 12. lib. 3.*

Quinimmo patre mortuo, si inter filios fiat diuisio 14 adhuc bona non præsumuntur paterna, † si nihil tale de hoc dicatur in diuisione; quamuis etiam diuidentes protestati fuerint nolle præiudicium fieri testamento sui auctoris per talem diuisionem, cum ex hoc non sequatur, quod omnia illa bona essent testatoris *Alciat. cons. 778. n. 4. Alex. cons. 104. n. 1. lib. 4. Mascard. conclus. 200. Surd. decis. 339. n. 5. & 19. p. 2.* vbi id magis extendit, quando non probaretur 15 quod filius adiuisset hæreditatem patris, † nam ex filiatione non bene infertur, quod hæres se immiscuerit, cum dictum *Apostoli* filius ergo hæres procedat eo declarante se esse hæredem, vel agente *Imol. in l. si eum dotem. §. transgrediamur. col. 1. solut. matrim. Roland. cons. 70. n. 17. lib. 1.*

Attendetur tamen in huiusmodi probationibus qualitas personarum patris & filij, eorumque 16 industria, † & an interuallum intercesserit à morte patris ad diuisionem, & an adsint coniecturæ contra filium, & an simus in bonis, quæ filius possedit viuente patre, cum alijs, de quibus *Peregr. de fideicomm. art. 43. n. 21. Surd. d. decis. 339. n. 19. Mascard. conclus. 778. n. 23. Natt. cons. 358. Alciat. cons. 778. n. 4.*

Non obstat, quod hæres grauatus teneatur confi-17 cere inuentarium, † cum debeat reddere rationem de consumptis, & neglectis *Bald. in l. cum tale. §. titius. de condit. & demonstrat. Marzar. de fideicomm. p. 2. q. 54. Cephal. cons. 196. n. 49. lib. 2.* Itaut non confecto inuentario, neque admittatur probatio præsumptiua, quod bona 18 etiam mobilia sint vsu consumpta, † quasi oriatur alia præsumptio contraria, quod non conficiens inuentariū illa occulcauerit *Ruin. cons. 69. n. 4. lib. 2. Caualcan. de tut. n. 60.* Quidquid aliàs illa præsumptio sufficeret quando sumus in his, quæ per spatium alicuius temporis vsu consumuntur, vt in aliquibus suppellectilibus, & mobilibus, de quibus per *Bart. in l. quod ad præsens.* 19 *n. 3. vers. simile dico. C. de murilegul. lib. 10.* † vbi dat cautelam pro tutoribus, & officialibus publicis, qui debent reddere rationem de rebus, quæ vsu consumuntur, vt sufficiat probare quod in tanto tempore verisimiliter debuerunt posse corrumpi tot ex illis suppellectilibus arg. *l. fin. de alim. pupil. præstand.* sequitur *Alex. cons. 45. n. 3. lib. 1.*

Quia in casu, de quo agimus, hæres fuit exoneratus 20 per testatorem à confectione inuentarij, † quæ remissio potuit fieri in præiudicium fideicommissariorum, & legatariorum, cum esset in potestate illius limitare fideicommissum, quidquid aliud fit in præiudicium creditoris *l. videamus. §. iurare. de in lit. iur. Castrens. in l. nemo potest. de leg. 1. Bald. in l. fin. §. cum igitur. C. de iur. delib.* & declarat *Alex. cons. 82. n. 15. col. penul. ad med. vers. & non potest imputari. lib. 2. post Doctor. in l. cum tale. §. titius. ad trebell.*

Secundo hæres grauatus non tenetur conficere inuentarium, nisi ad requisitionem fideicommis-21 sarij, † qui poterit super hoc implorare officium iudicis *Capell. Tholos. decis. 315. Peregr. de fideicommiss. art. 35. n. 25. vers. attamen id verum est.* Quo casu tantum tenebitur ad so-22 lam descriptionem, † quamuis etiam testator releuasset hæredem à confectione inuentarij, cum illa non obstante posset peti dicta descriptio suis expensis *Castrens. cons. 366. super primo puncto videretur. in fin. vers. ad vltimum respondeo. lib. 1. Plot. de in lit. iur. n. 598. Caualcan. de vsufr. n. 72.*

Tertio quamuis per hæredem grauatum non fue-23 rit factum inuentarium, † tamen non per hoc releuatur fideicommissarius, vt non debeat probare bona, quæ prætendit adfuisse in hæreditate, & peruenisse ad manus hæredis, cum hoc sit fundamentum suæ intentionis, cum doctores non distinguant an sit confectum inuentarium, nec ne, prout indistinctè loquitur *Aym. cons. 316. dub. 9.* cum alijs per *Mascard. conclus. 777.* & in specie neque hoc casu obesse omissionem inuentarij concludit *Peregr. de fideicommiss. art. 35. n. 24.* quod prius voluit *Alex. in l. in ratione. la 1. §. quod vulgo. col. antepenult. ad med. n. 14. post. Raph. Cuman. ibid. ff. ad leg.* 24 *falcid.* † Quidquid aliud sit in tutore, & similibus, quibus potest imputari non conficientibus inuentarium fauore pupilli, cui ætas suadet, vt subueniatur, cum aliud sit in fideicommissario, qui debebat curare descriptionem bonorum, seu inuentarium fieri implorando etiam officium iudicis *Capell. Tholos. decis. 315. in princ. Bero. q. 118. n. 3. in fin. vers. & ad hanc confectionem. Corn. cons. 303. in fin. n. 8. lib. 1.* Cum 25 etiam dispositio † adstringens tutores ad inuentarium in priuilegium pupilli sit pœnalis, ideo non extendenda ad istum casum, vt considerat *Alex. in d. §. quod vulgo. col. antepen. in fin. vers. tamen quia dispositio. n. 14. post med.* ad notata per *Glos. in §. item mixta. instit. de action.* quam dicit singularem *Bald. in c. 1. §. porro. n. 7. col. 3. ad med. vers. nota bene hunc textum. quæ fuit prima caus. benef. amitt.*

Amplius ex prædictis patet, quod neque poterit contra talem hæredem grauatum iurari in li-26 tem, † quamuis non confecerit inuentarium, non enim ex hoc debet aliquod damnum pati, cum imputet sibi fideicommissarius, qui illud non petijt, vnde aliter quàm per iuramentum debebit probare, si prætendit adfuisse alia bona in hæreditate, neque enim est conueniens, vt deferatur iuramentum in actione ex testa-27 mento, sicut in actione tutelæ, † cum hoc sit bonæ fidei, vt notatur *in l. tutoris. in princ. C. de administrat. tut.* Illa autem quo ad hunc effe-

effectum reputetur actio stricti juris *l. alias. de in lit. iur.* Ita in specie concludit *Alex. in l. in ratione. la 1. §. quod vulgo. col. antepenul. ad med. n. 14. ff. ad leg. falcid.* vbi etiam allegat *Raph. Cuman. ibid.* 28 † & secundum hanc opinionem pluries fuisse iudicatum testatur *Peregr. de fideicommiss. art. 35. n. 27. in fin.* quod etiam voluit *Raph. Fulgos. conf. 81. punctum super quo consultatio. col. penult. post med. vers. quod autem de in litem iurando Raph. Cuman. conf. 30. statuto cautur in effectu. col. vlt. in princ. vers. quod autem dicitur de iuramento. Vincent. Herecul. in l in ratione. la 1. §. quod vulgo. ff. ad leg. falcid. Raudens. decis. 19. n. 76. vers. primus casus est. latè Ludou. Molin. de primogen. hispan. lib. 1. c. 28. n. 5. vers. nec hoc casu. & n. 9. vers. pro cuius opinione.*

Verum est, quod secundum alios erit locus d. iuramento in litem contra heredem ad fauorem sub- 29 stituti, † & fideicommissarij, prout concludit *Marz. ar. de fideicomm. p. 2. q. 54. in fin. Plot. de in lit. iur. n. 399. alias §. 26. n. 3. Ruin. conf. 29. n. 10. & 11. lib. 5. Mascard. de probat. conclus. 778. n. 27. Socin. conf. 46. col. 2. n. 3. lib. 1. Cephal. conf. 392. n. 14. lib. 3. Alciat. conf. 116. est casus praesens. in fin. n. 7. tom. 2. lib. 5. Corn. conf. 196. in fin. n. 5. lib. 3. Roland. conf. 71. n. 50. lib. 2.* vbi etiam allegat *Guiliel. Matner. in l. quo tutela. n. 39. de reg. iur. Perald. in l. 3. §. qui fideicommissum. n. 43. de hared. instit. Claud. de Seisel. in l. mulier. §. si haeres. ad trebell. Phanuc. de iuram. in lit. c. 2. p. 2. n. 24. Osasc. decis. 147. n. 21. ad med. vers. addens fideicommissarium. Surd. decis. 339. in fin. n. 21. p. 2.*

Non esset tamen recedendum ab opinione *Alex.* qui voluit non esse locum hoc casu iuramento 30 in litem, † cum eius auctoritas cum *Raphaele Cumano Peregr. Fulgos. Herculan. & Molin.* sit maior vltra rationes superius adductas, non obstantibus allegatis per *Marz. Surd. Plot. Mascard. Phanucc. Osasc. & Cephal.* qui solum loquuntur in specie casus nostri, cum alij per eos allegati non concludant in hærede grauato, sed in tutoribus, & similibus administratoribus, prout *Ruin. Socin. Alciat. & Corn.* vnde eorum dicta debent intelligi secundum do- 31 ctores per eos adductos, † Et diuersa ratio est in tutore, & in hærede grauato, vt dictum est, cum magis sit fauendum pupillis, in quorum priuilegium inductum est, vt possit iurari in litem, & quamuis etiam in pœnalibus, statutis, & consuetudinibus procedatur de similibus ad 32 similia, † vbicunque adest eadem ratio naturalis, & ciuilis *Bart. in l. eadem. §. cato. ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. de interdict.* Tamen quando pœnæ apponuntur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, tunc nulla potest fieri ex- 33 tensio de similibus personis ad similes † nec de casibus ad casus *Bald. in c. 1. §. porro. n. 7. quæ fuit prima causa benef. amitt.* & in specie ita concludit *Alex. in d. l. in ratione. la 1. §. quod vulgo. n. 14. ad leg. falcid.*

Vlterius opinio eorum, qui volunt esse locum iuramento in litem contra hæredem grauatum, procedit, quando hæres vocatus obtinuit delibe- 34 rationem, † & non facto inuentario hæreditatem recusauit, quasi tunc præsupponatur dolus hæredis, qui causa expilandi hæreditatem deliberationem petierit, & bona non confecto inuentario acceperit, prout loquitur *tex. in l. fin.* 35 *§. penult. C. de iur. delib.* † Cum aliud sit quando nulla petita deliberatione illico hæres adiret, tunc enim non iuratur ob inuentarium non confectum, vt considerat in specie *Raph. Fulgos. conf. 81. col. penul. post med. vers. quod autem. de in litem iurando. Cuman. conf. 30. col. vlt. in prin. vers. quod autem dicitur.*

Præterea contraria procedunt in hærede grauato 36 & requisito ad conficiendum inuentarium, † si enim illud non fecerit ex contumacia, & dolo patietur pœnam iuramenti in litem, quasi ex hoc sit in delicto, vt declarat in specie *Molin. de primogen. hispan. c. 28. lib. 1. n. 10.* Exemplo vsufru- 37 ctuarij, qui amittit vsufructum † quando requisitus, vt describat bona mobilia, recusat profiteri *Bertrand. conf. 243. n. 6. lib. 1. Phanuc. de in lit. iur. c. 2. p. 2. n. 22. Zas. conf. 18. n. 22. Molin. d.* 38 *c. 28. n. 10. lib. 1.* † Intelligendo dummodo sint notabilis æstimationis; Quia in modicis cessat suspicio doli, & fraudis *Aym. conf. 300. n. 4.*

Subuenietur tamen fideicommissario, vt in aliquo releuetur contra hæredem grauatum non conficientem inuentarium, vt sufficiant eius pro- 39 bationes leuiores, † & non ita plenæ, quibus habebitur fides quo ad bona mobilia, quæ facilius surripi possunt, prout in puncto concludit *Gabr. conf. 121. n. 5. 3. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 28.* vbi etiam, quod tali casu ex præsumptionibus, & ex testibus de credulitate ad- 40 mittetur probatio, † in quo plurimum operabitur Iudicis arbitrium, qui considerata personarum qualitate, & circumstantijs facti poterit informare votum animi sui, & arbitrari bonorum quantitatem *Bald. in auth. ex testamento. col. 4. ad med. n. 7. vers. vndecimum capitulum. C. de collation. per l. vtrum. de donat. int. vir. & uxor.* Itaut etiam aliquando sufficiant 41 testes de auditu, & de publica voce, & fama *Socin. conf. 249. materia præsentis consultationis. col. 22. in princ. n. 28. vers. secundo quaritur. lib. 2.*

Quibus adde, quod etiam isti hæredes grauati ad petitionem fideicommissarij, & substituti tenebuntur patefacere medio eorum iuramen- 42 to bona hæreditaria, † cum istud iusiurandum succedat in locum deficientis inuentarij, quod nullo pacto poterit recusari, neque per hæredes referri in substitutos, cum debeat suscipi etiam per inuitum, tamquam delatum ex iuris dispositione, quo casu non est locus delationi, quidquid alias possint similia iuramenta ad deferentem referri; Hæres enim tenetur aliquo modo satisfacere de sua conscientia per hoc iusiurandum, vt vndiquæ veritas exquiratur ob defectum inuentarij, Itaut illo non præstito possit contra eum pronunciari, quamuis actor nihil probauerit, cum hoc non sit iuramentum probationis, sed cuiusquam purgationis

gationis *Glos. in l. actor. 23. in verb. factum. in fin. C. de probat. & in l. scimus. 22. §. licentia. in verb. illius. C. de iur. delib. & in l. fin. §. fin autem. in verb. sacramentum. C. de fid. instrum. Cole. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 402.* cum alijs quos latè adduxi supra *c. 59. n. 14. vsque ad n. 20.*

Idem aliàs Dixi, cum de hoc quæreretur, de vxore, quæ eodem modo tenetur respondere hæredibus viri de patrimonio defuncti, † quod habebat tempore mortis, patefaciendo bona hæreditaria per eius iuramentum in locum deficientis inuentarij, quod tenebatur facere *l. 2. vbi Glos. in verb. iurata. C. quand. & quib. quart. pars debeat. lib. 10.* Ius enim vetus mandat fieri ab vxoribus mortuo marito inuentarium omnium bonorum eius, aliàs submouebuntur à petitione rerum dotalium non extantium, quasi illas præsumerentur subrepsisse, potius quàm maritus consumpsisse, prout etiam excludebantur à petitione lucrorum nuptialium veluti † donationis propter nuptias, aut hypoboli, ob quam præsumptionem etiam tenebantur filijs cæterarum rerum nomine, quas ipsi iurassent fuisse in bonis patris mortis eius tempore, Itaut nec in hypothecis essent potiores creditoribus defuncti. † Ignosceretur tamen mulieri dotem suam prosequenti, si lapsa ignorantia iuris hoc inuentarium non fecerit, non quo ad lucra nuptialia, cum mulieri ius ignoranti subueniatur in damno, non in lucro *l. quamuis. & l. vlt. C. de iur. & fact. ignor. l. error. ff. eod. l. iuris. C. qui adm. ad bon. poss.* † Licet quo ad dotem esset necesse, vt prius se iureiurando purget se nihil suppressisse ex bonis defuncti in locum deficientis inuentarij, prout hæc omnia declarat *Cuiac. lib. 4. obseruat. c. 38.* quod etiam voluit *Constant. Harmenopul. in epitom. iur. ciuil. lib. 1. tit. 13. de inuentar. à femin. facien.* & meminit etiam *Glos. in l. 2. in verb. iurata. C. quand. & quib. quart. pars. deb. lib. 10. & ibi Io. de Plat. in fin. vers. ad hoc autem quod dicitur de vxore.* Et facit *l. marcellus. ff. rer. amotar.* † Intelligendo prædicta circa ipsas res, quæ sunt intra domum, cum ipsa mulier continere se debeat in domo, & non vagari *l. 1. de off. diuers. iudic.* cum ignominiosum habeatur mulieribus euagari, † prout è contra summa laus, si domi se contineant, vt latè per *Cassan. in catal. glor. mund. p. 2. consid. 25.* cum alijs per *Tiraq. de leg. connubial. l. 10. n. 31. cum seq.* † Vnde super his bonis, quæ in domo sunt debebit interrogari *l. consensu. §. super seruis. de repud.* & notat in specie *Io. de Plat. in d. l. 2. in fin. vers. super his ergo. C. quand. & quib. quart. pars debeat. per tex. in l. 1. §. hoc autem. ff. ad syllan.*

Adeo iuramentum prædictum poterit deferri, vt non sit locus recusationi, † neque enim is cui defertur poterit referre ei, qui detulit, vt dixi supra *c. 59. n. 15. cum seq.* Exemplo eius quod dicimus in actione rerum amotarum, potest enim deferri iusiurandum, vt vxor, seu vir iuret se non amouisse, † itaut eis non liceat idem iuramentum referre, non secus, ac in furtis *l. marcellus. cum leg. seq. ff. rer. amotar. Petr. Gregor. syntagm. iur. p. 3. c. 11. in fin.* Quod permittitur ex speciali priuilegio in odium delinquentis,
52 Prout † etiam in omnibus alijs delictis, Et quia dicitur delatum ex iuris dispositione, vt notat *Glos. in d. l. maritus. 11. ff de rer. amotar. in verb. permisisse.* vbi *Additio* subdit, quod etiam non est
53 locus relationi, † quia delictum, de quo quæritur non cadit in scientiam eius, cui defertur, sicut in scientiam eius, cui ab initio fuit delatum
54 *Glos. in l. ideo. 13. ff. rer. amot.* † Quidquid aliud sit quando æqualiter caderet in scientiam vtriusque, tunc enim est locus relationi *l. delata. C. de reb. credit.* Quemadmodum est in hærede amouentis, qui iurare non tenetur, quasi
55 hoc sit factum alienum, † quod ignorari iure potest *l. marcellus. §. is ergo. rer. amot. l. videamus. §. 1. de in lit. iur. Petr. Gregor. syntag. iur. p. 3. lib. 37. c. 11. in fin.* Et de huiusmodi iuramen-
56 tis purgatorijs, † eorum necessitate, ratione, & in quibus exonerent iurantem multa notabilia colligit *Idem Petr. Gregor. syntag. iur. lib. 48. p. 3. c. 15. per tot.*

Deferentes tamen similia iuramenta possunt cogi
57 ad iurandum, † quod per calumniam illa non deferunt *l. marcellus. §. qui rerum. de act. rer. amot. l. fin. C. de fideicommiss. l. iusiurandum. 33. §. qui iusiurandum. de iur. iur. Glos. in c. vlt in princ. in verb. famosa actione. eod. tit.* Nisi sit Pa-
58 tronus, cui remittitur, † prout etiam Parenti, cum non sit verisimile eos calumniari aduersus libertum, & filium *Glos. in d. §. qui res. in verb. iurare. & in d. §. qui iusiurandum. in ver. exigatur. l. de dec. 8. § iubetur. qui satisd. cog. l. qui bona. §. alieno. de dam. infect. l. si patronus. de iur. iur. l.*
59 *licet. de obseq. patron. præst.* † Itaut neque hoc sit correctũ; Quamuis enim de iure Codicis nulli sit remittendum huiusmodi iusiurandum calumniæ
60 *l. 2. §. sed iuta. C. de iuram. calum.* † Tamen verius est in Patrono, & Parente nihil fuisse immutatum *Abb.* qui de communi *in c. fin. n. 5. col. 2. ad med. in 3. notab. de iuram. calum. Salicet. in l. 2. n. 2. C. de iur. iur. propt. calum. dand.* Quia
61 lex remittit, non homo, † cum lex possit remittere, quod homini denegatur, vt explicat *Glos. in l. iusiurandum. 34. §. hoc iusiurandum. ff. de iur. iuran.* & sequitur ibi *Bart. ad med. n. 11.* vbi subdit idem esse è conuerso, quando filius seu libertus defert iuramentum Patrono, & Pa-
62 tri, † Nam illis etiam remittitur ratione seruandæ æqualitatis *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & est tex. in c. 1. §. sacramentum. & §. in quibusdam. de consuetud. rect. feud.* Quamuis contrarium sequatur *Alex. in l. si patronus. n. 4.*
63 *vers. quarit hic. de iur. iur.* † Quasi illud remittatur Patrono propter reuerentiam, quam illi debet libertus, non è contra, sequitur *Salicet. in l. iusiurandum. 36. §. hoc iusiurandum. n. 6. de iur. iur.* cum alijs, de quibus *per Ias. ibidem in 2. notab. n. 4. Bald. in c. 1. §. in quibusdam. de consuet. rect. feud.* & ibi *Prapos. Alex. n. 1. in fin.* dicit hanc esse verissimam opinionem, cum non sit
64 par ratio reuerentiæ, quæ etiam facit, † vt re-

mittatur

mittatur simile iuramentum procuratori fisci ob reuerentiam sui Domini, & Regis, prout ita seruari testatur *Idem Prapos. Alex. in c.1. de controuer. inuestit. n.4. col.1. in fin.* dixi supra *c.56.n.21. Msing. obseru.74. cent.1.*

EPITOME.

PEr prohibitionem factam vsufructuariæ de non alienando quando censeatur relicta proprietas tam in vltima voluntate, quam in contractibus, & stantibus dictionibus taxatiuis, & clausula omni meliori modo, & in subrogatione in locum alterius, cui fuerat vsufructus relictus. ¶ Et quid in concessione affirmatiua de alienando. ¶ Et an operetur nondum facta alienatione cum effectu, & in quibus bonis. ¶ Vsufructuarius cum facultate disponendi quando possit arbitrio suo disponere. ¶ Et quid in hærede rogato per fideicommissum restituere. ¶ Mandatum cum libera quando inducat facultatem donandi. ¶ Relictum prædij ad vsum, gaudimentum, vsufructum, & pro alimentis in quibus casibus contineat proprietatem. ¶ Et quando per legatarium possit vsufructus seu proprietas eligi. ¶ Coniunctio posita inter incompatibilia an resoluatur in disiunctiuam. ¶ Sententia in causa ciuili contra procuratorem substitutum in causis criminalibus an sit nulla, si postea verus procurator prosequitur simpliciter causam appellationis. ¶ Constitutio procuratoris ad causam iam motam quando operetur ratificationem eorum, quæ gesta sunt per eundem procuratorem. ¶ Principalis appellans, seu petens restitutionem in integrum an videatur agnoscere iudicium falsò agitatum, ità vt cesset conditio, super qua fuit interposita stipulatio interesse. ¶ Approbatio actus tamquam gesti & reprobatio tamquam sic gesti quando sit admittenda. ¶ Filius intentando contra tabulas quomodo dicatur approbare testamentum. ¶ Sententia lata prætextu falsorum instrumentorum an confirmetur per appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas censetur relicta per probibitionem factam vsufructuariè de non alienando. Contrarium. n.2. sed prima opinio est verior. n.3. & quid in contractibus. n.36.*

4 *Verba apposita ad diminuendum non operantur augumentum. Intellige vt n.5.*

6 *Vsufructus dicitur formalis, & casualis.*

7 *Facultas alienandi data vsufructuaria an inducat concessionem proprietatis. n.8. & 9.*

10 *Potestas alienandi data vsufructuaria an operetur nondum facta alienatione cum effectu, & in bis rebus, in quibus non est facta alienatio, & an faciat, vt non debeat caueri. n.11.*

12 *Vsufructuarius cum facultate disponendi non potest sua voluntate disponere, sed arbitrio boni viri. Declara vt n.13.*

14 *Hares qui babuit licentiam liberè disponendi post fideicommissum iniunctum quando possit omnia bona alienare in praiudicium fideicommissarij.*

15 *Mandatum cum libera non inducit facultatem donandi. Intellige vt n.16.*

17 *Vsusfructus videtur relictus, non proprietas, quando quis subrogatur in locum alterius, cui testator vsusfructum reliquerat, quamuis adsit probibitio alienandi.*

18 *Proprietas non censetur concessa, si vsusfructus taxatiuè relinquatur, licèt adsit probibitio, seu permissio alienandi. & n.19.*

20 *Verba potius inditantur superflua, quàm vt disponant contra voluntatem defuncti.*

21 *Voluntas colligitur ex coniecturis, & verbis enunciatiuis.*

22 *Relictum prædij ad vsufructum, vsum, gaudimentum, & pro alimentis an contineat proprietatem tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. n.23.25.26. & 27.*

24 *Concessio vsus & vsusfructus est personalis, & finitur morte.*

28 *Intellectus ad l. donationes. §. species. de donation. n.29. & 30.*

31 *Testatore relinquente certam speciem per verba significantia proprietatem, & vsumfructum est in electione legatarij eligere quid velit. Intellige vt n.33.*

32 *Coniunctio posita inter incompatibilia resoluitur in disiunctiuam.*

34 *Clausula omni meliori modo operatur effectum, vt potius in dubio censeatur relicta proprietas. Idem in clausula aquipollenti. n.35.*

37 *Sententia lata in causa ciuili contra procuratorem substitutum in causis criminalibus non est nulla, si postea verus procurator prosequitur simpliciter causam appellationis. Declara vt n.38. Et quid in tacita ratificatione domini. n.39.*

40 *Constitutio procuratoris facta ad causam iam motam operatur ratificationem eorum, qua gesta sunt per eumdem procuratorem antequam mandatum susciperet. Intellige vt n.41.*

42 *Principalis appellans à sententia contra eum lata cum falso procuratore, quando videatur agnoscere iudicium falsò agitatum. Et quid in petitione restitutionis in integrum. n.43.*

44 *Approbatio actus tamquam gesti, & reprobatio tamquam sic gesti quando admittatur. n.46.*

45 *Filius prateritus intentando contra tabulas approbat testamentum tamquam factum, & reprobat tamquam sic factum. & n.47.*

48 *Appellans à sententia lata contra falsum procuratorem facit deficere conditionem, super qua fuit interposita stipulatio, & videtur promisisse interesse, si dominus non habeat ratum.*

49 *Sententia lata pratextu falsorum instrumentorum non confirmatur per appellationem.*

CAPVT CCXVI.

COnfirmandam Dixi sententiam, de qua in casu mihi proposito, tum quia constabat de

de bono iure petentis illius confirmationem, tum etiam quia nullitates propositę non obstant prout ex infrascriptis conclusionibus distinctè apparebit.

Prima conclusio. Per prohibitionem factam vsufructuariæ de non alienando, & distrahendo 1 censetur relicta proprietas, † frustrà enim poneretur talis prohibitio, nisi in consequentiam fuisset etiam cogitatum de proprietate, Vnde ex coniecturis facienda est interpretatio fuisse relictum vsumfructum causalem, qui est coniunctus cum proprietate, non autem formalem, qui est separatus à proprietate, onus enim appositum ampliat interpretationem verborum actus dispositiui, & includit dispositionem permissam, Ita vt modus & forma, quæ traditur à disponente declaret mentem disponentis, & ex ea augeatur effectus, cum etiam verba prolata ad diminuendum quandocunque videantur operari in modum augumenti, adeò vt etiam improprientur, vt potius dispositio valeat, quàm pereat *Bald.* qui dicit notatu dignum in *l. proculus. 22. ff. de vsufruct. & quemadmod. quis vtatur. & ibi Florian. in princ. n. 1.* quam singularem decisionem dicit *Roman. cons. 106. licet de communi. col. 2. in fin. n. 4. vers. tertio ista in propositis. Alex. cons. 153. viso themate. n. 1. vers. & probatur etiam. lib. 7. Socin. Iun. cons. 84. n. 9. lib. 1. Cremens. singul. 28. maritus legauit. n. 1.* vbi latè *Gabr. Saraina in addit. Marsil. singul. 561. capias. Ruin. cons. 39. n. 3. lib. 2. Riminal. Iun. instit. de donation. in princ. n. 157.*

Non obstat quod contrarium sequatur *Rom. in l.* 2 *donationis. §. species. post princ. de donat.* † *Mandos. ad Eund. Rom. cons. 106. in verb legasse. Add. ad Alex. cons. 150. in verb. prohibitionem. in fin. lib. 7. latè Pinell. in l. 1. p 3. n. 41. vsque ad n. 44. C. de bon. matern. Caual. de vsufruct. n. 73. vers. & in terminis nostris. Conn an. lib. 4. c. 3. in fin.*

3 Quia † non est recedendum à prima opinione tanquam magis communi, vt latè concludit *Surd. cons. 572. n. 8. & 41. lib. 4. Paris. cons. 71. n. 1. lib. 2. Alciat. cons. 101. n. 5. lib. 9. Gabr. cons. 108. n. 32. lib. 2. & cons. 143. n. 6. lib. 1. post Fulgos. cons. 13. circa primum consultationis. col. vlt. in fi. &* 4 *Ruin. cons. 133. n. 13. lib. 2.* † Quamuis enim verba apposita ad diminuendum nunquam operentur augumentum, & concessionem nouam *l. legata inutiliter. de leg. 1. l. ex facto. & l. hereditas.* 5 *ff. heredib. instituen.* Tamen hoc est verum, † quando nulla præcessit dispositio concessiua, secus si præcederet, vt hic, Maximè quia ex intentione disponentis apparet, quod voluerit per vsufructum significari dominium, quo casu illud venit, Ita vt etiam possit dici non esse ampliationem, sed latissimam interpretationem, Nam verbum, vsusfructus, potest intelligi de formali, 6 & causali, † Vnde interpretabimur hic de causali vnito proprietati, prout omnia prædicta explicat *Florian. in d. l. proculus. n. 1. vsque ad 7. ff. de vsufr. & quemadmod. quis vtatur.*

Secunda conclusio. Quemadmodum testator censetur reliquisse proprietatem vsufructuario negatiuè disponendo, vt dictum est, quando scilicet 7 licet prohibuit, ne alienet, † ita etiam è contra idem erit, quando affirmatiuè disposuit concedendo facultatem, vt possit alienare, Immo plus operabitur ista concessio affirmatiua, quàm illa prohibitio negatiua, Etenim negatio seu prohibitio conuenit iuri communi, per quod prohibetur alienatio proprietatis vsufructuario. Vnde illa prohibitio potius confirmat vsumfructum fuisse concessum, quàm proprietatem *Roman. in l. donationes. §. species. n. 4. ff. de donat.* Et tamen censetur relicta proprietas, vt dictum est, Quare multo magis hoc erit in concessione alienandi, quæ dum conuenit naturæ proprietatis, dicitur repugnare naturæ vsufructus. Vnde si à natura iudicandum est, verius debet esse, quod hæc concessio alienandi arguat concessionem proprietatis, prout in puncto concludit *Comens. cons. 111. simon petrus. n. 2. vers. nam cum contra naturam vsufructus. Barbat. cons. 64. col. 2 lib. 2. Alciat. cons. 103. lib. 9. tom. 3. aliàs. 562. n. 2. & 3. Socin. cons. 210. satis anceps fui. ad fin. vers. primo quia data est potestas. lib. 2.*

Neque aduersatur quod contrarium concludat 8 *Gabr. cons. 108. n. 31. lib. 2.* † vbi quod permissio affirmatiua disponendi de proprietate, licèt amplicet legatum, non tamen facit, vt censeatur relicta proprietas, quia dat legatario vsufructus potestatem, quam non habebat, vnde non est superflua *Idem Gabr. cons. 143. n. 6. lib. 1. post Socin. cons. 131. in præsenti consultatione. col. penult. ad med. vers. sed in casu nostro videtur. n. 15. lib. 1.*

Quia verior est opinio prima. *Socin.* enim in quo 9 se fundat *Gabr.* sibi aduersatur, † cum contrarium tenuerit *cons. 210. ad fin. lib. 2* vt supra dictum fuit, & de magis vera opinione testatur *Menoch. cons. 10. n. 9. vers. nec aduersatur lib. 1. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. tit. 5. lib. 9. n. 14.* & de communi etiam docet *Curt. Iun. cons. 14. inuocato igitur. col. 1. ad med. vers. sic etiam consuluit.*

Tertia conclusio. Potestas alienandi data vsufructuariæ non operatur nisi dum facta cum effe-10 ctu alienatione, † & in his rebus, in quibus non est facta alienatio *l. sicut. §. si voluntate & §. venditionis. ff. quibus mod. pign. vel hyp. solui. Alex. cons. 58. col. vlt. ad med. n. 11. vers. nec obstat etiam quod testator. lib. 3.* Vbi etiam quod 11 non debet operari, † vt non debeat caueri *l. titius. ff. ad trebell.* secuta autem venditione, aut alienatione operabitur, vt non teneatur ad restitutionem pretij bonorum alienatorum, nisi dolo, aut animo euertendi restitutionem rerum vsusfructus alienatio fieret, tunc enim non admitteretur, cum in generali potestate non veniat dolus, aut facultas dilapidandi, vel donandi absque iusta ratione in præiudicium alterius, verba enim concedentia potestatem alienandi intelliguntur arbitrio boni viri, & non inducunt liberam, & absolu-

solutam voluntatem, & quando alienatio fiat in fraudem proprietarij hoc colligetur ex coniecturis, & inditijs, quorum probatio ad arbitrium Iudicis remittetur, prout omnia prædicta bene declarat *Alex. d. conf. 58. col. penult. & vlt. lib. 3.* sequitur *Parif. conf. 95. n. 73. & 74. lib. 2. Ruin. conf. 109. n. 10. & 11. lib. 2. Imol. in l. penul. ad med. ff. ad senatusconf. trebell.*

Quarta conclusio. Quamuis vsufructuarius cum facultate disponendi non posit pro sua voluntate disponere, sed arbitrio boni viri, 12 † vt dictum est *Alex. conf. 58. col. vlt. lib. 3. cum alijs mox allegatis*. Tamen hoc procedit, quando verba suadent facultatem restringi ad dictum arbitrium. Aliud est, quando fuit concessa libera potestas disponendi, si enim talis conceditur vsufructuario, poterit propria voluntate disponere seposito omni arbitrio boni viri, quia hoc significant verba, liberè, & similia, 13 † ità vt plenum ius censeatur concessum sine alicuius impedimento, Ità in puncto declarat *Gabr. conf. 99. n. 28. lib. 2.* quod etiam voluit *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 5. n. 14. ad med. post Corn. conf. 173. n. 1. & 5. lib. 3. & conf. 64. n. 3. lib. 4.* cum alijs per *Menoch. conf. 10. n. 10. verf. secundo confirmantur. lib. 1.*

Idem dicimus de hærede, qui si habuit facultatem à testatore liberè disponendi post fideicommissum omnium bonorum per eum factum, poterit 14 † de omnibus bonis disponere, cum fideicommissarius solum videatur vocatus in casu in quo hæres non disposuerit, Nam *auth. contra eum rogatus. C. ad trebell.* tunc tantum mandat dari fideicommissario quartam, quando de voluntate testatoris non apparet, quasi tunc censeatur se retulisse ad arbitrium boni viri, quæ interpretatio cessat, quando voluit posse hæredem liberè disponere, cum ex hoc excludatur dictum arbitrium, quasi testator hoc posit facere in præiudicium fideicommissarij *Ruin. conf. 76. n. 13. & 14. lib. 2. & conf. 112. n. 10. eod. lib.* & de veriori opinione testatur *Peregr. de fideicomm. art. 39. n. 46. Gabr. conf. 99. n. 25. 28. & 33. lib. 2.* Quidquid aliàs mandatum cum libera non includat facultatem donandi 15 † *l. filius. §. idem videamus. de donat. Glos. in l. procurator cui generaliter. de procurat.* Quia hic non sumus in constitutione procuratoris, sed in hæredis institutione, & in eo qui non fuit simpliciter grauatus, sed cum facultate disponendi liberè, 16 † quæ facultas quamuis esset simpliciter concessa tribueret potestatem donandi *§. nobis ergo. auth. de restit. Socin. conf. 123. col. 2. & 3. Anchar. q. 12. n. 1. Corn. conf. 173. col. 3. lib. 3. Alciat. conf. 113. & 136. lib. 9. tom. 3. Decian. conf. 27. n. 10. lib. 3.*

Quinta conclusio. Vsusfructus videtur relictus, non proprietas quando quis subrogatur in locum alterius, 17 † cui testator vsumfructum reliquerat, neque enim tunc illud legatum vsusfructus censeretur alteratum per prohibitionem alienationis quando potest alibi referri; Dispositio enim de qua per *Doctor. in l. proculus. 22. de vsufruct.* non procedit quando aliter apparet de voluntate testatoris, cum potius debeat censeri superflua illa prohibitio alienandi, quàm vt operetur contra mentem defuncti *Aym. conf. 26. in fin. n. 30.* & in specie in subrogato in locum alterius ita concludit *Gabr. conf. 115. n. 3. & 4. lib. 2.*

Quare etiam dicimus, quod si in dispositione facta de vsufructu fuerit dictum per testatorem, 18 quod, † is cui relinquitur sit tantum vsufructuarius, tunc non censebitur eidem relicta proprietas, quamuis adsit prohibitio, seu permissio alienandi, quia illa taxatiua excludit omnem extensionem, & declarat mentem testatoris fuisse solum de vsufructu cogitatum *l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. l. rationes. §. quod obtinet. C. de probat. l. hoc pactum. de pact. Socin.* 19 *conf. 75. primo aspectu. n. 1. lib. 4.* † Et in terminis de vsufructu ita concludit *Surd. conf. 572. n. 45. verf. quarto respondeo. lib. 4.* cum etiam illa verba 20 quæ videntur inducere proprietatem † potius sint iudicanda superflua, quam vt deponant contra voluntatem testatoris, vt dictum est ex 21 *Aym. conf. 25. n. 30. Becc. conf. 39. n. 37.* † Cum ex coniecturis quoque, & verbis enunciatiuis posit colligi voluntas defuncti *l. quidam ex testamento. de vulgar. Bart. in l. pamphilo. §. hæc verba. de legat. 3. Menoch. conf. 95. n. 32. lib. 1.* Et quando constat de tali mente, & voluntate 22 adiectio non auget, † aut ampliat, sed limitat & restringit præcedentem concessionem, ita vt neque hoc casu relictum prædij ad vsumfructum contineat proprietatem quidquid aliàs contineret *l. titia. §. fin. de legat. 2. l. species. de aur. & arg. legat. Bart. in l. 4. n. 5. ff. de aliment. & cib. legat.*

Sexta conclusio. Proprietas censetur relicta quan-23 do fuit donata, seu legata certa species, † puta fundus, aut domus, vel quid simile ad vsum, vel vsumfructum, seu gaudimentum, vel pro alimentis, Nàm quamuis concessio vsus, vel 24 vsusfructus sit personalis ex natura rei, † cum finiatur per mortem vsufructuarij, & vsuarij. *§. finitur. instit. de vsufruct. instit. de vsu & habitat. in princ. Bald. in l. apud iulianum. §. si quis* 25 *alicui. de legat.* 1. † Tamen hoc habet locum quando conceditur immediatè vsus, & vsufructus, tunc enim de sui natura est personalis, secus quando prius conceditur res ad vsum, tunc enim dicitur prius translatum dominium ipsius rei, ita vt illa adiectio vsus & vsusfructus postea posita non restringat dispositionem iam perfectam, & per consequens ampliat disposi-26 tionem, † & trahitur ad proprietatem, & plenum dominium, non ad vsum, & ad vsumfructum tantum *Bart. in l. donationes. 32. §. species. de donat. Alex. conf. 223. visis verbis. in fin. n. 5. lib. 2. & ibi latè Add. in verb. ad vsum. Dec. conf. 261. in causa magnifici. col. 3. in fin. n. 6. verf. tertio non obstat. Idem Dec. conf. 238. proponitur. in fin. n. 6. Cremens. singul. 34. lego vxori meæ. & ibi Add.* cũ alijs, de quibus etiam in *Add. ad eumdem Cremens. sing. 28. maritus.*

Rom.

Rom. consf. 229. pro declaratione. in fin. n. 4. vers. quo ad vltimum. Caualcan. de vsufr. n. 78. vers. censetur etiam relicta. Surd. cons. 572. n. 56. lib. 4.

Quæ quidem procedunt tam in vltima voluntate quàm in contractibus, † cum sint verba demonstratiua, non taxatiua, & eadem ratio militet in vtroque casu, dummodo concessio fiat capacibus proprietatis, non spurijs, aut inhabilibus, neque alijs contemplatione illorum Bald. in l. 1. n. 10. C. de inoff. testam. Surd. de alim. tit. 9. q. 11. & tit. 2. q. 1. n. 36. & tit. 5. q. 7. n. 19. cum alijs, quos adduxi supra c. 138. n. 1. vsque ad n. 44.

Non obstat Menoch. de arbitr. cas. 88. n. 35. dum voluit malè colligi per Doctores ex d. l. donationes. §. species. de donat. † quod censeatur donata proprietas, quando res conceditur ad vsum quasi in illo tex. non donasset mater vsum illarum rerum, sed præsupponeretur in illa facti specie per Iurisconsultum illas absolute fuisse donatas, Et quia maritus volebat interpretari d. donationem contra verborum significationem fuisse factam ad vsum filiæ eiusdemque vxoris, Ideò Iurisconsultus d. interpretationem admittit.

Quia respondetur verius esse, quod per Iurisconsultum nulla reijciatur interpretatio mariti, cum immo potius declaret quomodo verba de † quibus in d. donatione debeant intelligi. Nàm in cautione prastita per maritum non declaratur modus donationis, neque separatur proprietas ab vsu, sed solum distinguitur peculium à dote puellæ, Et quia proprietas censetur etiam donata, quamuis ad illum vsum res fuerit concessa; Ideo subiungitur in tex. quod Iudex debeat æstimare, an ita mater fuerit offensa à filia, vt donatio possit reuocari iuxta dispositionem l. vlt. C. de donat. & ita in specie contra Menoch. declarat Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 23. n. 5. vers. sed ego puto aduertendum. Poterat enim esse ratio dubitandi, † Quia ad vsum puellæ res erat tradita; Vnde videbatur potius commodatum, seu precarium, & sic poterat dici esse locum reuocationi, vt notatur in l. lucius. ff. de donat. Et hanc veriorem rationem dubitandi quidquid aliud afferat Glos. dicit Imol. in d. §. species. n. 6. vers. & aduerte.

Septima conclusio. Testator si relinquat certam speciem per verba, quæ significant proprietatem, & vsumfructum, † puta si dicat dominam & vsufructuariam, est in electione legatariæ eligere proprietatem, & sic censebitur proprietaria Imol. in l. titia cum testamento. 35. §. titia cum nuberet. n. 1. vers. sed certè vt hic dicit. de legat. 1. Socin. cons. 210. in princ. vers. aliquando & secundo lib. 2. Pic. & alij per Menoch. cons. 10. n. 11. lib. 1. per tex. in l. si titio fundus. 10. vbi Glos. in verb. vsufructus. de vsufr. legat. l. plane §. fin. de legat. 1. l. legatarius. in princ. de leg. 2. Quasi coniunctio posita † inter incompatibilia resoluatur in disiunctiuam, prout quando substituitur vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, nam simul non potest esse directa, & fideicommissaria, Ideo erit in electione substituti, quam velit eligere l. recusare. §. titius. ad trebell. Bart. qui multa similia adducit in d. l. si titio. ad med. de vsufr. legat. † Quidquid aliud sit quando non disponitur in re certa, & in vxore, in qua de consuetudine id non seruatur, vt per Doct. in l. 1. C. si secund. nupt. mulie. Bart. in d. §. titia cum nuberet. Bald. in l. 3. n. 5. col. 1. in fin. vers. item posset hic quæri. C. de indict. viduit. tollen.

Quæ magis procederent quando esset adiecta clausula omni meliori modo, † quæ operatur effectum, vt potius in dubio censeatur relicta proprietas, prout in puncto concludit Aleiat. cons. 103. col. 1. in fin. n. 11. vers. fortius dico. aliàs 562. Vbi idem firmat in clausula æquipollenti, Quasi † tunc sit necessaria talis interpretatio ad iuuandam mentem testatoris, sequitur Menoch. cons. 10 n. 12. lib. 1 per ea quæ in simili dicit Bal. in l. quoties. ad fin. C. de hæredib. instit. vers. licet ergo testator dicat. n. 3. Felin. in c. cum super. 25. col. vlt. in princ. vers. secundus effectus. n. 11. de offic. deleg. Alex. cons. 12. post reditum. ad med. n. 2. lib. 3. Dec. cons. 14. pro tenui facultate. col. 3. in princ. vers. similiter dixit. Castr. cons. 328. super primo puncto. col. penult. post med. vers. confirmatur etiam conclusio. n. 3. lib. 1. Rimin. Iun. instit. de donat. in princ. n. 507. Curt. Iun. in l. fin n. 49. C. de edict. diui adrian. toll.

Octaua conclusio Quidquid sit quando in vltima voluntate conceditur vsusfructus cum facultate, seu prohibitione alienandi, quo casu censetur relicta proprietas ex supra allegatis; Aliud est, † si in contractibus, vel inter viuos concessus fuerit d. vsusfructus cum eadem facultate alienationis, vel eius prohibitione, tunc enim non esset concessa proprietas, quasi in vltimis voluntatibus possit colligi facilius mens defuncti ex coniecturis, & verbis etiam enunciatiuis, quod non est in contractibus, in quibus debet constare de voluntate expressa, ita vt in eis non detur ampliatiua interpretatio, sed stricta, cum plenior fiat in testamentis, prout in specie concludit Surd. cons. 571. n. 49. vsque ad 55. lib. 4. Vbi etiam quod quamuis verba nihil operarentur, tamen in contractibus hoc admittitur, quidquid secus sit in vltimis voluntatibus Bart. in repet l. 1. col. 8. in princ. n. 9. vers. non obstat hac lex. C. de offic. procur. cæsar. Ceph. cons. 104. n. 25. lib. 1. Socin. in l. hac conditio. in princ. de condit. & demonstrat.

Nona conclusio. Sententia lata in causa ciuili contra procuratorem substitutum in causis criminalibus non est nulla, † si postea verus procurator prosequitur simpliciter causam appellationis, Quia videtur illa acta ratificare, vt in specie resoluit Rot. coram R. P. D. Caualerio Anconitan. pecuniaria. 18. Iunij. 1607. Vbi etiam, quod hodie amplius non potest opponere de nullitate, cum prius non opposuerit, Maxime si idem procurator appellauit simpliciter

citer

citet à d. ſententia, non dicendo de nullitate, quia videtur agnoſcere iudicium agitatum 38 de eius conſenſu, † Quidquid aliud ſit quando conditionaliter, ſeù alternatiuè appellaſſet *Felin. in c. cauſam quæ. il 1. col. vlt. fall. 10. de iudic. Vant. de nullit. c. vlt. quib. mod. ſent. null. repar. n. 103. in fin. verſ. & intellige.* ſequitur *Rot. coram R. P. D. Caualerio in d. Anconitan. pecuniarum.*

Quibus adde iſtam tacitam ratificationem fieri etiam ſi ex aliqua parte proceſſus apparuerit, 39 quod † idem principalis ſimpliciter proſequutus fuiſſet cauſam ab huiuſmodi falſo procuratore eius nomine inchoatam *l. paulus reſpondit. ff. rem rat. hab.* ſeu quando d. proceſſu ſimpliciter vſus fuiſſet, cum magis facto, quàm verbis ratificatio inducatur *Alex. conſ. 117. viſo proceſſu. col. 2. in princ. n. 2. lib. 2. Dec. conſ. 231. n. 3. col. 3. ante med. verſ. & hoc in terminis.* cum alijs per *Vant. quib. mod. ſent. null. repar. n. 103. in princ.* Sicuti vtendo quis inſtrumento alienationis, vel aliquid ex eo percipiendo confirmat illud, ſi ex defectu conſenſus erat inualidum *Dec. conſ. 58. pro tenui facultate mea. n. 2.*

Quemadmodum etiam conſtitutio procuratoris facta ad cauſam iam motam operatur ratifi- 40 cationem eorum, † quæ geſta ſunt per eundem procuratorem antequam mandatum ſuſciperet *l. iulianus. & ibi Angel. qui ſatiſd. cog.* Habita 41 tamen ſcientia eorum, quæ geſta ſunt, † namaliàs conſtituens procuratorem non videretur per hoc mandatum ratificaſſe *Alex. conſ. 112. ſuper eo dubio. in fin. lib. 5. poſt Ioan. Andr. ad Speeul. de procurat. §. 1. in verb. ſed quid ſi procuratorium.*

Ratio horum omnium eſt, quia ſi idem principalis appellat ſimpliciter à ſententia contra ſe 42 ipſum cum falſo procuratore lata † videtur agnoſcere iudicium falsò agitatum, ac fateri à principio ſuum conſenſum interfuiſſe, cum huiuſmodi ſententia ſolùm eſſet defectiua ob non conſenſum eiuſdem appellantis, Vnde quod ab eius mera voluntate pendet poteſt conualidari, quando enim actus habuit omnia neceſſaria præter conſenſum illius, cuius nomine fuit geſtus, illo ſuperueniente confirmatur, licèt enim reſpectu iudicij Domini antè ſuperuenientem conſenſum non valeret, tamen reſpectu procuratoris ſententia non erat nulla, quod procedit tàm in diffinitiua, quàm in interlocutoria, & tàm in proceſſu, quàm in ſententia, vt declarat *Aegid. deciſ. 29. ſententia lata in perſonam. de re iudic. n. 1. & 2.* & voluit *Bart. in l. 2. in princ. C. ſi ex falſ. inſtrum. & teſtimon. iudic. ſit. Imol. in l. nemo poteſt. col. 3. in fin. n. 3. verſ. ideo nimirum ſi poteſt ratificare. de leg. 3. Gloſ. in l. licet.* 43 *24. in verb. ſolent. in fin. C. de procurat.* † Quod non ſolum procedit, quando appellatur per principalem, ſed etiam quando petitur reſtitutio in integrum, Nam qui vult vnum cenſetur etiam velle id, ſine quo illud eſſe non poteſt, vt in ſpecie concludit *Caſtr. in l. 3. §. falſus procurator. in princ. verſ. ſi ergo appellat. ff. rem. rat. haber.*

Neque obſtat, quod quis poteſt approbare actum tanquam geſtum, & reprobare tanquam ſic ge- 44 ſtum, † Vnde qui appellat reprobat ſententiam vt ſic latam, non autem latam *Bart. in l. 1. ad med. verſ. nec obſtat ſi dicis. C. de arbitr.* Quare filius præteritus intentando contra tabulas approbat teſtamentum de iure prætorio tanquam factum, & reprobat tanquam ſic factum, 45 niſi † enim videretur per prius approbari, non poſſet dari contra tabulas contra teſtamentum, quod eſt nullum, cum tendat ad reſcindendum, & ſic præſupponitur validitas *l. quod vulgo. ff. contra tabul.*

Quia reſpondetur, quod hic approbata veniunt 46 circa diuerſa, & non circa idem, † Etenim dominus approbat factum procuratoris, ideſt quod litigauerit eius nomine, ac ſi mandatum à principio habuiſſet, ſed reprobat ſententiam, & ſic factum Iudicis, Quod non eſt in caſu de contra tabulas, ſi enim videretur approbare teſtamentum vt factum, & reprobare, vt ſic factum iſta approbatio, & reprobatio eſſet circa idem, quod non poteſt ſubſiſtere, ne ſit ſibi contra- 47 rius, † non enim poteſt approbare teſtamentum vt factum, niſi etiam, vt ſic factum, quod non eſt in caſu noſtro, Ideo etiam qui appellat à ſententia lata contrà falſum procuratorem ipſius facit deficere conditionem, ſuper qua fuit interpoſita iſta ſtipulatio, videtur enim promiſſum in- 48 tereſſe, ſi dominus non habeat ratum, † ergo appellans videtur habere ratum, ſi enim non ratificaret, ſententia illa ſibi non noceret, nec eſſet ſibi neceſſaria appellatio *l. in cauſa. §. 1. de procurat.* Vnde ſi appellat videtur velle quod mero iure ſibi noceat, & quod appellatio ſit neceſſaria, prout omnia prædicta ita declarat *Caſtr. in l. 3. n. 1. & 2. ff. rem rat. hab.* Quidquid aliud ſit in ſententia lata prætextu falſorum 49 inſtrumentorum, † & ſic reſcindenda, quia illa non confirmaretur per appellationem *Bart. in l. 2. in princ. C. ſi ex falſ. inſtrum. iudic. ſit* & in alijs caſibus, de quibus per *Doctores in l. ſi expreſſim. de appellat. & per Bald. in l. eos. in princ. col. fin. C. eod. tit.*

Ex prædictis omnibus colligitur rectè fuiſſe iudicatum circà validitatem alienationis rerum de quibus agebatur, quamuis opponeretur illam non valere tanquam factam per vſufructuariam, cum enim fuerit domina, & vſufructuaria cum facultate ei data liberè alienandi, & diſponendi cenſetur relicta proprietas, non ſolus vſufructus, prout quando imponitur eidem vſufructuariæ onus alienandi, quaſi ad hunc effectum idem operetur diſpoſitio affirmatiua, quod operatur negatiua ex adductis *in 1. 2. 3. 4. & 7. concluſione.* Quidquid ſit quando alia voluntas teſtatoris colligeretur, vel eſſemus in ſubrogatione, ſeù in verbis taxa-

taxatiuis, solum, tantum, aut similibus, vel in contractibus, & dispositionibus inter viuos, vt *in 5. & 8. conclusione*, Idem quo ad prædium relictum ad vsum, nam etiam iudicandum est in eo relictam proprietatem *vt in 6. conclusione*, Itaut neque possit dici de nullitate sententiæ, cum per appellationem factam à vero procuratore fuerint ratificata omnia gesta per falsum procuratorem, *vt in 9. & vltima conclusione deductum fuit.*

EPITOME.

Ciuitatis appellatione, quando veniat territorium, ita vt illa damnata censeantur damnati comitatenses. ¶ Diœcesis an priuetur Episcopo, si ciuitas eo fuit priuata. ¶ Dispositio pœnalis, quando sit perpetua, & debeat subintelligi in sententia dicta perpetuitas, & quid in pœna imposita pro contumacia & an censeatur quis potius propter eam condemnatus, quàm propter delictum. ¶ Sententia in contumacia an noceat filijs quo ad pœnas l. quisquis. C. ad l. iul. maiestat. ¶ Condemnatus ad destructionem Castri, an possit illud reficere, & Ciuitas destructa quando retineat iura, quæ antea habebat. ¶ Salis aspersiones ob quas causas fierent ædificijs dirutis ob crimina enormia. ¶ Sal quare adhiberetur in conuiuijs, & coniugijs, & de multiplici vsu, & potestate salis. ¶ De adagijs salem, & mensam ne prætereas, Vicinia salsuginosa sale, & sole nil vtilius, & salem, & oleum emere salis vana satio, sale emptum mancipium, salem & caseum edere, salis onus vnde venerat, Ordeum sale conspersum. Ignis fulguris & sal diuinum, mensa sine salino, sal cum aceto; iuxta sal cuminum, seu fabam, & alia de similibus prouerbijs. ¶ Panis quare vetabatur frangi. ¶ Vxor Loth quare in salem conuersa, & illius statua cur semper integra. ¶ Lapis seu arena, ex qua Christus eleuatus est in cælum cur retineat eadem vestigia impressa, Et de ligno S. Crucis & lapide sepulchri non recipientibus diminutionem, Et sanguine Zachariæ silicibus impresso indelebili. ¶ Sal an validum ad pinguefaciendum corpora, & de sale lignorum ad Rhenum. ¶ Domus criminosi communis cum non delinquente an possit destrui. ¶ Et quid in ea, in qua vxor seu alij habent hypothecam pro suis iuribus. ¶ Pœna dirutionis domorum an imponatur mortuo reo criminis. ¶ Nomina punitorum quare describerentur in marmoribus, & linteaminibus Ecclesiarum. ¶ In conditionibus, quando implementum momentaneum sufficiat. ¶ Conditio si legibus studuerit an dicatur adimpleta ante assecutionem doctoratus, & debeat præstari cautio, & sit præferendus, qui exercet excluso altero non exercente, & quando in vno, vel alio collegio sit sumendus talis gradus. ¶ Conditio adiecta vni legato, quando censeatur repetita in alio, & quid in testamento primo reuocato per secundum an qualitas censeatur in eo repetita.

SVMMARIVM.

1 *Castra non intelliguntur damnata, si condemnetur Ciuitas ad aratrum. & n. 8.*
2 *Diœcesis, quando censeatur priuata Episcopo, si Ciuitas illo priuetur.*
3 *Castra, & villa veniunt appellatione Ciuitatis in beneficijs.*
4 *Ciuitas, quando possit mori. & n. 5.*
6 *Ciuitatis appellatione venit territorium.*
7 *Castrum, quod est de comitatu Ciuitatis potest dici populus non liber.*
9 *Ciuium appellatione veniunt tam illi de comitatu, quàm de territorio. Intellige vt n. 10. 11. & 12.*
13 *Dispositio pœnalis in dubio censetur perpetua.*
14 *Sententia natura est imponere silentiũ perpetuum.*
15 *Dictio, perpetua, in sententia subintelligitur, quamuis non exprimatur, & quid operetur talis expressio. n. 16.*
17 *Pœna imposita pro contumacia an, & quando intelligatur perpetua. & n. 20.*
18 *Sententia lata in contumaciam tamdiu durat quamdiu illa permanet.*
19 *Condemnatus quis præsumitur potius ob contumaciam, quam ob malam causam, & stante appellatione ab ista sententia esset manutenendus in sua possessione. & n. 24.*
21 *Contumacia per se non cadit in delictum. Intellige vt n. 22.*
23 *Sententia lata in contumaciam non nocet filijs quo ad pœnas leg. de quibus in l. quisquis. C. ad iul. maiest. Et ex quibus colligatur illam esse latam ob contumaciam. n. 25.*
26 *Rebelles condemnati ad destructionem murorum castri non possunt amplius illud reficere sine licentia.*
27 *Perseuerantia requiritur in habentibus causam successiuam, nec sufficit ab initio aliquid factum esse.*
28 *Ciuitas destructa, quando retineat iura, quæ antea habebat.*
29 *Salis aspersiones fiebant ædificijs dirutis ob crimina enormia, vt perpetuò sint sterilia, & ob alias causas. vt n. 30.*
31 *Sal quare adhibebatur in coniugijs, & conuiuijs. n. 34. & 35.*
32 *Adagium, salem & mensam ne prætereas, quid significet.*
33 *Panis quare vetabatur frangi.*
36 *Homo vocatur salillus anima.*
37 *Mensa sine salino erat antiquitus prophana.*
38 *Salinum antiqui ponebant inter vasa sacra, & quid esset. n. 39. Et quomodo in mensa collocaretur. n. 40.*
41 *Deos inuocari solitos ab antiquis initio mensæ.*
42 *Salsamentis rem diuinam prisci peragebant.*
43 *Vicinia salsuginosa pro sterili, & inhumana, ac molesta, vel pro negotio multi laboris, & parum frugifero.*

Sale,

44 *Sale, & sole nil vtilius, adagium, & quid significet.*
45 *Vsus & potestas salis multiplex, & de prouerbio sale perunctus contra ætate & vino delirantes, & de alijs rationibus n.46.*
47 *Salem ac lentem à Romanis credi lugubria, & mortuis consueuisse apponi.*
48 *Sal quare dicebatur diuinum.*
49 *Ignis fulguris diuinus, & sacer appellabatur.*
50 *Sal pro caritis, idest gratia.*
51 *Salsugo quare sit dicta pro sterilitate.*
52 *Salem & oleum emere quid significet.*
53 *Vxor Loth quare in salem conuersa.*
54 *Status salis vxoris Loth semper integra permanet, quamuis ab ea aliquid detrahatur.*
55 *Lapis seu arena, ex qua Christus eleuatus est in cælum, habet eius vestigia impressa, quamuis peregrini multas eiusdem terræ particulas abradentes demant, & quod nunquam potuit tegi marmore nu.56. & quamuis exercitus Romanus sub Tito ibidem castrametatus esset. n.57.*
58 *Lapis sepulchro Christi suppositus seruat vestigia ferreorum vinculorum.*
59 *Sanguis Zacchariæ silicibus impressus indelebilis.*
60 *Lignum S. Crucis nullam sentiebat iacturam ex diminutione eorum, qui de illo accipiebant.*
61 *Sal & salsum ad pinguefaciendа corpora an sit validum.*
62 *Salis vana satio quare dicatur.*
63 *Sale emptum mancipium adagium cur dictum.*
64 *Mos commutandi mancipia sale.*
65 *Sal cum aceto pro prandio paruo, & tenui.*
66 *Verba iuxta sal, cuminum, seu fabam pro magna amicitia.*
67 *Salem, & caseum edere pro mensa familiari.*
68 *Salis onus vnde venerat prouerbium in eos qui parta tueri nequeunt, vel illa malè disperdunt, & vnde dictum. n.69.*
70 *Sale condire alizis quid apud Græcos significet.*
71 *Sal lignorum carbonibus combustis ad Rhenum pro sale marino, & fossiuo.*
72 *Ordeum sale conspersum quare antiquitus ante sacrificium aris infunderetur, & quid significaret.*
73 *Domus criminosi communis cum aliquo non delinquente an possit destrui, vel sit commutanda pœna. & n.74. Et quid in domo, in qua vxor habet pignus pro dote. n.75. & 78. Et quid in colonis, & alijs habentibus similem hypothecam pro obseruatione contractus n.76.*
77 *Creditor an præferatur in pœna, & in domo deuastanda. & n.80.*
79 *Fundus dotalis non potest alienari, neque ex contractu, neque ex delicto.*
81 *Pœna dirutionis bonorum imponitur etiam mortuo reo criminis læsæ maiestatis humanæ, & multo magis diuinæ n.82.*
83 *Nomina punitorum quare describerentur in marmoribus, seu in linteaminibus Ecclesiarum, & vnde originem hoc habuerit.*
84 *Implementum momentaneum non sufficit in conditionibus habentibus causam successiuam, secus in alijs. & n.85.*
86 *Promittens in capitulis pacis muros destruere, si post demolitionem reficit, in pœnam incidit.*
87 *Conditio si legibus studuerit non dicitur impleta, nisi per assecutionem doctoratus, & debet præstari cautio saltem per quinquennium & n.88. Intellige vt n.97. & 98.*
89 *Legatum illi de domo sua, qui studebit, & lauream consequetur, debetur ei, qui exercet excluso altero non exercente doctoratum.*
90 *Non dicitur quis studere, nisi cum effectu faciat.*
91 *Verbum peragere denotat perfectionem.*
92 *Gradus doctoratus an in vno, vel altero collegio sit sumendus ad effectum, vt conditio dicatur impleta. & n.94.*
93 *Testamentum primum si fuerit reuocatum per secundum qualitas in eo apposita non censetur repetita in secundo.*
95 *Conditio adiecta vni legato quando censeatur repetita in alio facto in eodem testamento. & n.96.*
99 *Doctoratus non requiritur in procuratore, administratore, vel similibus, & scientia sine illo etiam reipublicæ potest esse adiumento, & dicitur studuisse, qui mediocrem scientiam acquirit.*

CAPVT CCXVII.

DAmnata ciuitate ad aratrum non intelliguntur damnata castra, prout in specie 1 concludit † *Bald. in §. imperialis. col. 3. post med. vers. sed hoc dubitatur. n. 9. de pac. constant.* Quidquid contrarium sentiat *Iacob. Nouell. de iur. prothom. in princ. n. 111. tom. 17. fol. 22.* Quia appellatione ciuitatis in materia stricta venit solum id, quod murorum ambitu terminatur, & 2 non suburbia, atque diœceses, † sicut quando ciuitas priuatur Episcopo, quia non censetur priuata diœcesis. Vnde in ea poterit Episcopus exercere episcopalia, cum distinctionibus tamen, de quibus *per Felin.* qui etiam multos similes casus adducit *in c. rodulphus. 35. in princ. de rescript.* Quidquid alias ex communi vsu lo- 3 quendi Castra, † & Villæ veniant appellatione Ciuitatis, Maxime in beneficijs, in quibus verba latissime interpretamur *Alberic. de statut. q. 177. p. 2.* Neque est dubitandum, quod ciuitas 4 mori possit, † si auctoritate superioris condemnetur ad aratrum *Felin. in c. dilectus. 30. col. pen. post med. n. 4 vers. secundo inquantum dicunt. de simon. Martin. laudens. de Princ. q. 102.* Prout etiam quando ciuitas posita est in banno æter- 5 nali Papæ, † seu Imperatoris secundum *Odoffr. & Hugo.* de quibus per *Bald. in §. imperialem. col. 3. ad med. n. 8. vers. item si fuerit. de pac. constant. Laudens. de Princ. q. 344.*

Non obstat quod appellatione ciuitatis veniat 6 ciuitas cum suo territorio † *l. 1. §. cum vrbem de off. præf. vrb. l. ædificia. de verb. signif. l. qui ex vico. ad municip. Glos. in cap. 1. in verb. alienigena. de vsur.* Vnde Castrum quod est de comitatu alicuius ciuitatis potest dici popu- 7 lus non liber, † prout homines præfati castri dicuntur ciues illius ciuitatis *Bart. in l. 1. ad municip.* Quare condemnatis ciuibus, viden-

tur etiam condemnati comitatiui [8] † *Bart. in l.2. in princ.col.vlt.n.6.ff.de verb.sign. per l.ciuitatibus. de leg.1. l.ciuitas.ff.si cert. pet. l.ciuitatibus. quod cuiusque vniuers.nomin.* Cum etiam appellatione ciuium veniant non solum illi de comitatu, [9] † sed etiam illi de territorio *l. qui ex vico. ad municip.l.qui in continentibus.de verb.signif.*

Quia prædicta procedunt in materia indifferenti secus restringibili, Nam si essemus in causa communi ciuibus, & comitatiuis, [10] † tunc verius est vt comprehendantur comitatenses condemnata ciuitate, pro vt declarat *Felin. in c. rodulphus. col.9. post med. n.9. vers. quarta conclusio. de rescript.Rebuff.in l.2.col.5.in fin.vers.denegatur in materia congruenti. ff. de verb.signif.* vbi quod censentur condemnati comitatenses, si condemnentur ciues in materia proportionabili, & congruenti vtrisque, [11] † Prout etiam quando comitatenses essent participes in eodem delicto, cum aliis pœna solum authores suos debeat sequi *l. sancimus. C. de pœn.* Et quando materia congruat vtrisque [12] † multa adducit *Soccin. in l.2. ff. de reb.dub.* cum alijs de quibus latè *per Alex. in rubr.solut.matrim.n.13.*

Ista autem Ciuitas simpliciter damnata ad murorum destructionem deberet perpetuo stare sine muris; [13] † Nam dispositio pœnalis, quæ non continet tacite, vel expresse temporalem præfinitionem in dubio censetur perpetua, Ita in specie concludunt *Bart. & Bald. in l. si seruus. C. de pœn.& ibi Salic.n.1.Bar.in l.sine præfinito.ff.eod. tit.& in l.inter castellianum. de arbitr. & in l. si quis adulterium.§.si quis.ff de adulter.* cum concordantibus allegatis in *Add. ad Bart. in d.§. si quis.Ang.cons.34.constantinus.col.2.in prin.vers. ideirco induco.*

Et facit quia natura sententiæ est imponere silentium perpetuum, quasi in mandato Iudicis tacite videatur inesse, [14] † vt illud debeat perpetuo seruari, cum omnis sententia feratur ad perpetuam rei memoriam *Bald. in l fin. in princ. C. vt lit. pend. post Glos. in c. apostolica. de re iudic. in 6. Anchar.in c.1.in 2.not.ne prælat.vices suas.* Vnde quamuis non exprimatur in sententia hæc dictio perpetuò, [15] † tamen subintelligitur *Glos. in c.cupientes.§.ceterum.in verb. perpetuo. de elect. in 6.Bald.in l.2.n.2.vers. sed extra oppono. C.de postul.* licet quando fuissent ista verba perpetuo expressa in sententia operarentur effectum, [16] quod † vbi alias Episcopus posset dispensare, hoc casu non poterit, pro vt hunc esse singularem effectum dicit *Felin. in c.ex litteris.11.col.10. in princ.vers. operantur tamen.de constit. & in c.at si clerici.§.adulterijs.de iud.*

Amplius idem esset in condemnatione facta in contumaciam, quando tamen contumacia transieret in delictum, [17] † quia tunc pœna pro ipsa imposita intelligeretur perpetua *Abb.in c.ex litteris. in fin.n.10.vers.exemplum.de rescrip.per tex.in c.ex tua.de cler.non resid.* vbi si clericus est contumax in non residendo in beneficio suo, tunc pœna priuationis dicitur perpetua, quia illa contumacia transit in delictum non residentis.

Non obstat quod pœna limitetur solum ad limites contumaciæ, quando quis condemnatur non pro crimine, sed pro contumacia, illa enim cessante, debet etiam cessare pœna, quamuis in condemnatione esset apposita dictio perpetuo, quia exponitur donec se corrigat *Glos. in c. clericos in verb. perpetuam. de cohab.cleric.& mul. Archid. in c.sacerdotes.10.q.1. Felin.in c.ex litteris.n.19. vers. amplia primo.de constit.* [18] † Cum natura sententiæ latæ in contumaciam sit tamdiu durare, quamdiu illa permanet *Bal. in l.1.ante fin.vers. extra opponitur.n.3. C.de postul. Bart.in l.si quis adulterium §.si quis.in fin. ff.de adult.* Quamuis etiam pœna posset referri ad delictum, & contumaciam, [19] † quia si non apparet de intentione proferentis, vel nisi constaret de delicto ex actis præsumeretur potius quis in dubio condẽnatus propter contumaciam, quàm ob malam causam *l. si ideo.de euict.Glos.in l.2.in verb.absens.C.de contra.iud.tut.vbi Bald.in princ. & ibi late Add. in verb. liquide. Idem Bald.in l.2.col.2. ad med. n.4. vers.quæro secundum.& col.penult.in princ. vers. hoc modo capio superius. n.7. ibi præterea illud quod dicitur. C. quib.res iud.non noc. & in l.ingenuum.col.1.ad med.post q.1.vers. sed quæro quis dicitur legitime defendere. de stat.hom. Rot. coram R.P.D. Manzanedo Aquilana beneficiorum. 26. iunij. 1606.* Vbi etiam quod stante appellatione ab ista sententia esset quis manutenendus in sua possessione *Paris. cons.39. n.3. & 6. lib. 1. Cæs. de Grass. decis.4. de caus. possess. & proprietat.*

Quia prædicta procedunt in condemnatione ob contumaciam simplicem, non autem propter [20] eam quæ † transit in specificum delictum, quia tunc pœna censetur perpetua, prout si esset lata ex delicto *Felin. in c. ex litteris. col. 12. in princ. vers. fallit tamen ista declaratio. nu. 20. de constitut.* Licet enim contumacia per se non cadat in delictum [21] † secundum magis communem opinionem, de qua per *Alex. in l. si mora ff.sol.matr.& in l.1. §.fin. ff. si quis ius dic.Cyn. in rubr. C.de crim.stellion. Bart. in l. omne delictum. §. contumaciam.ff.de re milit.* Tamen sunt multi casus in quibus contumacia punitur [22] † tanquam delictum *Bald. in c. testimonium. col.vlt. ad med. vers. in contrarium videtur. de testib. Anchar.in c.finem litibus. in princ.n.9. de dol.& contum.Felin.in d.c.ex litteris.in fi.n.28.Gemin. in c.quidam col.penult. post med. vers. ad secundum cum quæritur.n.3.caus.4.q.1.*

Satis tamen erit, vt huiusmodi sententiæ latæ in contumaciam non noceant filijs, Nam ad effectum, [23] † vt habeant locum pœnæ, de quibus *in l. quisquis. C. ad leg. iul.maiest.* contra eosdem filios, requiritur, quod sententia fuerit lata non in contumaciam, sed per veras probationes, ex quibus delictum sit concludenter probatum, alias illis non præiudicabit secundum veriorem opinionem, & magis receptam, de qua *Bart. in l.cum filiusfamilias.de verb.oblig.Felin.in c.cum bertoldus.18.n.20.col.9.ad med.vers.per istam doctrinam.de re iudic.Rom.cons.154.audiств.col.3.*

ad

ad med. verſ. tertio poſito. nu. 5. vbi late Mandoſ. in verb. lata. & in verb. noceret. Alex. conſ. 84. in cauſa quæ vertitur. col. 2. in princ. n. 4. lib. 3. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib. 3. de pœnis quas fil. incur. q. 13. Roland. conſ. 29. n. 25. lib. 3. & conſ. 15. in fin. lib. 4. Et ita ſeruat *Rot. Coram Card. Lancellotto Iannen. iurispatronatus. 25. Iunij* 1607. *verſ. ſecundo fuit reſponſum*. vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione contra *Decian. in tract. crimin. lib. 7. c. 41. n. 33.*

Sententia autem in dubio præſumetur lata propter ſolam contumaciam, non propter delictum [24] ex † præſumptione iuris, de qua per *Felin. in c. cum bertoldus. n. 25. verſ. limita quinto. de iud. Roman. conſil. 329. n. 10. vbi late Mandoſ. in verb. præſumptio.* cum alijs ſupra allegatis *verſ. non obſtat quod pœna*, & ſequitur *Rot. coram R. P. D. Iuſto Ciuitatis Caſtelli legitima de Vitellis. 22. aprilis 1602. & per Card. Lancellottum. d. Iannen. iurispatronatus. 25. Iunij.* [25] 1607. † Vbi etiam quod hoc colligitur ex ſententia, ſi fuerit lata per edictum, & quando in ea adſunt verba viſa contumacia; Ita vt ad effectum, vt ſententia dicatur lata propter delictum probatum, vel propter ſolam contumaciam, debeat conſtare ex actis, adeo vt acta ſint videnda, an ex illis reſultet ſufficiens probatio delicti *Marſil. in prax. §. poſtquam. n.* 48. ſequitur *Rot. coram Card. Seraphino Ciuitatis Caſtelli de Vitellis* 10. *decembris*. 1577. *& coram R. P. D. Iuſto in alia Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitima de Vitellis* 22. *aprilis*. 1602. *& per R. P. D. Littam Ceſenaten. de Cacciaguerris. 7. februar.* 1600.

Ex iſtis colligitur, quod rebelles condemnati ad deſtructionem murorum caſtri non poſſunt am[26]plius illud reficere poſt eius deſtructionem † ſine licentia Principis *Salicet. in l. ſeruus. in fin. C. de pœn. Franc. in c. felicis. in prin. n. 4. eod. tit. in 6. Ang. conſ. 34. col. 2. in princ. & in l. numerationi[27]bus. n. 44. de ſolut.* dixi *ſupr. c. 179. n. 12.* † Cum enim ſimus in habentibus cauſam ſucceſsiuam, non ſufficit ab initio factum, niſi perſeuerantia duret *Imol. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. de leg. 1. Bart. in l. inter caſtellianum. de recept. arbitr.* [28] Itaut † iſtæ ciuitates funditus deſtructæ ſine ſpe nouæ conſtructionis non retineant iura, quæ antea habebant, ſed illa perdunt, licet quando loca deſtructa eſſent alibi tranſlata retinerent iura quæ antea habebant *Alex. conſil. 43. de celeberrima. n. 2. lib. 1. Iacob. Nouell. de iur. prothom. in princ. n. 111. tom. 17. fol. 22. Bald. in auth. habita. col. 2. C. ne fil. pro patr.* quæ tamen ſunt declaranda iuxta ea quæ ponit *Andr. Gaill. obſeruat. 61. per tot. lib. 2.* dicam infra Deo dante in capite particulari.

Et ad materiam demolitionis domorum, Notandum eſt etiam, quod iſtis ædificijs dirutis ob crimina enormia, & rebelliones ſolent fieri aſper[29]ſiones ſalis, † vt perpetuo fiant ſterilia, & alij abſtineant à loco, & à noua in eis ædificatione timentes ſimile, ac ærumnoſum prioris ædificij omen ſe ſubituros *Gomeſ. de Sale. lib. 3. fol. 96.* di[30]xi *ſupr. c. 179. n. 54.* † vbi addidi multas rationes, ob quas ſolitum erat ſal ſuper ſeminare in domibus, caſtris, & ciuitatibus demolitis cum alijs effectibus ſalis concernentibus ad materiam prædictam.

Quibus adde ſalem facere in perpetuum locum ſterilem, ideo ad denotandam iſtam perpetuitatem ſal adhibebatur ſiue in bonum, ſiue in ma[31]lum, † prout in coniugijs ad hortandum virum, & mulierem ad mutuum, & perpetuum amorem, & in conuiuijs in ſignum perpetuæ amicitiæ. Vnde adagium ſalem, & menſam ne prætereas, id eſt, ne contemnas, aut negligas per[32]petuam conſuetudinem amicorum, † aut ne violes amicitiæ iura; immo ſemper conſerues illæſa; Nam his rebus olim conciliabantur amici, & familiares antiquitus mutua inter ſe conuiuia actitabant, vt teſtatur *Diogenes Laertius in vita Pythagoræ*. Inde Alexander apud *Eundem Laertium in commentarijs pythagoricis*. do[33]cuit Pythagoram vetare frangi panem, videlicet ne diſſeccaretur, quod amicus copularet; *Idem* cenſuit ſalem potiſsimum in menſa apponen[34]dum, quod æquitatis, † ac iuſtitiæ nos admoneat, vt quod & ſeruet, tueaturque quod occuparit, & ex liquidiſsimis rebus aqua, marique fiat *Paulus Manut. in adagijs*. Vnde verba panem ne frangito admonebant non eſſe diri[35]mendam amicitiam, † & ſalem apponito, iuſtitiam, & æquitatem omni adhibendam negotio, cum ſal ſeruet quidquid occuparit, Modicum tamen ſalis in conuiuijs apponebatur ad ſi[36]gnificandam breuitatem vitæ, † ideò hominem vocabant ſalillum animæ, vt *per Manut. in adag. fol.* 1237.

Et Veterum opinio fuit, profanam eſſe ſine ſalino [37] menſam, vnde *Arnobius* † Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum, [38] Quin & ſalinum ipſum inter vaſa ſacra † vt notat *Iuſtus Lypſius ſaturnal. ſermon. lib. 1. cap. 2.* vbi quod Salinum proprie eſt patella, in qua offerebantur Dijs primitiæ cum ſale, quod etiam aduertit *Vetus Interpres ad illud Horat.* ſplen[39]det † in menſa veteri ſalinum. *& Perſius ſatyr. 3.* Purum & ſine labe ſalinum. *Et Liuius lib. 6. bell. punic.* Argenti qui curuli ſella ſederunt equi ornamenta, & libras pondo, vt ſalinum, patellamque Deorum cauſa habere poſsint. *Et Plin. lib. 33. cap.* 12. Fabritius inquam, qui bellicoſos Imperatores pluſquam patellam, ac ſalinum ex argento habere vetabat. *Et Statius.* [40] Exiguo placuerunt farra ſalino † Collocabant etiam in menſa vltra ſalinum ſimulacra Deorum, vt ſacras menſas facerent apponendo in eis ſtatuam Dei cuiuſpiam; velut tutelam, geniumque menſæ, Vnde illud. Pellæus habebat Regnator, lætis numen venerabile menſis. *Et Martialis de Hercule vindicis*. Hoc habuit numen pellæi menſa tiranni. *Et Statius* Caſtæ genius tutelaque menſæ, de quo etiam *Lypſius* [41] *ſaturnal. ſermon. lib. 1. cap. 2.* † vbi quoque notat Deos ipſos initio menſæ inuocari ſolitos ab antiquis, vnde *Quintil. declamat.* 301. Habuiſti

 hono-

honorem, & illud humile limen intrasti, & adisti mensam, ad quam cum venire cepimus Deos inuocamus.

Et Phaselitas in Pamphilia legimus pisciculis sale 42 conditis placare Deos consueuisse, † Imprimis vero Cabro Deo salsamentis item rem diuinam peregisse *Cel. Rhodigin. lect. antiq. lib.* 12. *c.* 1. *col.* 3. qui etiam *lib.* 6. *c.* 2. quid salis, fermenti, ac mellis nomine intelligendum sit in sacris litteris, & de more abluendi infantes sale, aut aqua frigida.

Inde etiam dicitur salsuginosa vicinia de sterili, 43 agresta, & inhumana vicinia † *Aristides in Themistoch.* Sic salsa vt aiunt vicinia *Plat. de leg.* 4. Haud sane vere salsuginosa, malaque vicinia, quod etiam transferri potest vel ad negotium multi laboris, & parum frugiferum, vel ad vicinos molestos, Traductum ab agris maris finitimis, qui plerumque solent ad culturam inhabiles esse, Proinde etiam *Virg.* terram salsam vt minime feracem damnat *Manut. in adagijs*.

Et totis corporibus nil vtilius dicitur esse sale, & sole; ideoque piscatorum corpora videri cor- 44 nea, † sentiri remedium in podagra, praecipue enim astringit sal, siccat, alligat, putrescentia quoque corpora ita vendicat, vt ea durent per secula *Rhodig. lect. antiq. lib.* 6. *c.* 1. vbi etiam multa de mira salis potestate, ac vsu multiplici, & ibi quod vino madentes, & delyros vngebant 45 oleo sale admixto; † Vnde prouerbium sale perunctus hic adiuuabitur in eos, qui aetate, vel vino delirarent. Quidam ab vtribus translatum existimant, qui sale loti redduntur meliores, quod salis acrimonia coriorum crassitu- 46 dinem emendet; † Item temulentia laborantes mos erat sale, & oleo perungere, Quidam à vasis testaceis deductum aiunt quae sale imbuuntur, quo fidelius contineant liquorem infusum; sumptum autem hoc prouerbium *ex Aristofanis nebulis*.

Salem etiam legimus, ac lentem à Romanis credi lugubria, ac proinde apponi mortuis consueuis- 47 se, † hincque ingruentium malorum praesagium Crasso factum, quod militibus duo haec prima in necessariorum distributione sint data *Cel. Rodig. lect. antiq. c.* 2 *in fin. lib.* 6.

Diuinum quoque dicebant antiqui salem quasi cadauera putredinis secura, & duratura adser- 48 uet, † nec patiatur, quod mortuum est penitus oboleri animam imitando, quae non sinit molem animalis diffluere, ideo etiam diuina dicitur, 49 prout quoque ignis fulguris diuinus, † & sacer, vt dictum est supra *c.* 179. *n.* 49. *Paul. Manut. in adag. fol.* 33. *& Homer.* etiam salem diuinum 50 vocat, † licet plerique appellent carita, idest gratiam quod pluribus interfitus gustui sapida reddat, & grata *Rodigin. lect. antiq. lib.* 24. *c.* 27. *in fin.*

Nec mirum si salsugo pro sterilitate sumatur, sal 51 enim est terrae combustae species, † & ideo liquescit frigido, & humido, cogitur vero calido, & sicco *Alber.* 4. *meteor.* si autem excedit mensurae modum aduriens calor, tunc vapor ille sal non efficitur, sed veluti cinis, quo facto ingeneratur aquis amarissimus sapor, Nam adustae res, à quibus secretum fuerit humidum, totum vt cinis & eiusmodi alia amarorem concipiunt euidentissimum *Rodigin. lect. antiq. lib.* 26. *c.* 15.

Et quoniam sal mordet, & siccat, oleum autem lenit, & humectat, Ideo monemur ab *Aristot.* 52 *rethor. lib.* 2. † salem, & oleum emere ad significandum opus esse non vnquam remedijs contrarijs, nunc acrimonia, nunc lenitudine, sic medici oleum addunt sali, ne plus satis erodat, Et qui sapiunt admonitionis acrimoniam bonis verbis leniunt.

Ad eandem quoque perpetuitatem significandam vxorem Loth legimus conuersam in salem, quasi 53 esset † aeternum posteris monimentum, ne qui serio viam Domini elegerunt retro vsquam aspiciant, sed perpetuo vlterius in bonum progrediantur, & huius facti recordatione perpetua in sapientiam teneant, nec amplius semel reprobata repetant *Diu. August. de ciuit. Dei. lib.* 13. *c.* 30. *dixi* supra *c.* 179. *n.* 48.

Et ad istius perennis memoriae confirmationem ad- 54 dendum est, quod statua illa salis, † in quam conuersa fuit Vxor Loth integra semper manet, quamuis non paucae partes ab ea detractae fuerint Deo miraculose illam instaurante *Gregor. Turonens. & alij* de quibus per *Chartag. homil. cathol.* 10. *lib.* 15. *fol.* 68. Vnde carmina infrascripta leguntur.

Nec pluuiae dilapsa situ, nec diruta ventis.
Quin etiam si quis mutilauerit aduena formam
Protinus ex sese suggesta vulnera complet.

Neque hoc difficile creditu vtique erit, cum idem 55 legatur de lapide, seu arena, † ex qua Christus eleuatus est, in quo vestigia eius manserunt impressa *D. Hieron. de loc. hebraic. Paulin. in epist. ad Seuer.* Et mirabile quidem est quod cum Peregrini deuotionis causa multas eiusdem terrae particulas illam abradentes demerint, vestigia tamen integra manent, nec vllum damnum arena sensit *Beda Sulp. Seuer. & alij* de quibus *per Card. Baron. in annal. eccles. ann. Christi* 34. *tom.* 1. *fol.* 213. Vbi etiam quod locus ille 56 ita Sacratus diuinis vestigijs dicitur, † vt nunquam tegi marmore, aut pauiri receperit, semper excussis marmoribus solo respuente, quae manus adornandi studio tentauit apponere, etiam in ora apponentium; Itaque in toto basilicae spatio solus in sui cespitis specie virens permanet, & impressa diuinorum pedum venerationem caeleuti Deo pulueris perspicua simul, & attigua venerantibus arena conseruat vt vere dici possit, Adorauimus vbi steterunt pedes eius.

Auget sanè miraculum, quòd cum eodem in loco Romanus exercitus sub Tito castrametatus est, 57 cum † hierosolymam obsideret, non tantum leui terrae toties percalcatae impressa potuissent remanere vestigia, sed nec si celte lapidi fuissent insculpata eadem aliqua ex parte integra apparuissent

sent *Cardin. Baron. ibid. ann. Chris.* 34. *tom.* 1. *fol.* 215.

Idem de lapide sepulchro Christi superposito, quod 58 seruat vestigia ferreorum vinculorum † *Beda de loc. sanct. c.* 2. *Card. Baron. ann. Christ.* 34. *tom.* 1. *fol.* 181. Et de sanguine Zachariæ occiso 59 inter templum, † & altare silicibus impresso indelebili *Idem Baron. in annot. ad martyrolog.* 5. *nouembris.*

Et de ligno Sanctæ Crucis testatur *Paulinus* stu- 60 pendum plane, † ac perenne miraculum toto Orbi notissimum; Nam cum vndique è remotissimis etiam regionibus Hierosolymam religionis ergo Christiani confluere consueuissent accipèrentquè de ligno eiusdem Sanctæ Crucis particulam, illud dinina quadam virtute operante nullam sentiebat ex diminutione iacturam *S. Cyrillus etiam cathec.* 10. affirmat totum terrarum Orbem ligno Sanctæ Crucis Hierosolymis accepto esse locupletatum *Card. Baron. in martyrolog.* 3. *May. post princ. vers. testatur idem.*

Verum esset quod aliquando sal, & salsum ad pin- 61 guefacienda corpora maxime valet † secundum *Plutar. in quæst. natur.* dixi supra *c.*179. *in fin.* latè *Paul. Manut. in adag. fol.* 33. Quamuis contrarium defendat *Mercur. lib.* 5. *var. c.* 6. quia compertum est sali potius facultatem inesse extenuandi, quam crassefaciendi, nisi corpora nimia humiditate luxuriantia, & veluti constipata contabescant *Idem Mercur. ibid.*

Et hæc satis sint ad probandam sterilitatem perpetuam, quam inducit sal; cuius etiam vana 62 est satio; † cum nullus omnino fructus sit oriturus: Ideò sub inanis spei adagio antiquitus vsurpari solitum erat salem serere, licèt hoc etiam diceretur, quia superuacuum erat salem seminare quando tam frequens, & per ampla copia à natura suggeritur terra marique salis sponte 63 nascentis; † ob quam copiam sale emptum mancipium dicebatur in barbarum ac vilem Homunc.onem, quasi commutatum ex re ob eius abundantiam modici valoris, & infructuosa, Etenim negotiatores olim in mediterraneam salem portantes mancipia reportabant à 64 Barbaris; † Et Thraciæ genti mos erat peculiaris commutare mancipia sale. Vnde Comicus quidam Generosus est Thrax sale redemptus scilicet *Zenodotus* de quo per *Manut. in adag.* Vnde pro re vili miseris obsoniorum loco sal est 65 cum aceto, † significabatur enim prandium paruum, & tenue, *vt per Grippum piscatorem in rudentib.* Prout etiam per illa verba iuxta salem, & cuminum, seu fabam, magna familia- 66 ritas, & amicitia dicebatur, † quasi tales amici parua cœna contenti sale & cumino vna vescantur, non quærentes apparatum ciborum salis enim nomine frugalem victum innuebant *Horat. in odis*, Viuitur paruo bene, cui paternum splendet in mensa tenui Salinum *Idem in sermon.* Modo sit mihi mensa tripes, & concha 67 salis puri. † Ita etiam salem, & caseum edere *Plin. lib.* 21. *c.* 7. quasi pulmentarij vice hoc solum veteres vtebantur, dicebant enim, ne sis sollicitus, quo me apparatu accipias præter salem, panem, & caseum nil requiram.

De sale quoque illud obseruandum est, vt hoc obi- 68 ter adnotetur; salis onus vnde venerat, † senarius prouerbialis in eos, qui parta tueri nequeunt, vel in illos quibus male parta male dispereunt: Natum adagium ab euentu, Negotiator enim quidam nauem sale onustam vehebat, nautis dormitantibus influxu aquæ marinæ sen- 69 tina vehementer adaucta, † & salem vniuersum soluit, ac corrupit, & nauem ipsam demersit; Ita quod ex aqua marina natum fuerat (Nam hinc concrescit sal) in eandem denuo liquefactum est. Vnde etiam salem vehens dormis, Prouerbium ex eodem euentu ortum in eum, qui in re periculosa socorditer, atque indiligenter agit, propterea quod sal influxu sentinæ facile corrumpitur *Manut. in adag.*

Et sale condire Græci dicunt alizia; Quamuis eo 70 verbo etiam congregatio significetur; † Vnde Halia Persarum dicitur Herodoto congregatio, seu concilium. Sunt & halides, seu haliæ sali terendo vasa accommoda. Auctor *M. Varro* est ad Rhenum locis quibusdam nec fossiuum haberi 71 salem, † nec marinum, sed lignorum quorundam carbonibus combustis pro eo vti *Cel. Rhodigin. leg. antiquar. lib.* 6. *c.* 1.

Insuper notandum est, quod quæ ante sacrificium fieri consueuerunt prothima vocantur, vt est vaporatio thuris, aut id genus primitiæ quæcumque, vt siligo, & placentulæ Prothimata dicun- 72 tur ordeum sale conspersum, † quod ante sacrificium aris infundebatur, Erat autem augurium futuræ frugum fertilitatis, vel vt diuinæ bonitati gratos se ostenderent, quod desitis glandium cibis ad mitiorem peruenissent victum *Cel. Rhodigin. lect. antiq. lib.* 12. *c.* 1.

Obseruandum est etiam circa huiusmodi demolitiones bonorum, quod si domus, quæ debent deuastari esset communis cum alio non delinquen- 73 te, ita vt socius haberet partem superiorem, † delinquens autem inferiorem non destruetur, sed pœna commutabitur *Clar. in §. fin. q.* 82. *super statut.* 8. *n.* 3. *vers. sed quid si delinquens. Farin. de crim. læs. maiest. q.* 112. *inspect.* 3. *n.* 117. cum alijs per *Corsett. sing.* 71. *incip. duo fratres habent domum. in verb. communitas. n.* 1. *arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l. si communem. ff. quemad. seru. amitt.*

Et si plures domus essent communes, tunc fit diui- 74 sio earum, & destruuntur illæ, † quæ in diuisione fuerunt assignatæ delinquenti *Clar. in §. fin. q.* 82. *vers. quare quid agendum. post Alber. de Statut. p.* 3. *q.* 47.

Prout neque deuastabitur domus, in qua vxor ha- 75 bet pro sua dote pignus, vel hypothecam, † cum translatio in fiscum non tollat ius hypothecæ; neque enim delictum debitoris debet officere securitati creditoris, Vnde hac ratione vxor poterit defendere, ne fiat vastum in rebus mariti delinquentis, Quidquid aliud sit in Colono, vel Inquilino, qui non habebit hanc defensionem,

nisi

honorem, & illud humile limen intrasti, & adisti mensam, ad quam cum venire cepimus Deos inuocamus.

Et Phaselitas in Pamphilia legimus pisciculis sale conditis placare Deos consueuisse, † Imprimis vero Cabro Deo salsamentis item rem diuinam peregisse *Cel. Rhodigin. lect. antiq. lib.* 12. c. 1. *col.* 3. qui etiam *lib.* 6. *c.* 2. quid salis, fermenti, ac mellis nomine intelligendum sit in sacris literis, & de more abluendi infantes sale, aut aqua frigida.

Inde etiam dicitur salsuginosa vicinia de sterili, 43 agresta, & inhumana vicinia † *Aristides in Themistoch.* Sic salsa vt aiunt vicinia *Plat. de leg.* 4. Haud sane vere salsuginosa, malaque vicinia, quod etiam transferri potest vel ad negotium multi laboris, & parum frugiferum vel ad vicinos molestos, Traductum ab agris maris finitimis, qui plerumque solent ad culturam inhabiles esse, Proinde etiam *Virg.* terram salsam vt minime feracem damnat *Manut. in adagijs*.

Et totis corporibus nil vtilius dicitur esse sale, & sole; Ideoque piscatorum corpora videri cor-44 nea, † sentiri remedium in podagra, praecipue enim astringit sal, siccat, alligat, putrescentia quoque corpora ita vendicat, vt ea durent per secula *Rhodig. lect. antiq. lib.* 6. c. 1. vbi etiam multa de mira salis potestate, ac vsu multiplici, & ibi quod vino madentes, & delyros vngebant 45 oleo sale admixto; † Vnde prouerbium sale perunctus hic adiuuabitur in eos, qui aetate, vel vino delirarent: Quidam ab vtribus translatum existimant, qui sale loti redduntur meliores, quod salis acrimonia coriorum crassitu-46 dinem emendet; † Item temulentia laborantes mos erat sale, & oleo perungere, Quidam a vasis testaceis deductum aiunt quae sale imbuuntur, quo fidelius contineant liquorem infusum; sumptum autem hoc prouerbium *ex Aristofanis nebulis*.

Salem etiam legimus, ac lentem a Romanis credi lugubria, ac proinde apponi mortuis consueuis-47 se, † hincque ingruentium malorum praesagium Crasso factum, quod militibus duo haec prima in necessariorum distributione sint data *Cel. Rodig. lect. antiq. c.* 2 *in fin. lib.* 6.

Diuinum quoque dicebant antiqui salem quasi cadauera putredinis secura, & duratura adser-48 uet, † nec patiatur, quod mortuum est penitus oboleri animam imitando, quae non finit molem animalis diffluere, ideo etiam diuina dicitur, 49 prout quoque ignis fulguris diuinus, † & sacer, vt dictum est supra c. 179. n. 49. *Paul. Manut. in adag. fol.* 37. *& Homer.* etiam salem diuinum 50 vocat, † licet plerique appellent carita, idest gratiam quod pluribus interfitus gustui sapida reddat, & grata *Rodigin. lect. antiq. lib.* 24. c. 27. *in fin.*

Nec mirum si salsugo pro sterilitate sumatur, sal 51 enim est terrae combustae species, † & ideo liquescit frigido, & humido, cogitur vero calido, & sicco *Albert.* 4. *meteor.* si autem excedit mensurae modum aduriens calor, tunc vapor ille sal non efficitur, sed veluti cinis, quo facto ingeneratur aquis amarissimus sapor, Nam adustae res, a quibus secretum fuerit humidum totum vt cinis & eiusmodi alia amarorem concipiunt euidentissimum *Rodigin. lect. antiq. lib.* 26. c. 15.

Et quoniam sal mordet, & siccat, oleum autem lenit, & humectat, Ideo monemur ab *Aristot.* 52 *rethor. lib.* 2. † salem, & oleum emere ad significandum opus esse non vnquam remedijs contrarijs, nunc acrimonia, nunc lenitudine, sic medici oleum addunt sali, ne plus satis erodat, Et qui sapiunt admonitionis acrimoniam bonis verbis leniunt.

Ad eandem quoque perpetuitatem significandam vxorem Loth legimus conuersam in salem, quasi 53 esset † aeternum posteris monimentum, ne qui serio viam Domini elegerunt retro vsquam aspiciant, sed perpetuo vlterius in bonum progrediantur, & huius facti recordatione perpetuam sapientiam teneant, nec amplius semel reprobata repetant *Diu. August. de ciuit. Dei. lib.* 13. c. 30. *dixi* supra c. 179. n. 48.

Et ad istius perennis memoriae confirmationem ad-54 dendum est, quod statua illa salis, † in quam conuersa fuit Vxor Loth integra semper manet, quamuis non paucae partes ab ea detractae fuerint Deo miraculose illam instaurante *Gregor. Turonens. & alij* de quibus per *Chartag. homil. cathol.* 10. *lib.* 15. *fol.* 68. Vnde carmina infrascripta leguntur.

Nec pluuia dilapsa situ, nec diruta ventis.
Quin etiam si quis mutilauerit aduena formam
Protinus ex sese suggesta vulnera complet.

Neque hoc difficile creditu vtique erit, cum idem 55 legatur de lapide, seu arena, † ex qua Christus eleuatus est, in quo vestigia eius manserunt impressa *D. Hieron. de loc. hebraic. Paulin. in epist. ad Seuer.* Et mirabile quidem est quod cum Peregrini deuotionis causa multas eiusdem terrae particulas illam abradentes demerint, vestigia tamen integra manent, nec vllum damnum arena sensit *Beda Sulp. Seuer. & alij* de quibus per *Card. Baron. in annal. eccles. ann. Christi* 34. *tom.* 1. *fol.* 213. Vbi etiam quod locus ille 56 ita Sacratus diuinis vestigijs dicitur, † vt nunquam tegi marmore, aut pauiri receperit, semper excussis marmoribus solo respuente, quae manus adornandi studio tentauit apponere, etiam in ora apponentium; Itaque in toto basilicae spatio solus in sui cespitis specie virens permanet, & impressa diuinorum pedum venerationem calcati Deo pulueris perspicua simul, & attigua venerantibus arena conseruat vt vere dici possit, Adorauimus vbi steterunt pedes eius.

Auget sane miraculum, quod cum eodem in loco Romanus exercitus sub Tito castrametatus est, 57 cum † hierosolymam obsideret, non tantum leui terrae toties percalcatae impressa potuissent remanere vestigia, sed nec si celte lapidi fuissent insculpata eadem aliqua ex parte integra apparuis-sent

sent *Cardin. Baron. ibid. ann. Chris. 34. tom. 1. fol. 215.*

Idem de lapide sepulchro Christi superposito, quod 58 seruat vestigia ferreorum vinculorum † *Beda de loc. sanct. c. 2. Card. Baron. ann. Christ. 34. tom. 1. fol. 181.* Et de sanguine Zachariæ occiso 59 inter templum, † & altare silicibus impresso indelebili *Idem Baron. in annot. ad martyrolog. 5. nouembris.*

Et de ligno Sanctæ Crucis testatur *Paulinus* stu-60 pendum plane, † ac perenne miraculum toto Orbi notissimum; Nam cum vndique è remotissimis etiam regionibus Hierosolymam religionis ergo Christiani confluere consueuissent acciperentque de ligno eiusdem Sanctæ Crucis particulam, illud diuina quadam virtute operante nullam sentiebat ex diminutione iacturam *S. Cyrillus etiam cathec. 10.* affirmat totum terrarum Orbem ligno Sanctæ Crucis Hierosolymis accepto esse locupletatum *Card. Baron. in martyrolog. 3. Maij. post princ. vers. testatur idem.*

Verum esset quod aliquando sal, & salsum ad pin-61 guefacienda corpora maxime valet † secundum *Plutar. in quæst. natur.* dixi supra *c. 179. in fin.* latè *Paul. Manut. in adag. fol. 33.* Quamuis contrarium defendat *Mercur. lib. 5. var. c. 6.* quia compertum est sali potius facultatem inesse extenuandi, quam crassefaciendi, nisi corpora nimia humiditate luxuriantia, & veluti constipata contabescant *Idem Mercur. ibid.*

Et hæc satis sint ad probandam sterilitatem perpetuam, quam inducit sal; cuius etiam vana 62 est satio, † cum nullus omnino fructus sit oriturus: Ideò sub inanis spei adagio antiquitus vsurpari solitum erat salem serere, licèt hoc etiam diceretur, quia superuacuum erat salem seminare quando tam frequens, & per ampla copia à natura suggeritur terra marique salis sponte 63 nascentis; † ob quam copiam sale emptum mancipium dicebatur in barbarum ac vilem Homunc onem, quasi commutatum ex re ob eius abundantiam modici valoris, & infructuosa, Etenim negotiatores olim in mediterraneam salem portantes mancipia reportabant à 64 Barbaris; † Et Thraciæ genti mos erat peculiaris commutare mancipia sale. Vnde Comicus quidam Generosus est Thrax sale redemptus scilicet *Zenodotus* de quo per *Manut. in adag.* Vnde pro re vili miseris obsoniorum loco sal est 65 cum aceto, † significabatur enim prandium paruum, & tenue, *vt per Grippum piscatorem in rudentib.* Prout etiam per illa verba iuxta salem, & cuminum, seu fabam, magna familia-66 ritas, & amicitia dicebatur, † quasi tales amici parua cœna contenti sale & cumino vnà vescantur, non quærentes apparatum ciborum salis enim nomine frugalem victum innuebant *Horat. in odis*, Viuitur paruo bene, cui paternum splendet in mensa tenui Salinum *Idem in sermon.* Modo sit mihi mensa tripes, & concha 67 salis puri. † Ita etiam salem, & caseum edere *Plin. lib. 21. c. 7.* quasi pulmentarij vice hoc solum veteres vtebantur, dicebant enim, ne sis sollicitus, quo me apparatu accipias præter salem, panem, & caseum nil requiram.

De sale quoque illud obseruandum est, vt hoc obi-68 ter adnotetur; salis onus vnde venerat, † senarius prouerbialis in eos, qui parta tueri nequeunt, vel in illos quibus male parta male dispereunt: Natum adagium ab euentu, Negotiator enim quidam nauem sale onustam vehebat, nautis dormitantibus influxu aquæ marinæ sen-69 tina vehementer adaucta, † & salem vniuersum soluit, ac corrupit, & nauem ipsam demersit; Ita quod ex aqua marina natum fuerat (Nam hinc concrescit sal) in eandem denuo liquefactum est. Vnde etiam salem vehens dormis, Prouerbium ex eodem euentu ortum in eum, qui in re periculosa socorditer, atque indiligenter agit, propterea quod sal influxu sentinæ facile corrumpitur *Manut. in adag.*

Et sale condire Græci dicunt alizia; Quamuis eo 70 verbo etiam congregatio significetur; † Vnde Halia Persarum dicitur Herodoto congregatio, seu concilium. Sunt & halides, seu haliæ sali terendo vasa accommoda. Auctor *M. Varro* est ad Rhenum locis quibusdam nec fossiuum haberi 71 salem, † nec marinum, sed lignorum quorundam carbonibus combustis pro eo vti *Cel. Rhodigin. lect. antiquar. lib. 6. c. 1.*

Insuper notandum est, quod quæ ante sacrificium fieri consueuerunt prothima vocantur, vt est vaporatio thuris, aut id genus primitiæ quæcumque, vt siligo, & placentulæ Prothimata dicun-72 tur ordeum sale conspersum, † quod ante sacrificium aris infundebatur, Erat autem augurium futuræ frugum fertilitatis, vel vt diuinæ bonitati gratos se ostenderent, quod desitis glandium cibis ad mitiorem peruenissent victum *Cel. Rhodigin. lect. antiq. lib. 12. c. 1.*

Obseruandum est etiam circa huiusmodi demolitiones bonorum, quod si domus, quæ debent deuastari esset communis cum alio non delinquen-73 te, ità vt socius haberet partem superiorem, † delinquens autem inferiorem non destruetur, sed pœna commutabitur *Clar. in §. fin. q. 82. super statut. 8. n. 3. vers. sed quid si delinquens. Farin. de crim. læs. maiest. q. 112. inspect. 3. n. 117.* cum alijs per *Corsett. sing. 72. incip. duo fratres habent domum in c erb. communitat. n. 1. arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l. si communem ff. quemad. seru. amitt.*

Et si plures domus essent communes, tunc fit diui-74 sio earum, & destruuntur illæ, † quæ in diuisione fuerunt assignatæ delinquenti *Clar. in §. fin. q. 82. vers. quare quid agendum. post Alber. de Statut. p. 3. q. 47.*

Prout neque deuastabitur domus, in qua vxor ha-75 bet pro sua dote pignus, vel hypothecam, † cum translatio in fiscum non tollat ius hypothecæ; neque enim delictum debitoris debet officere securitati creditoris, Vnde hac ratione vxor poterit defendere, ne fiat vastum in rebus mariti delinquentis, Quidquid aliud sit in Colono, vel Inquilino, qui non habebit hanc defensionem, nisi

76 nisi † haberet obligata bona pro obseruatione contractus conditionis. Ita omnia prædicta explicat *Bald. in l. pignus. 8. n. 1. C. de pignor.*

77 *act.* † Cum etiam creditor præferatur pœnæ *Salic. in d. l. pignus. ad fin. vers. non obstat. hac lex. Farinacc. q. 119. n. 26.* vbi distinguit, quod si vltra domum deuastandam remaneant delinquenti alia bona, in quibus creditores possunt satisfieri, tunc ex eorum pignore, & hypotheca non impedietur dirutio domus, secus si non superfunt alia bona pro satisfactione credito-

78 rum, † quamuis, si domus diruenda esset fundus dotalis, non posset dirui, licet superessent alia bona sui viri, tunc enim sicut non potest

79 ex contractu alienari † *l. lex iulia. de fund. dot.* Ita nec etiam poterit ex delicto *Gig. de crim. las. maiest. quast. 36. nu. 2. vers. prædictam conclusionem. Batard. ad Clar. quast. 82. n. 98. in fin.* Vbi etiam, quod fiscus debet satisfacere de suo tam vxori, quam alijs creditoribus habentibus ius, & hypothecam in domo deuastanda, quando delinquens non habet nisi domum

80 quam † illam, quæ debet dirui *Decian. in prax. crim. lib. 7. cap. 46. nu. 37. in princ. vers. quinimmo creditores.* Et ita etiam intelligitur opinio eorum, qui volunt posse impediri per creditores deuastationem, Nam habebit locum nisi prius fiscus illis satisfaciat, quia hoc operatur obligatio pignoris, quæ ius in re constituit, vt declarat *Salic. in l. pignus. in fin. vers. mihi videtur. C. de pignor. act.*

Et adeo ista pœna dirutionis habebit locum, vt etiam sit imponenda mortuo reo criminis læsæ

81 maiestatis, † quamuis solum agatur ad memoriam eius damnandam, si enim mortuo reo bona sunt fisci, ergo in eius libertate erit diruere, quæ sua sunt *Decian. in prax. crimin. lib. 7. c. 46. n. 37. vers. sed mihi non placet. Farinac. q. 116. n. 40.* contra *Gig. de crim. las. maiest. q. 36.* vbi voluit quod solum fiet confiscatio absque demolitione bonorum quando agitur ad damnandam memoriam rei criminis læsæ maiestatis.

Quæ multo magis procedent in crimine læsæ maiestatis diuinæ, cum longe grauius sit illam

82 offendere, † quam temporalem, & huiusmodi delicta æquiparentur quo ad pœnam *Osasc. decis. 94. n. 29. Perez. de anniuersar. & capellan. lib. 2. cap. 4. n. 126. & 128.* vbi etiam quod sicut nomina punitorum adscribuntur in

83 marmoribus cum qualitatibus delictorum † vt perpetuæ notam infamiæ incurrant, Ita etiam nomina hæreticorum, & qualitates hæresum ascribuntur, & ponuntur affixa in ecclesijs parochialibus delinquentium in linteaminibus *Simanc. de catholic. instit. tit. 47. n. 9. & 13.* Quod originem habuit ab eo quod legitur *Nu. cap. 16.* tulit ergo Eleazar Sacerdos thuribula in ea, in quibus obtulerant hi, quos incendium deuorauit, & produxit ea laminas affigens altari, vt haberent postea filij Israel, quibus commouerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio eius.

Insuper circa ea, quæ supra dicta sunt in materia perpetuitatis, addendum est idem esse in conditionibus habentibus causam permanentem

84 & † successiuam, tunc enim non sufficit implementum momentaneum, sed requiritur successiuum *l. inter castellianum. ff. de recept. arbitr. Corn. cons. 7. nu. 11. lib. 1.* Quidquid aliàs condi-

85 tio temporis momento impleatur, † & dispositio statim suum habeat effectum *l. si quis haredem. de instit. & subst. Bart. in l. 1. nu. 23. eod. tit. Gabr. consil. 4. nu. 14. lib. 2.* Vnde si in capitulis pacis quis promittat muros alicuius castri

86 destruere, † & post demolitionem refecerit, non videtur satisfecisse, & in pœnam incidit *Bald. in d. l. si quis haredem. n. 3. Zas. in l. in substitutione. n. 16. vers. vltimo fallit. de vulg. substit.* cum alijs per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 44. n. 16.*

Idem etiam dixi, vt hoc obiter adnotetur, in conditione si legibus studuerit, quæ habet tractũ tem-

87 poris successiuum, † & non dicitur impleta, nisi doctoratus insignia assequatur quis quasi effectus sit inspiciendus cum perseuerantia vsque ad gradum doctoratus inclusiue *Ias. cons. 149. n. 1. lib. 4. Dec. cons. 176. quod supra. ad fin. vers. ex quibus omnibus. Rip. in l. 1. col. vlt. in princ. vers. limitabis vltimat. n. 138. in fin. solut. matr. & ibi Alciat. col. 12. in princ. vers. illud constat. n. 37. Aym. cons. 687. n. 3.* cum alijs per *Raudens. de analog. c. 37. lib. 1. n. 90.* & voluit *Bald. cons. 284. pater dispo-*

88 *nenti. lib. 2.* † Vbi etiam quod debet cauere saltem per quinquennium, quia ante illud nemo legale studium præsumitur posse perficere *§. quibus si bene. in prima constit. Digest.*

Vnde si testator fecerit legatum illi de domo sua

89 qui studebit in legibus, † & lauream consequetur erit eligendus, qui exercet excluso altero non exercente doctoratum, quasi verba cum effectu sint intelligenda *ex supra allegatis.* & declarat *Horat. Lut. priuileg. scolar. 28. Raudens. decis. 37. n. 284.*

Et faciunt multa, quæ circa perseuerantiam actus adducit *Ang. cons. 34. in proposita quastione. col. 1. & consil. 159. ex hoc igitur themate. col. pe-*

90 *nult. in fin. n. 4.* † Non enim dicitur quis studere nisi faciat cum effectu, quia de fine & effectu fuit cogitatum, cum studium sit vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum cum sum-

91 ma voluntate, † quod verbum peragendum denotat perfectionem prout late omnia comprobat *Ias. d. cons. 149. col. 1. lib. 4.*

Non referret tamen, quod quis sumeret gradum

92 doctoratus in vno, vel altero collegio, † Itaut quamuis in primo testamento fuisset adiecta qualitas studendi, vel lauream doctoratus sumendi in collegio Perusino, tamen conditio diceretur impleta, si quis peruenerit ad d. gradum in alio collegio, si in secundo testamento fuerit facta mentio simpliciter de studendo, seu perueniendo ad gradum doctoratus; Nam cum primum fuerit reuocatum per secundum,

93 qualitas † in eo apposita non censetur repeti-

ta in

ta in secundo *Alex. consil. 70. viso consilio alias per me reddito. col. 4. in fin. vers. non obstat. n. 2. lib 2. per tex. in l. auia. in princ. & l. duos. de condit. & demonstr.* & in specie conditionis do-
94 ctoratus est decisio † *Rot. coram Card. Blanchetto Romana bonorum seu hareditatis. 27. ianuary 1577.* Vbi quod magis hoc fuit decisum, quia ex pluribus qualitatibus, de quibus in primo testamento, eam tantum expressit in secundo, quam repetere voluit, vnde alias qualitates exclusit, cum illas expressisset, si voluisset *Bal. in l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cadue. toll. Rol. cons. 51. n. 8. lib. 3.*

Quod etiam procederet quamuis essemus in eodem testamento, quando sequens legatum contineret
95 conditiones à primo diuersas, † quia conditio adiecta vni legato non censeretur repetita in alio facto in eodem testamento, cum diuersitas qualitatum adiectarũ dispositionibus tollat coniecturam, quæ aliàs posset insurgere *Alex. cons. 66. viso testamento. col. 1. ad med. vers. sed attento quod ex verbis. lib. 3.* cum alijs *per Surd. de alim.*
96 *tit. 3. q. 1. n. 51.* † Et magis hoc haberet locum in conditione posita in secundo legato, quia non censeretur repetita in primo, cum facilius præcedentia influant in sequentia, quam è contra *Idem Surd. de alim. tit. 7. q. 12. n. 12. Socc. Iun. cons. 128. n. 101. lib. 2.*

Aduertendum tamen est circa ea quæ supradicta sunt de donatione facta si studuerit, vt intelligantur, dummodo perueniat ad gradum doctoratus, quod tunc huiusmodi opinio procedet, quando potest considerari, quod testator, aut alius donauerit, seu legauerit habito respectu ad perfectionem studiorum, quasi tunc dicatur studia perficere, cum ad lauream doctoratus assumi-
97 tur, † & ita loquitur *Bald. in d. cons. 284. lib. 2.* Vbi aderant verba ostendentia enixam voluntatem testatoris. Maxime, quia etiam fuit dictum, nec aliter, nec alio modo, quæ formam inducunt *Socc. cons. 181. n. 7. lib. 2. Boer. q. 243. n. 11.* Aliud autem esset in casu simplicis donationis, aut le-
98 gati facti causa studiorum, † tunc enim non videretur requiri gradus doctoratus, cum non omnibus datum sit adire Chorinthum, Et sufficiet quod quis eo tempore studeat, & non stet per eum, quin proficiat, cum etiam sine gradu doctoratus possit effici procurator, administra-
99 tor, vel similia officia habens, † in quibus non requiritur talis dignitas, & sufficit scientia, quæ etiam Reipublicæ adiumento esse potest, Ita in terminis declarat *Menoch. de arbitr. cas. 238. n. 32.* vbi quod *Ias. Dec. & alij.* qui contrarium sequuntur, debent intelligi in casu *Baldi* per eos allegati, quod etiam sequitur *Barbos. in l. 1. par. 7. in fin. nu. 65. vers. quod tamen mihi non placet. ff. solut. matr.* vbi quod satis est, vt scholaris studeat sufficienter, & mediocrem scientiæ notitiam acquirat, vt dicatur studuisse *Bolognet. in d. l. 1. n. 233. ampliat. 6. ad med. vers. & legatum.*

E P I T O M E.

Illegitimi quando sint capaces iurispatronatus, Pensionum, Emphyteusis Ecclesiasticæ, & similium dispositionum, quamuis non sint legitimati. ¶ Bastardi legitimati & Naturales quo casu dicantur de familia & agnatione. ¶ Meretrix quando possit acquirere iuspatronatus, & ex lucro meretricio facere eleemosynam. ¶ Promittens aliquid pro delicto, aut fornicatione an in foro conscientiæ teneatur adimplere. ¶ Filiorum, & descendentium appellatione quando veniant illegitimi in iurepatronatus. ¶ Et an naturales legitimentur in præiudicium legitimorum tam ex rescripto Principis, quàm per subsequens matrimonium. ¶ Emphyteusis ecclesiastica quo casu comprehendat extraneos, & transeat ad legitimatos ex rescripto, & ad naturales, spurios, Iudæos, & similes. ¶ Illegitimus dispensatus ad clericatum an possit obtinere pensionem absque alia dispensatione. ¶ Naturales monasticam disciplinam professi, expositi, & similes an sint capaces ordinum, pensionum, & dignitatum. ¶ Capacitas an attendatur tempore delationis, & admissionis ad ius præsentandi duraturum in successores. ¶ Fœmina quando succedat in feudo, & deficientibus masculis reintegretur. ¶ Iuspatronatus relictum seniori de parentela, si ille decedat quo casu transeat ad eius descendentes, vel reuertatur ad alium de parentela, in quo concurrat illa qualitas senioris.

S V M M A R I V M.

1 *Illegitimi, etiam non legitimati sunt capaces Iurispatronatus, nisi in fundatione reperiantur exclusi. Idem in omni Christiano. n. 2. Et de ratione. n. 3. Amplia etiam quod linea illegitimorum non sit expresse vocata. n. 4.*

5 *Meretrix ex lucro meretricio potest ædificare ecclesiam, vel illam dotare, & acquirere iuspatronatus.*

6 *Meretrix quicquid lucratur suum efficit, & in illius dominium transit. Et potest aliquid recipere, ac retinere, & eleemosynam facere, siue publicè, siue occultè sui copiam faciat. & n. 7.*

8 *Promittens fœmina ratione turpitudinis tenetur in foro conscientiæ adimplere.*

9 *Dari potest aliquid iustè, & sanctè alicui pro recompensatione damni, quod suscepit delinquendo, seu fornicando cum eo, proponendo principaliter virtutem, & charitatem.*

10 *Promittens aliquid vt delictum faciat, sequuto maleficio poterit promissum soluere, non vi promissionis, aut ratificationis, sed in eleemosynam.*

11 *Iuspatronatus concessum ex priuilegio non pertinet ad illegitimos, nec ad legitimatos.*

12 *Concessum antiquiori de familia, ad quod admittitur etiam qui non est hæres, non competit legitimatis nisi per subsequens matrimonium.*

13 *Iuspatronatus competens ex sui natura, & institutione solum ad illos de parentela non*

spectat

spectat ad illegitimos. Amplia vt n. 14.

15 *Domus, & Familia accipitur pro agnatione & nu.17.*

16 *Illegitimi non censentur exclusi, quando ad Ius patronatus vocantur descendentes per verba naturalia absque aliqua mentione legitimitatis. & n.87. Quid si dictum sit legitimos, & naturales.n.23.*

18 *Naturales non habent ius agnationis, Nec sunt de domo, nisi statutum loqueretur per verbum importans naturalitatem.n.19.*

20 *Domus accipitur pro familia.*

21 *Bastardi dicuntur de familia. Intelligere.vt n.22.*

24 *Dictio, siue, capitur facilius pro coniuncta, quam simplex alternatiua.*

25 *Filiorum, & descendentium appellatione in iure patronatus non veniunt illegitimi stantibus legitimis, sed tantum in subsidium. Declara vt n.32.33.& 34.*

26 *Naturales non legitimantur ex rescripto Principis in praeiudicium legitimorum extantium. Et quid in legitimatione per subsequens matrimonium.n.28.*

27 *Princeps non immutat ius diuinum.*

29 *Legitimatio per subsequens matrimonium est potentior, & plures producit effectus, quam illa, quae fit ex rescripto.*

30 *Princeps ex clausula de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, vel non obstante posset legitimare naturales stantibus legitimis, vt simul cum eis succedant. Declara vt n.31.*

35 *Emphyteusis ecclesiastica non intelligitur concessa filijs illegitimis. Amplia vt n.36. Et quid in legitimato, tam à summo Pontifice, quam ab alijs. n.37.& 38.*

39 *Constitutio Pij V. reuocans habilitationes spuriorum ad bona Emphyteotica, & feudalia quos comprehendat.*

40 *Filius legitimatus ex rescripto non succedit in emphyteusi ecclesiastica. Intellige vt nu. 41. 42. 43.44.& 45.*

46 *Emphyteusis Ecclesiastica cum clausula pro se, & quibus dederit, vel cum clausula ad haben.&c. comprehendit etiam extraneos, praesertim quando est posita in parte dispositiua.*

47 *Illegitimi excluduntur non solum ab emphyteusi sed etiam ab omni ecclesiastica dispositione. & nu.48.*

49 *Emphyteusis ecclesiastica transit ad illegitimos quando à principio similibus personis fuisset concessa,& n.88.Declara vt n.56.& 57.*

50 *Naturalis potest ab ecclesia stipulari emphyteusim pro suis descendentibus.*

51 *Iudaeus quando rectè viuit potest emphyteusim ecclesiasticam acquirere. Et quid in haereticis & Saracenis n.52.*

53 *Rectore nolente recipere pensiones à Iudaeo, admittenda est eius protestatio, & depositum ad euitandam caducitatem.*

54 *Spurijs potest pater stipulari emphyteusim ecclesiasticam. Intellige vt n.55.*

58 *Illegitimi in Vrbe sunt capaces emphyteusis ecclesiastica vigore Bullae Leonis X. & an illa tollatur per Constitutionem Pij V.*

59 *Lex non abrogatur per non vsum non habentem non contrarium vsum.*

60 *Illegitime natus non est capax pensionis.*

61 *Beneficium sine dispensatione illegitimo prohibetur.*

62 *Ius patronatus quare sit introductum.*

63 *Pensio est ad commodum eorum, quibus reseruatur, & est ecclesiis onerosa.*

64 *Illegitimus dispensatus ad clericatum potest obtinere pensionẽ absque alia dispensatione. & n.89.*

65 *Pensio si daretur in stipendium, & non in titulum posset per illegitimum sine dispensatione obtineri.*

66 *Episcopus dispensare non potest, vt qui defectum natalium patitur possit ad sacros ordines aspirare.*

67 *Illegitimus qui monasticam disciplinam est professus, poterit sacris ordinibus insigniri, non autem dignitatibus absque Pontificis dispensatione. Amplia in expositis.n.68. Idem super pensione.n.71.*

69 *Papa si sciens aliquem illegitimum, promouet ad ordines, videtur habilitare, quamuis non dispenset. Et erit habilis ad pensionem.n.70.*

72 *Capacitas attenditur tempore delationis, & admissionis ad ius praesentandi duraturum in successores & linea exclusa semper remanet exclusa.n.73. Declara, vt n.74.& 75.*

76 *Foemina non succedit in feudo donec superest masculus.*

77 *In iurepatronatus non est locus illegitimis donec adest legitimus, etiam quod vnus ex linea illegitima semel praesentauerit. & n.86. Nec est quaesitum aliquod ius successoribus.n.78.*

79 *Feudum semel acquisitum per vnam foeminam non debetur alijs si superueniant masculi. & n.84. Amplia in fideicommissis. n.80. & de ratione n.81.*

82 *Successio quae non peruenit ad aliquam lineam perfectè, & irreuocabiliter, sed pendente aliqua conditione, vel qualitate, si conditio purificetur, vel qualitas superuenerit linea illa semel admissa excluditur.*

83 *Iuspatronatus relictum seniori de parentela, si decedat senior, in quo semel habuit effectum, non transit ad eius descendentes, sed reuertitur ad alium de parentela, in quo concurrat illa qualitas senioris.*

85 *Foemina quae non sunt exclusa simpliciter, sed solum existentibus masculis, illis deficientibus reintegrantur.*

CAPVT CCXVIII.

QVo ad dubitationes transmissas, vt distincta veritas habeatur, sunt firmandae breuiter infrascriptae conclusiones.

Prima conclusio. In fundatione iurispatronatus, si illegitimi non reperiuntur exclusi, remanent 1 sub dispositione iuris communis, † secundum quod naturales sunt capaces iurispatronatus, ne dum in consequentiam quando succedunt in haere-

hæreditate, vel alia vniuersitate, sed etiam principaliter, scilicet quando ei daretur, vel legaretur iuspatronatus, vel ipse ecclesiam, aut capellam fundaret, & nedum quando est legitimatus, sed etiam si non sit legitimatus *c. pia* 2 *mentis. & c. frigentius. 16. q. 7.* † vbi quod omni Christiano competit iuspatronatus, Vnde 3 etiam illegitimis, dummodo sint Christiani † Illud enim fuit introductum fauore ecclesiarum, vt laici inuitentur ad illarum fundationem, & constructionem, & dotationem *c. quoniam. de iurpatron.* prout de veriori opinione testatur *Rocc. eod. tit. in verb. ius. q. 2.* contra *Abb. in c. ad apostolicam. de simon.* dum voluit principaliter illud esse introductum fauore laicorum, qui fauor ecclesiæ est attendendus, ne censeatur exclusi legitimi, & ita in specie concludit *Lambert. de iur. patron. art. 17. q. 7. p. 1. lib. 1. vers. quæro decimotertio. f. 68. post Rocc. eod. tit. in verb. competens. q. 2. per tot. Gig. de pens. q. 2. n. 2. & 7. tom. 15. p. 1. fol. 336.* & sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto Ianuen. iurispatronatus. 12. februarij. 1607. post Bald. in l. eam quam in fin. C. de fideicomm.* quem refert *Alex. ad Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. in verb. si liberi. in fin. ff. de oper. libert.* Quamuis enim linea illegitimorum non sit expressè vocata, 4 nec successiuè, † nec copulatiuè à fundatore, Tamen vocatis legitimis de iure per prius veniunt ipsi legitimi, quibus non existentibus interpretatiuè fit transitus ad illegitimos *Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. il 1. n. 16. ad trebell. Rot. coram R. P. D. Coccino Ianuen. iurispatronatus. 18. Aprilis. 1608.*

Et multo magis illegitimi debent esse capaces iu5 rispatronatus, † cum meretrix quoque ex lucro meretricio possit ædificare ecclesiam, vel illam dotare, & acquirere iuspatronatus *Glos. in c. non est putanda, 1. q. 1. Paul. de Cittadin. de iurepatron. in 2. caus. acquir. q. 23. & 24. Spin.* qui de communi *in specul. testam. glos. 6. princ. de legat.* 6 *pia caus. n. 21. Gig. de pens. q 16. n. 9.* † Meretrix enim quicquid lucratur suum efficit, & in illius dominium transit, & potest, immo etiam tenetur sub præcepto tanquam de proprio eleemosynam elargiri, non solùm quando est meretrix publica, sed etiam si occultè faciat copiam sui corporis, cum vtraque possit aliquid recipe7 re, & retinere, & eleemosynam facere: † Nam licet lex positiua puniat ipsa flagitia, tamen lege ipsa positiua receptio non prohibetur, & potest retineri, & hoc casu standum est iuri naturali, quo iure actio, & locatio operarum consistit in pretio æstimabili; Itaut qui promittit fœminæ ratione huius turpitudinis teneatur 8 in foro conscientiæ adimplere; † cum parum referat, an vendatur publicè, vel secretò, neque enim ob publicum officium venditio permittitur, sed ratione materiæ, vnde tam in publica, quàm occulta delinquente, & fornicante idem statuendum est, vt de veriori opinione testatur *Couarr. in reg. peccatum. p. 2. §. 2. n. 3. vers. ex his plane deducitur* quidquid senserint *Cyn. & Ang. in l 2. C. de condict. ob turp. caus. Lup. in rubr de donat. int. vir. & vxor. §. 41.* Quia contra eos est verior opinio, vt docet *Spin. de testam. glos. 6. n. 22.*

Amplius, vt hoc obiter adnotetur, cum sæpe dubitatum viderim; Poterit quis iustè, & sanctè dare aliquid alicui pro recompensatione damni, quod suscepit delinquendo, seu forni9 cando cum eo, † vel pro subsidio illi, qui pro suo amore peccauit proponendo pro principali, & finali causa virtutem, charitatem, & misericordiam, etiam si aliter non dedisset illam pecuniam, nisi illud delictum pro eius amore perpetratus fuisset, nullatenus tamen approbando, aut ratificando maleficium, quod simul fecit, cum etiam promittens aliquid, vt delictum faceret, consecuto maleficio possit 10 soluere illud promissum † non quidem vi promissionis, aut ratificationis maleficij, sed in eleemosynam, & subsidium suæ paupertatis, & conseruationem sui honoris, dummodo tam promissum, quàm delictum ipsius amore factum non sint causa principalis illius doni, sed solum causa sine qua non, hoc enim casu licitè dabitur, & iustè poterit recipi, & transibit in dominium recipientis, & suum efficietur, prout in specie concludit *Nauar. cons. 10. de simon. lib. 5. n. 9. fol. 181. p. 2. post Caietan. 2. 2. q. 62. art. 5.*

Secunda conclusio. Quamuis ex dotatione, aut fundatione etiam illegitimi sint capaces iuris patronatus, vt dictum est: Tamen si illud fuerit concessum ex priuilegio, non poterit ad 11 illegitimos pertinere; † Immo neque ad legitimatos imperiali auctoritate; licet enim illud quod debetur hæredi in consequentiam hæreditatis spectet etiam ad legitimatum per Principem secularem, si sit hæres in conse12 quentiam, tamen † concessum antiquiori de familia, ad quod admittitur etiam qui non est hæres, non competit legitimatis à Principe seculari, neque etiam, quod maius est, spectabit ad legitimatos auctoritate apostolica, cum priuilegium ad eos non extendatur, nisi in eo hoc sit expressum, vel sint legitimati per subsequens matrimonium, prout in terminis concludit *Gabr. cons. 195. q. 3. n. 5. vsque ad 9. lib. 1.* Quemadmodum etiam quando iuspatronatus competeret ex sui natura, & institutio13 ne solùm illis de parentela, † tunc neque spectaret ad illegitimè natos, cum tales non sint de parentela, nec de domo, seu casata *Rocc. de iurepatr. in verb. competens. q. 2. in fin. vers. hanc tamen conclusionem. post Butr. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in fin. ad trebell. Bald. in l. vlt. in fin. C. de verb. signif.* Itaut neque in hoc 14 sit spectandus communis vsus loquendi, † secundum quem licet illegitimi dicantur de domo, & familia paterna *Cephal. cons. 591. n. 13. lib. 4.* Ta15 men talis vsus non est attendendus, † cum domus, & familia in hac re accipiatur pro agnatione, vt latè concludit *Peregr. de fideicomm. art. 22. n. 83.*

n.83. Rimin. Iun. conf. 442. n. 11. & 12. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. n. 4. & 6. & de nobil. c. 15. n. 12.

Tertia conclusio. In casu in quo vocantur descendentes ad iuspatronatus per verba naturalia absque aliqua mentione legitimitatis, † tunc illegitimi non censentur exclusi *Ang. in l. ex facto. 17. §. si quis autem susceperit. il 2. col. vlt. in princ. vers. fallit si statutum. ff. ad trebell.* vbi quod domus est accipienda pro familia, & per consequens pro agnatione, † quæ est nomen iuris ciuilis *l. 1. C. de silent. lib. 12.* constat autem naturales non habere ius agnationis; † *§. vulgo quæsitos. instit. de success. cognat. l. spurios. & l. ea quæ per te. vnd. cogn.* Quare tales non erunt de domo, † nisi quando statutum loqueretur per verbum importans naturalitatem quandam, exemplum, si diceret quod omnes descendentes de tali domo, vel quod omnes de tali domo ex patrimonio scilicet, & ex latere patris. Cum etiam † domus accipiatur pro familia, vnde venient quoque bastardi, qui dicuntur de familia † *Rebuff. in l. pronunciatio. 195. §. iure proprio. col. 3. in princ. vers. sic itaque domus. ff. de verb. significat.* Quidquid aliud sit quando dispositio respiceret nobilitatem, aut aliam qualitatem, † tunc enim appellatione domus veniunt solùm, qui portant arma, & nomen domus *Alex. conf. 213. ponderatis his quæ in themate. col. 2. in princ. vers. accedit ad confirmationem. n. 3. lib. 6. Rebuff. in d. §. iure proprio. vers. si vero dispositio.* & ita etiam declarat sequendo Ang. in specie iurispatronatus *Rot. coram Card. Lancellotto Tirasonen. eleemosynariæ. 14. nouembris 1603. & Ianuen. iurispatronatus. 12. februarij. 1607.* vbi etiam additur hoc magis procedere, quando appareret testatorem non voluisse excludere naturales, puta si dixisset legitimos, vel naturales, † quæ disiunctiua licèt aliquando soleat resolui in coniunctiuam vbi est posita inter personas honoratas *l. lucius. de hered. inst. l. generaliter. in princ. C. de instit. & substit.* Tamen hoc procedit in casu, in quo disiunctiua non potest in aliqua sui parte verificari *Bart. in l. si is qui ducenta. 14. §. vtrum. col. 3. post med. in vlt. oppos. vers. aut inter alia & tunc voluntas. n. 3. ff. de reb. dub.* Quidquid alias ista dictio, siue, capiatur † facilius pro coniuncta, quam simplex alternatiua *Ruin. conf. 149. n. 5. ad fin. lib. 2. Socin. conf. 276. præmissa consultatio. n. 2. lib. 2. Cyn. Bald. & alij in l. cum quidam. 4. C. de verb. signif. Paris. conf. 7. n. 39. lib. 2. Gomes. in §. sed iste. n. 18. inst. de action.* licet ex mente testatoris resolueretur etiam in disiunctiuam *Ruin. conf. 20. n. 15. lib. 2.* cum alijs per *Peregrin.* qui de communi *de fideicomm. art. 17. n. 8.*

(Margin numbers: 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24)

Quarta conclusio. In filiorum, & descendentium vocatione non veniunt illegitimi in iurepatronatus, quando adsunt legitimi, † cum illi solùm veniant in subsidium, quatenus legitimi non extent, & tantum in eorum defectum, cum non sit æquum, vt tales simul concurrant, quasi inter eos non adsit par ratio, neque æquitas, vt latè concludit *Menoch. conf. 285. n. 14.* vbi hoc probat tam ex iure antiquo, & diuino, quàm pontificio, & cesareo, & multis alijs legibus Græcorum, Iudæorum, & similium, de quibus per eum, quem in specie etiam iurispatronatus sequitur *Rota coram Cardin. Lancellotto Ianuen. iurispatronatus 12. februarij. 1607. & coram R. P. D. Iusto in eadem causa 18. Aprilis. 1608. Ruin. conf. 120. n. 12. lib. 1. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. il 1. n. 16. col. 7. in princ. vers. si autem aliqui essent. ff. ad trebell. Peregrin. de fideicomm. art. 28. n. 50.* cum declarationibus de quibus per eundẽ *Peregr. art. 22. n. 80. & per tot.*

(Margin number: 25)

Quæ adeo vera sunt, vt neque naturales ex rescripto principis legitimentur in præiudicium legitimorum illis extantibus, quasi non sit æquum, vt auferatur ius debitum legitimis, & detur naturalibus, quibus non est debitum, cum legitimi hoc habeant à iure diuino, per quod dicitur, si filius ergo hæres, † quod ius diuinum princeps non immutat *Ias.* in specie *in l. gallus. §. & quid si tantum. col. 14. in fin. q. 2. princ. n. 94. vers. immo fortius tenet. de liber. & posth. Alex. conf. 187. videretur prima consideratione. col. 1. n. 3. & 4. lib. 5.* † Quidquid aliud sit in legitimatione facta per subsequens matrimonium *Bart. in auth. item si quis fine. C. de naturalib. liber. Bald. in auth. præterea. eod. tit.* † Quasi ista legitimatio sit potentior, & magis operetur, & plures effectus producat, quàm illa, quæ fit ex rescripto, vt latè per *Tiraq. de iur. primogen. q. 34. n. 54. cum sequen.* † Et quicquid aliud sit quando princeps vteretur plenitudine potestatis, & legitima causa interueniret, & ex certa scientia, vel non obstante &c. id faceret quo casu posset filium naturalem in vita parentis legitimare, vt simul cum filijs legitimis succedat *Alex. in l. ex facto. 43. in princ. col. 4. n. 24. vers. hoc tamen intellige. ff. de vulgar. & pupillar. substit. Salic. in authen. item si quis. C. de naturalib. liber. Imol. in c. nisi cum pridem. §. penult. de renunciat. Gulielm. Bened. in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine adelasiam. n. 191. de testam.* † Quamuis etiam hoc casu talis filius legitimatus cum dictis clausulis non posset plus consequi ex bonis parentum, quàm vnus ex legitimis, qui omnium minimam partem obtinuerit *Dec. conf. 393. consului superioribus. n. 2. Tiraq. de iure primogen. q. 34. n. 50. per tex.* quem aureum, & notandum dicit *in §. quoniam varie. auth. quib. mod. natural. efficiant. sui*, & illum textum asserit didicisse à quodam viro insigni, dum forte cum eo peregrinaretur *Roman. in l. necessarius. de acquir. hæred. Bald. in c. per tuas. n. 2. de maioritat. & obed. Ias. Alex. Port. Ang. & alij* de quibus latè *Moln. de primogen. hispan. lib. 2. c. 11. n. 17. vsque ad 21. & lib. 3. c. 2. n. 5.*

(Margin numbers: 26, 27, 28, 29, 30, 31)

Prædicta autem facilius admitterentur in iurepatronatus fundatorum nobilium, & in dignitate existentium, † cum non sit censendum illos voluisse principaliter vocare ad iuspatronatus, ac eos admittere in concursum cum legitimis, quasi tunc verecundia esset habere

(Margin number: 32)

tales

tales successores, cum nobilitas deturpetur per illegitimos, & cuiuscunque præsertim nobilis intersit iura sua non deuenire ad infamatam prolem, vt dignitas, & fama eorum conseruetur illæsa, prout in feudis, substitutionibus nobilium, & similibus casibus concludit *Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in princ. colum. 4. in princip. vers. secundo fallit. ff. ad trebell. Alexand. consil. 94. consideratis his quæ in themate. colum. 2. in fin. n. 5. lib. 1. & consil. 25. circa primum dubium. colum. 2. in princ. n. 4. eodem lib. vbi in vers.* 33 *& plus etiam dicuntur.* † ampliat ad personas etiam non nobiles talis tamen conditionis, secundum quam attenta eorum vita honesta, & spectabili esset verecundia habere tales successores. sequitur *Dec. consil. 283. viso puncto & diligenter consideratis. colum. 7. in princip. vers. secundo communis opinio. n. 10.* argumento *tex. in l. 1. §. de inspiciendo. vers. publice. de ventr. inspic.* quem ad hoc adducit etiam *Alexan. consil. 67. consideratis his quæ in primo. colum. 4. ad med. vers. accedit quia. n. 5. lib. 1.* & ita in specie iurispatronatus nobilium personarum concludit *Rota coram Cardin. Lancellotto Ianuen. patronatus. 12. februarij. 1607.* vbi concordat alias decisiones 34 contrarias, distinguendo † quando iuspatronatus videtur fundatum fauore familiæ, & agnationis, & quotiescunque illegitimi vellent concurrere cum legitimis, & illis extantibus succedere, quod esset absurdum, & irrationabile, & contra mentem fundatorum, quæ semper est seruanda.

Quinta conclusio. Filijs illegitimis non intelli-35 gitur concessa emphyteusis ecclesiæ, † quia non est verisimile illam de talibus sensisse propter suam dignitatem, quasi isti non possint procreari sine peccato, & ecclesia tamquam nobilis, & pudicitiæ speculum non videtur de filijs abusiuis cogitasse *Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. n. 42. colum. penult. in fin. vers. dubitatur vtrum. de constitut. & in l. generaliter. §. cum autem. n. 2. C. de instit. & substitut. & ibi Ias. n. 9. colum. vlt. ante med. vers. vltimo diligenter signa. Alexand. consil. 94. consideratis his quæ in themate. colum. 2. in fin. vers. pro hoc adducit. n. 5. lib. 1. Rip.* qui de communi *in l. ex facto. §. si quis rogatus. il primo. n. 62. colum. penult. post princ. vers. secunda conclusio. ff. ad trebell.* & de veriori opinione testatur *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tit. 9. lib. 22. n. 4. vers. vera est igitur.* vbi late respondet allegatis in contrarium per *Abb. & alios in cap. in præsentia. 8. n. 24. de probat.* & multis etiam comprobat 36 *Gabr. consil. 84. n. 28. vsque ad 56. lib. 2.* † vbi ampliat quamuis adsit clausula quibus dederit, & pro hæredibus quibuscunque, quasi non sufficiat generalis expressio, sed requiratur specialis, quia tales sunt specialiter prohibiti, & ita latè explicat *Honded. consil. 37. n. 24. vsque ad 30. lib. 2.* vbi declarat *Rotam diuers. decis.* 37 *368. par. 1. & decis. 239. part. ead.* † Itaut neque legitimati nisi per subsequens matrimonium admittantur ad d. emphyteusim *Felin. in d. cap. in præsentia. n. 24. col. 14. in princ. vers. quinto in quantum.* Prout idem in emphyteusi nobilium existentium in dignitate, quos exemplo ecclesiæ credendum est non intellexisse de naturalibus *Rip. in d. §. si quis rogatus. n. 63.* 38 *& 64. Alex. consil. 60. colum. 2. lib. 2.* † Quidquid aliud sit in legitimato à summo Pontifice cum hoc quod succederet in tali concessione emphyteotica, quo casu non excluderetur *Dec. in l. generaliter. in fin. vers. & hoc intelligitur nisi esset. C. de instit. & substit. & consil. 268. consultus ab illustri. colum. 5. post med. vers. & ideo cum in casu nostro. n. 7.* ob illam rationem, quia agitur de iure quærendo agnatis in futurum, quod à Principe tolli, & auferri potest, quasi illud non dicatur in bonis *l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid.* prout concludit *Glos. in c. 1. §. si quis per triginta. in fin. vers. naturales. si de feud. defunct. content. sit int. dom. & agnat.* quam notabilem dicit *Dec. d. cons. 268. n. 7. Alex. cons. 2. visis codicillis. col. 6. post med. lib. 1.* Et faciunt similia adducta per *Bal. in l. 2. in fin. C. iur. & fact. de ignorant. & in l. rescripta. 7. n. 10. & 11. C. de precib. imperat. offeren. & in l. deo nobis. 42. C. de episc. & cler.*

Et facit constitutio *Pij V. de anno 1570. in bullar. n. 120.* quæ reuocat omnes habilitationes spuriorum ad bona feudalia, & emphyteo-39 tica ecclesiastica, † ipsosque omnino ab illa reddit incapaces, etiam non obstantibus legitimationibus de eis factis, quæ hactenus effectum non habuerint; Itaut sub eadem constitutione comprehendantur etiam laici quo ad bona feudalia, & emphyteotica indistinctè, prout in terminis concludit *Gabr. cons. 83. n. 11. vers. tertio omne scrupulum. lib. 2.* vbi attestatur ita fuisse iudicatum *in Rota Romana.* sequitur *Honded. cons. 37. n. 23. lib. 2. Rot. diuers. decis. 214. per tot. p. 2.*

Addendum tamen est, quod filius ex rescripto legitimatus non succedit in emphyteusi ecclesia-40 stica, † quia propter honestatem non videtur ecclesia de illis sensisse *Bald. in l. generaliter. §. cum autem. n. 2. C. de institut. & substit. Aldobr. cons. 10. n. 29. Rota coram R. P. D. Robusterio Ariminen. bonorum. 4. aprilis. 1578.* quam sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 11. n. 1.*

Hoc autem non habet locum in emphyteusi ecclesiastica concessa hæredibus quibuscunque, 41 in † ea enim comprehendentur legitimati, quasi tunc ex verbis vniuersalibus admittantur, Quidquid contradixerit *Gabr. d. consil. 83. n. 10. & consil. 84. n. 47. lib. 2.* Nam aduersus eum est verior opinio, prout resoluit *Rota coram Cardinali Seraphino Bononien. bonorum de Bologninis. 22. martij. 1568.* quam sequitur *Cardinalis Mantica d. tit. 11. n. 15.*

42 *n.15.in fin.* vbi etiam *n.17.* † ampliat quamuis emphyteusis ecclesiæ fuisset concessa pro filijs legitimis, & naturalibus, Nam tunc debent admitti legitimati specialiter ab eo, qui hanc potestatem habuerit, Neque enim hoc est contra verisimilem mentem ecclesiæ, quæ est mater pudicitiæ, cum hæc macula tollatur ab habente talem facultatem legitimandi, vt declarat *Rota coram Card.Seraphino.in d.Bononien. bonorum de bolognìnis. Bero. in c.in præsentia. n.337. de probat. Gozad.ad.consf.6.n.35.& consf.25. n.15. Vrsill. ad Afflict.decis.386.col.3.ad med.*

43 *vers. verum in prædictis. n.3.* † Quamuis enim quis non possit impetrare legitimari filium, vt succedat in emphyteusi, quæ non potest alienari *Menoch. cons.182.n.40. & cons. 202. n.*

44 *166.* † Nihilominus hoc fallit quando legitimatio facta est ab eo, qui habuit huiusmodi facultatem legitimandi, dummodo tamen ista facultas specialiter concedatur, Nam verba vniuersalia non sufficerent, requiritur enim specialis facultas, ad hoc vt quis habeat potestatem legitimandi ad emphyteusim ecclesiæ *Ruin. cons.105.n.5. in fin. lib.3.* Cum etiam requiratur, quod quis specialiter fuerit legitimatus, vt in dicta emphyteusi possit succedere; sicut etiam de feudi successione dicitur *Alexand. consil. 128. consideratis verbis. ad fin. vers. & etiam non videtur. n.8. lib.1. Rot. coram Card. Seraphino Bononien. bonorum de Bolognìnis. 12. ianuarij. 1568.* quam refert, & sequitur *Cardin. Mantic. de tacit.& ambig. conuent. lib.22. tit.11. n.11.* Et dictæ decisiones *Card.Seraphini* sunt inter *decis.diuers.151.153. & 154.p.1.*

Idem esset quando concessio fuit facta seruatis solemnitatibus, quæ in alienatione sunt ne-

45 cessariæ, † tunc enim emphyteusis ecclesiæ transit etiam ad legitimatos, sicut transiret ad quoslibet extraneos *Afflict. decis.386.* quidquid aliter videatur scripsisse *Dec. cons. 170. in causa venerabilis. per tot.* Cum vere non consuluerit, quod ita sentiret, sed vt veritas magis inuestigaretur, prout in principio & in fine eiusdem consilij respondet scholasticis, qui eum arguebant, vt testatur *Alciat. cons. 7. n.2. lib.1. Card. Mantic. d.tit.11.n.13.* vbi tamen hoc intelligit, quando legitimati possunt comprehendi sub verbis expressis iuxta declarationes, de quibus *supra. vers. hoc autem non ha-*

46 *bet.* † Et de emphyteusi concessa pro se, & quibus dederit, vel cum clausula ad habendum, tenendum, & quidquid voluerit faciendum quod comprehendat etiam extraneos *Idem Cardin. Mantica d.lib.22. tit. 19.n.24. & 25. post Rot. coram Cardin. Seraphino Roman. casalium. 4. decembris. 1575. Ruin. consil. 18. n.9.lib.1.* Præsertim quando est posita in parte dispositiua *Rota coram Cardin. Lancellotto Roman. domus sancti Eustachij. 17. Februarij. 1581. & in alia Roman. domus. 9. martij. 1609. coram R. P. D. Manzanedo.* De quo tamen latius alibi dicam Deo dante.

Sexta conclusio. Illegitimi non solum excludun-

47 tur ab emphyteusi, vt dictum est, † sed etiam ab omni ecclesiastica dispositione, cum semper militet illa ratio nobilitatis, & pudicitiæ ecclesiæ, ob quam credendum est noluisse cum talibus contrahere, cum eorum conceptui resistet ecclesia *Gemin. in cap. statutum. il 2. in princ. colum.vlt. in fin. vers.eodem modo. de haret. in 6. per Glos. in clem. vnic. de baptis. Rip. in l. ex facto.§. si quis rogatus. il primo. col. penul.n.65. vers. amplia tertio. ad trebell. Dec. in c.in præsentia. col.18. ad fin. vers. secundo nedum in*

48 *emphyteusi. n.47. de probat.* † Et in locatione ecclesiastica perpetua quod ab ea censeantur exclusi illegitimi resoluit *Rota coram Sanctissimo Romana casalis. 13. ianuarij. 1581.* quam refert & sequitur *Card. Mantica lib.22.de tacit. & ambig. conuent. tit. 9. n. 5.* vbi ampliat ad filios legitimos ex illegitimis procreatos, quasi ex radice infecta prouenientes *Ruin. cons.158.n.7.lib.1. Hostien. & Butr.in c.lator. qui fil. sint legit.*

Septima conclusio. Emphyteusis ecclesiastica

49 transit ad illegitimos † quando à principio similibus personis fuisset concessa, cum origo & principium sit inspiciendum, secundum quod potest etiam talis emphyteusis concedi illegitimis, quicquid aliud sit in dubio, quo casu non videtur de illis cogitatum, vt dictum est *in quinta, & sexta conclusione:* stante enim scientia inuestientis etiam naturales, & illegitimi possunt comprehendi, cum occasio delinquendi, quæ principaliter non præstatur, non sit in consideratione, vt concludit *Rip. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. il primo colum. penult.ad med.n.66. vers. limita nisi ab ecclesia. ff. ad trebell. post Bald. in c. quæ in ecclesiarum. col. penult. n.44. de constit.* Et fuit resolutum *per Rot. coram R.P.D. Robusterio Ariminen. emphyteusis. 4. aprilis. 1574.* quam sequitur *Card. Mantica de tacit. & ambig.conuent. lib.22. tit.9. n.10. post Card. Paleot. de*

50 *noth. & spur. c.31.* † Quicquid alij contrarium sentiant, cum verior sit opinio, quod filius naturalis possit ab ecclesia stipulari emphyteusim pro suis descendentibus, vt testatur *Idem Card. Mantica ex Rot.d. Ariminen.castrorum.*

51 *n.13.* vbi etiam *n.14.* † quod iudæus quoque potest emphyteusim ecclesiasticam acquirere, quando recte viuit, & contractus est lici-

52 tus, quicquid aliud sit in hæreticis tanquam peioribus iudæis, & saracenis, prout in specie concludit *Calderin.cons.3.ecclesia habet domos.*

53 *n. 1. de locat.* † Itaut si Rector nolit recipere pensionem sit admittenda iudæi protestatio, seu oblatio, & depositum in æde sacra etiam cum auctoritate præsidis ad euitandam caducitatem, vel etiam sufficiet sola oblatio, & protestatio, vt non incurratur mora, vt per *Calder.ibid.n.2.*

54 Vnde † multo magis hoc erit concedendum spurijs, vt illis possit pater stipulari emphyteusim,

sim, prout etiam seruo *c.1.§.personam per quot stat inuest.* quasi tunc illa pecunia videatur donata pro alimentis *Afft. decis.99.n.2. Cremens. sing.130.an valeat pactum.post Bald.in l.2.n.5. C.de iur.empbyt.Cott.in memor.in verb.spurius legitimatus.in fin.vers.posset etiam dari cautela. & in verb.spurijs saltem de aequitate.* vbi *in fin.*

55 quod † illud, quod fuisset plusquam necessarium ad alimenta spectaret ad agnatos, seu substitutum, prout etiam declarat *Vrsill. ad Afflict. d. decis.99.in princ. Marsil.in l.1.§.seruus de quaestio.& in l.1.n.28.C.de rapt.virg.*

Octaua conclusio. Vt valeat concessio emphyteusis facta illegitimis debet constare de bonitate

56 vitae, & litterarum scientia, † cum ecclesia non respuat tales, quando sunt probi, & eruditi *cap.1.c.cum nunquam. & c.penult.56.dist.* cuius probitatis verisimiliter credendum est quod ecclesia notitiam habuerit *Dec. in c. in praesentia.col.19. in princ.n.47.vers. & contra.*

57 *de probat.* † Non sufficeret tamen scientia Vicarij istius probitatis inuestiti, cum requiratur scientia praelati illius Ecclesiae, qui emphyteusim concessit *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.22. tit.9.n.16. post Rot. coram R. P. D. Robuster. Ariminen. bonorum.4. aprilis.1574.*

Nona conclusio. In vrbe illegitimi sunt capaces emphyteusis ecclesiasticae vigore *Bullae Leo-*

58 *nis X.* † quod seruat *Rot. coram Sanctissimo Romana Casalis.23.ianuarij.1581.* cuius decisionis meminit *Card. Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib.22.tit.9.n.21.* vbi etiam quod d. constitutio Leonis tanquam fauorabilis debet extendi, quidquid aliud sit in spurijs clericorum qui omnino excluduntur *per constitutionem Pij V.1570. calend. februarij.* de qua *in bullar. constit.120.* per quam constitutionem tollitur omnis dubitatio tanquam comprehendens illegitimos quoscunque etiam legitimatos, vt late declarat *Gabr. cons. 84. n.57.* vbi etiam *n.60.* quod non potest euitari, quasi illa constitutio non sit in vsu, cum praesumatur in obseruantia, ita vt non sufficiat probare non

59 vsum, † cum lex noua non abrogetur per non vsum non habentem non contrarium vsum, non enim sufficit quod casus contigerit, sed requiritur vt vltra illius contingentiam probetur, quod non obstante illa constitutione fuit decisum secundum aliam legem, seu statutum, & sic vt non vsus habeat in se contrarium vsum *Glos. in c.1. de treg. & pac. Dec. cons. 649. n. 9.* dixi *decis.14.*

Decima conclusio. Illegitimè natus non est capax

60 pensionis, illa enim dependet à beneficio, † ex quo extrahitur, sicut vsusfructus à proprietate *c.fin.de pignor.Card.in clem.1. §.eadem.q.4. de suppl.neglig. praelat.Gig.de pens.q.1.in fin.* vn-

61 de † cum illegitimo sit prohibitum habere beneficium sine dispensatione *cap. litteras. de fil. presbyt. c.1.eod.tit.in 6.* ergo idem in pensione, quae ab illo pendet *Gig. de pens. q.63.n.6.* Et quamuis illegitimus sit capax iurispatronatus, vt supra dictum est *in prima conclusione*; Ta-

62 men non est par ratio in pensione, † cum iuspatronatus sit introductum in fauorem ecclesiarum, vt laici inuitentur ad illarum fundationem, & dotationem *c. quoniam. de iurepatron.*

63 Pensio † autem est ad commodum eorum, quibus reseruatur, & potius est onerosa ecclesijs, non fauorabilis, & videtur quasi seruitus, vnde tanquam ex diuersis non est inferendum de iurepatronatus ad pensionem.

Verum illud est notandum, quod si illegitimus esset dispensatus ad clericatum non indigeret alia dispensatione ad obtinendum pensionem,

64 cum † illegitime natus non sit inhabilis ad pensionem, nisi ratione clericatus, prout in terminis est decisio *Rot. coram R.P.D. Gypsio Caesaraugustana pensionis. 19. februarij. 1590. & per R.P.D. Robuster. Zamoren. pensionis 11. Octobris. 1577.* in simili causa coram *Cardina-*

65 *li Seraphino. 11. februarij. 1598.* † licet etiam quando daretur pensio in stipendium, non autem in titulum posset quoque obtineri per illegitimum absque dispensatione *Sarn. de annal. q.21. in fin. vers. si vero non dantur.* vbi allegat *Rota coram R. P. D. Vortio Episcopo Aquen. Caesaraugustana portionis seu pensionis. 20. maij. 1538.* quod etiam ita declarat *Gig. de pens.q.16.in fin. vers.conclusionem superius firmatam.*

Ista autem dispensatio, vt qui defectum natalium patitur possit ad sacros ordines aspirare, non est permissa Episcopis etiam stante *concil. Trident.*

66 *sess.24.c.6* † Quamuis enim per illud detur facultas dispensandi in omni irregularitate descendẽte ex delicto occulto non deducta in iudiciũ, excepta ea, quae prouenit ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum; Tamen in hac irregularitate, quae oritur aliunde, & non ex proprio delicto non debet illi concedi huiusmodi dispensandi facultas vt docet *Nauar. in manual. c.27.n.194.* & sequitur dicens multum notandum *Ignat. ad Diaz in praxi c.14. in verb. pro denique. vers. notabis tamen vtiliter.*

Illegitimus tamen, qui monasticam professus est disciplinam, quia vitam suam videtur innouasse, poterit eo ipso sacris ordinibus insigniri,

67 Intelligendo † quo ad ordines sacros, non autem quo ad dignitates, & grauiora munera, tunc enim nullo modo poterit promoueri absque dispensatione summi Pontificis *Glos.in c. fin. de fil.presbyt. Abb.in c.1.in fin.eod.tit. Felin.in c. meminimus. not.6. de accusat.Ignat.ad Diaz d. c.14.vers.si tamen illegitimus.in fin.*

Idem in expositis, qui possunt promoueri ad sacros

68 ecclesiasticos ordines † nulla obtenta dispensatione *Menoch.de arbitr.cas.496.in fin. post Io. de Anan.in c.1.de infant.expos. Card.Paleot.de noth.& spur.c.63.* dixi supra *c.135.n.33.*

Prout etiam quando Papa sciens aliquem illegitimum promoueret ad ordines, quamuis non

69 dispenset, † Nam non obstante defectu natalium redditur habilis, & videtur in neces-

sarium antecedens tacitè cum eo dispensare *Bald. in l. imperialis. §. 1. C. de nupt. Anan. in c. veniens. col. 1. de accusat. Bart. in l. barbarius. col. 8. de offic. prator. Abb. in c. si quando. de rescript.* 70 † Ideo etiam erit habilis ad pensionem, vt late per *Gig. de pens. quæst. 16. n. 11.* Prout etiam neque erit alia dispensatio quærenda super pensione in illis casibus, in quibus dictum est non obstare illegitimo defectum natalium, 71 † vt in effecto monacho, exposito, & similibus.

Vndecima conclusio. Attenditur capacitas tempore delationis, & admissionis ad ius præsentandi duraturum in successores 72 † *Castrens. cons. 16. viso d. puncto & dubijs. n. 5. col. 3. in princ. vers super quarto videtur. lib. 2. Aym. cons. 212. n. 6. Molin. de primogen. hispan. lib. 3. c. 4. n. 14. & c. 10. n. 41. eod. lib. Federic. cons. 26. n. 1. in fin. Rot. coram R. P. D. Rubeo Cauallicen. baronia de thoro. 14. nouembris. 1575. Dec. cons. 204. diuino implorato. col. 1. ad fin. vers. tertio hoc idem. n. 3. Socin. cons. 113. suprascripti insignes. col. 3. post princ. vers. arbitror ergo fundamentum. n. 5. lib. 1.* latissime *Manell. cons. 109. n. 2. & per tot.* 73 Itaut † linea exclusa semper remaneat exclusa *Bart. in l. fin. ad tertull. Socin. cons. 50. viso testamento. in princ. n. 1. lib. 3.* cum alijs per *Peregr. de fideicomm. art. 27. n. 16. & 17.*

Hoc autem intelligitur quando fuit exclusa linea, 74 secus autem si fuisset exclusa persona, † prout eodem modo dicitur quando persona esset admissa, non linea, Tunc enim non durat in successoribus, nam si in illis duraret, sequeretur quod personæ vocatæ, & qualificatæ in linea legitima excluderentur à persona lineæ illegitimæ contra voluntatem, & intentionem testatoris, quod non est dicendum, quia non fuit simplex exclusio *Paris. cons. 72. n. 100. lib. 4. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 7. vers. secundo respondeo.* 75 † Vnde si causa exclusionis fuit, quia non aderat clericus in linea legitima, si hoc cessat; quia superuenit clericus legitimus, cessat etiam exclusio. Quare licet deficiente clerico legitimo transiuerit facultas præsentandi ad illegitimum quo ad factum præsentationis tunc necessarium; Tamen iuspatronatus retinet suam primeuam originem, & naturam iuxta voluntatem testatoris *c. 1. de eo qui sibi vel hared. suis.* 76 Vbi † sicut non patet locus fœminæ in successione feudi, donec superest masculus, Ita in iurepatronatus non est locus illegitimis donec adest legitimus, & sicut *in d. cap. 1.* non obstat, quod feudum videatur factum fœmineum quia per fœminam est propagatum ad posteros, 77 Ita † in hoc casu non obstabit, quod vnus ex linea illegitima semel præsentauerit, nam non ideo minus obtinet suam naturam primeuam, vt clerici legitimi, ex his, qui primo loco iuspatronatus acquisiuerũt, adhuc illud retineant. Præsertim quando fœminæ haberent ex inuestitura domini, & copulatiuè vocatæ essent iuxta dispositionem *d. c. 1. de eo qui sibi vel hared. suis*, cum minus sit dubium, quando non adest vocatio ex inuestitura, sed ex sola interpretatione iuris, nam talis interpretatio non debet confundere voluntatem, & intentionem testatoris *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 18. lib. 8. n. 7.* & in specie iurispatronatus late omnia prædicta declarat *Rot. coram R. P. D. Iusto Ianuen. iurispatronatus. 18. aprilis 1608.*

Neque hoc casu poterit considerari esse quæsitum 78 aliquod ius successoribus, † cum remaneat prima origo, & natura iurispatronatus, vt dictum est, stante quod adest clericus legitimus, in quo potest sortiri effectum intentio testatoris, 79 sicut † dicimus de feudo semel acquisito per vnam fœminam, quod non debetur alijs fœminis, si masculi superueniant *Philipp. de Casatis de Regio inter cons. Bald. 137. lib. 2.* quod ibi fuit subscriptum à *Calderino & sexdecim doctoribus. Idem Calderin. cons. 13. de feud. Castr. cons. 176. videtur dicendum. col. 1. in fin. n. 2. par. 1.* cum alijs per *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 18. n. 6. Decian. cons. 93. n. 8. lib. 3.* sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto Paduana feudi. 26. ianuarij. 1604.* & late explicat *Peregr. de fideicomm. art. 27. n. 5. & 11.* Non admissa opinione *Ang.* contrarium sentientis *cons. 321.* & *Rober. Ricard. de Salt. inter cons. Bald. 205. dubium super quo. col. 2. post med. vers. igitur ex ea natis filijs. lib. 5.* contra quos seruari testatur *Rot. coram R. P. D. Iusto ianuen. iurispatronatus. 18.* 80 *aprilis. 1608.* † vbi quod etiam habebit locum in fideicommissis, & iurepatronatus, cum seruetur idem ordo *Dec. cons. 418. in casu ad me transmisso. n. 18. col. 6. in princ. Peregrin. de fideicomm. art. 27. n. 4. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 18. lib. 8. n. 6.* Non obstante quod aliqui ex supradictis doctoribus loquantur in masculis descendentibus ex fœmina. 81 Nam † ratio decisionis est, quia masculus descendit ab eodem stipite, quæ ratio militat siue descendat à fœmina, siue à masculo, cum immo magis hoc esset dicendum in masculo, qui pinguius habet qualitatem requisitam *Cephal. cons. 30. n. 47. lib. 1.* quem ita declarat *Rot. in d. ianuen. iurispatronatus coram R. P. D. Iusto. 18. aprilis. 1608.*

Adde generale esse in similibus dispositionibus, quod quando successio non peruenit ad aliquam lineam perfecte, & irreuocabiliter pendente videlicet aliqua conditione, vel qualitate quatenus non extent filij legitimi, si conditio purificetur, aut qualitas superuenit linea illa semel admissa excluditur, & ad aliam transmittitur *Bald. Isern. & alij in c. 1. de eo qui sibi vel hared. suis. Mannell. cons. 106. n. 2. & 12. Rot. coram R. P. D. Cantuccio Calaguritana bonorum. 23. martij 1579.* quæ est inter decisiones *Rot. diuer. 100. p. 2.*

Vnde iuspatronatus relictum seniori de parentela licet competat parentelæ, Tamen quia requirit hanc qualitatem senioris, 82 † si decedat

senior,

senior, in quo semel habuit effectum non transit in eius descendentes, sed reuertitur ad alium de parentela, in quo concurrat illa qualitas senioris *iuxta cons. Calder. 48.* de quo *Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. p. 2. art. 33. q. 2. princip. in fin.* quem sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto, Ianuen. iurispatronatus. 25. iunij 1607.*

Idem in feudo, ad quod fęmina fuit semel admissa 84 in defectum masculorum, † nam si postea superueniat masculus non transit ad descendentes ex fœmina iam admissa, sed vadit ad masculos superuenientes *Bald. cons. 137. dominus iordanus lib. 2.* cum alijs per *Rot. coram Card. 85 Lancell. paduana fœudi. 4. februarij. 1602.* † vbi etiam de fœminis, quæ non sunt exclusæ simpliciter à successione, sed solum existentibus masculis. Nam illis deficientibus reintegrantur, & illarum exclusio est temporalis, ac tandiu durat, quandiu adsunt masculi *Castr. cons. 159. punctus istius quæstionis. ad fin. vers. præterea. n. 3. lib. 2. Dec. cons. 87. n. 1. Roman. cons. 1. n. 3. Rot. coram Card. Lancellotto. Ianuen. iurispatronatus. 25. iunij. 1607.* vbi etiam quod esset contra verisimilem mentem fundatoris, si aliter 86 diceretur, † Nam si in linea legitima extaret solum infans, qui non posset præsentare ob defectum ætatis, non est credendum, quod fundator voluerit propterea excludere in perpetuum legitimos, ac iuspatronatus transire irreuocabiliter ad lineam illegitimorum, qui solum veniunt in subsidium non extantibus legitimis *Menoch. cons. 285. n. 14.* cum alijs de quibus supra *in quarta conclusione.*

Ex quibus omnibus colligitur non esse attendendam exceptionem incapacitatis iurispatrona- 87 tus, quamuis simus in illegitimo, † cum præsertim non sit ex priuilegio, & constet de vocatione descendentium per verba naturalia & non adsint alij legitimi prout dictum est *in 1. 2. 88 3. & 4. conclusione.* † Idem erit dicendum de emphyteusi, in qua neque considerabitur talis defectus, cum à principio fuerit concessa pro similibus personis, & constet de eorum probitate, & bona vita, vt *in 7. 8. & 9. conclusione.* Non obstantibus deductis *in 5. & 6. conclusione.* cum illa procedant in dubio, & non existente expressa stipulatione: Prout erit in pensione cuius 89 etiam † erit capax illegitimus stante dispositione ad ordines ab habente auctoritatem concessa, quæ facit, vt nulla alia dispensatio requiratur quo ad pensionem obtinendam vt dictum est *in 10. conclusione.* cum declarationibus ibidem adductis, Itaut sit facienda distinctio quando fuit exclusa linea, seu persona ad effectum videndi quando capacitas attendatur tempore delationis, & admissionis ad iuspatronatus, vt *in 11. conclusione* dictum fuit.

EPITOME.

Mater, & alij ad quos spectat successio pupilli quando teneantur curare, vt tutores cum effectu dentur, & administrent. ¶ Et quibus casibus priuentur successione, & incurrant in pœnas non petentium tutores. ¶ Et quid in matre transeunte ad secunda vota an reuocet donationem factam filijs primi matrimonij, & tutelam reassumat si pœniteat transire ad secundas nuptias, & quando priuetur relictis sibi per maritum, & excludatur à substitutione fideicommissaria, & pupillari. ¶ Statutum prohibens matrem testari nisi pro anima sua an habeat locum, si disponat inter liberos, vel illis donet. ¶ Et quando tale testamentum inter liberos sit propriè testamentum, ità vt legata, quæ in eo relinquuntur extraneis sint valida, vel accrescant filijs, si interuenerint quinque testes. ¶ Priuilegia testamenti inter liberos an procedant si pater disponat in præiudicium vnius, & commodum aliorum. ¶ Mulier quo casu possit relinquere liberis secundi matrimonij plusquam filijs primi. ¶ Donatio facta per matrem filijs nascituris ex secundis nuptijs quando valeat. ¶ Quæstio disputata inter Baldum, Io. de Lignano, & Franciscum de Albergot. ad cuius fauorem fuerit decisa.

SVMMARIVM.

1 *Mater, & alius proximior debet curare, vt dentur pupillo tutores cum effectu, ne incurrant in pœnas. Declara vt n. 2. & 3. & an requiratur etiam diligentia, vt illi administrent. n. 4. & 6.*

5 *Pœna vt mater priuetur à successione ob non petitum tutorem debet restringi ad illos, qui per eam petuntur.*

7 *Mater non potest dici negligens respectu tutoris testamentarij, vel legitimi.*

8 *Successionem perdunt non solum qui non petunt tutores dari, & non compellunt administrare, sed etiam qui non petierunt confirmari eum, qui in testamento minus legitimè est datus.*

9 *Excusatur mater qua transiuit ad secunda vota si non fecerit legitimos tutores administrare.*

10 *Mater secundo nubens non potest esse tutrix, nec debet assignari tutor, quem ipsa petierit.*

11 *Lex prohibet filium educari apud matrem secundo nubentem.*

12 *Donationem factam filijs primi matrimonij non poterit mater transiens ad secunda vota reuocare, nisi de ea expressè constet.*

13 *Tutelam non reassumit mater etiam si pœniteat transire ad secundas nuptias.*

14 *Mater secundo nubens non priuatur relictis sibi per maritum, quamuis non petierit tutorem, nec curauerit administrare, nec excluditur à substitutione fideicommissaria ob non petitum tutorem. n. 15. Et quid in substitutione pupillari. n. 16.*

17 *Si adsint legitimi, seu testamentarij tutores, & mater velit transire ad secunda vota, non tenetur petere alium tutorem subrogari, sed sufficit notificare Iudici.*

18 *Statutum prohibens matrem testari nisi pro*

anima sua non habet locum, si disponat inter liberos, vel illis donet. n. 19.

20 *Testamentum inter liberos non est propriè testamentum, nec comprehenditur in Statuto facientе mentionem de testamento n. 21. Et valet quamuis in eo non adsint solemnitates à iure requisitæ. n. 22.*

23 *Equiparantur vtrique parentes ad testandum inter liberos.*

24 *In testamento inter liberos quod relinquitur extraneo an valeat, vel accrescat filijs, & quid si interuenerint quinque testes. n. 25. 37. & 38.*

26 *Statutum prohibens testari sine consensu propinquorum non comprehendit testamentum ad pias causas.*

27 *Fauorabilior est causa liberorũ quam piæ causa.*

28 *Priuilegia testamenti inter liberos an habeant locum quando pater habens plures filios disponit in præiudicium vnius, & commodum aliorum. & n. 29. & 30.*

31 *Mulier non potest relinquere filijs secundi matrimonij plus quam liberis primi. Intellige vt n. 32. & 33. Amplia vt n. 35.*

34 *Quæstio inter Baldum, Io. Lignan. & Franciscum de Albergot. in qua Riccardus sententiauit contra Baldum.*

36 ***Donatio facta per matrem filijs nascituris ex secundo matrimonio, pro quibus pater stipulatur valet si filij nascuntur, & donationem ratificent viuente matre.***

CAPVT CCXIX.

MAtrem dicebatur non solum obligatam esse ad petendum tutorem filijs, sed insuper teneri curare, vt tutor datus administret, ac faciat inuentarium, & defensionem suscipiat, quamuis non sit necesse, vt animaduertat ad singulos actus administrationis, lex enim considerat effectum, & vtilitatem pupilli 1 non † simplex nomen tutoris, Ideo, vt mater, vel alius proximior in successione eximatur à periculo, & pœnis iuris, debet omnem cur[am] adhibere, vt dentur pupillo tutores cum effectu, idest, quod dati satisdent, faciant inuentarium, suscipiant administrationem, & alia gerant, quæ in similibus dispositionibus sunt necessaria, prout in specie concludit *Bart. in l. final. §. personis in princ. C. de administr. tutor. Corn. conf. 132 fundata videtur intentio col. vlt. post princ. vers. & insuper est aduertendum n. 11. lib. 2.* quod prius voluit *Glos. in l. matris pietas. 6. in verb. & obseruare. C. qui pet. tut.* & 2 sequitur *ibi Salicet. in princ.* † vbi declarat hoc procedere in tutore, non autem in curatore, cum in eo solũ debeat curare, vt tutor administret *Idem Salicet. in l. sciant post princ. n. 1. vers. sequitur non petierint. C. de legitim. hæred. ib. Aret. in §. fin. n. 7. vers. quid si petierit. instit. ad tertull. Socin. conf. 39. visis & inspectis col. 5. in fin. n. 11. vers. circa secundam principalem quæstionem. lib. 1. Ang. in l. vlt. §. personis. C. de administr. tut.* † vbi extendit ad substitutos, & exteros, qui hac necessitate præmuntur iuxta 3 *l. 2. §. si mater. ff. ad tertull.* sequitur *Barbat. ad Bald. in d. l. fin. in verb. persona.*

Verius tamen dixi prædicta non obstare, cum non sint sufficientia ad excludendam matrem à prætensa successione, de qua agebatur etenim ma-4 ter solum compellitur curare, † vt tutores administrent, quando sumus in illis, qui per eam fuerunt petiti, & dati ad eius postulationem secus quando sumus, prout est casus noster, in legitimis, aut testamentarijs, quoniam tunc sicut non debet mater se intromittere de persona, quod est principale negotium, ita neque de administratione, quæ est accessoria, & quando ab aliquo non desideratur officium, neque debet exigi sedulum, & plenum officium, quasi denegato subiecto, denegetur etiam qualificatum subiectum *l. hereditor qui. & l. eius qui in prouincia. ad fin. ff. si cert. pet.* & ita in specie concludit *Fulgos. conf. 52. quidam antonius minor. col. vlt. in fin. n. 6. vers. cum itaque in proposito casu.* quod prius voluit *Bald. in l. matris. 6. C. qui pet. tutor.* quia inquit de istis legitimis, & testamentarijs non habet necesse se interponere, sequitur *Salicet. in d. l. fin. §. personis. ad med. C. de administr. tutor.* vbi quod 5 pœna, † vt mater priuetur successione ob non petitum tutorem non debet extendi, sed restringi solum ad illos, qui per eam petuntur, quasi tunc illud curare debeat, vt ad effectum administrationis deueniatur propter officium illi iniunctum, quo casu debet pleno iure fungi, quod etiam notat *Bald. in l. precibus. 8. col. 3. in fin. n. 18. vers. sed nunquid punitur. C. de impub. & alijs substit. & in l. fin. ad med. n. 2. vbi Barbat. in addit. in verb. persona. C. de administr. tut. & ibi Ang. in §. personis.* dicit perpetuo notandum ad limitationem *l. 2. §. si mater. ff. ad tertull. Socin. conf. 20. visis actis. col. 3. ante med. vers. sed in terminis nostris. n. 4. lib. 1.*

Neque obstat quod militet eadem ratio siue tutores sint petiti à matre, siue à lege, vel à testatore dati sint, & non administrent, Quare idem ius esset statuendum in vtrisque, semper enim adest fauor pupilli, vt interim eius bona administrentur, vnde non excusabitur mater, si non cogat etiam legitimos, & testamentarios officio suo fungi quemadmodum eos, qui per illam petuntur, vt in specie declarat *Aret. in §. fin. n. 7. vers. sed contrarium tenet. col. 3. in fin. instit. ad tertull. post Glos. in l. 2. §. si mater. ff. eod. & in l. matris. C. qui pet. tut.* & latius sequitur. *Idem Aret. in §. actionum autem, q. 24. in fin. n. 44. vers. item prædicta habent locum non tantum quando tutorem. inst. de action.*

Quia satis supra ostensum est adesse diuersam 6 rationem in petitis per eam, † in quibus magis debet esse sollicita, quam in alijs legitimis, & testamentarijs, quasi tunc ex prouidentia legis, & testatoris excusetur, cum sit pupillo consultum, vt semper illi obligentur tam si administrauerint, quam si neglexerint, prout hanc esse veriorem opinionem, & magis communem,

vltra

vltrà supra allegatos, Quidquid *Aret. & alij* contrarium sentiant, docet *Surd. cons. 175. n. 31. in fin. Soc. Iun.* qui etiam de magis communi testatur, & contrarijs respondet *cons. 16. n. 28. vsque ad n. 33. lib. 2. Corn. in l. sciant. n. 5. col. 2. in fin. vers. debent ergo mater. & alij successuri. C. de legit. hared. post Fulgos. & Salicet. ibid. Cyn. in l. fin. §. personis. C. de administr. tut. post Bart. ibid. in fin. Alex. ad Bart. in l. 2. §. idoneos. vers. quid si non compulit. in fin. ad tertull.*

Minus obstat *Bald. cons. 489. proponitur in facto quod quidam. col. 2. ad med. n. 2. vers. item dictum in matre trahitur. lib. 5.* vbi indistinctè tenet istam curam necessariam esse quo ad vtrosque tutores, tam per matrem petitos, quam legitimos, & testamentarios, cum lex non distinguat à quo datus, vel petitus sit, quasi etiam sit magis contumax, qui nihil fecit quam qui petit, & non perfecit, & magis esset absurdum quod hoc casu mater puniatur & non in alio *l. seruius ait. ff. quod vi aut clam. l. diuus. ff. de in integr. restit.* & dictum *cons. Bald.* refert *Alex. ad Bart. in l. 2. §. idoneos. vers. quid si non compulit. ff. ad tertull. Aret. in §. fin. n. 7. instit. eod. tit. & in §. actionum autem q. 24. in fin. instit. de act.*

Nam respondetur *Bald.* sibi esse contrarium, cum aliud senserit *in l. precibus. n. 18. col. 3. in fin. vers. sed nunquid punitur. C. de impub. & alijs substit. & in cons. 403. videtur prima facie dicendum. n. 2. lib. 4. & in l. fin. ad med. n. 2. C. de administr. tut.* vbi dicit esse multum notandum. Et ratio per eum adducta non satisfacit, cum 7 respectu testamentarij, † & legitimi mater non possit dici negligens, prout est in tutore petito ab ea, cui potest imputari, cur talem petierit quem cum effectu non curauerit adimplere *Soc. Iun. cons. 16. n. 32. lib. 2.* Vltra quod ita disponitur praecisè *in l. fin. §. personis. C. de administrat. tut.* vbi consideratur cura eius, qui debet tutorem petere ad effectum, vt petiti, & ordinati compellantur ad defendendum, ita vt si contingat illos remoueri, faciat iterum alium idoneum substitui, quasi tunc ex petitione sua, & officio hoc requiratur, vt notat *Glos. in d. §. personis. in verb. ordinauerint. & in verb. praeparare.* subdens quod non tenebitur tamen mater accusare vt suspectum *l. vlt. §. fin. ff. qui pet. tut. vel cur.* Perdent tamen successionem non solum 8 qui † non petunt tutorem dari, & eum non cōpellunt administrare, vt dictum est, sed etiam qui non petierint confirmari eum, qui datus est minùs legitimè in testamento, seu codicillis *l. credendum. ff. qui pet. tut. Bart. in l. 2. eod. tit. Corn. in l. sciant omnes. 10. col. 2. in princ. vers. & aduerte quia perdunt. C. de legit. hared.*

Ex istis patet, quod non est imputandum matri quare non fecerit tutores legitimos administra- 9 re, † statim enim quod transiuit ad secunda vota, idem est ac si esset mortua, & non extaret, & cum renunciauerit expressè tutelae, vt secundo nuberet, excusatur, cum illico sit aperta via legitimis tutoribus per eius renunciationem *Bal. in l. precibus. 8. col. 4. ad med. vers. si autem administrauerunt simpliciter. n. 18. in fin. C. de impub. & alijs substitut.* & latè declarat *Surd. cons. 175. n. 26. in fin. vers. est verum. & n. 32. lib. 2.* Immo cū mater secundo nupserit non 10 poterat esse tutrix, † neque debet ei assignari tutor ille, quem petierit mater, quasi tunc male de ea lex praesumat, ne scilicet submittat fraudatorem, non autem tutorem filijs, quos dum 11 reliquit, etiam velle spoliare praesumitur, † Itaut lex etiam prohibeat filium educari apud matrem secundo nubentem, prout omnia supradicta latè declarat *Menoch. cons. 5. n. 32. vsque ad 35.* Vbi etiam addit quod neque mater transiens ad secunda vota poterit reuocare dona- 12 tionem factam filijs primi matrimonij, † nisi de ea expressè constet, quasi praesumatur mulierem hoc facere amore secundi viri, cui omnia dare vellet, si posset *§. mater. auth. de nupt.* 13 Itavt etiam si matrem poeniteat † & non velit amplius transire ad secunda vota, tamen non sit locus reassumptioni tutelae, cui semel renunciandum putauit, nisi forte id fecerit simulate *l. cum quaedam. de administr. tut. l. creditor. §. si venditor. de aedilit. edict. Bald. in l. omnem. 6. in princ. n. 2. vers. & ideo si matrem. C. ad tertull.*

Idem etiam ex praedictis sequitur, vt non possit priuari mater transiens ad secunda vota reli- 14 ctis sibi per maritum, † quamuis non petierit tutorem, & non curauerit illum administrare, cum vt dictum est non requireretur ista petitio quae etiam si fuisset necessaria, non tamen omissa excluderet illam à successione mariti, sed tantum filij, quasi non deliquerit circa bona sui vi- 15 ri, † ideo non debet in eis puniri, neque excludi à substitutione fideicommissaria ob non petitum tutorem, quia eam consequitur ex bonis mariti; Quidquid aliud sit in substitutione pu- 16 pillari † quasi tunc deferantur bona tanquam filij, prout etiam in alijs casibus, in quibus per similia fideicommissa efficeretur quasi heres pupilli *Bald. in l. omnem. 6. in princ. C. ad tertull. Aret. cons. 40. in fin. vers. circa quartum. n. 5. Cost. in repet. c. si pater. par. 2. in verb. superstite matre. n. 22. de testam. in 6. Capr. cons. 70. n. 7.* quod etiam voluit *Bart. in l. sciant cuncti. 10. in fin. vers. oppono dicitur. C. de legit. hared. & ibi Bald. in princ. vers. quaero an priuetur. Cyn. in l. omnem. in addit. ad med. C. ad tertull. & ibi Corn. in fin. n. 8. vers. & licet quidam moderni. Gabr. de secund. nupt. conclus. 9. n. 24.*

Amplius quando non sunt legitimi tutores, seu testamentarij non est curandum, quod mater 17 petat, † seu non petat tutorem, solum enim tenetur petere in casu quo est locus datiuo, cum enim est facta prouisio ab homine, seu à lege non est aequum illam teneri, cum in nullo possit imputari de negligentia, quasi sufficiat notificare Iudici, quod vult transire ad secunda vota, & renunciare tutelae, per istam enim renunciationem aperitur statim via legitimo tutori, qui tenebitur pupillo *Dec. cons. 245. in fin. vers. & hoc si mater. post Bal. cons. 489. punctus*

ftus quaestionis.ad med.verf.in primis est videndam.lib.4.& conf.403.videtur prima facie.eod.lib. Gabr.de secund.nupt.conclus.9.n.33. Socin. Neuiz. Parisf. Marant. & alij. de quibus latè *per Surd.* qui etiam de communi testatur *conf. 175.n.26.& 27.lib.2.*

Quo ad secundum Verius est non potuisse impugnari testamentum Matris ex eo, quod filijs secundi matrimonij reliquerit maiorē summam 18 bonorum, quàm liberis primi viri. † Quamuis enim statutum prohibeat matri dispositionem, nisi pro anima sua, tamen non habet locum, quando disponit inter liberos, prout resoluit in specie similis Statuti *Rot. coram R.P.D. Rubeo Romana pralegati.29.Octobris.1563.* & voluit *Castr.conf.323.in fin.lib.2. Bald.conf.407. pre-* 19 *supponendum est quod in terris.n.4. lib.2.* † Vbi de simili Statuto, quod non comprehendit matrem donantem filijs; Testamentum enim inter 20 liberos non est propriè testamentum † *Tiraq. priuileg.pia caus.80.col.1.in fin.verf.confirmat hoc.post Bart. in l.lucius. §. quaesitum. de leg.3.* 21 Vnde non debet comprehendi in Statutis † in quibus sit stricta interpretatio *Aym. conf.259. n.5.* & in specie ita concludit *Curt.Iun.in l.hac consultissima. §.ex imperfecto. col.penult.in fin. verf.sed hic cadit necessaria. n.24. C. de testam.* 22 Ideo † etiam huiusmodi testamenta valent, quamuis non adsint solemnitates à iure requisitæ *d. §. ex imperfecto. Butr.conf.25.n.3. l.fin. C.famil.hercisc. Card. Mantic. de coniect. vlt.* 23 *volunt. lib.6. tit.2. n.9.* † Itaut quo ad testandum inter filios æquiparentur vtrique parentes, vnde dispositio *d.§.ex imperfecto* habebit etiam locum in matre *Roman. conf.179. amplissime doctor.col.7.post med.verf.vltimo est casus.n.15. in fin. Add. ad Bart. sing.182. testamentum imperfectum. col.2. post med.verf.item an in testamento patris.* & voluit etiam *Franc. Aret. in d. §.ex imperfecto. in princ. verf. nota quod per legem istam. Parisf. ad Bart. in d. §.ex imperfecto.in prin.verf.item in testamento patris.* Quidquid aliud sit quando admisceretur extranea 24 persona, † quæ cum filijs fuisset instituta, vel aliquid ei relictum, quo casu quantum ad extraneos nil valeret, sed accresceret filijs *Iaf.in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. col.3. in princ.n.7.in fin.verf.secundo principaliter nota C. de testam. Castr.conf.323.in fin.lib.2. Tiraq. priuil.pia caus.80.in princ.* Nisi adessent quinque testes, qui sufficerent ad probandum lega-25 tum, † & sic tunc admitteretur extraneus, quasi tanta solemnitas fuerit adhibita, quanta sufficit in legatis, vel quando esset confecta scriptura inter liberos manu testatoris, seu scripta ab altero cum eius subscriptione, quia tunc potest legari extraneis, cum aliud sit quando sine scriptura testamentum fit non solemniter, vt late declarat *Castr.conf.93. viso dicto testamento & quaesito.col.1.verf. sed in testamento facto inter liberos. & col.2. in princ. verf. quinimmo probabiliter dici potest.lib.1. Add.ad Bart. sing. 182.col.2. post med.verf. item illud quod dicitur de admissione extraneæ personæ. Parisf. ad Bart. in d.§.ex imperfecto. in 1.addit. verf. item illud quod dicitur.*

Idem dicimus in statuto prohibente aliquem te-26 stari sine consensu propinquorum, † quod non comprehendit testamentum factum ad pias causas *Bald.in l. generali. verf. primo quaero. C.de sacrosanct.eccles.& conf.159. super dictis punctis considerandum. lib.5.* cum alijs per *Dec. conf.455. placet conclusio. in fin. verf. secundo non obstat. n.9.* dixi *decis. & ibi etiam in addit.* 27 Ergo † multo fortius hoc erit inter liberos, quibus ad istum effectum magis fauemus, quam piæ causæ *c.quicumque.17.quaest.vlt.Glos.in l.si quis ad declinandam. C. de episc. & cleric. Guliel.Bened.in c.rainutius.in verb.testamentum. il 1.n.87.in fin.de testam.*

Nec facit quod dispositio *d. §. ex imperfecto.* non habet locum, quando pater filijs inæqualiter 28 prouideret, † cum fauor filiorum attendatur, non autem quando principaliter disponitur in præiudicium vnius filiorum, & commodū aliorum tantum *Rom.conf.179.n.16.ad fin.col.9.in princ.verf.secundo quod & posito. & conf.385. col.2.in fin. verf. secundo principaliter. n.5. & ibi Mandos. in verb. speculator. in fin.* testatur de communi *Dec. conf.632. casus de quo quaeritur.in prin.n.2.& conf.105.col.penul.in fin.verf. secundo etiam responderi potest. & in l.1.ad fin. in 2. not. verf. & ad praedicta benefacit. C. vnde liber. Soc.conf.3.in primo consultationis articulo. col.vlt.in princ.verf. sed hoc non obstante.ibi secundo quia tex.n.10.in fi.lib.3. Rub.Alex.conf. 6.col.2.in princ. verf.veruntamen praemissis.n.4.*

Quia secundum aliam opinionem ista æqualitas 29 non consideratur, prout † concludit *Alex. conf. 146.viso themate suprascripto.col.2.in prin.n.5. verf.& prodest tale testamentum.& col.vlt.n.13. verf. ergo talis solennitas.lib.2. Purpur.ad Iaf.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.in littera d. ad med. verf.limitatio. C.de testam. Dec.in l.vt liberis.17.in 3.notab.C.de collat.*vbi multa hinc inde adducit, *& in fine* videtur residere in opinione, vt non sit consideranda æqualitas, cum solum videatur attendi fauor voluntatis testatoris, quam considerat *tex.in d.§.ex imperfecto* & adducit in simili *l.humanitatis.in fin. C. de impub.& alijs substitut.*sequitur *Corn.in d.§.ex imperfecto.col.4. ad med. verf. nec videtur quod iste.n.15.post Castr.ibid. ad med.n.3.in fin.verf. quid enim si pater. & Io. Mar. Rimin. col.2. & Parisf.ad Bart.ibid.in 1.addit.verf.circa tamen illud. Boer.decis.240. & primo ponam. col.7. in princ. verf. si enim ex testamento.n.8.*

Præterea quamuis verior esset prima opinio, vt 30 non debeant liberi inæqualiter institui; † Tamen erit intelligenda de magna inæqualitate, nam si non esset talis, firma adhuc remaneret dispositio *d.§.ex imperfecto*; & ordinatio patris inter liberos subsisteret, Ita distinguit *Add. ad Alex.cōs.168.in verb.quod fic.ad med.lib.5.* quod etiam voluit *Curt. Iun.in d. §. ex imperfecto.in 2.dub.col.2.ad fin. verf.mihi placet vt istas opiniones.*

niones. quem refert *Boer. decis.* 240.*n*.9.

Non obstat quod mulier non possit relinquere filijs secundi matrimonij plusquam liberis primi viri, 32 † ita vt neque valeat pactum patris stipulantis pro filijs secundi matrimonij *Francisc. de Albergot. & Io. de Lignano inter cons. Castr. cons.* 261. *mihi videtur. & cons.* 263. *vnum est supponendum. lib.*1.

Quia verius est vt mater possit relinquere filijs 32 secundi viri quantum voluerit, † modo legitima filiorum primi mariti non diminuatur *Castr. in auth. vnde & si parens. C. de inoff. testam. Dec. cons.* 245. *requisitus ab illustri. col.*2. *in princ. vers. & ad prædicta facit. n.* 2. *post Bal. cons.*80. *mater potest. lib.*5. *& cons.*356. *si vasallus. eod. lib. Castr. cons.*411. *viso & examinato. in princ. lib.*2. *Aym. cons.* 198. *n.*10 *col.*4. *ad med. vers. ad tertium quæsitum. Bertrand. cons.* 73. *lib.*2. Quod etiam voluit *Rot. coram R.P.D. Rubeo. Romana prælegati.* 29. *octobris.* 1563. quam sequitur *Rot. coram Card. Plat. Rom. dotis.* 17. *Februarij.* 1588 *in fin.*

Contraria autem procedunt quando filijs secundi matrimonij quæritur ex prouisione patris, 33 aliud † enim est quando vxor simpliciter legat, aut donat dictis filijs absque eo quod maritus se interponat pro illis, qu a isto casu non potest dici, quod pater donauerit filijs, vel quod istud sit profectitium; nec apparet quod hoc sit factum contemplatione patris, vel in fraudem legis, quod secus est quando pater paciscere-tur pro filijs præsertim nascituris, tunc enim videtur potius contemplata persona patris, & sic secundi viri, cui prohibetur per legem d. ri plusquam filijs primi matrimonij, Ita distinguit *Ruin. cons.*112. *col.* 3. *in fin. n.*8. *vers. vel secundo melius. lib.*1. & hæc est verior opinio, secundum quam ita sententiauit *Riccardus de* 34 *seruete, seu de Saliceto*, † cui fuit commissus talis articulus decidendus ob contentiones, & diuersas sententias Doctorum tunc temporis videlicet *Baldi, Io. Lignani, & Francisci de Albergot.* & contra *Baldum* fuit decisum, prout huius sententiæ meminit ipse *Bald. cons.* 22. *quadam domina nicolina. col.*1. *ad med. n.*2. *vers. super qua quæstione.* vbi quod *Riccardus* non visa medulla suæ rationis fulminauit perperam, & incontinenti suam sententiam, quod etiam latius explicat *Idem Bald. in l.*1. *C. de inoff. dot. col.*1. *n.*4. *vers. quæro quadã mulier. Vbi n.*7. *in fin.* dicit ita esse tenendum, quamuis totus mundus, & natura teneant contrarium; licet postea *Idem Bald. cons.*161. *quidam nobilis. in fin. lib.*1. mutauerit opinionem, dicens. cum hæc quæstio de facto esset in Ciuitate Cortonæ ita fuisse iudicatum de consilio valentissimorum doctorum *Francisci de Albergotis de Aretio, & Domini Riccardi de Salicetto*, quorum consilia dicit extare apud quendam *Bartolum* si viuit, quæ omnia etiam refert *Boer. decis.* 200. *&* 201. & latius meminit, & testatur de veriori opinione *Aym. cons.*193. *col.*4. *ad fin. n.*11. vbi etiam quod *Castr.* qui cum *Baldo* agebat videns conflictum tantorum patrum forsan consilia illa retraxit, & custodiuit inter sua, cum quibus postea fuerunt impressa, Quæ omnia etiam late defendit, & sequitur *Card. Mantic. de tac. & ambig. con-* 35 *uent. lib.*12. *tit.*33. *n.*8. *vsque ad n.*11. † vbi etiam ampliat quamuis vsusfructus patri non acquireretur *Corn. cons.*82. *n.*3. *vers. an pro certo. lib.* 3. *Ruin. cons.*112. *col. penul. ante med. vers. item non obstat quod actum. n.*8. *lib.*1. Vbi etiam *n.* 7. refert istas opiniones contrarias inter *Baldum & alios supra allegatos*.

Verum esset quod quando filij nascituri ex secundo matrimonio, pro quibus pater stipulatur, 36 non nascuntur, † non erit valida donatio facta per matrem, secus autem quando nascuntur, quia tunc valebit d. donatio, si filij ratificant illam donationem eorum nomine stipulatam per patrem, ita quod eis perfecte acquiratur, nec pater in eorum præiudicium possit aliquo modo disponere, Nam sicut mater posset immediate relinquere filijs secundi matrimonij; ita videtur quod possit hoc facere mediante persona, & ministerio patris quando tamen filij secundi matrimonij ratificarent ante mortem matris; Quod secus esset si non ratificarent viuente matre, nam tunc non valeret dicta donatio, quia post mortem mater non potest donare, vide nec talis ratificatio posset fieri *l. bonorum. ff. rem rat. hab.* & ita in specie distinguit *Aym. cons.*193. *col. penul. in princ. vers. putarem tamen n.*11. *in fin. post Boer. decis.*200. *& reperio. & decis.*201.

Non est tamen omittendum circa declarationem eorum, quæ supra dicta sunt *in vers. quo ad secundum. in fin.* quod non est tuta opinio illa 36 *Castr. cons.*93. *lib.*1. dum voluit, † quod ex imperfecto testamento debeantur legata, quando interuenerunt quinque testes; Nam aut volumus legata deberi tamquam ex testamento, & tunc id esse non potest, quia testamentum inter liberos non sustinetur quod ad legata relicta extraneis, aut volumus, quod debeantur tamquam relicta in codicillis, & hoc quoque non subsistit, cum testamentum imperfectum non trahatur ad codicillos, Nec concludit illa ratio, quod valere debeant d. legata facta in testamento inter liberos, sicut valerent iure codicillorum, si testator coram quinque testibus fecisset talia legata altera die, postquam condidisset testamentum inter liberos, Nam ex quo testator fecit legata separate, 38 videtur † voluisse codicillari, sed quando facit institutionem, & subijcit legata, tunc videtur testari, & ideo si dispositio non valet iure testamenti ob defectum solemnitatis, neque etiam valebit iure codicillorum, nam iure testamenti non debentur legata, & si iure codicillorum essent debita, sequeretur, quod eadem dispositio sustineretur quo ad institutionem, tamquam testamentum, quo vero ad legata valeret tamquam codicillus, quod esset absurdum, ad quod euitandum debet potius quo ad omnia sustineri tamquam testamentum

vel

vel tamquam codicillus, non autem pro parte velut testamentum, & pro parte vt codicillus *Surd.* qui omnia prædicta late declarat *cons.* 259. *n.* 24. *vsque ad n.* 32. *lib.* 2. *post Natt. in l. hac consultissima.* §. *ex imperfecto.n.* 134. *C. de testament.*

E P I T O M E.

PEr specialem executorem testamenti quando eximatur hæres à pœna non adimplendo iussa per testatorem. ¶ In vltimis voluntatibus respectu commissionis pœnæ quo casu recedatur à persona. ¶ Arbitri duo si eligantur sub pœna, & tertius cum vno ex duobus pronunciet an committatur pœna compromissi si non pareatur. ¶ Executor quo casu sit incitator hæredis, & possit per eum præueniri. ¶ Non adimplens iudicium defuncti quando priuetur hæreditate, & monitio sit necessaria tam in facto affirmatiuo quam negatiuo, & an hæres excusetur non adimplendo præceptum imperfectum. ¶ Institutio hæredis secundum conditiones infrascriptas an valeat si illæ postea non apponantur. Et quid in legatis, locationibus, substitutionibus, & similibus, & quid quando verba referuntur potius ad executionem, quam ad substantiam actus. ¶ Translatio legati, quando possit fieri in pœnam vnius propter culpam alterius. ¶ Dispositio testatoris quo casu sit imperfecta, si morte præuentus illam non potuit perficere. ¶ Executio testamenti transacto anno quando deuoluantur ad Episcopum. ¶ Et an talis terminus possit per testatorem prorogari executoribus. ¶ Repudians hæreditatem an possit dici contrauenire præcepto defuncti, ita vt substitutus in casu contrauentionis admittatur. ¶ Similia in decisionibus quando sint alleganda. ¶ Mandans construi capellam sub pœna cum assignatione introitus pro capellanis per eum eligendis an dicatur immutare suam dispositionem, si non elegerit d. cappellanos, & hæres non adimplens an ex hoc excusetur.

S V M M A R I V M.

1 *Testator dando specialem executorem quando dicatur eximere hæredem, ne in aliquam pœnam incurrat non adimplendo, quæ per eum fieri mandantur. & n.* 6.

2 *Hæres iussus aliquid facere arbitrio alicuius si illo non arbitrante deueniatur ad Episcopum non incurrit in pœnam si Episcopo non pareat.*

3 *In vltimis voluntatibus respectu commissionis pœna, non receditur à persona. Limita vt n.* 4. 29. *&* 30.

5 *Arbitri duo si eligantur sub pœna, & tertius cum vno ex duobus pronuntiet, an committatur pœna compromissi si non pareatur.*

7 *Executor quo casu possit præueniri per hæredem, & censeatur datus tamquam incitator hæredis.*

8 *Non adimplens iudicium defuncti quando priuetur hæreditate, & cui restitutio in integrum concedatur.*

9 *Monitio an sit necessaria in facto affirmatiuo quando testator apposuit pœnam, & diem in eo quod voluit adimpleri. Et quid in pœna à lege imposita. n.* 10.

11 *Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. quando habeat locum. Et annus possit prorogari per iudicem.*

12 *Hæres an excusetur non adimplens præceptum imperfectum testatoris.*

13 *Mandans construi capellam sub pœna cum assignatione introitus pro capellanis per eum eligendis non dicitur immutare suam dispositionem, quamuis non elegerit d. capellanos, & hæres non adimplens ex hoc non excusatur. & n.* 31.

14 *Institutio hæredis secundum conditiones infrascriptas valet, quamuis illæ non apponantur. Intellige vt n.* 16. *&* 17.

15 *Substitutio an sit valida si non appareat de casu in quo admitti debet.*

18 *Institutio hæredis ex partibus, quas testator ascripserit valet si nullæ partes ascribantur. Et de ratione. n.* 19. *& quid si verba referantur magis ad executionem, quàm ad substantiam dispositionis. n.* 20. *&* 21.

22 *Sententia an valeat in qua adiudicatur tota res vni reseruando arbitrium super æstimatione præstando alteri si iudex morte præuentus æstimationem non declarauit. Et quid in arbitramento. n.* 23.

24 *Legata valent quamuis non adÿciatur qualitas quam testator adiecturum se promisit, Intellige vt n.* 25.

26 *Locatio facta cum aliÿs capitulis exprimendis dicitur perfecta quamuis alia non exprimantur.*

27 *Similia in decisionibus causarum sunt alleganda.*

28 *Dispositio testatoris quando sit imperfecta, si morte præuentus non potuit illam perficere.*

32 *Pœna potest infligi per testatorem inobedienti, & etiam ei, quia paruit ob factum non parentis.*

33 *Translatio legati facti ecclesiæ, vel pupillo in alium potest fieri in pœnam administratorum qui non seruarunt iussa defuncti. Distingue vt n.* 34.

35 *Executio transacto anno deuoluitur ad episcopum. Intellige vt n.* 36.

37 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

38 *Remedium est adhibendum quid testator iussit in casu negligentiæ.*

39 *Cautio iuratoria non admittitur, si lex disponit fideiussorem dari, & in eius defectum mandat aliquid fieri.*

40 *Testator potest prorogare terminum à lege datum executoribus.*

41 *Substitutio non habet locum quando fratres grauantur ad præstandum consensum alienationi cum præcepto vt si contrauenïant priuentur hæreditate, & alius substituatur si contingat illam repudiari.*

Sub-

41 *Substitutus per fideicommissum non potest hereditatem habere, nisi sibi restituatur ab harede scripto qui illam adiuerit.*

CAPVT CCXX.

TEstator dando specialem executorem videtur voluisse, quod de hoc hæres non se intromittat † *§. si quis autem. auth. de eccles. tit.*

1 Vnde † neque hæres tenetur implere, nec in aliquam pœnam incidit, si non adimplet illa, quæ defunctus mandauit fieri per executorem specialiter ab eo nominatum *l. mulcta. 6. in princ. de condit. & demonstrat.*

Quinimmo si hæres est iussus aliquid facere arbitrio executoris, & si non fecerit puniatur cer-

2 ta pœna, † si executores nolunt arbitrari, propter quod ad Episcopum deuenitur, si hæres non pareat Episcopo, non incidit in pœnam impositam à testatore, cum in vltimis voluntatibus respectu commissionis pœnæ non recedatur à persona, † quia non venitur formaliter

3 contra dispositionem à testatore inductam *Bar. in l. mulcta. 6. in princ. ad med. n. 3. de condit. & demonstrat.* quod esse notatu dignum dicit *Bald. in l. unic. in princ. n. 4. in 2. opposit. C. de his qua pœn. nom. Bart. cons. 7. andreas quidam martini. in fin. n. 3. vers. præterea in pœnis. lib. 1. & cons. 214. in fin. eod. lib. Ruin. cons. 127. n. 4. lib. 2. Alex. in l. fin. col. 1. ad med. n. 4. vers. vbi in*

4 *pœnis & mulctis. C. de hered. instit.* † Quidquid aliud sit, vt recedatur quo ad dispositionem, scilicet vt grauius debeat fieri quod fuit iudicatum *l. fin. §. & si quis. C. commun. de leg. Bart. in l. si quis arbitratu. de verb. oblig.*

Idem dicimus quando sunt primo electi duo arbi-

5 tri sub pœna, si enim Iudex dat Tertium, † qui tertius pronunciat simul cum vno ex illis duobus, pœna compromissi non committitur, quamuis parendum sit sententiæ *Bald. in l. vnic. n. 4. in fin. vers. & est argumentum quod si electi. C. de his quæ pœn. nomin.* Quæ tamen declara vt per *eundem Bald. in l. fin. col. penult. ad med. n. 18. q. 10. C. de contrah. empt.*

Prædicta tamen sunt intelligenda, nisi hæres fuisset monitus à Iudice postquam primus execu-

6 tor desijt esse executor renunciatione, † vel morte, vel alio modo, tunc enim perinde est, ac si datus non fuisset argumento *l. final. §. sed & si quis. C. commun. de leg.* & notat in specie *Bart. in auth. hoc amplius. n. 5. vers. & pro hoc facit quia testator. C. de fideicomm. & ibi Add. in verb. extra glosam.* & sequitur *ibid. Castr. col. 2. ad med. vers. limitat autem.* vbi quod tunc est imputandum hæredi, quamuis enim fuerit datus executor in testamento, tamen intelligitur, quando hæres nihil facere poterat sine executore, vt quia erat præceptum incertum declarandum per executorem, puta quod distribuere-

7 tur inter pauperes arbitrio executoris, † si autem erat certum, poterat res exequi, & executor præueniri *l. si libertus sub conditione. §. 1. de bon. libert.* Quasi tunc censeatur datus executor tanquam incitator, & instigator hæredis *Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. si absque liberis. il 2. n. 215. in 4. limit. ad med. vers. & hoc verum. de testam. Capr. reg. 110. n. 30.* Et ideo si fuit iussus, & neglexit punietur pœnis, de qui-

8 bus in *d. auth. hoc amplius.* † vbi quod negligens implere iudicium defuncti infra annum à die monitionis factæ sibi per Iudicem priuatur commodo, quod ab ipso habuit, & applicatur personis, de quibus *ibid.* cum eodem onere nisi sit tale, quod per legem habeatur pro impleto, Itaut priuetur hæreditate etiam si testator illam fuisset ei relicturus in non implendo eius voluntatem, & etiam si esset clericus, aut ecclesia, salua tamen facultate ecclesiæ petendi restitutionem in integrum infra quadriennium à die priuationis, & sic læsionis computandum, vt latè per *Guil. Bened. in c. rainutius. in verb. si absque liberis. il 2. n. 203. vsque ad n. 211. de testam.*

Ideo ex prædictis Dixi, quod cum præceptum testatoris, de quo agebamus, non fuerit adimpletum tempore constituto, meritò debet esse locus deuolutioni, maxime post interpellationem, & monitionem factam stante renunciatione, & impedimento executoris, cui testa-

9 tor primo mandauerat certum quid fieri, † licet neque monitio esset necessaria etiam in facto affirmatiuo, quando testator apposuit, prout in casu nostro, pœnam, & diem in eo quod impleri voluit *Aym. cons. 193. col. 1. in fin. n. 4. ad med. vers. & quod monitio. & cons. 59. in fin. n. 7. vers. quinto non videtur esse locus. post Gozad. cons. 34. col. 2. ad med. vers. non obstat quod voluit. n. 7.* vbi ita declarat *Socin. cons. 133. profecto ni fallor. col. penult. ad med. n. 14. vers. postremo non omitto quod in vltimis voluntatibus. lib. 1. Castr. cons. 292. circa primum dubium videtur quod institutio. in fin. n. 9. in 8. dub. lib. 2. Iacob. Mandell. cons. 48. quamuis eruditissime. n. 14. col. 2. ad med. vers. propterea arguendo.* & sequitur *Rot. coram R. P. D. Litta Vsterbien.*

10 *bonor. 20. februarij. 1595.* † Quidquid aliud sit in pœna, quæ imponitur à lege, vel statuto, si aliquid factum non fuerit, quæ nunquam committitur, nisi monitio præcedat, præsertim quando talis pœna legalis imponeretur ob negligentiam non facientis *Card. cons. 55. n. 3. Decian. cons. 11. n. 13. lib. 2. Ruin. cons. 100. n. 4. lib. 5. & cons. 138. n. 6. eod. lib. post. Innoc. in c. extirpanda. §. quia vero. de præbend.*

Et quamuis grauamen non contineat commodum pecuniarium an habeat etiam locum dispositio

11 *auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* † & an procedat in quocumque genere dispositionis ex vltima voluntate factæ, atque etiam in prælegato, & in alijs *late Ludouic. Molin. de hispanor. primog. c. 14. lib. 2. n. 14. vsque ad n. 20.* vbi multa de contrauenіente præcepto testatoris quo ad delationem armorum, & nominis, & quando annus possit prorogari per Iudicem *Felin. in c. cum sit romana. de appell.*

Amplius neque obstaret si obijceretur fuisse imperfectum

vel tamquam codicillus, non autem pro parte velut testamentum, & pro parte vt codicillus *Surd.* qui omnia prædicta late declarat *cons. 259. n. 24. vsque ad n. 32. lib. 2. post Natt. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 134. C. de testament.*

E P I T O M E.

PEr specialem executorem testamenti quando eximatur hæres à pœna non adimplendo iussa per testatorem. ¶ In vltimis voluntatibus respectu commissionis pœnæ quo casu recedatur à persona. ¶ Arbitri duo si eligantur sub pœna, & tertius cum vno ex duobus pronunciet an committatur pœna compromissi si non pareatur. ¶ Executor quo casu sit incitator hæredis, & possit per eum præueniri. ¶ Non adimplens iudicium defuncti quando priuetur hæreditate, & monitio sit necessaria tam in facto affirmatiuo quam negatiuo, & an hæres excusetur non adimplendo præceptum imperfectum. ¶ Institutio hæredis secundum conditiones infrascriptas an valeat si illæ postea non apponantur. Et quid in legatis, locationibus, substitutionibus, & similibus, & quid quando verba referuntur potius ad executionem, quam ad substantiam actus. ¶ Translatio legati, quando possit fieri in pœnam vnius propter culpam alterius. ¶ Dispositio testatoris quo casu sit imperfecta, si morte præuentus illam non potuit perficere. ¶ Executio testamenti transacto anno quando deuoluantur ad Episcopum. ¶ Et an talis terminus possit per testatorem prorogari executoribus. ¶ Repudians hæreditatem an possit dici contrauenire præcepto defuncti, ita vt substitutus in casu contrauentionis admittatur. ¶ Similia in decisionibus quando sint allegenda. ¶ Mandans construi capellam sub pœna cum assignatione introitus pro capellanis per eum eligendis an dicatur immutare suam dispositionem, si non elegerit d. cappellanos, & hæres non adimplens an ex hoc excusetur.

S V M M A R I V M.

1 *Testator dando specialem executorem quando dicatur eximere hæredem, ne in aliquam pœnam incurrat non adimplendo, quæ per eum fieri mandantur. & n. 6.*

2 *Hæres iussus aliquid facere arbitrio alicuius si illo non arbitrante deueniatur ad Episcopum non incurrit in pœnam si Episcopo non pareat.*

3 *In vltimis voluntatibus respectu commissionis pœna, non receditur à persona. Limita vt n. 4. 29. & 30.*

5 *Arbitri duo si eligantur sub pœna, & tertius cum vno ex duobus pronuntiet, an committatur pœna compromissi si non pareatur.*

7 *Executor quo casu possit præueniri per hæredem, & censeatur datus tamquam incitator hæredis.*

8 *Non adimplens iudicium defuncti quando priuetur hæreditate, & cui restitutio in integrum concedatur.*

9 *Monitio an sit necessaria in facto affirmatiuo quando testator apposuit pœnam, & diem in eo quod voluit adimpleri. Et quid in pœna à lege imposita. n. 10.*

11 *Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. quando habeat locum. Et annus possit prorogari per iudicem.*

12 *Hæres an excusetur non adimplens præceptum imperfectum testatoris.*

13 *Mandans construi capellam sub pœna cum assignatione introitus pro capellanis per eum eligendis non dicitur immutare suam dispositionem, quamuis non elegerit d. capellanos, & hæres non adimplens ex hoc non excusatur. & n. 31.*

14 *Institutio hæredis secundum conditiones infrascriptas valet, quamuis illa non apponantur. Intellige vt n. 16. & 17.*

15 *Substitutio an sit valida si non appareat de casu in quo admitti debet.*

18 *Institutio hæredis ex partibus, quas testator ascripserit valet si nullæ partes ascribantur. Et de ratione. n. 19. & quid si verba referantur magis ad executionem, quàm ad substantiam dispositionis. n. 20. & 21.*

22 *Sententia an valeat in qua adiudicatur tota res vni reseruando arbitrium super æstimatione præstando alteri si iudex morte præuentus æstimationem non declarauit. Et quid in arbitramento. n. 23.*

24 *Legata valent quamuis non adijciatur qualitas quam testator adiecturum se promisit, Intellige vt n. 25.*

26 *Locatio facta cum alijs capitulis exprimendis dicitur perfecta quamuis alia non exprimantur.*

27 *Similia in decisionibus causarum sunt allegenda.*

28 *Dispositio testatoris quando sit imperfecta, si morte præuentus non potuit illam perficere.*

32 *Pœna potest infligi per testatorem inobedienti, & etiam ei, quia paruit ob factum non parentis.*

33 *Translatio legati facti ecclesiæ, vel pupillo in alium potest fieri in pœnam administratorum qui non seruarunt iussa defuncti. Distingue vt n. 34.*

35 *Executio transacto anno deuoluitur ad episcopum. Intellige vt n. 36.*

37 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

38 *Remedium est adhibendum quid testator iussit in casu negligentiæ.*

39 *Cautio iuratoria non admittitur, si lex disponit fideiussorem dari, & in eius defectum mandat aliquid fieri.*

40 *Testator potest prorogare terminum à lege datum executoribus.*

41 *Substitutio non habet locum quando fratres grauantur ad præstandum consensum alienationi cum præcepto vt si contraueniant priuentur hæreditate, & alius substituatur si contingat illam repudiari.*

Sub-

41 *Substitutus per fideicommissum non potest hæreditatem habere, nisi sibi restituatur ab hærede scripto qui illam adiuerit.*

CAPVT CCXX.

Testator dando specialem executorem videtur voluisse, quod de hoc hæres non se intromittat † *§. si quis autem. auth. de eccles. tit.*

1 Vnde † neque hæres tenetur implere, nec in aliquam pœnam incidit, si non adimplet illa, quæ defunctus mandauit fieri per executorem specialiter ab eo nominatum *l. mulcta. 6. in princ. de condit. & demonstrat.*

Quinimmo si hæres est iussus aliquid facere arbitrio executoris, & si non fecerit puniatur cer-

2 ta pœna, † si executores nolunt arbitrari, propter quod ad Episcopum deuenitur, si hæres non pareat Episcopo, non incidit in pœnam impositam à testatore, cum in vltimis voluntatibus respectu commissionis pœnæ non recedatur à persona,

3 † quia non venitur formaliter contra dispositionem à testatore inductam *Bar. in l. mulcta. 6. in princ. ad med. n. 3. de condit. & demonstrat.* quod esse notatu dignum dicit *Bald. in l. vnic. in princ. n. 4. in 2. opposit. C. de his quæ pæn. nom. Bart. conf. 7. andreas quidam martini. in fin. n. 3. vers. præterea in pœnis. lib. 1. & conf. 214. in fin. eod. lib. Ruin. conf. 127. n. 4. lib. 2. Alex. in l. fin. col. 1. ad med. n. 4. vers. vbi in*

4 *pœnis & mulctis. C. de hæred. instit.* † Quidquid aliud fit, vt recedatur quo ad dispositionem, scilicet vt grauius debeat fieri quod fuit iudicatum *l. fin. §. & si quis. C. commun. de leg. Bart. in l. si quis arbitratu. de verb. oblig.*

Idem dicimus quando sunt primo electi duo arbi-

5 tri sub pœna, si enim Iudex dat Tertium, † qui tertius pronunciat simul cum vno ex illis duobus, pœna compromissi non committitur, quamuis parendum sit sententiæ *Bald. in l. vnic. n. 4. in fin. vers. & est argumentum quod si electi. C. de his quæ pæn. nomin.* Quæ tamen declara vt per *eundem Bald. in l. fin. col. penult. ad med. n. 18. q. 10. C. de contrah. empt.*

Prædicta tamen sunt intelligenda, nisi hæres fuisset monitus à Iudice postquam primus execu-

6 tor desijt esse executor renunciatione, † vel morte, vel alio modo, tunc enim perinde est, ac si datus non fuisset argumento *l. final. §. sed & si quis. C. commun. de leg.* & notat in specie *Bart. in auth. hoc amplius. n. 5. vers. & pro hoc facit quia testator. C. de fideicomm. & ibi Add. in verb. extra glosam.* & sequitur *ibid. Castr. col. 2. ad med. vers. limitat autem.* vbi quod tunc est imputandum hæredi, quamuis enim fuerit datus executor in testamento, tamen intelligitur, quando hæres nihil facere poterat sine executore, vt quia erat præceptum incertum declarandum per executorem, puta quod distribuere-

7 tur inter pauperes arbitrio executoris, † si autem erat certum, poterat res exequi, & executor præueniri *l. si libertus sub conditione. §. 1. de bon. libert.* Quasi tunc censeatur datus executor tanquam incitator, & instigator hæredis *Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. si absque liberis. il 2. n. 215. in 4. limit. ad med. vers. & hoc verum. de testam. Capr. reg. 110. n. 30.* Et ideo si fuit iussus, & neglexit punietur pœnis, de qui-

8 bus in *d. auth. hoc amplius.* † vbi quod negligens implere iudicium defuncti infra annum à die monitionis factæ sibi per Iudicem priuatur commodo, quod ab ipso habuit, & applicatur personis, de quibus *ibid.* cum eodem onere nisi sit tale, quod per legem habeatur pro impleto, Itaut priuetur hæreditate etiam si testator illam fuisset ei relicturus in non implendo eius voluntatem, & etiam si esset clericus, aut ecclesia, salua tamen facultate ecclesiæ petendi restitutionem in integrum infra quadriennium à die priuationis, & sic læsionis computandum, vt latè per *Guil. Bened. in c. rainutius. in verb. si absque liberis. il 2. n. 203. vsque ad n. 211. de testam.*

Ideo ex prædictis Dixi, quod cum præceptum testatoris, de quo agebamus, non fuerit adimpletum tempore constituto, meritò debet esse locus deuolutioni, maxime post interpellationem, & monitionem factam stante renunciatione, & impedimento executoris, cui testa-

9 tor primo mandauerat certum quid fieri, † licet neque monitio esset necessaria etiam in facto affirmatiuo, quando testator apposuit, prout in casu nostro, pœnam, & diem in eo quod impleri voluit *Aym. conf. 193. col. 1. in fin. n. 4. ad med. vers. & quod monitio. & conf. 59. in fin. n. 7. vers. quinto non videtur esse locus. post Gozad. conf. 34. col. 2. ad med. vers. non obstat quod voluit. n. 7.* vbi ita declarat *Socin. conf. 133. profecto ni fallor. col. penult. ad med. n. 14. vers. postremo non omitto quod in vltimis voluntatibus. lib. 1. Castr. conf. 292. circa primum dubium videtur quod institutio. in fin. n. 9. in 8. dub. lib. 2. Iacob. Mandell. conf. 48. quamuis eruditissime. n. 14. col. 2. ad med. vers. propterea arguendo.* & sequitur *Rot. coram R. P. D. Litta Vterbien.*

10 *bonor. 20. februarij. 1595.* † Quidquid aliud fit in pœna, quæ imponitur à lege, vel statuto, si aliquid factum non fuerit, quæ nunquam committitur, nisi monitio præcedat, præsertim quando talis pœna legalis imponeretur ob negligentiam non facientis *Card. conf. 55. n. 3. Decian. conf. 11. n. 13. lib. 2. Ruin. conf. 100. n. 4. lib. 5. & conf. 138. n. 6. eod. lib. post. Innoc. in c. extirpandæ. §. quia vero. de præbend.*

Et quamuis grauamen non contineat commodum pecuniarium an habeat etiam locum dispositio

11 *auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* † & an procedat in quocumque genere dispositionis ex vltima voluntate factæ, atque etiam in prælegato, & in alijs *late Ludouic. Molin. de hispanor. primog. c. 14. lib. 2. n. 14. vsque ad n. 20.* vbi multa de contraueniente præcepto testatoris quo ad delationem armorum, & nominis, & quando annus possit prorogari per Iudicem *Felin. in c. cum sit romana. de appell.*

Amplius neque obstaret si obijceretur fuisse imperfectum

12 perfectum præceptum testatoris, † puta si idem testator aliquid disposuerit cum certa qualitate per ipsum adimplenda, quam postea non adimpleuit, non enim dicitur immutata eius prima dispositio, Vnde ex illa qualitate omissa non poterit excusari hæres non adimplens, quod testator sibi imperfecte mandauit prout in terminis resoluit *Rot. coram R. P. D. Litta*

13 *Viterbien. bonorum* 20. *februarij*. 1595. † Vbi testator mandauerat construi capellam intra annum à die sui obitus sub pœna caducitatis cum assignatione ducatorum 60. pro capellanis per eundem testatorem eligendis, quamuis enim non fuerint per eundem electi dicti capellani, pront dixerat, non tamen poterat dici immutata eius prima dispositio circa dotationem ipsius capellæ, Vnde hæres non excusabitur, si in termino per testatorem præfixo non adimpleuerit, quasi sufficiat illum esse certum de voluntate testatoris circa constitutionem dotis, & erectionem capellæ argumento *tex. in l. si testamentum*. 8. *C. de instit. & substit.*

14 Vbi † si testator instituit hæredes secundum conditiones infrascriptas, quamuis nullas scribat conditiones, valebit institutio, quæ non potest dici imperfecta ratione voluntatis, satis enim est, quod appareat de voluntate circa substantiam institutionis, licet videatur imperfectio circa conditiones, quasi censeatur pœnituisse pollicitationis iam factæ *Aym. cons.* 117.

15 *colum. vlt. in princ. n.* 6. † Vbi etiam ex hoc concludit validam esse substitutionem alicui factam quamuis non appareat de casu, in quo admitti debeat, saltem enim admittetur vltimo loco tanquam vltimo vocatus, cum appareat de voluntate perfecta testatoris circa substantiam substitutionis, quia eum voluit esse substitutum.

Quidquid aliud sit quando pollicitus esset testator

16 apponere conditionem † concernentem substantiam institutionis, non distributionem partium, vel locutus esset per dictiones importantes conditiones, quo casu vitiaretur institutio *l. quoties. §. tantumdem. de hæred. instit. l. demonstratio. §. quod autem iuris. de condit. & demonstr.* & declarat *Castr. in d. l. si testamentum. n.* 1. *in fin. vers. sed potius videtur. & ibi Alex. ad fin. vers. tamen sustinendo. & Iaf. etiam in fin. vers. contra illam communem. C. de instit. & substit.*

Et quidquid aliud sit, quando appareret, quod dispositio iam facta veniebat diminuenda ex his,

17 quæ testator proposuerat facere, † puta quia volebat alium hæredem instituere, propter quod institutio de altero diminuebatur, tunc enim non valebit actus, neque ad pias causas, ne reperiatur nominatus plus habere, quam testator voluerit, prout idem esset, quando per grauamen, quod intendebat testator hæredi iniungere diminuebatur relictum ei factum de omnibus bonis, & si non in substantia, saltem in æstimatione, & valore, seu in effectu, vt bene declarat *Ruin. cons.* 204. *col. penult. in princ. vers. & hoc etiam est de intentione. n.* 8. *lib.* 2. *Menoch. præsumpt.* 5. *n.* 6. *lib.* 4.

Ad idem est *tex. in l.* 2. *ff. de hæred. instit.* Vbi si fuerint instituti hæredes ex partibus, quas testator

18 ascripserit, † vel si ascripserit, valebit institutio, quamuis nullæ partes ascribantur, & ex æquis partibus erunt hęredes, non enim est conditio, quæ apponatur institutioni, sed distributioni partium; ideo valet institutio *Iaf. in l. si testamentum. in fin. vers. breuiter omissis. C. de instit. & substit. Bart. in l. stichum qui meus erit* 6. *in princ. vers. oppono. ff. de leg.* 1. Et est ratio,

19 quia illa conditio † si adscripsero non refertur ad totalem dispositionem, sed ad illam qualitatem ex partibus; quasi sit sensus si ascripsero partes, instituo eos ex illis partibus, si autem non ascripsero partes, instituo eos simpliciter *Corn. in d. l. si testamentum.* quæ est penult. *n.* 12. *C. de institution. & substitution.*

Prout etiam idem esset in casu, in quo verba referuntur ad executionem magis, quam ad sub-

20 stantiam dispositionis † ad tex. *in l. si decem cum petiero. de verb. oblig. & in l. si ita quis promiserit. in princ. ff. eod. tit. Bart. in d. l. stichum. col.* 1. *ad med. vers. vel secundum. & in l.* 1. *ff. de condit. & demonstrat.* licet in eo, quod mere dependet à voluntate testatoris, neque es-

21 set inducta conditio, † quamuis non apponeretur distributioni partium, sed substantiæ dispositionis, tunc enim neque testator omittendo videretur errasse, & valeret actus, quamuis secus esset, quando non mere dependeret à voluntate testatoris secundum *Imol. in l. cum pater filios*. 79. *in fin. n.* 27. *de leg.* 2. vbi ita declarat *d. l. si testamentum. C. de institution. & substitution.*

Quod etiam est in sententia, si enim Iudex aditus in communi diuidendo totam rem adiudicat

22 vni, † & reseruauit sibi arbitrium super æstimatione præstanda alteri, & morte præuentus æstimationem non declarauit, valebit tamen sententia super re adiudicata vt per *Florian. in l. cum pater.* 79. *§. vicos. n.* 4. *ff. de leg.* 2. licet ipse teneat contrarium, & verius quasi deficiat substantia, non sola qualitas *l. triticum. & l. ita stipulatus. de verb. oblig. l. idem labeo. §.* 1. *famil.*

23 *hereisc.* † Quod etiam est in arbitramento arbitratoris, qui reseruauit aliquid declarandum, quod postea non declarauit, illud enim non valebit, si declaratio esset de substantia ipsius arbitramenti, vt concludit *Corn. in l. penult. n.* 4. *vers. quod facit ad quæstionem. C. de instit. & substit. per l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſc. l. item labeo. §.* 1. *ff. eod. tit. l. clemens. §. final. de hæredib. instituend.*

Idem est in legatis, quæ valent quamuis adiecta non sit qualitas, quam testator adiecturum

24 se dixit, † cum dispositio perfecta non vitietur, licet ex post facto non sequatur id, quod à mera voluntate defuncti dependebat *l. cum pater.* 79. *§. fin. ff. de leg.* 2. Vbi vici, vel platea Villæ, seu Castra, quæ certos fines habebant relicta ciuitati debentur, quamuis testator promi-

promiserit fines eorum se certificaturum cum certaminis forma, quam in illis celebrari singulis annis volebat, licet postea morte præuentus hoc non expresserit, † Quidquid aliud sit, quando esset in totum incertus locus, aut incerta persona, tunc enim si de ea non appareret legatum in totum esset nullum *Bart. in l. qui plures. 18. de vsu. & vsufruct. legat.*

Ita etiam in locatione facta cum alijs capitulis exprimendis in instrumento conficiendo, diceretur enim adhuc perfecta locatio, † quamuis aliquod postmodũ non fuisset confectũ, vel factum sine alijs capitulis *Ruin.* in specie *conf. 215. n. 9. lib. 2.* Vbi quod exemplo vltimarũ voluntatum ita etiam concludendum est in locatione, & alijs contractibus *l. quæ de legato. & l. seruum filij. §. eum qui chirographum. de leg. 1. l. fin. C. eod. tit.*

Quæ similia adduxi, cum moneamur allegare leges in casibus similibus ad decisiones quæstionum † prout in hac eadem facti specie ita faciendum esse docet Imperator in *d. l. si testamentum. 8. C. de instit. & substitut.* & ibi etiam notat *Castr. n. 3.* Faciunt etiam similia *de l. eum pater. in verb. alia scriptura. de legat. 2. & in l. si is. qui de testam.* à contrario sensu *Bart. in l. quoties. §. tamen. de heredib. instit. & in l. iubemus. C. de testam.* cum alijs per *Curt. Iun. conf. 12. n. 1. vsque ad 4.* cum distinctionibus, de quibus late *Corn. in d. l. si testamentum. Simon. de Pret. de interpretat. vlt. voluntat. lib. 2. interp. 1. dub. 2. solut. 1. n. 41. fol. 113.*

Neque obstat, quod quando testator morte præuentus non potuit perfecte disponere, illius dispositio tanquam imperfecta vitietur † *l. si is qui. ff. de testam.* Nam istud est verum, quando in eadem confectione testamenti testator erat alia dicturus, secus si reseruabat in aliud tempus, nam talis reseruatio non arguit imperfectionem voluntatis, testamentum enim dicitur perfectum, ex quo tunc testator nihil aliud erat dicturus de præsenti, vt notat *Aret. in l. pen. in 2. notab. n. 2. C. de instit. & subst.* & bene declarat *Iaf. conf. 8. col. pen. ad fin. verf. nam ista reseruatio. lib. 3. Ruin. conf. 1. col. penult. ante med. verf. non obstat dum tertio. n. 22. lib. 2.* late *Curt. Iun. conf. 12. in princ. n. 1. & col. vlt. ad fin. verf. præterea aduertendum puto. Menoch. conf. 45. n. 28. ad fin. verf. non inquam hoc repugnat. lib. 1. Bertazzol. conf. ciuil. 86. n. 6.*

Quibus adde, quod etiam erit locus deuolutioni, & pœnæ per testatorem appositæ, quando non fuit impletum illud, quod testator iussit, quãuis non fuerit facta declaratio per eum, quem defunctus deputauit, sed per subrogatum in eius locum, licèt enim non recedatur à persona in vltimis voluntatibus respectu commissionis pœnæ *Bar. in l. multa. de cond. & demonstr.* cum alijs *supra in princ. huius cap. alleg.* † Tamen hoc procedit, quando pœna caducitatis esset solum apposita solutioni, seu distributioni, secus si apponatur substantiæ dispositionis, vt in specie declarauit *Rot. coram R. P. D. Litta Viterbien. bonorum. 20. februarij. 1595.* Vbi non fuerunt electi capellani per testatorem, prout ipse dixerat velle eligere, sed per Episcopum, & tamen fuit declaratum hæredes incurrisse pœnam caducitatis impositam, si infra annum non assignentur pro dote capellæ, & Capellanis ducati sexaginta per eosdem hæredes, † quia d. pœna non solum fuit apposita solutioni, seu distributioni faciendæ annuatim inter d. Capellanos, sed etiam assignationi dotis Capellæ, cui voluntati, cum non fuerit satisfactum, idem est ac si totali dispositioni fuerit contrauentũ quo ad effectum caducitatis *l. 4. §. cato. ad fin. de verb. oblig. Ruin. conf. 44. n. 10. lib. 2.* † Cũ præsertim ibi distributio inter capellanos esset facienda post assignationem dotis Capellæ; Vnde prius erat constituenda dos, quæ cum non fuerit consignata, nec aliquid adimpletum, debet esse locus pœnę per testatorem impositę, quam potest idem rebus suis imponere; itaut eo ipso committatur, quo contrauenitur dispositioni eiusdem defuncti *§. fin. inst. de leg. l. vnic. C. de his quæ pœn. nom. l. 1. & 2. ff. eod. Imol. & alij in l. paterfamilias. 44. ff. de heredib. instituend.*

Adeo vt non solum pœna per testatorem possit infligi inobedienti, sed etiam ei, qui paruit ob factum non parentis; † Ideo translatio, seu ademptio ab vno in alium fieri poterit in pœnam purè honorati, & quando pendet à facto tertij *Soc. Iun. conf. 129. n. 16. vsque ad n. 22. lib. 3. Menoch. conf. 78. n. 19. cum seq. lib. 1.* Intelligendo tamen in administratoribus, & similibus gerentibus vices, & personam pupilli, ecclesiæ, vel similium, nam in pœnam tutorum, seu administrantiũ, qui non seruarũt iussa testatoris, potest fieri translatio legati facti ecclesiæ, vel pupillo in alium, isti enim priuabuntur legato ob factum illorũ, cum videatur quasi factum ipsorum principaliũ, cum illis etiã succurratur aduersus administratores negligentes, secus autẽ quando essemus in tertio extraneo inobediente, † videlicet si fuerit iussum à testatore, quod commissarij faciant aliquid intra certum tẽpus, & si non fecerint, hęres debeat soluere mille, quia tunc istud præceptum non est rationabile, neque onerat hęredẽ *Bald. in l. vnic. n. 10. C. de his quæ pœn. nomin. Soc. conf. 21. viso testamento. in princ. lib. 3.* Et ita intelligendus est *Ang. conf. 168. col. 2. Ruin. conf. 17. n. 7. lib. 2. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. n. 36. de leg. 2. Soc. in l. quibus diebus. §. termillus. n. 17. de condit. & demonstr.* prout in specie ita distinguit, & concordat opiniones *Pereg. de fideicom. art. 10. n. 89. vsque ad n. 91.* vbi ita declarat *Menoc. d. conf. 78. n. 19.* quod etiam voluit *Gab. conf. 105. n. 11. vsque ad n. 13. lib. 1. Gul. Bened. in c. rainutius. in verb. si absq; liberis moreretur. il 2. n. 219. de testa.*

Vltimo obseruandum est, quod si testator relinquat executorẽ, qui infra annum exequatur, quo anno transacto iubeat aliũ exequi, quamuis alias iure cõmuni † executio deuolueretur ad Episcopum *l. nulli licere. C. de episc. & cler. c. nos quidem. de testam.* Tamen hoc casu non Episcopus, sed substitutus à testatore exequetur † *Bald. in l. si fundum sub condit. 83. §. si hebũ. n. 1. de leg. 1. Cott. in verb. executores. Veronens. caut. 209.* & notãdum dicit *Perez. de anniuersar. lib. 2. c. 9. n. 26.* quasi prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis

37 gis † *l.fin.C.de pact.conuent.* Ex quo enim testator prouidit de remedio in casu negligentiæ, il-
38 lo † est vtendum *l.libertus. §.lutius. vbi Glos.in verb.repetitione.de ann.leg. Io.de Plat.in l.1. C. de expens.ludor.lib.* 10. Prout quando lex disponit fideiussorem dari, & in eius defectũ prouidet
39 de remedio, illo est vtendũ, † nec deuenitur ad iuratoriam cautionē *l.2.C.de tut.& curat.qui satisd.non ded.l.filiusfamilias miles.* 117. *§.diui seuerus.vers.idem princeps. de leg.* 1. Ergo idem in voluntate testatoris, quæ tanquam lex est obseruanda *§.disponat.auth.de nupt.* Vnde merito te-
40 stator potest prorogare terminum à iure, † seu constitutione synodali datum executoribus *Bal. cons.* 302.*n.*6.*lib.*2.*Couar.in c.tua.n.6.de testam.*
In huiusmodi tamen præceptis priuationũ ob contrauentionem, notandum est quod institutis fratribus, & grauatis ad præstandũ consensum alie-
41 nationi, † cũ præcepto, vt non contraueniant, & in casu, in quo recusarent consentire, vel contrauenirent, priuentur hęreditate, & alius substituatur; si contingat quod fratres repudient hæreditatem, non intrabit substitutio, sed hæreditas deferetur ab intestato; quamuis enim repudians dicatur oppugnare voluntatē defuncti, & illi contrauenire *l.quæsitum.de acq.hæred.* Tamen substitutio est fideicommissaria in casu priuationis hæredum, quę priuatio supponit aditionem, cum in fideicommissaria requiratur aditio, itaut non possit incipere institutio à substituto, & cum tractetur de priuatione hæreditatis, illa non pote-
42 rit priuari, qui non est hæres, † Maxime quia substitutus per fideicommissum non potest hæreditatem habere, nisi sibi restituatur ab hærede scripto, qui hæreditatem adiuerit, vnde si institutus repudiat, non datur restitutio, & per consequens euanescit, & expirat substitutio fideicommissaria, ita omnia prædicta latè defendit *Surd.cons.*274.*per tot.lib.*2.

E P I T O M E.

Officia empta, & posita per patrem super vita filiorum quando præsumantur donata, & quid in hoc operetur reseruatio dominij. ¶ Et quid si fuit declaratum fructus officiorum spectare solum ad ementem in vita ipsius. ¶ Per institutionem hæredis, quando quis possit dici disposuisse de rebus suis. ¶ Emphyteusis Ecclesiastica quo casu transeat ad hæredes extraneos. ¶ Dominium officiorum quando dicatur resolubile non facta dispositione, & quid in emphyteusi, & similibus.

S V M M A R I V M.

1 *Per reuocationem donationis an videatur quis disposuisse saltem tacite de bonis suis in succedentes ab intestato.*
2 *Emphyteusis ecclesiastica pro se, hæredibus, & quibus dederit transit ad extraneos, qui ab intestato succedunt.*
3 *Officia empta, & posita per patrem super vita filiorum nulla facta reseruatione dominij censentur donata. Declara vt n.7.12.& 14.*
4 *Hæres an excludatur, vt non possit succedere in officijs emptis super vita alicuius si fuit declaratum fructus illius spectare ad ementem durante vita ipsius.*
5 *Grauatus fideicommisso si decedat sine filijs cum facultate disponendi de d. bonis an dicatur de illis disposuisse per institutionem hæredis.*
6 *Facultas inuicem data fratribus quod quilibet possit de sua portione fideicommissi disponere dicitur adimpleta, si aliquis hæres instituatur.*
8 *Hæres ab intestato an succedat non facta nominatione si fuit reseruata potestas nominandi successorem in officio. n.9.& 10.*
11 *Per institutionem hæredum vniuersalium an quis videatur disposuisse.*
13 *Negligentia non præsumitur.*
15 *Hæredis institutio nõ cõprehendit res, quæ ad aliũ spectãt casu quo de illis specialiter nõ disponatur.*
16 *Testator habens dominium rei licèt resolubile cum facultate disponendi quando possit disponere, Et quid de grauato habente facultatem alienandi fideicommissum.*
17 *Dominiũ officiorũ quãdo dicatur resolubile non facta dispositione. Et quid in emphyteusi. n.18.*
19 *Dispositio expressa an pbetur per verba generalia*
20 *Voluntas quæ non transiuit in dispositionem non est attendenda.*
21 *Voluntas posterior est potior.*
22 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*

C A P V T C C X X I.

Donatio facta cũ ea cõditione, quod ipso donante aliter disponēte, habeatur pro nõ facta, si fuerit reuocata, quia pœnituit se illã fecisse, quamuis non disposuerit de dictis bonis, cum
1 aliud sit pœnitere, & disponere. † Tamē verius est quod conditio euenerit, quia reuocãdo d. donationē videtur disposuisse saltem tacitè de bonis suis in succedētes ab intestato *l.si quis cũ nulliũ. & l.conficiuntur. de iur.codicill.* & in specie ita concludit *Natt.cons.*123.*n.*10. Prout dicimus de
2 emphyteusi ecclesiastica pro se, hæredibus, † & quibus dederit, quæ trãsit ad extraneos succedētes ab intestato, quia videtur tacite illis data à defuncto *Curt.Iun.cons.4.super cõtrouersia vertente. lib.* 1. Videtur enim decedens ab intestato relinquere proximioribus suis bona, de quibus ex pacto, vel aliter poterat disponere *Surd.* qui de magis cõmuni opinione testatur *decis.*272.*n.*82.*& per tot.* vbi late respõdet omnibus contrariũ sentientibus, & multis etiã comprobat *Menoch.cons.*1130.*n.*13.*lib.*12.*& præsump.*28.*n.*10.*lib.*4 & latius *cons.*450.*n.*5.*vsq; ad n.*9.*lib.*10.*& cõs.*922.*p tot.eod.lib.Pereg.de fideic.art.*40.*n.*59.
Ex istis colligitur quod si officia fuerunt empta & posita simpliciter super vitam filiorum per
3 patrem nulla facta reseruatione dominij † præsumuntur donata, prout etiam quando reseruata esset facultas patri disponendi in vita sua tantum, si enim non disposuerit etiam intelligetur illa donasse, quidquid aliud sit quando fuit facta reseruatio, quia tunc non potest capi vlla coniectura donationis, inspicietur enim vlterior dispositio Patris, & si saltem tacite disposuit in testamento sufficit, adeo vt
vni-

vniuersalis institutio in hoc casu habeat vim particularis dispositionis, † Itaut quamuis fuerit declaratum spectare fructus, & emolumenta quæcumque officij durante vita ementis, non excludatur hæres, quamuis succedere possit, cum ex istis non sit inferendum, vt debeat censeri donatum officium, prout omnia prædicta ex multis decisionibus *Rotæ* comprobaui supra *c.50.n.16.vsque ad n.21.*

4

Quare dicimus, quod grauatus fideicommisso, si decedat sine filijs adiecta tamen facultate disponendi de d. bonis fideicommissi, † si hæredem instituat in suo testamento, dicitur de illis disposuisse, & vsum fuisse licentia sibi concessa, quamuis in specie, seu singulariter, & in indiuiduo non dicat, cum quoque instituere in eisdem bonis sibi per fideicommissum relictis cum facultate de eis disponend *Paris.cons.72.n.57.& 60.lib.3.* quasi suffici .t generalis institutio prout multis comprobat *Menoch.cons.131.n.15. cum seq.lib.12.*

5

Idem est in licentia, & facultate inuicem data à fratribus in diuisione bonorum communium fideicommissi, † quod quilibet possit de sua portione ad libitum disponere, dicitur enim quis disposuisse si aliquem fecerit vniuersalem hæredem, cum etiam verbum disponere pertineat ad vltimas voluntates *Alex.cons.189.viso & mature discusso.n.11.lib.2. Rimin.Iun cons.80.n.40.lib.1. Honded.cons.33.n.50.lib.1. Gabr.cons.125.n.16.lib.1. Menoch.cons.87.n.60.lib.1. & cons.323.n.33.lib.4. & cons.1131.n.18.lib.12. Peregrin.de fideicommiss.art.40.n.57.*

6

Ista tamen non habebunt locum, quando quis sibi reseruasset facultatem nominandi, ita vt non facta nominatione censeatur nominatus Titius, tunc † enim non sufficeret talis generalis institutio, sed requireretur expressa, & specifica nominatio ad excludendum Titium, qui alias erat vocatus non secuta nominatione, cum enim sit in specie nominatus, non est æquum illum excludi per d. generalem institutionem *Corn.cons.165.n.21.lib.2. Aret.cons.53. post.n.3. vers. sed quãuis. Rot.corã R.P.D. Bubalo Roman.vineæ de Paluda.22.iunij.1589.* dixi supra *c.50.n.23.*

7

Nec facit, quod reseruata potestate nominandi successorem in officijs succedat hæres ab intestato non facta nominatione † *Aym.cons.176.in fin. Franc. decis. 45.n.2. Ann.sing.391.* Nam hoc procedit, quando simpliciter fuisset facta reseruatio, quod libera dispositio spectaret ad eum, qui emit officium, tunc enim etiam ex generali dispositione censetur effectuata illa libera facultas disponendi de officio, † Vnde & per consequens transit ad vniuersalem successorem, cum enim non agatur de preiudicio alterius, permittitur interpretatio quantumuis ampla ad fauorem disponentis, secus autem quando soluenti precium officij conceditur dispositio libera, non tamen simpliciter, & absolutè, sed sub conditione, quod non facta alia dispositione officium remaneat illi, sub cuius nomine emptum est, vel alteri tertio, tunc enim non sufficiet institutio, & dispositio generalis, sed requiretur specialis ad hoc, vt de eodem officio censeatur disposi- tum, † cum enim agatur de præiudicio eius, cui officium est remansurum, strictior interpretatio est facienda, vt aliquid plus operetur reseruatio apposita cum prædicta conditione, prout vltra decisiones superius allegatas fuit iterum resolutum per *Rot.coram R. P. D. Marcomontio Roman. scriptoriæ. 5. iunij. 1609.* vbi ita concordantur omnes decisiones, quæ hinc inde videbantur contrariæ; Quæ omnia volui hic adnotare, cum aliquibus viderentur dubia, quæ scripsi supra *c.50.n.17. vsque ad n.24.* Immo contra ea in partibus indicatum, de quibus tamen non erat ambigendum, cum multæ rationes diuersitatis sint inter istos casus, prout latius in *ista decisione Romana scriptoriæ*, cuius tenorem infra volui referre, vt veritas eorum quæ supra per me firmata sunt magis comprobetur.

8

9

10

Romana scriptoriæ coram R. P. D. Marco Montio. Veneris 5. iunij. 1609.

HIEronymus Gallus emit de suis proprijs pecunijs officium scriptoriæ super periculo vitæ D. Matthæi Honesti cum decreto, quod Matthæus d. officium vendere, resignare, alienare, ac fructus, & emolumenta quæcumque exigere, aut se in eo, siue in eis quouis modo se intromittere ipso Hieronymo non consentiente nullatenus posset, sed d. Hieronymus illud quandocumque sibi placuerit vendere, resignare, alienare, ac de eo disponere, ac fructus, & emolumenta quæcumque exigere, & in suos vsus, ac vtilitatem conuertere posset, ita tamen, vt si ipsum Hieronymum aliter de d. officio non disponentem præmori contigerit, officium prædictum d. Matthæo liberum remaneret, Decessit Hieronymus condito testamento, & scriptis hæredibus in omnibus, & singulis suis bonis, iuribus, & actionibus, nulla tamen facta particulari dispositione de d. officio. Hinc orta lite inter hæredes Hieronymi, & Matthæum A. C. pronunciauit officium debuisse, ac debere remanere liberum Matthæo, Ab hac sententia eum hæredes appellassent causa in Rota commissa post plures propositiones, & re multum discussa, domini censuerunt sententiam esse confirmandam.

Intentio quippe Matthæi fundata est in verbis Decreti, quod cum Hieronymus de officio aliter non disponens præmortuus sit, officium Matthæo liberum remanere debeat, † Nec facit quod per institutionem hæredum vniuersalium videatur Hieronymum disposuisse *l. si quis prioris. §. certum. & §. illud. C. de secund. nupt. Doct. in l. ita quis. §. ea lege. de verb. obligat. & in l. peto. §. fin. de leg. 2.* & fuit dictum *in Roman. Scriptoriæ coram Sanctissimo 23. maij 1583.*

11

Etenim respondebant domini strictè ad casum, de quo agimus, Decretum apponi duobus modis in resignationibus, seu venditionibus officiorum, quando vni datur titulus officij empti ex pecunia aliena, primus modus est quando apponitur decretum simpliciter, † quod libera dispositio spectet ad soluentem pretium

12

Tunc enim etiam ex generali dispositione censetur effectuata illa libera facultas disponendi de officio, quod per consequens transit ad vniuersalem successorem, & hic est casus prædictæ decisionis *coram Sanctissimo, & aliorum quæ allegantur per informantes pro hæredibus*. Alio modo, & h c est casus noster interponitur Decretum quando soluenti pretium conceditur dispositio libera, non tamen simpliciter, & absolute, sed sub conditione, & modo quod non facta dispositione officium remaneat illi, sub cuius nomine de alienis pecunijs emptum est; Tunc per institutionem, & generalem dispositionem non censetur dispositum de officio, vt distinguendo dixit *Rot. in Roman. Venea de palude 12. iunij 1589. & Roman. legitimæ 29. nouembris 1599. coram R.P.D. Iusto.*

Eaque distinctio ratione nititur, quia in primo casu, cum non agatur de præiudicio alicuius, interpretatio quantumuis larga fieri potest ad fauorem disponentis; in secundo vero casu capienda est stricte dispositio, quia agitur de præiudicio eius, cui officium est remansurum, si aliter de illo dispositum non sit, quod præiudicium, cum oriatur ex spe probabili est considerabile *Surd. conf. 267. n. 22. Sarn. de iur. quæsit. non toll q. 4. n. 14.*

Item si in primo casu facultas non veniret in generali institutione sequeretur quod illam facultatem habens non fuisset ea vsus, 13 † quæ prætermissio, seu negligentia non præsumitur *l. cum de indebito. de probat.* Id autem non contingit in secundo casu, quia etiam si officium nec veniret in generali institutione, non deficit tamen specialis de illo dispositio.

Et quidem alias decretum supradictum nihil operaretur, vt bene quasi in terminis aduertit *Silua. conf. 14. n. 4.* Ratio, nam si officium comprehenderetur in generali institutione, 14 † veniret etiam ad succedentes ab intestato, quia viuente Matthæo officium erat permansurum in bonis, & hæreditate Hieronymi *Alex. conf. 232. n. 3. lib. 6. Dec. conf. 543. n. 3. cum seq. Cardin. Mantic. de coniec. lib. 7. tit. 7. n. 14. Franc. decis 45.* late *Surd. conf. 572. n. 30.* Ideoque dicendum esset officium remansurum Matthæo in casu dumtaxat, quod Hieronymus declarasset nolle de eo disponere, Id autem non solum nimis restringit verba decreti, sed etiam est illud directe contrarium, Quia ex illis verbis si Hieronymus aliter de d. officio non disponens præmori contingat, officium liberum remaneat Matthæo, apparet Matthæo concessum officium sub conditione, si Hieronymus non disposuerit; Ideoque Matthæum semper aliquod ius habuisse non quidem liberum, sed impeditum, ita vt posset adimi, & censeretur ademptum sub contraria conditione, si Hieronymus disposuisset, & sic non requirebatur dispositio, seu factum, & declaratio Hieronymi vt Matthæus haberet officium, sed è contrario necessarium erat eiusdem Hieronymi factum, & necessaria eius dispositio, vt Matthæus non haberet.

Supposito autem, quod ad effectum, vt Matthæo non remaneret liberum officium, fuerit necessaria specialis dispositio Hieronymi, sequitur non obstaret Matthæo institutionem hæredis 15 à Hieronymo factam, † quia regulariter in hæredis institutione non venit res, quæ ad alium spectat casu quo de illa specialiter non disponatur *Corn. conf. 165. n. 21. lib. 2. Aret. conf. 34. n. 10. Aym. conf. 19. n. 13. Couar. in rubr. de testa. p. 3. n. 19.*

Non obstat quod decisiones, in quibus datur prædicta distinctio, & Doctores in eisdem decisionibus allegati loquantur in bonis emphyteoticis, in quibus dominium est resolubile, & per mortem desiturum; Quia fuit responsum sufficere 16 ad effectum, † de quo agitur, quod testator habeat dominium illius rei licet resolubile cum facultate tamen disponendi, vt per *Gabr. conf. 143. n. 7. & 8. lib. 1.* Satis enim est, quod non dicatur disponere de re aliena, & quod tempore 17 dispositionis esset sua, † vt de grauato habente facultatem alienandi fideicommissum tradit *Marcobrun. conf. 81. n. 27. cum sequentib.*

Deinde licet ibi haberet emphyteuta dominium rei emphyteoticæ resolubile, habebat tamen facultatem nominandi liberam & non resolubilem.

Tertio hic etiam dominium officij fuit resolubile non facta dispositione, quia ita voluit Papa, qui concessit, & Hieronymus qui emit; vnde, etiam cessat quod dicitur in emphyteusi pactum prouenire à prouidentia concedentis, qui noluit aliter concedere, siquidem & in emphyteusi concurrit voluntas accipientis non minus quam concedentis, & in hoc casu Matthæus etiam quodammodo capit ex pacto, & prouidentia videlicet ex concessione Papæ, & ex voluntate Hieronymi in casu non factæ prouisio-18 nis, † Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, quandoquidem discrimen illud bonorum emphyteoticorum, & allodialium non fuit consideratum in decisionibus, sed solummodo an facultas nominandi esset simplex, vel cum additione, quod nominatione non facta bona ad aliquem pertinerent.

Non obstat doctrina *Salicet. in l. filia. n. 2. C famil. hercif.* Vbi quod per verba generalia probatur 19 expressa dispositio. † Nam omissis alijs fuit responsum id procedere ex speciali ratione æquitatis seruandæ inter filios, vt dicit *ibi Bald.* qui etiam subdit aliam rationem, quod receditur à voluntate præsumpta, & à iure speciali, ex qua ratione sequitur prædictam doctrinam non habere locum in casu isto, in quo donatio non est præsumpta, sed expressa in casu non dispositionis, & non venit ex iure speciali. Et quod plus est, si bene aduertatur *Bald.* ibi tenet contra *Salicet.* quia argumenta in contrarium proposita non soluit; Ideoq; videtur in secunda opinione residere.

Non obstant testes examinati ad probandum vo-20 luntatem testatoris; Quia ipsa voluntas, † quæ non transiuit in dispositionem non est attendenda *l. quidam cum filium.* & ibi notatur *de hæred. instit. Castr. conf. 160. n. 2. lib. 2.*

Quod

Quod autem non transiuerit in dispositionem patet quia ex prędictis requirebatur specialis prouisio, quæ non adest, Immo sicut infra dicetur Testator dicebat Matthæum esse sibi debitorem in pretio officij, vnde sequitur officium spectare ad Matthæum, & per consequens, quod de illo disponere non cogitauit in vniuersali dispositione.

Præterea illi testes nihil probant, notarius enim, qui dicit Hieronymum dixisse suæ voluntatis esse, quod Matthæus sibi restitueret pretium officij, est vnicus; Illa autem mulier, quæ deponit, quod testator dixit Matthæum esse sibi debitorem scutorum 1000. & amplius nihil facit, Etenim verum est Matthæum fuisse debitorem, & potuisse Hieronymum de illo credito disponere, sed non addit illa testis, quod testator declarauerit se velle de illo credito disponere, & in effectu non disposuit.

Vltra quod est aduertendum Hieronymum testatorem prædicta dixisse ad liberandum se à molestijs, quæ sibi inferrebantur, vt Matthæo aliquid relinqueret ad tradita per *Odd. cons. 64. n. 19.* & non censetur determinate voluisse, quod Matthæus illud pretium solueret, cum id in testamento non expresserit *Bart. in l. cum proponebatur. n. 2. de leg. 2.* Tanto magis attenta voluntate præcedente, de qua deponunt testes examinati per Matthæum, 21 † licet enim voluntas posterior sit potior *l. si quis eum. in princ. de vulg. & pupill. l. per fideicommissum. ff. de condit. & demonstr. l. clarè. C. de fideicomm.* 22 † Tamen in dubio præsumitur perseuerantia, & non mutatio voluntatis *c. maiores. in fin. de baptism. c. licet. de procurator.*

Nec facit quod voluntas testatoris recipiat interpretationem ex dictis ante testamentum, Quia id procederet si verba essent dubia, hic autem non sunt dubia, cum habeant à Iure certam interpretationem, vt non comprehendant bona, quæ ad alium spectabant in euentum non factæ dispositionis.

Neque subsistit, quod verba institutionis essent apta comprehendere istum casum; Negatur enim talis aptitudo, cum non sufficiant verba vtcumque generalia, sed requiratur specialis indiuidua dispositio. Et ita fuit conclusum.

EPITOME.

CReditoribus quando competat electio concedendi dilationem debitori volenti cedere bonis, & quo casu maior pars præiudicet minori in d. dilatione cōcedenda. ¶ Et an debeant simul conuenire, & in hoc æquiparentur creditores chirographarij, & hypothecarij. ¶ Maior pars an sit consideranda habito respectu ad cumulum debiti, seu personarum. ¶ Exceptio cessionis bonorum quibus casibus competat debitori stante instrumento guarantigiæ, iureiurando, debito ex causa pensionis domorum, & similium. ¶ Beneficio cessionis an possit renunciari. ¶ Priuilegium fori & c. odoardus, quando competat clerico. ¶ Debitor statim petens beneficium cessionis an possit carcerari. ¶ Cessio bonorum an retardet executionem quo ad expensas trium conformium. ¶ Consentiens reseruationi pensionis sub censuris, & pœnis, quando illas incurrat sine litterarum intimatione. ¶ Creditor ex causa dotis an possit cogi ad concurrendum in dilatione concessa per maiorem partem creditorum. ¶ Clericus quando petat remissionem ad Iudicem ecclesiasticum in concedenda dilatione quinquennali.

SVMMARIVM.

1 *Debitor si vult cedere bonis, si non datur sibi dilatio, est in electione creditorum concedere dilationem, & si sunt discordes statur maiori parti.*

2 *In re communi pluribus vt singulis, iniusta contradictio aliquorum non tollit effectum iustæ voluntatis aliorum. Intellige vt n. 4.*

3 *Maior pars creditorum vt possit præiudicare minori in dilatione cōcedenda, requiritur, vt creditores simul conueniant. Et de ista coadunatione debet apparere, aliàs non præsumitur. n. 5.*

6 *Creditorum congregatio in dilatione concedenda debitori non requiritur, si omnes separatim concordarent.*

7 *Solemnitas conueniendi in vnum creditores, consuetudine tolli potest, & in eius locum alia forma subrogari.*

8 *Conuocatio creditorum in Francia nō seruatur.*

9 *Creditores si concertant quid sit agendum de bonis debitoris in solutione cessantis, humaniori sententia standum est, & quid si omnia sint paria.*

10 *Humanior sententia aliquorum, & vtilior debitori est sequenda in omnibus casibus, vbi leges non prouident.*

11 *Debitor potest cedere bonis si vult, non obstante quod creditores velint ei concedere dilationem quinquennalem. Declara vt n. 14.*

12 *Alternatiua in beneficijs defert electionem beneficiato.*

13 *Cessionis beneficium conceditur contra voluntatem creditorum, nec potest per eos impediri.*

15 *Hypotheca creditorum non consideratur in dilatione concedenda, quia in hoc chirographarij, & hypothecarij creditores æquiparantur, Secus si tractetur de remittenda parte debiti. n. 16.*

17 *Debitor volens cedere bonis non auditur post transactam dilationem quinquennalem ei concessam.*

18 *Creditor cui plus debetur est præferendus in debito pecuniario.*

19 *Maior pars creditorum in dilatione concedenda, est habito respectu ad cumulum debiti non personarum. Et qui habent creditores suos efficaciter obligatos. n. 21. & quid in pari numero. n. 22.*

20 *Depositum si est reddendū maiori parti hæredum consideratur maior pars ex magnitudine portionis hæreditariæ, non respectu personarum.*

23 Cessionis exceptio non competit, quando debitor est obligatus ex instrumento guarantigiæ habente executionem secundum formam statuti. Et quid si statutum mandet simpliciter exequi instrumenta cum carceratione absque clausula donec soluerit. n. 24.

25 Hæres illius qui cessit bonis, licet non fecerit inuentarium, non tenetur insolidum.

26 Pactum super remissione debiti, siue super dilatione quinquennali, vt præiudicet alijs creditoribus contradicentibus, oportet illud superioris decreto validari.

27 Dilatio à toto cætu aliorum creditorum concedi non potest contra debitorem obligatum cum iuramento. Etiam ex causa. n. 28. & quid seruetur in praxi. n. 30. & quando alij creditores haberent iuramentum in eorum creditis. n. 31. Et quid in debitis ex causa pensionis domorum, & rerum comestibilium. n. 34.

29 Papa concedens inducias videtur absoluere à iuramento.

32 Creditor ex causa dotis potest cogi ad concurrendum in dilatione concessa per maiorem partem, quamuis secus sit in dilatione facta per Principem. Amplia siue agatur in dote soluenda, siue repetenda. n. 33.

35 Clericus non potest petere remissionem ad iudicem ecclesiasticum in concedendo dilationem quinquennalem debitori. Intellige vt n. 36.

37 Debitor habens dilationem soluendi à creditore, si aliam impetrauit dilationem, tempus non currit, nisi finita prima dilatione conuentionali.

38 Clerici pro debito non tenentur cedere bonis cum habeant priuilegium c. odoardus. Extende vt n. 39.

40 Fori priuilegio non gaudet clericus in minoribus, nisi habeat beneficium, aut deseruiat ecclesiæ.

41 Clericus pendente discussione an debeat admitti ad priuilegium c. odoardus. de solut. & sit locus carcerationi. Et quid si clericus esset periurus, vel suspectus de fuga. n. 49.

42 Debitor statim petens beneficium cessionis non potest carcerari. Amplia vt n. 43. & 47. limita vt n. 49.

44 Capel. Tholos. decis. 28. qualiter intelligatur.

45 Cessio bonorum liberat à captura facta, vel facienda.

46 Beneficio cessionis renunciari non potest etiam cum iuramento.

48 Cessio bonorum an retardet executionem quo ad expensas trium conformium.

50 Dispositio c. odoardus. de solut. non habet locum in clerico debitore pensionis. Declara vt n. 53.

51 Consentiens personaliter reseruationi pensionis sub solitis censuris & pœnis, illas incurrit etiam si non soluit sine litterarum intimatione, Secus si per alium consentiat. n. 52.

CAPVT CCXXII.

Dubia proposita quo ad materiam *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* ex infrascriptis conclusionibus breuiter explicabuntur.

Primo. Si debitor vult cedere bonis, nisi detur sibi dilatio ad soluendum, est in electione creditorum concedere dilationem, † & si sunt discordes, statur maiori parti, est enim speciale, vt in hoc casu maior pars possit disponere de iuribus singulorum, † cum enim quid est commune pluribus, vt singulis, iniusta contradictio aliquorum non tollit effectum iustæ voluntatis aliorum in eo, quod est opportunum agi pro re communi *l. si cum dotem. vers. quid si is pater. ff. solut. matr.* & ita in specie creditorum loquitur *tex. in d. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Rom. cons. 439. circa primum proposita consultationis articulum. n. 2. Ang. in l. maiorem. ad med. vers. & hoc intellige. de pact.*

Secundo. Maior pars creditorum, vt possit præiudicare minori in dilatione concedenda, † requiritur, vt creditores simul conueniant; Vnde si aliud fuerit obseruatum per viam subscriptionis folij, absque eo quod conuenerint, non præiudicat talis dilatio, cum ista forma sit de substantia, ideo non potest alio modo impleri, debent igitur omnes in vnum conuenire, & in vno consortio congregari, quia vbi collectio ibi vnitas *Bald.* in specie per illum tex. *in l. fin. in princ. & ibi Add. in verb. omnibus. & in verb. oportet.* C. qui bon. ced. poss. *Salic. ibid. n. 1. vers. & nota vt hæc lex habeat locum. Ang. cons. 113. viso præfato puncto. post princ. vers. ad inualidandum autem tale pactum. Alex. cons. 205. visis bis quæ narrantur. n. 1. vers. primo casu non potest. lib. 2.* Quidquid aliter senserit *Paris. cons. 100. certissimum est. n. 5. vers. & isto casu. lib. 3.* Quia contra eum est verior opinio, vt testatur *Stracc. de decoctor. p. 6. col. 7. in princ. n. 19. tom. 6. p. 1. fol. 123.* & ita seruat *Rot. coram R. P. D. Coccino Fauentina concordiæ 16. ianuarij. 1609. Matth. Brun. de cession. bonor. q. 21. in princ. Soc. cons. 273. in præsenti consultatione. col. 2. in prin. vers. qui creditores seu duæ partes. lib. 2. per l. si vero. §. fin. & ibi Alber. de pact. Curt. Iun. in l. iuris gentium. §. hodie. n. 4. in 2. notab. ff. eod.*

In casibus enim, in quibus maior pars potest præiudicare minori in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, † est de substantia, vt omnes in vnum locum conueniant, & de ipsa re discutiant *l. & suum hæredem. 8. §. hodie. de pact. Bart. in l. omnes populi. in 3. q. 2. q. princ. de iust. & iur. Alex. cons. 205. n. 2. lib. 2.* late *Roc. de iurepatr. in verbo honorificum. q. 60. post princ. vers. contrariam opinionem tenuit. n. 3.* Quasi quando sunt simul, potuisset minor pars trahere maiorem in suam sententiam *l. si vnus. in fin. de arbitr.* † Ita vt de ista coadunatione debeat apparere, quia alias non præsumeretur, cum sit quædam solemnitas extrinseca *l. quicumque. §. fin. de public.* & in specie notat *Rebuff. de liter. dilat. annal. n. 56.*

Verum esset, quod si omnes concordarent separatim, & non simul congregati, non requireretur amplius, † quod in vnum conuenirent, ad hoc enim debent coadunari, quia factum maioris partis nocet minori, vnde si omnes consentiunt

sentiunt cessat dicta ratio.& per consequens dispositio, prout in terminis declarat *Castr. in l. & summ.8. §.hodie tamen.in fin.n.4.vers. & ex secundo dicto. de pact.* dixi supr. c. . . . & voluit etiam *Ant. Burg.in repetit. c.cum omnes.col.penult.ad med.n.351.de constit.*

Posset tamen huiusmodi solemnitas simul in vnum 7 conueniendi consuetudine tolli, † & in locum eius alia forma subrogari, ita vt etiam minor solemnitas de consuetudine admittatur in locam illius, quæ de iure, vel ex statuto etiam de substantia requirebatur *§. oportet.auth. de instr. caut.& fid. Salic.in l.antiqua. §.ne autem. in fin. n.6. post Castr. ibid.n.5. C.ad velleian.* dixi *decis.186.per tot.* & esse multum notandum dicit *Roder. Soarez. ad leg. for.in probem.col.9.n.14. vers. accedit ad hoc.* & de veriori opinione testatur *Guter. de contract. iurat. c. 20. de renunciat. velleian.n.7.in fin.col.3.vers.sed & est aduertendum.* Et quando in casu nostro hoc admittatur dicam latius infra in capite particu- 8 lari. † Et istam conuocationem, & coadunationem creditorum non seruari in Francia, sed alium modum, & formam testatur *Rebuff. de liter.dilat.annal.quinque.n.54.ad med.*

Tertio. Vbicunque creditores concertant quid agendum sit de bonis debitoris in solutione cessantis, humaniori sententiæ creditorum stan- 9 dum est, † & si nulla inuenitur humanior, & omnia sunt paria, stari debet iudicio cognatorum, qui creditores sunt, & si nullus est cognatus stabitur iudicio eius, cui maior pecunia debetur cæteris paribus *l. maiorem. ff. de pact.* 10 *l.fin. C. qui bon. ced. poss.* † Quæ leges non solum habent locum in casibus ibi positis, sed etiam in omni alio, in quo est concertatio inter creditores qualiter debeant consequi credita super bonis debitoris in solutione cessantis eo quod debitor non est sufficiens, Vnde vel debitor non inueniat hæredem, seu velit cedere bonis, seu in similibus dispositionibus, vbi d. leges non prouident, semper eadem forma, & solemnitas erit seruanda, & in omni casu, in quo sententia aliquorum est humanior, & vtilior debitori, prout ita in specie declarat *Ang.* qui dicit esse multum notandum, & perpetuo menti tenendum *in l.1.ad med. n.2.ff.de priuil. credit. & ibi Rip. col.4. in princ. n.18. Add. ad Ang. in l. maiorem. 9. in verb. maior pars. de pact. Stracc.de decoctor.p.6.n.21.* Quamuis contrarium sentiat *Franc. decis.81.n.3.& 4.* Quasi dictæ leges non sint extendendæ tanquam exorbitantes *Puro.in l.1.in 4. not.n.12.col.1. in fin. C. de transact.* vbi etiam ex hoc concludit, quod quamuis pactum maioris partis præiudicet minori, non tamen proderit *Alex.in l.2.ad fin.n.7. C.de pact.*

Quarto. Debitor potest cedere bonis, si vult, non obstante, quod creditores velint ei concedere 11 dilationem quinquennalem, † electio enim est debitoris, Nam cum ex legis beneficio admittitur ad cessionem bonorum, illud debet amplia- 12 ri, † cum etiam alternatiua in beneficijs deferat electionem ipsi beneficiato *l. lucio. de leg.2.* Vltra quod istud priuilegium cessionis conceditur 13 contra voluntatem creditorum, † & sine vllo facto eorum, vnde per eos non poterit impediri, ita concludit *Cyn. in l.fin. C. qui bon. ced. poss. & ibi Bart.n.2.vers.quaro vterum debitor,* quem sequitur *ibid. Castr.n.2.vers. & aduerte quia ista. & Salic.ibid. post med.vers.in contrarium est veritas. Imol. in l.eleganter.15. in fin. vers.sed certe in propria. ff.sol. matr. post Ang. ibid.n.4.vers.nec etiam habet locum.* Quidquid contrarium sentiat *Bald.in d.l.fin.in prin. Ang. cons.213.simon & iacobus. col. vlt. post princ. vers.sed contrarium.n.3. Bapt. de S.Blasio de priuil. dotal. priuileg.260.n.60.* Quia contraria opinio est verior, & magis communis, vt per *Matth.Brun.de cess.bonor.q.21.col.1.in fin.n.6. vers.ego autem dico. post Aret.in §.fin.instit. de act.col.5.in fin.vers.quaro quomodo debeat fieri cessio. n.6.* Semper enim debet concurrere voluntas debitoris ad dilationem quinquennalem accipiendam *Franc.decis.251. Mari. Mut.super consuet.panormit.c.57.n.22.*

Aliud tamen esset, quando debitor exposuit an cre- 14 ditores velint dare dilationem, † tunc enim electio est creditorum, Nam debitor cum dixerit, aut date mihi inducias, aut cedam bonis, æquum est, vt creditor præferatur in electione debitori, quasi hoc à voluntate illius proueniat *Castr.in l.vlt.n.2. post Ang.ibi.in fin.C.qui bon. ced. poss. Matth. Brun. de cess.bonor.n.6.in fin.* Ideo quando debitor non allegat se velle cedere bonis, non sumus in casu dilationis concedendæ, tunc enim pars maior ad præiudicium minoris partis potest concedere inducias ad impediendam d. cessionem bonorum, aliàs secus *Alex.cons.205.n.2.in fin. vers. & si in casu nostro.lib.2.* cum alijs late per *Rebuff. de liter. dilat.annal.n.59.vers.quarta differentia.*

Quinto. In dilatione concedenda non habetur consideratio hypothecæ, quam habent credi- 15 tores, † cum in hoc æquiparentur Chirographarij, & hypothecarij, licet secus sit quando 16 tractaretur de parte debiti remittenda, † tunc enim non habentes hypothecam quamuis præponderent in numero personarum, & in cumulo debiti non possunt præiudicare illam habentibus, Quia in hoc casu tractatur de præiudicio intrinseco in parte debiti faciendo, quando autem conceditur dilatio, adest solum præiudicium extrinsecum, cum transacta dilatione, si non fuerit solutum, res ad pristinum statum reuertitur, & suis hypothecis creditores possunt vti *Azo.in summ.C.qui bon.ced.poss.in fin.vers. neque distinguuntur. Salic.in l.vlt.n.1. vers.nota quod in casu isto.C.eod.tit. Ang.in l.maiorem. in princ. vers. item non habet locum. de pact.* vbi intelligit tam in tacita, quam expressa hypotheca, quæ facit, vt semper possint conuenire quemlibet possessorem, vnde pactum, quod fieret eis inuitis super remissione debiti, esset nociuum, quod non est in sola dilatione *Idem Ang. in l. rescriptum. in princ. n.1. in fin. vers. sequi-*

sequitur in textu.ff.de pact. Alex.in l.& suum. §.hodie.col.2. ff.eod. Matth.Brun.de cess.bonor. q.21.in fin.n.7.& 8.

Sexto. Post transactam dilationem quinquennalem concessam à creditoribus, vel eorum maiori 17 parte † non auditur amplius debitor volens cedere bonis, & hic est casus, in quo plus potest tacita renunciatio, quàm expressa, ne decipiantur creditores, qui dederunt dilationem *Castren. in l. vltim. in fin.vers. & lapso tempore. C. qui bon.ced. poss. Salic. in l.1. q.9. in fin. vers.non obstat quod tacitè. C.eod.tit. Aret.in §. vltim. n.6. in fin. vers.quæro data est dilatio. instit.de act.* Et quod expresse non possit renunciari cessioni bonorum *Bart.in l.alia. §.eleganter. ff.sol. matr. Butr. Imol. & alij in c.cum contingat. de iur.iur. Doct. in c.odoardus. de solut. & in cap.2. de pignor. Feder. de Sen. consil.60. Cott.in memorab.in verb. solui non potest aliud pro alio.ante fin.vers.quod tamen videtur.Guid. pap.decis.211.n.1.*

Septimo. Vbi agitur de commodo pecuniario ille 18 creditor præfertur, cui plus debetur † *l. maiorem. de pact. Rip.in l.1. col.4. in fin. n.17. vers. vltimo nota. de priuil.credit.* Quidquid aliud sit de fide, vel honore, quo casu præfertur dignior *l.ob carmen. §. fin. de testib. Felin in rubr. de maior. & obed.* Ideo tabellio debet ponere nomina singulorum in instrumento, quia debet fieri comparatio inter omnes creditores, neque enim potest inesse eadem qualitas cuilibet de numero, prout etiam quando sententia fertur à pluribus *Bald. in l. vlt.n.1. in fin. vers.& nota* 19 *quod tabellio.C.qui bon.ced.poss.* † Quare maior pars creditorum in dilatione concedenda erit habito respectu ad cumulum debiti, idest quæ plus debet recipere, quàm per contradicentes *Glos.in l. si plures.14.in verb.personarum. ff.de-* 20 *pos.* † vbi etiam quod quando agitur de reddendo deposito maiori parti hæredum non est consideranda ista maior pars respectu personarum, sed ex magnitudine portionis hæreditariæ *d. l. si plures.Card. Mant.de tacit.& ambig.conuent. lib.10. tit.7. n.2.* Quod magis erit, si est duplo maior numerus respectu personarum creditorum, & respectu maioritatis summarum *Ang. cons.213.in princ.vers.illi autem censentur.* Vbi 21 etiam † quod vt tales possint alijs præiudicare, debent esse creditores, qui habeant efficaciter obligatos suos debitores, ita vt nulla obstet eis exceptio, quæ principalem perimat, aut elidat, cum etiam debeat esse creditum verum, non imaginarium, aut simulatum, cum hoc casu ius excipendi, quod competeret debituribus, transeat beneficio iuris ad alios creditores, qui contradicerent dilationi concessæ per maiorem partem *Guliel. de Cun. in l. & suum. §. hodie. de pact.* quem refert & sequi- 22 tur *Ang. d. cons.213. n.1.* † In pari autem numero creditorum, eius auctoritatem sequatur Prætor, qui dignitate eos præcellit, & voces etiam creditorum consanguineorum præferat *l. ante. de pact.* cum alijs per *Stracc. de decoctor. par.6. n.9. vers. & hæc res commissa est.* Vbi etiam quod qui plures actiones habent vnius loco habentur, prout summæ plures vnius coadunantur, & creditis vsuræ applicantur, vt summa, seu cumulum debiti augeatur.

Octauo. Exceptio cessionis bonorum non competit quando debitor est obligatus ex instrumen- 23 to guarantigiæ † habente executionem secundum formam statuti, per quod etiam disponitur, vt debitor cum tali obligatione ad voluntatem creditoris capiatur, & detineatur in carcere, & inde non possit exire, nisi soluat, sicut enim beneficium cessionis est introductum à censura iuris ciuilis, sic etiam censura iuris municipalis illud tollere potest *l. 3. §. quid tamen si lex municipij. de sepulch. violat.* & notat *Ang. in l. alia. §. eleganter. ad med. vers.* 24 *nec habet locum in ciuitate. ff. sol.matr.* † Quidquid aliud sit quando simpliciter statutum mandaret executioni instrumenta cum detentione & carceratione absque illa clausula, donec soluerit, vel simili, vt late per *Matth.Brun.* qui ita concordat opiniones *de cess.bon.quæst.3. principal.n.5.*

Nono. Defuncto eo, qui cessit bonis hæres illius quamuis non fecerit inuentarium non tenetur 25 insolidum, † licet enim non habeat beneficium inuentarij, tamen habet priuilegium defuncti, & hæreditas transit ad hæredem cum sua causa, suisque vitijs, nec in plus tenetur hæres creditoribus, quam defunctus, & beneficia, quæ acquisiuit testator transeunt ad hæredes, & competunt tam agendo, quam excipiendo *l. non solum. de in integr. restit. l. qua dotis. solut. matr.* & in specie ita concludit *Bald. in l. vlt. in fin. vers.quæro. C.qui bon.ced.poss.*

Decimo. Siue agatur de pacto super remissione de- 26 biti, siue super dilatione quinquennali, † oportet illud decreto superioris validari, vt præiudicetur alijs creditoribus contradicentibus, & superiores intelliguntur, qui iurisdictionem habent super creditoribus, vel creditores cambij coram quibus agitur *Ang.cons.213.ad med.vers. ad validandum autem tale actum.* per tex. *in l. & suum. §.hodie. ff. de pact.& l.fin. in princ.C. qui bon. ced. poss.* vbi officium superioris super hoc imploratur *Matth. Brun. de cess. bon.q.21. in fin.n.6.Stracc.de decoctor.p.6.n.19.col.6.in fin.vers.in tertia vero facti specie.*

Vndecimo. Quando sumus in creditore, qui habet 27 debitorem obligatum cum iuramento † totus cætus creditorum non valeret huic præiudicium afferre in dando dilationem *Bald. in cap. constitutus.de rescript.col.3.ad fin.n.12.vers. & nota quod omnis tutor.* & ita etiam resoluit *Rot. coram R.P.D. Coccino Fauentin. concordiæ. 16. ianuarij. 1609. Thesaur. decis. 186. n.8. Alex. cons.38. visa petitione.col.1. post princ. vers.sed illis non obstantibus.n.4. lib.3. & cons.27. viso libello producto. col. vlt. ad med. n.8. vers. confirmo per notata. lib.1. Thom. Ferrar. caut.55. Mars. sing.313. contingit sæpius. Rom. sing. 7.*

Afflì.

Affl. decis. 5. Bauer. de virt. iuram. priuil. 21. incip. nam licet si maior pars. Ias. in l. quoties. col. 1. C. de precib. imper. offerren. Ita vt neque etiam Princeps secularis contra iuramentum possit induciales literas concedere Thesaur. d. decis. 286. n. 4. & ibi Add. Ias. in l. fin. ff. qui satisd. cogant. Salic. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. 28 Quod † procedit vt neque possit ex causa hoc fieri, quoties ad hanc remissionem iuramenti absolutio est necessaria, cum huiusmodi absolutio sit iurisdictionis meræ spiritualis, & ecclesiasticæ, Ideo in rescriptis regijs ad rescissiones contractuum iureiurando firmatorum ea lege conceditur rescissio, quatenus relaxatio iuramenti per Episcopum, aut Summum Pontificem indulgeatur, licèt plerumque non sine contẽptu potestatis ecclesiasticæ talis clausula non legatur, quod perperã fieri docet Petr. Matth. ad Guid. Pap. decis. 194. 29 † Quidquid aliud sit in Papa, qui has inducias concedit cum videatur absoluere à iuramento Cucc. de morat. præscript. n. 60. Quod in Episcopo non procederet Brun. cons. 46. Thesaur. decis. 186. n. 5.

Licèt hoc de iuramento non seruari dicat Boer. decis. 296. n. 5. cum iusiurandum, seu promissio fidei super omnibus debitis ponatur, & notat etiam Guid. Pap. decis. 211. debitor non potest renunciare n. 1. in fin. vers. sed his non obstantibus. & ibi Add. in verb. contrarium. Vrsill. ad Affl. decis. 288. col. fin. n. 7. 30 vbi † quidquid sit de iure, contrarium seruatur stante maxima mendicitate debitorum Rebuff. de litter. dilator. annal. quinquen. status & alijs. n. 24. & 60. vbi quod solet apponi clausula dispensationis à iuramento, quia aliàs nihil prodessent tales dilationes, cum in omnibus debitis adsit iuramentum, & nunquam creditor consentitet.

Et quatenus etiam prædicta de iuramento haberent locum non procederent, quando similiter alij creditores haberent iuramentum in eorum 31 creditis † exemplo habentium hincinde hypothecam quo casu eorum priuilegia confunduntur, & conquassantur, prout in specie notat Vrsill. ad Affl. decis. 288. n. 8. vers. quæ quãdo fuisset.

Duodecimo. Poterit cogi creditor ex causa dotis ad concurrendum, in dilatione concessa per 32 maiorem partem, † quamuis enim causa sit priuilegiata, ita vt non comprehendatur in dilatione facta per Principem iuxta terminos l. quoties. & l. vniuersa. C. de prec. imper. offer. & notat Bapt. de S. Blasio. de priuil. dot. priuil. 286. Tamen illud est, quia sumus in dilatione ex gratia concessa; Ideo debet strictè intelligi, vt non comprehendat casus priuilegiatos, secus autem quando conceditur dilatio per maiorem partem creditorum, quæ innititur iustitiæ per tex. in l. fin. C. qui bon. ced. poss. cuius dispositio etiam contra dotẽ procedet, & sic cessat æquitas onerum matrimonij stante lege scripta, quæ licet rigorosa præfertur æquitati non scriptæ l. placuit. C. de iudic. & ita in specie concludit Franc. decis. 219. sequitur Mari. Mut. super consuet. panormit. c. 57. n. 22. in fin. post Bapt. de S. Blasio. de priuil. dot. priuil. 60. Quamuis contrarium sentiat Rebuff. de litter. dilat. annal. art. 1. glos. 1. n. 34. post Masuer. in rub. de solut. §. item & si 33 mulier. † Vbi quod procedit siue agatur de dote soluenda, siue repetenda Io. Vincent. Ann. sing. 101. concurrentia creditorum. in fin. licèt illi loquantur in dilatione concessa per Principem, quod etiam videtur velle Glos. in l. si constante. 25. §. quoties. in verb. nec ferẽda in fin. ff. sol. mat. vbi opponit de dicta l. fin. C. qui bon. ceder. poss.

In debitis tamen ex causa pensionis domorum, & rerum commestibilium non procedet d. concur-34 rentia creditorum † tam si venditæ fuerint absque termino soluendi, quàm cum termino, prout ita seruari in dilationibus per Principem concessis dicit Boer. decis. 296. col. penult. in princ. n. 6. Io. Vinc. Ann. sing. 101. Rebuff. de liter. dilator. annal. glos. 1. art. 1. n. 37. & n. 44.

Decimotertio. In concedendo dilationem quinquennalem debitori Clericus non potest petere 35 remissionem ad Iudicem ecclesiasticum † Vrsill. ad Affl. decis. 380. n. 7. Subdens idem esse quando clericus citatur, vt auctor laudatus Capic. decis. 197. n. 6. latè Boer. decis. 69. præsuppono quod omnes. col. penul. in princ. n. 27. cum alijs per Guliel. Benedic. in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine adelasiam. decis. 2. n. 125. de testam. licet contrarium de consuetudine seruari dicat Socin. cons. 91. casus super quo. col. penult. in princ. n. 14. post Doct. in c. quod si super. vt lit. 36 non contest. † Dummodo principaliter veniat ad causam non accessoriè Dec. cons. 700. quod est vltimum, col. 2. in princip. n. 7. Et ibi Add. in verb. reus. vbi declarat quando prædicta habeant locum. Felin. in c. cum venerabilis. de except. & in c. non potest. de re iudic. Dec. in c. cum inter. de except. Afflict. decis. 2. & 24.

Decimoquarto. Debitor habens dilationem soluendi à creditore si aliam impetrauit dilatio-37 nem, tempus † non currit, nisi finita prima dilatione conuentionali, cum enim sint diuersæ dilationes vna ex pacto, altera ex priuilegio particulari, vna aliam non confundit Cyn. & Bald. in l. vlt. C. de repud. hæredit. Quamuis contrarium sequatur Castr. ibid. n. 4. vers. sed ista inductio. per tex. in l. talis scriptura. de leg. 1. & l. 4. §. ex conuentione. ff. de re iudic. Cum enim talis dilatio detur miserationis gratia debet restringi l. si cum militi. §. cum intra. de compens. & sequitur Corn. & Io. Fab. in d. l. vltima. cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 2. n. 23. iuncto n. 69. & 70. in fin.

Decimoquinto. Clerici pro debito non tenentur cedere bonis Abb. in c. odoardus. de solut. Couar. 38 lib. 2. var. resol. c. 1. n. 9. † cũ habeant priuilegium d. c. odoardus. ex quo absque cessione solum conueniuntur in quantum facere possunt Menoch. de arbitr. cas. 183. in fin. n. 29. Felin. in c. cum ex officij. col. 1. de rescript. Dec. in c. reprehensibilis. 39 n. 9. de appellat. † Itaut eodem beneficio debeat gaudere non solum is, qui est in sacris constitutus, sed etiam qui in minoribus, dummodo alicui ecclesiæ seruiat in diuinis, prout dicimus de

clerico

40 clerico in minoribus, † qui non gaudet priuilegio fori, si non habeat beneficium, aut ecclesiæ non seruiat *Concil. Trid. c. 6. sess. 23. de reformat.* & in specie *d. c. odoardus.* notat *Couar. c. 1. n. 9. vers. sed ex quo ad decisionem. lib. 2. var. resol. Neutz. cons. 59. in fin. n. 19. Menoch. d. cas. 183. n. 30. Farinac. de carcer. q. 27. n. 69. Fab. de Ann. cons. 114. n. 5. & 7. lib. 2.*

Pendente tamen discussione, an debeat admitti ad priuilegium *c. odoardus.* verior est opinio nega-
41 tiua, † quod nõ sit locus carcerationi *Fab. Ann. cons. 124. n. 12. lib. 2.* Prout dicimus in debitore
42 priuato petente beneficium cessionis, † qui statim quod illud petit non potest carcerari, quia indistinctè admittitur cessio bonorum, vt quis effugiat carcerem *Bald. in §. fin. col. 2. in princ. n. 9. instit. de act. per tex. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Bar. in rubr. ff. eod. Abb. in c. odoardus. 3. n. 8. col. 2. in fin. de solut. & ibi Sebast. Sap. in addit. in*
43 *verb. in carceribus.* vbi † ampliat quamuis statutum diceret, quod instrumenta guarantigiæ mandentur executioni per carcerationem debitorum, & omni modo, quo placuerit creditori. Nam debitor obligatus secundum formam d. Statuti petendo cessionem obtinet, ne carceretur, vt per *Anchar. in c. canonum statuta. in sexto princ. quæsit. col. 19. vers. occurrunt aliæ quæstiones. de constit. post Bald. in l. 1. n. 3. vers. quæro si statutum. C. qui bon. ced. poss. Coler. de process. execut. c. 6. p. 1. n. 121. vers. fallit septimo. Afin. de execut. §. 2. c. 6. fol. 30.* Quæ tamen declara vt supra *in octaua conclusione.*

Non obstat *decis. Cap. Tholos. 28.* vbi quod si aliquis fecerit citari suos creditores ad videndum fieri
44 cessionem bonorum, † non impeditur executio, cum illam possit facere creditor etiam lite pendente, nisi constaret Iudici prædictum cedentem nulla habere bona. Quia intelligitur de executione respectu bonorum non personæ *Fab. Ann. cons. 124. n. 16. lib. 2. post Arism. Topat. lib. 1. var. iur. sentent. tit. de cess. bon. vers. cedens bonis. fol. 358.* Nam vt dictum est statim debitor ex contractu, vel quasi cedendo bonis liberatur, ne ad carceres vadat *Auffr. ad decis. cap. Tholos. 134.*
45 *Io. Fab. in §. fin. in princ. instit. de act.* † Cum cessio bonorum liberet à captura facta, vel facienda *Io. de Plat. in l. nemo. col. 5. post med. vers. secundo collige. ibi sed pro debitis priuatis. C. de exact. tribut. lib. 10. Thesaur. decis. 36. in princ.*
46 *Coler. d. p. 1. c. 6. n. 99.* † vbi etiam latissime, quod quod huic beneficio cessionis neque cum iuramẽto potest renũciari, etiã petita absolutione à iuramẽto *Bero. q. 133. n. 5. Guid. pap. decis. 211.*

Quæ magis haberent locum quando iudicium cessionis petitæ per debitorem ceptum fuisset prius quam executio instrumenti peteretur, tũc enim lite pendente nihil esset innouandum *Bald. in l. cum aliquis. 21. in 2. not. de iur. delib.* Vnde neq; d. executio impedire debet beneficium cessionis *Matth. Brun. de cess. bon. q. 12. princ. ad med.* vbi
47 etiam ampliat † quando esset prius iudicium ceptum super petitione executionis, cum debitor quoque admittatur ad cessionem etiam in executione sententiæ, quasi ista exceptio respiciat actum executionis, non substantiam obligationis, etiam non obstante re iudicata, & tribus conformibus, vt late concludit *Idem Brun. de cess. bon. q. 2. princ. n. 10. vsque ad 13. Put. decis. 56. lib. 2.* vbi limitat quo ad expensas trium
48 conformium, † & sequitur *Farinac. q. 27. n. 60.* Dummodo statutum non prohibeat, quod contra instrumenti executionem nulla possit exceptio opponi, quia tunc cessio bonorum petita non retardabit executionem *Corn. cons. 212. placet. col. 1. lib. 2.* ex notatis *per Bart. in l. filius familias. ff. quod cum eo.* Prout idem esset in obligatione camerali.

Præterea contraria procedunt, quando clericus esset periurus, vel suspectus de fuga, & debitum
49 descenderet ex dolo, † tunc enim poterit carcerari *Franc. in c. si clericos. 14. n. 3. de sent. excomm. in 6. Ruin. cons. 4. n. 12. lib. 5. Couar. lib. 2. var. resol. 2. 1. n. 9. ad med. vers. verum si clericus. Brun. de cess. bon. q. 3. princ. n. 17.* licèt præstita cautione idonea deberet relaxari, ne alias creditor sit excommunicatus *Felin. in c. cum non ab homine. de iudic.* Prout dicimus de similibus debitoribus suspectis, & contumacibus, qui carcerantur, donec admitti debeat cessio bonorum *Bald. in §. vlt. n. 8. & 9. col. 1. in princ. vers. distingue aut debitor. instit. de action.*

Decimosexto. In clerico debitore pensionis verius est non habere locum disposita *in c. odoardus. de*
50 *solut.* † Cum enim pensioni consenserit etiam cum iuramento, & obligatione camerali, & possideat beneficium, non est æquum, vt illa exceptione se tueatur, ita vt potius debeat dimittere beneficia, quàm pensionem denegare, cum etiam in reseruatione pensionis tales beneficiati illam promittãt soluere sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficij *Cassad. decis. 21. n. 3. de locat.* vbi quod ita seruatur in *Rota*, & fuit decisum coram *R. P. D. Bartholomeo Petrasancta Gebben. Monasterij 1516.* Prout etiam attestatur *Matth. Brun. de cess. bon. q. 3. princ. col. pen. in princ. n. 16. vers. similiter in clerico. Gomes. de annal. q. 53. & in compend. signat. col. fin. n. 80. vers. est tamen vnum aliud notandum.*
51 Quemadmodum † etiam quando quis consentit personaliter reseruationi pensionis sub solitis censuris, & pœnis, illas enim incurrit, si in tempore non soluit etiam sine aliqua litterarum
52 intimatione. † Quidquid diuersum sit quando consentit per alium, quia tunc requiritur intimatio *Gomes. in compend. signat. in fin. vers. hinc est quod de stylo.* vbi testatur ita seruari in *Rota*, & super hoc longam decisionem factam fuisse per *Cassador. Ladisladien. canonicatus, & prabendæ. de mense Aprilis 1521.*

Verum secundum alios talis clericus non tenebitur soluere, nisi pensionarius præstet cautionem, de restituendo, illud quod poterat reti-
53 nere ratione d. priuilegij *c. odoardus.* † in casu in quo constaret esse locum eidem priuilegio argumento *l. pen. ff. de petit. hæredit.* Neque enim clericus propter præcisam obligationẽ soluendi

di pensionem amittit priuilegium *Bald. in l.1. n.3. C. qui bon.ceder. poss.* & in specie ita declarat *Barbos. in l.alia. §. eleganter. n.23. ff. solut. matr.* vbi etiam allegat *Bacca. de inop. debitor c.17. n.6.* qui tenet contra decisionem *Gomes. in compend. vtriusque signatur. col.vlt. n.80.* cum alijs supra allegatis, prout, etiam eandem decisionem non approbat *Couar. lib.2. var. resolut. c.1. n.9. vers. quoties vero.*

E P I T O M E.

EMphyteuta quando possit priuari emphyteusi ob non solutum canonem pro tempore, quo non possedit, vel si fundus fuerit inundatus. ¶ Et quid in Vasallo non petente inuestituram, vel Domino feudi illam negante. ¶ Prælato quãdo currat tempus conferendi beneficium, si possessio sit apud alium. ¶ Promittens soluere canonem de fructibus quo casu excusetur, si fructus non percipiantur. ¶ Possidens quando æquiparetur cum illo, qui non recuperat possessionem. ¶ Institutio an habeatur pro pura, si adest conditio potestatiua. ¶ Beneficia an vacent per promotionem ad episcopatum, vel post adeptam possessionem. ¶ Possidens semel an præsumatur possidere, & cui probatio incumbat. ¶ Commenda ad annum à die habitæ possessionis quando currat stante alio possessore, & an requiratur diligentia commendatarij in auocando possessionem. ¶ Obligatio conditionalis, & pura quando debeat adimpleri.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta pro tempore quo non possedit non potest priuari emphyteusi ob non solutum canonem. & n.4. Declara vt n.14. 18. & 19.*
2 *Dolus requiritur, vt quis amittat ius suum.*
3 *In non possidente non potest considerari dolus.*
5 *Mora non consideratur in eo, qui non possidens non soluit.*
6 *Vasallus non habens possessionem feudi non potest illo priuari, si non petijt inuestituram infrà annum; Nec ei debet currere tempus. n.8. Intellige vt n.26.*
7 *Feudi onera suscipere non tenetur qui non possidet.*
9 *Prælato non currit tempus conferendi beneficium, si possessio est apud alium.*
10 *Dominus directus feudi non possidens non potest priuari feudo, si negat inuestituram.*
11 *Emphyteuta non priuatur ob non solutum canonem, si fundus emphyteuticus fuerit per biennium inundatus. Declara. vt n.12. 13. & 15.*
16 *Promittens soluere canonem de fructibus non excusatur, si fructus non sunt percepti ex culpa ipsius.*
17 *Fructus rei non traditæ debentur etiam ratione moræ irregularis, si ex re fructuosa percipi potuerunt, quando propter negligentiam non fuerunt percepti.*
20 *Negligentia, vel malitiosa taciturnitas in auocando possessionem ab illo, cui res fuit adiudicata, nocet emphyteutæ.*
21 *Possidens æquiparatur cum illo, qui dolo non vult possessionem acquirere, vel recuperare.*
22 *Infirmitas non excusat emphyteutam quando potuit mandare per alium actionem moueri.*
23 *Subueniendum non est ei, qui non impetrauit quod facilè obtinuisset.*
24 *Allegantise impeditum licitè opponitur, si potuit contra impedimentum reclamare, & non fecit.*
25 *Negligentia commissa circa vnum nocet in alio, & quò ad idem, & ad quod deuenitur ad illud.*
27 *Præscriptio currit creditori sub conditione potestatiua, quæ pendet à sua libera voluntate, sicut si debitum esset purum.*
28 *Institutio habetur pro pura quando adest conditio potestatiua.*
29 *Excommunicato currit præscriptio, si est in mora petendi absolutionem.*
30 *Excusari non debet non recuperans rem ab alio cum possit.*
31 *Non repudians ex testamento cum possit habetur pro repudiante quãdo adest conditio potestatiua.*
32 *Beneficia non vacant per promotionem ad Episcopatum, sed post adeptam possessionem. Declara vt n.33.*
34 *Dolo, vel culpa desinens possidere quando habeatur pro possessore, & contra eum agatur tamquam talem. n.35.*
36 *Statutum loquens de possessore an habeat locum in eo qui dolo desiit possidere.*
37 *Possidens semel quando præsumatur possidere, & cui probatio incumbat. n.38. & 40.*
39 *Possessio facilius perditur, quam dominium.*
41 *Conditio quando habeatur pro impleta si per eum, cuius interest illam adimpleri fit quo minus impleatur.*
42 *Commenda ad annum à die habitæ possessionis, quando currat stante alio possessore, & an requiratur diligentia Commendatarÿ in auocando possessionem.*
43 *Intellectus l.iure ciuili. ff. de condit. & demonstr.*
44 *Interpellatio an requiratur, vt quis incidat in pœnam.*
45 *Obligatio conditionalis, & pura quando debeat adimpleri.*

C A P V T CCXXIII.

COncludunt Doctores non posse pronunciari pro deuolutione ob non solutum canonem pro † tempore, quo emphyteuta non possedit, Requiritur enim dolus, ad hoc vt quis amittat ius suum *c. fin. de prohib. aliena. feudi per lothar.* † Qui dolus non potest considerari in non possidente, cum enim non habeat commoditatem emphyteusis, † non est æquum, vt illius onera subeat *Bald.* qui dicit notandum, & valde quotidianum *in l. solemnibus. 25. in fin. vers. item quia ad hoc vt vasallus. C. de re vendit.* vbi etiam, † quod non debet imputari emphyteutæ, quandiu possessor contra eum litigat argumento *l. quandiu. C. qui admit.* Idem sequitur

quitur *Ang.conf.311.in themate prædicto.in fin. vers.super quinto.n.3.* vbi quod non potest considerari mora in eo, qui non possidet, † ac non soluit *Socin.Iun.conf.70.n.13.lib.1.post Anch.conf.44.primo de viribus. col.3.in fin.vers. præterea aduertendum est.n.7.Dec.conf.58.pro tenui facultate.col.vlt.post med.vers.secundo respondere potest. & in auth. qui rem. col.4.in princ.n.8. vers. sexto fallit.C.de sacrosf.eccles.* Et ita seruat *Rot. coram R. P. D. Comitulo Romana deuolutionis bonorum.26.iunij 1589.& per Cardin.Pamphil. Perusina sancti Beneuiniatis.12. decembris. 1588.Alex.conf.124.consideratis his.in fin.n.11. vers. vel si probaretur.lib.5.*

Idem est in feudo, quod licet perdatur per Vassallum, qui non adit Dominum infra annum, † & petit inuestituram *c.1. quæ sit prim.caus. amitt.* Tamen si patre mortuo tertius incepit feudum possidere, non poterit Vassallus priuari, qui non præstitit iuramentum tanquam non existens in possessione, nec percipiens commoditatem *Abb.conf.67. in causa quæ vertitur. in fin.vers. nam mortuo patre.lib.2. post Guliel. de Cun. & Bald.in l. solemnibus.in fin. C. de rei vendicat. & ibi Castr. in fin.n.4. vers. item dicit.* per tex. *in l.forma.§.si cum ego.ff.de censib.Dec.conf.141. mature.n.5.& 6. Castr.conf.181.notandum est. in princ. vers. secunda ratio. lib.2. & conf.311. circa hoc quod primo.in fin.vers.circa vltimum. lib.1. Ang. conf.311. in themate prædicto.ad fin. vers. super quinto.n.3.Guid.Pap.q.165.sed iuxta proxime. n.1. Clar. in §. feudum. q.49. vers. item quod si forte vassallus. n.3.* † Quasi hoc onus petendi inuestituram sit personale per relationem ad feudum, itaut etiam impensa, onera, & seruitia debita occasione ipsius feudi liberent ab eiusdem oneribus, donec possessio est penes alium *Anchar. conf.174. dominus lazarius.in fin.n.6.* † Vbi etiam, quod stante dicta carentia possessionis non debet currere istud tempus feudatario, sicut Prælato, cui neque currit tempus conferendi beneficium, † si possessio est apud alium colorata *cap.cum nostris. de conceff.præb.* & quandiu possessor litigat non est imputandum vassallo *Bald. in l. solemnibus.25. in fin.C.de rei vendicat.*

Et quemadmodum vassallus non possidens excusari debet *Anchar.conf.74. in fin. cum alijs supra allegatis*, † ita etiam excusabitur, si Dominus directus feudi non possidebat, Prout è contra Dominus, qui non possidet non priuatur feudo, si negat inuestituram, cum non possidens non possit inuestire *Bald. conf.429. quidam nobilis. in fin. lib.1. Socin. Iun. conf.115. n.18. lib.2.* Quidquid alias Dominus negans inuestire vassallum priuetur proprietate feudi *Glos.in cap.1.in fin.per quos fiat inuestit.Guid. Pap.q.415.n.1. cum alijs per Cephal. conf.241. n.28.lib.2.*

Prout etiam dicimus de fundo emphyteotico à flumine per biennium, † aut triennium inundato, non enim potest imponi pœna priuationis ob non solutum canonem, cum emphyteuta nec ciuiliter, nec naturaliter possederit, & fundus dicatur peremptus eo tempore, quo inundatio durauit, quasi tunc nullus vsus haberi possit *Alex. conf.112. videtur in præsenti consultatione.n.1.vers.sed præmissis non obstantibus. lib.1. Rot.coram R.P.D. Bubalo decis.60. in manuscriptis.* quam refert, & sequitur *Card. Mantica de tacit. & ambig.conuent.lib.22.tit. 27. n. 45.* † Quidquid aliud sit quando fundus emphyteoticus non fuisset in totum aquis submersus, sed pro parte, quo casu non daretur excusatio canonis non soluti *Natt. conf. 377. n.2. Alex.in l. si interdum. §. ex naufragio.n.6. & 7. de acquir. possession.* cum alijs per *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 19. n.5.* † vbi ampliat quamuis pensio corresponderet fructibus, quasi illa magis proprie soluatur in recognitionem dominij, non pro fructibus *Natt. conf.193. n.4. & 5.* de quo tamen latius per *Corbul. de caus.priuat.ob non solut. canon.ampliat.11.& 12.*

Prædicta tamen dixi declaranda esse, quando emphyteuta ex facto Domini amitteret possessionem, † vel sine culpa desijsset possidere, si enim culpa sua illam amitteret, nulla daretur excusatio, neque ex ea æquum esset præiudicari Domino *Salic. in l.solemnibus. in fin. vers. super hoc cogitandum. C. de rei vendicat. Bero. conf. 196.n.11.lib.1.* & seruat *Rot.coram R.P.D.Bubalo.decis.60. in manuscriptis.* quam sequitur *Card. Mantic.de tacit. & ambig.conuention.lib. 22.tit.27.n.44. Ang.conf.371. illustris magnificus. n.1. & 2.* † Quod etiam est in casu inundationis; si enim culpa emphyteutæ præcessit casum, tunc neque excusaretur emphteuta, quamuis prætendat non habere possessionem, si videlicet fuisset in mora colligendi fructus, qui postea inundatione perijssent, & in similibus casibus *Igneus.in repetit.l.contractus.n.110. de reg. iur. per l. item quæritur. in princ. ff. locat. l.cum res. §. fin. de legat.1. l. quod te. ff. si cert.petat.* & sequitur *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.19.n.4. & ampliat.12.n.34. vsque ad n.38.* † Vbi extendit quamuis emphyteuta promisisset soluere canonem de fructibus per modum taxationis, non demonstrationis, licet enim tunc non essent obligati nisi fructus pro canone *Dec. conf.280.n.2. Bero. conf.131.n.13. lib.1.* Tamen si culpa, vel negligentia ipsius emphyteutæ esset causata sterilitas, seu fructus non essent percepti, quia forte non coluit, nec curauit culturam fundi, tunc nullo pacto excusaretur, † Itaut etiam ratione moræ irregularis debeantur fructus rei non traditæ, si ex re fructuosa percipi potuerunt, & ex culpa, & negligentia non fuerunt percepti *Alex. in l. de diuisione. ff.solut.matrim.per tex.l.iulianus.§.ex vendito. vers. facultatem. de act. empt. l.venditor domus & l. si ea res. ff. eod. Negusant.de pignor. par.3. mem.2.q.2.col.9. post med.vers.& probatur ista conclusio.n.19.*

Ita etiam dicimus, quod si res emphyteotica fuerit adiudicata, vel aliquis fuisset immissus in pos-

18 possessionem eiusdem rei † propter factum emphyteutæ, non soluentis, non erit locus excusationi, cum per eum non possit hoc casu allegari, quod alius possedit, quasi id processerit ex culpa, & contumacia illius, propter quam processum est ad prædictam adiudicationem, vt in specie concludit *Alex. cons. 11. viso processu adiudicationis. in fin. vers. quia responderi posset. lib. 5.* & in terminis Saluiani idem resoluit *Rot. coram R. P. D. Comitulo. Roman. deuolutionis domorum. 2. iulij. 1589.* quam refert, & sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22.*
19 *n. 27.* † vbi tamen limitat, quando res fuisset pignorata, & obligata ab antecessore, tunc enim deberet admitti excusatio, *vt in eadem decisione*, vbi etiam quod non requiritur, vt quis ignorauerit contractum emphyteoticum, cum sufficiat eum non possedisse sine culpa sua ad euitandam caducitatem *Salic. in l. solemnibus. C. de rei vendic. Abb. cons. 67. in fin. lib. 2.*

Quibus adde idem esse, quando emphyteuta nullam diligentiam fecisset in auocando possessio-
20 nem ab illo, † cui fuit res adiudicata malitiosè tacendo, aut negligendo, Tunc enim talis negligentia ei noceret, quia videtur fuisse in possessione, ex quo stetit per eum, quominus in ea esset, quasi æquipararetur possidens cum illo,
21 qui † dolo non vult possessionem acquirere, aut recuperare *l. etiam. §. in eo. ff. de petit. heredit. Cagnol. in l. qui dolo. 174. n. 2. post Dec. ibid. n. 1. ff. de reg. iur.* & ita in indiuiduo cõcludit *Castr. cons. 46. viso & examinato puncto supradicto. post princ. vers. videtur adhuc dicendum. n. 1. ad fin. lib. 2. per Glos. in c. fin. in verb. currit. ad med.*
22 *de elect.* † vbi quod neque excusatur propter impedimentum valetudinis, quando potuit mandare per alium actionem mouendam *l. 1. §. pla-*
23 *ne. de diuer. & tempor. præscript.* † Neque enim subueniendum est ei, qui non impetrauit, quod facile obtinuisset *l. 1. §. pen. de aqu. quotid. & æstiu. Glos. in l. sed & si per prætorem. in verb. permittere. ff. ex quib. caus. maior.* Et contra
24 eum, † qui se allegat impeditum, licitè opponitur, si potuit contra impedimentum reclamare, & non fecit *Bart. in l. quibus diebus. 40. in princ. n. 3. de condit. & demonstrat. Cyn. in l. ex qua. in fin. vers. breuiter circa hoc. n. 5. C. de tempor. in integr. restitut.* Itaut negligentia
25 commissa circa vnum noceat in alio, † & quo ad idem, & ad quod deuenitur per illud *l. 3. de vi bonor. raptor. l. fin. C. de his qui à non domin. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. quib. ex caus. maior. Castr. cons. 46. n. 1. in fin. lib. 2.* Et de non faciente diligentiam pro recuperanda pos-
26 sessione, † quod priuetur feudo, quamuis non possideat *Roland. cons. 18. n. 8. lib. 1. post Ang. cons. 371. illustris & magnificus. col. 1. n. 1. & 2. Paris. cons. 25. n. 227. lib. 1. Petr. de Anchar. inter cons. Calder. 6. de feud. Ruin. cons. 37. n. 4. ad fin. vers. & quamuis non excusetur. lib. 1. Præpos. in c. 1. col. 2. in princ. vers. hoc tamen declaretis. n. 2. quo tempor. mil. inuestl. petr. deb. Ceph. cons. 397. n. 12. lib. 3. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 22. n. 2.*

Et facit, quod ei qui est creditor sub conditione potestatiua, quæ pendet ex sua libera volunta-
27 te † ita currit præscriptio, ac si debitum esset purum, cum illa conditio potestatiua non habeatur pro conditione, quasi non requirat actum extrinsecum, ideo non suspendit actum *Bald. in l. 1. §. qui sub conditione. ff. si quis omis.*
28 *caus. testam. & in l. 2. C. eod. tit.* † Vbi etiam quod institutio habetur pro pura, quando adest conditio potestatiua, cum facilè possit purificari; Prout quoque excommunicato currit præscri-
29 ptio, † si est in mora petendi absolutionem, cum dicatur posse agere, qui facit, vt non possit agi *Idem Bald.* in specie *in c. 1. in fin. de præscript.* per tex. in *l. sed & si per prætorem. §. 2. ff. quib. ex caus. maior. l. 1. C. de naturalib. liber. l. papinia-*
30 *nus exuli. de minorib. c. his quibus. de elect.* † Et non recuperans rem ab alio, cum possit recuperare non excusatur *Innoc. in c. 1. de feud. Præpos. Alexan. in c. 1. n. 2. in fin. quo tempor. mil.* Et non repudians ex testamento, cum possit, habe-
31 tur pro repudiante, † quando videlicet adesset conditio potestatiua *Bald. in l. 1. §. qui sub conditione. ff. si quis omis. caus. testam.* Quidquid ei non imputetur, quando essemus in alijs conditionibus *l. is qui hæres. de acquir. hæredit.*

Quare etiam, licet beneficia non vacent statim post
32 promotionem ad Episcopatum, † sed post adeptam possessionem iuxta Curiæ consuetudinem relatam per *Abb. in c. cum in cunctis. §. cum vero. n. 3. de elect. Gig. de pension. q. 56. n. 3.* Tamen si promotus non facit se consecrari intra tem-
33 pus trium mensium, † vel si non docet de impedimento, ob quod possessionem Episcopatus non fuerit consecutus, habetur, ac si possessionem acquisiuisset, Itaut beneficia censeantur vacasse non secus, ac si possessio fuisset capta, quasi per eum steterit, quominus illam adipisci voluerit, prout in puncto concludit *Rota per Caputaq. decis. 401. n. 4. vsque ad n. 9. p. 2.*

Quæ etiam procedunt, quando quis dolo desijsset possidere *Clar. in §. emphyteusis. q. 8. col. 3. post med. vers. quæro quid si emphyteuta. n. 5. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.*
34 *22. n. 2.* † Talis enim habetur pro possessore quo ad sui damnum, quidquid aliud sit respectu commodi, Itaut contra eum dentur omnes actiones, quæ solent dari aduersus possidentes *Bar. in l. 1. ff. quor. bonor. Menoch. de adipisc. possess. remed. 1. q. 15. n. 63. Paris. cons. 5. n. 26. lib.*
35 *2. Cagnol. in l. qui dolo. 174. n. 1. de reg. iur.* † Vbi *n. 3.* ampliat etiam ad eum, qui culpa desijt possidere *l. si culpa. de rei vendicat.* Adeò vt statutum loquens de possessione trahatur etiam ad illum, qui dolo desijt possidere, cum interpretationem extensiuam, vel prorogatiuam recipiat, & intelligi possit secundum ius com-
36 mune, † Quamuis enim statutum non debeat extendi ad casum fictum, Tamen procedit, nisi ius commune ad illum casum fictum trahatur, prout omnia prædicta declarat *Franc. in c. pro possessore. 36. post Io. Andr. ibid. de reg. iur. in 6.*

Tunc enim etiam ex generali dispositione censetur effectuata illa libera facultas disponendi de officio, quod per consequens transit ad vniuersalem successorem, & hic est casus prædictæ decisionis *coram Sanctissimo, & aliorum quæ allegantur per informantes pro hæredibus*. Alio modo, & h c est casus noster interponitur Decretum quando soluenti pretium conceditur dispositio libera, non tamen simpliciter, & absolute, sed sub conditione, & modo quod non facta dispositione officium remaneat illi, sub cuius nomine de alienis pecunijs emptum est; Tunc per institutionem, & generalem dispositionem non censetur dispositum de officio, vt distinguendo dixit *Rot. in Roman. Vineæ de palude 12. iunij 1589. & Roman. legitimæ 29. nouembris 1599. coram R.P.D. Iusto.*

Eaque distinctio ratione nititur, quia in primo casu, cum non agatur de præiudicio alicuius, interpretatio quantumuis larga fieri potest ad fauorem disponentis; in secundo vero casu capienda est stricte dispositio, quia agitur de præiudicio eius, cui officium est remansurum, si aliter de illo dispositum non sit, quod præiudicium, cum oriatur ex spe probabili est considerabile *Surd. cons. 267. n. 22. Sarn. de iur. quæsit. non toll q. 4. n. 14.*

Item si in primo casu facultas non veniret in generali institutione sequeretur quod illam facultatem habens non fuisset ea vsus, 13 † quæ prætermissio, seu negligentia non præsumitur *l. cum de indebito. de probat.* Id autem non contingit in secundo casu, quia etiam si officium nec venit in generali institutione, non deficit tamen specialis de illo dispositio.

Et quidem alias decretum supradictum nihil operaretur, vt bene quasi in terminis aduertit *Silua. cons. 14. n. 4.* Ratio, nam si officium comprehenderetur in generali institutione, 14 † veniret etiam ad succedentes ab intestato, quia viuente Matthæo officium erat permansurum in bonis, & hæreditate Hieronymi *Alex. cons. 232. n. 3. lib. 6. Dec. cons. 543. n. 3. cum seq. Cardin. Mantic. de coniec. lib. 7. tit. 7. n. 14. Franc. decis. 45. late Surd. cons. 572. n. 30.* Ideoque dicendum esset officium remansurum Matthæo in casu dumtaxat, quod Hieronymus declarasset nolle de eo disponere, Id autem non solum nimis restringit verba decreti, sed etiam est illud directe contrarium, Quia ex illis verbis si Hieronymus aliter de d. officio non disponens præmori contingat, officium liberum remaneat Matthæo, apparet Matthæo concessum officium sub conditione, si Hieronymus non disposuerit; Ideoque Matthæum semper aliquod ius habuisse non quidem liberum, sed impeditum, ita vt posset adimi, & censeretur ademptum sub contraria conditione, si Hieronymus disposuisset, & sic non requirebatur dispositio, seu factum, & declaratio Hieronymi vt Matthæus haberet officium, sed è contrario necessarium erat eiusdem Hieronymi factum, & necessaria eius dispositio, vt Matthæus non haberet.

Supposito autem, quod ad effectum, vt Matthæo non remaneret liberum officium, fuerit necessaria specialis dispositio Hieronymi, sequitur non obstaret Matthæo institutionem hæredis à Hieronymo factam, 15 † quia regulariter in hæredis institutione non venit res, quæ ad alium spectat casu quo de illa specialiter non disponatur *Corn. cons. 165. n. 21. lib. 2. Aret. cons. 34. n. 10. Aym. cons. 19. n. 13. Couar. in rubr. de testa. p. 3. n. 19.*

Non obstat quod decisiones, in quibus datur prædicta distinctio, & Doctores in eisdem decisionibus allegati loquantur in bonis emphyteoticis, in quibus dominium est resolubile, & per mortem desiturum; Quia fuit responsum sufficere ad effectum, 16 † de quo agitur, quod testator habeat dominium illius rei licet resolubile cum facultate tamen disponendi, vt per *Gabr. cons. 143. n. 7. & 8. lib. 1.* Satis enim est, quod non dicatur disponere de re aliena, & quod tempore dispositionis esset sua, 17 † vt de grauato habente facultatem alienandi fideicommissum tradit *Marcobrun. cons. 81. n. 27. cum sequentib.*

Deinde licet ibi haberet emphyteuta dominium rei emphyteoticæ resolubile, habebat tamen facultatè nominandi liberam & non resolubilem.

Tertio hic etiam dominium officij fuit resolubile non facta dispositione, quia ita voluit Papa, qui concessit, & Hieronymus qui emit; vnde etiam cessat quod dicitur in emphyteusi pactum prouenire à prouidentia concedentis, qui noluit aliter concedere, siquidem & in emphyteusi concurrit voluntas accipientis non minus quam concedentis, & in hoc casu Matthæus etiam quodammodo capit ex pacto, & prouidentia videlicet ex concessione Papæ, & ex voluntate Hieronymi in casu non factæ prouisionis. 18 † Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, quandoquidem discrimen illud bonorum emphyteoticorum, & allodialium non fuit consideratum in decisionibus, sed solummodo an facultas nominandi esset simplex, vel cum additione, quod nominatione non facta bona ad aliquem pertinerent.

Non obstat doctrina *Salicet. in l. filia. n. 2. C. famil. hercisc.* Vbi quod per verba generalia probatur expressa dispositio. 19 † Nam omissis alijs fuit responsum id procedere ex speciali ratione æquitatis seruandæ inter filios, vt dicit *ibi Bald.* qui etiam subdit aliam rationem, quod receditur à voluntate præsumpta, & à iure speciali, ex qua ratione sequitur prædictam doctrinam non habere locum in casu isto, in quo donatio non est præsumpta, sed expressa in casu non dispositionis, & non venit ex iure speciali. Et quod plus est, si bene aduertatur *Bald.* ibi tenet contra *Salicet.* quia argumenta in contrarium proposita non soluit; Ideoq; videtur in secunda opinione residere.

Non obstant testes examinati ad probandum voluntatem testatoris; 20 Quia ipsa voluntas, † quæ non transiuit in dispositionem non est attendenda *l. quidam cum filium.* & ibi notatur *de hæred. instit. Castr. cons. 160. n. 2. lib. 2.*

Quod

Quod autem non transiuerit in dispositionem patet quia ex prędictis requirebatur specialis prouisio, quæ non adest, Immo sicut infra dicetur Testator dicebat Matthæum esse sibi debitorem in pretio officij, vnde sequitur officium spectare ad Matthæum, & per consequens, quod de illo disponere non cogitauit in vniuersali dispositione.

Præterea illi testes nihil probant, notarius enim, qui dicit Hieronymum dixisse suæ voluntatis esse, quod Matthæus sibi restitueret pretium officij, est vnicus; Illa autem mulier, quæ deponit, quod testator dixit Matthæum esse sibi debitorem scutorum 1000. & amplius nihil facit, Etenim verum est Matthæum fuisse debitorem, & potuisse Hieronymum de illo credito disponere, sed non addit illa testis, quod testator declarauerit se velle de illo credito disponere, & in effectu non disposuit.

Vltra quod est aduertendum Hieronymum testatorem prædicta dixisse ad liberandum se à molestijs, quæ sibi inferrebantur, vt Matthæo aliquid relinqueret ad tradita per *Odd. cons. 64. n. 19.* & non censetur determinate voluisse, quod Matthæus illud pretium solueret, cum id in testamento non expresserit *Bart. in l. cum proponebatur. n. 2. de leg. 2.* Tanto magis attenta voluntate præcedente, de qua deponunt testes examinati per Matthæum, 21 † licet enim voluntas posterior sit potior *l. si quis eum. in princ. de vulg. & pupill. l. per fideicommissum. ff. de condit. & demonstr. l. clarè. C. de fideicomm.* 22 † Tamen in dubio præsumitur perseuerantia, & non mutatio voluntatis *c. maiores. in fin. de baptism. c. licet. de procurator.*

Nec facit quod voluntas testatoris recipiat interpretationem ex dictis ante testamentum, Quia id procederet si verba essent dubia, hic autem non sunt dubia, cum habeant à Iure certam interpretationem, vt non comprehendant bona, quæ ad alium spectabant in euentum non factæ dispositionis.

Neque subsistit, quod verba institutionis essent apta comprehendere istum casum; Negatur enim talis aptitudo, cum non sufficiant verba vtcumque generalia, sed requiratur specialis indiuidua dispositio. Et ita fuit conclusum.

EPITOME.

CReditoribus quando competat electio concedendi dilationem debitori volenti cedere bonis, & quo casu maior pars præiudicet minori in d. dilatione cōcedenda. ¶ Et an debeant simul conuenire, & in hoc æquiparentur creditores chirographarij, & hypothecarij. ¶ Maior pars an sit consideranda habito respectu ad cumulum debiti, seu personarum. ¶ Exceptio cessionis bonorum quibus casibus competat debitori stante instrumento guarantigiæ, iureiurando, debito ex causa pensionis domorum, & similium. ¶ Beneficio cessionis an possit renunciari. ¶ Priuilegium fori & c. odoardus, quando competat clerico. ¶ Debitor statim petens beneficium cessionis an possit carcerari. ¶ Cessio bonorum an retardet executionem quo ad expensas trium conformium. ¶ Consentiens reseruationi pensionis sub censuris, & pœnis, quando illas incurrat sine litterarum intimatione. ¶ Creditor ex causa dotis an possit cogi ad concurrendum in dilatione concessa per maiorem partem creditorum. ¶ Clericus quando petat remissionem ad Iudicem ecclesiasticum in concedenda dilatione quinquennali.

SVMMARIVM.

1 *Debitor si vult cedere bonis, si non datur sibi dilatio, est in electione creditorum concedere dilationem, & si sunt discordes statur maiori parti.*

2 *In re communi pluribus vt singulis, iniusta contradictio aliquorum non tollit effectum iustæ voluntatis aliorum. Intellige vt n. 4.*

3 *Maior pars creditorum vt possit præiudicare minori in dilatione cōcedenda, requiritur, vt creditores simul conueniant. Et de ista coadunatione debet apparere, aliàs non præsumitur. n. 5.*

6 *Creditorum congregatio in dilatione concedenda debitori non requiritur, si omnes separatim concordarent.*

7 *Solemnitas conueniendi in vnum creditores, consuetudine tolli potest, & in eius locum alia forma subrogari.*

8 *Conuocatio creditorum in Francia nō seruatur.*

9 *Creditores si concertant quid sit agendum de bonis debitoris in solutione cessantis, humaniori sententiæ standum est, & quid si omnia sint paria.*

10 *Humanior sententia aliquorum, & vtilior debitori est sequenda in omnibus casibus, vbi leges non prouident.*

11 *Debitor potest cedere bonis si vult, non obstante quod creditores velint ei concedere dilationem quinquennalem. Declara vt n. 14.*

12 *Alternatiua in beneficijs defert electionem beneficiato.*

13 *Cessionis beneficium conceditur contra voluntatem creditorum, nec potest per eos impediri.*

15 *Hypotheca creditorum non consideratur in dilatione concedenda, quia in hoc chirographarij, & hypothecarij creditores æquiparantur, Secus si tractetur de remittenda parte debiti. n. 16.*

17 *Debitor volens cedere bonis non auditur post transactam dilationem quinquennalem ei concessam.*

18 *Creditor cui plus debetur est præferendus in debito pecuniario.*

19 *Maior pars creditorum in dilatione concedenda, est habito respectu ad cumulum debiti non personarum. Et qui habent creditores suos efficaciter obligatos. n. 21. & quid in pari numero. n. 22.*

20 *Depositum si est reddendū maiori parti hæredum consideratur maior pars ex magnitudine portionis hæreditariæ, non respectu personarum.*

CAPVT CCXXII.

DVbia proposita quo ad materiam *l. fin.* C. *qui bon. ced. poss.* ex infrascriptis conclusionibus breuiter explicabuntur.

Primo. Si debitor vult cedere bonis, nisi detur sibi dilatio ad soluendum, est in electione creditorum concedere dilationem, † & si sunt discordes, statur maiori parti, est enim speciale, vt in hoc casu maior pars possit disponere de iuribus singulorum, † cum enim quid est commune pluribus, vt singulis, iniusta contradictio aliquorum non tollit effectum iustæ voluntatis aliorum in eo, quod est opportunum agi pro re communi *l. si cum dotem. verf. quid si is pater. ff. solut.matr.* & ita in specie creditorum loquitur *tex.in d.l.fin. C.qui bon.ced. poss. Rom.cons. 439.circa primum proposita consultationis articulum.n.2. Ang.in l.maiorem. ad med. verf. & hoc intellige. de pact.*

Secundo. Maior pars creditorum, vt possit præiudicare minori in dilatione concedenda, † requiritur, vt creditores simul conueniant; Vnde si aliud fuerit obseruatum per viam subscriptionis folij, absque eo quod conuenerint, non præiudicat talis dilatio, cum ista forma sit de substantia, ideo non potest alio modo impleri, debent igitur omnes in vnum conuenire, & in vno consortio congregari, quia vbi collectio ibi vnitas *Bald.* in specie per illum tex. *in l. fin. in princ. & ibi Add. in verb. omnibus. & in verb. oportet.* C.*qui bon.ced.poss. Salic. ibid. n.1. verf. & nota vt hac lex habeat locum. Ang.cons.113. viso præfato puncto. post princ. verf. ad inualidandum autem tale pactum. Alex.cons.205.visis his qua narrantur.n.1.verf. primo casu non potest.lib.2.* Quidquid aliter senserit *Paris.cons. 100. certissimum est.n.5.verf. & isto casu.lib.3.* Quia contra eum est verior opinio, vt testatur *Stracc.de decoctor.p.6.col.7.in princ.n.19.tom.6. p.1.fol. 123.* & ita seruat *Rot. coram R. P. D. Coccino Fauentina concordia 16.ianuarij.1609. Matth.Brun.de cession.bonor.q.21.in princ.Soc. cons.273.in præsenti consultatione.col.2.in prin. verf. qui creditores seu dua partes. lib.2. per l.si vero.§.fin. & ibi Alber.de pact.Curt. Iun. in l. iuris gentium.§.hodie.n.4.in 2.notab.ff.eod.*

In casibus enim,in quibus maior pars potest præiudicare minori in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, † est de substantia, vt omnes in vnum locum conueniant, & de ipsa re discutiant *l. & suum hæredem. 8.§. hodie. de pact. Bart.in l.omnes populi.in 3.q.2.q.princ.de iust. & iur. Alex.cons.205.n.2.lib.2.* late *Roc. de iurepatr. in verbo honorificum. q. 60. post princ. verf. contrariam opinionem tenuit.n.3.* Quasi quando sunt simul,potuisset minor pars trahere maiorem in suam sententiam *l. si vnus. in fin. de arbitr.* † Ita vt de ista coadunatione debeat apparere, quia alias non præsumeretur, cum sit quædam solemnitas extrinseca *l. quicumque. §.fin.de public.* & in specie notat *Rebuff.de liter. dilat. annal.n.36.*

Verum esset, quod si omnes concordarent separatim, & non simul congregati, non requireretur amplius, † quod in vnum conuenirent, ad hoc enim debent coadunari, quia factum maioris partis nocet minori, vnde si omnes consentiunt

sentiunt cessat dicta ratio, & per consequens dispositio, prout in terminis declarat *Castr. in l. & summ. 8. §. hodie tamen. in fin. n. 4. vers. & ex secundo dicto. de pact.* dixi supr. c. . . . & voluit etiam *Ant. Burg. in repetit. c. cum omnes. col. penult. ad med. n. 351. de constit.*

Posset tamen huiusmodi solemnitas simul in vnum 7 conueniendi consuetudine tolli, † & in locum eius alia forma subrogari, ita vt etiam minor solemnitas de consuetudine admittatur in locum illius, quæ de iure, vel ex statuto etiam de substantia requirebatur *§. oportet. auth. de instr. caut. & fid. Salic. in l. antiqua. §. ne autem. in fin. n. 6. post Castr. ibid. n. 5. C. ad velleian.* dixi *decis. 186. per tot.* & esse multum notandum dicit *Roder. Soarez. ad leg. for. in probem. col. 9. n. 14. vers. accedit ad hoc.* & de veriori opinione testatur *Guter. de contract. iurat. c. 20. de renunciat. velleian. n. 7. in fin. col. 3. vers. sed & est aduertendum.* Et quando in casu nostro hoc admittatur dicam latius infra in capite particu-8 lari. † Et istam conuocationem, & coadunationem creditorum non seruari in Francia, sed alium modum, & formam testatur *Rebuff. de liter. dilat. annal. quinque. n. 54. ad med.*

Tertio. Vbicunque creditores concertant quid agendum sit de bonis debitoris in solutione cessantis, humaniori sententiæ creditorum stan-9 dum est, † & si nulla inuenitur humanior, & omnia sunt paria, stari debet iudicio cognatorum, qui creditores sunt, & si nullus est cognatus stabitur iudicio eius, cui maior pecunia debetur cæteris paribus *l. maiorem. ff. de pact.* 10 *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* † Quæ leges non solum habent locum in casibus ibi positis, sed etiam in omni alio, in quo est concertatio inter creditores qualiter debeant consequi credita super bonis debitoris in solutione cessantis eo quod debitor non est sufficiens, Vnde vel debitor non inueniat hæredem, seu velit cedere bonis, seu in similibus dispositionibus, vbi d. leges non prouident, semper eadem forma, & solemnitas erit seruanda, & in omni casu, in quo sententia aliquorum est humanior, & vtilior debitori, prout ita in specie declarat *Ang.* qui dicit esse multum notandum, & perpetuo menti tenendum *in l. 1. ad med. n. 2. ff. de priuil. credit. & ibi Rip. col. 4. in princ. n. 18. Add. ad Ang. in l. maiorem. 9. in verb. maior pars. de pact. Stracc. de decoctor. p. 6. n. 21.* Quamuis contrarium sentiat *Franc. decis. 82. n. 3. & 4.* Quasi dictæ leges non sint extendendæ tanquam exorbitantes *Purp. in l. 1. in 4. not. n. 12. col. 1. in fin. C. de transact.* vbi etiam ex hoc concludit, quod quamuis pactum maioris partis præiudicet minori, non tamen proderit *Alex. in l. 2. ad fin. n. 7. C. de pact.*

Quarto. Debitor potest cedere bonis, si vult, non obstante, quod creditores velint ei concedere 11 dilationem quinquennalem, † electio enim est debitoris, Nam cum ex legis beneficio admittitur ad cessionem bonorum, illud debet amplia-12 ri, † cum etiam alternatiua in beneficijs deferat electionem ipsi beneficiato *l. lucio. de leg. 2.* Vltra quod istud priuilegium cessionis conceditur 13 contra voluntatem creditorum, † & sine vllo facto eorum, vnde per eos non poterit impediri, ita concludit *Cyn. in l. fin. C. qui bon. ced. poss. & ibi Bart. n. 2. vers. quæro vtrum debitor,* quem sequitur *ibid. Castr. n. 2. vers. & aduerte quia ista. & Salic. ibid. post med. vers. in contrarium est veritas. Imol. in l. eleganter. 15. in fin. vers. sed certe in propria. ff. sol. matr. post Ang. ibid. n. 4. vers. nec etiam habet locum.* Quidquid contrarium sentiat *Bald. in d. l. fin. in prin. Ang. cons. 213. simon & iacobus. col. vlt. post princ. vers. sed contrarium. n. 3. Bapt. de S. Blasio de priuil. dotal. priuileg. 160. n. 60.* Quia contraria opinio est verior, & magis communis, vt per *Matth. Brun. de cess. bonor. q. 21. col. 1. in fin. n. 6. vers. ego autem dico. post Aret. in §. fin. instit. de act. col. 5. in fin. vers. quaro quomodo debeat fieri cessio. n. 6.* Semper enim debet concurrere voluntas debitoris ad dilationem quinquennalem accipiendam *Franc. decis. 251. Mari. Mut. super consuet. panormit. c. 57. n. 22.*

Aliud tamen esset, quando debitor exposuit an cre-14 ditores velint dare dilationem, † tunc enim electio est creditorum, Nam debitor cum dixerit, aut date mihi inducias, aut cedam bonis, æquum est, vt creditor præferatur in electione debitori, quasi hoc à voluntate illius proueniat *Castr. in l. vlt. n. 2. post Ang. ibi. in fin. C. qui bon. ced. poss. Matth. Brun. de cess. bonor. n. 6. in fin.* Ideo quando debitor non allegat se velle cedere bonis, non sumus in casu dilationis concedendæ, tunc enim pars maior ad præiudicium minoris partis potest concedere inducias ad impediendam d. cessionem bonorum, aliàs secus *Alex. cons. 105. n. 2. in fin. vers. & si in casu nostro. lib. 2.* cum alijs late per *Rebuff. de liter. dilat. annal. n. 59. vers. quarta differentia.*

Quinto. In dilatione concedenda non habetur consideratio hypothecæ, quam habent credi-15 tores, † cum in hoc æquiparentur Chirographarij, & hypothecarij, licet secus sit quando 16 tractaretur de parte debiti remittenda, † tunc enim non habentes hypothecam quamuis præponderent in numero personarum, & in cumulo debiti non possunt præiudicare illam habentibus, Quia in hoc casu tractatur de præiudicio intrinseco in parte debiti faciendo, quando autem conceditur dilatio, adest solum præiudicium extrinsecum, cum transacta dilatione si non fuerit solutum, res ad pristinum statum reuertitur, & suis hypothecis creditores possunt vti *Azo. in summ. C. qui bon. ced. poss. in fin. vers. neque distinguuntur. Salic. in l. vlt. n. 1. vers. nota quod in casu isto. C. eod. tit. Ang. in l. maiorem. in princ. vers. item non habet locum. de pact.* vbi intelligit tam in tacita, quam expressa hypotheca, quæ facit, vt semper possint conuenire quemlibet possessorem, vnde pactum, quod fieret eis inuitis super remissione debiti, esset nociuum, quod non est in sola dilatione *Idem Ang. in l. rescriptum. in princ. n. 1. in fin. vers.*

sequi-

ſequitur in textu.ff.de pact. Alex.in l.& ſuum. §.hodie.col.2. ff.eod. Matth.Brun.de ceſſ.bonor. q.21.in fin.n.7.& 8.

Sexto. Poſt tranſactam dilationem quinquennalem conceſſam à creditoribus, vel eorum maiori parte 17 † non auditur amplius debitor volens cedere bonis, & hic eſt caſus, in quo plus poteſt tacita renunciatio, quàm expreſſa, ne decipiantur creditores, qui dederunt dilationem *Caſtren. in l. vltim. in fin.verſ. & lapſo tempore. C. qui bon.ced. poſſ. Salic. in l.1. q.9. in fin. verſ.non obſtat quod tacitè. C.eod.tit. Aret.in §. vltim. n.6. in fin. verſ.quæro data eſt dilatio. inſtit.de act.* Et quod expreſſe non poſſit renunciari ceſſioni bonorum *Bart.in l.alia. §.eleganter. ff.ſol. matr.Butr.Imol. & alij in c.cum contingat. de iur.iur. Doct. in c.odoardus. de ſolut. & in cap.2. de pignor. Feder. de Sen. conſil.60. Cott.in memorab.in verb. ſolui non poteſt aliud pro alio.ante fin.verſ.quod tamen videtur.Guid. pap.deciſ.211.n.1.*

Septimo. Vbi agitur de commodo pecuniario ille 18 creditor præfertur, cui plus debetur † *l. maiorem. de pact. Rip.in l.1. col.4. in fin. n.17. verſ. vltimo nota. de priuil.credit.* Quidquid aliud ſit de fide, vel honore, quo caſu præfertur dignior *l.ob carmen. §. fin. de teſtib. Felin in rubr. de maior. & obed.* Ideo tabellio debet ponere nomina ſingulorum in inſtrumento, quia debet fieri comparatio inter omnes creditores, neque enim poteſt ineſſe eadem qualitas cuilibet de numero, prout etiam quando ſententia fertur à pluribus *Bald. in l.vlt.n.1. in fin. verſ.& nota* 19 *quod tabellio.C.qui bon.ced.poſſ.* † Quare maior pars creditorum in dilatione concedenda erit habito reſpectu ad cumulum debiti, ideſt quæ plus debet recipere, quàm per contradicentes *Gloſ.in l. ſi plures.14.in verb.perſonarum. ff.de-* 20 *poſ.* † vbi etiam quod quando agitur de reddendo depoſito maiori parti hæredum non eſt conſideranda iſta maior pars reſpectu perſonarum, ſed ex magnitudine portionis hæreditariæ *d. l. ſi plures.Card.Mant.de tacit.& ambig.conuent. lib.10. tit.7. n.2.* Quod magis erit, ſi eſt duplo maior numerus reſpectu perſonarum creditorum, & reſpectu maioritatis ſummarum *Ang. conſ.213.in princ.verſ.illi autem cenſentur.* Vbi 21 etiam † quod vt tales poſſint alijs præiudicare, debent eſſe creditores, qui habeant efficaciter obligatos ſuos debitores, ita vt nulla obſtet eis exceptio, quæ principalem perimat, aut elidat, cum etiam debeat eſſe creditum verum, non imaginarium, aut ſimulatum, cum hoc caſu ius excipendi, quod competeret debitoribus, tranſeat beneficio iuris ad alios creditores, qui contradicerent dilationi conceſſæ per maiorem partem *Guliel. de Cun. in l. & ſuum. §. hodie. de pact.* quem refert & ſequi- 22 tur *Ang. d. conſ.213. n.1.* † In pari autem numero creditorum, eius auctoritatem ſequatur Prætor, qui dignitate eos præcellit, & voces etiam creditorum conſanguineorum præferat *l. ante. de pact.* cum alijs per *Stracc. de decoctor. par.6. n.9. verſ. & hæc res commiſſa eſt.* Vbi etiam quod qui plures actiones habent vnius loco habentur, prout ſummæ plures vnius coadunantur, & creditis vſuræ applicantur, vt ſumma, ſeu cumulum debiti augeatur.

Octauo. Exceptio ceſſionis bonorum non competit quando debitor eſt obligatus ex inſtrumen- 23 to guarantigiæ † habente executionem ſecundum formam ſtatuti, per quod etiam diſponitur, vt debitor cum tali obligatione ad voluntatem creditoris capiatur, & detineatur in carcere, & inde non poſſit exire, niſi ſoluat, ſicut enim beneficium ceſſionis eſt introductum à cenſura iuris ciuilis, ſic etiam cenſura iuris municipalis illud tollere poteſt *l. 3. §. quid tamen ſi lex municipij. de ſepulch. violat.* & notat *Ang. in l. alia. §. eleganter. ad med. verſ.* 24 *nec habet locum in ciuitate. ff. ſol.matr.* † Quidquid aliud ſit quando ſimpliciter ſtatutum mandaret executioni inſtrumenta cum detentione & carceratione abſque illa clauſula, donec ſoluerit, vel ſimili, vt late per *Matth.Brun.* qui ita concordat opiniones *de ceſſ.bon.quæſt.3. principal.n.5.*

Nono. Defuncto eo, qui ceſſit bonis hæres illius quamuis non fecerit inuentarium non tenetur 25 inſolidum, † licet enim non habeat beneficium inuentarij, tamen habet priuilegium defuncti, & hæreditas tranſit ad hæredem cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs, nec in plus tenetur hæres creditoribus, quam defunctus, & beneficia, quæ acquiſiuit teſtator tranſeunt ad hæredes, & competunt tam agendo, quam excipiendo *l. non ſolum. de in integr. reſtit. l. quæ dotis. ſolut. matr.* & in ſpecie ita concludit *Bald. in l. vlt. in fin. verſ.quæro. C.qui bon.ced.poſſ.*

Decimo. Siue agatur de pacto ſuper remiſſione de- 26 biti, ſiue ſuper dilatione quinquennali, † oportet illud decreto ſuperioris validari, vt præiudicetur alijs creditoribus contradicentibus, & ſuperiores intelliguntur, qui iuriſdictionem habent ſuper creditoribus, vel creditores cambij coram quibus agitur *Ang.conſ.213.ad med.verſ. ad validandum autem tale actum.* per tex. *in l. & ſuum. §.hodie. ff. de pact.& l.fin. in princ.C. qui bon. ced. poſſ.* vbi officium ſuperioris ſuper hoc imploratur *Matth. Brun. de ceſſ. bon.q.21. in fin.n.6.Stracc.de decoctor.p.6.n.19.col.6.in fin.verſ.in tertia vero facti ſpecie.*

Vndecimo. Quando ſumus in creditore, qui habet 27 debitorem obligatum cum iuramento † totus cætus creditorum non valeret huic præiudicium afferre in dando dilationem *Bald. in cap. conſtitutus.de reſcript.col.3.ad fin.n.12.verſ. & nota quod omnis tutor.* & ita etiam reſoluit *Rot. coram R.P.D. Coccino Fauentin. concordiæ. 16. ianuarij. 1609. Theſaur. deciſ. 186. n.8. Alex. conſ.38. viſa petitione.col.1. poſt princ. verſ.ſed illis non obſtantibus.n.4. lib.3. & conſ.27. viſo libello producto. col. vlt. ad med. n.8. verſ. confirmo per notata. lib.1. Thom. Ferrar.caut.53. Marſ.ſing.313. contingit ſæpius. Rom.ſing. 7.*

Aſſi.

Affl.decis.5.Bauer.de virt.iuram.priuil.21.incip.nam licet si maior pars.Ias.in l.quoties.col.1.C.de precib.imper.offerren. Ita vt neque etiam Princeps secularis contra iuramentum possit induciales literas concedere *Thesaur. d. decis.286.n.4.& ibi Add.Ias.in l.fin.ff.qui satisd. cogant.Salic. in auth.sacramenta puberum .C.si* [28] *aduer. vendit.* Quod † procedit vt neque possit ex causa hoc fieri,quoties ad hanc remissionem iuramenti absolutio est necessaria, cum huiusmodi absolutio sit iurisdictionis meræ spiritualis, & ecclesiasticæ, Ideo in rescriptis regijs ad rescissiones contractuum iureiurando firmatorum ea lege conceditur rescissio, quatenus relaxatio iuramenti per Episcopum,aut Summum Pontificem indulgeatur, licèt plerumque non sine contẽptu potestatis ecclesiasticæ talis clausula non legatur, quod perperã fieri docet *Petr.* [29] *Matth. ad Guid. Pap. decis.* 194. † Quidquid aliud sit in Papa,qui has inducias concedit cum videatur absoluere à iuramento *Cucc.de morat. præscript.n.*60. Quod in Episcopo non procederet *Brun.cons.46.Thesaur.decis.186.n.5.*

Licèt hoc de iuramento non seruari dicat *Boer. decis.296.n.5.* cum iusiurandum, seu promissio fidei super omnibus debitis ponatur, & notat etiam Guid. *Pap. decis.211. debitor non potest renunciare.n.1.in fin. vers.sed his non obstantibus. & ibi Add. in verb. contrarium. Vrsill. ad* [30] *Affl.decis.288.col.fin.n.7.* vbi † quidquid sit de iure, contrarium seruatur stante maxima mendicitate debitorum *Rebuff.de litter. dilator. annal. quinquen. status & alijs. n. 24. & 60.* vbi quod solet apponi clausula dispensationis à iuramento, quia aliàs nihil prodessent tales dilationes, cum in omnibus debitis adsit iuramentum, & nunquam creditor consentiret.

Et quatenus etiam prædicta de iuramento haberent locum non procederent, quando similiter alij creditores haberent iuramentum in eorum [31] creditis † exemplo habentium hincinde hypothecam quo casu eorum priuilegia confunduntur, & conquassantur,prout in specie notat *Vrsill.ad Affl.decis.288.n.8.vers.qua quãdo fuisset.*

Duodecimo. Poterit cogi creditor ex causa dotis ad concurrendum, in dilatione concessa per [32] maiorem partem,† quamuis enim causa sit priuilegiata,ita vt non comprehendatur in dilatione facta per Principem iuxta terminos *l. quoties.& l.vniuersa.C.de prec.imper.offer.* & notat *Bapt.de S.Blasio. de priuil.dot.priuil.* 286. Tamen illud est, quia sumus in dilatione ex gratia concessa; Ideo debet strictè intelligi, vt non comprehendat casus priuilegiatos, secus autem quando conceditur dilatio per maiorem partem creditorum, quæ innititur iustitiæ per tex. *in l.fin.C.qui bon.ced.poss.* cuius dispositio etiam contra dotẽ procedet, & sic cessat æquitas onerum matrimonij stante lege scripta, quæ licet rigorosa præfertur æquitati non scriptæ *l.placuit.C.de iudic.*& ita in specie concludit *Franc. decis.* 219. sequitur *Mari. Mut. super consuet. panormit.c.57.n.22.in fin.post Bapt.de S.Blasio. de priuil.dot. priuil.* 60. Quamuis contrarium sentiat *Rebuff.de litter.dilat.annal.art.1.glos.1.n. 34. post Masuer. in rub.de solut. §. item & si* [33] *mulier.* † Vbi quod procedit siue agatur de dote soluenda, siue repetenda *Io.Vincent. Ann.sing. 101. concurrentia creditorum. in fin.* licèt illi loquantur in dilatione concessa per Principem, quod etiam videtur velle *Glos. in l.si constante. 25.§.quoties.in verb.nec ferẽda in fin. ff.sol.mat.* vbi opponit de dicta *l fin.C.qui bon.ceder.poss.*

In debitis tamen ex causa pensionis domorum, & rerum commestibilium non procedet d.concur- [34] rentia creditorum † tam si venditæ fuerint absque termino soluendi,quàm cum termino,prout ita seruari in dilationibus per Principem concessis dicit *Boer. decis.296. col.penult. in princ. n.6.Io.Vinc.Ann.sing.101.Rebuff.de liter.dilator.annal.glos.1.art.1.n.37.& n.44.*

Decimotertio. In concedendo dilationem quinquennalem debitori Clericus non potest petere [35] remissionem ad Iudicem ecclesiasticum † *Vrsill. ad Affl.decis.380.n.7.* Subdens idem esse quando clericus citatur, vt auctor laudatus *Capic. decis. 197. n. 6.* latè *Boer. decis. 69. præsuppono quod omnes.col. penul. in princ. n. 27.* cum alijs per *Guliel. Benedic. in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine adelasiam.decis.2. n.125. de testam.* licet contrarium de consuetudine seruari dicat Socin. *cons.91. casus super quo. col.penult. in princ.n.14.post Doct.in c.quod si super.vt lit.* [36] *non contest.* † Dummodo principaliter veniat ad causam non accessoriè *Dec. cons. 700. quod est vltimum,col.2.in princip. n.7. Et ibi Add. in verb. reus.* vbi declarat quando prædicta habeant locum. *Felin. in c. cum venerabilis. de except. & in c. non potest. de re iudic. Dec. in c. cum inter.de except. Afflict.decis.2.& 24.*

Decimoquarto. Debitor habens dilationem soluendi à creditore si aliam impetrauit dilatio- [37] nem,tempus † non currit, nisi finita prima dilatione conuentionali, cum enim sint diuersæ dilationes vna ex pacto,altera ex priuilegio particulari,vna aliam non confundit *Cyn.& Bald. in l.vlt.C. de repud. hæredit.* Quamuis contrarium sequatur Castr *ibid. n.4. vers.sed ista inductio.per tex. in l. talis scriptura. de leg.1.& l. 4.§.ex conuentione. ff.de re iudic.* Cum enim talis dilatio detur miserationis gratia debet restringi *l.si cum milite.§.cum intra.de compens.*& sequitur *Corn. & Io. Fab. in d.l.vltima. cum alijs per Tiraq.de retract.conuent.§.2.n.23.iuncto n.69.& 70.in fin.*

Decimoquinto. Clerici pro debito non tenentur cedere bonis *Abb.in c.odoardus.de solut.Couar.* [38] *lib.2.var.resol.c.1.n.9.* † cũ habeant priuilegium *d.c.odoardus.* ex quo absque cessione solum conueniuntur in quantum facere possunt *Menoch. de arbitr.cas.183.in fin.n.29. Felin.in c.cum ex officij.col.1.de rescript. Dec. in c. reprehensibilis.* [39] *n.9.de appellat.* † Itaut eodem beneficio debeat gaudere non solum is,qui est in sacris constitutus,sed etiam qui in minoribus, dummodo alicui ecclesiæ seruiat in diuinis,prout dicimus de

clerico

40 clerico in minoribus, † qui non gaudet priuilegio fori, si non habeat beneficium, aut ecclesiæ non seruiat *Concil.Trid.c.6.sess.23.de reformat.*& in specie *d.c.odoardus.* notat Couar. *c.1. n.9.vers.sed ex quo ad decisionem. lib. 2. var.resol. Neuiz.cons.59. in fin. n.19. Menoch. d.cas. 183.n.30.Farinac.de carcer.q.27. n.69. Fab.de Ann.cons.114.n.5.& 7.lib.2.*

Pendente tamen discussione, an debeat admitti ad priuilegium *c.odoardus.* verior est opinio nega-
41 tiua,† quod nō sit locus carcerationi *Fab.Ann. cons.124.n.12.lib.2.* Prout dicimus in debitore
42 priuato petente beneficium cessionis, † qui statim quod illud petit non potest carcerari, quia indistincte admittitur cessio bonorum, vt quis effugiat carcerem *Bald.in §.fin. col.2. in princ. n.9.instit. de act. per.tex. in l. 1. C.qui bon.ced. poss.Bar.in rubr.ff.eod.Abb.in c.odoardus.3.n.8. col.2.in fin.de solut.& ibi Sebast.Sap.in addit.in*
43 *verb.in carceribus*. vbi † ampliat quamuis statutum diceret, quod instrumenta guarantigiæ mandentur executioni per carcerationem debitorum, & omni modo, quo placuerit creditori. Nam debitor obligatus secundum formam d. Statuti petendo cessionem obtinet, ne carceretur, vt per *Ancbar.in c.canonum statuta.in sexto princ. quæsit.col.19.vers. occurrunt aliæ quæstiones. de constit.post Bald.in l.1.n.3.vers.quæro si statutum. C. qui bon.ced.poss. Coler.de process. execut. c.6. p.1.n. 121. vers.fallit septimo. Asin.de execut.§.2.c.6.fol.*30. Quæ tamen declara vt supra *in octaua conclusione*.

Non obstat *decis.Cap.Tholos.*28.vbi quod si aliquis fecerit citari suos creditores ad videndum fieri
44 cessionem bonorum,† non impeditur executio, cum illam possit facere creditor etiam lite pendente, nisi constaret Iudici prædictum cedentem nulla habere bona. Quia intelligitur de executione respectu bonorum non personæ *Fab. Ann. cons.124.n.16.lib.2.post Arism.Topat.lib.1.var. iur.sentent.tit.de cess.bon. vers. cedens bonis.fol.* 358. Nam vt dictum est statim debitor ex contractu, vel quasi cedendo bonis liberatur, ne ad carceres vadat *Auffr. ad decis. cap. Tholos.*134.
45 *Io.Fab.in §.fin.in princ.instit.de act.*†Cum cessio bonorum liberet à captura facta, vel facienda *Io.de Plat.in l.nemo. col.5. post med. vers.secundo colligo. ibi sed pro debitis priuatis. C. de exact.tribut. lib.10. Thesaur.decis.36. in princ.*
46 *Coler.d.p.1.c.6.n.99.*† vbi etiam latissime, quod quod huic beneficio cessionis neque cum iuramēto potest renūciari, etiā petita absolutione à iuramēto *Bero.q.133.n.5. Guid.pap.decis.* 211.

Quæ magis haberent locum quando iudicium cessionis petitæ per debitorem ceptum fuisset prius quam executio instrumenti peteretur, tūc enim lite pendente nihil esset innouandum *Bald.in l. cum aliquis.21.in 2.not.de iur.delib.* Vnde neq; d.executio impedire debet beneficium cessionis *Matth.Brun.de cess.bon.q.12.princ.ad med.*vbi
47 etiam ampliat † quando esset prius iudicium ceptum super petitione executionis, cum debitor quoque admittatur. ad cessionem etiam in executione sententiæ, quasi ista exceptio respiciat actum executionis, non substantiam obligationis, etiam non obstante re iudicata, & tribus conformibus, vt late concludit *Idem Brun. de cess.bon.q.2.princ.n.10.vsque ad 13. Put.decis. 56.lib.2.* vbi limitat quo ad expensas trium
48 conformium, † & sequitur *Farinacc.q.27.n.60.* Dummodo statutum non prohibeat, quod contra instrumenti executionem nulla possit exceptio opponi, quia tunc cessio bonorum petita non retardabit executionem *Corn.cons.212.placet.col.1.lib.2.*ex notatis *per Bart.in l.filius familias. ff. quod cum eo.* Prout idem esset in obligatione camerali.

Præterea contraria procedunt, quando clericus esset periurus, vel suspectus de fuga, & debitum
49 descenderet ex dolo, † tunc enim poterit carcerari *Franc. in c.si clericos. 14. n. 3. de sent. excomm.in 6.Ruin.cons.4.n.12.lib.5. Couar.lib.2. var.resol.c.1.n.9.ad med. vers.verum si clericus. Brun. de cess.bon.q.3.princ. n.17.* licèt præstita cautione idonea deberet relaxari, ne alias creditor sit excommunicatus *Felin. in c. cum non ab homine. de iudic.* Prout dicimus de similibus debitoribus suspectis, & contumacibus, qui carcerantur, donec admitti debeat cessio bonorum *Bald.in §.vlt.n.8.& 9.col.1.in princ.vers.distingue aut debitor.instit.de action.*

Decimosexto. In clerico debitore pensionis verius est non habere locum disposita *in c.odoardus.de*
50 *solut.* † Cum enim pensioni consenserit etiam cum iuramento, & obligatione camerali, & possideat beneficium, non est æquum, vt illa exceptione se tueatur, Ita vt potius debeat dimittere beneficia, quàm pensionem denegare, cum etiam in reseruatione pensionis tales beneficiati illam promittāt soluere sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficij *Cassad.decis. 21.n.3.de locat.*vbi quod ita seruatur in *Rota*, & fuit decisum coram *R. P. D. Bartholomeo Petrasancta Gebben.Monasterij* 1516.Prout etiam attestatur *Matth. Brun. de cess. bon. q.3.princ. col.pen.in princ.n.16.vers.similiter in clerico.Gomes.de annal.q.53.& in compend.signat.col.fin. n.80. vers.est tamen vnum aliud notandum.*
51 Quemadmodum † etiam quando quis consentit personaliter reseruationi pensionis sub solitis censuris, & pœnis, illas enim incurrit, si in tempore non soluit etiam sine aliqua litterarum
52 intimatione. † Quidquid diuersum sit quando consentit per alium, quia tunc requiritur intimatio *Gomes.in compend.signat.in fin.vers.hinc est quod de stylo.*vbi testatur ita seruari in *Rota*, & super hoc longam decisionem factam fuisse per *Cassador.ladisladien. canonicatus, & prabendæ. de mense Aprilis* 1521.

Verum secundum alios talis clericus non tenebitur soluere, nisi pensionarius præstet cautionem, de restituendo, illud quod poterat reti-
53 nere ratione d. priuilegij *c. odoardus*. † in casu in quo constaret esse locum eidem priuilegio argumento *l.pen.ff.de petit.hæredit.* Neque enim clericus propter præcisam obligationē soluendi

di

di pensionem amittit priuilegium *Bald. in l.* 1. *n.* 3. C. *qui bon. ceder. poss.* & in specie ita declarat *Barbos. in l. alia. §. eleganter. n.* 23. *ff. solut. matr.* vbi etiam allegat *Bacc. de inop. debitor c.* 17. *n.* 6. qui tenet contra decisionem *Gomes. in compend. vtriusque signatur. col. vlt. n.* 80. cum alijs supra allegatis, prout, etiam eandem decisionem non approbat Couar. *lib.* 2. *var. resolut. c.* 1. *n.* 9. *vers. quoties vero*.

E P I T O M E.

EMphyteuta quando possit priuari emphyteusi ob non solutum canonem pro tempore, quo non possedit, vel si fundus fuerit inundatus. ¶ Et quid in Vasallo non petente inuestituram, vel Domino feudi illam negante. ¶ Prælato quãdo currat tempus conferendi beneficium, si possessio sit apud alium. ¶ Promittens soluere canonem de fructibus quo casu excusetur, si fructus non percipiantur. ¶ Possidens quando æquiparetur cum illo, qui non recuperat possessionem. ¶ Institutio an habeatur pro pura, si adest conditio potestatiua. ¶ Beneficia an vacent per promotionem ad episcopatum, vel post adeptam possessionem. ¶ Possidens semel an præsumatur possidere, & cui probatio incumbat. ¶ Commenda ad annum à die habitæ possessionis quando currat stante alio possessore, & an requiratur diligentia commendatarij in auocando possessionem. ¶ Obligatio conditionalis, & pura quando debeat adimpleri.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta pro tempore quo non possedit non potest priuari emphyteusi ob non solutum canonem. & n.* 4. *Declara vt n.* 14. 18. *&* 19.
2 *Dolus requiritur, vt quis amittat ius suum.*
3 *In non possidente non potest considerari dolus.*
5 *Mora non consideratur in eo, qui non possidens non soluit.*
6 *Vasallus non habens possessionem feudi non potest illo priuari, si non petijt inuestituram infrà annum; Nec ei debet currere tempus. n.* 8. *Intellige vt n.* 26.
7 *Feudi onera suscipere non tenetur qui non possidet.*
9 *Prælato non currit tempus conferendi beneficium, si possessio est apud alium.*
10 *Dominus directus feudi non possidens non potest priuari feudo, si negat inuestituram.*
11 *Emphyteuta non priuatur ob non solutum canonem, si fundus emphyteuticus fuerit per biennium inundatus. Declara vt n.* 12. 13. *&* 15.
16 *Promittens soluere canonem de fructibus non excusatur, si fructus non sunt percepti ex culpa ipsius.*
17 *Fructus rei non tradita debentur etiam ratione moræ irregularis, si ex re fructuosa percipi potuerunt, quando propter negligentiam non fuerunt percepti.*
20 *Negligentia, vel malitiosa taciturnitas in auocando possessionem ab illo, cui res fuit adiudicata, nocet emphyteutæ.*
21 *Possidens æquiparatur cum illo, qui dolo non vult possessionem acquirere, vel recuperare.*
22 *Infirmitas non excusat emphyteutam quando potuit mandare per alium actionem moueri.*
23 *Subueniendum non est ei, qui non impetrauit quod facilè obtinuisset.*
24 *Alleganti se impeditum licitè opponitur, si potuit contra impedimentum reclamare, & non fecit.*
25 *Negligentia commissa circa vnum nocet in alio, & quò ad idem, & ad quod deuenitur ad illud.*
27 *Præscriptio currit creditori sub conditione potestatiua, quæ pendet à sua libera voluntate, sicut si debitum esset purum.*
28 *Institutio habetur pro pura quando adest conditio potestatiua.*
29 *Excommunicato currit præscriptio, si est in mora petendi absolutionem.*
30 *Excusari non debet non recuperans rem ab alio cum possit.*
31 *Non repudians ex testamento cum possit habetur pro repudiante quãdo adest conditio potestatiua.*
32 *Beneficia non vacant per promotionem ad Episcopatum, sed post adeptam possessionem. Declara vt n.* 33.
34 *Dolo, vel culpa desinens possidere quando habeatur pro possessore, & contra eum agatur tamquam talem. n.* 35.
36 *Statutum loquens de possessore an habeat locum in eo qui dolo desijt possidere.*
37 *Possidens semel quando præsumatur possidere, & cui probatio incumbat. n.* 38. *&* 40.
39 *Possessio facilius perditur, quam dominium.*
41 *Conditio quando habeatur pro impleta si per eum, cuius interest illam adimpleri fit quo minus impleatur.*
42 *Commenda ad annum à die habita possessionis, quando currat stante alio possessore, & an requiratur diligentia Commendatarij in auocando possessionem.*
43 *Intellectus l. iure ciuili. ff. de condit. & demonstr.*
44 *Interpellatio an requiratur, vt quis incidat in pœnam.*
45 *Obligatio conditionalis, & pura quando debeat adimpleri.*

CAPVT CCXXIII.

COncludunt Doctores non posse pronunciari pro deuolutione ob non solutum canonem pro † tempore, quo emphyteuta non possedit, Requiritur enim dolus, ad hoc vt quis amittat ius suum *c. fin. de prohib. aliena. feudi per lothar.* † Qui dolus non potest considerari in non possidente, cum enim non habeat commoditatem emphyteusis, † non est æquum, vt illius onera subeat *Bald.* qui dicit notandum, & valde quotidianum *in l. solemnibus.* 25. *in fin. vers. item quia ad hoc vt vasallus. C. de re vendit.* vbi etiam, † quod non debet imputari emphyteutæ, quandiu possessor contra eum litigat argumento *l. quandiu. C. qui admit.* Idem sequitur

quitur *Ang.cons.311.in themate prædicto.in fin. vers.super quinto.n.3.* vbi quod non potest consi-
5 derari mora in eo, qui non possidet, † ac non soluit *Soc. Iun.cons.70.n.13.lib.1.post Anch.cons. 44. primo de viribus. col.3.in fin.vers. præterea aduertendum est.n.7.Dec.cons.58.pro tenui facultate.col.vlt.post med.vers.secundo respondere potest. & in auth. qui rem. col.4.in princ.n.8. vers. sexto fallit.C.de sacros.eccles.* Et ita seruat *Rot. coram R. P. D. Comitulo Romana deuolutionis bonorum.26.iunij 1589.& per Cardin.Pamphil. Perusina sancti Beneuiniatis. 12. decembris. 1588.Alex.cons.124.consideratis his.in fin.n.11. vers. vel si probaretur.lib.5.*

Idem est in feudo, quod licet perdatur per Vassal-
6 lum, qui non adit Dominum infra annum, † & petit inuestituram *c.1. quæ sit prim.caus. amitt.* Tamen si patre mortuo tertius incepit feudum possidere, non poterit Vassallus priuari, qui non præstitit iuramentum tanquam non existens in possessione, nec percipiens commoditatem *Abb.cons.67. in causa quæ vertitur. in fin.vers. nam mortuo patre.lib.2. post Guliel. de Cun. & Bald.in l. solemnibus.in fin. C. de rei vendicat. & ibi Castr. in fin.n.4. vers. item dicit.* per tex. *in l.forma.§.si cum ego.ff.de censib.Dec.cons.141. mature.n.5.& 6. Castr.cons.181.notandum est. in princ.vers.secunda ratio. lib.2. & cons.311. circa hoc quod primo.in fin.vers.circa vltimum. lib.1. Ang.cons.311.in themate prædicto.ad fin. vers.super quinto.n.3 Guid.Pap.q.165.sed iuxta proxime. n.1. Clar. in §. feudum. q.49. vers.*
7 *item quod si forte vassallus.n.3.* † Quasi hoc onus petendi inuestituram sit personale per relationem ad feudum, itaut etiam impensa, onera, & seruitia debita occasione ipsius feudi liberent ab eiusdem oneribus, donec possessio est penes aliu *Anchar. cons. 174. dominus Lazza-*
8 *rius.in fin.n.6.* † Vbi etiam, quod stante dicta carentia possessionis non debet currere istud tempus feudatario, sicut Prælato, cui neque cur-
9 rit tempus conferendi beneficium, † si possessio est apud alium colorata *cap.cum nostris. de concess.præb.* & quandiu possessor litigat non est imputandum vassallo *Bald. in l. solemnibus.25. in fin.C.de rei vendicat.*

Et quemadmodum vassallus non possidens excusari debet *Anchar.cons.74. in fin. cum alijs su-*
10 *pra allegatis*, † ita etiam excusabitur, si Dominus directus feudi non possidebat, Prout è contra Dominus, qui non possidet non priuatur feudo, si negat inuestituram, cum non possidens non possit inuestire *Bald. cons. 429. quidam nobilis. in fin. lib.1. Socin. Iun. cons.115. n. 18. lib. 2.* Quidquid alias Dominus negans inuestire vassallum priuetur proprietate feudi *Glos.in cap.1.in fin.per quos fiat inuestit.Guid. Pap. q.415. n.1. cum alijs per Cephal. cons.241. n.28.lib.2.*

Prout etiam dicimus de fundo emphyteotico à
11 flumine per biennium, † aut triennium inundato, non enim potest imponi pœna priuationis ob non solutum canonem, cum emphyteuta nec ciuiliter, nec naturaliter possederit, & fundus dicatur peremptus eo tempore, quo inundatio durauit, quasi tunc nullus vsus haberi possit *Alex. cons. 112. videtur in præsenti consultatione.n.1.vers. sed præmissis non obstantibus. lib.1. Rot.coram R.P.D. Bubalo decis.60. in manuscriptis.* quam refert, & sequitur *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent.lib.22.tit.*
12 *27. n. 45.* † Quidquid aliud sit quando fundus emphyteoticus non fuisset in totum aquis submersus, sed pro parte, quo casu non daretur excusatio canonis non soluti *Natt. cons. 377. n.2. Alex.in l. si interdum. §. ex naufragio.n.6. & 7. de acquir. possession.* cum alijs per *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 19.*
13 *n.5.* † vbi ampliat quamuis pensio correspponderet fructibus, quasi illa magis proprie soluatur in recognitionem dominij, non pro fructibus *Natt. cons.193. n.4. & 5.* de quo tamen latius per *Corbul. de caus.priuat.ob non solut. canon.ampliat.11.& 12.*

Prædicta tamen dixi declaranda esse, quando emphyteuta ex facto Domini amitteret possessio-
14 nem, † vel sine culpa desijsset possidere, si enim culpa sua illam amitteret, nulla daretur excusatio, neque ex ea æquum esset præiudicari Domino *Salic. in l. solemnibus. in fin. vers. super hoc cogitandum. C. de rei vendicat. Bero. cons. 196.n.11.lib.1.* & seruat *Rot.coram R.P.D.Bubalo. decis. 60. in manuscriptis.* quam sequitur *Card. Mantic.de tacit. & ambig.conuention.lib. 22.tit.27.n.44. Ang.cons.371. illustris magnifi-*
15 *cus. n.1. & 2.* † Quod etiam est in casu inundationis; si enim culpa emphyteutæ præcessit casum, tunc neque excusaretur emphteuta, quamuis prætendat non habere possessionem, si videlicet fuisset in mora colligendi fructus, qui postea inundatione perijssent, & in similibus casibus *Igneus.in repetit.l.contractus.n.110. de reg. iur. per l. item quæritur. in princ. ff. locat. l.cum res. §.fin. de legat. 1. l. quod te. ff. si cert.petat.* & sequitur *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 19. n.4. & ampliat.12.n.34. vsque*
16 *ad n.38.* † Vbi extendit quamuis emphyteuta promisisset soluere canonem de fructibus per modum taxationis, non demonstrationis, licet enim tunc non essent obligati nisi fructus pro canone *Dec. cons.280.n.2. Bero. cons. 131.n.13. lib.1.* Tamen si culpa, vel negligentia ipsius emphyteutæ esset causata sterilitas, seu fructus non essent percepti, quia forte non coluit, nec curauit culturam fundi, tunc nullo pacto excusare-
17 tur, † itaut etiam ratione moræ irregularis debeantur fructus rei non traditæ, si ex re fructuosa percipi potuerunt, & ex culpa, & negligentia non fuerunt percepti *Alex. in l. de diuisione. ff.solut.matrim.per tex.l.iulianus.§.ex vendito. vers. facultatem. de act. empt. l.venditor domus & l. si ea res. ff. eod. Negusant.de pignor. par.3. mem.2.q.2.col.9. post med.vers.& probatur ista conclusio.n.19.*

Ita etiam dicimus, quod si res emphyteotica fuerit adiudicata, vel aliquis fuisset immissus in pos-

18 possessionem eiusdem rei † propter factum emphyteutæ, non soluentis, non erit locus excusationi, cum per eum non possit hoc casu allegari, quod alius possedit, quasi id processerit ex culpa, & contumacia illius, propter quam processum est ad prædictam adiudicationem, vt in specie concludit *Alex. cons. 11. viso processu adiudicationis. in fin. vers. quia responderi posset. lib. 5.* & in terminis Saluiani idem resoluit *Rot. coram R. P. D. Comitulo. Roman. deuolutionis domorum. 2. iulij.* 1589. quam refert, & sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22.* 19 *n. 27.* † vbi tamen limitat, quando res fuisset pignorata, & obligata ab antecessore, tunc enim deberet admitti excusatio, *vt in eadem decisione*, vbi etiam quod non requiritur, vt quis ignorauerit contractum emphyteoticum, cum sufficiat eum non possedisse sine culpa sua ad euitandam caducitatem *Salic. in l. solemnibus. C. de rei vendic. Abb. cons. 67. in fin. lib. 2.*

Quibus adde idem esse, quando emphyteuta nullam diligentiam fecisset in auocando possessio-20 nem ab illo, † cui fuit res adiudicata malitiosè tacendo, aut negligendo, Tunc enim talis negligentia ei noceret, quia videtur fuisse in possessione, ex quo stetit per eum, quominus in ea esset, quasi æquiparetur possidens cum illo, 21 qui † dolo non vult possessionem acquirere, aut recuperare *l. etiam. §. in eo. ff. de petit. hæredit. Cagnol. in l. qui dolo. 174. n. 2. post Dec. ibid. n. 1. ff. de reg. iur.* & ita in indiuiduo cōcludit *Castr. cons. 46. viso & examinato puncto supradicto. post princ. vers. videtur adhuc dicendum. n. 1. ad fin. lib. 2. per Glos. in c. fin. in verb. currit. ad med.* 22 *de elect.* † vbi quod neque excusatur propter impedimentum valetudinis, quando potuit mandare per alium actionem mouendam *l. 1. §. pla-*23 *ne. de diuer. & tempor. præscript.* † Neque enim subueniendum est ei, qui non impetrauit, quod facile obtinuisset *l. 1. §. pen. de aqu. quotid. & æstiu. Glos. in l. sed & si per prætorem. in verb. permittere. ff. ex quib. caus. maior.* Et contra 24 eum, † qui se allegat impeditum, licitè opponitur, si potuit contra impedimentum reclamare, & non fecit *Bart. in l. quibus diebus. 40. in princ. n. 3. de condit. & demonstrat. Cyn. in l. ea quæ. in fin. vers. breuiter circa hoc. n. 5. C. de tempor. in integr. restitut.* Itaut negligentia 25 commissa circa vnum noceat in alio, † & quo ad idem, & ad quod deuenitur per illud *l. 3. de vi bonor. raptor. l. fin. C. de his qui à non domin. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. quib. ex caus. maior. Castr. cons. 46. n. 1. in fin. lib. 2.* Et de non faciente diligentiam pro recuperanda pos-26 sessione, † quod priuetur feudo, quamuis non possideat *Roland. cons. 18. n. 8. lib. 1. post Ang. cons. 371. illustris & magnificus. col. 1. n. 1. & 2. Paris. cons. 25. n. 227. lib. 1. Petr. de Anchar. inter cons. Calder. 6. de feud. Ruin. cons. 37. n. 4. ad fin. vers. & quamuis non excusetur. lib. 1. Præpos. in c. 1. col. 2. in princ. vers. hoc tamen declaretis. n. 2. quo tempor. mil. inuest. peter. deb. Ceph. cons. 397. n. 12. lib. 3. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 22. n. 2.*

Et facit, quod ei qui est creditor sub conditione potestatiua, quæ pendet ex sua libera volunta-27 te † ita currit præscriptio, ac si debitum esset purum, cum illa conditio potestatiua non habeatur pro conditione, quasi non requirat actum extrinsecum, ideo non suspendit actum *Bald. in l. 1. §. qui sub conditione. ff. si quis omis.* 28 *caus. testam. & in l. 2. C. eod. tit.* † Vbi etiam quod institutio habetur pro pura, quando adest conditio potestatiua, cum facilè possit purificari; Prout quoque excommunicato currit præscri-29 ptio, † si est in mora petendi absolutionem, cum dicatur posse agere, qui facit, vt non possit agi *Idem Bald.* in specie *in c. 1. in fin. de præscript.* per tex. in *l. sed & si per prætorem. §. 2. ff. quib. ex caus. maior. l. 1. C. de naturalib. liber. l. papinia-*30 *nus exuli. de minorib. c. his quibus. de elect.* † Et non recuperans rem ab alio, cum possit recuperare non excusatur *Innoc. in c. 1. de feud. Præpos. Alexan. in c. 1. n. 2. in fin. quo tempor. mil.* Et non repudians ex testamento, cum possit, habe-31 tur pro repudiante, † quando videlicet adesset conditio potestatiua *Bald. in l. 1. §. qui sub conditione. ff. si quis omis. caus. testam.* Quidquid ei non imputetur, quando essemus in alijs conditionibus *l. is qui hæres. de acquir. hæredit.*

Quare etiam, licet beneficia non vacent statim post 32 promotionem ad Episcopatum, † sed post adeptam possessionem iuxta Curiæ consuetudinem relatam per *Abb. in c. cum in cunctis. §. cum vero. n. 3. de elect. Gig. de pension. q. 56. n. 3.* Tamen si promotus non facit se consecrari intra tem-33 pus trium mensium, † vel si non docet de impedimento, ob quod possessionem Episcopatus non fuerit consecutus, habetur, ac si possessionem acquisiuisset, Itaut beneficia censeantur vacasse non secus, ac si possessio fuisset capta, quasi per eum steterit, quominus illam adipisci voluerit, prout in puncto concludit *Rota per Caputaq. decis. 401. n. 4. vsque ad n. 9. p. 2.*

Quæ etiam procedunt, quando quis dolo desijsset possidere *Clar. in §. emphyteusis. q. 8. col. 3. post med. vers. quæro quid si emphyteuta. n. 5. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.* 34 *22. n. 2.* † Talis enim habetur pro possessore quo ad sui damnum, quidquid aliud sit respectu commodi, Itaut contra eum dentur omnes actiones, quæ solent dari aduersus possidentes *Bar. in l. 1. ff. quor. bonor. Menoch. de adipisc. possess. remed. 1. q. 15. n. 63. Paris. cons. 5. n. 26. lib.* 35 *2. Cagnol. in l. qui dolo. 174. n. 1. de reg. iur.* † Vbi *n. 3.* ampliat etiam ad eum, qui culpa desijt possidere *l. si culpa. de rei vendicat.* Adcò vt statutum loquens de possessione trahatur etiam ad illum, qui dolo desijt possidere, cum interpretationem extensiuam, vel prorogatiuam recipiat, & intelligi possit secundum ius com-36 mune, † Quamuis enim statutum non debeat extendi ad casum fictum, Tamen procedit, nisi ius commune ad illum casum fictum trahatur, prout omnia prædicta declarat *Franc. in c. pro possessore. 36. post Io. Andr. ibid. de reg. iur. in 6.*

Imol.in c.ad audientiā.in prin.de cler.nō resid. Amplius emphyteuta in casu prædicto debebit probare se non possedisse, † si enim semel possedit adhuc præsumitur possidere *Bart.in l.siue possidetis. C. de probat. Rip. in c.cum ecclesia n.23.de cauf. possess. & propriet. Afflidecis.394. Osasc.decis.pedam.40.n.9.* cum declarationibus, de quibus per *Aleiat. de præsumpt. reg.2. præsumpt.21.* † Et dummodo medio tempore non probetur alium possedisse *Menoch. de retinend. possess.remed.3.n.557.Surd.consil.160.n.83.lib.2. & consil.173.n.106. eod.lib.* Et dummodo ille qui semel possedit non asserat se hodie non possidere, Dominium enim licet cum difficultate amittatur, † Possessio tamen de facili perditur *l. si quis §. differentiam . de acquiren. possess.* & notat *Bellapertic. in l. siue possidetis. col.2. in princ. vers. pone quod fuerunt excommunicati. C. de probat. Butr. in c.cum ad sedem. n.25. de restitut.spoliator. Castr.cons.113.in causa qua vertitur. n. 2. in fin. vers. sed certe hoc verum est. lib.2. Socin. consil.95. in causa communis. col.7.in fin. lib.3.* latissime *Mascard. de probat. conclus.1195.n.45. & concl.170.in fin.* † Quidquid aliud sit, quando negans possidere erat in possessione tempore litis motæ; si enim hoc probetur etiam ad sui incommodum negans hodie se possidere præsumetur possidere per huiusmodi possessionem de præterito *Alexan. consil.96. visis narratis in themate. in fin. n.15. vers. postremo non obstat. lib.4. Petrus de Bellapertic.in l.siue possidetis. col.2. in princ. vers. fallit in duobus casibus.C.de probat.Salic.in l.non ignorabit. C. ad exhibend.* cum alijs per *Menoch. præsumpt.64.n.28.lib.6.*

Prædictis adde tex. in *l.iure ciuili.24.de condit.& demonstr.* † Vbi quoties per eum cuius interest conditionem impleri fit, quominus impleatur perinde habetur ac si impleta fuisset *l. si post diem.5.§.item si qua conditio. ff. quand.dies leg. ced.* cum alijs per *Cephal. consil.8.n.6.* Dummodo non simus in conditione dependente à mera potestate promittentis, quando tamen conditio consistit in facto, vel in nuda voluntate promissoris, cum secus esset, si importaret ius, puta si committatur aliquid per modum conditionis in arbitrio promittentis per verbum importans arbitrium boni viri, vt declarat *Alexan.in l.centesimis.46. §. si ita stipulatus. in princ.n.2. & ibi Ias. in 3.notab.n.5.ff. de verb.oblig. Put. decis.22.lib.1.* † vbi de commenda ad annum à die habitæ possessionis, quæ non curric stante alio possessore, quamuis commendatarius nullam fecerit diligentiam contra possessorem, quia d. commenda erat sub conditione potestatiua, si & postquam adeptus fuisset pacificam possessionem, in qua conditione potestatiua non habet locum dispositio, † de qua in *d.l.iure ciuili. ff. de condit. & demonstr.* cum enim quis non cogatur implere talem conditionem potestatiuam *l.cum ab eo. de contrah. empt.* sequitur quod tempus commendæ non curreret ante impedimentum secutum; Maxime quia ad hoc, vt quis incidat in pœnam ex eo, quia non fecit, requiritur † quod præcedat interpellatio *Felin. in c. si autem. 9.n.3. de rescript.* Et ita intelligitur tex. *in c.si commissa.de elect.in 6.& in c.episcopus. de preben.eod.lib.* Vbi incurritur pœna, de qua in d.iuribus monitione tamen præmissa *Put. decis.22.n.5.* Vbi etiam quod illa iura loquuntur in dispositione pura, ex qua cum eis sit ius quæsitum, imputandum † est, si possessionem beneficij non adipiscuntur, & hoc in fauorem Ecclesiæ, ne detur diuturna vacatio, Aliud in obligatione conditionali, quam commendatarius nō cogebatur implere *Put.d.decis.22.lib.1.*

EPITOME.

Solutiones factæ per debitorem in quam causam debeant cedere, & quæ dicatur magis antiqua, dura, & grauior, & an electio sit facienda præsente debitore, & quando possit fieri per procuratorem, seu per hæredem, vel sit facienda incontinenti, & quomodo hoc intelligatur. ¶ Solutio posita contra vnam partitam quo casu sit præsumendum factam fuisse ad computum illius partitæ. ¶ Debitor, quando præsumatur potius soluere pro debito proprio, vel pro quo fideiussit, & quid in testatore mandante solui suis debitoribus. ¶ Fructus percepti an extinguant potius debitum sortis, quam vsurarum, & quid in alio accessorio, & pœnali, & in pluribus causis vsurarijs, & quod tempus sit considerandū, vt vsuræ dicantur liquidæ. ¶ Emptor re non tradita an possit petere pretium, vt pretium, vel tanquam interesse. ¶ Soluenti quo casu competat potestas adijciendi legem suæ solutioni. ¶ Debitor an habeat electionem in quam causam solutio conuertatur, quando sumus in pecunia redacta ex venditione pignoris. ¶ Compensatio an fiat in causam grauiorem sicut solutio, & quando admittatur de liquido ad non liquidum de proximo liquidandum. ¶ Ordo soluendi an procedat in sententijs, & similibus dispositionibus, & restitutionibus pecuniarum. ¶ In coniunctis an consideretur antiquitas causæ, & in his, quæ in eodem instrumento fiunt. ¶ Debitor ex vna tantum causa in centum, si pro quinquaginta solum dedit fideiussorem an soluendo aliquid præsumatur cedere in partem, pro qua aderat fideiussor. Et intellectus *l.ob triginta. de solution.* ¶ Per protestationem, quādo declaretur in quam causam debeat conuerti solutio, & diuisio confessionis in tali materia an admittatur. ¶ Præsumptio iuris, quod solutio sit facta in causam grauiorem an retardet executionem cameralem, & quando talis præsumptio indigeat allegatione, & reus admittatur ad illius exceptionem post terminum, & quid in actore, & similibus præsumptionibus iuris. ¶ Et multa alia quando, & in quibus solutio sit præsumenda potius ad fauorem creditoris, vel debitoris ad intellectus *l.1. de solution.* cum concordantibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Solutio in quam causam censeatur facta, & an pro sorte, vel pro fructibus, & vsuris, & de vtilitate istius quæstionis, & ad quem spectet electio. n. 2.*

3 *Electio, quæ conuertitur ex dispositione legis non datur libere, sed tanquam ad bonum virum, & quomodo talis debeat eligere.*

4 *Ad probandum arbitrium iniquum bonus est articulus, in quo dicatur talem fuisse arbitratum eo modo, quo noluisset alium arbitrari contra se.*

5 *Creditore, aut debitore non eligente lex in quam causam præsumat solutionem.*

6 *Soluens debet probare se in aliam causam soluisse, quatenus velit solutionem non cedere in causam duriorem.*

7 *Fiscus non habet necesse allegare præsumptionem illam, quod apocha confessionis facta paulo ante debitum sit suspecta.*

8 *Reus si post terminum allegat exceptionem, quæ oritur ex præsumptione iuris, etiam actor admittetur ad probandum d. termino elapso.*

9 *Creditor habens electionem solutionis non potest eligere causam, quam pro se ipso non elegisset.*

10 *Electio solutionis quæ fit per creditorem debet fieri præsente debitore, vt licitum sit illi contradicere, & si non concordant, pecunia est restituenda. n. 11. Amplia vt n. 12. & 13. Et an sit translatum dominium, & committatur furtum & spolium, si non restituatur. n. 14. & quomodo succurratur creditori stante ista contradictione. n. 15.*

16 *Causa leuior, non grauior secundum qualitatem personarum aliquando eligitur.*

17 *Multi potius donum, quam mutuum soluunt.*

18 *Non potest eligi debitum, cuius probationem creditor non habebat, vel erat controuersum.*

19 *Electio eius quod non est debitum habetur pro non facta, sicut etiam si obscure eligeretur.*

20 *Præsumitur quis soluere in causam magis certã.*

21 *Solutio posita contra vnam partitam quando præsumatur facta ad computum illius partitæ, Et ad quem spectet electio, & sit locus compensationi. n. 22.*

23 *Solutio particularis non admittitur, si creditor non vult, & an idem sit in compensatione. & n. 24. Intellige vt n. 36.*

25 *Cõpensatio debiti cuius dies non cessit non datur.*

26 *Solutio cadit in causam summæ debitæ pure non in diem.*

27 *Debitor censetur potius soluere pro debito, ad quod tenetur nomine proprio, quam pro alio.*

28 *Testator mandans solui omnibus suis debitoribus non intelligitur mandasse satisfieri illis, quibus debet fideiussorio nomine, sed vt principalis. Intellige vt n. 29.*

30 *Fructus percepti an extinguant potius debitum sortis, quam vsurarum, & quid in vno eodemque debito vsurario, & an vtilius sit debitori soluere potius vsuras, quam sortem.*

31 *Solutio censetur potius facta in causam fructuum, quam in extinctionem rei principalis, prout etiam in quolibet alio accessorio, & pœnali. Intellige, vt n. 32. 33. 34. & 35.*

37 *Electio solutionis in causam leuiorem quando admittatur ex consensu partium, & quid si soluatur per interpositam personam. & n. 38.*

39 *Mandatum speciale requiritur, vt quis possit declarare voluntatem alterius.*

40 *Procurator habens mandatum generale cum libera an habeat electionem sicut dominus, & an eligendo in causam minus grauem possit à domino conueniri tanquam gerens negotia minus diligenter.*

41 *Procurator cum libera non potest eligere in quam causam solutio cedat, si principalis prius elegisset, nisi ratum habuerit.*

42 *Confessio facta per procuratorem ex causa voluntaria non obest principali.*

43 *In pluribus causis vsurarijs solutum simpliciter cedit in causam antiquiorem non considerato, quod leuiores vsuræ currãt pro debito antiquo.*

44 *Vsuræ debent esse liquidæ, vt in illarum causam possit dici solutum. Et liquidum considerabitur tẽpore, quo soluitur, & non quo liquidabitur.*

45 *Executio pignoris non procedit quando super ea adest controuersia.*

46 *Compensatio de liquido ad non liquidum fit quando de proximo est liquidandum. Fallit in solutione facta per debitorem. n. 47.*

48 *Interesse quod succedit loco principalis sapit naturam illius, & in eo consideratur causa grauior, vel leuis circa solutionem factam per debitorem. Et quid in annuis redditibus, qui debentur de per se, non accessorie. n. 52.*

49 *In obligatione, in qua non est dare sortem, & interesse, non est considerandum an electio sit facienda in causam duriorem.*

50 *Emptor re non tradita non potest petere pretium, vt pretium, sed tanquam interesse. Declara vt n. 51.*

53 *Electio in causam vsurarum potius quam sortis procedit in dubio, secus si expresse pro sorte soluatur.*

54 *Coniecturæ cessant vbi habemus certam legem.*

55 *Soluenti quando competat potestas adijciendi aliquam legem tempore traditionis, & quæ dicatur declaratiua voluntas.*

56 *Debitor an habeat electionem in quam causam solutio conuertatur, quando sumus in pecunia redacta ex venditione pignoris.*

57 *In odium debitoris morosi imputatur, vt solutio cedat potius in vsuras, quam in sortem, secus cessante mora ad commodum approbatoris.*

58 *Solutio præsumitur facta in causam, secundum quam solui debet iuxta morem regionis.*

59 *Causa antiquior non dicitur respectu contractæ obligationis, sed solutionis, & grauior est ex causa dotis, quam antiphati, & attenditur qualitas personarum iudicando etiam à solitis in huiusmodi materijs. n. 96.*

60 *Debitori spectat electio donec viuit in quam causam velit soluere, non post eius mortem.*

61 *Succedens titulo vniuersali non potest declarare voluntatem sui auctoris.*

62 *Declaratio permittitur debitori in quam causam velit eligere, dummodo eligat incontinenti, & tempore solutionis, & dicitur fieri incontinẽti, quamuis non fiat in prima receptione, si factum sit antequam solutio sit habita pro perfecta.*

63 *Compensatio censetur facta in causam grauiorem, sicut solutio.*

64 *Qualitas pecuniæ solutæ est consideranda respectu personarum creditoris, seu debitoris.*

65 *Præsũptio iuris, quod solutio sit facta in causam grauiorem retardat executionem camer alem, & afficit onere grauiori probandi contrarium.*

66 *Ordo soluendi attenditur etiam in soluente vigore sententiæ, vt solutio prius cedat in primũ caput illius, deinde in sequentia, prout in similibus dispositionibus, & restitutionibus pecuniarum.*

67 *Regula præsumendi solution: in causam grauiorem procedit in dubio, & ex circumstãtijs facti ab ea receditur, & quæ sint tales circũstantiæ.*

68 *In coniunctis non consideratur ius anterius, sicut posterius, neque antiquitas causæ.*

69 *Si in eodem instrumento quis promittat soluere debitum pro alio, eidemq. constituatur certum salarium singulis annis, solutio an sit censenda in causam salarij, vel extinctionem debiti.*

70 *Debitor alicuius ex duabus causis si soluat creditori, censetur soluisse pro illa, pro qua aderat fideiussor, ac idem in eo qui debet ex vna tantum causa centum, & pro quinquaginta solum dedit fideiussorem, qui soluendo præsumitur soluere pro qua fideiussor intercessit, quamuis promissum fuerit dare fideiussores pro alia causa. Amplia vt n.71.*

72 *Bona debitoris si deuoluantur ad fiscum quo casu sint liberati fideiussores.*

73 *Pars debiti, quando possit solui.*

74 *Intellectus* l.ob triginta.de solution. *& an procedat in pecunia redacta ex venditione pignoris, vel in illa, quæ soluitur per debitorem, & de ratione diuersitatis. n.75.*

76 *Solutio quando intelligatur ad computum totius summæ, ita vt fiat extinctio debiti pro concurrenti quantitate, vel in vniuersitate illius.*

77 *Solutionis actus si non est certus in quã causam debeat conuerti, declarabitur per protestationem præcedentem, & voluntatem protestantis.*

78 *Præsumptio solutionis in vnam causam potius, quam in aliam non procedit, quando lex, quæ imputandi animum præsumit non minus vult imputationem fieri in vno, quam in alio.*

79 *Summa maior si est numerata, quam requirit antiquior causa, id quod superest cui sit adscribendum.*

80 *Debitor qui fecit postea alios contractus cum creditore, & soluit plures quantitates non videtur soluisse pro debito, à quo credebat se esse liberatum.*

81 *Verbum videtur in re dubia significat tacitam voluntatem agentium.*

82 *In his, quæ dependent à solo animo gerentis aliquem actum, inspicitur potius illius opinio, quam veritas.*

83 *Hæredes creditoris tenentur quemadmodum defunctus ponere solutionem per debitorem factam ad debitum grauius. Et quid in statutis, & conuentionibus. n.84.*

85 *Summa soluta per debitorem debet compensari in causam duriorem, quamuis creditor acceperit sub conditione, nisi soluatur residuum in suis terminis.*

86 *Diuisio confessionis admittitur contra creditorem stante præsumptione quod debitor soluerit in causam duriorem.*

87 *Præsumitur in dubio solutionem fieri ex summa qua inferebatur minor iactatio, & sic potius ex lucro, & non ex capitali.*

88 *Actum facientes præsumuntur facere eo modo quo illis magis proficuum est.*

89 *Si agatur inter debitorem, qui soluit, & creditorem, ad cuius instantiam soluitur alteri suo creditori, solutio in quam causam cedat.*

90 *Creditor exigens nomen sui debitoris potest in quam causam velit compensare, & quid in pecunia exacta à debitore debitoris, cuius nomen non erat obligatum. n.91.*

92 *Exactio pecuniarum censetur potius facta in causam damnorum iam liquidatorum tempore exactionis, non postea decursorum. Amplia vt n.94.*

93 *Debitum grauius dicitur quod celerius potest executioni demandari.*

95 *In materia solutionum semper attenditur quod est verisimile.*

97 *Antiquitas causæ non cõsideratur quando illud quod soluitur non potest vtriq; debito accõmodari, vt in debito pecuniæ, & alterius speciei.*

CAPVT CCXXIIII.

VTile est scire in quam causam fuerit facta solutio, & an pro sorte, vel pro fructibus, 1 & vsuris, † si enim prima causa erat antiqua, & complebatur præscriptione, si solutio cedit in illam causam, est interrupta præscriptio, si vero cedat in nouam, non est locus interruptioni, & sic debitoris interest solui in nouam, & creditoris solui in veterem, Item consideratur interesse, nam si in veteri causa erant plures obligati, si in eam præsumetur facta solutio, omnes liberabuntur, secus si in nouam, in qua erat ipse solus obligatus. Idem quando vna erat pœnalis, altera non; Tempore enim solutionis potest debitor eligere, & ipso non eligente spectat electio ad debitorem, & propter instantaneam moram debitoris non eligentis, conuertitur electio in partem aduersam, hæc omnia notat *Bald. in l.1. & ibi Salic. C. de solut.* Et de solutione debita visitatori, an dicatur facta, vt delegato, vel vt ordinario tanquam in causam duriorem *Pauin. de visitat. p.1. q.9. n.24. tom. 14. f.188.*

Fieri etiam potest, vt creditoris magis intersit 2 potius ex vna causa solutum esse, † quam ex alia, quia forte est debitor nomine proprio, & etiam nomine alieno, & ex vna causa, quæ remouet infamiam, quæ in alia non adest. Prout

Prout quoque potest magis debitoris interesse, vt potius præsumatur solutum ex causa, pro qua soluebat vsuras, vel in mora constituebatur cum similibus, de quibus per *Bart. in l. 1. n. 3. ff. de solution. Dec. in l. si in duabus. 105. n. 1. & ibi Cagnol. n. 4. de regul. iur. Mascard. de probat. conclus. 1319. n. 4.* Idem in debito, quo non soluto quis incurreret excommunicationem, vel aliud damnum, quando videlicet adesset res iudicata, aut instrumentum habens paratam executionem, Istis enim casibus diceretur causa grauior, quam si aliquid deberetur actione ordinaria ex libello *Bart. in l. si quid ex famosa. ff. de solut.*

Visa igitur vtilitate quæstionis distincte, & breuiter deueniendo ad proposita dubia. Firmanda est prima conclusio. Quod arbitrio legis statur, † vbi arbitrium hominis non reperitur; Itaut electio, quæ conuertitur ex dispositione legali non detur libere, sed tanquam ad bonum virum, & ille dicitur bonus vir, qui ita eligit, vt creditor, sicut eligeret vt debitor, & qui in causa alterius facit, quod sibi fieri vellet, iuxta illud, quod tibi non vis alteri ne feceris, cum non debeat quis ab alio requirere, quod ipse nollet per alium à se requiri, neque enim esset audiendus, qui petit id, cuius contrarium esset postulaturus *l. fin. C. de solut.*

4 Adeo † vt ad probandum arbitrium iniquum bonus sit articulus, in quo dicatur, Talem fuisse arbitratum eo modo, quo noluisset alium arbitrari contra se *Bald. in l. 1. in princ. vers. & arbitrio. & vers. nota quod ad probandum. ff. de solut. & in l. 1. ad med. n. 1. C. eod. tit.*

Secunda Conclusio. Si non apparet in quam causam fuit solutum, & non eligit creditor, aut debitor, lex præsumit fuisse factam solutionem

5 in duriorem, magis antiquam, & grauiorem causam, prout quilibet bonus vir arbitratus fuisset, videlicet pro debito personali, hypothecario, & pœnali, vel pro quo adest fideiussor, & debentur vsuræ, & si nullum debitum sit huiusmodi, sed omnia sint æqualia, attenditur causa antiquior, & si omnes causæ sunt etiam tempore æquales, solutio cedet in quamlibet causam pro virili portione *Bart. Bald. Card. Alban. & alij in l. 1. ff. de solut. Doctor. in l. 1. C. eod. tit. Socin. cons. 293. præsens consultatio. in princ. vers. primum probatur. lib. 2. & cons. 24. n. 1. lib. 3. Corn. cons. 295. lib. 3. & cons. 111. n. 4. & 5. col. 2. ad med. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 1319. n. 4. Io. de Amic. cons. 21. n. 9. Paris. cons. 122. n. 6. cum seq. lib. 4.* cum alijs per *Menoch. cons. 121. n. 39. lib. 2.*

Tertia Conclusio. Soluens debet probare se in aliam causam soluisse, quatenus velit solutio-

6 nem non cedere in duriorem causam, † cum ista sit præsumptio iuris, quæ oritur ex facto soluentis, tanquam mei aduersarij, Vnde non requiritur allegatio *Menoc. præsumpt. 48. n. 35. lib. 1. & cons. 416. n. 6. lib. 1.* Prout dicimus, quod fiscus non habet necesse allegare præsumptio-

7 nem illam, † quod apocha confessionis facta paulo ante delictum sit suspecta, cum pendeat à facto contradictoris, qui animaduertens contra se esse talem præsumptionem *per tex. in l. & si post. C. de bon. proscriptor.* debet probare, quod vere dedit pecuniam *Boss. de proclam. n. 14.* Itaut etiam elapso termino ad probandum actor adhuc admittatur, si reus post ipsum terminum allegat exceptionem, quæ oritur ex

8 præsumptione iuris, † Quia si permissum fuit reo vni ex litigatoribus deducere aliquod factum, & illud probare, vel testibus, vel instrumentis, vel sola præsumptione, quæ idem operatur, Ita etiam debet admitti actor ad probandum contrarium, quasi æqualitas sit seruanda in iudicijs, Ideo dilatio concessa actori ad probandum debet esse communis reo, & è contra *l. petenda. C. de tempor. in integ. restit.* Et ita in specie notabiliter concludit *Aret. in l. sed & si de sua. col. penult. vers. potest etiam dici. ff. de acquir. heredit.* & multum commendat *Menoc. cons. 516. n. 2. lib. 6.*

Quarta Conclusio. Neque creditor in casu, in quo haberet electionem posset eligere causam,

9 quam non eligeret pro se ipso, † cum etiam ipsi committatur ista electio, tanquam bono viro, vnde semper debet attendere causam grauiorem, & consequenter illam, pro qua sunt dati fideiussores, vel pignora, & adest hypotheca, bonorum cum similibus, de quibus per *Corn. cons. 111. col. 2. post med. n. 5. lib. 4. Bald. in l. 1. ad fin. vers. ad eum qui accedit. C. de solut. Socin. Iun. cons. 85. n. 5. lib. 2.*

Adeo vt quando fit ista electio, debeat fieri præsente debitore, vt licitum sit illi contradice-

10 re, † cum enim possit lædi, requiritur præsentia *l. nam ita diuus. de adopt.* & notat *Bart. in l. 1. n. 7. in fin. de solut. & ibi Bald. in verb. libere* vbi quod istud arbitrium requirit præsentiam aduersarij, cum simus in materia, in qua est libera facultas contradicendi, Ideo requiritur saltem tacitus consensus *l. quod si nolit. §. quid si ita. de adil. edit. Doct. in l. scyphi. 4. de opt. legat.*

Immo si præsente debitore creditor dicat velle adscribere pecuniam ab ipso acceptam in talem causam, & debitor contradicat, & in hoc

11 non concordant, † dicta pecunia sit restituenda ipsi debitori, alias videretur illa pecunia spoliatus, argumento *l. 3. C. de pignor. act.* & notat *Bart. in l. 1. col. vlt. in princ. n. 8. q. 3. ff. de solut.* Postquam enim non concordant, non est locus retentioni, sicut non cogeretur soluere, si non soluisset *Castr. in d. l. 1. col. 1. in fin. vers. sed*

12 *quid si accipit. n. 4. de solution.* † Itaut quamuis creditor vellet, eligere in causam grauiorem tamen neque posset, si debitor contradiceret, Immo teneretur eidem debitori solutum restituere *Castr. in l. 1. in fin. oppos. vlt. ad med. ff. de solut. & ibi Imol. col. 2. in princ. vers. adde quod tunc non transfertur.*

Nec facit quod immo in d. casu pecunia sic soluta possit retineri per tex. *in l. si non sortem. §. si centum de condict. indeb. l. eleganter. §. qui re-*

probos.de pignor.act.l.si cum aurum.ff.de solution. **13** † Quia illa iura procedunt, quando sumus in eo, quod prouenit à debitore occasione debiti, tunc enim licet illud non sit debitum bene potest à creditore retineri, quousque sibi soluatur debitum; sed ista pecunia non fuit hic soluta pro eo debito, in quod volebat creditor retinere, vt colligitur ex contradictione debitoris, Vnde non dabitur retentio pro illo debito, quousque idem debitum soluatur loco pignoris, sed erit restituenda, prout distinguit *Castr. in l.1. col.1.in fin.n.4. vers. sed contra quod poterit. ff. de solution.*

Ideò etiam dicimus, quod solutio habebitur pro non facta, cum propter huiusmodi dissensum **14** debitoris † non fuerit translatum dominium *l.3.de pignor.action.l.si ego.ff.si cert.pet.* & non solum erit locus repetitioni, vt dictum est, sed furtum committit creditor retinendo contra voluntatem debitoris *Imol. in l.1. col. 1. post med. vers.in textu ibi solutum.ff.de solution.*

Poterit tamen debitor stante contradictione creditoris offerre in quam causam velit solutionem **15** cedere, † & deponere, & consignare, vt sic ab istis molestijs liberetur *l. obsignatione. C. de solut.* & declarat *Cyn. in l.1.q.2. vers.& sic intellige. C eod.tit.*

Quinta Conclusio. Aliquando secundum qualitatem personarum potius deberet eligi causa le- **16** uior, † non grauior, quando videlicet essemus in magno & fideli campsore, qui accipiendo pecuniam ab amico sub vsuris, & sine vsuris, præsumeretur potius soluisse in causam non grauem, & sic potius se voluisse liberare à debito non vsurario, ne eidem amico præiudicium faceret quo ad vsuras debitas, quasi hoc conueniat nobili viro, grato, ac curiali *Bart. in l.1. n.4. vers.quid enim si est homo. ff.de solut.& ibi Imol.col.4.in princ.vers. per confessionem.Bald. in fin.vers.& ponit.Idem Bal.in l.1.in fin.vers. est autem possibile. C. eod.tit.* & tanquam notabile sequitur ibidem *Salic.col.1.post med.n.2.& in fin.n.4. vers. iuxta hæc quæro. Menoch.cons. 121.n.46.& 47.lib.2.* Cum etiam multi potius **17** donum, quam mutuum soluant † *Cyn.in l.1.n.1. ad med.vers.videmus enim.C.de vsur.*

Sexta Conclusio. Non poterit eligi debitum cuius probationem creditor non habebat, quia hoc faciendo non faceret negocium debitoris, vt suum, cum etiam non detur electio eius, quod **18** est in controuersiam † argumento *l. fin. C. de compensat.l.à diuo pio.§.si super rebus.de re iud.* Quasi non esse, & non apparere paria sint *l.in lege.de contrah.empt.* & ita concludit *Bart.in l.1.n.3.vers.dicunt quidam.& n.5.ad med.vers. ista lectura non placet.ff.de solut.Cyn.in l.1.oppos.1. C.eod.tit.& ibi Salic.n.3. in fin.vers. sed* **19** *confirmatur.* † Et quemadmodum electio de eo, quod non debebatur, habetur pro non facta, Ita etiam erit sine effectu, si obscure eligeretur *l. de ætate.& l. nihil.§.qui tacuit.de interrog. action.* & notat *Imol. in l.1.col.5. in princ.vers. idem dicas.de solut.* Cum etiam in dubio solue- **20** re quis præsumitur † in causam magis certam *Bart.in l.si is cui.§.flauius.ff.de solution. Menoch.cons.121.n.40.lib.2.*

Septima conclusio. Quando solutio est posita contra vnam partitam, præsumitur facta ad computum illius partitæ, dummodo tamen creditor expresserit se facere causa compensandi cum **21** dicta partita, † Nam si scribatur pecunia, vel quid aliud acceptum constituendo debitorem soluentem pro creditore eiusdem summæ, sicut numularij communiter faciunt, semper electio erit ius, qui soluit, Tunc enim non habent locum iura dicentia, quod quantitas simpliciter soluta debeat cedere in causam grauiorem, & erit locus compensationi, quam debitor opponet eligendo in quam causam velit compensare *Alex.cons.85. ponderatis narratis. col.2. vers. tamen præmissis non obstantibus. n.2.3.& 4. lib.3.* quem sequitur *Rota coram R.P.D. Penia Roman.bonorum.2.Decembris.1598.Mascard. conclus.1319.n.6.post Alban.in l.1.ff. de solut. Magon. decis. Florent. 39.n.9.* quod etiam voluit *Dec. cons.307. in casu ad nos transmisso. in fin. vers. vltimo considerandum est. Menoch. cons.121.n.43.lib.2.* sequitur multum commendans *Surd.decis.186.n.8.*

Hoc autem, quod dictum est de compensatione **22** debet intelligi, quando debitum, † quod quis vult compensare est æquale alteri, cum quo vult facere compensationem, Nam si esset minus non posset compensare inuito creditore, saluo **23** nisi residuum offerat; † Nam sicut non admittitur particularis solutio, si creditor non velit *l. tutor. 41.§.lutiue.de vsur.* Ita non admittetur compensatio pro debito particulari non æquiualenti, ad quod compẽsatur, cum illa compensatio habeat vim fictæ solutionis, & non debeat operari plusquam vera solutio *l.filius.ff.si cert. pet.* & ita declarat *Imol.in l.1.in fi.vers.& quod dixi.de solut.* Licet hoc non sit tutũ, cum verior **24** sit contraria opinio, † quasi istud sit considerandum antequam creditor recipiat particulares solutiones, nam postquam recepit sibi præiudicauit, vt in puncto declarat *Gabr. cons.48.n.3. lib.2. Surd.decis.186.n.9. dixi sup.c.105.n.11.*

Quemadmodum etiam prædicta intelligentur, quando dies debiti venit, cum non detur com- **25** pensatio debiti, † cuius dies non cessit, nec solutum simpliciter, aut redactum ex pignore possit conuerti in talem causam *Imol. in d.l.1. in fin. de solution.* Vnde etiam debitor vnius summæ purè, & alterius in diem, si soluat simpliciter, præsumitur soluisse summam purè de- **26** bitam † *Menoch.cons.121.n.48.lib.2.post Paris. cons.122.n.8.& 11.lib.4.Barbat.cons.37.col.penult.vers.& si quispiam.lib.1.per tex.in l. si ex pluribus.§.vlt. ff.de solut.* Et de compensatione non admittenda ex debito in diem ad purum concludunt *Doct. in l.quod in diem.de compensat.Tindar.eod.tit.n.24.Menoch.cons.121.n.49. lib.2.* Idem quando vnum debitum erat soluendum certa die, in alijs autem non erat præfixus terminus, Nam censebitur facta solutio in illam

cau-

causam, cuius dies cesserat, cum respectu aliorum debitorum requireretur interpellatio, vt debitor esset in mora, & consequenter non erat debitum liquidum *Ang. & alij per Surd. decis. 186.n.7. Rot.diuers.decis.92.n.4.in fi.vers.quarto quia iste.& n.5.vers.praeterea si summa.p.1.*

Octaua conclusio. Debitor censetur potius in dubio soluere pro debito, ad quod tenetur nomine 27 proprio, † quam pro eo, ad quod tenebatur pro alio, cum actus simpliciter factus concernat per prius facientem potius, quam alium, quasi prouidentia hominis incipiat à se ipso, & maior affectio sit circa propria, quam aliena, prout declarat in puncto *Bald.in l.1.ante fin.vers.& magis nota.ff.de solut.& ibi Castr. col.1.in fin. vers. vltimo.n.5. post Bart.ibid.in fin. vers.vltimo nota.& in l.si ita stipulatus. §.chrysogonus. ff.de verb.obligat. Idem Bart.in l.si ex pluribus. 103.n.2.vers.quarto dicitur.de solut.Surd.de alim.tit.6.q.8.n.54. Menoch.praesumpt.136.n.8. & 9. lib.3.* & est tex. *in l.4. & l. si ex pluribus. 97. de solut.* & late explicat *Matth. Coler. de processib.execut.p.2.c.2.n.15.& 23.*

Et ob istam rationem dicimus, quod testator mandans solui omnibus suis debitoribus, non intel- 28 ligitur mandasse satisfieri illis, † quibus debet fideiussorio nomine, sed tantum quibus tenetur vt principalis, quasi quis credatur soluere velle potius quod suo, quam alieno nomine debet *l.magis. de solution. Vvesembec. in paratit. ff. eod. tit. n.7. Camill. Gallinius de verb.signific. lib.5. c.18. n.270.* & in specie ita concludit *Ang. de testam. glos.40 n.3. Ias.in l. si fideiussor.49. in princ. vbi Castr. Aret. & alij. ff. de leg.1. Asin. de execution. in princ. c.2.n.16.f.2.* 29 *Hering.de fideiussor.c.20.§.8.n.18.* † Dummodo testator non esset obligatus nisi ex causa fideiussionum, ne tunc legatum sit inutile *Ias. in d. l. si fideiussor. Asin. d. c.2. n.29.* argumento *l.2.& 3.in princ.de liber.praeter.*

Nona conclusio. Quamuis in dubio fructus percepti debeant extinguere debitum sortis tan- 30 quam magis efficax, & promissum sub stipulatione, & constituto, obligatione bonorum, & similibus clausulis, non autem interusuria, quae non fuerunt promissa; Tamen in vno, & eodem debito vsurario non fit distinctio vtrum eorum sit magis efficax, sed si illud solum subest semper solutio cedit potius in extinctionem vsurae, quam sortis: Nam licet debitum principale sit durius, & grauius; Nihilominus lex statuit in hoc casu potius praesumi solutum fuisse sub nomine vsurarum propter moram debitoris in soluendo, quod est specialiter inductum in vsuris, quidquid aliter seruetur in alio debito poenali, & accessorio, de quo dicam infra *vers. & sicut ad fin.* Cum etiam sit vtilius debitori soluere vsuras, quàm sortem, vt longiorem consequatur dilationem ad soluendum, ita concludit *Bart. in l.1. in fin. n.9. vers. tu tene primum. ff. de solut. & ibi Imol. col.3.* adducit septem rationes, quare ita sit statutum, subdens, quod quamuis videatur lex dura, tamen debet seruari *l.prospexit. ff.qui & à quib.* idem sequitur *Ruin. cons.136. n.14. lib.4.* cum alijs per *Io.Vincent.Ann.allegat.54. in princ. & allegat. 112.n.1.* late *Surd. cons.290. n.61. lib.2. Salic.in l.1.in princ.in 3.notab.C.de solut.Fab. Ann.cons.30.n.5.lib.1. Io.Franc.de Pont.cons. 15.n.10.* & ita etiam seruat *Rot. coram R.P.D. Lancellott. Roman. fideiussionis.21. Maij 1604.* & est tex.*in l. fideiussores.69.§.pro aurelio.vers. sed quidquid ex bonis. & ibi Glos.in verb. in vsuras. ff. de fideiussor. Socin.cons.293. praesens consultatio. in princ. vers. secundum probatur. lib.2.*

Et sicut prius in vsuras, quam in sortem, ita etiam prius in causam fructuum censebitur facta so- 31 lutio, † quam in aestimationem rei principalis *Salic.in l.1.in fin.C.de solut.* Et de fructibus perceptis ex pignore praetorio quod prius conuertantur in vsuras, & postea in sortem debitam concludit *Castr.in l.titia.44.in princ.ff.de solut.* Et idem in quolibet alio accessorio *Imol. in l.1. col.3.in fin. vers. sed certe.ff.eod. Io. Franc.de Pōt.cons.25.n.13.* Prout in fructibus debitis post moram, qui succedunt loco vsurarum *Ruin. cons.136.n.14.lib.4. Menoc.cons.121.n.57.lib.2.* Et eadem ratione idem est in debito poenali, si quis enim esset obligatus ad sortem, & ad poenam cum clausula rato manente pacto, ita quod vtraque possit exigi, tunc solutum prius debet conuerti in poenam potius, quam in sortem *Castr.* qui dicit menti tenendum *in l.1. col.2. in princ. vers.quod ergo solutum.n.6. de solution.* Et ista est verior opinio, vt concludit *Rimin. Sen. cons.348.n.2. cum seq. lib.2.* licet alij contrarium sentiant, quod solum praedicta procedant in vsuris, non in simili debito accessorio, prout tenet *Ruin.cons.49.in fin.vers.& quia imputandum est creditori. lib.3. Io.Vinc. Ann. allegat.112.n.6. Rimin.Sen.cons.297. n.6.lib.2.*

32 Quorum † opinio posset procedere in poena, & interesse, quod venit contra naturam obligationis, prout est in arbitrarijs, & in casibus, de quibus *in l.centum capuae.de verb.oblig.* Cum aliud sit in accessorio, quod venit ex natura obligationis, vt distinguit *Rim. Sen.cons.348.n.4.lib.2. post Bart.* qui dicit multum notandum *in l. fin.col.penult. post med.vers. venio ad vltimam partem. ff.de eo quod cert.loc.*

Intellige si vsurae sint debitae ciuiliter, & naturaliter, secus si naturaliter tantum, quia tunc prius 33 in sortem † *l.in his.§.imperator. vbi Castr. n.2. de solut. Bart. in l.1. ad fin. n.9. vers. quod est verum. ff.eod.tit.& ibi Imol.col.3.in princ.vers. alij dicunt quod sors. Idem Bart. in l. cum ex pluribus. 103. ante fin. vers. tertio casu principali. ff.de solut. per tex.in l. si vsuras.C.de vsur.* Quidquid aliud sit in pecunia redacta ex pignore, quae semper prius cedit in vsuras, quàm in sortem, etiam si vsurae essent debitae naturaliter tantum, iuxta distinctionem de qua *per Bart. in d. l.cum ex pluribus. 103. in fin. vers. primo casu.n.3.de solut.*

Declara etiam aliud esse in Ecclesia, ob cuius fa-

fauorem

uorem solutiones primo computantur in sortem, † postea in vsuras *Glos. in auth. hoc ius porrectum. in verb. in vsuras. C. de sacros. eccles.* [34]

Item intellige, quando quantitas, quæ soluitur sufficit tantummodo ad vnum integrum debitum, non aliàs, quia tunc creditor nimis grauaretur, † quasi non cogatur recipere particularem solutionem *l. tutor. §. lucius. de vsur.* Vnde in hoc casu erit solum in facultate creditoris in quam causam conuertat, quando integrum debitum non soluitur *Cyn. in l. 1. in 2. oppos. & ibi Bald. in princ. C. de solut.* † Quamuis contrarium, & verius sentiat ibidem *Imol. post princ. vers. sed contra istam limitationem. per tex. in l. vbi fideiussor. 24. ff. de solut.* Et ita etiam cōcludit *Glos. fin. in l. 1. ff. eod. tit.* Vbi loquitur quando soluitur quantitas particularis non sufficiens ad totalem solutionem vnius debiti; & sequitur *Idem Imol. ibid. col. 2. in fin. vers. sed tu tene.* Cum sit imputandum creditori, qui recepit particularem solutionem, quam licet non cogatur inuitus recipere, tamen ex quo recepit subintrat dispositio iuris, quæ vult quod solutio censeatur facta in grauiorem causam, & grauior causa videtur esse illa, quæ est sub vsuris *Bart. in l. cum ex pluribus. ff. de solution.* Et faciunt quæ supra in simili diximus. *vers. hoc autem quod dictum est. in fin. post Surd. decis. 186. n. 9.* [35] [36]

Decima Conclusio. Licet creditor debeat eligere in causam grauiorem, & vsurariam, vt dictum est, † Tamen si elegisset in leuiorem, valeret electio propter consensum partis præsentis, cum vtriusque consensus faciat cessare quidquid aliud de iure communi disponeretur, Intelligendo tamen, quando debitor soluit per se ipsum, & erat præsens, cum creditor eligit, Aliud enim est, quando soluitur per interpositam personam, & debitor non erat præsens, dum creditor elegit, Nam tunc solum valebit electio, dummodo eligatur in causam duriorem, seu in leuiorem, si talem ipse eligeret. *Castr. in l. 1. in fin. vers. propter hoc ego fateor. de solut.* [37]

Adde tamen quod si solutio fieret per tertiam personam non poterit in aliam causam conuerti quam † prout loquitur mandatum limitatum *l. diligenter. ff. mand.* & notat *Bart. in l. cum ex pluribus. 103. in princ. de solution.* cum speciale mandatum exigatur, † vt quis possit declarare voluntatem alterius *Alex. cons. 78. viso & diligenter ponderato. col. 4. in princ. vers. secundo principaliter confirmatur. n. 13. & 14. lib. 5. post Glos. in l. 1. §. 1. in verb. nomine. & ibi Bart. ff. de liber. agnoscend. Natt. cons. 230. n. 8. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. glos. 10. n. 94. Roland. cons. 19. n. 2. lib. 3. Surd. cons. 281. n. 31. lib. 2.* [38] [39]

Procurator vero, qui haberet mandatum generale cum libera, posset eligere, † sicut dominus *l. procurator cum libera. de procurat.* Et si non elegit habetur, ac si dominus ipse soluisset pro se, & non elegisset, si autem talis procurator elegit in causam minus grauem, valebit electio tanquam facta ab habente facultatem *d. l. procurator cum libera. de procurator.* Quamuis talis possit à domino conueniri, quasi minus diligenter gesserit sua negotia *l. à procuratore. C. mandat.* Prout idem esset, quando haberet mandatum generale sine libera, cum habeat facultatem soluendi, ac si haberet liberam *l. vero procuratori. de solution.* Si autem solutio fuerit facta per alium non habentem mandatum, non esset locus electioni, quasi talis videatur præstare nudum ministerium ad soluendum argumento *l. qui autem. §. 1. de constit. pecun.* Vnde habebitur ac si dominus ipse soluisset pro se nulla facta electione, Ita in omnibus supradictis casibus distinguit *Imol. in l. 1. col. 8. post princ. vers. item attende quod prædicta. ff. de solution.* [40]

Non tamen ista electio permitteretur procuratori quamuis habenti mandatum cum libera, † si principalis prius elegisset in quam causam solutio debeat cedere, cum talis procurator non possit reuocare, aut infirmare ea, quæ facta sunt specialiter per ipsum dominum *l. si hominem. ff. mandat. Bart. in l. ambitiosa. de decret. ab ordin. faciend.* & ita in specie concludit *Rimin. Sen. cons. 348. n. 17. vsque ad n. 24. lib. 2.* Nisi ipse dominus ratum habuisset *vt ibi per eum.* Quasi in mandato quantumcumque libero censeatur semper exceptum præiudicium domini *l. creditor. §. lucius. ff. mand. l. filiusfamilias. de donat.* † Exemplo confessionis factæ per procuratorem ex causa voluntaria, quæ non obest principali *l. proinde. §. 1. ad leg. aquil. Bart. in l. certum. §. sed an & ipsos. de confess. Butr. in c. fin. eod. tit.* [41] [42]

Vndecima conclusio. Licet in vna tantum causa, & illa vsuraria potius videatur solutum in vsuras, † quam in sortem, vt dictum est, tamen aliud erit in pluribus causis vsurarijs, tunc enim solutum simpliciter cedit in causam antiquiorem, & dicitur magis antiqua, cuius dies cessit, licet alia fuerit prius contracta, vel cum ea contemporanea *l. si ex pluribus. §. fin. de solut.* Itaut in hoc casu non sit curandum, quod leuiores vsuræ currant pro debito antiquo, quam pro alio, licet enim illud videatur grauius, vnde potius esset dicendum, quod in dubio fuerit solutum in illud debitum, cuius vsuræ erant grauiores; Tamen hoc ideo est, quia consueuerunt fœneratores velle prius dissolui debitum antiquum, alias non libenter differrent solutionem alterius *l. si ex pluribus. 89. §. fin. vbi Bart. in princ. ff. de solut. Ruin. cons. 136. in fin. n. 15. vers. sicut vna obligatio. lib. 4.* & multum notandum dicit *Imol. in l. 1. col. 5. ad fin. vers. secundo casu. ff. de solut.* Vbi intelligit, vt solutum prius extenuet vsuras illius debiti antiqui, reliquum vero conuertatur in extinctionem sortis eiusdem debiti non transeundo ad alias vsuras aliorum debitorum iuxta regulam *l. 1. in fin. C. de solut.* [43]

Duodecima conclusio. Vsuræ debent esse liquidæ adhoc vt in aliatum causam possit dici solutum.

Nun-

44 Nunquam † enim potest censeri solutionem factam in causam non liquidatam, cum semper solutio debeat referri ad illud, de quo non est controuersia, itaut sit liquidum tempore, quo soluitur, non pro eo quod liquidabitur *Corn. cons. 295. col. 1. vers. his tamen non obstantibus. lib. 3. Fab. Ann. cons. 30. n. 8. lib. 1. Io. Vincent. Ann. sing. 112. n. 7. & allegat. 54. n. 4. Rimin. Sen. cons. 297. n. 13. vers. praterea quod etiam non potuerit. & n. 18. vers. sed fortius. lib. 2.*

45 Prout † etiam dicimus de executione pignoris, quæ non procedit, quando super eo adesset controuersia *l. à diuo pio. de re iudic.*

Neque obstat quod de non liquido ad liquidum fiat compensatio, quando de proximo est li-46 quidandum † *Doct. in l. 1. de compensation.* Quia adest diuersa ratio inter compensationem, & solutionem, cum illa possit fieri etiam de eo, quod est in controuersia *l. in compensatione. de solution.* Quod non est in solutione facta per debitorem, quæ non potest poni in causam, de qua controuertitur *l. 1. C. de solut.*

47 Et ratio est † quia in compensatione melius est non soluere, quam solutum repetere, ideo etiam debitum naturale compensatur *l. etiam. de compens.* quod tamen non habet locum in solutione facta per debitorem, quia in dubio non cedit in naturalem causam, vt supra dictum est. Et ita specie respondet distinguendo *Rimin. Sen. cons. 297. colum. 2. ad med. vers. & per hoc tollitur. n. 14. lib. 2.*

Decimatertia conclusio. In interesse quod succedit loco principalis debiti non est idem statuen-48 dum † quod in alio interesse *l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus. ff. de verb. obligat.* Istud enim debet sapere naturam principalis *l. si quis eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution.* Vnde sicut in debito principali habetur consideratio, an sit grauior causa, vel cum fideiussore, aut cum hypotheca, vt dictum est, ita etiam idem erit iudicandum in isto interesse, vt declarat in specie *Rimin. Sen. cons. 297. col. 1. in fin. vers. & ratio est vltra. n. 7. lib. 2.*

Decimaquarta conclusio. In obligatione, in qua non est dare sortem, & interesse, non est considerandum an electio fieri debeat in duriorem 49 causam, nec ne, † vt in contractu emptionis, & venditionis, in quo si res non traditur, succedit obligatio ad interesse *l. 1. de act. empt.* In eo enim interesse computatur pretium solutum, itaut interesse conuentum dicatur pretium, cum aliud sit commune, aliud singulare iuxta *l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* & declarat in specie *Rimin. Sen. cons. 297. n. 8. vsque ad n. 14. col. 2. in princ. vers. & fortius respondeo. lib. 2.* vbi etiam quod in hoc casu vtraque causa di-50 cetur super interesse, † cum emptor re non tradita non possit petere pretium, vt pretium, sed tanquam interesse *Bald. in l. si traditio. 4. n. 4. q. 4. C. de act. empt.* sicut re euicta *l. emptor. §. ibidem. ff. de act. empt. l. sicut. in fin. C. eod. tit.*

51 Quidquid † aliud sit de interesse, quod potest peti cum negotio principali, videlicet de interesse fructuum, vel pensionum *l. lucius titius. de act. empt.* Illud enim petitur adiectiuè, & in eo non datur electio venditori, prout daretur quando petitur alternatiuè *Bald. in l. traditio. n. 2. q. 2. C. de act. empt.*

Decimaquinta conclusio. Simile erit in tertijs, quæ debentur principaliter, & non accessoriè, vt in casu, de quo per *Vincent. de Franch. decis.* 52 *254. n. 8.* † vbi de annuis redditibus, qui debentur de per se, principaliter, non autem accessoriè ad capitale; de quo etiam per *Fab. de Ann. cons. 30. n. 7. lib. 1.* In huiusmodi enim fructibus non erit licitum arguere, sicut de vsuris ad sortem, nam istæ sunt accessoriæ sortis, quod non est in dictis fructibus, seu tertijs, quæ considerantur tanquam principale, & non sequuntur accessorium *Ruin. cons. 193. visa cessione. col. vlt. in fin. n. 4. vers. non obstat etiam. lib. 1.*

Decimasexta conclusio. Quæ dicta sunt de electione in causam vsurarum, vel sortis proce-53 dunt in dubio, † cum secus sit quando expressè solueretur pro sorte, non vsuris, quasi possit dici certa lex ei, quod soluitur *l. si vsuras. C. de vsur. l. 1. vbi Glos. in verb. dicere. de solut.* In traditione enim rei suæ potest quis apponere legem, quam voluerit *l. in traditionibus. C. de pact.* Cum etiam non recurratur ad coniectu-54 ras, † & præsumptiones, quando habemus certam voluntatem soluentis, quæ in hoc casu est attendenda *Io. Vinc. Ann. alleg. 112. n. 2. Fab. Ann. cons. 30. n. 10. lib. 1.* Ita tamen, vt quando sumus in dubio sit præsumptio iuris simplex, & non de iure, cum admittatur probatio in contrarium, in quam causam fuerit solutum, vt declarat *Imol. in l. 1. col. 4. in fin. vers. sed aliter constat. ff. de solut.* ad notata *in l. siue possidetis. C. de probat. c. is qui. de sponsal.*

Nec facit, quod solutio debiti fiat ex necessitate contractus præambuli, vnde non videbatur competere soluenti potestas adijciendi aliquam 55 legem tempore traditionis, † ex quo fiebat de necessitate *Glos. in l. traditionibus. C. de pact.* Quia verum est nullam legem posse adijci, nisi adijciatur lex, per quam declaretur causa solutionis; Illa enim admittitur tanquam declaratiua voluntatis *l. cum his. & ibi Glos. fin. de fideiussor. l. papinianus. ff. mand. l. modestinus. de solut.* & explicat in specie *Imol. in l. 1. colum. 2. in princ. vers. possumus dicere. ff. eod. tit.*

Decimaseptima conclusio. Quando sumus in 56 pecunia redacta ex venditione pignoris, † tunc debitor non habet electionem, in quam causam solutio conuertatur *l. paulus. 101. vers. paulus respondit. de solut.* Creditori enim spectat eligere prout vult *l. ob triginta. 73. ff. eod. tit.* Dummodo electio non fiat, vt cedat in aliud debitum, quàm in illud, pro quo pignus est obligatum *l. pupilli. §. penult. ff. de solut. Bart. in l. cum ex pluribus. 103. n. 3. ff. eod. tit.* Et dummodo non simus in pignore obligato eodem tempore pro duobus debitis *l. pupilli. 96. de solution.*

lution. cum alijs, de quibus infra *in vigesima septima conclusione. vers. praeterea dispositio.* & cum distinctionibus adductis per *Bart. in d. l. cum ex partibus. 103. ante fin. n. 3. vers. restat videre. de solution.* & an debeat esse pignus praetorium, nec ne *Cuiac. obseruat. lib. 11. c. 33.* Iura enim magis fauent creditori in pretio redacto ex pignore, quàm in pecunia soluta per debitorem propter moram, & culpam eiusdem debitoris, ob cuius factum pecunia redigitur ex pignore, prout latius exponit *Imol. in l. 1. col. 4. in fin. vers. secundo casu principali. ff. de solut. Castr. cons. 238. dubium facit. ad med. lib. 1. Gabr. cons. 48. in fin. lib. 2. Asin. de execution. §. 7. c. 103. n. 1. fol. 192. Rimin. Sen. cons. 348. in fin. n. 42. lib. 2. Fab. Ann. cons. 30. n. 11. lib. 1.* & ita etiam seruat *Rot. coram* Card. *Lancellotto Romana fideiussionis. 21. maij 1604.*

Decimaoctaua conclusio. Quidquid fit in odium debitoris morosi, cui imputatur, vt solutio potius debeat cedere in vsuras, † quàm in sortem stante mora ex supra allegatis; Aliud esset statuendum, quando cessaret dicta ratio morae, & non ageretur de imputatione facienda in sortem ad fauorem debitoris principalis, sed ad commodum approbatoris, qui non fuit in mora soluendi sortem, vnde illi non debet nocere aliqua mora debitoris ad notata *in l. centum capue. & in l. mora rei. de verb. oblig.* Ideo hoc casu esset imputanda solutio potius in sortem, quam in vsuras, cum etiam illa constitutio de imputandis in vsuras sit odiosa, non fauorabilis, ideo non deberet extendi, vt in puncto concludit *Ruin. cons. 49. in fin. vers. & quamuis etiam dicta ratio. lib. 5.* de cuius opinionis veritate dicam infra in capite particulari.

57

Decimanona conclusio. Praesumitur solutionem fuisse potius factam in illam causam, secundum quam iuxta consuetudinem, † & morem regionis solui debet *Menoch. cons. 121. n. 50. lib. 2. & praesumpt. 36. n. 17. lib. 3.* vbi quoque multa adducit quando dicatur causa grauior, cum alijs late per *eundem Menoch. de arbitr. cas. 493.* vbi etiam † quod causa antiquior non dicitur respectu contractae obligationis, sed solutionis *l. si ex pluribus. §. vlt. de solut. Ruin. cons. 126. n. 15. lib. 4. Rot. diuers. decis. 176. p. 2. post Paul. de Florauantib. in l. 1. n. 4. ff. de solution.* Quae omnia etiam inspecta qualitate personarum erunt definienda, cum in istis multum iudicis arbitrio deferatur *Menoch. de arbitrar. cas. 493. n. 16.* Cum etiam à solitis in hac materia iudicandum sit, à quibus rectè ducitur argumentum *l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat.* & in specie notat *Menoch. cons. 121. n. 50. lib. 2. post Petr. de Vbald. de duob. fratrib. p. 5. q. 35. n. 38. vers. secundo fallit.* Et secundum consuetudinem Neapolitanam dicitur grauior causa dotis, quam antiphati, cum pro illa dentur maiores vsurae, & fiat carceratio, non pro ista, vnde censebitur semper solutio facta in causam dotis, non antiphati, tanquam grauiorem iuxta consuetudinem praedictam *Vinc. Franch. decis. 164. n. 15.*

58

59

Vigesima conclusio. Debitori spectabit electio donec viuit † in quam causam velit soluere, Nam post eius mortem non transit ad haeredes *Bart. in l. 1. n. 7. q. 2. de solut. & ibi Castr. n. 3. in fin. vers. in tertia parte.* Prout regulare est quod neque succedens titulo vniuersali possit declarare voluntatem sui auctoris † *Glos. in l. idem pomponius. §. vlt. in verb. appareat. de rei vend. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. n. 302. C. de reuocand. donat.* cum alijs per *Surd. cons. 281. n. 31. lib. 2.*

60

61

Vigesimaprima conclusio, Permittitur declaratio debitori donec viuit in quam causam velit eligere, † dummodo eligat incontinenti, cum ex interuallo non admittatur electio neque creditori, nec debitori, prout docet *Imol. in l. 1. col. 4. post med. in glos. sed constitueret. ff. de solution.* vnde talis declaratio erit facienda tempore solutionis, nam si fiat post quaesitum ius alijs, non valebit in eorum praeiudicium *Rot. diuers. decis. 113. n. 8. p. 1.* prout etiam declarat *Asin. de execution. c. 66. §. 7. f. 182.*

62

Incontinenti tamen dicetur aliquando fieri, quamuis declaratio non fuerit facta in prima receptione, si fiat antequam solutio sit habita pro perfecta, itaut non obstet, quod declaratio videatur limitata ad illas tantum partitas, in quibus id fuit expressum, quando in alijs partitis militat eadem ratio; Maximè si consideraretur absurdum, quod vnam partitam soluerit pro vna causa, alteram pro alia non data ratione diuersitatis, neque accedente aliqua causa, prout concludit *Rot. diuers. decis. 92. n. 4. p. 1.*

Vigesimasecunda conclusio. Sicut solutio censetur facta in causam grauiorem, † ita etiam compensatio, quae obtinet vim solutionis, vnde si soluens non declarat in quam causam soluat, poterit hoc creditor declarare, & si debitor non velit eligere, super quo voluerit compensare, electio spectabit ad creditorem *Surd. cons. 82. n. 26. lib. 1.* Adeo vt quemadmodum solutio referri debet ad soluentem, vel ad creditorem, si non fuerit declaratum per debitorem, ita † etiam qualitas pecuniae solutae sit consideranda respectu dictarum personarum *Idem Surd. decis. 227. n. 12.* Prout etiam quando fieret solutio alicui tanquam appaltatori, licet enim habeat alias administrationes, ob quas debuisset solui, tamen erit iudicanda solutio facta vti personae illius appaltus *Gabr. cons. 175. n. 28. lib. 2.*

63

64

Vigesimatertia conclusio. Per istam praesumptionem iuris, quod solutio censeatur facta in causam grauiorem † retardabitur etiam executio cameralis *Rot. diuers. decis. 92. n. 1. & 6. par. 1.* cum etiam solutio probetur ex praesumptione iuris *Socin. cons. 27. visis instrumentis, col. 7. ad med. vers. secundus scrupulus. n. 30. lib. 4. Gallef. ad formam obligat. camer. p. 1. q. 3. n. 4. & p. 4. q. 1. n. 5.* Itaut ista praesumptio iuris afficiat

65

sciat onere grauiori probandi contrarium, adeo vt licet possint considerari aliquæ coniecturæ pro parte aduersarij, Tamen non sufficerent ad tollendam istam præsumptionem iuris *Rot.diuers.decis.92.in fin.p.1.* Et quando etiam talis præsumptio oneret soluentem, vt possit probare contrarium dictum est *supra in princ. vers. qua adeo vera sunt*.

Vigesimaquarta conclusio. Iste ordo soluendi attenditur etiam in soluente vigore sententiæ, 66 † vt solutio prius cedat imprimum caput illius, deinde in secundum, & sic de singulis *Afin. de execution.c.44.n.18.& 20.f.99.* Itaut talis ordo debeat seruari in similibus dispositionibus, prout dicimus quando aliquid ad hæredes institutos reuertitur, fiet enim restitutio, quemadmodum ab illis emanauit solutio, vt prius primis, postea alijs soluta restituantur, Exemplo mutui, quod ciuibus restituitur eodem enim modo, quo fuit exactum est restituendum, vt primo primis mutuantibus, secundo secundis, & sic de singulis *Bald.in l.vnica.§.sed vt manifestatur. C. de caduc.tollend.*

Vigesima quinta conclusio. Regula ista præsumendi solutionem in causam grauiorem procedit in dubio, 67 † Vnde si aliter apparet ex coniecturis, & circunstantijs facti à prædicta præsumptione receditur, cum voluntas dignoscatur ex antecedentibus, & subsequentibus, vel ex ipso actu, prout quando esset facta adnotatio in libris computorum, & simili modo fuerunt solidata computa cum alijs coniecturis, de quibus per *Rot. diuers. decis.679.n.7. p.1. & decis. 92.n.2. par. ead.* Vbi etiam *n.4. in fin.* quod attenditur circunstantia illa quando solutiones multiplicatæ potius conueniunt vni causæ, quam aliæ, prout etiam istam summam magis proportionabilem considerat *eadem Rot. decis. 176.n.1.p.2.* vbi allegat *Paul. de Florauantib. in l.1. n.4.de solut. Soc.Iun.conf. 85.n.11.lib.2. Rimin. conf. 346. n.5. Menoch. præsumpt.136.n.18.lib.3.*

Vigesima sexta conclusio. In coniunctis non considerabitur istud ius anterius, 68 † siue posterius, & antiquitas causæ *l.quidam.de inutil. stipulation.§.ante hæredis.instit.de legat.Seraph.priuileg.iuram.3c.n.20.* Ideo si in eodem instrumento, & capitulis quis promittat soluere aliquod debitum pro alio, eidemque constituatur certum salarium singulis annis dabitur retentio pro dicto salario, & solutio erit censenda potius in causam illius, 69 † quam in extinctionem debiti, vt in puncto late concludit *Rot. diuers. decis.679.n.6.vsque ad n.9.p.1.*

Neque obstabit, quod salarium fuerit promissum singulis annis, vnde tot sunt stipulationes quod sunt anni *Rip.in l. si ex toto. 8. §. si ita legatum. n.15.col.3. in fin.vers.secundo modo.ff.de leg.1.* Ideo causa quamuis videretur anterior pro primo tempore, Tamen pro sequentibus erit iudicanda posterior respectu obligationis extinguendi debitum principale, prout de causa mercedis d cit *Bartol.in l. si seruus communis. 18. §.cum seruus. vbi etiam Imol. de stipulat. seruor. per tex. in l. nec semel. §. nouissime. ff.quando dies legat.ced.*

Nam respondetur, quod in huiusmodi salarijs, & prouisionibus factis ad tempus, vel sub tacita conditione, quamuis intelligantur tot stipulationes, quot termini; Tamen respectu anterioritatis, & posterioritatis adueniente tempore, vel conditione attenditur tempus contractæ obligationis, ad quod illud retrotrahitur *l. qui balneum.l.lucius.ff.qui potior.in pign.habeant. Rot.diuers.decis.679.n.9.p.1.*

Vigesima septima conclusio. Non est facienda differentia inter vnam causam, vel plures quando agitur de præsumenda solutione in debitum grauius, 70 † & magis durum. Vnde si debitor alicuius ex duabus causis soluit creditori præsumitur soluisse pro illa, pro qua aderat fideiussor, cum talis dicatur grauior, quam alia sine fideiussore *l. & magis.l.in his. de solution.* Ita etiam per eandem rationem, qui debet ex vna tantum causa centum, & pro quinquaginta solum dedit fideiussorem, soluendo censetur soluere in illam causam, & summam, pro qua fideiussor intercessit, & in eam partem cogetur creditor accipere, & consequenter non extinguetur vniuersitas debiti pro rata, sed illius tantum partis, in qua accessit fideiussor pro concurrenti quantitate. Ita in specie concludit *Gabr.conf.48.per tot.lib.2.* quem sequitur *Rot. coram Cardin. Lancellotto Romana fideiussionis 21. maij 1604.* quæ decisio fuit approbata *in alia Romana fideiussionis 18. aprilis 1608.& 15.maij 1609.coram eodem Lancellotto.* Non admissa opinione *Glos.in l.ob triginta. alias incipit vbi ob triginta. 73. in verb. putant. ff. de solut.* vbi distinguit inter debitorem vnius causæ, vel plurium. Quod etiam sine vlla distinctione voluit *Castr.conf.238.dubium facit. lib.1.* quem sequitur *Surd. decis.169.n.9.* vbi etiam allegat *Gabr. d. conf.48.lib.2.* Cum sempermilitet illa ratio præsumendi solutionem fuisse factam in debitum grauius, prout tale est illud, in quo sunt dati fideiussores *Bart.in l.cum ex pluribus.103.n.2.vers.tertio dicitur.de solut. Castr.conf.331. in causa syluestri. in fin. lib.1.* cum alijs per *Menoch. præsumpt.136.n.7.lib.3. per tex.in l.in his. in princ.ff.de solution.* Quasi debitor sit quodammodo seruus creditoris, vt notatur in *l.fideicommisso. §.si rem. de legat.3.* Quamuis etiam fuerit promissum dare fideiussores pro alia causa, cum semper censeatur grauior illa, pro qua iam sunt dati fideiussores, vt concludit *Rot.coram R.P.D. Robusterio Aquilana releuationis indemnitatis. 28. iunij. 1578.* quæ est inter *decis.Rot.diuers.213.n.5.p.1.* Cum aliud sit satisdare, aliud promissio de satisdando, sicut diuersum est vendere à pacto de vendendo *l.si quis stipulatus sit stichum.§.fin.de verb.obligat.Bald.in l.1.C.de pignor.act.Tiraq. de retract.conuent.in fin.n.42.*

Non solum autem prædicta procedent, quando debitor soluisset, sed etiam quando creditor recepisset

cepisset aliquid à debitore in solutum cum perinde sit, ac si esset facta solutio, licet enim per dationem in solutum videatur facta venditio *l.eleganter. in princ. de pignor.act.* vnde videbatur esse electio creditoris prout in casu, in quo vendidit pignus *l.in his. §. imperator. de solut.* Tamen illud habet locum, vbi creditor vendidit, non autem si debitor tradidit in solutum, quia tunc habetur pro soluente, vt in puncto ita distinguit *Castr.cons.*238. *dubium facit. ad med. vers. secundo. lib.*2. Prout idem erit si fuerit datum pignus pro vna parte debiti, & pro alia non, quia censebitur facta solutio in causam liberationis pignoris tanquam grauiorem cum fideiussio, & pignus æquiparentur *Rebuff. in l. satisdationis.* 61. *col.*2.*in princ. vers. tertio quando vellet. ff.de verb.significat.*

Ad quorum confirmationem facit tex. *in l. in* 72 *fraudem.*45.*§. si principalis ff.de iur.fisci.* † vbi si deuoluantur bona debitoris ad fiscum, sunt liberati fideiussores, nisi in reliquum non exsolutę quantitatis accesserint, & declarat *Cuiac. obseruat. lib.*15. *c.*39. *n.*5. Quando enim non esset fideiussio limitata vsque ad certam summam, sed in omnem causam, tunc non liberaretur fideiussor, nisi pro quanto capit fiscus de bonis principalis debitoris, Vnde si bona capta pro debito non sunt soluendo, non eximitur fideiussor *Salic. in l.*1. *opposit.* 2. *n.* 2. *C. de fideiussor. Castr. cons.*209. *circa primum notandum est.in princ.lib.*2. *post Bart. in d.l. in fraudem.§. si principalis.ff.de iur.fisci.*per tex. *in l.*1. *§. an bona. ff. eod.tit. Imol.in l. fideiussores.* 69. *§.pro aurelio. de fideiussor.* Quæ an procedant etiam quando fiscus occupat bona vti vacantia, vel per confiscationem, & quid in fideiussore de iudicato soluendo, vel de iudicio sisti, & in similibus casibus ponunt *Doctor. in l.capitis.*54. *vbi Bart. n.*2. *ff.de fideiussor. & in l. si marito publice.*32. *ff. solut.matrim. Grammat.decis.*85. *Bald.& Castr. in l.tam mandatori. C. de non numer. pecun. Cuman.cons.*32. *inculpatus.n.*2. cum alijs per *Hering. de fideiussor. c.*20. *§.*14. *n.* 1. *vsque ad* 34. *Franc. eod. tract. cap.*3. *n.*26. *Peregr. de iur. fisc.lib.*5. *tit.*1. *n.*55. *vsque ad* 58. Et quando fideiussor, qui soluit, repetat à fisco, vel ante solutionem retineat *Salic. in l.*1. *n.*2. *C. de fideiussor.*

Nec aduersatur quod quis non possit soluere partem debiti *l.tutor.*41. *§.lucius. vbi Glos.in verb. deposuit.de vsur. l.obsignatione.*9. *vbi Glos.in* 73 *verb.totius. C.de solution.* † Quia cum creditor partem voluntarie accipit, sibi præiudicat, itaut stante huiusmodi consensu pars soluta debeat cedere in causam grauiorem, non in vniuersitatem debiti pro rata *Gabr. cons.*48. *n.*3. *vers. nec obstat quod non possit. lib.*2. quem sequitur *Surd.decis.*186.*in fin.n.*9.

Neque obstat *l.ob triginta.*73. *ff.de solut.* Quia ibi obligatio erat distincta, cum pro viginti essent 74 dati fideiussores, † & pro decem pignora, Vnde non est mirum, si pretium redactum ex pignoribus cedit solum in causam pignorum, & non liberat fideiussores, Aliud est quando nulla adest distinctio, cum videlicet pro toto debito interuenit hypotheca debitoris, & pro certa summa fuit datus fideiussor, & sic in vna eademque causa concurrit hypotheca generalis debitoris, & limitata fideiussoris, Quare solutio debet cedere in eam causam, pro qua dati sunt fideiussores, vt dictum est tanquam duriorem *Gabr.cons.*48. *n.*2. *lib.*2.

Præterea dispositio *d.l.ob triginta.de solution.* procedit in pecunia redacta ex venditione pigno- 75 ris, † non autem in ea, quæ soluitur per debitorem simpliciter, vt declarant *ibi Imol. Bart. Bald. Ang. & alij per tex.in l.in his. §.imperator. ff. de solut.* Ratio diuersitatis est, quia alia est causa debitoris soluentis, alia creditoris pignus distrahentis, Nam cum debitor soluit pecuniam, est in potestate eius commemorare in quam causam soluit, cum autem creditor pignus distrahit, licebit ei pretium inde acceptum referre etiam in eam quantitatem, quæ naturaliter tantum debebatur, vnde eo deducto reliquum debitum peti poterit *l. paulus.* 101. *vers. paulus respondit. ff. de solution.* Quasi magis fauendum sit in hoc casu creditori propter moram, & culpam debitoris, ob cuius factum pecunia redigitur ex pignore, quod non debet considerari in solutione simpliciter facta ab eodem debitore *Rimin.Sen.cons.*348. *ad fin. n.*42. *lib.* 2. cum alijs supra adductis *in decimaseptima conclusione.* Quidquid aliud sit, quando idem pignus est obligatum eodem tempore pro duobus debitis, tunc enim pretium ex eo redactum cedit in vtrunque pro rata, si vero diuersis temporibus primo cedit in antiquius, & si quid restat in posterius, Intelligendo quando summæ sunt inæquales, secus si summæ debiti principalis essent æquales *l. pupillis debitor.*96. *§.cum eodem tempore, & ibi late Castr. n.*1. *& *2. *ff.de solution. Idem Castr.in l.in* 91.5. *§. imperator. ff. eod.* Ex quibus colligitur quod fideiussor nullam consequitur vtilitatem ex pecunia redacta ex pignore, vt in *d.l. ob triginta. ff.de solut.* Vbi *Castr. in fin.* notat hunc casum in quo liberatio contingens reo non transit in fideiussorem, cum regulariter aliud sit *l.in omnibus.ff.de solut.*

Minus etiam obstaret, quod debitor soluisset, & creditor accepisset ad computum totius sum- 76 mæ debitæ, † Quia illa pars soluta continetur in tota tanquam sit portio illius, vnde contrahentes præsumuntur se conformare dispositioni iuris *l.si duo. de acquir.hæredit. Bart.in l.hæredes mei. §. cum ita.ad trebellian.* Et per consequens erit intelligenda solutio ad computum totius summæ, ita tamen, vt extinguatur pro concurrenti quantitate debitum, pro quo adest fideiussor, non autem, vt sit extinctum vniuersum debitum pro rata, quia tunc alteraretur dispositio iuris, quæ est, vt semper pecunia soluta cedat in partem duriorem, non in vniuersitatem debiti, sicut pecunia redacta ex pignore non cedit in vniuersum, sed solum

pro

pro illa parte, pro qua fuit pignus acceptum, & sic illa verba ad computum denotabunt solum simplicem demonstrationem quantitatis debitæ, non alterando dispositionem iuris, vt latè declarat *Gabr. conf. 48. n. 4. vers. non obstat quod hoc casu. lib. 2.*

Vigesima octaua conclusio. Si actus solutionis non 77 est certus sed ambiguus, † ita vt ignoretur in quam causam debeat conuerti, tunc declarabitur per protestationem præcedentem, & ad ipsam trahetur, siue sit promissio, siue sit solutio, cum æquiparentur *l. fin. C. ad leg. falcid. Alex. in l. fuit quæstionis. ff. de acquir. hæredit.* Prout regulare est in quolibet actu habente duplicem sensum, quem semper interpretamur secundum voluntatem protestantis *Ang. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Innoc. in c. cum m. ferrariensis. de constit. Bart. in l. non solum. §. morte. n. 18. vers. sed si actus qui postea. ff. de nou. oper. nunciat.* & in terminis solutionis ambiguæ ita concludit *Rot. Genuens. decis. 6. n. 12.*

Vigesimanona conclusio. Non est præsumendum, quod quis potius voluerit in vnam causam sol- 78 uere, † quam in aliam, quando lex quæ imputandi animum præsumit non minus vult imputationem fieri in vno, quàm in alio propter eandem rationem in vtroque casu, vnde non erit inconueniens, quod imputatio fiat pro parte, cum etiam vna solutio possit referri ad plura, & diuersa debita, prout de imputatione in lucrum statuti pro parte, & pro alia in legitimam, quando est eadem ratio latè concludit *Surd. decis. 169. n. 7. & 8.*

Trigesima conclusio. Quando est numerata maior summa, quam requirat prima, & antiquior cau- 79 sa, † id quod superest adscribitur secundæ causæ, ac deinceps ex ordine alijs *l. cum ex pluribus. la prima quæ est. 97. in fin. ff. de solution. Menoch. præsumpt. 136. in fin. n. 19. lib. 3.* si autem nulla causa est antiquior tunc cedit in quamlibet pro rata *l. illud. & l. pupilli. §. penul. de solut. Cuiac. obseru. lib. 11. c. 33.* Dummodo tamen non videatur solutum in causam, quæ continet solum debitum naturale *Bart. in l. cum ex pluribus. 103. post med. vers. secundo casu. de solut.*

Trigesimaprima conclusio. Debitor qui fecit postea alios contractus cum creditore, & soluit 80 plures quantitates, † non videtur soluisse pro debito, à quo credebat se esse liberatum, & existimabat se non teneri, sed alium ad illud esse obligatum. etenim à voluntate simplici debitoris pendet in quam causam velit soluere creditore non contradicente *l. 1. C. de solut.* Quinimmo etiam si creditor contradicat quamuis non transferat dominium pecuniæ, tamen si debitor deponit, & consignat, liberatur ope exceptionis *Bart. in l. cum ex pluribus. ff. de solut.* vnde ista præsumptio iuris, quæ disponit videri solutum in causam duriorem, debitore, & creditore nihil dicentibus, fundatur super tacita voluntate debitoris, qui præsumitur velle, quod sibi vtilius 81 est, † cum omnia iura in hac materia loquentia vtantur verbo videtur, quod in re dubia significat tacitam voluntatem agentium *l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. l. dolia. de contrah. emp. l. non enim. de solut.* Quare sequitur quod tacita voluntas debitoris soluentis non potest adaptari ad debitum, quod debitor credebat se non debere, cum impossibile sit, quod in illam causam solutio cesserit, quasi nemo videatur cogitasse de eo, quod ignorat *l. cum aquiliana. de transact. l. mater decedens. 19. de inoff. testam.* Cum 82 etiam † in his quæ dependent in solo animo gerentis aliquem actum, inspiciatur potius opinio eius, qui illum gerit, quàm veritas *l. multum interest. de condit. & demonstrat. Bart. in l. 2. §. labeo. ff. pro emptor.* Ita omnia prædicta in specie solutionis comprobat *Aret. conf. 5. in princ. vers. quaro tunc quomodo debitor.*

Trigesimasecunda conclusio. Queadmodum si debitor aliquid soluit eo viuente tenetur creditor solutionem per eum factam ponere ad de- 83 bitum grauius, † ita etiam ad hoc tenebuntur hæredes creditoris, cum in eos omnes actiones actiuæ, & passiuæ transeant *l. pro hæreditarijs. C. de hæred. action.* Et hæres, & defunctus censentur vna & eadem persona *auth. de iur. iur. à morient. præst. post princ.* Et sermo testatoris dicitur sermo hæredis *l. postulante. ad trebell.* & ita in terminis solutionis concludit *Soccin. conf. 293. præsens consultatio. col. 1. vers. quibus præmissis. lib. 2.*

Aliud tamen esset in statutis, & conuentionibus, 84 quæ strictissimè deberent intelligi, † si enim loquerentur de solutionibus, quæ fierent per certam, & determinatam personam, non verificarentur in solutionibus factis per hæredes; vnde si adesset conuentio, quod solutio debeat cedere in talem causam, si fiat in specie ab aliquo, cedet in illam, quando ab eodem est facta, secus si fiat ab eius hæredibus, quia tunc imputabitur in illud, quod de iure est imputandum, & sic hæredes creditoris non tenebuntur in hoc solutiones factas pro hæredes debitoris accipere in illam causam, in quam tenerentur, si ipsemet debitor soluisset, prout in puncto late declarat *Socin. conf. 293. col. 2. & 3. lib. 2.*

Trigesimatertia conclusio. Summa soluta per debitorem debet compensari in causam duriorem, 85 quamuis † creditor acceperit sub conditione nisi solueret restum in suis terminis; si enim fuit d. restum solutum est verificata, & impleta huiusmodi conditio, & consequenter creditor consensit in eum casum accipere, & excomputare stante illa dictione nisi *l. in actione. C. de transact. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution.* & in specie ita concludit *Alex. conf. 2. ex narratis. col. vlt. in princ. n. 21. lib. 4.*

Amplius quamuis creditor agendo contra debi- 86 torem narraret in libello, † quod accepit d. summam sibi solutam, quam consensit debitor excomputari in aliud debitum, posset ista confessio pro parte acceptari, & pro alia respui, licet enim illa non diuidatur *l. publia. §. fin. ff. deposit.* Tamen quia præsumptio est pro debitore, quod soluerit in causam duriorem, admittetur diuisio confessionis *Bart. in l. aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liberat. legat. Bald. in l. per*

seruum. §. 1. de vsur. Imol. in l. decem. de verb. obligation. & in specie solutionis de qua agimus, de magis communi testatur *Alex. cons. 2. n. 21. col. vlt. ad fin. vers. & non obstat si dicatur. lib. 4.*

Trigesimaquarta conclusio, Semper in dubio præ-87 sumitur solutionem fieri ex summa, † qua inferebatur minor iactatio, & sic potius ex lucro, non autem ex capitali *Butr. cons. 65. primo aspectu.* & multis comprobat *Decian. consil. 60. n. 20. vsque ad n. 30. lib. 4. Aymon. consil. 106. n. 11. Menoch. cons. 121. n. 44. in fin. lib. 2.* Quasi soluens præsumatur soluere, vt sibi vtilius est 88 *Alex. consil. 55. col. 2. lib. 5.* † Prout hoc regulariter est in alijs aliquem actum facientibus, qui præsumuntur illum facere eo modo, quo sibi magis proficuum est *Bart. in l. gerit. n. 21. de acquir. hæredit. Tiraq. de retract. lignag. §. 30. glos. 1. n. 32.* Prout etiam de remedio vtiliori, quod semper in dubio censetur intentatum *Aym. consil. 130. in fin. n. 12. post Alex. consil. 55. col. 2. ante med. & col. 3. post med. vers. quarto respondeo. lib. 5.* Et hæc satis sint ad intellectum *l. 1. ff. de solut. & l. 1. C. eod.* In quarum legum explicatione multa adducunt Doctores, sed adeo implicite, vt mirum non videri debeat, si hæc quæ in gratiam amici hoc iubentis ex tempore scripsi, minus distincta forsan videbuntur, quam opus fuisset; Alia quæ supersunt ponam in *capi-89 te particulari*, † vbi etiam tractabitur quid concludendum sit, quando ageretur inter debitorem, qui soluit, & creditorem, ad cuius instantiam soluitur alteri suo creditori, in quo facit differentiam *Io. Vint. Ann. alleg. 112. ad med. n. 5. lib. 2.* Quidquid aliàs quando creditor 90 exigit nomen sui debitoris † possit in quamcausam velit computare *l. paulus §. paulus. de solut. l. in his. §. imperator. ff. eod. tit.* & dictum est supra *in duodecima conclusione*. Quibus adde quod quando creditor habet obligata bona sui debitoris, & per consequens nomen suimet, tunc potest ipse sibi soluere imputando in quam causam velit, sicut dicimus de pecunia 91 redacta ex venditione pignoris, † & idem in pecunia exacta à debitore debitoris, cuius nomen erat obligatum *l. nomen. C. quæ res pignor. oblig. poss.* Militat enim in vtroque casu eadem ratio, cum aliud sit quando nomen esset obligatum, quasi tunc illa pecunia non cedat in solutum, nisi opposita compensatione, vt notatur in *l. 3. de compensat.* vnde erit in electione debitoris in quam causam compensationem opponat. Ita in omnibus supradictis casibus distinguit *Bart. in l. cum ex pluribus. 104. in fin. n. 4. ff. de solut.*

Vltimo est addendum, quod si contingat aliquam 92 exactionem pecuniarum fieri, † censendum est potius illam factam fuisse in causam damnorum, & interesse iam liquidatorum tempore exactionis, non autem in causam damnorum, & interesse postea decursorum, & nondum liquidatorum, quia illa habet executionem paratam propter liquidationem, hæc autem secus propter non liquidationem, & sic militant quæ supradicta sunt, quod vna causa dicatur grauior altera, quando vna habet executio-93 nem paratam, & altera non, † cum etiam illud dicatur debitum grauius, quod celerius potest executioni demandari, maxime quia causa damnorum, & interesse decursorum, & liquidatorum ante exactionem est antiquior, quàm causa damnorum, & interesse postea decursorum. Ita in proposito similis exactionis resoluit *Rot. decis. 123. n. 1. par. 2.* vbi etiam amplia-94 tur hoc procedere, † quamuis in instrumento diceretur exactionem posse fieri pro damnis, & interesse decurrendis, cum illa verba in futurum decurrendorum debeant intelligi habito respectu ad tempus initæ conuentionis, de quo tempore poterant considerari damna, & interesse in futurum decurrenda, non autem habito respectu ad tempus exactionis, de quo tempore oportebat interesse, & damna esse decursa, quia alias sequeretur absurdum, quod fieret exactio crediti nondum creati, & in esse de facto, stante præsertim verisimilitudine, quæ facit, vt potius exactio præsumatur facta in causam iam liquidatam, tamquam grauio-95 rem, & magis antiquam, † cum in ista materia solutionum semper attendatur quod est verisimile *l. si ex pluribus. la seconda. ff. de solut. Corn. consil. 295. n. 2. lib. 3.* & debitum antiquius consideratur non respectu temporis celebrati 96 contractus, † sed solutionis faciendæ *Ruin. consil. 12. n. 5. lib. 4. Menoch consil. 121. n. 56. lib. 2.* In quibus tamen semper etiam præsupponendum est vt id quod soluitur possit vtrique debito accommodari, nam alias, si illi non 97 conueniret, non consideraretur antiquitas, † seu grauitas causæ, aut alterius coniecturæ, vel præsumptionis, de qua supra, vnde si vnum debitum esset in pecunia, alterum in frumento, si præstatio fieret in frumento, non trahetur ad aliam causam *Decian. Mascard. & alij per Surd. decis. 328. n. 10. par. 2.* vbi etiam multa quando in debitum vsurarium, vel non vsurarium censeatur facta solutio.

EPITOME.

Pater an possit dare curatorem filio in testamento, & requiratur confirmatio iudicis, & petitio adulti tam de iure ciuili, quàm canonico. ¶ Et an detur inuito, & quid in minoribus habentibus iurisdictionem. ¶ Et in curatore dato furioso, surdo, muto, & alijs simili infirmitate detentis. ¶ Et an tutor, & curator in eodem testamento possit dari, & quid de stylo male seruetur. ¶ Tempus ad excusandum à cura testamentaria, quando currere incipiat. ¶ Curator ad lites an detur minori inuito, & an debeat esse generalis, & an possit dari à Iudicibus Maleficiorum, Vicarijs Foraneis, Ordinarijs, Delegatis, & similibus. ¶ Et quando onus curæ ad lites quis cogatur accipere. ¶ Decretum iudicis an faciat curatorem irreuocabilem, & requiratur decretum contrarium pro reuocatione. ¶ Maritus

t, quod vna causa dicatur
uando vna habet executio-
tera non, † cum etiam illud
auius, quod celerius potest
lari, maxime quia causa
cresse decursorum, & liqui-
tionem est antiquior, quàm
& interesse postea decurso-
dito similis exactionis resol-
1.1. par. 2. vbi etiam amplia-
† quamuis in instrumento
m posse fieri pro damnis, &
lis, cum illa verba in fore-
m debeant intelligi habi-
us initæ conuentionis, de
ant considerari damna, &
decurrenda, non autem
tempus exactionis, de quo
interesse, & damna esse de
eretur absurdum, quod fie-
ondem creati, & in effe
rtim verisimilitudine, quæ
ctio præsumatur facta in
tam, tamquam grauio-
quam, † cum in ista ma-e-
per attendatur quod est ve-
ibus. la secunda. ff. de solut.
lib. 3. & debitum antiquius
spectu temporis celebrati
olutionis faciendæ Rum.
Menoch consil. 121. n. 56.
en semper etiam præsup-
quod soluitur po sit vtri-
dari, nam alias, si illi non
erarctur antiquitas, † seu
lterius coniecturæ, præ-
ipra, nde si vnum de i-
, alterum in trumento, si
umento, non trahetur ad
n. Mascard. & aly per
, par. 2. vbi etiam multa
vsurarium, vel non vsura-
solutio.

TOME.

dare curatorem filio in te-
quiratur confirmatio iudi-
t im de iure ciuili, quàm ca-
tur inuito, & quid in mi-
iurisdictio em. ¶ Et in-
o, surdo, muto, & aliis si-
nis. ¶ Et an tutor, & cu-
mento posst dari, & quid
ir. ¶ Tempus ad excusan-
taria, quando urrere in-
lites an detur minori in-
sse generalis, & an posit
leficiorum, Vicarijs Fo-
Delegatis, & simil b s.
ræ ad lites quis cogatur
m iudicis an faciat cu-
n, & requiratur decre-
reuocatione. ¶ Mari-
tus

tus an possit esse curator generalis vxoris. ¶ Interlocutoria quando sit reuocāda cum causæ cognitione. ¶ Bona curatoris an sint tacite hypothecata ad fauorem minoris, & quid in bonis hæredum, & an testator posit illorum bona obligare. ¶ Curator ad lites an intelligatur solum de illis, quæ tunc temporis existebant. ¶ Gesta per curatores non confirmatos ad petitionem minorum in quibus casibus sint nulla.

SVMMARIVM.

1 *Curator non potest dari in testamento, sed requiritur confirmatio iudicis, & petitio adulti. Et quid de iure canonico. n. 8. 9. & 10.*
2 *Curator absq; confirmatione administrās non dicitur vt curator gerere, sed vt negotiorū gestor.*
3 *Curator datur principaliter rebus, de quibus pater non potest disponere post pubertatem.*
4 *Confirmatio curatoris dati à patre est facienda, quia de eo lex confidit.*
5 *Reges, & aly habentes iurisdictionem an cogantur inuiti accipere curatorem & n. 6. & de causis dandi curatorem talibus personis. n. 7.*
11 *Intellectus* auth. vt liceat matr. & au. in princ.
12 *Declaratio* l. pater seuerinam §. conditionis verba. de condit. & demonstrat.
13 *Confirmatio illius, quod per se est inualidum assumit denominationem à confirmante.*
14 *Gesta per curatores non confirmatos ad petitionem minorum an sint nulla tam in ipsorum præiudicium, quam fauorem. & n. 16.*
15 *Intellectus* l. non ideo minus. C. de procurator. & n. 17.
18 *Minor an possit approbare acta & sententiā latā cū falso curatore, & an sint ipso iure nulla.*
19 *Curator non potest dari in testamēto quando sumus in adulto, qui sit cōpos mētis, eū aliud sit in curatore dato furioso. & n. 20. Intellige vt n. 22.*
21 *Surdus, & mutus, & similibus infirmitatibus detentis non recipiunt inuiti curatorem.*
23 *Tutor, & curator in eodem testamento non potest dari, quidquid male contrarium feruetur.*
24 *Tempus ad excusandū à cura data in testamento quando incipiat currere, & de forma confirmationis. n. 25. Et an talis confirmatio inualuerit in vim consuetudinis, vel legis. n. 26.*
27 *Curator datus in testamento quando cogatur administrare.*
28 *Curator ad lites quo casu debeat dari minori etiam inuito. Et an debeat esse generalis ad omnes lites, vel specialis. n. 29. Et an per talem sit faciendum inuentarium. n. 30. & an dentur plures curatores ad lites. n. 31. & an potius vnum, quam alterum cogatur accipere. n. 37.*
32 *Curator ad lites an debeat satisdare rem minoris saluam fore, & de iudicato soluendo, & quid de stylo Curiæ Romanæ. n. 33.*
34 *Locus iudicij in ordinatorijs debet attendi.*
35 *Curator ad lites quando debeat facere inuentarium, vel librum expensarum.*
36 *Curator ad lites an cogatur onus inuitus suscipere, & quid in curatore generali ad negotia.*
38 *Arbitri licet eligantur ex necessitate statuti, tamē partes non coguntur certā personam accipere.*
39 *Curator ad litem non solum datur minori, sed etiam impuberi, & pupillo, non tamen infanti,*
40 *Curatores dantur ab ijsdem magistratibus, à quibus & tutores, Et quid hodie seruetur. n. 41. & quid in confirmationibus curatorum qui dantur in testamento. n. 42.*
43 *Iudex dando tutorem & curatorem an debeat habere merum, vel mixtum imperium, vel quod hoc sit specialiter ei demandatum.*
44 *Iudex ordinarius, vel delegatus, aut maleficiorū quando possit dare curatorem ad litem, quamuis persona non sit illi subdita, & n. 45. Et quæ requirantur, vt valeat talis datio. n. 52. & 53.*
46 *Curatoris datio an possit delegari, & quando veniat incidenter ad ipsam litem. n. 47.*
48 *Episcopus, & eius officialis, & Vicarius præsidis, & Foranens an possint dare curatorem ad litem, & quomodo hoc intelligatur. n. 53.*
49 *Curator ad lites dicitur necessarius ad expediendam causam.*
50 *Facultas dandi curatorem ad litem an causetur ex eodem consistorio quod facit Episcopus cum Vicario.*
51 *Verbum officialis quomodo intelligatur, & quos comprehendat.*
54 *Vicarij Foranei quādo dicātur iudices ordinarij.*
55 *Curator ad lites etiam cum decreto, an possit eodem modo reuocari sicut procurator.*
56 *Intellectus* l. non semel. de tutel.
57 *Reuocatio curatoris directa, vel indirecta qualis sit.*
58 *Decretum iudicis an faciat Curatorem irreuocabilem, & n. 60.*
59 *In prætorijs stipulationibus nouatio fit ope exceptionis, quidquid in alijs fiat ipso iure.*
61 *Maritus non potest esse generalis Curator vxoris, sed poterit esse ad litem.*
62 *Curator ad litem, & generalis quo casu possit reuocari contrario decreto Iudicis.*
63 *Actus quando sit potentior, cui decretum assistit.*
64 *Interlocutoria an sit reuocanda cum causa cognitione.*
65 *Cura est onus, & nullum commodum affert.*
66 *Curator ad lites generalis per quos iudices possit dari, & an simpliciter datus intelligatur ad omnes lites. n. 67. & 68.*
69 *Procurator si constituatur ad certam causam contra aliquem non potest eandem causam pertractare contra alium.*
70 *Curator ad lites intelligitur datus solum de litibus quæ tunc temporis existunt, Et de ratione. n. 71.*
72 *Bona tutoris & curatoris generalis sunt tacite hypothecata ad fauorem pupilli, & minoris, & quid in bonis hæredum curatoris ad litem. n. 73. & 74.*
75 *In generali & expressa obligatione facta per defunctum non veniunt bona hæredum, & minus in tacita.*
76 *Testator an possit expresse obligare bona hæredum. & n. 77.*

CAPVT CCXXV.

Firmatis infrascriptis conclusionibus breuiter colligam in fine præsentis capituli quid sentiendum sit circa dubitationes, de quibus in casu mihi transmisso.

Prima conclusio. Curator non potest dari in te-
1 stamento; requiritur enim confirmatio, † ita vt non attendatur, quod pater voluerit curatorem per se datum posse administrare, etiam sine decreto, & confirmatione Iudicis, cum hoc non possit facere, quasi repugnet lex, quæ magis seruanda est, quam voluntas defuncti, nemo enim inuitus accipit curatorem, etiam si pater ei in testamento dederit, immo necesse est, vt adultus petat istam confirmationem curatoris à patre dati, cum non detur nisi petenti *l.1. in fin.de confirmat.tutor.l.caius.de excus.tut.l.curatorem.de neg.gest.l.penult.* C. *de testam.tut.l.hac autem.in princ.ff.ex quib.caus. maior.Glos.in l.cæter seuerinam.* 100. *§.conditionum.de condit.& demonstr.in verb.non videbitur.* & declarat *Corn. consil.*81.*col.*2.*in princ. vers. præterea licet sit confirmandus.lib.*4. *late Gabr.cons.*25.*n.*9.*vsque ad n.*17.*lib.*2.*Socc.Iun.*
2 *cons.*97.*n.*15.*lib.*1. † Immo si curator absque confirmatione se ingesserit administrationi, non dicetur vt curator gerere, sed tanquam negotiorum gestor *l.curatorem.* C. *de neg.gest. Socc. Iun.cons.*79.*n.*21.*lib.*2.

Ratio omnium prædictorum est, quia curator datur principaliter ipsis rebus *l.in copulandis.C.de*
3 *nupt.* † de quibus rebus non potest pater directè aliquid disponere post pubertatem *l.*2. *de vulg. & pupill.* Ideo nimirum si non potest in suo testamento cauere, per quem velit administrari bona illa, in quibus amplius non extenditur patria potestas post illam ætatem. Datur
4 tamen confirmatio, † quia lex de patris electione multum confidit, & fere semper magis fidit patri, quam Iudici *l. de creationibus.* C. *de epis. aud.* & sequitur voluntatem defunctorum, & suprema eorum iudicia, vbi commode hoc fieri potest *l.*1. *C.de sacros.eccles.* & declarat *Siluestr. Aldobr. in §.dantur autem.in princ.instit.de curat.* vbi etiam *col.*1.*&* 2. ponit alias rationes *Odoff. Cyn. Bald. Port. & alij* de quibus etiam *Doct.in l.penult.C.de testam.tut.Bald.in l.curatores.C.de neg.gest.* D·c.*in l.quo tutela.*83.*§.*1. *n.*2.*de reg.iur. late Ias. ad Port.instit.de curat. in princ.n.*4.*in verb.testamentum.*

Quicquid aliud sit in habentibus iurisdictionem vt in Regibus, & similibus, qui etiam inuiti acci-
5 piunt curatorem, † cum in eis maius periculum versetur, ideo cautius agendum erit, neque enim in talibus est par ratio, quæ in alijs priuatis, cum eorum officium sit iustitiam exercere late *Oldrad.cons.*53. *quæstio est talis.per tot. per tex. in cap.grandi. de suppl. negl.prælat.Io. Andr.ad Specul.de tutor. Innoc.sing.*17. Quidquid *Imol. & alij* contrarium sentiant *in d. c.*
6 *grandi.* † Cum aduersus eos sit verior opinio, vt plene attestatur *Ant.Corsett.de potest.reg.p.*3. *in princ.q.*17.*&* 18.*tom.*16.*fol.*133. Vbi etiam *n.*8. quæ solemnitas debeat adhiberi in istis curatoribus dandis, de qua *in l.*1.*C.de tut.& cur. illustr.& clariss.personar.*

Et de causis dandi Regibus, & Dominis curatorem *Restaur. Castald.de imperat.q.*81.*n.*14.*cum*
7 *seq. tom.*16.*fol.*65. † Et quamuis multi teneant non cogi puberem Regem suscipere curatorem, Tamen ob publicam vtilitatem æquo animo hoc ferre debet.vt concludit latissime *Cald.de restit. in integr.in verb.hunc contractũ.n.*45.*vsq; ad n.*49. Vbi abunde hinc inde disputat, & omnibus respondet ostendens quid in diuersis regnis, & iurisdictionibus seruetur *Siluest.in §.item inuiti.n.*6.*limit.*3.*instit.de curator.*

Secunda conclusio. Non solum de iure ciuili non
8 valet d.datio curatoris in testamẽto, † sed etiam de iure canonico, quod quamuis non attendat tales subtilitates *c.dilecti. de iudic.c.*1.*de dol. & contum.* Tamen cum non habeamus apertam dispositionem iuris canonici in contrarium, standum est iure ciuili, etiam in terris ecclesiæ, siue sit fundatum in subtilitate, siue in æquitate, & ita in specie concludit *Corn. consil.* 81. *col.*1. *&* 2. *lib.*4. *Franc.in c.vlt.§.delegatus. in fin.in glos.in verb.curatorem.n.*4.*de iudic.in* 6.

Neque obstat quod de iure canonico valeat ista datio curatoris secundum *Gemin. in c. fin. §. si vero.n.*4.*vers. vel dic aliud. de iudic. in* 6. *post Archid. & Io.Andr.ibid. & Butr.n.*4. *vers. dic quod curator. Anchar.col.*2.*in* 6.*not.vers.ex quo infert.per tex. in c.*4. 21.*q.*3.& sequitur *Piagg. de tut. & curat. q.*2.*n.*17. *tom.*8. *par.*2. *fol.*325.
9 Quia † contraria opinio est verior, Nam *in d. c.* 4. solum inhibetur, ne clericus, vel Deo seruiens nominetur in curatorem, Vnde non potest colligi, quod ius canonicum aliquid disponat circa validitatem curatoris dati à patre, prout respondet *Io.Fab.instit.de curat. in princ. vers.*
10 *sed certe illud.* † vbi quod ista sententia est magis vera, & tenentes contrarium aduersus omnia iura vacillant, & idem firmat *Gabr. cons.*25. *n.*14.*vers.concludens per hanc rationẽ.lib.*2. *post Corn.d.cons.*81.*col.*2.*lib.*4.*Franc.in d.c.fin.§.delegatus.n.*4. *de iudic. in* 6. vbi etiam citat *Bald. ibid.in d.§.delegatus.*

Non obstat *auth.vt lic.matr. & auiæ. in princ.* vbi conceditur licentia dandi curatorem patri bo-
11 nis filij, † donec ad perfectam ætatem perueniat, alias dabitur per Iudicem. Quia ibi non est verus curator, sed solum gubernator, aut dispensator, prout quando loquitur de eo, qui datur à testatore, nunquam vocatur curator, secus quando facit mentionem de illo, quem dat iudex, tunc enim nominat curatorem, pro vt in specie considerat *Io.Fab.instit. de curator. in princ. vers.item non obstat.*

Nec facit *l.pater seuerinam.*100.*§.conditionum verba.de condit. & demonstr.* vbi videtur datus
12 curator, & quod illius datio valeat, † Quia valet sequuta tamen confirmatione, neque enim ipso iure est curator, nisi sequatur confirmatio, prout respondet *Bald.in l.vlt.in fin.C.de testam.*

testam. & ibi Salic. ad med. vers. nota scilicet. Alex. cons. 3. in causa & lite. n. 3. col. penult. in fin. lib. 2. sequitur Siluest. in §. dantur autem. n. 3. instit. de curator.

13 Quæ † confirmatio cum veniat ad confirmandum illud quod per se est inualidum assumit denominationem à confirmante *l. tribunus. §. fin. de milit. testam. l. legata inutiliter. de leg. 1. Bald. in l. neque per epistolam. 2. ante med. vers. ratio est quia illa. C. de confir. tut.*

Tertia conclusio. Omnia gesta per tales curatores non confirmatos ad petionem minoris sunt nulla, intelligendo quo ad suum præiudicium,
14 cum † ad eius fauorem subsisterent, licet defensus sit per minus legitimam personam ex quo est minor 25. annis *l. non eo minus. C. de procur. Glos. in l. si tutor. 4. in verb. non potuit. C. in quib. caus. in integr. restit. non est nec. Bal. in l. pen. in fin. n. 10. vers. quaro vtrum sententia. C. si aduer. rem iudic. Alex. cons. 3. in causa & lite vertente. col. 4. in fin. vers. vltimo puto ad vertendum. n. 8. lib. 2.*

Amplius posset quoque concludi, quòd omnia acta sunt nulla etiam concernentia fauorem minoris, quando curator minus legitimus illa gessit; Nam dispositio *l. non ideo minus. C. de*
15 *procur.* † procedit in iudicio, & actis, quæ pupillus intellectum habens, vel adultus fecit per se, vel per procuratorem, aut actorem ab eo constitutum agentem nomine ipsorum, tunc enim minor quo ad vtilia habetur pro maiore *l. neque. C. de contrah. & committ. stipul. Ias. in d. l. non eo minus. in princ. C. de procur.* Aliud est quando Procurator falsus, & illegitimus, vel alius curator, & deputatus ab eo sine mandato
16 istorum egit, † tunc enim est nullum iudicium etiam in concernentibus vtilia pupillis, & adultis, quasi deficiat consensus ex parte ipsorum, prout dicimus de iudicio agitato ad fauorem furiosi, vel infantis etiam si esset illis vtile, stan-
17 te defectu consensus, † Et dispositio *l. non eo minus.* procedit solum quando iudicium esset nullum propter minorẽ ætatem, & valeret, si esset maior, circumscripto enim isto defectu minoris ætatis, in alijs casibus iudicium est nullum etiam quod concernat vtilia adultis, & pupillis *Cresc. Caputaq. & alij* de quibus per *Gabr. cons. 25. n. 18. vsque ad n. 25. lib. 2.* vbi ita seruari *in Rota* testatur.

Poterit tamen Minor approbare acta nulla in suum fauorem gesta, & sententiam latam fal-
18 so tutore, seu curatore agente, † Non tamen desinunt ista acta esse nulla ipso iure, Vnde donec minor declarat voluntatem suam, & validitatem actorum remanent acta ipso iure nulla, ita vt quilibet tertius possit istam nullitatem allegare: Hæc enim facultas approbandi respicit potius resolutionem actus, quam originem, nec impedit, quo minus dispositio iuris suum effectum sortiatur, & dispositio, quæ ex aliquo futuro euentu potest resolui, non minus dicitur pura, quam si nullo casu posset resolui, prout latissime omnia prædicta declarat

Surd. decis. 109. n. 7. & 18. & per tot. & decis. 69. alias 70. duo proponebantur. n. 24.

Quarta conclusio. Curator non potest dari in testamento, quando sumus in Adulto, qui sit com-
19 pos mentis, † cum aliud sit in curatore dato furioso, & mente capto, talis enim valide datur in testamento, cũ æquiparetur pupillo & detur principaliter personę *Salic. in l. in copulandis. C. de nupt. per l. fin. §. & si quidem. C. de curat. furios. l. de creationibus. C. de epis. aud. Bart. in l. 1. C. de confir. tut. Siluest. in §. dantur autem. n. 6. instit. de curat. Ang. instit. de fiduc. tut. in princ.* Ad exemplum tutoris pupilli *l. si curatorem habens. C. de integr. restit. minor.* & notat *Ias. ad Port. instit. de curat. in verb. testamento. in princ. Dec. in l. quo tutela. 73. §. nemo*
20 *potest. de reg. iur.* † Istis enim etiam inuitis datur curator non expectata eorum voluntare, cum velle non possint *l. 2. §. voluntatem. ff. solut. matr.* Quidquid aliud sit in surdo, muto, & si-
21 milibus infirmitatibus detentis, † quibus non datur inuitis, cum possint procuratores constituere, pro vt eis placebit *Io. Fab. in §. item in-*
22 *uiti. n. 3. instit. de curat.* † Quamuis *ibid. n. 4.* consulat melius esse vocare istos mente captos, & furiosos, quos Iudex debet audire, & statum eorum videre, cum magna, & plenissima causæ cognitio requiratur *l. obseruare. 6. & ibi Glos. in verb. detrectent. ff. de curat. furios.*

Quinta conclusio. Non potest aliquis dari tutor,
23 & curator in testamento eodem tempore, † licet male contrarium seruetur, cum debeat curator confirmari post pupillarem ætatem volente, & petente Adulto, neque enim ipse curator potest petere per se ipsum confirmationem, sed debet nominari *l. curator. C. de exceut. tut.* cum alijs per *Gabr. cons. 25. n. 17. lib. 2. Doct. in*
24 *l. penult. C. de testam. tut.* † Ideo tempus ad excusandum ab ista cura incipit currere à die confirmationis, & impetrati decreti *l. quinquaginta dies. 6. C. de excus. tut. l. 1. C. de confir. tut.*
25 *Bart. in l. caius. ff. de excusat. tut.* † Et formam confirmationis ponit *Ias. ad Port. instit. de curat. in princ. in verb. in testamento. in princ. ver. adde prædictis.* Et quod ista confirmatio inualuerit non in vim consuetudinis, sed potius
26 legis, † aut constitationis est *tex. in l. 1. & vlt. ff. de confirm. tut.* & notat *Siluest. in §. dantur autem. n. 5. in 3. not. instit. de curat.* Vbi etiam,
27 quod † huiusmodi curator datus in testamento non cogitur administrare, quidquid aliud sit quando vellet habere fideicommissum, aut legatum sibi relictum tempore, quo fuit datus curator *l. fin. de confir. tut.*

Sexta conclusio. Curator ad lites debet dari minori etiam inuito, ne iudicium reddatur
28 elusorium, † non enim habet legitimam personam standi in iudicio, nisi sit filius, qui licet minor admittitur in iudicio ad defendendum patrem *l. exigendi. C. de procurat. Alex. in l. tutori. C. de neg. gest. Siluestr. in §. item inuiti n. 15. in fin. instit. de curat. V ant. quib. mod. sent. null. repar. n. 85. vers. & si non comparuerit.*

Neuizan.conf.17.n.55.Iaf.ad Port.instit.de curat. in princ.n.9. in verb.curatorem. verf.fed
29 actor habet duo remedia. † Audietur tamen minor conuentus, si allegaret nolle curatorem ad litem, sed velle generalem, cum lex dicat petendum esse ab eo curatorem, quod intelligitur de generali l.1. C.qui pet.tut. Nisi faceret hoc in fraudem, causa differendi iudicium, cum debeat fieri inuentarium per curatorem gene-
30 ralem, † & pendente illius confectione non posset conueniri, vel quia non adesset Iudex, qui posset dare generalem, sed tantum ad litem, vt per Io.Fab.in §.item inuiti.n.4.verf.sed quid si
31 adolescens.instit.de curat. † Poterunt tamen dari plures curatores ad litem, dummodo insolidum hoc fiat ex rationibus per Bart. in l.cum semel.§.de tutel.

Tenebitur tamen iste curator satisdare rem minoris saluam fore l. etsi ad species.ff. rem. pup. sal.
32 for. Non tamen de iudicato soluendo, † cum appareat de eius constitutione l.scimus.§.defensionem.C.de admin.tut.l.vulgo.ff.eod.Io.Fab.in §. item inuiti.n.5. verf.sed nunquid talis.instit. de curat. De stylo tamen admitteretur curator ad lites sine cautione, cum non administret bo-
33 na, † nec faciat inuentarium, prout ita seruari in Rota, etiam inter Romanos non obstante statuto testatur Mandof.form. 4.commiss. in verb. curatorem ad lites. vbi dicit multum notandum, & nouum, cum potius inter Romanos esset seruandum eorum statutum, omisso præfato stylo, quasi simus in statuto ordina-
34 torio iudicij, † & in ordinatorijs locus iudicij debet attendi Glos.in c. quod clericis. 9. de for. compet. dixi decis.75.n.5. & ibi in Addit. n.1. & 2. Quamuis autem non conficiat inuentarium, tenetur tamen facere librum de expen-
35 sis factis in lite † argumento l. si quando. C. de bon. vacant. lib.12. Rolan. de inuent. quæst.45. n.9. verf. subdit tamen. tom.8. par.2. fol.172. Vbi etiam n.8. quod debet facere inuentarium, quando ad manus talis curatoris aliquid perueniret Alber. in l. de creationibus. C. de episc. & cleric. Mant. sing. 582. liti erat datus. in fin. verf.si maxime.

Adde tamen quod curator ad lites non cogitur onus inuitus suscipere, non enim datur nisi vo-
36 lens, † cum aliud sit in curatore generali ad negotia, qui datur inuitus, frustra enim exigeretur præsentia curatoris ad litem, si cogeretur accipere curam, & eius munus esset necessarium, licet aliquando possit ex causa cogi, vt dicimus de curatore bonis dando Alex.in l.tutores. C.de neg.gest. & de veriori, & magis communi opinione, quidquid alij contrarium sentiant testatur Siluestr. in §. item inuiti. col.fin.n.17. instit.de curat. Auffr.ad decis. Cap.tholos.72.n.2. post Bart.in l.qui trabet.§.si pupillus.ff.de tut.

Item adde, quod quamuis minor cogatur accipere curatorem ad litem, non tamen cogitur in
37 specie accipere vnum, † vel alium, releuatur enim in hoc, vt ipse accipiat quem velit, & sic poterit voluntarie eligere quo ad speciem Glos. in l.mutus. 42. §. is qui curatorem.ff.de procur. quam multum notabilem dicit Lanfranc. de Orian.de arbitr.in princ.n.14.verf.hoc ego probo. tom.3.par.1.fol.207. Alex.conf.122.videtur prima facie. in fin. verf.vltimo non obstat.lib.1.
38 Exemplo eius, † quod dicimus de arbitris, qui debent eligi per consanguineos ex dispositione statuti, licet enim eligantur ex necessitate, tamen partes non coguntur certam personam accipere, sed voluntarie eligunt, quem magis sibi expedire iudicauerint, vt per Lanfranc. ibid. n. 13.verf.posset tamen saluari. Et Ideo hoc respectu arbitrium definitur pro potestate voluntarie alicui data, & recepta ad pronunciandum in lite, prout arbitro visum fuerit secundum Host. & alios in c.1.de arbitr.

Et talis curator ad litem non solum dabitur minori, vt dictum est, sed etiam impuberi, & pu-
39 pillo, † licet enim curator non detur nisi consentienti l. mutus. §. is qui. de procur. Tamen soli infanti prohibetur Iudex dare curatorem sed pupillo, qui excessit infantiam dabitur, cum isto casu æquiparetur puberi, cui inuito datur curator ad litem, & adsit eadem ratio siue pupillus litiget cum tutore, siue cum alio late Alex.conf.122. col.penult. ad med. verf octauo pro hoc videtur.n.5. & per tot.lib.1. Afflict.decis. 256. mater vidua.n.2.& ibi Vrsill.in addit.n.1. & 2. vbi multa de intellectu l. qui habent tutorem.3.§. fin.ff.de tutel.

Septima conclusio. Curatores dantur ab ijsdem magistratibus, à quibus dantur tutores, vnde confirmatio curatorum fiet decreto prætoris in
40 vrbe, † & in prouincijs decreto vnius ex magistratibus, qui Præsidis appellatione veniunt l.1.de offic. præsid. Siluest.in §.dantur autem.in 1.not.n.1. & in 4.not.n.7. instit.de curat. Hodie tamen statutum est, vt minores magistratus
41 possint dare tutores, † si facultates pupillorum non excedunt quingentos aureos §.sed hoc iure. instit. de attil. tut. Quod etiam habebit locum in confirmatione curatorum, qui fuerunt dati in testamento, ista enim confirmatio ab ijsdem magistratibus minoribus conceditur,
42 quando sumus in facultatibus minorum non excedentibus dictam quantitatem, cum non sit diuersa ratio statuēda, vt qui potest dare, non possit etiam confirmare, prout in terminis concludit Siluestr. in §. dantur autem. n.7. col. vlt. ad
43 med.instit.de curat. † Neque autem requiritur, quod Iudex dans tutorem, aut curatorem habeat merum, vel mixtum imperium, vel quod hoc sit specialiter demandatum, vt voluit Ang. in d. §. dantur autem; Quia tutelæ datio non competit iure Magistratus, nec iurisdictionis, sed est quædam potestas concessa specialiter à lege, vel senatusconsulto, Vnde neque delegari potest l.1. de off.eius. Siluest. in d.§.dantur autem. in 1.not. cum alijs per Alciat. in l.1.col.15. in fin. verf.hac conclusio de iure.n.35.ff. de iurisd. omn.iudic.

Octaua conclusio. Quilibet Iudex, coram quo vertitur

titur causa potest dare curatorem ad litem, coram eo † agitandam *l. fin. C. de administ. tut. vbi Bald. ad med. vers. nota curatorem.* & ibi *Salic. in §. sed & si quis. in 1. not.* dicit multum notandum *Bald. in l. 1. in princ. vers. item officialis. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & in l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic.* Vbi de Iudice maleficiorum, qui potest dare specialem curatorem ad litem criminalem coram eo, non autem generalem; sequitur *Franc. in c. fin. §. delegatus. de iudic. in 6.* vbi quod ita seruatur in Rota, extendendo ad quemcumque Iudicem siue delegatum, siue ordinarium, cum tex. *in l. ult. C. de admin. tut.* loquatur indistinctè, & non debeat restringi potius de vno, quàm de alio *Prob. ad Monach. in d. c. fin. n. 9. vers. competit. de iudic. in 6.* † vbi ampliat quamuis persona non sit illi Iudici subdita iuxta *cons. Castr. 352. curator. col. 2. post princ. vers. sed in hoc non est differentia. lib. 1.* Quidquid contrarium sequatur *Innoc. in c. petitio. 9. n. 2. de procur.* vbi negat dari posse curatorem ad lites per Delegatum, Quia eius opinio non approbatur, vt notat *Gemin. in d. c. fin. §. delegatus. in princ. n. 3. vers. oppono quod curator. de iudic. in 6. Nepos à Monte Alban. de except. art. 12. n. 3. tom. 3. p. 2. fol. 113. Aret. instit. de curat. in princ. n. 5. vers. aduertas tamen. Alex. in l. 1. col. 6. ad med. n. 21. vers. addit etiam de iurisd. omn. iud. Oldrad. cons. 59. vertitur in dubium. n. 1. in fin. vers. quod tamen de iure canonico. Bart. sing. 178. lite cepta.*

Neque obstat quod hoc non possit delegari *l. 1. de off. eius.* Quia omisso quod illud non procedit indistinctè, † vt per *Specul. de iurisd. omn. iud. §. 1. vers. qua autem. & vers. hic autem.* cum alijs notatis *in l. nec mandante. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & in l. haec cognitio. de off. eius.* Respondetur quod talis delegatio non est hominis, sed legis, quia lex ipsa confert Iudici hanc potestatem, quasi datio istius curatoris veniat incidenter ad ipsam litem, † Vnde Delegatus poterit dare istum curatorem, cum dicatur pertinere ad causam delegatam, quod persona legitima compareat in lite, & ita respondet in specie *Franc. in c. vlt. §. delegatus. col. 1. in fin. vers. secundo quia talis non est. n. 3. de iudic. in 6.*

Quare non solum Episcopus, sed etiam eius officialis poterit dare curatorem ad litem, † prout Vicarius Praesidis *Bald. in l. 1. de tutor. & curat. dat. ab his.* per tex. *in c. si annum. de iudic. in 6.* Ita vt hoc etiam procedat in Vicario Foraneo, quidquid contrarium sequatur *Gemin. in d. c. fin. §. si verò. n. 3. & ibi Franc. in fin. n. 6.* Quia contraria opinio verior videtur, cum *tex.* loquatur generaliter de officialibus, vnde habet locum non solum in principali, sed etiam in Foraneo *Glos. in c. statutum. 11. in princ. in verb. obtinentibus. de rescrip. in 6.* Cum eadem ratio militet tam in vno, quàm in alio, † quasi illud videatur necessarium ad expediendam causam, ne iudicium reddatur nullum *cap. causam. de iud.* Quamuis enim Vicarius generalis faciat idem concistorium cum Episcopo *c. romana. 3. de appellat. in 6.* † Tamen facultas dandi tutorem ad litem non causatur ex eodem concistorio, sed ex iurisdictione, quam habet etiam Vicarius Foraneus *Glos. in l. fin. C. de iudic. & in c. statutum. §. insuper. in verb. moderatas. de rescript. in 6.* Cum verbum officialis sit nomen generale † comprehendens omnes habentes officium cum iurisdictione *Imol. in clem. 2. col. 4. ad med. vers. dicit tamen. n. 15. de rescript.* & ita in specie per supradictas, & alias rationes latè firmat *Ludouic. Gomes. in repet. d. c. fin. col. vlt. n. 31. vsque ad n. 39. de iudic. in 6.*

Quibus adde, quod vt valeat datio curatoris ad litem sufficit dari ab illo, coram quo causa tractatur, † dummodo sit talis, cui competat de iure *Mising. obseruat. 87. cent. 1. n. 2.* & coram quo possit prorogari iurisdictio, vt in specie concludit *Oldrad. cons. 59. vertitur in dubium. ante fin. vers. aut quaerimus de curatore dato, per tex. in l. 1. C. de iurisd. omn. iud.* † & coram istis Foraneis datur dicta prorogatio iurisdictionis, cum constituantur ad cognoscendum omnes causas alicuius loci dioecesis, qui ex hoc possint dici delegati ad vniuersitatem causarum *Innoc. in c. romana. de off. ordin. in 6. Alex. cons. 12. viso processu. n. 3. col. 1. in fin. vers. vnde quando episcopus. lib. 6.* † Quare dicuntur ordinarij, cum tales delegati illis aequiparentur *Bald. in l. si vt proponis. col. 3. C. quomod. & quand. iud. Felin. in c. cum causam. n. 7. ad med. de off. deleg. Ceph. cons. 359. n. 21. lib. 3. Vant.* qui de communi *de null. ex defect. iurisd. ordinar. n. 178. Sbrozz. de vicar. episcop. q. 22. n. 7. vsque ad 14.*

Nona conclusio. Curator datus ad litem etiam cum decreto potest eodem modo reuocari sicut procurator, † quamuis post litem contestatam non posit remoueri sine causa, quemadmodum dicimus de procuratore *Glos. in l. si quis cum procuratorio. 31. in verb. videri. ad med. vers. vel dic idem. de procurat.* quam ibi sequitur *Bart. in fin. & Bald. in 2. opposit.* † vbi quod dispositio *l. non semel. de tutel.* procedit post litem contestatam, nam ante potest liberè reuocari, puta quando minor adeundo iudicem petit contrario decreto remoueri curatorem ad litem iam datum † & ista erit directa reuocatio, cum etiam indirectè posit reuocari per constitutionem noui curatoris ad eandem litem, ita ut interueniat decretum Iudicis in reuocando prout in cõstituendo *l. si vt proponis. C. de nupt. Bart. in l. si quis cum. 31. §. vnius. & §. iulianus. de procur.* Idem sequitur *Guid. Pap. sing. 421. in princ.* vbi quod talis curator remouetur sicut procurator *Dyn. in d. §. iulianus. & ibi Ang. ad fin. vers. tu autem. Castr. in fin. vers. sed dic quod decretum. n. 4.*

Nec repugnat, quod decretum Iudicis faciat curam irreuocabilem, quasi reprobetur variatio stante dicto decreto † *l. eos. C. de mod. mulct.* Vnde non bene arguitur de procuratore simplici ad curatorem ad litem, cum ille sine decreto constituatur, & ita sentiunt *Iacob. Butr. & Rai. in d. §. iulianus.* vbi quod per dationem

secundi

secundi curatoris ad litem non reuocatur primus, quia non ita de facili fit nouatio, vbi de-
59 cretum fuit appositum, † Vnde dicimus quod in prætorijs stipulationibus fit nouatio ope exceptionis, quasi prætor auctoritatem interposuerit, cum tamen in alijs stipulationibus nouatio fieret ipso iure *l. valerianus. 10. ff. de prætor. stipulat.*

Quia contrarium est verius, Nam confirmatio superioris non debet facere irreuocabilem
60 actum, † qui de sui natura erat reuocabilis; Neque enim dicendum est Iudicem interponere decretum ad effectum, vt non reuocetur cura, cum etiam confirmatio imitetur naturam confirmati, & decretum censeatur interpositum secundum naturam actus *l. omnium. C. de testam.* & ita in specie respondet *Bald. in d. §. iulianus. in fin. vers. ego non recedo ab opinione.* vbi etiam
61 *n. 2.* colligit rationem diuersitatis, † quare maritus non possit esse curator generalis vxoris *l. maritus. C. qui dar. tutor. poss.* sed bene possit esse curator ad litem *Bart. in d. §. iulianus.* Etenim curator generalis non potest reuocari
62 contrario decreto; † nisi ex causa suspicionis *l. curatores. C. qui dar. tut. poss. Guid. pap. sing. 421. in princ.* sed curator ad litem potest remoueri liberè ad instar procuratoris *l. maritus. C. de procur.* & ita etiam respondet *Castr. in d. §. iulianus. in fin. vers. sed dic quod decretum.* & ibi *Ang.* attestatur de veriori opinione contra *Iacob. Butr. & Rain. contrarium tenentes.*

Nec facit quod actus sit potentior, & efficacior cui decretum assistit *l. 1. C. de prad. curial. lib. 10. l. lex qua tutores. C. de admin. tut.* Vnde in-
63 terlocutoria † lata cum causæ cognitione non reuocatur sine causæ cognitione *l. 1. C. de dilat.*
64 Maxime † cum traxit secum executionem *l. vlt. in fin. de prætor. stipul.* Quia respondetur curam esse onus, & nullum commodum afferre *l. tria*
65 *onera. ff. de excusat. tutor.* † Et contraria procedunt in interlocutoria, per quam alteri est ius quæsitum, cum secus esset, si nulli ius quæreretur *l. diem proferre. in princ. de arbitr. c. consuluit. de off. deleg.* & ita respondet in specie *Ang. in d. §. iulianus. in fin. n. 3.*

Decima conclusio. Curator ad litem particularem potest dari minori inuito per Iudicem causæ siue ordinarium, siue delegatum, vt dictum
66 est, † Aliud tamen esset in dando curatorem ad lites generalem, tunc enim datur per Iudicem originis, seu domicilij pupilli: quasi tunc videatur datus ad omnes lites, quas poterit tractare, siue sint intra suam prouinciam, siue etiam extra illam existant *Oldrad. cons. 59. vertitur in dubium. ad med. n. 2. Mising. obseruat. 87. cent. 1. Caualcan. de tutor. n. 282. in fin. vers. & in pupillo forense. tom. 8. par. 2. fol. 348. late Bert. cons.*
67 *102. n. 17. lib. 3.* † Et de curatore dato simpliciter, quod intelligatur ad omnes lites, & ad agendum, & contrahendum est *tex. in l. qui habet. §. fin. ff. de tutel. Odofr. de curat. bon. dand. rub. qui poss. dar. curat. bon. n. 37. tom. 8. p. 2. f. 406.*

Quod tamen intelligitur, dummodo Magistratus domicilij, seu originis minoris dederit cura-
68 torem generaliter ad causas, † secus autem quando fuisset datus curator per eumdem Magistratum specialiter ad certam causam, tunc enim non poterit interuenire pro alia causa coram Iudice alterius iurisdictionis; Immo nec coram eodem Iudice, coram quo illa specialis causa tractatur, cum fuerit limitata istius curatoris potestas quo ad illam tantum causam, pro qua fuit datus *Menoch. cons. 790.*
69 *n. 3. lib. 7.* † Prout dicimus de procuratore, qui similis est curatori ad lites, talis enim si constituatur ad certam causam contra aliquem non potest eam pertractare contra alium, cum eius facultas fuerit restricta ad illum tantum, vnde iudicium tractatum contra alium esset nullum *Bellam. decis. 314. & 368. Rot. decis. 13. de procur. in nou. Vant. de null. ex defect. mand. n. 86.*

Vndecima conclusio. Curator, seu actor ad lites
70 intelligitur solum datus de litibus, † quæ tunc temporis existunt *l. qui habet. §. fin. de tutel. Alex. in l. damni. §. si is qui vicinas ades. in verb. futuras. de dam. infect. dixi supra. c. 145. n. 14. Rot. Innoc. & alij de quibus per Franc. in c. vlt. in fin. n. 4. vers. intellige tamen. de iudic. in 6.*
71 Cum † enim in curatore ad lites debeat interuenire decretum, non debet illud trahi ad futura *l. fin. de decret. ab ordin. facien. Roman. sing. 156. constituo titium. vers. sed in actore.*

Ex prædictis apparet omnia acta per prætensum curatorem datum in testamento fuisse nulla non sequuta confirmatione Magistratus, à quo dantur tutores, cum simus in minore, & adulto mentis compote, tam de iure ciuili, quàm canonico, quamnis ageretur de gestis ad fauorem eius minoris non existente ratificatione vt in *1. 2. 3. 4. 5. & 7. conclusione.* Recte tamen dabitur curator ad litem sine cautione per Iudicem causæ tam ordinarium, quam delegatum, & Vicarium Foraneum, quidquid aliud sit in generali curatore ad lites, qui dabitur per Iudicem originis, & domicilij, itaut intelligatur de litibus præsentibus vt in *6. 8. 9. 10. & 11. conclusione.* Adeo vt talis curator ad litem possit reuocari, quamuis cum decreto Iudicis fuerit admissus, cum declarationibus, de quibus *in 10. conclusione.* Licet pro tempore quo lites gessit teneatur, itaut etiam eius bona sint tacite obligata minori; Quemadmodum
72 bona tutoris, † & curatoris generalis sunt tacitè hypothecata ad fauorem pupilli, & minoris *Ias. in l. properandum. §. vltimo. per illum tex. in 4. notab. n. 4. post Bald. & Alex. ibid. in 3. notab. C. de iudic. Vinc. Franc. decis. 321. n. 3. Vanderanus. de priuil. creditor. tit. quod priuileg. pupill.* quem refert; & sequitur *Franc. Munnoz. de ratiocin. administr. c. 39. n. 3. vers. quam sententiam. Mainer. in l. quo tutela. n. 39. ff. de reg.*
73 *iur.* † Quod etiam procedit in bonis hæredum Curatoris ad lites, quorum bona censentur quoque tacite obligata pro administratione facta per dictum Curatorem ad lites, vt videtur

inis minoris dederit cura-
ad causas, † secus autem
us curator per eundem
iliter ad certam causam,
terit interuenire pro alia
alterius iurisdictionis; lm-
em Iudice, coram quo illa
itatur, cum fuerit limitata
estas quo ad illam tantum
sit datus *Menoch. cons. 790.*
licimus de procuratore, qui
ad lites, talis enim si con-
n causam contra aliquem
etractare contra alium
fuerit restricta ad illum
dicium tractatum contra
Bellam. decis. 314. & 368.
tur. in nou. V ant. de null. ex

Curator, seu actor ad lites
atus de litibus, † quæ tunc
qui habet. §. fin. de tutel.
si qui cuemas adest. in verb.
dixi supra. c. 145. n. 14.
quibus per Franc. in c. vlt.
tellige tamen. de iudic. in 6.
atore ad lites debeat inter-
m debet illud trahi ad futu-
ordin. facien. Roman. sing.
verf. sed in actore.
omnia acta per prætensum
testamento fuisse nulla
itione Magistratus, à quo
mus in minore, & adul-
am de iure ciuili, quam
geretur de gestis ad ta-
non existente ratificatio-
7. conclusione. Recte ta-
ad litem sine cautione
n ordinarium, quam de-
m Foraneum, quidquid
uratore ad lites, qui da-
iginis, & domicilij, itaut
s præsentibus vt in *6. 8. 9.*
1. Adeo vt talis curator
ari, quamuis cum decreto
us, cum declarationibus,
usione. Licet pro tempore
tur, itaut etiam eius bona
inori; Quemadmodum
ratoris generalis sunt taci-
sinorem pupilli, & mino-
tdum. §. vltimo. per illum
yl Bald. & Alex. ibid. in 3.
nc. Franc. decis. 321. n. 3.
creditor. tit. quod priuileg.
sequitur *Franc. Muntez.*
c. 39. n. 3. verf. quam sen-
quo tutela. n. 19. & de reg.
ocedit in bonis hæredum
quorum bona censentur
a pro administratione
atorem ad lites, vt vide-
tur

tur colligi ex *d. l. properandum. §. fin. C. de iudic. verf. hæredesque & res eorum.* & ibi hoc notat *Ias. n. 4.* † Quamuis contrarium, & verius sequatur *Raph. Cuman. cons. 58. quæritur an bona. in fin. verf. nec obstat,* vbi quod intelligitur solum de bonis hæredum, quæ fuerunt tutoris, vel curatoris, non autem de bonis proprijs eorundem hæredum, Quia in obligatione generali, † & expressa bonorum facta per defunctum non veniunt bona hæredum *l. paulus. in princ. de pign. Glos. in l. vltim. in verb. pertinentium. in fin. C. quæ res pignor. oblig. poss. Affl. decis. 201. n. 2.* Vnde multo minus non debent venire in tacita, vt concludit *Neguf.* qui hanc opinionem dicit verissimam *de pignor. 4. m. p. 2. n. 11. verf. ego autem puto. Franc. decis. 321. n. 7.* † Cum etiam dubitent multi an testator posit expresse obligare bona hæredum, de quibus per *Ruin. in l. 1. n. 88. ad med. verf. secunda est conclusio. de leg. 1.* Licet verior sit opinio, quod valeat dicta obligatio, † vt per *Ruin. ibid. post Cyn. in l. assiduis. §. exceptis. q. 5. C. qui potior. in pign. habeant. Bald. in l. 1. C. comm. de legat. & in l. 1. in fin. ff. solut. matrim. Franc. decis. 53. n. 7. Neguf. de pignor. p. 2. m. limit. 6.*

(Marginal numbers: 74, 75, 76, 77)

EPITOME.

Clericus si efficiatur laicus an posit puniri per secularem pro delicto commisso tempore clericatus. ¶ Et quid e contra in laico effecto clerico. ¶ Iurisdictio Rectoris collegij quando posit recusari per eos, qui desierunt esse de collegio, & quid in mercatore, notario in curia Episcopali, scholari, & alijs, qui conueniuntur pro gestis tempore mercaturæ, notariatus, & studij. ¶ Sacerdotium superueniens quando tollat onus publicum iam iniunctum. ¶ Cardinalatus priuilegio an gaudeat, qui commisit crimen antequam sit effectus Cardinalis. ¶ Et quid in milite pro delicto commisso dum erat paganus. ¶ Suscipiens ordinem dolo, vel fraude, occasione declinandi forum Iudicis secularis coram quo debeat conueniri pro delictis. ¶ Testes deponentes contra Cardinalem quot debeant esse. ¶ Mutatio status post sententiam quando mutet iurisdictionem prioris Iudicis. ¶ Delegatus postquam sententiauit an habeat iurisdictionem super nouiter attentatis. ¶ Relegatus effectus clericus infrà tempus relegationis non seruans exilium an debeat puniri per ecclesiasticum. ¶ Et quid in clerico relegato effecto laico. ¶ Iudex quando posit se intromittere pro defensione suæ sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Status in quo quis erat tempore delicti attenditur ad cognoscendum ad quem spectet cognitio criminis. n. 11. & 12. Nec est necesse quod Iudex ecclesiasticus præueniat. n. 13.*

2 *Committens delictum tempore quo erat clericus, si deposito habitu, & tonsura ducat vxorem, suppositus est Episcopo respectu pœnæ, & fori. Extende idem esse in milite. n. 3. Amplia etiam quod consuetudo aliter se habeat. n. 4. Et de ratione. n. 10.*

5 *Iudex secularis respectu laicorum non solum est incompetens, sed etiam incapax. Et non purgatur incapacitas ex lapsu temporis cuius initij memoria non extat. n. 6.*

7 *Incapacitas ab illo tantum tollitur, qui potest facere capacem.*

8 *Iudex laicus nec principaliter, nec incidenter extendit iurisdictionem aduersus clericos. Et quid in alijs. n. 9.*

14 *Existentes in collegio alicuius negociationis non possunt recusare iurisdictionem illius, qui præest collegio, etiam postquam desierunt esse de collegio.*

15 *Desinens esse mercator pro his, quæ gessit dum erat mercator, poterit conueniri coram consulibus eiusdem mercaturæ. Et quid de rebus non pertinentibus ad mercantiam. n. 16. & 17.*

18 *Clericus, qui fuit notarius in curia Episcopali, licet postea efficiatur bigamus, tenetur respondere coram Episcopo, si conueniatur pro gestis tempore notariatus.*

19 *Conuentus pro gestis dum erat scholaris, tenetur respondere coram Rectore.*

20 *Clericus quando quis est effectus post delictum commissum à iudice ecclesiastico punitur. Amplia in religioso, etiam intra annum probationis. n. 33. Quid in conuersis tertij ordinis. seu Becbetis. n. 34. Et quid si solum adijcitur forus. n. 22. & 41.*

21 *Sacerdotium superueniens tollit munus publicum iam iniunctum.*

23 *Cardinalatus priuilegio gaudet, qui antequam sit effectus cardinalis commisit crimen.*

24 *Testes contra Cardinalem Episcopum requiruntur 72. si Cardinalis sit presbyter 54. si vero sit diaconus. 17. Et de ratione. n. 26. Quæ dispositio hodie non habet locum. n. 25.*

27 *Miles pro delicto commisso dum erat paganus, punitur coram secundo iudice, post quam factus est miles. Et quid si dolo, vel fraude sit effectus miles. n. 31.*

28 *Confugiens ad Ecclesiam etiam pro crimine, non potest inde extrahi, nec contra eum criminaliter procedetur, nisi in quibusdam enormibus.*

29 *Delinquens si dolo, vel fraude suscipiat ordines ad declinandum forum iudicis secularis, nihilominus coram ecclesiastico quoad personam conuenietur. Et quid quo ad bona, & pœnam pecuniariam. n. 30. & 32.*

35 *Relegatus effectus clericus infra tempus relegationis, si non seruauit exilium discedendo, condemnari non potest pœna non seruati exilij, sed iudex ecclesiasticus cognoscet. Secus est si clericus relegatus efficiatur laicus. n. 42.*

36 *Mutatio status post sententiam non mutat iurisdictionem prioris iudicis. Intellige vt n. 41.*

37 *Sententia dicitur executa quando aliquo tempore permansit.*

Iudex

38 *Iudex delegatus postquam sententiauit non habet iurisdictionem super nouiter attentatis, nisi circa executionem infra annum. Declara ut n. 39.*

40 *Iudex secularis non potest se intromittere pro defensione sua sententia contra laicum effectum clericum.*

CAPVT CCXXIV.

AD cognoscendum ad quem forum spectet cognitio criminis attenditur status, in quo quis erat tempore delicti, Vnde si clericus 1 declinauit forum iudicis secularis, † & postea deposito habitu, & tonsura laicus efficiatur, & ducat vxorem, non poterit puniri per secularem, quamuis qualitas clericatus fuerit consumpta, & clericus fuerit depositus à canone, non enim consideratur quo ad præterita, nisi 2 tempus delicti, † Quare suppositus est Episcopo respectu pœnæ, & fori, Ita notabiliter concludit *Bald. in l. affinitatis. 7. in fin. vers. casus de quo hodie. C. commun. de success.* quod tanquam singulare sequitur *Alex. cons. 149. in causa inquisitionis. col. 1. ad med. vers. pro ista opinione. n. 8. lib. 6. Marsil. sing. 480. apud doctores. in fin. vers. & subdit dominus.* per doctrinam *Glos. in l. nemo potest. in verb. quia nec. ad med. ff. de leg. 1.* quam sequitur etiam *Alex. cons. 8. videtur super primo dubio. col. vlt. vers. pro hoc etiam est bonus. lib. 1. & in d. l. nemo potest. in fin. vers. & omninò. & ibi Io. Crot. col. penult. Grammat. decis. 10. per tot. Clar. q. 36. vers. qua ratione pariter. n. 11. & ibi Baiard. in addit. in verb. sæpenumero contingit. n. 47.* Quidquid dubitet *Caraust. tit. 66. n. 9.* Cum sine dubitatione sit verior opinio prædicta, vt per *Cevall. q. 563. n. 5. vers. ex quibus infero. Caball. resolut. crimin.* 3 *c. 147. n. 104.* † vbi etiam *n. 12. & 18.* extendit ad eum, qui delicti tempore erat miles, licet enim postea talis esse desierit, iudicabitur ac si in militia permansisset.

Quæ etiam procedunt quamuis consuetudo secus aliter haberet, quia per eam non potest tolli 4 priuilegium clericale, † *Host. in c. 1. de apostat.* & notat in specie *Alex. d. cons. 149. n. 10. vers. & prædicta procedunt. lib. 6.* Itaut nec principaliter, nec incidenter ista consuetudo sit admittenda, 5 † Cum iudex secularis respectu clericorum non solum sit incompetens, sed etiam incapax *c. 1. 11. q. 1. Couar. pract. quæst. c. 31. n. 2. Io. Garz.* 6 *de nobil. glos. 9.* † Adeo vt hoc vitium incapacitatis non purgetur ex consuetudine, & lapsu temporis, cuius etiam initij memoria non extat *Doctor. in c. 2. de præbend. in 6. Aym. cons. 82.* 7 *n. 7.* † Cum incapacitas ab illo dumtaxat tolli possit, qui solùm potest facere capacem, qui in hoc erit Summus Pontifex, non consuetudo, aut tempus *Concil. Trident. sess. 14. c. 15. & sess. 25. c. 3. Auffr. de potest. secul. super eccles. reg. 1.* 8 *n. 2.* † Et sic neque principaliter, neque incidenter secularis extendit aduersus clericos iurisdi-9 ctionem, † Quidquid aliàs Iudex incompetens ratione incidentiæ efficiatur competens *l. quoties. C. de iudic. l. 2. C. ad exhib.* Nam illa incidentia est modus tollendæ incompetentiæ, non incapacitatis *c. tuam. de ordin. cognit.* & declarat *Francis. Munnoz. de ratiocin. administr. c. 7. n. 19. & 20.*

Quorum ratio est, Nam per mutationem status ius acquisitum tolli non potest, prout eo ipso quod quis deliquit acquiritur ius illi, cuius iu-10 risdictioni subditus est † *auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Bald. in l. officiales. 4. in princ. vers. quærit quis iudex. C. de episcop. & cleric. Dec. in c. quæ in ecclesiarum. col. 7. in fin. n. 18. vers. & per hoc dicebam superioribus annis. de constit.* Et est tex. *in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. l. fin. de priuat. delict. l. vlt. de* 11 *furt.* † Cum etiam semper debeamus attendere conditionem personæ, quæ erat tempore commissi delicti *l. 1. ff. de pœn. Bald. in d. l. officiales. n. 2. C. de episc. & cleric.*

Et facit quia semper initium, & origo spectatur 12 cuius initij respectu † cum delinquens esset subditus iurisdictioni Ecclesiasticæ, mutatio status non attenditur *Glos. in l. 1. in verb. commissa. in* 13 *fin. C. vbi de crimin. agi. oport.* † Ità vt hoc stante non sit necesse, quod Iudex Ecclesiasticus præuenerit, cum sufficiat ad hunc effectum istud initium, vt concludit in specie *Franc. decis. 417. n. 6. post Grammat. decis. 10.*

Quare dicimus, quod existentes de aliquo collegio approbato ratione alicuius professionis, seu ne-14 gotiationis, † non possunt recusare iurisdictionem illius, qui præest collegio, etiã postquã desierunt esse de collegio quantum ad ea quæ tunc temporis gesserunt, quæ pertinent ad illam artem *l. 2. C. vbi de rat. agi. oport. l. prætor. §. etiam. de adend. Iacob. de Aren. in l. hæ demum. & in l. opere. de oper. libert. Castr. in l. fin. in princ. C. de* 15 *iurisd. omn. iudic.* † Vbi ex hoc infert, quod licet aliquis desierit esse mercator, pro his tamen quæ gessit tempore, quo erat mercator, poterit conueniri coram consulibus eiusdem mercantiæ *Ioan. Crot. in repet. l. nemo potest. n. 80.* 16 *vers. nunquid autem. de legat. 1.* † Quidquid aliud sit in non pertinentibus ad eam, quia pro illis non potest conueniri coram eisdem consulibus etiam pro tempore, quo erat mercator, cum d. Consules non habeant iurisdictionem, nisi in concernentibus illam artem *Innoc. in c. cum ab ecclesiarum. de offic. ordin. post Glos. in l. fin. in verb. in publicis. C. de iurisd. omn.* 17 *iudic.* † Dummodo ex consuetudine non cognouerint iurisdictionaliter nedum de litibus, quæ vertuntur occasione illius artis, sed etiam de alijs quibuscunque, & inter quascunque personas; tunc enim possent de eis etiam cognoscere, cum consuetudo tribuat iurisdictionem *Rom.* in specie *cons. 300. in casu proposito prima fronte. in princ. n. 2.* vbi *Mandos. in verb. tribuit.* extendit ad priuatas personas *Abb. in c. cum contingat.* vbi *Felin. n. 2. de for. compet. Archid. in c. conquestus. ante finem. 9. q. 3.*

Idem dicimus de clerico, qui fuit notarius in cu-

ria

ria Episcopali, quamuis enim postea efficiatur 18 bigamus † tenetur respondere coram Episcopo, si accusetur, vel conuentus sit pro gestis tempore notariatus, non ratione clericatus, aut bigamiæ, sed propter officium, quod habuit in curia sua *Castr. in l.* 2. quam repetijt simul *cum l.* 1. *ad med. n.* 2. *&* 3. *C. vbi de rat agi oport.* Vbi etiam allegat simile de eo, qui desit esse 19 scholaris, † nam pro gestis tempore, quo erat talis tenetur respondere coram Rectore, prout etiam in Milite, & similibus, de quibus etiam *Gul. de Cun. in d. l.* 1. C. *vbi de rat. agi oport. Franc. decis.* 417. *in fin.*

Quamuis autem attendatur tempus delicti ad fundandam iurisdictionem, vt dictum est, tamen istud non procedit, quando essemus in laico de-20 linquente posteà effecto clerico, † Tunc enim ecclesiasticus ordo eximit causam ipsius criminis à iurisdictione seculari ob illam rationem, quia priuilegium superueniens liberat ab onere, quod alicui incumbebat *l. spadone. §. si autem quis tutor. & l. iure peritos. in princ. de ex-* 21 *cusat. tut.* † Prout etiam sacerdotium superueniens tollit munus publicum iam iniunctum *l. prætor.* 13. *in princ. ff. de vacat. & excusat. muner.* cum similibus adductis per *Oldrad. cons.* 4. *incip. quod laicus. n.* 1. Vbi quod ista est verior opinio, cum in effecto clerico post delictum mu-22 tetur status, & forus. † Quidquid aliud sit quando solum adijcitur forus, vt in *l. cum quædam puella. de iurisd. omn. iudic. cap. proposuisti. de foro compet.* & hanc sententiam sequuntur *Glos. Bart. Bald. Ang. Imol. & Alex. in l. nemo potest.* 58. *de legat.* 1. *Bart. in l.* 1. *n.* 3. *vers. aut est certum quod fecit hoc. ff. de pæn. & in d. l. cum quædam puella.* & de ea non esse dubitandum dicit *Carauit. tit.* 66. *n.* 9. *ad med. vers. ego autem satis dubito. Clar. q.* 36. *vers. sæpenumero contingit. n.* 43. *Castr. in l. addictos.* 7. *n.* 7. *C. de episcop. audient. Auendan. Auffr. Plaz.* & alij de quibus per *Caball. q* 563. *n.* 5. *&* 6. *Couar. pract. quæst. c.* 32. *n* 4. *vers. prima conclusio. Socin. in c. proposuisti. n.* 53. *de for. compet. Abb. in c. vnico. de oblig. ad ratiocin. late Farin.* qui de communi *q.* 8. *n.* 104. cum alijs per *Petr. Caball resolut. crimin. cas.* 108. *n.* 1. *& cas.* 147. *n.* 5.

Quod etiam dicimus de eo, qui antequam effe-23 ctus est Cardinalis commisit crimen † nam gaudebit quo ad cognitionem d. criminis priuilegio Cardinalibus concesso ex dispositione *tex.* 24 *in c. præsul.* 2. *q.* 5. † vbi contra Cardinalem Episcopum non sufficiunt minus quam 72. testes, si Cardinalis sit presbyter. 54. si vero sit diaconus. 17. prout in specie post longam disputationem concludit *Barbat. de præst. Cardin. quæst.* 11. *p.* 1. *per tot. tom.* 13. *p.* 2. *f.* 83. *Catell. Cott. in memor. in verb. laicus. in fin.* vbi dicit esse quæstionem memoria dignam ad limitationem *l.* 1. *ff. de pæn.* Licet *Archid.* contrarium sequatur, 25 vt in *d. c. præsul.* † cuius dispositio hodie non habet locum *Felin. in c. per tuas.* 7. *col.* 2. *ante med. vers. circa intellectum. de maiorit. & obed.* 26 vbi † quod dictum priuilegium tot testium tunc temporis fuit concessum propter nimiam insolentiam prauorum hominum, qui passim accusabant Cardinales, & Summum Pontificem vt eis amotis substituerentur in locum eorum cum alijs rationibus specialitatis, de quibus per *D. Thom.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 3. *Add. ad Rom. sing.* 207. *incip. item ad idem quæro.* vbi de cōmuni, quod *d. c. præsul.* non seruatur *Abb. in c. licet vniuersis. de testib. Dec. in c. at si clerici. in prin. in* 1. *notab. & ibi Bero. de iudic. Rom. in auth. similiter. special.* 34. *col. vlt. C. ad leg. Falcid.*

Idem est in Milite terrestris militiæ, contra quem non agetur de crimine commisso tempore, quo 27 erat paganus † coram primo iudice, sed coram secundo, post quam factus est miles *l. qui cum vno.* 4. *§. reus. de re milit. l. hos accusare.* 12. *in princ. & §.* 1. *de accusat. Oldrad. cons.* 4. *in princ. vers. & hoc manifeste apparet. late Caball. resolut. crimin.* 147. *n.* 1. *vsque ad n.* 10. Vnde multo magis hoc dicendum est in Milite celestis militiæ, tanquam digniore, & habente maius priuilegium, cum etiam superueniens dignitas soluat vinculum obligationis præcedentis *l. interdum. ff. de oper. libert.*

Et confert quod dicitur de confugiente ad ecclesiam, qui etiam pro crimine non potest inde 28 extrahi, † nec contra eum medio tempore criminaliter proceditur, nisi in quibusdam enormibus *l. præsenti. C. de his qui ad eccl. confug. §. sed neque hoc. auth. de mandat. prin.* ergo multo fortius dabitur hoc priuilegium, ei qui incorporatur collegio ecclesiastico *Barbat. de præstat. Cardinal. q.* 11. *n.* 4. *par.* 1. *tom.* 13. *par.* 2. *fol.* 84.

Amplius quamuis delinquens dolo, vel fraude suscepisset ordines ad declinandum forum Iu-29 dicis secularis, † tamen neque poterit ab eo puniri in persona, sed erit conueniendus coram ecclesiastico *Io. Andr. in c.* 1. *de oblig. ad ratiocin. n.* 10. *in fin. vers. puto quod. Salicet. in auth. statuimus. n.* 2. *in fin. vers. adde. C. de episc. & cleric. Bald. in l. officiales.* 18. *in fin. vers. tertius est casus. C. eod. & in l.* 1. *n.* 2. *in fin. C. an seruus ex suo facto post manumis. teneat. Plaz. in epit.* 30 *delictor. c.* 35. *n.* 3. † Quidquid aliud sit in bonis, aut in pœna pecuniaria, cuius respectu stante dicta fraude non liberabitur à iurisdictione seculari *Bart. in l.* 1. *in princ. col. vlt. n.* 3. *in fin. ff. de pœnis. Couar. pract. quæst. c.* 32. *n.* 4. *vers. tertia conclusio. Imol. cons.* 118. *&* 119. *Io. Vinc. Ann. sing.* 130. *Farinac. q.* 8. *n.* 107. *Caball. resolut. crimin. cas.* 108. *n.* 2. *Franc. decis.* 109. *n.* 1. *& decis.* 384. *in fin.* vbi ampliat quamuis esset præuenta causa post *Io. Guter.* per eum allegatum *pract.* 31 *quæst. c.* 5. † Prout dicimus in milite, qui dolo & fraude effectus est miles ad euitandum iudicium Rectoris, talis enim remanebit sub primo iudice nulla habita consideratione priuilegij militaris *l. hos accusare. in princ. vers. dum non retractandi causa. de accusat. l. si maritus. la seconda. §. legis. de adulter.* Ita vt totaliter remaneat sub iurisdictione primi Iudicis, quamuis in clerico sola persona eximatur vt per *Caball.*

Caball.resolut.crimin.cas.147.n.13.& 14.

Quamuis etiam illa distinctio, vt possit fieri executio in bonis, non sit ex omni parte tuta, † cum exempta persona clerici, non sit æquum eum molestari in rebus, & pecunia ab eo Iudice à quo fuit exemptus, ne per vnam viam concedatur, quod per aliam fuit denegatum, prout concludit *Io. Andr. in c.1. de obligat. ad ratiocin. per tex. in c. vnic. de cleric. coniug. in 6.*

32

Quæ quidem procedent non solum in clerico, sed etiam in Religioso, qui professionem emisit, qui quantum ad mundum est mortuus † *Bart. in l.1. col. vlt. in princ. vers. & quæ de clerico dicta sunt. de pœnis.* Immo etiam in eo, qui est intra annum professionis, talis enim quo ad hunc effectum dicitur persona ecclesiastica *Ias. in l. cum quadam puella. n.13. vers. & quod dicitur. de iurisd. omn. iudic. Decian. in prax. crimin. lib. 4. tom. 1. c. 9. n. 24. vers. vndecimo extende Marsil. sing. 534. attende ad vnum. in fin. Angel. in l. 1. ff. de pœnis. per tex. in l. statu liber. 14. ff. de quæstion.* dixi *decis. 35. & ibi in addit. n. 1.* Quid-quid † aliud sit in istis conuersis tertij ordinis, seu Becchetis, qui proprie non sunt personæ Ecclesiasticæ, & habent accidentalia sine subiecto, & ideo nihil valet habitus iste, quia est potius quædam apparentia in habitu quam essentia, aut realitas in effectu *Bald. in l. officiales. 18. in fin. C. de episc. & cleric. Marsil. sing. 534. in fin.*

33

34

Adde quod etiam laicus relegatus ad insulam ad aliquod tempus, si infra illud assumpsit ordines clericatus, & non seruauit exilium discedendo à loco relegationis, † non potest condemnari pœna non seruati exilij iuxta formam sententiæ Iudicis sæcularis, stante mutatione status, & fori, ac noua conditione personæ, & nouo delicto, & ideo quamuis talis clericus fuerit, debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, vt concludit *Franc. decis. 395. Valasc. consultat. 48.* per doctrinam à contrario sensu, de qua per *Alberic. in l. meminisse. col. 2. vers. quæro officialis. de offic. procons.* de qua etiam *Fab. Ann. consil. 40. col. vlt. vers. nec huic nostræ conclusioni. n. 12. vsque ad n. 18.*

35

Nec facit quod mutatio status post sententiam non mutet iurisdictionem prioris iudicis † *l. cum quadam puella. de iurisd. omn. iudic.* Vnde debebat durare iurisdictio primi Iudicis secularis, vt possit semper tueri suam sententiam, & contrauenientem punire, ne alias redderetur elusoria *c. quærenti. 27. de offic. deleg. & ibi Cardin. in fin. quæst. 7.* vbi quod non videtur adeptus possessionem, qui eam non potest retinere, quare si inquietetur victor in possessione, quam habuit à delegato, potest idem Iudex, quamuis functus fuerit officio suo, tueri suam sententiam, & facere, vt executioni iam factæ pareatur, quasi hoc non sit nouum factum, sed sequela facti.

36

Quia omisso quod secundum aliam opinionem dicitur sententia executa, quando aliquo tempore permansit, † vt per *Felin. in c. quærenti. in fin. vers. sed tu tene. de offic. delegat. per tex. in l. qui sic. de solut. post Bart. consil. 183. licet cœpit arbiter. n. 1.* † Et omisso quod super nouiter attentatis non habet iurisdictionem Iudex delegatus postquam sententiauit, nisi circa executionem intra annum, vt per *Abb. in d. c. quærenti. col. vlt. in princ. n. 6. vers. & intellige hanc distinctionem. de offic. deleg.* † Dummodo non mandetur iudici, vt in possessionem inducat, & defendat inductum, quo casu posset se intromittere etiam post datam possessionem, quasi talis sit conseruator, cuius officium durat *Gemin. in c. si cui nulla. 26. n. 3. vers. an ille possit perpetuo. de præben. in 6.*

37

38

39

Respondetur, Verius esse iudicem secularem non posse se intromittere pro defensione sententiæ suæ contra laicum effectum clericum, † cum persona talis clerici in totum per susceptionem ordinis Ecclesiastici eximatur ab eius iurisdictione, ita vt efficiatur omnino incapax; † Contraria enim procedunt, quando adijceretur forus, secus quando mutatur status, & forus, & datur incapacitas iudicantis, vt per *Oldrad. consil. 4. in princ.* cum inter ista sit differentia *l. senatores. ff. de senator. l. si cura. §. item si seruus. de exercit. action.* Aliud autem est in iudice ecclesiastico, † qui tanquam capax iurisdictionis in laicos poterit clericum relegatum postea effectum laicum punire, si frangat relegationem, quasi tunc mutatio fori post sententiam non mutet prioris iudicis iurisdictionem, vt dictum est, si enim ecclesiasticus potest punire clericum effectum laicum post clericatum *Bald. in l. affinitatis. C. commun. de success. cum alijs supra allegatis.* multo magis poterit astringere eundem clericum effectum laicum ad obseruandam pœnam contra eum inflictam *Gram. decis. 10. Franc. decis. 396. Aluar. Valasc. consul. 48. tom. 1.*

40

41

42

Quæ autem dicta sunt de laico effecto clerico, vt non possit puniri per secularem pro delictis ante clericatum commissis, limitantur in fideiussore, contra quem poterit procedi per Iudicem secularem ad pœnam promissam, neque enim talis cognitio spectabit ad Ecclesiasticum, cui principalis clericus suppositus est, cum non gaudeat priuilegio fori ecclesiastici ex persona eius, pro quo fideiussit, quasi hoc sit personale priuilegium rei, quod non extenditur ad fideiussorem, cum etiam exceptio declinatoria competens principali non detur fideiussori, aut cessionario *l. si reus. ff. iudic. solu. l. sed & si restituatur. §. 1. ff. de iudic.* Neque enim ex hoc obligatur in duriorem causam, sed solum dicitur esse magis idoneus ob facilitatem conueniendi, prout in specie concludit *Bald. in l. vnic. in fin. n. 10. vers. extra quæritur. C. de priuil. dot. post Speculat. de compet. iud. adit. §. regulariter. vers. sed pone clericus. Guid. Pap. q. 563. verb. officialis. in fin. n. 5. Affl. decis. 206. in primo dubio. & ibi Vrsill. n. 1. Rom. sing. 633. nunquid fideiussor.* Vbi dicit mirari, quod de hoc quæratur, cum exceptio ista insit personæ clerici, sequitur

tur ibidem *Addit.* & allegat etiam *Io. de Arno. problem.79.late Marsil.in rubr. de fideiussor.q. 42.in fin.vers.sed modo opere pretium est quaerere.n.311.Cagnol.in l.venditor.n.10. ff.de iudic.* Quidquid alias quando eodem tempore clericus,& laicus simul obligarentur, deberent ambo conueniri coram Iudice Ecclesiastico, quasi clericalis ordo sit tantæ dignitatis, & potentiæ, vt non solum faciat priuilegiatũ in pluribus ipsum clericũ,sed etiam laicum concurrentẽ cum eo,vt in specie concludit *Marsil. in rubr. de fideiussor.n.130. vsque ad n.133. q. 12. vers. quinimmo dico vnum quod est fortius. post Bart. in l.praecipimus.§.eadem obseruando.n.2. C.de appellat.* vbi *Paris. in verb. hoc dico.* alia similia adducit, licet *Idem Bart.* dubitet in *l solent. 3. col.2.post princ.n.14. vers. quaero quid si haeredes sunt diuersi fori ff. de alim. & cibar.legat.* Vbi ponit quæstionẽ, quando vnus hæredum est clericus, alter laicus an coram ecclesiastico,vel seculari agi debeat ad præstanda alimenta,de qua quæstione dicã infra in *cap.particulari*,& multa quando ratione communionis laicus gaudeat priuilegio clerici *Marsil.sing.180. Bald.in l.gallus.§.ille casus.col.vlt.post princ. vers.sed pone sunt duo iudices.de lib.& posthum.Surd.de alim. tit.9.q.14.n.1.& 2.& tit.3.q.9.n.22.* vbi multis similibus comprobat,prout de restitutione concessa minori, quæ competit maiori *Bart. in l. 1. n.6.C.si in commun. eademque causa Rom.cons. 195.n.5.Ruin.cons.77.n.4.lib.4.*

EPITOME.

SCiens se posse compelli ad aliquid faciendum an dicatur compulsus facere, si illud sponte faciat. ¶ Emptor an agat de euictione, si de re empta fecerit compromissum, & per sententiam Arbitri res euincatur, Et quid in coacto ad compromittendum tam per statutum, quam per Iudicem. ¶ Testis omittens allegare exceptionem sibi competentem an dicatur sponte deponere, & quid in fideiussore, qui soluit tam vsuras, quam sortem an repetat solutum, & habeat actionem mandati contra principalem. ¶ Compromissum faciendum vigore statuti quando dicatur necessarium, seu voluntarium, & liget ad compromittendum existentes extra territorium. ¶ Appellatio an sit necessaria, vt quis dicatur coactus facere compromissum, si allegetur exceptio, & per Iudicem non sit admissa. ¶ Euictioni an sit locus,si fuit delatum iuramentum, & an illud possit per emptorem recusari. ¶ Debitor allegans suum creditorem minorem, si compulsus sit per Iudicem ad solutionem eidem faciendam sine curatoribus an excusetur, vel debeat appellare. ¶ Emphyteusis si alienetur vigore motus proprij Gregorij Papæ XIII, an inducatur aliqua deuolutio non requisito Domino. ¶ Et an ex tali alienatione debeatur laudemium.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non potest agere de euictione si de re empta fecerit compromissum, & per sententiam arbitri res fuerit euicta. Etiam quod compromissum esset factum solum de iure n.2. Et de ratione.n.3.*

4 *Euictio habet locum si emptor fuit coactus ad compromittendum vigore statuti. Declara dummodo non sit factum post tempus à statuto praefixum n. 8. Quid si iudex cogeret partes ad compromittendum n. 5. & 6. Et quid si in instrumento sit promissum de euictione quomodocunque res euincatur n.7.& 43.*

9 *Coactus ad compromittendum quid facere debeat, vt euictio debeatur. n.10.11.& 19.*

12 *Sciens se posse compelli ad aliquid faciendum; quamuis spõte faciat,dicitur compulsus facere. Et laudandus est n.16.Intellige vt n.17. & 18.*

13 *Paria sunt coacte facere, vel metu coactionis.*

14 *Soluere inuitus dicitur sciens se posse cogi.*

15 *Metus statuti dicitur iustus timor ad hoc vt quis dicatur inuitus facere.*

20 *Compromissum vt intelligatur factum ex forma statuti, debet de forma requisita constare.*

21 *Sponte dicitur facere, qui non opposuit exceptionem sibi competentem, licet fuerit citatus, & requisitus.*

22 *Testis deponens, & non allegans exceptionem quam habet, dicitur volens deponere.*

23 *Consentire videtur,qui non allegat priuilegium.*

24 *Coactus ad compromissum faciendum dicitur voluntarie compromittere, si omittat allegare excusationem, quam habet.*

25 *Fideiussor qui soluit non oppositis exceptionibus quae sibi competunt ex persona sua, vel principalis debitoris, non repetit solutum, nec habet actionem mandati. Declara vt n.26.& 27.*

28 *Fideiussor soluendo vsuras foeneratori non excusabitur,si non opponat exceptionem vsurariae prauitatis,nec illas repetet,quamuis denunciauerit debitori litem sibi motam. Limita vt n.29.*

30 *Paria sunt quod aliquid de iure valeat,vel quod praecludatur via opponendi.*

31 *Appellatio non est necessaria, vt quis dicatur coactus facere compromissum, si allegaretur exceptio, & per iudicem non fuisset admissa. Intellige vt n.35.*

32 *Debitor allegans suum creditorem minorem si compulsus sit per iudicem ad solutionem eidem faciendam sine curatoribus, excusatur,& an sit appellandum. n.34.*

33 *Voluntas coacta excusat.*

36 *Compromissum quando dicatur necessarium.*

37 *Statutum quod debeat fieri compromissum in dubio intelligitur si fuerit petitum.*

38 *Compromissum factum extra locum suae ciuitatis quando dici possit volũtarium, & arctet ad compromittẽdum existentes extra territorium.*

39 *Euictioni non est locus quando fuit delatum iuramentum. Et potest emptor hoc iusiurandum recusare n.41. & an procedat in compromisso necessario n.42.*

40 *Embphyteuta non defert valide iuramentum sine consensu domini.*

44 *Clausulę generales satis est quod aliquem effectum tribuant, nec est opus illas extendere in praeiudicium contrahentium.*

45 *Emphyteusis si alienetur vigore motus proprij Gregorij XIII. non inducitur aliqua deuolutio, quamuis non fuerit requisitus consensus domini. Secus si venditio fuerit facta ex necessitate aeris alieni. n. 47.*

46 *Laudemium non debetur ex alienatione facta vigore Bullę* Gregorij XIII. *de Iure congrui.*

CAPVT CCXXVII.

EMptor si super lite sibi mota de re empta fecerit compromissum, & per sententiam arbitri fuerit ei res euicta, non potest agere de 1 euictione † *l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euiction. Glos. in c. fin. de empt. & vendit. Alex. cons. 4. viso processu. n. 2. lib. 3. Rimin. Sen. cons. 93. col. 4. in princ. vers. sed fortius. n. 16. lib. 1. Roman. sing. 468. emptor succumbens. Cremens. sing. 31. tu scis quod si emptori. & sing. 115. tu scis quod si compromisit. Surd. cons. 452. n. 29. lib. 3. Ias. in l. si domus. §. de euictione. n. 12. col. 2. in 2 fin. de leg. 1.* † Quamuis compromissum esset factum solum de iure *Butr. in c. vlt. in fin. vers. posset tamen esse dubium. n. 8. in fin. de euiction. & ibi Ant Burg. n. 15. vers. facit quod hic dicit.* 3 Quasi † illa sententia non possit rescindi per appellationem, vt per *Anan. in d. c. fin. n. 13. col. 3. in princ. vers. pone etiam quod fuit.* late *Add. ad Bart. in l. societatem. 77. §. arbitrorum, in verb. dictum est ff pro soc.* Cum respectu euictionis aequipararetur talis compromissarius Iudici incompetenti, à quo si declaretur euictio, emptor non habeat regressum de ea contra venditorem *Menoch. cons. 361. n. 2. lib. 4.*

Istud tamen dicebatur non habere locum in casu mihi proposito, quia emptor fuit coactus ad 4 compromittendum vigore statuti, † quod operabitur, vt tamquam compromissum factum, ex necessitate habeat vim, vt sit commissa stipulatio de euictione *Bald. in l. vlt. in 7. notab. n. 3. C. de iudic. Cardin. in c. fin. q. 4. de empt. & vendit. & ibi Imol. col. 3. ad med. n. 7. Gaball. de euiction. §. 5. n. 17. vers. secundo vt non procedat. Lanfranc. in c. quoniam contra. in verb. recusationes. n. 18. de probation.* Quasi isti arbitri potius habeant vim iudicum delegatorum; quam arbitrorum propter iurisdictionem, quam obtinent *Bart. in l. vlt. in 2. notab. C. de iud. Ias. in l. si conuenerit. de re iudic. Socin. cons. 27. col. 4. lib. 1.* late *Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 56. n. 33. vsque ad n. 44.*

Idem esset quando iudex cogeret partes ad compromittendum, cum videt causam non posse 5 terminari, vel quia diu fuit litigatum, † nam etiam hoc casu debebitur euictio, cum simus in compromisso necessario, ex quo datur etiam iurisdictio istis arbitris, tamquam veris iudicibus *Caputaq. decis. 166. p. 1.* Quamuis enim eligantur de voluntate partium, tamen attenditur magis iussus iudicis, qui dat illis iurisdictionem *Paris. ad Bart. in l. fin. in verb. eligendos. C. de iudic. post Ang. in l. arbitro. n. 8. vers. vltimo intelligendo. ff. qui satisd. cogant. & cons. 192. quaeritur an de iure. in fin. n. 3. vers. illud* 6 *tamen.* † Et ratio est quia licet adsit consensus partium in arbitro dato à iudice, nihilominus non potest negari, quod non detur aliqua coactio saltem reuerentialis *l. si quis maior. ibi. nullo cogente imperio. C. de transact. §. fin. instit. de rer. qualit. & differ. l. gerit. de acquir. haeredit. Blanc. de compromis. q. 10. n. 5. ad med. vers. & ratio.* Silentium enim propter reuerentiam potius reputatur contradictio, quam consensus *Bald. in l. 1. n. 12. in fin. C. de bon. matern.* Cum etiam propter talem coactionem, & auctoritatem Iudicis detur actio ex isto arbitrio, & per consequens poterit appellari *Aret. in l. ex consensu. ff. de appellat. per text. in l. 2. C. de fruct. & lit. expens. & in l. arbitro. qui satisd. cogant.*

Quod magis suadebatur, quia in instrumento venditionis fuit conuentum, quod venditor promisit de euictione quomodocumque & qualiter-7 cumque res euincatur, † tunc enim tenebitur de euictione, quamuis per arbitros fuerit sententiatum *Alex. cons. 4. n. 2. lib. 3. post Ias. in l. cum poena. ff. de arbitr. Gozadin. cons. 1. n. 19. col. 4. in fin. vers. sexto vt dictum est. Imol. in l. si domus. 74. §. de euictione. in prin. n. 2. de legat. 1. & ibi Bald. n. 1. vers. & ideo ex sententia arbitri. Curt. Iun. cons. 1. n. 2. vers. & in istis locis ad-[illegible] cunt. lib. 1. Blanc. de compromis. q. 9. n. 95.*

Praedictis tamen non obstantibus Dixi non esse recedendum à conclusione superius firmata, quod non debeatur euictio, quamuis enim simus in compromisso, quod praesupponitur fuisse necessarium vigore statuti mandantis huiusmodi 8 causas compromitti, † tamen compromissum fuit factum post tempus à statuto praefixum, vnde quia in tempore non fuit petitum, dicitur compromissum voluntarium, non necessarium *Alciat. in l. si quis maior. n. 30. vers. idem dicendum. col. 5. ad med. C. de transact. & ibi Bertazol. n. 310.* Prout etiam quando essemus in casu claro, & liquido, vel vbi fingeretur lis, aut aliquid simile, quia in his casibus nulla potest esse coactio *Bart. in l. post rem. ff. de transf. Ang. in l. cum hi. §. si cum lis. ante med. n. 3. vers. nota quod lis ficta. ff. eod. tit.* Quia si tunc lex resistat potentiae transigendi, & compromittendi *Ias. ibid. in fin. n. 3.*

Secundo quia compromissum de quo agimus fuit factum absque alia citatione venditoris, non enim sufficit quem cogi ad compromittendum, † cum etiam requiratur, quod compulsus 9 prius citet auctorem suum, vt intelligat, in quem compromittat, alias non haberet regressum de euictione, magna enim est vis in eligendo arbitros, cum in eis pendeat totus status

quae-

quæstionis, ita in terminis concludit Bald. in l. 1. col. 2. in fin. n. 7. C. de peric. & comm. rei vend. & in l. si dictum. 56. §. si compromisero. in princ. vers. credo tamen quod in isto casu ff. de euict. vbi quod hoc interest venditori, ne quis suspectus in arbitrum eligatur argumento §. & quod sæpe. auth. de trient. & semis. sequitur Felin. in c. quamuis. 25. col. antepenult. in princ. n. 13. vers. cogitabam. de re iudic. Anton. Burg. in c. vlt. col. 8. in fin. vers. & isto casu venditor citari. de empt. & vendit.

Tertio non sufficit compromissum esse necessarium tanquam factum ex forma statuti, cum etiam opus sit, vt constet in actis, quod iudice cogente fuit deuentum ad tale compromissum, 10 quasi † actus dicatur sponte gestus, antequam quis compellatur, licèt ad illud posset compelli, prout in specie declarat Salic. in l. vlt. in fin. n. 4. vers. hæc non displicent mihi. C. de iudic. & sequitur ibi Ias. col. 2. post med. vers. & ex hoc infert. n. 6. vbi quod est multum notandum tanquam singulare Idem Ias. cons. 12. allegata. col. 3. ante med. n. 5. vers. nec huic fundamento. lib. 1. Io. Franc. de sancto Nazar. in c. 11 cum m. ferrariensis. n. 181. de constitut. † Prout etiam dicimus, quod debet apparere, vt emptor habuerit necesse restituere domum, seu rem emptam vigore sententiæ, seu arbitramenti desuper lati, quasi non sufficiat simplex restitutio ad hoc, vt possit agi de euictione Alex. cons. 4. col. penul. in princ. vers. nam posito quod istud. n. 2. lib. 3. Vnde etiam in hoc casu requiritur partes deuenisse ad compromissum propter illam necessitatem causatam à statuto, nam aliàs talis necessitas non operabitur Add. ad Bart. in l. si quis maior. in verb. imperio. in fin. vers. dicit etiam. C. de transact. & ibi Alexan. in princ. n. 2. vers. quod signanter limitauit. Idem Alexan. in l. 1. col. penult. post princ. n. 49. in fin. vers. aut quod compromittatur. ff. solut. matrim. Felin. in c. vlt. in fin. vers. quæ omnia limita notanter. de sent. & re iudic.

Non obstat, quod sciens se posse compelli ad aliquid faciendum dicatur illud facere compul- 12 sus, † quamuis actum sponte faciat † l. nouissime. 7. ff. quod fals. tut. auctor. gest. esse dicat. & 13 ibi Bald. in princ. multa similia adducit, † quod paria sint facere coacte, vel metu coactionis; Prout dicimus de eo, qui soluit nulla coactione adhibita, dicitur enim inuitus soluere, si scie- 14 bat se posse cogi † Io. Andr. in c. bona fides. in princ. de regul. iur. in 6. Abb. cons. 60. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 25. pro tenui facultate mea. col. 3. in princ. vers. & idem in ista quæstione. post Bart. in l. creditor. vers. tertio quæro. ff. de so- 15 lution. † Vnde metus statuti dicitur iustus timor, ad hoc vt quis dicatur inuitus facere, etiam si ab eo non petatur, vt multis similibus comprobat Felin. in c. cum m. ferrariensis. 5. col. 13. post med. vers. pro hoc facit etiam. n. 21. de constit. Et ita in specie statuti, de quo agimus concludit Anchar. cons. 159. rationes quæ superius. col. 3. in princ. vers. quarto hoc pro- 16 bo. † vbi quod potius est laudandus, qui facit de necessitate virtutem, & spontè compromittit, postquam legis municipalis ordinatio compulsiua præcessit; Quod etiam sequitur Socin. cons. 263. capio primum consultationis. col. 6. in fin. n. 10. vers. confirmantur præmissa ad hoc vt præsumatur. lib. 2. Aret. cons. 24. quatuor dubia. col. penult. in princ. n. 9. vers. prætera ad hoc vt ille. Bertazzol. in l. si quis maior. n. 303. C. de transact. & in terminis euictionis ita notat Blanc. de compromiss. q. 9. n. 93. Caball. de euiction. §. 5. n. 17. ad med. vers. admonet.

Quia respondetur prædicta procedere in his, quæ de sui natura non solent fieri, nisi à coacto, se- 17 cus † in compromisso, quod etiam à non coacto fieri solet, prout respondet Felin. in c. vlt. in fin. vers. non obstat licet ipse. de re iudic. sequitur Bertazzol. in repet. l. si quis maior. n. 303. q. 21. vers. & maxime quia ad supra allegata. C. de transact. Io. Franc. de Sanct. Nazar. in c. cum m. ferrariensis. n. 181. de constitut.

Huiusmodi tamen responsio non videtur vsquequaque tuta. Etenim l. nouissime. ff. quo fals. tut. auctor. & alia iura, quæ æquiparant compulsum, & metuentem compelli non loquuntur tantum in his, quæ non solent fieri, nisi à coa- 18 cto, † cum interuentus tutoris etiam falsi possit fieri à volente, & compulso, prout quoque alienatio est de his, quæ voluntarie solent fieri, & non à coacto, & tamen præsumitur necessaria, si præcessit necessitas, Quemadmodum etiam solutio cum similibus, de quibus per Blanc. de compromiss. q. 1. n. 18. in fin. vers. ad responsionem supra datam.

Præterea videtur esse magis tuta opinio, quod sufficiat fuisse factum compromissum vigore statuti, quamuis compulsio non interuenerit, 19 & in actis de ea non appareat, † quidquid Salic. Alexan. & alij supra allegati aliter sentiant, prout concludit Bartol. in l. si quis maior. n. 2. vers. secundo habes hic. C. de transact. vbi requirit necessitatem, & formam statuti, vel præceptum Iudicis, & sic alternatiuè considerat actionem, & sequitur ibidem Aret. n. 1. in fin. in 3. notab. Idem multis similibus comprobans voluit Bald. cons. 351. ioannes & federicus fratres. col. 3. post med. n. 8. in 2. dub. lib. 5. Io. Crot. in l. nemo potest. col. 23. n. 40. de legat. 1. & ibi Io. Hanib. col. 67. n. 658. Iacob. de S. Georg. in d. l. si quis maior. in 4. notab. & ibi Riminald. in 3. notab. Curt. Sen. col. 3. & Curt. Iun. col. 2. post med. in 2. requisito. vers. in iudicando non est recedendum. n. 8. & de magis vera, & communi opinione testatur Blanc. de compromiss. q. 1. n. 18. vers. contrarium quod compulsio. & vers. & vt dixi hæc opinio. late Dec. in c. cum m. ferrariensis. col. 2. ad med. vers. sed contra istud dictum faciunt. n. 34. de constitut.

Tutius igitur respondetur, quod in casu, de quo agimus, non fuit seruata forma statuti mandantis compromissum fieri,† Vnde ad hoc, vt compromittentes dicerentur ex necessitate statuti compromisisse, debebat de forma requisita constare; tunc enim non est necesse probare coactionem, quando simpliciter mandaretur fieri compromissum, cum semper in dubio videantur partes habere respectum ad statutum loci, & tanquam obligati illud facere velle: Aliud quando daretur aliqua forma, nam tunc si extra illam fiat, dicetur compromissum voluntarium, non necessarium prout in specie declarat *Rimin. in l. si quis maior. in 3. notab. C. de transact.* Quemadmodum etiam quando constaret, quod omnino partes sponte absque statuto compromittere voluissent, vt concludit *Dec. in c. cum m. ferrariensis. col. antepenult. ad med. vers. vel secundo dictum. n. 34. in fin. de constitut.*

Forma autem non fuit seruata, quia prius secundum statutum debebant opponi exceptiones, de quibus in eodem statuto. Vnde non potest dici compromissum necessarium, prout dicimus de emptore, † qui licèt fuerit citatus, & nominatim requisitus, Tamen dicetur spontanea voluntate iudicium suscipere, ex eo quod non opposuit exceptionem, quæ sibi competebat *Dec. in l. 2. per illum tex. in 2. notab. n. 4. C. de pact. Add. ad eundem Dec. in c. cum m. ferrariensis. in verb. spontanea. n. 53. de constit.*

Quod † etiam dicimus de teste, qui deposuit non allegando exceptionem, quam habebat, tunc enim dicitur volens deponere *Bald. in l. libertorum 11. in princ. & ibi Salic. n. 4. C. de testib.* argumento *l. si filius. ff. ad macedon. Iacob. de Beluis. in §. penult. auth. de testib. Aret. cons. 24. col. penult. n. 9. vers. pro quo optime faciunt. Bald. in l. parentes. 5. in fin. vers. sed non ne testis. & ibi etiam Salic. n. 3. col. 1. in fin.* vbi de communi *C. de testib.* † Quasi non allegans priuilegium videatur consentire *l. 2. post princ. de iudic. l. voluntarie. de excusat. tutor. l. ciues & incolæ. de appellat.* † Et de coacto ad compromittendum, quod dicatur voluntariè compromittere, si habeat aliquam excusationem, & omittat illam allegare concludit *Curt. Iun. in l. si quis maior. n. 8. vers. & contra hanc fallentiam. C. de transact.* vbi quod est multum notandum.

Vnde etiam fideiussor, qui soluit non oppositis exceptionibus, quæ sibi competunt ex persona sua, vel principalis debitoris non potest solutum repetere, † neque habet actionem mandati aduersus debitorem, pro quo fideiussit *l. si fideiussor. 29. in princ. ff. mand. Abb. cons. 82. in fin. n. 11. lib. 1.* † Dummodo tamen sciat factum, ex quo exceptio nascitur, & illud possit probare, nam si ignorauit excusatur, quamuis aliud sit in ignorantia iuris *Alex. cons. 57. quoniam in quæstione. in princ. lib. 1.* sequitur *Rot. coram R. P. D. Robusterio Aquilana releuationis indemnitatis. 28. iunij. 1577.* de qua per *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 16. tit. 15. n. 2. & 3.* † Quod locum habet etiam si à debitore principali certior factus non fuerit, dummodo aliunde sciuerit *Idem Cardin. Mantic. d. lib. 16. tit. 22. n. 34.* ex auctoritate *d. decisionis in eadem causa Aquilana releuationis indemnitatis.* Quasi tunc indebitam pecuniam soluat *l. indebitam. ff. de condict. indeb.* † Quare etiam soluendo vsuras fœneratori non excusabitur, si non opponat exceptionem vsurariæ prauitatis, & illas non repetet, quamuis fideiussor denunciauerit debitori litem sibi motam super dictis vsuris, quia cum istam habeat exceptionem ex persona sua debet opponere, si non iurauit soluere *Alexan. cons. 57. in princip. vers. & hoc quia præsupponitur. & vers. & non videtur executus. lib. 1.* † Quidquid aliud sit, quando talis exceptio vsurarum non admitteretur in loco, tunc enim non imputabitur fideiussori, si non opponat, licet enim hoc de iure non valeat sufficit ad illum excusandum, vt seruetur de facto, & perinde est ac si de iure fuisset coactus soluere *Dec. cons. 487. in quæstione proposita. n. 2. post Bart. in l. 1. col. 1. post med. vers. item potest intelligi in statutis inualidis. n. 2. ff. quod quisque iur. in alter. statuer. Ruin. cons. 196. n. 2. lib. 1. Alber. Alex. Butr. Cardin.* & alij per *Syluestr. Aldobrand. consil. 75. n. 4.* † Quasi paria sint, quod aliquid de iure valeat, vel quod præcludatur via opponendi *Glos. in l. qui habebat. 34. in verb. consilium. in fin. ff. de manumis. testamen. Alexan. consil. 8. & aduerte. col. 2. in princ. vers. denique dato. n. 2. lib. 6.*

Verum si allegaretur exceptio, & non fuisset per Iudicem admissa, non posset opus appellare ad effectum, vt quis non dicatur coactus facere compromissum † cum reuerentia Iudicis absque eo, quod potuerit appellare, & non appellauit, dicatur satis iusta coactio, prout in terminis concludit *Aret. consil. 24. col. penult. ante med. vers. amplius dixit. n. 10. per tex. in l. ait prætor. 7. post princ. vers. permittitur de minor.* vbi † de eo, qui allegat suum creditorem minorem, & compulsus fit per iudicem ad solutionem eidem faciendam sine curatoribus, quod nihil est ei imputandum, quasi iussus iudicis excuset, & faciat licitum, quod aliàs esset illicitum *l. si quis quasi. ad syllanian.* cum multis similibus adductis per *Glos. in d. l. ait prætor. §. permittitur. in verb. imputandum. de minor.* vbi etiam, † quod coacta voluntas excusatur *l. si seruus. C. de sepulchr. violat. l. fœdissimam. C. de adulter. l. velle. ff. de regul. iur.* Quasi calor iudicij excludat restitutionem, quod quando habeat locum late *Bald. de restitut. in integr. in verb. læsis. n. 81.*

Nec aduersatur, quod immo sit necessaria appellatio secundum *Angel. in l. 2. in fin. vers. quia in hac materia. n. 11. ff. de appellat.* reci-

34 *recipiend.*† vbi distinguit, quod quando debitor certo scit creditorem esse minorem, non debet parere iudici mandanti illi solui absque curatoribus, sed tenetur prouocare ad superiorem, quidquid aliud sit, quando ignorabat ætatem creditoris quam distinctionem tanquam singularem sequitur *Gregor. Lopez. in l.4.tit.14.p.5. in verb.mandamiento.*

Nam verius est obtemperandum esse iudici quando ex certa scientia præcipit, vt minori soluatur debitum, † cum sit credendum illum ex iusta causa hoc præcipere, ideo non est attendenda scientia debitoris, an creditor sit minor nec ne, & per consequens non erit necessaria appellatio, intelligendo tamen, vt non sufficiat quando simpliciter Iudex præciperet solui minori, cum etiam requiratur, vt præceptum sit expressum & expressa compulsio ad hoc, vt debitor plene liberetur, præuia per eum exceptione, proposita, quod creditor sit minor, & solutionis incapax, ad tollendam collusionem, quæ posset fieri cum minoribus, si absque certioratione minoris ætatis similia præcepta simpliciter fierent, prout contra *Ang.* esse veriorem opinionem testatur *Cald. de restit.in integr.in verb.læsis n.65. vsque ad n.68.* vbi ita declarat *l. sancimus.C.de administr.tut. & l. ait prætor.§.permittitur. de minor.* de quibus etiam *Castr. in l.1.n.3. C.si aduers. solut. Corn.consi.72.n.9.lib.3. Maurit. de restit.in integr. c.178. Doctor.in §.penult.instit.quib.alien.licet vel non.*

35

Vlterius facit, quia quando iussus est ita præcisus, vt ei non possit à partibus renunciari, tunc non est dubium, quod compromissum dicitur necessarium, † & partes metu legis censentur compromisisse, quasi illud non sponte factum sit, ad quod quis potest cogi *l.4. de reg. iur. l.2. C.de transact.l.titia.in fin. ad leg. falcid.* Aliud est, quando eidem legi poterat renunciari, tunc enim secus esset, quia non videtur quidquam factum metu illius *Bart.in l.huiusmodi.§.cum pater. de legat.1.* Et ita in specie concludit *Alciat. in l.si quis maior.n.27.& 28. vers. sane quoties. C.de transact.* & sequitur *ibi Bertazol. n.304.* Vnde si statutum iubeat solum compromitti, casu quo altera partium petierit, non potest dici adesse aliquam coactionem respectu eius, qui petijt, nisi quando appareret hoc ab eo factum, vt alterum præoccuparet, cum sufficiat, quod verisimiliter dubitauerit cogi posse *Glos. in l. nouissimam. ff. quod fals. tut. auctor.* & declarat *Aleiat. in d. l. si quis maior. n.29.*

36

37 Et † in dubio debet fieri interpretatio, vt similia statuta locum habeant, si compromissum fuerit petitum *Alex. consi.82. in causa vertente, col.penult.post princ.vers. tertio statutum prædictum.n.4 ad med.lib.1.* Vbi etiam, quod talis petitio debet produci parte citata, aut præsente, ad hoc vt ex tali petitione paretur præiudicium aduersario *Bald. in l.si ea. in fin.C. qui accus. non poss.*

Quarto. Compromissum de quo agimus fuit voluntarium, & non ex necessitate statuti, cum fuerit factum extra locum suæ ciuitatis, † quo casu non potest arctare ad compromittendum eos, qui existunt extra dictum locum, quamuis res in litem deductæ essent sitæ in territorio, vbi statutum vigebat, prout in puncto concludit *Ias.consi.11.col.3. post med.vers.sed quid fortius quod illud compromissum fuerit. n.5. lib.1. post Imol.in c. fane.3. de for.compet. vbi Felin.in fin. vers.ex dicto. Marian. Socin.col. penult. in fin. vers. & ex prædictis infertur.n.12. declarat.14.* quem sequitur *Bartholom. Socin. consi.73. circa præsentem consultationem.in fin. vers. & ex hoc infert. lib.4. Alex. ad Bart. in l. non distinguemus §.de liberali.in verb.porrigitur.de arbitr. Lanfranc.eod.tit.q.42.vers.quæro Blanc.de compromiss.q.3.n.46. vers.limita prædictam conclusionem.*

38

Quinto vltra compromissum fuit etiam delatum iuramentum, quo casu non est locus euictioni

39 *Corset.*† *sing.115.tu scis.n.1.Burg.in c fin.n.14. vers.adde & secundo.de empt.& vendit.* Cum prohibitus alienare, aut de re aliqua libere disponere non possit super ea iusiurandum deferre *Ias.in l.2.col.31.in fin.vers.vndecimo quæro. n.123. C. de iur. emphyt.* Cum etiam iuramentum, & transactio æquiparentur *l.2. de iur.iur.* Vnde quemadmodum non potest emptor transigere, neque poterit dictum iuramentum de-

40 ferre, † ideo nec emphyteuta illud valide defert sine consensu domini *Gul. de Cun. in l. iusiurandum quod ex conuentione.17.§.1 ff.de iur. iur.* Et de veriori opinione contra *Roman.* testatur *Ias.in d.l.2.n.123.Franc.Marc.decis.586.*

41 *in fin.p.1.* † Immo emptor potest recusare hoc iuramentum sibi delatum, ne perdat actionem de euictione contra principalem auctorem suum; Quia si lis decideretur per iuramentum non esset danda dicta actio *Ias.in §. item si quis postulante. n.84.col.16. ad med.vers.quæ autem sint iustæ causæ. instit. de action. post Ang. ibid. col.penul.in fin. vers. & quæ sint illæ causæ recusationis.n.10.* quod prius voluit *Bar.in l.manifestæ.38. in fin.vers. & ideo puto. n. 6. & ibi Alex.col.2.in princ.vers.vel tu potes sustinere. n. 4.ante med.de iur.iurand.*

Quando tamen esset locus compromisso necessario, admitteretur per arbitros dictum iuramen-

42 tum, † cum sit remedium expediendarum litium *l.1.ff.de iur.iur.* & cum hoc spectet ad Iudicem, ergo etiam ad arbitrum statutarium, qui habet iurisdictionem *Blanc. de compromiss. q. 8. n.18. & 19.* Vbi etiam quod idem erit in arbitris voluntarijs, cum delatio iuramenti non sit iurisdictionalis, sed solum respiciat veritatem facti, & quemadmodum datur testi, ita etiam dabitur parti, ad hoc vt veritas habeatur, cum istud sit assumere probationem facti *l.2.C.de edend.* Vltra quod etiam arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum *l. 1. de arbitr. Surd.consi.472.n.22.lib.4.* de cuius tamen quæstionis veritate *Mandos. ad lap.allegat.77. tabellio publicus. in fin. in verb. iuramento. Ioan. Bapt.de Sanct.Blas.de arbitr.q.49. & 66.tom.3.*

p.1.fol.303. Caccialup. & alij in l. admonendi. de iur. iur.

Non obstant, quæ supra adducta sunt de clausulis quomodocunque & qualitercunque, quæ operantur, vt euictio debeatur, quamuis per arbi-43 trum fuerit iudicatum † *Alex. cons.4.n.2.lib.2.* Quia nõ ita de facili tribui debet tanta vis istis clausulis, quod statim ex illis condemnandus sit venditor de euictione in omnibus casibus, in quibus alioquin minime damnaretur, si illę non apponerentur; Nam etiam clausulæ, & dictiones vniuersales limitantur secundum naturam actus, cui attribuuntur *l. emancipati. de adopt. Bald. cons.67. quia ex facto. col.2. vers. nec obstat si dicatur. Cott. in memorabil. in verb. quandocunque. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.7. n.26. in fin. vers. nam hæ dictiones. & n.27.*
44 *vers. & idem voluit.* † Cum satis sit has clausulas generales aliquem effectum tribuere, neque enim opus est adeo illas extendere, vt iuri, & consensui contrahentium præiudicium fiat, prout in specie euictionis, ita concludit *Couar. lib.3. var. resolut. c.17. n.7. ad med. vers. & præter hæc non ita facile.*

Minus obstant alia, quæ opponuntur, Quia debent intelligi in actibus necessarijs, in quibus nulla voluntas compromittentium consideratur, vn-45 de † neque ex alienatione facta per emphyteutam vigore motus proprij sanctæ memoriæ Gregor. XIII. inducitur aliqua deuolutio, quamuis non fuerit requisitus consensus Domini, cum dicatur actus necessarius, qui non comprehenditur in statutis loquentibus de alienationibus, vt est decisio *Rot. coram R.P.D. Orano Romana domus. 11. decembris 1587. & 22. iunij 1588. & 13. maij 1595.* quam refert, & sequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.22. tit.18. n.30.* & prius voluit *Rot. coram Card. Lancellotto Romana deuolutionis palatij. 23. octobris. 1573. late Affl. decis. 191. n.1. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.14. n.10.*
46 vbi † etiam quod ex tali alienatione non debentur laudemia, neque alia quæ in veris alienationibus veniunt, Dummodo tamen similes alienationes non fiant à Iudice præcedente facto debitoris, Nam tunc factum Iudicis haberetur pro facto partis, & diceretur alienatio voluntaria, debet enim esse causa vetusta, non procedens ab ipso debitore, seu emphyteuta, vt declarat *Vrsill. ad Affl. decis. 191. n.1. Tiraq. d. §.1. glos.14. n.14. vsque ad n.17. Bald. consil. 301. in fin. lib.1. Aret. in l. in duobus. §. vbi duo. in fin. ff. de duob. reis.* Vnde si venditio fuit facta ex necessitate æris alieni contracti per emphyteutam, dominus est præferendus, & debet
47 requiri, vt consentiat, † quasi tunc dicatur alienatio voluntaria, quæ habuit initium voluntarium, licet effectus alienationis necessariò subsequatur. Quare tunc dicetur necessaria, cum quis sine facto suo lege obligatur, prout ita decisum fuisse in *Rota* testatur *Card. Mantic. d. tit.28. lib.22. n.11. de tacit. & ambig. conuent.*

EPITOME.

Arbitratoribus duobus electis discordantibus iudex an debeat eligere tertium. ¶ Æstimatio facta per peritos, omissa certioratione partium, quando sit nulla, vel detur appellatio. ¶ Sententiæ solius tertij electi, quo casu stetur, licet discrepet ab alijs duobus. ¶ Tertius peritus, an debeat reddere consilium in scriptis, & cogantur alij duo electi illi adhærere. ¶ Arbitris discordantibus in summa, quando standum sit illis, qui concordant in minori. ¶ Et quid in sententia continente plus tempore, licet minus quantitate. ¶ Peritorum electio an spectet ad iudicem, vel ad partes, & an in discordia partium Iudex possit dare tertium. ¶ Æstimatores, & testes an debeant reddere rationem dicti sui. ¶ In diuersis sententijs latis ab æstimatoribus, an fiat coaceruatio summarum, & diuisio in tres partes, & tertia ex illis sit vera æstimatio. ¶ Periti quomodo debeant deponere circa læsionem, & an dicantur arbitratores, & ad eorum officium quid pertineat, antequam referant, & quomodo æstimatio rerũ sit probanda. ¶ Electus tanquam arbiter, & arbitrator an possit eligere ex qua potestate velit procedere.

SVMMARIVM.

1 *Periti electi ad æstimandum bona dicuntur arbitratores.*
2 *Electio peritorum facta inter cessionarium, & tertium non nocet cedenti.*
3 *Sententia contra vnum lata non præiudicat tertio non citato.*
4 *Ad æstimatorum officium, quid pertineat antequam referant.*
5 *Aestimatio facta per peritos omissa certioratione partium non est nulla, cum possit ab illa appellari.*
6 *Arbitratoribus duobus electis discordantibus, iudex non debet eligere tertium, quia sunt ad instar proxenetarum. Limita post moram partium. n.7.*
8 *Duo primi arbitri si sunt concordes, tertius autem discordat, statur sententia duorum, & non tertij. Amplia etiam quod per discordiam duorum fuerit electus tertius, cuius dicto ipsi duo promiserunt stare, si postea duo primi concorditer sententiam tulerunt discordante tertio. n.9.*
10 *Sententiæ solius tertij electi statur, licet discrepet ab alijs duobus, quando eligitur certus homo auctoritate legis, vel statuti, secus si eligatur arbitrio ipsorum, & de ratione. n.11.*
12 *Relatio tertij discordans ab aliorum relatione non sustinetur etiam in arbitris ex necessitate electis, nisi quando alij suum votum non retulerunt.*
13 *Tertius peritus est potius consiliarius, & debet reddere consilium in scriptis, cui coguntur alij duo adhærere, quando tamen discordant in sententia ferẽda, nã si in lata, sufficit quod tertius*

dicat

dicat sui iudicii approbãdo sententiã alterius.

14 *Arbitris discordantibus in summa, statur illis, qui concordant in minori. Limita si agatur de certo valore pretij probando, & si sequeretur absurdum n. 15. Idem si sententia contineret plus tempore, licet minus quantitate n. 16.*

17 *Iudex si vult potest eligere peritos, quamuis electio pertineat ad partes. Et potest ex peritis eligere tertium. n. 18. Intellige dummodo Iudex non consensisset eligi à partibus. n. 19.*

20 *Electus vt arbiter, & arbitrator licet possit eligere ex qua potestate velit procedere, tamen vna electa non potest ad aliam redire.*

21 *Peritorum electio de iure spectat ad Iudicem, sed de consuetudine partes eligunt. Et in discordia partium Iudex dabit tertium. n. 22.*

23 *Iudex vel peritus quando æstimant non tenentur reddere rationem æstimationis, & quid facere debeant antequam iudicium proferant.*

24 *Testes debent reddere rationem dicti sui etiam non interrogati; Præsertim si deponunt de quantitate, seu valore bonorum. n. 26.*

25 *Æstimatio pertinet potius ad iudicium, quam ad sensum corporis.*

27 *Æstimatio rerum tam mobilium, quam immobilium, tam per testes, quàm per iudicem, & æstimatores, quomodo debeat probari, relatiue.*

28 *Arbitratores, seu æstimatores tres, quando diuersas ferunt sententias, fit coaceruatio summarum, & diuisio in tres partes, & tertia ex illis iudicatur vera æstimatio.*

29 *Periti quid debeant deponere circa læsionem relatiue.*

CAPVT CCXXVIII.

Periti qui eliguntur ad æstimandum bona, licèt habeantur loco testium, quasi ad instructionem Iudicis soleant eligi, 1 † dicuntur tamen arbitratores *Bald. in l. vlt. q. 3. in fin. vers. item non obstat. n. 10. C. de contrah. empt. Gabr. cons. 168. q. 8. n. 104. lib. 1. Surd. cons. 452. n. 30. lib. 3.* Vnde sequitur, quod sicut compromissum inter emptorem, & tertium non nocet venditori *l. si dictum. §. si compromisero. de euict. Rim. Sen. cons. 92. n. 17. lib. 1. cum alijs in superiori capite allegatis.* 2 † Ita etiam ista electio peritorum facta inter cessionarium, & tertium non 3 debet nocere ipsi cedenti, cum etiam † sententia contrà vnum lata non præiudicet tertio non citato *l. sæpè. de re iud. Natt. cons. 345. n. 2. Rol. cons. 85. n. 4. lib. 2. Surd. decis. 256. n. 4.* vbi ampliat ad probationes, & acta respectu decisionis *Purpur. in l. 2. n. 104. C. de eden. Felin. in c. causam quæ. il primo. n. 25. col. 7. ad med. vers. fallit quarto. de testib.* Quidquid aliud sit quo ad præparationem alterius iudicij *Bald. in l. 1. in fin. vers. illud est ratione ordinis. C. de aduoc. diuers. iudicior. & in l. 1. in fin. vers. vlterius nota. n. 2. C. vbi caus. fiscal.*

Quibus stantibus non potuit confirmari sententia D. Iudicis à quo, dum declarauit æstimationem dictorum peritorum seruandam esse etiam in præiudicium cedentis, Cum enim electio, æstimatio, & relatio fuerit facta illo ignorante, & non citato, omnia sunt iudicanda nulla, 4 cum † ad officium æstimatorum pertineat, antequam referant, audire partes, quæ eos informent, cum forsan earum suasu aliter æstimassent, ita vt etiam debeat dari terminus per Iudicem partibus quando eligit peritos, vt sint cum illo tali die, & hora *Felin. in c. veniens. 10. il 1. col. vlt. post princ. vers. adde etiam. n. 20. de testib. post Bart. in l. qui bona. §. vlt. in fin. vers. sed an quando iudex. n. 2. ff. de damn. infect. per tex. in l. 3. C. fin. regund. l. generaliter. §. penul. de iur. iur. Cagnol. in l. 2. col. antepen. in fin. n. 261. C. de rescind. vendit.*

Præterea dato etiam quod æstimatio facta per peritos non esset nulla omissa certioratione partium, cum sufficiat posse ab illa reclamari, vel 5 appellari † secundum opinionem *Francisc. Munnoz. de ratiocin. administra. c. 32. n. 21. in fin.* quod etiam videtur innuere *Bald. in c. 1. de inuestitur. in marit. fact. col. vlt. ad med. vers. alij dicunt quod non est necessaria. n. 10. in fin.*

Immo etiam dato quod cedens præstasset consensum d. electioni peritorum; Tamen æstimatio per eos facta non subsistit, neque aliquo pacto potest confirmari, pro quorum explicatione sunt firmandæ infrascriptæ conclusiones.

Prima est conclusio. Arbitratoribus duobus electis discordantibus Iudex non debet eligere 6 tertium, † quia tales sunt ad instar proxenetarum *l. si de meis. §. recepisse. de arbitr.* In quibus non est tractandum de electione tertij, prout concludit *Bald. in c. 1. col. 2. in fin. vers. sed hic ab extra dubitatur. n. 10. de inuest. in marit. fact. Abb. in c. suspitionis. 39. in verb. cum quo. col. 2. in fin. vers. sed notabile dubium est. n. 6. de offic. deleg.* Quasi tunc Iudex interueniat, non vt elector, sed vt compulsor ad compellendum partes eligere tertium *Bald. in l. hac edictali. §. his illud. n. 2. vers. sed quid si isti arbitratores. C. de secund. nupt.* & de communi opinione, quidquid alij contrarium sentiant, docet *Dec. in c. cum specialis. col. 2. in fin. in glos. in verb. tertium. n. 7. de appellat. Lanfranc. de arbitr. mem. 5. q. 2. ad fin. vers. & hæc omnia procedunt. n. 5. tom. 3. p. 1. fol. 212. Alex. in l. inter pares. n. 7. vers. & in di-* 7 *ctis locis. ff. de re iudic.* † Nisi post moram partium, quo casu tertius eligitur à Iudice *Gabr. cons. 168. q. 8. n. 100. late Cagnol. in l. 2. n. 259. C. de rescind. vendit.*

Secunda conclusio. Quando duo primi arbitri sunt concordes, tertius autem discordat, tunc statur sententiæ duorum, & non tertij, 8 nam † duo primi non amittunt potestatem laudandi, prout quando maior pars arbitrorum concordat, non cogitur tertius sententiam dicere, quia statur maiori parti, ergo idem quando concordant existentes in pari numero, causa enim finalis istius tertij est discordia, & sic statur maiori parti, sicut à principio omnes tres fuissent electi, quasi tacite videantur partes tertium elegisse, si arbitros

tros contingeret dissentire, Ita omnia prædicta late explicat *Socin.cons.54.abunde & subtiliter. col.1.n.1.vers.secundus casus est. lib.1.*

Amplius si propter discordiam duorum fuit electus tertius, cuius dicto ipsi duo arbitri promi-
9 serunt stare, † si postea duo primi tulerunt concorditer sententiam discordante tertio, valebit laudum, non obstante forma electionis, secundum quam promiserunt stare dicto tertij, quia illa indefinita promissio debet intelligi secundum dispositionem iuris, videlicet in casu, in quo illi duo primi non sint concordes in sententia proferenda, Nam tertius arbiter in subsidium eligitur, & per eius electionem primi duo non desunt esse arbitri, nec desinit esse maior pars, & cum retineant nomen arbitrorum, retinent etiam nominis effectum argumento *l.à nullo. de ferijs.* & ita in terminis consuluit *Bald.cons.97.proponitur quod propter.in primo dub.lib.5.*

Tertia conclusio. Quando tertius eligitur, statur sententiæ illius solius, licet discrepet à sententijs aliorum duorum, quando tamen eligitur
10 certus homo auctoritate legis, vel statuti;† Verum quando per legem non declaratur, sed eligitur arbitrio ipsorum, tunc statur maiori parti, quia ille non habet nisi vnam vocem inter eos *Castr.* qui dicit notandum *in l. offerendis. 35.in fin.C.de appellat.* sequitur *Felin. in c. suspitionis. 39. post princ.vers.aliter sentit. de offic. delegat. post Bald.in l.iubemus.34.in fin.C. de appellat.& in c.pastoralis. in prin. de rescrip. per tex. in c.legitima. vers. cum ambo vel alter ipsorum. de appellat. in 6.* Ideo non solum standum est sententiæ tertij latæ cum vno ex arbitris, sed etiam eius solius, quasi in totum officium per subrogationem acceperit *Bald. in l. vnic.col.1.post princ. vers.ille est textus singularis.n.5. C. de his quæ pœn. nom.* vbi quod est notandum per tex. *in l.1.ff.de solut.* & ita intelligitur *Marsil.sing.262.n.4.Iacob.de Aren. in l. quod si forte.14.§.1.ff.eod.tit.& ibi Angel.in fin. Soc.cons.54.col.2. vers.tertius & vltimus casus. lib.1.* prout secundum prædictam distinctionem esse magis communem sententiã testatur *Gabr. de arbitr. conclus. 1. n. 2. vers. contrariam vero partem.& vers.tenendo.Franc.Munnoz. de ratiocin.administ.c.31.n.23.*
11 † Ratio autem diuersitatis est, quia vbi sumus in electione ex necessitate legis vel Iudicis, tertius non dicitur arbiter, prout quando eligitur ex mera voluntate, qui est vere arbiter, & habetur ac si omnes à principio essent electi arbitri *Surd. cons. 452. n.61.lib.3.*

Et quod magis est etiam in arbitris ex necessitate electis, non sustineretur relatio discordans ab aliorum relatione, nisi quando alij suum vo-
12 tum non retulerunt, † tunc enim solum sententia tertij prævalet alijs, secus eorum voto relato, Quia in hoc casu cogitur hic tertius adhærere sententiæ vnius ex arbitris, neque poterit solus iudicare *Card.in c.suspitionis.in fin.q.14. vers.quod videtur procedere. de offic.deleg.* Vbi quod iste tertius videtur potius consiliarius, &
13 debet † reddere consilium in scriptis, cui cogentur duo discordantes adhærere, & ita pronunciare, quando tamen discordant in sententia ferenda, secus in iam lata, quia tunc non habent vltra pronunciare; sed sufficit quod tertius dicat suum iudicium approbando sententiam alterius, cessat enim tunc ratio *l. si in tres. & l. item si vnus. §. principaliter. de arbitr.* Quæ ratio est, vt sint partes præsentes, quia poterit alter alterum trahere in suam sententiam, quæ cessat in iam lata Idem sequitur *Imol.in d.c.suspicionis. col.penul. ad med.q.fin.n.22. vers.quod procedit secundum dominum. de offic. delegat. Socin. cons. 54. in fin. vers. operatur etiam & quartum. lib.1. Surd.cons.452.n.64.vers.quinimmo etiam in arbitris. lib. 3.* & sequitur *Gabr. cons.168. q.8.n.1.lib.1.*

Quarta conclusio. Arbitris discordantibus in summa quamuis standum sit illis, qui concor-
14 dant in minori † *l.diem proferre.32.§.si plures. de arbitr.c.1.eod.tit. in 6.* dixi suprà *c.187.n.4.*
15 *cum sequent.* Tamen hoc non procedit † si agitur de certo valore pretij probando, & quando sequeretur absurdum, quod esset standum illis, qui de minori summa deponunt, si videlicet res, quæ valet decem daretur pro quinque, tunc enim sententia non valet, neque in minore quantitate ad euitandam inæqualitatem *Bald. cons. 307.quatuor fuerunt. ad med. vers. item vbi sequeretur.lib.1.per tex.in l si decem.ff.locat.Idem Bal.in l.1.in princ.C.de sent.quæ sine cert.quant. Gabr.cons.168 q.8.n.99. lib.1.*

Quæ magis procederent, si sententia contineret
16 plus tempore, licèt minus quantitate, † quando videlicet vnus condemnat in decem ad annum, & alius in quinque ad mensem, tunc enim non valet sententia, cum mensis contineat plus præstationis, quam annus *l si stipulatus decem. de verb.oblig.* licet enim quinque sint minus quantitate, tamen mensis est plus tempore, in quo non est consensus, cum etiam mensis statim interpellet eo finito, prout annus illo elapso, quæ tanquam incompatibilia non operantur *l. valerianus.de prat.stipul.l.cum in plures.§.dicta. ff.locat.* & ità in specie concludit *Bal.in l.1 in princ. vers.item ille. C. de sent. quæ sin.cert.quantitat.* Cum etiam requiratur, vt arbiter intellexerit iudicare de toto debito, non de parte, aliàs secus *l.apud celsum. §.item quæritur. de dol.except. Bald. cons.307. in fin. vers. respondeo. lib. 1.* cum sententia non possit valere pro parte.

Quinta conclusio. Electio peritorum quamuis pertineat ad partes, vt dictum est supra in *prima*
17 *conclusione.* † Tamen spectabit etiam ad Iudicem si velit, quia sicut ipse potest hoc per se ipsum facere, multo magis per homines à se electos per *reg. potest quis per alium. de reg.iur. in 6. Dec.in c.Ecclesia S.Mariæ.col 8. de constitut.* & in specie ità concludit *Bar. in l. creditores 3. in 2. lectur.in fin. vers. erit igitur ordo. ibi vel ipse iudex eligat. C.de pignor.per tex.in §.quod*

autem

autem. auth. de non alienand. & facit *l. vlt. in fin. C. de iur. domin. impetr. l. si quod ex pamphila. 75. in fin. de leg. 2. & ibi Bart. in vlt. notab.* cum alijs *ibid. in addit. in verb. officio suo.* Quod etiam voluit *Bald. in l. 2. col. penul. in princ. vers. & hac probatione facta. C. de rescin. vendit. post Glos. in l. comparationes. 19. in verb. ab ijs. C. de fid. instrum. Felin. in c. veniens. il 1. col. fin. in princ. vers. quarto in quantum dicit. n. 20. de testib.*

18 † Vnde quemadmodum Iudex potest eligere peritos, si velit, ita etiam ex prædictis poterit eligere tertium, cum eadem ratio militet in vtroque casu, vt concludit *Pantaleon. in l. 2. col. 86. C. de rescind. vendit.*

Istud tamen intelligitur, dummodo prius Iudex non consensisset æstimatores, & peritos eligi à

19 partibus, † quia tunc facta electione ab eis, tertius etiam ab ijsdem partibus est eligendus *Gabr. consf. 168. q. 8. n. 105. & 108. lib. 1.* Et ratio est, quia electa vna via ad aliam non datur re-

20 gressus, † Vnde si quis eligatur vt arbiter & arbitrator, quamuis posset eligere ex qua potestate velit procedere, tamen vna electa non potest ad aliam redire *Specul. de arbitr. §. fin. vers. sed pone sicut quotidie. Bald. in l. 3. de milit. testam. Bart. Alex. Rota. & alij* de quibus per *Felin. in c. cum ex officij. 16. col. 12. ad med. vers. in contrarium videtur aperta mens. n. 23. de præscriptionib.*

Quibus adde, quod quidquid sit de iure, secundum quod potest ex prædictis spectare ad Iudicem

21 electio peritorum, † Aliud seruatur de consuetudine, secundum quam partes eligunt æstimatores, Vnde ita deberet seruari *l. si de interpretatione. de legib.* & in specie ita concludit *Cagnol. in l. 2. col. antepenult. n. 259. in fin. C. de rescind. vendit.* quæ consuetudo est etiam conformis dispositioni Iuris ad tex. *in l. hac edictali. §. his illud. in verb. quos vtraque pars elegerit. &*

22 *ibi Bald. n. 2. C. de secund. nupt.* † licet in discordia partium non conuenientium in vnum, seu in alium, Iudex dabit tertium *Idem Bald. in l. vlt. n. 2. in 4. notab. C. de iudic. per tex. in l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitr.*

Item adde, quod quando Iudex, vel peritus æstimat non tenetur reddere rationem æstimatio-

23 nis, quia ipsi iudicant, † debent tamen antequam iudicium proferant diligenter omnia inspicere, & cuncta inuestigare, & ex ijsdem rebus iudicare, ex quibus testes deberent testi-

24 monium ferre. † Quidquid aliud sit in testibus, qui debent etiam rationem reddere eorum dictis, quoniam ipsorum non est iudicare *l. pretia rerum. ad leg. falcid. & ibi Hercul. in §. corpora. col. 9. Gabr. consf. 168. q. 8. in fin. n. 116. vers. ideirco si valor probetur. lib. 1. Abb. in c. cum causa. 42. col. pen. ad med. n. 3. de testib.* Itá vt etiam testes in hac materia debeant assignare causam, & rationem suæ depositionis, etiam non

25 interrogati † quasi æstimatio pertineat ad iudicium potius, quam ad sensum corporis, prout late declarat *Bald. in l. vlt. in fi. vers. nota ibi venire. n. 6. C. de iur. dom. impetr. post* Cyn. *in l. 1. ad fi. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Alex. in l. pretia rerum. ad l. falcid. & consf. 148. excellentissime domine. n. 4. vers. item etiam quod quando testes. lib. 2.* sequitur *Rot. coram R. P. D. Penia Vlisbonen. legitima. 27. Nouemb. 1595.*

26 † vbi quod semper debent reddere rationem concludentem etiam non interrogati, cum deponunt de quantitate, siue valore bonorum *Cassad. decis. 19. n. 3. super regul.* latissimè *Cagnol. in l. 2. n. 236. vsque ad n. 265. cum sequent. C. de rescind. vendit.*

27 Vbi † multa quomodo debeat probari æstimatio quarumcumque rerum tam mobilium, quàm immobilium tam per testes, quàm per iudicem, & per æstimatores *Felin. Aret. & alij in d. c. cum causa. 42. de testib.*

Ex prædictis concluditur fuisse nullam relationem factam per tertium à Iudice electum, cum spectaret electio ad partes, vt in *prima conclusione.* Quamuis enim Iudex etiam possit ipse eligere tertium, tamen aliud est de consuetudine, & quando iam consensit primæ electioni peritorum factæ per partes, quasi tunc illa via electa ad aliam redire non possit, vt in *quinta conclusione. vers. istud tamen intelligitur*, & *vers. quibus adde*, Et quatenus etiam electio potuisset fieri per Iudicem, tamen neque erat standum relationi tertij, cum primi arbitratores, licèt prius discordes, postea tamen concordauerint, Ita vt non sit consideranda electio tertij propter primam eorundem peritorum discordiam, vt in *secunda conclusione.* Cum etiam iste tertius non posset discordare à primis arbitratoribus tanquam non electus à lege, vel statuto, Et stante relatione primorum iam facta vt in *tertia conclusione.* Adeo vt neque hoc casu sit standum summæ minori, in qua omnes concordant, vt in *quarta conclusione.* Cum etiam neque possit attendi cumulatio omnium summarum iuxta opinionem *Salicet. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt.* Nam procedit, quoties tertius fuisset electus legitime, & ab habente auctoritatem, secus si nulliter, vt dictum est, Vltra quod in casu nostro duo primi arbitri concordarunt, & sic non erant omnes discordes, cum solus tertius

28 discordauerit, † Quasi tunc fiat coaceruatio summarum, & diuisio in tres partes, & tertia ex illis debeat iudicari pro vera æstimatione, quando tres arbitratores diuersas ferunt sententias, prout loquitur *Salic.* quem sequuntur *Hipol. Riminal. Catellian. Cott. Strac. Firman. & alij* de quibus *decis. 32. n. 10. & supra c. 187. n. 2.* & vltrà ibi allegatos, sequitur etiam *Corset. sing. 17. in verb. sententia. alias 348 incip. si tres arbitratores.* vbi quod est multum notandum tanquam singulare post *Bal. in l. 1. C. si seruu. exter.* & late defendit *Rimin. Iun. consf. 212. n. 22. vsque ad n. 29. lib. 2. & consf. 335. n. 15. vsque ad n. 19. lib. 3.*

Quid autem periti debeant deponere circa læsionē declarat *Rot. coram Card. Pamphilio Romana resceissionis contractus. 38. Octobris. 1602.* & alibi, Deo dante, dicam *in capite particulari.*

EPI-

EPITOME.

CReditor agens contra plures fideiussores, qui promiserunt de defendendo in quibus causis possit illos compellere ad constituendum vnum procuratorem. ¶ Rescriptum in quo est data potestas citandi in locis vicinis an adimpleatur, si in vno tantum loco vicino fiat citatio, Et quid si dictum fuerit de tribus locis. ¶ Singularitas quando resoluatur in pluralitatem, & è contra. ¶ Hæres an possit dare duobus, vel pluribus, si testator mandauit distribui cuicunque voluerit. ¶ Et quid si mandetur dare pauperibus, an possit dari vni. ¶ Aliud pro alio, quando solui possit inuito creditore. ¶ Promittens assignare redditum super vno fundo an satisfaciat assignando super pluribus. ¶ Statutum exigens plures fideiussores, an verificetur in vno, & an satisfiat dando pignora. ¶ Clericus si debet deferre vestes clericales, vt gaudeat priuilegio fori, an debeat habere vestem clericalem tam interiorem, quam exteriorem. ¶ Obligatus dare vnum fideiussorem, quando possit dare duos. ¶ Instrumentum si debeat confici à duobus notarijs, an sufficiat vnus. ¶ Pretium si est reinuestiendum in vna re immobili pro euictione, an possit reinuestiri in pluribus. ¶ Res emphyteotica, seu fœudalis si concedatur alienari an poterit vendi pars; Et si pars vendatur an sit nulla venditio, & incurratur caducitas. ¶ Dispensatus permutare cum vno, an possit permutare cum pluribus. ¶ Licentia vendendi vni an comprehendat venditionem factam duobus.

SVMMARIVM.

1 *Pretium si est reinuestiendum ex forma conuentionis in vna re immobili pro euictione, non est illi satisfactum, si emantur plures. & n.5. Amplia etiam si sit promissum reinuestiri in aliqua re immobili. n.2. Et de ratione. n.8. Declara vt n.24. & 35.*

3 *In dictione, aliqua, non venit nisi vna.*

4 *Singularis sermo ex vi vocabuli non adaptatur ad plures.*

6 *Dispensatus permutare cum vno, non potest permutare cum pluribus.*

7 *Licentia vendendi vni non comprehendit venditionem factam duobus.*

9 *Res emphyteotica, seu feudalis si concedatur alienari, non poterit vendi pars. Et si pars vendatur, erit nulla venditio, sed non incurritur caducitas. n.10.*

11 *Obligatus dare vnum fideiussorem non auditur volens dare duos diuisim. Et quæ sit ratio. n.13.*

12 *Creditor non cogitur recipere particularem solutionem.*

14 *Creditor agens contra plures fideiussores, qui promiserunt de defendendo, potest illos compellere ad constituendum vnum procuratorem etiam si pecunia esset soluenda. Quid si causa à principio esset communis pluribus. n.15. Quid si res quæ petitur est diuidua. n.16. Quid si causa esset vnius, qui decessisset relictis pluribus hæredibus. n.17. Et quid in iudicijs duplicibus. n.18.*

19 *Verba concepta in plurali numero non possunt verificari in vno.*

20 *Prohibitio, quod clericus non gaudeat priuilegio nisi deferat vestes clericales, debet intelligi, quod omnis vestis, tam interior, quam exterior sit clericalis.*

21 *Rescripto, in quo est data potestas citandi in locis vicinis, non erit satisfactum, si fiat citatio in vno tantum loco vicino, sed facienda est in duobus. Intellige vt n.22. Et quid si dictum fuerit de tribus. n.23.*

25 *Singularitas resoluitur in pluralitatem, & è contra vbi adest eadem ratio, vel æquitas. Idem si ex necessitate non posset verificari in singularitatem. n.37. Quid si esset data pro forma. n.28. Vel de necessitate exigeretur pluralis numerus. n.29.*

26 *Verbum, cuicunque, stante eadem ratione, resoluitur in plures.*

27 *Hæres poterit dare duobus, vel pluribus, si testator mandauit distribui cuicunque voluerit. Et quid si mandetur dari pauperibus an possit dari vni.*

30 *In solutione non datur aliud pro alio inuito creditore.*

31 *Pro fideiussore dato alius æque idoneus præstari potest.*

32 *Obligatus dare fideiussores satisfacit dando pignora, etiam inuito creditore. Declara vt n. 33. & 34.*

36 *Necessitas facit licitum, quod alias esset prohibitum.*

38 *Debitor si non potest præstare, quod est in obligatione, posset soluere aliud pro alio.*

39 *Pretium potest in alio loco reinuestiri, quando in loco contractus adest magna difficultas reinuestiendi.*

40 *Promittens assignare redditus super vno fundo, si id commode fieri non possit, potest dare super pluribus.*

41 *Statutum exigens plures fideiussores verificatur in vno, si non possit nisi vnus præstari.*

42 *Instrumentum si debet confici à duobus notarijs sufficit vnus, si duorum copia haberi non potest.*

43 *Iussus restituere vni ex certis personis potest ex illis certis plures eligere. Intellige vt n.44.*

CAPVT CCXXIX.

STante pacto de inuestiendo pretium in vna re immobili pro euictione, de qua in instrumento, dicebatur non esse satisfactum conuentioni, si emantur plures res, † cum dispositio loquatur in vno, & non debeat extendi ad plura *Bald. in c. inter ceteras. in fin. de rescript. Ias. in l. cum quidam. col. 2. ad med. vers. quod vltimum*

timum limitat mirabiliter. C. de verb. signific. per tex. in l. iulius phebus. qua est fin. ff. ad senat.consf.trebell.

Quæ etiam procedunt, si fuisset promissum reinuestire in aliqua re immobili, 2 † cum propter dictionem illam, aliquam, non veniret nisi vna *Felin. in c.omnes leges. 2. col. 3. ad med. vers.& istis adde. distin.1.* vbi si testator dixit, si titius voluerit emere aliquam de possessionibus meis volo, vt sibi vendatur, nam si vellet emere duas, vel plures non teneretur hæres vendere, nisi 3 vnam † propter illam dictionem, aliquam, quasi vnam ex pluribus *Rebuff. in l. creditorum. 11. col. 2. post med. vers. interdum qualibet. ff. de verb. signific.*

Et regulare est, vt sermo singularis ex vi vocabu- 4 li non adaptetur ad plures † *l. si duo sunt titij. ff. de testam. tut. c. gaudemus. de diuort. Innoc. in c. debitũ. de bigam. Hipol. Rimin. in c. canonum statuta. n. 20. de constitut. Io. And. in regul. pluralis locutio. post princ. vers. sciendum autem quod sicut. de reg. iur. in 6. late Euerard. in loco* 5 *argumentor. vi numer. in princ.* † & in specie de pretio reinuestiendo in vna re immobili, quod non possit fieri in pluribus concludit *Bertazol. clauf. 42 glos. 3. n. 1.*

Ideo dispensatus permutare cum vno non poterit 6 permutare cum pluribus † *Butr. in c. eum venerabilis. 6 col. 1. in fin. vers. consului tamen. n. 10. de except. per c. non potest. & c. si motus. de præb. in 6. Felin. in c. omnes leges. col. 2. post med. n. 6.* 7 *vers. facit etiam quod notat. distinct. 1.* † Et licentia vendendi vni non complectitur venditionem factam duobus *Afflict. in c. imperialem. col. 4. de probibit. feud. alien. per feder. Surd. decis. 188. ant. n. 1. vers. & licentia.*

Rursus interest eius ad cuius fauorem facta est conuentio, reinuestituram non scindi in plures res, ne difficilior sit exactio à pluribus facien- 8 da, & minutatim † *l. plane. ff. famil. ercisfund.* Ob quam rationem si concedatur licentia alienandi rem emphyteoticam, aut feudalem non 9 non poterit vendi pars, † Quia licet in toto contineatur etiam pars. *l. si quis cum totum. de except. rei iudic.* Tamen aliud est dicendum quando interest domini feudum, aut emphyteusim non scindi propter difficiliorem exactio- 10 nem, quæ erit facienda à pluribus, † tunc enim erit nulla venditio. Quidquid aliud sit respectu caducitatis, in quam non incurretur, si vendatur pars stante dicta licentia, vt relatis hinc inde opinionibus, & rationibus late concludit *Surd. decis. 188. per totam.*

Quare etiam obligatus dare vnum fideiussorem 11 non auditur volens dare duos diuisim, † quia exactio scissa multa habet incommoda *l. eum bis. §. causa. de transact.* Cum etiam non cogatur creditor recipere particularem solutionem 12 *l.* † *tutor. §. lucius. de vsur.* ergo nec duos particulares fideiussores. *l. in bis. §. si duos. de solut.* prout per prædictas, & similes rationes ita in specie concludit *Rip. in l. 2. §. n. utui datio. col. 7. ante fin. vers. sed vidi in facto dubitari. n. 23. ff. si* 13 *cert. petat. Surd. decis. 174. n. 31.* † vbi quod hoc procedit propter interesse creditoris, cui magis potest conuenire vna fideiussio, quam duo vel ratione loci, vel qualitatis, vel cautionis *Bertazol. clauf. 42. glos. 3. n. 2. Hering. de fideiussor. c. 9. n. 48.* vbi allegat *Rulant.* qui multa similia adducit *de commissar. p. 1. lib. 2. c. 24. n. 5. vsque ad n. 9.*

Ex qua ratione alias Dixi, quod si creditor agat contra plures fideiussores, qui promiserunt de 14 defendendo, † poterit illos compellere ad constituendum vnum procuratorem, ne creditor in vna instantia, & quidem lite incepta cum defuncto cogatur litigare contra plures. Quamuis etiam tales pecuniam soluere deberent, quæ res licet partium præstationem recipiat, Tamen quia petitione insolidum tenentur, consentire debent in eundem procuratorem, ne actoris conditio cum ipsis durior fiat, quam cum principali futura esset, argumento *l. ne in plures. de exercit. act.* prout est in tutoribus *Bart. in l. decreto. §. fin. de administr. tuto.* Et in terminis in fideiussoribus, qui defendere vel iudicatum soluere promiserunt, ita concludit *Alciat. in l. 4. §. cato. n. 102. col. 24. post princ. vers. excipitur ea species. ff. de verb. obligat. Hering. de fideiussor. c. 9. n. 48. & est tex. in l.* 15 *iam tamen. §. penul. ff. iudic. solu.* † Quidquid aliud sit quando causa ab ipso principio communis est pluribus, quia tunc singuli procuratorem constituere possunt, & causa per plures procuratores tractabitur *l. si quis procurato-* 16 *rio. §. vnius. de procurator.* † Vel quidquid sit cum res, quæ petitur, diuidua est, puta quantitas, quo casu & litis exercitatio diuidua dicitur, & quilibet pro parte sua potest procuratorem constituere *l. non tamen. de procurat.* 17 Quamuis † si causa à principio esset vnius qui decessisset relictis pluribus hæredibus, tunc deberent omnes in vnum procuratorem consentire si exercitatio causæ est indiuidua *l. quod si nolit. §. si plures. de edil. edict.* 18 † Dummodo non simus in iudicijs duplicibus, cum enim omnes mutua iura inuicem habeant, poterunt etiam omnes collectiue litigare, nec cogentur vnum procuratorẽ dare *l. si familia. ff. famil. ercisfund. l. licet. §. plane. de procurat.* Quæ omnia explicat *Alciat. in l. §. cato. n. 100. vsque ad n. 103. de verb. oblig.* dixi latè *decis. 107.* cum alijs etiam de quibus *ibid. in addit. n. 1. cum sequent.*

Quibus adde idem esse ècontra in verbis conceptis sub plurali numero, quæ non poterunt ve- 19 rificari in vno † *l. fin. ad trebell.* cum in dubio verba semper sint intelligenda, vt saluetur ratio recti sermonis *Bart. in l. plautius. de aur. & argent. legat. Anchar. Franc. Gemin. & alij in c.* 20 *vnic. de cleric. coniug. in 6.* † Vbi ex hoc concludunt quod cum ille textus loquatur in plurali de vestibus clericalibus, quod omnis vestis clerici apparens tàm interior, quàm exterior debet esse clericalis, alias non debet gaudere priuilegio clericis concesso, quod esse multum notandum, & ità vidisse practicari dicit *Euerard.*

rard. in loco, argum. à vi numeri. n. 3. in fin. vers. ista eadem. & multa simil a adducit Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. n. 226. vsque ad n. 241. C. de reuocand. donat.

In quo illud est obseruandum quod concludit Rot. decis. 522. nota quod si committatur, aliàs 5. de rescript. in nou. † Vbi quod si in rescripto data fuerit potestas citandi in locis vicinis, non satis erit id fieri in vno tantum loco vicino, cum sit facienda citatio in duobus saltem ob pluralem illam locutionem Felin. in c. quoniam frequenter. 5. col. 14. post princ. n. 17. vers. secundò nota quod si committitur. vt lit. non contestat. sequitur Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. n. 234. C. de reuocand. donation. vbi etiam de potestate citandi in ecclesijs, quæ intelligitur de duabus Cardin. in clem. 1. q. 32. de for. compet.

21

Quæ tamen sunt intelligenda quando in commissione exprimeretur citationem, seu edictum esse faciendum in locis, quasi tunc hoc detur pro forma, † Ideò non sufficeret vnus locus, cum aliud sit, quando hoc non fuisset expressum, sed simpliciter mandaretur fieri citationem, Quia tunc non deberet fieri in pluribus, seu duobus locis, sed vnus sufficeret clem. causam. §. verum. vbi Glos. in verb. aliquo. de elect. Cassad. decis. 1. n. 2. de dol. & contum. Bald. in l. & post edictũ. 73. in 1. lectur. in princ. vers. item videmus florentiæ. de iudic. Soccin. de citat. q. 6. art. 23. Quidquid aliud sentiant Roland. cons. 68. n. 28. lib. 2. & Paris. cons. 31. n. 31. lib. 4. Cum contraria opinio sit verior, vt testatur Menoch. cons. 100. n. 173. vsque ad n. 177. lib. 1. post Vant. de nullit. ex defectu. citat. n. 133. † vbi etiam quod sufficeret in duobus locis citationem publicari, quamuis dictum fuerit de tribus iuxtà decis. Bellam. 194. quam refert, licèt de ea dubitet, Socin. de citat. art. 23. n. 10. in fin. vers. & nota quod licet. q. 9. Intelligendo copulatiuè, non alternatiuè, videlicet in duobus ex tribus in Curia, & in duobus etiam ex tribus in partibus Cassad. decis. 1. n. 2. de dol. & contum. Vbi quod in hoc decipiebatur vnus procurator, qui solum in duobus putabat sufficere, cum sit contrà clem. 1. de iudic.

22

23

Quidquid tamen sit de prædictis, in casu, de quo agebamus, Dixi verius esse, quod erit satisfactum conuentioni, si emantur plures res, quamuis promissum fuerit reinuestiri pretium in vna re immobili; † Etenim hic agitur solum de cautione, & securitate emptoris, quæ tantum proderit, si in duabus rebus, quam si in vna adimpleatur; vbi enim adest eadem ratio, vel æquitas suadet, † tunc potest fieri resolutio singularis sermonis in pluralem, & è contra, quia si idem sit, quod rationis paritas, & connexitas inducit Io. Fab. instit. de iur. person. in princ. per tex. in l. si cui lana. de leg. 3. quod etiam voluit Glos. in c. si compromissarius. 37. in verb. compromissarius. de elect. in 6. quam sequitur Gemin. in c. omnes leges. col. 2. in princ. vers. è contra singularis. n. 6. dist. 1. & ibi Felin. in princ. n. 1. Prout etiam è conuerso stante eadem ratione, pluralitas resoluitur in singularitatem, quæ licèt non sit ex proprietate sermonis, tamen venit ex mente loquentis, quæ debet præualere Euerard. in loc. argum. à vi num. n. 7. & 8. & multis similibus latissimè comprobat Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. n. 241. vsque ad n. 263. C. de reuocand. donat. Cagnol. in l. singularia. n. 39. ff. si cert. petat.

24

25

Idem est in verbis cuicunque, vel similibus, quæ stante eadem ratione resoluuntur in plures, prout † dicimus de testatore, qui mandauit distribui cuicunque hæres voluerit: nam non obstante verbo, cuicunque, poterit dari duobus vel † pluribus l. vnum ex familia. §. si duos. in princ. de leg. 2. Felin. in c. omnes leges. col. 1. in fin. vers. & vide quod ipse ponit. dist. 1. quasi adsit maior pietas, quæ pluribus prodest, quã vni tantum; Ex qua ratione maioris pietatis si testator loqueretur per verba pluralis numeri, vt scilicet distributio fieret pauperibus, non posset eligi vnus, cum non adsit eadem ratio in vno, quæ in pluribus, immò diuersa Bart. in l. 1. de oper. libert. licèt etiam in hoc verior sit opinio, vt sufficiat eligi vnum, cum in eo quoque adimpleatur pietas ex voluntate defuncti, prout tenet Imol. in l. qui quartam. §. 1. de leg. 1. Rom. sing. 455. sed quid econtra. & ibi Addit. in verb. hanc secundum. Claud. Aquens. in l. gallus. §. quid si is. de liber. & posthum. cum alijs per Cagnol. in l. singularia. in 5. notab. n. 36. vsque ad n. 40. ff. si cert. petat.

26

27

Non obstant contraria, quia procedunt quando deficeret rationis paritas, & connexitas, vt dictum est, † vel quando voluntas disponentis repugnaret, vt quia esset data pro forma, & essentia actus, tunc enim pluralitas non potest resolui in singularitatem, nec econtra, quasi forma debeat in specie adimpleri, prout in terminis concludit Bald. cons. 123. reuerendissimus pater. col. 3. in princip. vers. concludendo igitur. n. 3. in fin. lib. 5. per l. pedius. §. in seruum. cum l. sequent. & l. sicuti tribus. de arbitr. l. pomponius. de re iudic. & hoc à solo Baldo fuisse notatum refert Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. n. 262. C. de reuoc. donat. Quamuis Euerard. in loc. argum. à vi numer. col. 6. in prin. vers. hinc etiam est. n. 7. ad med. dicat de hoc esse Glos. notabilem & singularem in l. 3. §. hoc autem à superiore. ff. de itin. actuq. priuat. per tex. in l. cum ij quibus. 8. §. si prætor. ff. de transact.

28

Prout † etiam quando de necessitate exigeretur pluralis numerus, non resolueretur in singularitatem Bart. in l. 3. §. negotia. ff. de neg. gest. Felin. in c. omnes leges. col. 1. post princ. vers. idem tenet. dist. 1.

29

Item contraria loquuntur in solutione, in qua non datur aliud pro alio inuito creditore, cui non est æquum præiudicari, † cum diuersum sit quando agitur, vt in casu nostro, de sola cautione, & securitate; Tunc enim etiam qui promittit dare vnum pignus potest dare alia æquè bona Glos. in l. si titio. 22. de pignor. in verb. pignoratitia

30

gnoratitia. in fin. Dec. in l. plus cautionis. 25. in fin. vers. quia respondetur. n. 4. de reg. iur. Quasi teneatur quis facere quod sibi non nocet, & alteri prodest *l. in creditore. 38. & ibi Glos. in verb. quod sine. de euiction. l. 2. §. idem varus. de aqua pluu. arcend.* Cum etiam ex pluralitate possit quis esse magis cautus *Angel. cons. 56. quidam non suppositus. in fin. n. 4.*

Vnde etiam pro fideiussore dato alius æque idoneus præstari potest † *l. Labeo ait. §. fin. de arbitr. l. qui autem. §. sed si quis certam. de constit. pecun. Dec. in d. l. plus cautionis. n. 4. de reg. iur.* Vbi etiam *n. 3.* † quod obligatus dare fideiussores satisfacit dando pignora etiam inuito creditore, quasi plus securitatis sit in rem, quam in personam, prout de magis communi opinione testatur *Ias.* licet ipse contrarium teneat *in l. 1. col. 3. in princ. vers. ex secunda parte. n. 12. ff. qui satisd. cog.* quod etiam voluit *Bart. in l. pratoria. 3. ff. de prat. stipul. post Glos. in §. suscepto. auth. de exhib. reis.* † Quidquid sit quando à lege aliud præcise disponeretur, vel expresse actum esset de fideiussore, vt per *Ias. in d. l. 1. n. 12. & per Dec. in d. l. plus cautionis. n. 3.*

Nec facit, quod verior videatur opinio contraria, quod non liberetur obligatus dare fideiussores per dationem pignoris *auth. offeratur. C. de lit. contest.* prout de veriori sententia late testatur *Barbos. in l. diuortio. §. interdum. n. 20. & 21. ff. solut. matrim.* Cum labor, & periculum adsit in custodiendo *l. quemadmodum. §. vlt. ad leg. aquil.* † Quia prædicta procedunt, quando debitor nollet liberare creditorem à periculo custodiæ, cum aliud sit quando esset paratus hoc facere, prout distinguit *Rip. in l. 2. §. mutui datio. n. 22. ff. si cert. petat. & ibi Aleiat. n. 48. Mainer. in l. in eo quod. §. 1 n. 20. ff. de reg. iur. Aym. cons. 77. in fi. lib. 4.* licet hoc non admittat *Barbos. in d. §. interdum. n. 21. vers. similiter si debitor. per tex. in l. fin. ff. de vsu & habit.*

Accedat quod in casu, de quo agimus constabat de diligentia facta per obligatum de reinuestiendo pretium conuentum in vna re immobili, † & stante difficultate istius subrogationis, quæ nunquam potuit habere effectum, necessitas debet facere licitum, quod alias esset prohibitum † *c. quod non est. de reg. iur. l. 1. de offic. consul. Ias. in l. principalibus. ff. si cert. petat.* Vnde ob huiusmodi causam poterit singularitas resolui in pluralitatem, † cum in ea etiam materia, de qua disponitur sit verificabilis *Felin. in d. c. omnes leges. n. 8. in fin. distin. 1.* † Prout etiam quando debitor non posset dare fideiussores aut aliquid simile quod esset in obligatione, tunc liceret aliud pro alio solui *Ripa in l. 2. §. mutui datio. n. 23. vers. ex quibus iuribus. ff. si cert. petat. & ibi Ias. n. 8. fallent. 1.* † Quemadmodum etiam quando adesset magna difficultas conuertendi pretium in emptionem prædiorum in vno loco contractus, poterit fieri in alio *Ias. in l. si fideiussor. §. si necessaria. col. 1. in fin. vers. nisi dicas quod aliud sit. n. 8. ff. qui satisdar. cog.* † Ideo etiam qui promisit assignare redditum super vno fundo, vel prædio tantum, poterit quoque si ibi commode fieri non possit assignare super pluribus locis eiusdem districtus, & territorij, non considerata vtilitate creditoris, vel incommodo debitoris, aut promittentis, prout in specie concludit *Boer. decis. 99. ante fin. n. 3. vers. ergo non intelligitur.*

Prout etiam dicimus econtra, quod statutum, vel lex exigens plures fideiussores verificabitur in vno, si non possit præstari nisi vnus *Hering. de fideiussor. c. 9. n. 38.* † Exemplo instrumenti, quod debet confici à duobus notarijs, sufficiet enim vnus, si duorum copia non possit haberi † *Ruin. cons. 5. lib. 3. Aemil. Ferrett. in l. Stichum qui. n. 27. de leg. 1.* Quemadmodum etiam de duobus peritis eligendis, quorum vnus adhibebitur, si plures non adsint in loco de quo latius dicam infra *c. 235.*

Quæ etiam procedunt in personis, quasi valeat argumentum de rebus ad personas; Iussus enim restituere vni ex certis, potest ex illis certis plures eligere † *Bart.* qui dicit mirandum *in l. vnum. §. si duos. de leg. 2.* quem sequitur *ibi Bald. vers. in textu non præstetur. Imol. col. 1. vers. item nota quod si testator. & Castr. n. 1.* quod etiam voluit *Roman. sing. 454. Ruin. cons. 110. n. 3. & 12. lib. 3.* † Intelligendo quando aliter non apparet de voluntate testatoris, quam ex solo, & simplici eius mandato, quod res vni restituatur, secus vero si constaret euidenti coniectura de vno solo sensisse, prout quando testator supposuisset fideicommisso fundum, quem obligauit, vt de vno in alterum perueniret, tunc enim videtur voluisse vnum tantum eligendum cui restituatur, Maxime si hoc mandasset bis, & geminate, quasi tunc ostendatur maxis enixa voluntas disponentis, & ideo solum de vno facienda erit electio, vt in specie declarat *Menoch. cons. 1107. n. 15. vsque ad 18. lib. 12. post Peralt. in l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. n. 5. vers. & licet testator dixerit. ff. de leg. 1.*

EPITOME.

Pretium reinuestiendum pro euictione quando possit reinuestiri in alio loco quam vbi fuit celebratus contractus. ¶ Et quid in fideiussore an possit dari in prouincia, & quæ dicatur satisdatio necessaria. ¶ Fideiussor an possit se tueri exceptione discussionis, si principalis habet bona extra territorium, in quibus esset difficilis executio. ¶ Spoliatus an sit ante omnia restituendus, si agatur de possessione rei, quæ cum difficultate posset recuperari. ¶ Fiscus an opponat excusionem esse faciendam in bonis extra territorium existentibus, quando sumus sub diuersis Principibus, & an audiatur volens dare nomen debitoris. ¶ Plures quando simul conueniuntur an possit vnus pro alio fideiubere, & quid in clericis forensibus, & causis criminalibus.

¶ Tutor pupilli an possit esse tutor, & fideiussor contutoris. ¶ De Ciuitate an iudicetur sicut de prouincia tam inter laicos non recognoscentes Præsidem prouinciæ, quam inter clericum, & clericum, aut inter dominum, & clericum possessorem, & in præscriptione & similibus.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei venditæ est reinuestiendum in territorio, vel ciuitate, vbi est celebratus contractus. Et stante magna difficultate poterit reinuestiri in alia ciuitate, vel territorio subdito eidem præsidi n.3.*

2 *Obligatus dare fideiussorem intelligitur promisisse dare in ciuitate, in qua promisit, & de eiusdem hominibus.*

4 *Satisdatio necessaria si non possit facile præstari vbi conuenitur, poterit dari in alia ciuitate eiusdem prouinciæ, & sub eodem domino, nisi aliud se haberet fori consuetudo. Limita quando ciuitates habent diuersos principes, quamuis non essent multum remotæ n.6. Maximè quando non posset conueniri sub iudice, vel magistratu illius territorij n.7.*

5 *Satisdatio necessaria quæ sit.*

8 *Fideiussor potest se tueri exceptione discussionis, licet principalis habeat bona extra territorium, in quibus esset difficilis executio, quando est sub iurisdictione eiusdem principis, vel præsidis. Amplia ad loca confederata n.9. Quid si debitor habet bona extra territorium Iudicis de causa cognoscentis n. 10. Vel quando esset absens. n.11.*

12 *Spoliatus non est ante omnia restituendus, vbi causa proprietatis non esset salua, si agatur de possessione alicuius rei, quæ eum difficultate posset recuperari, dummodo non esset sub eodem principe.*

13 *Excussio bonorum per creditorem debet fieri extra territorium iudicantis, & alterius prouinciæ, quando locus non esset remotus, & posset fieri sine incommodo creditoris.*

14 *Fiscus non potest opponere excussionem esse faciendam in bonis existentibus extra territorium sub diuersis principibus. Nec auditur volens dare nomen debitoris. n.15.*

16 *Plures simul conuenti non possunt simul fideiubere si essent forenses, & non possiderent bona immobilia in territorio iudicis, etiam quod aliàs essent diuites. Declara vt n.17.*

18 *Tutor, & fideiussor potest quis esse diuersis respectibus.*

19 *Hodie de qualibet ciuitate iudicatur, sicut olim de prouincia, quia qualibet ciuitas habet sua regimina distincta, vt olim qualibet prouincia, & quid inter clericos.*

20 *Absens, vel præsens quando quis dicatur, & an sit sub eodem præside, nec ne in materia fideiussorum, præscriptionis, & similium.*

CAPVT CCXXX.

OBligatus ad reinuestiendum pretium rei venditæ quando possit illud subrogare in vna, vel pluribus rebus dictum est suprà in præcedenti capitulo. Verum quia etiam dubitatum fuit, in quo loco facienda esset subrogatio; † Dixi verius esse debere intelligi in territorio, vel ciuitate vbi contractus fuit celebratus *Alex. in l. si fideiussor. 7. §. si necessaria. ad med. n. 3. vers. & pro hoc aliàs de facto respondi. ff. qui satisd. cog. & ibi Ias. in princ. vers. & per ista dicit.* sequitur *Boer. decis. 99. in fin. n. 4. vers. per qua dicit. Marsil. in l. de minore. §. plurimum. col. 5. in fin. n. 32. vers. & subdit dominus. ff. de quæstion. & in rubr. de fideiuss. n. 262. ad med. q. 34. Ursil. ad Afflict. decis. 137. n. 4.*

Idem dicimus de obligato ad dandum fideiussorem, qui intelligitur promisisse dare in ciuitate, in qua promisit, † & de hominibus eiusdem ciuitatis *Bart. in d. l. si fideiussor. §. si necessaria. in princ. & ibi Castr. n. 2. ff. qui satisd. cog. Rol. cons. 58 n. 19. lib. 1. Marsil. in rubr. de fideiuss. q. 34. n. 262.*

Verum esset, quod ista conuersio pretij in stabilibus poterit fieri etiam in alia ciuitate, vel territorio subdito tamen eidem præsidi, † quando argueretur magna difficultas emptionis in illo loco, vbi contractus fuit celebratus, vt concludit *Ias. in d. §. si necessaria. col. 1. in fin. vers. nisi dicas quod illud. n. 8.* † Prout de eo, qui tenetur ad satisdationem necessariam, si enim non potest eam facile præstare, vbi conuenitur, poterit audiri si illam præstet in alia ciuitate eiusdem prouinciæ, & sub eodem dominio, nisi aliud se haberet fori consuetudo, prout in specie concludit *Bald. cons. 312. in causa baptista, n. 4. & 5. vers. super alio puncto. & vers. sed nec illud est omittendum. lib. 5. per tex. in d. §. si necessaria.* Vbi *Angel. in princ.* † intelligit omnem satisdationem necessariam, quæ ex legis dispositione debet præstari, quantumcumque causa propter quam inducitur necessitas præstandi sit voluntaria, Ideò satisdatio fructuarij, legatarij, & hæredis erit necessaria *l. de die. §. tutor. ff. quis satisd. cog.* Quemadmodum etiam est illa, quæ à carcerato volente se liberare dari debet *Aret. cons. 87. n. 2.* Quidquid aliud sequatur *Bald. in d. §. si necessaria.* cum etiam in delictis non consideretur ista culpa ad faciendum, vt non sit necessaria satisdatio, vt per *Alex. Socin. & alios in d. §. si necessaria.* qui de veriori opinione testantur.

Non tamen ista procederent, quando tales ciuitates haberent diuersos principes, † quamuis non essent multum remotæ, sed vicinæ, quidquid contrarium senserit *Alex. cons. 57. ponderatis verbis testamenti. col. 3. in princ. vers. vnde ad remouendum hoc dubium. n. 6. lib. 3.* Etenim ideo requiritur, quod sit sub eodem præside ad denotandum, vt possit dici fideiussor idoneus quemadmodum non diceretur talis, qui non esset sub iurisdictione illius iudicis, vbi dandus

7 dus est fideiussor, † maximè quando saltem conueniri non posset nec sub illo iudice, nec sub magistratu illius territorij, argumento *l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit*. Sicut etiam quando sunt duæ ciuitates, licet propinquæ sub diuersis dominis, tunc enim iurisdictio vnius non habet vim in alia ciuitate, nec mediatè, nec immediatè, vnde non attendetur propinquitas, cum deficiat actus contentiosæ iurisdictionis *Ias.* qui de veriori opinione testatur *in l. si fideiussor. 7. §. si necessaria. col. 2. in princ. vers. puto contrariū. n. 8. ff. qui satisd. cogan. post Angel. in l. de die. §. tutor. & ibi Rapha. Fulg. & Alex. ff. eod. tit.*

Ex prædicta ratione, quod debet attendi iurisdictio eiusdem præsidis, dicunt Doctores, quod fideiussor, potest se tueri exceptione discussio-
8 nis, † quamuis principalis habeat bona extra territorium, in quibus esset difficilis executio, quando est sub iurisdictione eiusdem principis seu præsidis à quo posset compelli *Ang.* qui dicit singulare *in l. 2. in princ. n. 4. ff. qui satisd. cog. & ibi Castr. in vlt. notab. Rol. cons. 1. n. 78. lib. 1. post Iacob. de S. Georg. in l. si de vi. n. 18. de iudic. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 17. n. 24. Alex. cons. 84. in causa quæ vertitur. in fin. vers. item non potest dici. lib. 3.*
9 vbi † ampliat ad loca confederata, quæ censentur vnum corpus, adeò quod ratione confederationis tribuatur iurisdictio, quæ alias non competeret *l. non dubito. 7. in fin. de captiu. & postlim. reuer.* quamuis de opinione *Ang. in d. l. 2.* dubitet *Menoch. de recuper. possess. remed. 1. n. 314. ex Boer. decis. 238. col. penul. ad med. vers. sed*
10 *limitatio sua.* † Quidquid aliàs ista excussio non sit facienda, quando debitor principalis habet bona extrà territorium iudicis de causa cognoscentis *Bald. in l. sciendum. in princ. ff. qui satisd. cog.* quem sequitur *Alex. cons. 91. repetitus. col. penult. ad med. vers. sic vidimus. n. 7 lib. 7. Paris. cons. 80. n. 43. lib. 1. Gabr. de fideiussor.*
11 *conclus. 1. n. 61.* † Prout etiam quando ipsemet debitor esset absens, quia neque tunc requiritur excussio, ita vt absens dicatur, quando esset extra territorium eius, vbi iudicium agitaretur, dummodo non sit locus vicinus *Dec. in l. fin. in princ. col. penult. n. 26. vers. similiter absente debitore. ff. si cert. petat. Aym. cons. 201. n. 45. Grat. cons. 28. n. 17. lib. 1. Roman. cons. 93. in princ. vbi Mandos. in verb. non facta.*

Prout dicimus, quod impeditur missio in possessionem, vbi causa proprietatis non esset salua, puta si ageretur de possessione alicuius rei, quæ
12 cum difficultate posset recuperari, † tunc enim agitur de proprietate, neque habet locum regula, quod spoliatus ante omnia sit restituendus *Castr. in l. 2. C. de edict. diu. adrian. toll. & in l. si de vi. de iudic. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 16. de acq. possess.* Dummodo dicta possessio non esset sub eodem Principe, quia tunc non impediretur d. immissio *Rol. cons. 1. n. 77. lib. 1. post Claud. Seisell. in d. §. nihil commune. col. 3.* de quorum veritate *Menoch. de recup. poss. rem. 1. n. 314.*

Immò etiam facienda erit excussio per creditorem bonorum extra territorium iudicantis, &
13 alterius prouinciæ, † quando locus non esset remotus, & posset fieri sine incommoditate creditoris, vt late distinguit *Thesau. decis. 40. n. 3. vers. pro cōcordia. per tex. in l. præsenti. §. cū autē C. de his, qui ad eccles. confug. Negus. de pignorib. p. 8. memb. 1. n. 42. in fin. vers. dummodo secūdum eum. post Angel. in auth. de fideius. §. sed neq. n. 10*

Quibus adde, quod neq. fiscus posset opponere excussionem esse faciendam in bonis extra terri-
14 torium existentibus, † quando sumus sub diuersis principibus, cum fiscus teneatur satisfacere creditoribus delinquentis in loco confiscationis, neque possit eos remittere extra iurisdictionē *Imol. in l. ex facto. de hered. instit. & cōs. 35. col. 10. cum alijs per Anchar. q. 25. n. 5. lib. 2.*
15 vbi † ampliat, quod neque auditur fiscus volens dare nomen debitoris, quod licet habeatur pro re mobili, neque censendum sit esse extra iurisdictionem *Bald. in l. mercatores. C. de cōmerc. & mercator. Alex. cons. 31. n. 5. lib. 1. Socc. cons. 36. n. 6. lib. 1.* Tamen cum fiscus succedat in locum debitoris, & contractus sit factus in loco confiscationis, non admittitur solutio in alio loco, quàm destinato, neque compellendus est creditor accipere in solutum nomen debitoris *Bald. & Salic. in l. cum à quo. C. de solut.* & idem ex prædictis fuisse resolutum testatur *Add. ad Thes. decis. 40.*

Item adde, quod licet quando plures simul conueniuntur, possit ad inuicem vnus pro alio fideiubere *Bald. in l. omnes. 31. in princ. n. 5. ver. in textu vicarijs. C. de episcop. & cleric. Bart. in l. romanus appullus.* quæ est penult. *ff. de tutor. &*
16 *curat. dat. ab his.* † Tamen ista fideiussio non admitteretur, si essent forenses, & non possiderent bona immobilia in territorio iudicis, etiàm quod aliàs essent diuites, & non inuenirent fideiussores de territorio, non enim habentur pro idoneis *Aret. in l. reos. 11. n. 2. ff. de duob. reis.* vbi quod *in d. l. omnes. C. de episcop. & cleric.* speciali priuilegio hoc conceditur clericis forensibus; Vnde in contrarium erit ius commune, quod videlicet in pluribus conuentis extrà proprium domicilium vnus pro alio satisdare non possit, cum non possidens immobilia teneatur satisdare pro se, ideo non potest esse fideiussor idoneus alterius *Glos. in §. si vero. de exhibend. & introd. reis. Bart. in l. sciēdum in fin. ff. qui satisd. cog. Angel in l. 2. ff. de duob. reis.* Idem sequitur *Imol. in d. l. reos. in princ. & ibi latè Rōcagall. col. 6. in fin. vers. occasione huius. & vers. pro certā declaratione. n. 11. & 12. & Petrus Caball. resolut. crim. cas. 72. in fin. n. 3. & 4.*

Neque obstant contraria, quia procedunt, quando creditor consensit, quod duo inuicem fideiu-
17 beant, de cuius præiudicio agitur, † & quando aliàs essent idonei & locupletes, & haberent bona in territorio iudicis, vt dictum est, & declarat *Bal. in l. romanus appulus. ad med. de tut. & cur. dat. ab his. Mars. de fideius. n. 368. q. 55. Aret. in d. l. reos. n. 2. et vers. sed et quod si plures.* Etita

intel-

intelliguntur omnes Doctores, dum volunt tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vbi agitur de pœna pecuniaria posse correum fideiubere pro alio; † Exemplo tutoris pupilli, qui potest esse tutor, & fideiussor contutoris, cum non sit incompatibile, vt quis possit diuersis respectibus teneri tanquam tutor, & tanquam fideiussor; Et quamuis *Bald. in d. l. omnes. 31. in princ. C. de episc. & cler.* solum restingat ad causas ciuiles, Tamen idem in criminalibus pecuniarijs seruatur, vt *per Eund. Bald. in l. romanus apulus. ad med. vers. & allegatur. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Marsil. in rubr. de fideiuss. n. 368. q. 55. Aret. de malefic. in verb. pro quibus antonius fideiussit. n. 7. vers. quaero an vnus. Nicol. de Neap. Barbat. Rom. & alij*, de quibus *per Roncagall. in l. reos n. 11. in fin. de duob. reis. Amod. de sindic. n. 210. vers. item aduerte.*

Vltimo adde quod hodie quælibet ciuitas habet sua regimina distincta, vt olim quęlibet prouincia; † Ideò de qualibet ciuitate iudicatur, vt olim de prouincia, quod procedit inter laicos, non recognoscentes præsidem prouinciæ; Quidquid aliud sit inter clericum, & clericum, aut inter dominum, & clericum possessorem, seu præscriptionem, in quibus nihil est immutatum, quia Metropolitanus est cōmunis, vt olim, prout declarat *Salic. in l. cū in longi. quæ est vltima. n. 4. vers. hāc rationem. C. de præscript. long. temp. dec. vel vigint. annor.* † Quæ sunt notāda ad cognoscēdum quādo quis dicatur absens, vel præsens, & an sit sub eodem pręside, nec ne; præsertim in materia fideiussorum, præscriptionis, & similium, de quibus latè *Roncagall. in l. 3. §. vbi duo. n. 183. de duob. reis. Ias. in d. §. rursus. col. 1. instit. de action. Balb. de præscript. 4. p. in princ. q. 2. f. 261. Felin. in c. quoniam frequenter. 5. col. 9. in princ. n. 10. vt lit. non contestat.*

EPITOME.

Bona assignata per patrem filio quando pręsumantur donata, Et quid si vsus est verbis donauit, aut similibus dispositiuis, vel stante iuramento, & sequuta traditione, & consignatione, Et quid si adsit clausula, pleno iure, in perpetuum, & ad libitum, ad habendum, & quidquid placuerit faciendum. ¶ Insinuatio an requiratur in donatione iurata. ¶ Pater an censeatur donare filio eunti ad castra, vel ad studiū res pertinentes ad disciplinam militarem, seu ad studendū. ¶ Peculium quasi castrense quādo cōsideretur in filio scholari, vel doctore. ¶ Donatio librorum facta per patrem filio scholari an sit nulla, & conualidetur patre viuente propter assumptionem doctoratus, & quid in filio scholari in sacris constituto, seu primæ tonsuræ. ¶ Filiæ an possint dici æqualiter tractari à patre quāuis vna habuerit maiorē dotē, quàm alia. ¶ Paragium quid significet. ¶ Verba dare & concedere an importent donationem, & transferant dominium.

SVMMARIVM.

1 *Donationis præsumptio cessat quando aliqua probabilis coniectura capi potest.*
2 *Bona assignata per patrem filio in quibus casibus censeantur donata, vel potius in peculium, vel administrationem concessa. n. 3. 4. 6. & 30.*
5 *Verbum, dono, propter subiectam materiam potest intelligi quo ad vsum.*
7 *Pater censetur donare bona assignata filio sequutat traditione, & stāte iuramento. n. 8. Et quid si perseuerauit in voluntate vsque ad mortem. n. 9.*
10 *Donatio non insinuatur si non excedat valorem quingentorum solidorum legalium.*
11 *Insinuatio non requiritur in donatione iurata.*
12 *Bona præsumuntur donata per patrem filio si adsit clausula pleno iure, in perpetuum, vel ad libitum suum; seu ad habendum, & quidquid placuerit faciendum, cum similibus. n. 13. & 14.*
15 *Coniectura sufficiunt ad declarandum patrem voluisse filio donare.*
16 *Pater si dederit filio eunti ad castra, vel ad studiū res pertinentes ad disciplinam militarem, vel ad studendū præsumitur donasse. Declara vt n. 17. Amplia etiā quod fuerit data pecunia n. 25. Etiam si extaret statutum quod pater tractet filios æqualiter n. 26. Quid si apud patrem extarent bona aduentitia, castrensia, vel quasi n. 29.*
18 *Peculium quasi castrense non consideratur in filio scholari, sed in magistro, doctore, Aduocato, vel existente in publico officio. Contra n. 20. & 22.*
19 *Aequiparatio bona nō est causa militiæ, & studij*
21 *Donatio librorum facta a patre filio scholari, licet a principio esset nulla, tamen conualidatur patre viuente propter assumptionem doctoratus.*
23 *Donatio si fiat filio scholari in sacris constituto valet iure peculij quasi castrensis, ac si esset donatum doctori. Quid in filio primæ tonsuræ n. 24*
27 *Pater dicitur filias æqualiter tractasse, si æquè benè illas marito collocauit, quamuis vna filia habuerit maiorem dotem, quam altera.*
28 *Paragiū qualiter intelligatur, & quid significet*
31 *Verba, dare, & concedere an importent donationem, & transferant dominium remissiuè.*

CAPVT CCXXXI.

PRæsumptio donationis cessat, quando aliqua probabilis coniectura capi potest in contrarium † *l. cum de indebito. 25. de probat. l. eleganter. §. qui reprobos. de pignor. act. Aym. conf. 77. n. 14. & conf. 142. n. 26.* latè *Menoch. de arbitr. cas. 88. n. 1.* † Vnde quādo assignātur bona per patrem filio absque vlla cōuentione donationis, quia potest sumi coniectura, quod concesserit in peculium, regimen, & administrationem filiorum; Ideo tunc meritò excluditur donatio *Bart. in l. si donatione. 13. in fin. C. de*

de collat. Dec. conf. 86. col. fin. ad med. dixi supra c. 82. & late explicat Honded. conf. 59. n. 24. cum sequent. lib. 1. Itaut quando pater aliquid dat filio potius committere, quam donare censeatur Bald. in l. executorem. C. de execut. rei iudic. Marsil. sing. 57. Menoch. de arbitr. caf. 88. n. 5.

In casu tamen, de quo agebamus, Dixi prædicta non obstare, Primo quia clare apparet patrem noluisse dare in peculium, & conficere vltimam voluntatẽ, sed contractum inter viuos, & donationẽ, 3 tunc † enim iudicatur de tali actu prout de donatione Ruin. cõs. 187. n. 7. & 8. lib. 2. Osas. decis. 125. n. 5. vers. non obstant. Cum enim pater vsus fuerit verbo donauit cum alijs verbis dispositiuis, & donationem importantibus, de quibus in instrumento, colligitur censeri factam donationem, Quidquid aliud sit, quando vsus esset verbis dare, seu concedere cum similibus Bart. in l. 1 § si parens. ff. si a parẽt. quis fuer. manum. Alex. conf. 142. n. 21. lib. 2.

Neque obstat, quod etiam si pater vsus fuerit verbo, dono, non intelligatur de translatione dominij, sed de administratione peculij, 4 Cardin. † Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 18. lib. 13. n. 3. per doctrinam Ruin. conf. 130. 5 n. 9. lib. 3. † Cum etiam verbum dono propter subiectam materiam possit intelligi quo ad vsum Bart. in l. 1. §. nec castrense. col. 4. vers. circa secundum. de collat. bonorum. Corn. conf. 71. col. 3. lib. 1. Dec. in l. si donatione. 13. col. 10. in princ. vers. & eodem modo. n. 37. in fin. C. de collat. Me-6 noch. præsumpt. 30. n. 5. lib. 3. † Quia prædicta non procedunt quando, prout in casu nostro, fuit expressus titulus donantis, ita vt non possit dubitari de patris donantis intentione Imol. in l. titio centum. §. titio genero. col. fin. vers. vltimo adde. de condition. & demonstr. cum alijs quos adduxi supra c. 82. n. 18. & bene declarat Bald. in l. si donatione. 13. col. vlt. in princ. vers. si autem id quod datur. n. 3. ad fin. C. de collat. Barbos. in l. 2 §. quod si in patris. n. 4. vers. ceterum quamuis. ff. solut. matrim. vbi de communi opinione testatur, post Curt. Iun. in d. l. si donatione. n. 5. Et sic debent intelligi omnes qui contrarium sequuntur, quorum opinio procederet, quando simpliciter res traduntur filio nullo expresso titulo Bart. in l. fin. de pecul. legat. Couar. in c. rainaldus. §. 2. n. 6. ad med. de testam. Aym. conf. 39. n. 9. Bald. conf. 394. notandus. n. 1. lib. 3. Tell. ad leg. taur. 26. n. 1.

Secundo quia fuit sequuta traditio deueniendo ad consignationem, & patiendo filios possi-7 dere, † quo casu talis dispositio habetur pro donatione inter viuos Paris. conf. 34. n. 43. lib. 2. Put. decis. 84. n. 2. & decis. 132. lib. 2. Caputaq. decis. 275. p. 1. & decis. 105. p. 2. Honded. conf. 59. n. 2. lib. 1.

Tertio propter iuramẽtum, de quo in casu nostro, quod facit efficacem naturalẽ obligationem or-8 tam inter patrem & filium, † ita vt sit donatio irreuocabilis Ias. in l. frater a fratre. n. 40. de condict. indebit. Ruin. conf. 96. n. 8. lib. 5. late Osas. decis. 125. n. 5. Dec. conf. 631. n. 5. Cephal. conf. 61. n. 18. lib. 1.

Quarto, quia post traditionem & consignationem pater perseuerauit in voluntate, de qua agi-9 mus, vsque ad mortem, † Vnde quamuis à principio non valuisset talis donatio, esset confirmata morte patris, stante d. traditione, licet etiam sufficeret ficta traditio per constitutum Dec. conf. 239. col. 2. Aym. conf. 19. n. 2. Ias. in l. filium quem habẽtem. ad fin. C. fam. ercisc. Doctor. in l. donationes quas parentes. C. de donat. inter 10 vir. & vxor. Honded. conf. 59. n. 4. lib. 1. † Ita vt non opus sit in casu nostro insinuatione, cum non excedat valorem quingentorum solidorum legaliũ l. penult. §. fin. C. de donat. Bart. in l. sancimus. C. eod. Quidquid alias quando d. summã excederet, non valeret, tamquam non insinuata ob duplicem defectum tam circa personam patris prohibiti donare filijs, quam circa res donatas, quæ requirebant insinuationem Salic. in l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. Cephal. conf. 61. n. 5. cum alijs per Honded. d. conf. 39. n. 4. lib. 1. Cuman. conf. 11 28. de fundo. in princ. n. 1. † licet neque in casu nostro requireretur insinuatio, quamuis bona consignata excederent d. summam stante iuramento, quod supplet defectũ insinuationis, quando in specie fuit renunciatum eidem insinuationi Corn. conf. 69. lib. 2. Clar. in §. donatio. q. 18. Bald. in c. cum contingat. col. 4. de iureiur. Aym. cõs. 118. n. 2. dixi late supra c. 27. n. 72. vsque ad 39

Quinto, quamuis non adesset in casu nostro verbum donauit, sed solum tradidit, & assignauit, 12 nihilominus erit censenda donatio, † cum adsit clausula, pleno iure, cum omni emolumento, & commodo necessario, per cuius clausulæ adiunctionem etiam verba tradidit, & assignauit significarent necessariò translationem dominij; Quidquid alias simpliciter prolata illud non induceret prout in specie concludit Grat. conf. 7. n. 12. vsque ad 15. lib. 2. Menoch. præsumpt. 30. n. 42. lib. 3.

Sexto propter verba in perpetuum, & ad libitum suum, quę adsunt in instrumento assignatio-13 nis, de qua agimus, † ex illis enim non solum inducitur translatio dominij, sed libera, & perpetua facultas disponendi etiam sine spe reuocationis, & sic non concessionis peculij, quod ad libitum concedentis potest reuocari l. peculium crescit. de pecul. & in specie d. clausulę in perpetuum, & ad libitum concludit Grat. conf. 7. n. 18. lib. 2. Menoch. præsumpt. 30. n. 44. lib. 3. post Doctor. in l. qui romæ §. duo fra-14 tres. ff. de verb. oblig. † stante pręsertim clausula ad habendum, tenendum, & quidquid placuerit, de qua in eodem instrumento, quæ etiam translationem dominij irreuocabilis inducit Paris. conf. 33. n. 21. lib. 2. Cum dominium sit plena proprietas alienandi, & ad libitum disponendi potestas l. si quis. §. differentia. de acq. possess. Imol. in l. 1. in fin. eod. tit. Bald. in l. femina. §. illud. in fin. C. de secũd. nupt. Soccin. conf. 9. prosequendo. col. vlt. in princ. vers. no-

no clarissime.n.34.lib.1. Ita vt sint attendenda potius ista verba, quæ clare inducunt dominij translationem, quamuis adessent alia ambigua, per quæ non ita aperte induceretur talis translatio, quasi ista dubitatio debeat potius declarari ex verbis claris, & apertis *l.si seruus plurium.§.fin.de legat. 1.l.titia. §. vlt. de manumiss.testam.l.vtrum.de petit.hared.Soc.d.conf.9. in fin.n.36.vers.præterea. lib.1.*

Septimo etiam coniecturæ sufficient ad declarandum, an pater voluerit donare † *Grat.cons. 7.n.12.lib.2.Cardin.Mantic.de tacit.& ambig. conuent. tit.18.lib.13.n.7.in fin.* Quæ coniecturæ militant in casu nostro, cum fuerint datæ res pertinentes ad studendum, † quasi tunc illæ possint capi iure peculij quasi castrensis seu castrensis, quando darentur filio eunti ad castra bona, quæ spectant ad disciplinam militarem, cum ea tunc filius possit acquirere quo ad proprietatem, & vsufructum, prout declarat *Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.13.tit.18.n.7.ex Rot.coram R. P. D. Cotta Carpentoraten. bonorum. 19. Aprilis 1577.* † Dummodo aliud non posit colligi ex qualitate rei, & quantitate patrimonij *Alex. in l.si donatione. 13. col. 6.ante med.vers.hoc tamen limitat.& declarat n.13.in fin.C.de collat. & ibi Dec.col.vlt.n.41.& 42. Idem Alex.cons. 142.col.fin.in princ.vers.licet secundum opinionem.lib.2.post Bald.& Salic. in l.filia. C.famil. ercifcund. Idem Bald.in auth.ex testamento.C. de collat.& in l.1.ff.solut.matrim.* Et dummodo non appareat de contraria voluntate patris ex annotatione in aliqua scriptura, vel aliter, vt per *Aym. cons.125.in fin.n.8.vers. non obstant allegata. cum alijs per Menoch.præsump.30. n. 20.lib.3.*

Neque obstat, quod scholaris non sit de personis quæ possint habere quasi castrensia peculia, non † enim est aduocatus, aut magister, vel alius similis existens in dignitate, & publico officio, vt assessor, vel lector salariatus, licet intendat ad hoc venire, nec est in statu acquirendi de suo officio, & exercendi munus publicum, in quo quasi castrense peculium concedatur à iure, vt in specie declarat *Bald.in l.si donatione.in fin.C.de collat.Butr.cons.38.in fin.vers.itē si hoc factum fuisset ante doctoratum.n.5.* & sequitur *Cald. de restit.in integ. in verb. læsis. n. 102.* vbi quod non consideratur peculium quasi castrense in filio scholari, sed in doctore, & aduocato, & ibi etiam, quod non est dicendum, vt indistincte omnes libri censeatur donati, sed tantummodo ad discendum in scholis necessarij, non autem ad munus iudicandi, seu aduocandi secundum leges regias, Maxime † quia non est bona æquiparatio causæ militiæ, & studij, Miles enim habetur pro milite antequam ad castra perueniat, quia sumus in ijs, quæ confestim, & infallibiliter fieri debent, secus in licentiato, in quo non est necesse, vt statim fiat doctor, æquiparatio autem procederet, quando licentiatus ad gradum doctoris iam admissus pararet expensas, vt concludit *idem Cald. in d.verb. læsis. n. 107.ad fin.de restit.in integr.*

Quia verius est, quod efficiatur peculium quasi castrense non solum quando pater emit libros nomine filij, & illos eidem tradidit existenti doctori, † sed etiam si tempore traditionis non erat doctor, sed postea efficiatur propter causam fauorabilem studiorum, cum non referat an tempore traditionis, vel post fuerit doctor *Alex.* in specie *cons.142.circa primam dubitationem.col.9.in fin.vers.quo autem ad libros n.25.lib.2.* quem sequitur *Rip.in l.in quartam n.172.ad leg.falc.* vbi de magis communi, argumento *l.siue emancipatus. C. de donat. l. donationes.§.pater.ff.eod.tit.* sequitur *Dec.in l.si donatione.col.vlt.ante med.vers.& istam opinionē n.42.C.de collat.* Quod etiam voluit *Bald.in l.si filiusfamilias.in princ.vers.facit ad quæstionem C.famil. ercifcun.* vbi quod præsumuntur libri dati in peculium quasi castrense, non tantum si filius sit aduocatus, sed etiam si post concessionem paternā eadē voluntate durante filius fit doctoratus, vel togatus, quidquid aliud sit quādo filius non studet, cum libri tunc non sint eius arma, ideo solum erit in peculium *l.vlt. de pecul. legat.* sequitur *Cuman. cons. 28. de fundo. col.vlt.ante med.vers.in qua quæstione.Barbat. cons. 37. col. 19. vers. nec obstat.lib.2.Menoch. præsumpt.30.n.16.in fin.vers.& hic quidem casus. lib.3.* Quasi quod impendit pater in honorem, & dignitatem filij soleat in quasi castrense peculium imputari *l.1.§.nec castrense ff.de collat. bonor.Signorol.cons.62.in princ.n.1.* Cum etiam causa studij, quæ tendit in finē militiæ, seu quasi militiæ coniecturet animū donādi *Butr.cons.38.in fi.vers.& si dicatur* † Et licet donatio fuisset à principio nulla, tamen conualidata est patre viuente per assumptionem gradus doctoratus *Rip.* qui de communi in *l.in quartam.n.172.ff.ad leg.falcid.* Quidquid aliud sit quando filius compleret studiū post mortem patris, de quo per *Bart.in l.1.§.nec castrense col.2.post princ.vers.si vero pater est mortuus n.2.de collat.bonorum,* Vbi quod scholaris non habet peculium quasi castrense *Imol.in l.1.in fin.n.35.ff.solut.matrim.* contra *Angel.ibid.* qui male contrarium tenuit, Et de veriori opinione testatur *Barbos.ibidem.p.7.n.39. ad med. vers.sed id falsum esse.* † Vbi tamen concludit quod licet libri empti per patrem filio eunti ad studium non transeant in peculium quasi castrense ex prædictis, censebuntur tamen donati fauore speciali studij secundum *Garz.de expensis.c.4.n.107.*

Quæ magis procederent si esset donatum filio scholari constituto in sacris, tunc enim idem esset, ac si donatum fuisset doctori, † quia statim donatio valuit iure peculij quasi castrensis *l.sacrosancta.C.de episcop.& cleric.Iaf.in l.licet filia.ad med.n.7.vers.& sic ex prædictis habes. C. de collat.* † vbi loquitur tā de libris, quàm de alijs rebus donatis filio nedum constituto in sacris

sacris, sed etiam primæ tonsuræ, quamuis in hoc de tõsura dubitet *Rip. in l. in quartã. n. 171. ff. ad leg. falcid.* de quo tamẽ *Alber. Bertr. & alij per Vasq. de succession. creat. lib. 3. §. 30. p. 3. limit. 34. n. 209. fol. 102.* Et an prima tonsura sufficiat, latè disputat *Caldes. de rest. in integr. in verb. læsis. n. 104.* vbi *in vers. melius. n. 105.* concludit verius esse non sufficere primam tonsuram, nisi actu alicui ecclesiæ seruiret *Idem Cald. ibid. vers. posset vere.*

Idem esset si pecunia fuerit donata filio ad emendum res pertinentes ad studium, quia censebuntur donatæ d. res, ac si ipsemet illas emisset, & tradidisset filio ob eandem causam,

25 cum † non videatur minor præsumptio donationis, quando datur filio pecunia, vt ipse suo nomine emat, quàm si a patre nomine filij sit facta emptio, & traditio *Dec. in l. si donatione col. vlt. in princ. vers. secus videtur si à patre. n. 41. C. de collat.* Menoch. *præsumpt. 30. n. 11. & 17. lib. 3. & de arbitr. cas. 131. n. 1.* & veriorem opinionem dicit *Barbos. in l. 1. p. 7. n. 38. in fin. vers. neque obstat. ff. solut. matrim.* contrà *Butr. cons. 38. ad fin.*

Immò etiam esset locus prædictis, quamuis extaret statutum, quod pater tractet filios suos

26 æqualiter, † aliàs fiat reductio ad æqualitatem, cum istud statutum sit conforme iuri communi, per quod disponitur, vt inter filios seruetur æqualitas *l. vt liberis. C. de collat. l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ liber.* latè *Tiraq. de primogenit. q. 4. n. 3.* Et tamen ius commune vult in hoc casu præsumi donationem ob causam studij *l. quæ pater filio. ff. famil. erciscun.* Ergo idem erit in statuto, quod non videtur voluisse tollere hanc æquitatem consideratam à iure, sed solum id fecisse, vt obuiaret alijs erroneis affectionibus parentum, cum etiam æquius sit, vt filius docilis magis instruatur, quam habens crassum ingenium, neque potest dici insurgere inæqualitatem, si tractetur melius vnus, quàm alter, Ità in specie similis statuti concludit *Alciat. præsumpt. 7. lib. 1. n. 2.* sequitur Menoch. *præsumpt. 30. n. 17. lib. 3.*

Prout dicimus de filia, quæ habuit minorẽ dotem, quàm altera, dicetur enim eas pater æqualiter tractasse, si æquè benè illas marito collocauit,

27 nam verbum paragium † non intelligitur de quantitate dotis, ità quod pariter, & æqualiter debeant dotari, sed respectu familiæ, cum qua contrahitur affinitas, videlicet vt maritetur pari secundum qualitatem, & conditionem personarum *Dec. cons. 26. col. vlt. post princ. vers. non obstat quod etiã. n. 5. cum alijs per Vrsill. ad Affl. decis. 160. n. 2. Alciat. d. præsumptio. 7. n.*

28 *3. lib. 1.* † Quidquid aliud sit quando verbo paragio iungerentur alia verba, per quæ posset dici fieri extensionem vsque ad quantitatem legitimæ *Idem Dec. cons. 275. col. vlt. in princ. vers. & sic datur. n. 5.* de quibus latè *Grammat. decis. 101. n. 26. Aym. cons. 236.* Et multa de paragio *Mastrill. decis. 107. lib. 2*

Minus esset dubitandum de prædictis quando apud patrem non extarent bona aduentitia,

29 castrensia, vel quasi ipsius filij, † tunc enim donatio præsumeretur, vt suprà dictum est, Cum aliud deberet attendi extantibus dictis bonis filij apud patrem, quasi tunc potius sit præsumendum fuisse expensum de bonis eiusdẽ filij, non proprijs *Bart. in l. 1. §. nec castrense. n. 8. de collat. bonor.* cum alijs per *Garziam de expensis c. 4. n. 2. Alberic. Ang. & Castr. in l. fin. de petition. hæred. Idem Castr. cõs. 415. viso & examinato dicto puncto. n. 2. lib. 2. Nauarr. in manual. c. 17. n. 160. in fin.* Quamuis contrarium, & melius, quod nõ præsumatur hoc casu cõpensatio ex multis rationibus sequatur *Barbos. in l. 1. p. 7. n. 28 ff. solut. matrim. Horat. Iutius.* licet sub dubio *priuil. scholar. 6. col. 16. limi. 5. per tex. in l. quæ pater. 51. ff. famil. ercis.* per quem etiam ità tenet *Signor. cons. 62. n. 7.* quẽ refert Menoch. *præsumpt. 30. n. 19. lib. 3.* qui etiam hanc opinionem tanquam vltimò relatam videtur approbare.

Vltimò adde non solum ex suprà allegatis iudicandam esse donationem ad fauorem filiorum,

30 sed † etiam quando pater vsus esset alijs verbis, per quæ posset significari donatio, prout si diceretur, quod filius sit contentus pro sua portione; vel quando pater promisit legitimam rerum concessarum defensionem, vel si adesset clausula omni meliori modo, vel si fuerint bona consignata in proprietate, & possessione, vel retineatur vsusfructus, cum alijs clausulis, de quibus latè *Menoc. præsumpt. 30. n. 40. vsque*

31 *ad n. 54. lib. 3.* † Vbi etiam quod censebitur facta donatio per verba dare & concedere, quasi per illa transferatur dominium, de cuius tamen veritate dixi suprà c. 82.

EPITOME.

SEquestratio quando possit fieri contra possessorem appellantem pendente appellatione, tam per Iudicem litis, quam per Ordinarium iuxta formam *clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct.* ¶ Et quo casu impediatur per tertiũ, qui venit ad causam pro suo interesse. ¶ Iudex primæ instantiæ quando possit reuocare sequestrum de consensu illius, ad cuius instantiam fuit appositum. ¶ Appellatio an admittatur à decreto sequestri, & quibus casibus in ea sit exprimenda causa, & quid in alijs interlocutorijs, quando iniquitas illarum detegitur tam ex allegationibus iuris, quàm facti. ¶ Sequestrum an sit concederdum quãdo condemnatus possedit beneficium triennio, & quid in eius cessionario.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum non potest fieri contra possessorem appellantem pendente appellatione. Declara vt n. 2.*

3 *Ordinarijs cura animarum est principaliter commissa.*

Seque-

4 *Sequestratio quando sit facienda per Ordinarium seu Iudicem litis.*
5 *Sequestrum an possit impediri per appellationem interpositam à tertio prætendente interesse.*
6 *Tertius non auditur cessante præiudicio.*
7 *Tertius debet docere de interesse adhoc vt in iudicio admittatur. & n. 38. Et an talis causa sit præiudicialis. n. 39.*
8 *Immissio in possessionem rei non vacantis an possit impediri per Tertium.*
9 *Tertius appellans impedit executionem sententiæ. & de ratione. n. 10.*
11 *Iudex primæ instantiæ an possit tollere sequestrum de consensu partis, si in secunda instantia tertius comparuit pro suo interesse.*
12 *Sequestrum quod fit iuxta elem. 1. de sequestrat. possess. & fruct. an habeat locum quando tertius fuisset possessor beneficij.*
13 *Sequestratio potest impediri per nullitatem defectu iurisdictionis.*
14 *Ordinarius post admissam appellationem non potest concedere sequestrum. Idem in Iudice litis. n. 15.*
16 *Sequestrum quando reuocetur per fideiussionem. & n. 17.*
18 *Sequestrum an possit reuocari, si possessor obtineret infirmari sententiam, cuius occasione fuit decretum.*
19 *Appellatio non impedit sequestrum, quod lex mandat fieri.*
20 *Nō potest appellari à pæna legis, vel canonis n. 22.*
21 *Grauamen legis non est grauamen.*
23 *Appellari quando possit a decreto sequestri.*
24 *Decretum sequestri est interlocutorium.*
25 *In appellatione ab interlocutoria est exprimenda causa clare, & specifice.*
26 *Verba appello quia me grauasti, vt ex actis apparet, non continent aliquid certum nisi specificetur ex qua parte actorum appareat tale grauamen.*
27 *In appellatione à sequestro non est exprimenda causa. Fallit in eo quod conceditur iuxta formam elem. 1. de sequestrat. possess. & fruct. n. 31.*
28 *Causa an debeat exprimi si appelletur a decreto de torquendo.*
29 *Causa an sit exprimenda in appellatione ab interlocutoria quando illius iniquitas detegitur tam ex allegationibus iuris, quam facti. & n. 30.*
32 *Sequestrum non conceditur quando condemnatus possedit beneficium triennio, n. 33. & 34. Et quid in cessionario. n. 35.*
36 *Possessor triennalis appellans a sequestro an debeat exprimere causam.*
37 *Tertius appellans pro suo interesse an debeat exprimere causas, & illas iustificare saltem semiplenè.*

CAPVT CCXXXII.

APpellatione pendente non potest fieri sequestrum contra possessorem appellantem 1 cum † debeat esse integer status illius *Cardin. in elem. 1. q. 22. in fin. vers. si vero proceditur in negotio. de sequestr. possess. & fruct. per l. fin. ff. nil. nouar. appell. pedent.*

In casu tamen, in quo in prima instantia esset lata sententia in beneficialibus contra possessorem, & decretum sequestrum iuxta formam 2 *elem. 1. de sequestr. possess. & fruct.* † Valebit actus sequestrationis factæ per ordinarium appellatione pendente, neque hoc casu poterit dici esse attentatum *Cassador. decis. 5. n. 2. vers. sed maior pars. de sequestr. possess. & fruct. Afflict. decis. 152. n. 6. Lancellot. de attent. appell. pendent. limit. 12. n. 2. & 9. tom. 5. fol. 367. Mandos. reg. 9. de subrogand. litigant. q. 13. in princ. Duen. reg. 22. n. 15. limit. 15.*

Fiet autem hæc sequestratio per ordinarium, & 3 non per Iudicem litis, Quia Ordinarius † melius habet notas personas idoneas suæ iurisdictionis, per quas poterit ecclesiæ deseruire, ordinarijs enim videtur cura animarum esse principaliter commissa *c. præcipimus. 12. q. 1. c.* 4 *perlectis. 25. distinct.* † & notat in specie *Cardin. in elem. 1. q. 13. post med. n. 20. de sequest. possess. & fruct.*

An autem huiusmodi sequestratio impediatur per appellationem interpositam à tertio prætendente interesse, cum de hoc quæreretur, Dixi veriorem esse sententiam negatiuam, 5 etenim per huiusmodi † sequestrum nullum fit ei præiudicium, aut damnum, Immo ista prouisio sequestrationis est magis ei vtilis, quam damnosa, quod videlicet fructus colligantur per idoneam personam, & sibi referuentur in 6 casu victoriæ, † Vnde cessante præiudicio, non erit tertius audiendus *c. non solent. 2. q. 6. c. super his. de accusat.* & in specie est decisio *Rotæ. 11. alias 294. in antiq. de sent. & re iud. & decis. 4. alias 390. de sequestr. possess. & fruct. in nou. Vestr. in prax. lib. 7. c. 2. n. 5. Milius in repert. in verb. sequestrū possessionis & fructuum. in fi. Vant. quis poss. dicer. de nullit. n. 22. ad med. vers. audiri enim.*

Et facit, quia tertia persona comparens in iudicio auditur, dummodo in primis iudici constet 7 de illius interesse, † quando non vocatus, neque ab alio nominatus voluntarie ad causam accedit *l. 1. in princ. de appell. recipiend. c. non solet. 2. q. 6. Dec. cons. 302. n. 5. Aegid. decis. 29. in fin.* Vnde non mirum si non potest impedire sequestrum, cum eius non intersit illud fieri, Immo sit proficuum, vt supra dictum est, pro-8 ut † non deberet audiri etiam quo ad impediendam immissionem in possessionem rei non vacantis, sed ab alio occupatæ, cum sua non interfit, quasi eo modo possit auocare possessionem à secundo possessore, sicut posset à primo *Innoc. in c. veniens. il 2. de testib. Bart in l. a diuo pio. §. si super rebus. col. 2. de re iudic. Vant. qui de communi tit. quis poss. dicere. de nullit. n. 23. ad fin.*

Neque obstat, quod tertius appellans impediat executionem realem, & actualem sententiæ, 9 quæ est maior, † quam sequestratio fructuum *c. cum super. de re iudic. late Honded. cons. 25. n. 4. lib. 1.*

4.lib.1. Anchar.q.44.n.1.lib.2. Vnde multo fortius impedire poterit sequestrum, quod minus est *c.ex parte.de decim.c.cui licet.de reg.iur. in 6.* Quia illud procedit ob magnum præiudicium, quod posset fieri tertio appellanti,
10 si † fieret executio sententiæ latæ pro victore, & ipse in possessionem induceretur, quasi posset contra eum constitui nouus possessor, & magis durus aduersarius, Aliud est in casu nostro, in quo habenti vnam sententiam pro se non dabitur possessio, nec aliqua fructuum perceptio, nisi finalem victoriam obtineret, ergo maius præiudicium fiet tertio per executionem, quam per istud sequestrum, quod fit per Iudicem, non per partem, immo etiam parte inuita, Vnde non dicitur partibus damnosum vt per *Zenze.& alios* de quibus per *Rot. decis. 4. alias. 30. ante fin. vers.nec obstat.de sequestr.possess.& fruct.in nouis.*

Et adeo dicta commoditas, seu præiudicium tertij erit considerandum, vt si facto seque-
11 stro à Iudice primæ instantiæ † penderet causa in secunda instantia, in qua postea tertius veniret pro suo interesse in statu, & terminis in quibus reperitur, non posset Iudex primæ instantiæ, qui sequestrum apposuit illud tollere, aut relaxare etiam de consensu partis ad cuius fauorem fuit appositum propter dictum præiudicium tertij, qui in secunda instantia comparuit, & litigat *Caputaqu. decis. 101. & decis.160.p.3.Gonzal.de alternat.in proœm. §.7.n.101.& 102.*

Adde tamen quod aliud esset dicendum, quan-
12 do iste tertius fuisset possessor beneficij, † Nam si inter duos, vel plures competitores beneficij feratur sententia pro vno contra alium, non fiet sequestratio contra reliquos, nec habebit locum *clem.1.de sequestr.possess.& fruct.* prout colligitur ex illo *tex.* dum dicitur quando fertur vna sententia diffinitiua pro petitore contra possessorem non possidentem tamen pacifice triennio, prout declarat *Rot.decis. 11. alias 294.de sentẽt.& re iudic.in antiq.ad med. vers.nec per hoc impeditur iure suo. Vant. qui poss. dicer. de nullit. n. 22. ad med. vers.audiri etenim.*

Secundo adde alliud esse si nullitas ex defectu iurisdictionis proponeretur, Nam per talem
13 nullitatem posset impediri sequestratio † *Glos. in clem.vnic.in verb. non obstante de sequestr. possess. & fruct. Vestr. in prax. lib. 7.c. 2. n. 5. ad med.*

Tertio quamuis ordinarius possit sequestrum concedere non obstante appellatione iuxta formam *d.clem. 1. de sequestr. possess. & fruct.*
14 Tamen † hoc non procederet quando appellationi detulisset, quia tunc non potest se vltra intromittere *Lancell.de attent.appell.pendent.limit.12.n.10 post Cardin.in d.clem.1.notab.9.n.8.in fin.& q.13.ad med.vers.& idem n.20.* Cum per delationem appellationis Iudex non possit amplius cognoscere neque in principali, neque in accessorio *c.dilectus.§.præterea de appell.& c.cum appellationibus.eod.tit.in 6.* Idem est quando in casu concesso fit sequestrũ
15 per Iudicem litis, † qui non obstante appellatione procedit ad sequestrum, dummodo appellatio non sit recepta, quia tunc ad superiorem esset recurrendum *l. ab executore C.quor.appell.non recip.Cardin.in d.clem.1. q. 13.in fin.*

Quarto Adde, quod sequestratio decreta ex dispositione *d. clem.* non reuocabitur per datio-
16 nem fideiussoris; † Quia tale sequestrum non solum permittitur, sed etiam præcipitur a lege cum adiectione pœnæ, & ex aliqua causa *Io.Andr.in addit.ad Specul.in rubr.de sequestr. possess.& fruct.* quem sequitur *Milius in verb. sequestrum.vbi est fiendum.Vestr.in prax.lib.7.*
18 *c.2. n.9. Put.decis.311.n.1.lib.1.* † Quidquid alias fideiussio sit medicina sequestri, & per eam illud reuocetur *l.si fideiussor.§.fin.ff. qui satisd. cogant. Doct. in c.examinata. de iudic.Diaz. reg.685.*

Amplius neque reuocabitur, quamuis possessor
18 post sequestrum obtineret sententiam, † cuius occasione fuit decretum per aliam sententiam infirmari, nam esset expectanda finalis causæ victoria, Ita vt si Iudex, qui infirmauit priorem sententiam latam contra possessorem, si etiam reuocasset sequestrum, veniret omnino reintegrandum *Specul.& alij per Vestr. d.c.2. lib.7.n.9.in fin.*

Quinto In casu *d. clem.* ideo appellatio non impedit sequestrum, & executionem, quia tunc
19 illud sequestrum imponitur potius à lege, † quã ab homine, & Iudex nihil aliud facit quam legem exequi, quo casu non datur appellatio a lege *l.fin.§.vlt.ff.quib.app.non lic.* prout neque a legis executore *l.ab executore. de appell.*
20 Quemadmodum † neque a pœna legis, vel canonis *l.si qua pœna.244.de verb.signif.Glos. in c.quia nos.33.in fin.de appel.Bart.in l.si res.col. 2.de appel.recipiend.Dec.in c.consuluit.il 3.eod. tit.* Etenim grauamen legis non est grauamen
21 *Bald.* † *in c.ad nostram.col.2.de appell.* Quia legi omnes obedire debent *§.arripiat. auth. vt omnes obed.iudicib.prouinc.* & ab omnibus de-
22 bent leges custodiri *l.leges.C.de legib.* † Vnde non mirum, si appellatio prohibeatur *Rebuff.in d. l. si qua pœna. in princ. vers.namque harum. de verb.signific.* Quidquid alias possit appellari
23 a decreto de sequestro † pro vt in casibus de quibus *per Lancell.de attent.p.2.c.12.limit. 12.* dixi supra *c.214.n.39.*

Quo ad vltimum de quo dubitatum fuit an in appellatione a sequestro esset exprimenda causa, dicebatur debere exprimi, quia decre-
24 tum sequestri est interlocutorium † *Cassad.decis. 4.n.2.de sequestr. possess. & fruct.* Quasi sit super emergenti, vel incidenti seorsum a principali *Alex. in rubr.ff. de iudic.col.2.post med. vers.qua autem. Honded. cons.27.n. 15. lib.1.*
25 Vnde sequitur conclusio † quod in appellatione ab interlocutoria est exprimenda causa *c.romana.§.quod si obijciatur.de appellat.in 6.&*

est

est exprimenda signanter, & clare *elem. appellanti.de appell.* & non generaliter, vel obscure, quamuis referat se quis ad acta, videlicet si dicatur appello, quia me grauasti, vt ex actis
26 apparet; † Nam hæc verba non continent aliquid certum ex se, nisi specificetur per quã partem actorum appareat tale grauamen *l.ne causas.de appell.*

Quibus tamen non obstantibus contrarium est verius, quod non sit exprimenda causa, cum ex decreto sequestri constet de grauamine ex
27 præsumptione iuris, † Ista enim interlocutoria est iniusta, cum contineat concessionem sequestri, quæ est contraria iuri, Quare propter præsumptum vitium pronunciationis non est necessaria expressio causæ appellationis,
28 prout etiam dicimus † quando appellaretur a decreto de torquendo, cum tortura sit contra ius, nisi appareant indicia *l.maritus.ff. de quæstion.* Vnde erit superuacua expressio causæ in re aperte prohibita, argumento *l.si cõstat.de appellat.l.qui testamento.de excus.tutor. l.si quis procuratione.de appellat.* & ita in specie de sequestro, & tortura concludit *Bart.in l.minoribus.6.post princ.n.5.vers.sed in appellatione.C.de his quib.vt indign.* sequitur *Castr. ibid.col.1.in fin.vers.& dicitur hic.n.7.Frãc.in c.1.col.3.ad med.vers.quarto limita.n.7.eod.tit.*
29 *in 6.* † qui etiam addunt idem esse quando iniquitas interlocutoriæ detegeretur per allegationes iuris, tunc enim neque esset opus inserere causas appellationis, argumento *l.1.in fin. de dot. præleg.* & in istis terminis etiam debet intelligi *Innoc.in c.fin. de nou. oper. nunc.* dum vult non esse exprimendam causam in appellatione ab interlocutoria, quando videlicet eius iniquitas detegeretur per allegationem iuris, vt distinguit *Bald. in d. l. minoribus. n.6.C.de his quib.vt indign.*

Contraria autem procedunt, quando iniquitas sententiæ interlocutoriæ deberet detegi ex allegationibus, & probationibus facti, Ita vt non sit quæstio iuris, sed facti *l. idem erit. de stat.homin.* Tunc enim appellans ab interlocutoria habet necesse exprimere in appellatio-
30 ne, † quare sententia sit iniusta, itaut tali causa non expressa, non possit illam prosequi *clem. appellanti.de appellat.* & declarat *Bald. in d.l. minoribus.col.1.ad med.n.6.vers.vbi ergo est talis.C.de his quib.vt indign.*

Ex prædictis sequitur, quod in appellatione a sequestro relaxato iuxta formã *clem.1.de sequest.*
31 *possess.& fruct.* erit inferenda causa, † cum ius permittat d. sequestrum, & cesset præsumptum vitium interlocutoriæ, vt contrariorum sit eadem disciplina, si enim in appellatione a sequestro non est exprimenda causa, quia regulariter ius prohibet sequestrari, vt dictum est: Ergo quando idem ius concedit sequestrum opus erit eiusdem causæ expressione, si appelletur, quasi colligatur iniquitas appellationis interpositæ contra id, quod iure permitente fuit factum, Cum contraria procedant, quando ius expresse facit contra interlocutoriam, non quando ei assistit *Cassad.decis.4.n.3.vers.vnde dicas aliter.& n.5.vers.ex quibus constat.de sequestr.possess.& fruct.*

Neque obstat, quod non semper ius assistat concessioni sequestri iuxta formam *d. clem.* cum etiam detur casus, in quo non est locus seque-
32 stro, † quando videlicet condemnatus possederat beneficium triennio, prout *in Rota* ita seruari testatur *Mandos.reg. 29. de subrogand. litigantib.q.5.n.in 2.fin.vers.sicut etiã fecit.* Sufficit enim, quod solum moueatur lis contra triennalem pacificum possessorem, quamuis regula triennali non possit gaudere, nam lata sententia contra talem possessorem non est locus sequestro, cum *d.clem.* solum requirat tempus triennalis possessionis pacificæ, non autem
33 effectum regulæ triennalis, † seu alia requisita etiam quod triennalis habuerit sentẽtiam contra se priuatoriam ob non solutionem pensionis, solum enim cursus triennalis pacificæ possessionis sufficit ad excludendum sequestrum
34 non obstante tali priuatione infectiua *Cardin. Cassad.& alij per Mandos.d.reg.29.q. 5. in fin. n.4.* Et sicut non potest decerni sequestrũ con-
35 tra † triennalem possessorem, ita neque contra cessionarium, nisi beneficium possessionis triennalis sit personale *Put. decis.347.n.2.p.3.*

Quia respondetur, quod ista est quæstio facti, & non iuris, vnde magis debet talis possessor trie-
36 nalis exprimere causam ad hoc, † vt eius appellatio à sequestro valeat, non enim ex hoc redditur ius obscurum, quod concedit sequestrum, vnde debebat cõstare, & allegari iudici ex probationibus facti, & non prodesset, nisi ex deductis hoc manifestè appareret, & sic erit exprimenda causa, cum non sit res aperta, pro vt esset, quando iniquitas detegeretur per allegationem iuris, quo casu non requiritur alia expressio causæ, tãquam in re clara & manifesta, prout distinguit *Bald.in l.minoribus.6.ad med.n.6. vers.vbi ergo.C.de his quib.vt indign.Franc. in c.1.col.2.de appell.in 6.* & in specie triennalis sequitur *Cassador.decis.4.n.3.in fin.vers.neq; obstat.de sequestr.possess.& fruct.*

Quæ magis procederent in tertio appellante pro suo interesse, qui non tantum debet exprimere
37 causas, † sed etiam eas iustificare saltem semiplene, antequam ad vlteriora procedat *Felin.*
38 *in c.cum super.17. in princ.de sent.& re iudic.* Quoties † enim quis pro suo interesse vult admitti in iudicio, debet saltem docere de eo semiplene, itaut iste articulus præiudicialis sit
39 prius examinandus, † *Aret.in l.à sententia. de appellat. post Bart.in l.si quæramus.de testam. Innoc.in c.veniens.el 2.de testib.* Quæ quãdo habeant locum dicam infra in capite particulari.

EPITOME.

DOnationes minorum an subsistant si in eis interuenerit decretum iudicis, & auctoritas tutoris. ¶ Et quid si donentur immobi-

mobilia ob causam remunerationis, aut fiat renunciatio per puellas ad fauorem fratrum. ¶ Consensus, quando possit adhiberi ex interuallo. ¶ Donatio causa mortis, quo casu permittatur minori. ¶ Venia ætatis quando efficiat minorem habilem ad donandum, vel solum ad contrahendum. ¶ Iuramentum an liget minorem etiam Iudæum. ¶ Fideiussio, & donatio minoris iurata quando valeat. ¶ Iuri prohibitiuo, an possit renunciari præstito iureiurando. ¶ Fideiussores dotium, quando possint dari. ¶ Et quid stante iuramento, & vbi attenditur ius ciuile. ¶ Mulier quando fideiubeat ob causam dotis. ¶ Ius canonicum corrigens ius ciuile, in quibus casibus sit attendendum. ¶ Statutum laicorum disponens contra iuramentum, quando sit validum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum non debet interponi in donatione minorum, & nihil operatur auctoritas tutoris. n.5. & 10.*
2 *Donare est perdere.*
3 *Renunciationes, quæ fiunt per puellas ad fauorem fratrum etiam iurata, quando sint nullæ. Et quid in muneribus nuptialibus. n.4.*
6 *Minor non potest renunciare iuri suo, nec cum consensu tutoris, nec Iudicis, nec iuramento.*
7 *Restitutio conceditur minori aduersus omnem actum præiudicialem. & n.59.*
8 *Consensus, qui sapit auctoritatem non potest poni ex interuallo.*
9 *Habens potestatem confirmandi potest ex interuallo confirmare.*
11 *Adultus dicitur carere curatore in casibus, in quibus illius auctoritas est inutilis, neque in hoc æquiparatur pupillo.*
12 *Paria sunt non habere mandatum, vel tale quod non se extẽdat ad causam, de qua agitur.*
13 *Curator non debet excedere terminos iuris administrandi.*
14 *Donare non pertinet ad bonorum administrationem.*
15 *Minor non potest extraneam personam dotare.*
16 *Minor non potest donare bona immobilia gratia remunerationis, quamuis adhibeat solemnitates statuti. n.17.*
18 *Contractus non valet sine causa.*
19 *Donatio causa mortis permittitur minori sine curatore. Fallit n.20.*
21 *Statutum disponens, vt maior decem & octo anni habeatur pro persona legitima, habilitat solum ad contrahendum, non ad donandum. Amplia vt n.23. limita vt n.22.*
24 *Venia ætatis concessa minori, an efficiat ætatem legitimam etiam quo ad potestatem alienandi.*
25 *Iuramentum facit donantem maiorem, & ligat etiam Iudæum, quamuis nulliter donet ratione minoris ætatis. n.26.*
27 *Iudæus incurrit pœnas* l. si quis maior. C. de transact. *& tenetur obseruare iuramentum.*
28 *Fideiussio, & Donatio facta à minore cum iuramento, quando valeat. n.29. & 30.*
31 *Beneficium restitutionis tollitur per iuramentum in simplici donatione.*
32 *Absolutio à iuramento an sit concedenda minori donanti, & quid operetur.*
33 *Fideiussor dotium non potest dari, & talis renunciatio non valet. Limita vt n.34. & 40.*
35 *Iuri prohibitiuo an possit renunciari præstito iuramento. n.37. & 39.*
36 *Occasio non debet dari, vt oriatur perfidia inter coniuges, & ob istam causam an debeat interdici fideiussio in dotibus. n.42.*
38 *Velleianum quamuis loquatur per verba prohibitiua in personam tamen confirmatur iuramento.*
41 *Pro dote restituenda quãdo fideiussor possit dari.*
43 *Renunciationes legi prohibitiuæ de dandis fideiussoribus pro dote restituenda cum iuramento, non admittuntur vbi attenditur ius ciuile, non ius canonicum.*
44 *Mulier an sicut potest fideiubere ex causa dotis sine solemnitatibus in illius constitutione, ita etiam possit in eius restitutione.*
45 *Dos censetur habere causam perpetuam.*
46 *Ius canonicum corrigens ius ciuile in quibus casibus sit attendendum.*
47 *Vsuræ permissæ de iure ciuili prohibentur de iure canonico.*
48 *Diuortium prohibitum secundum canones permittitur de iure ciuili.*
49 *Matrimonium permissum filijs sine consensu patris secundum canones prohibetur à iure ciuili.*
50 *Auth. ex complexu. C. de secund. nupt. corrigitur per canones.*
51 *Pœna transeuntis ad secundas nuptias infra annum luctus est sublata de iure canonico.*
52 *Testamentum requirit septem testes de iure ciuili, licet sufficiant duo cum præsentia Parochi de iure canonico.*
53 *Res aliena legata an sit debita per hæredem tam secundum canones, quam leges.*
54 *Ius ciuile in foro animæ, quando sit seruandum vbi non reprobatur ab Ecclesia.*
55 *Pro decreto quando non præsumatur.*
56 *Papa in abolendo iuramento habet supremam auctoritatem.*
57 *Statutum laicorum contra iuramentum non valet. Intellige vt n.58.*

CAPVT CCXXXIII.

NOn potest dari curator ad auctorandum in donatione, cum in hoc casu non sit interponendum decretum † *l. ab agnato. de curat. furios. l. fin. ff. eod. tit.* Nam curator dandus est causa cognita, idest ex iusta causa, quę non adest, nec potest esse in dando curatorem ad donandum, † cum donare sit perdere *l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. l. prohibere. §. plane quod vi aut clã. l. filius. de donat.* & bene declarat *Alex. in l. 1. in prin. col. 2. n. 14. vers. dico tamẽ quod ista ff. de verb. oblig. post Bal. in l. 1. ad med. C. si aduersus*

uersus donat. Vbi ex hoc subdit, quod si dicit statutum, vt non valeat contractus eum minore sine auctoritate curatoris, quamuis minor iurauerit, Impossibile erit quod minor cum iuramento donet etiam cum auctoritate curatoris, quia impossibile est cum habere curatorem ad

3 donandum, & per consequens, † istæ refutationes, quæ fiunt per puellas ad fauorem fratrum, quamuis iuratæ sunt nullæ ipso iure quatenus concernunt, & sapiunt donationem cum expresse reprobetur iusiurandum à statuto; & sequitur *Alex.consf.125.visis & consideratis statutis. col.3. in fin. verf. propterea infert in proposito. n.2. in fin. lib.1.* De quo tamen multa per *Doctores in auth.sacramenta puberum.C.si aduersus vendition. & in c.cum contingat.de iureiur.*

4 Quidquid aliud sit, † quando essemus in nuptialibus muneribus consuetis, & similibus, in quibus non daretur restitutio minori, quasi tunc vtatur iure communi *l.cum plures. §.in primis.ff.de administrat.tut.l.1.§.sed nonnullos. de tut. & ration. distrab.* dummodo consistant in rebus, & bonis mobilibus *Glos.in d.l.1. & in l.vlt. C. de legit.tut.* de quorum veritate multa *Barbos. in l. si ante.6. ff. solut.matrimon. Menoch.consf.29.n.15.lib.1.*

Et quod nihil operetur decretum, & auctoritas tu-

5 toris in istis donationibus simplicibus, † est *tex. in l.1.in princ. ff.de tut.& ration.distrab.& ibi Glos.in verb. & ita est. l. fin. §.cum autem. C. si maior.fact.alienat.fin.decret.rat.habuer.l.vlt.de curat.furios.l.tutor ad vtilitatem.ff.de administ. tutor. Ruin. consf.200. n.2. lib.1. Laderch. consf. 139.n.2.Menoc.consf.1153.n.45.lib.12.* vbi quod

6 minor cum consensu curatoris, † & Iudicis decreto, & cum iuramento non potest renunciare suo iuri *Bald. in l.1. C. si aduerf. donation.* Ita vt non solum aduersus contractum, & distra-

7 ctum, † sed etiam contra omnem actum praeiudicialem minor restituatur *Aret. in l.1. in fin. C. si aduerf.donat.*

Minor erit difficultas, quando consensus tutoris, vel curatoris non fuit adhibitus in ipso actu, cum etiam in casibus, in quibus posset tutor consentire, talis consensus nihil operaretur, si ex interuallo esset adhibitus; Ideo non potest contrahi cum pupillo sub conditione, si tutor

8 consenserit, quia iste consensus, † qui debet facere auctoritatem non potest post ex interuallo *l.obligari. §.tutor.de auct.tut.* Obligare enim quis se potest ex interuallo, sed non alium *Bal. in c.quoties.ad med.verf.ecce quædam contrahit.*

9 *de pact.* † Vbi etiam quod habens potestatem confirmandi potest ex post facto confirmare, secus in eo, qui habet facultatem interponendi decretum, aut præstandi auctoritatem *Idem Bald. in c.cum consuetudinis. de consuetud.*

Ista quamuis sint indubitata, ita vt non egeant vlteriori confirmatione, Tamen quia non quiescit animus Iudicis fundantis se in decreto, & consensu propinquorum, & solemnitatibus ad-

10 hibitis in contractu, de quo agimus, † Visum fuit addere *Castr. consf. 468. ad primum quæritur.col.2. ante med. verf. respondeo si non interuenit. & verf. præterea etiam. n.3. dub.3. lib.1.* Vbi quod actus præiudiciales, & pronenientes ex mera liberalitate reseruandi sunt arbitrio ipsorum minorum, cum tempus legitimum habuerint, Ità vt quando in eorundem vtilitatem non tendunt, solemnitates, decreta, & auctoritas curatoris non prosint *Idem Castr.in l.1. §.fuit quæsitum.n.2.& 3.ff.ad senatusconf. trebell. Menoch. consf.29.n.14. lib.1. Honded.consf.42.n.2.lib.1. Surd.de alim.priuil. 56. tit.8. n.107. vsque ad n.110.* sequitur *Corn. consf.11. in præsenti consultatione. col.6. ad med. n.9.lib.3. & in l.3.n.2. C.si aduerf.donat. Alex. in l.1. in princ. col.2. n.14. ff. de verb. oblig. & consf.125. col.3. post med. verf. quarto & vltimo principali. lib.1. Ruin. consf.200. n.2.lib.1. Laderch. Imol.consf.139.n.2.Roderic.Soarez.alleg. 20. n.7. ad med. verf. præterea minor regulariter. & in l.quoniam in prioribus.ampliat.10.in fin. n.69. verf. & si dicas non videtur. C. de inoffic. testam. Cald.de restitut.in integrum. in verb. bune contractum. n.19. ad med. verf. & prædicta.* vbi appellat solemnem doctrinam *Bald.* supra allegatam *in l.1. ad med. C. si aduerf. donat.* quam etiam sequitur *Barbos. in l. si ante.6. n.13. in fin. ff. solut.matrim.* & tanquam multum notandum commendat *Castell. Cotta. in verb. decretum continens, in princip. Felin.in c. ecclesia S.Maria.10.col.10.in princ. verf. vndecimo pro hac parte. ibi & adde.n.15. ad med.de constitut.* vbi quod est perpetuo menti tenendum *post Ang.in §.tripli.col.3.institut. de action. Menoch.de recuper.rem.15.n.263.*

Ex quibus dicunt Doctores, quod adultus dicitur carere curatore in illis, in quibus eiusdem curatoris auctoritas est inutilis, licet enim ha-

11 beat curatorem, † tamen reputatur non habere, & sic hoc casu non est æquiparandus pupillo *Iaf. in l.1.§. fuit quæsitum. n.26. in 2.notab. col.3. in fin. ff. ad trebell. & ibi Castr. post princ. verf. nam sunt quidam casus. n.3. Rip. n.22. post Glos. ibi in verb. necessaria. Idem Iaf. in l. de pupillo. in princ. col.3. verf. si tamen velles sustinere. n.3. in fin. ff. de nou.oper. nunciat.* Exemplo eius, quod paria sunt non

12 habere mandatum, † vel habere, sed tale, quod se non extendit ad causam, de qua agitur *l. iusiurandum quod ex conuentione. 17. §. fin. de iureiur.* Et sic auctoritas curatoris nihil facit

13 ad donationem factam per minorem, † quia donatio excedit terminos iuris administrandi curatori tantum competenti *Bald. in l.1. post princ. ff. de tut. & ratio. distrab. Barbos. in*

14 *l. si ante.6.n.13. in fin. ff. solut. matrim.* † Cum donatio non pertineat ad bonorum administrationem *l.vlt. ff.de curat.furios.l.non omnino. C.de administr.tut.*

Et quemadmodum minor non potest donare cum

15 decreto iudicis, vt dictum est; † ita etiam neque poterit extraneam personam dotare secundum *Bald. consf.108. vol.1. Surd.consf.122. n.1.*

16 *in princ. lib.1.* vbi etiam ampliat, † non posse donare

donare immobilia gratia remunerationis *Aret. conf.24. ad fin. n.15. vers. circa secundum*. Ita vt stante statuto, quod in contractibus mino-
17 rum certa solemnitas adhibeatur, † neque poterit minor cum d. solemnitate donare, quia nulla subest causa, quod minor donet, & sine causa
18 contractus non valet † *Iacob. Butr. & Bald. in l.1. C. si aduers. donat. Surd. conf. 122. n.1. ad med. lib.1.* Intelligendo in donatione inter viuos, nam donare causa mortis poterit minor
19 adultus, † etiam si habeat curatorem cuius auctoritas in tali donatione non requiretur *Bald. in l.1. in princ. de tutel. & rat. distrab. & in l. si curatorem. C. de restit. in integr. vbi etiam Alex. Tiraq. de legib. connub. glos.5. n.72. leg.16.* Quid-
20 quid aliud sit, † quando minor dolo inductus donationem causa mortis fecisset, tunc enim poterit hæres illam reuocare actione de dolo, & ex crimine stellionatus *Bald. in l. si frater. C. qui testam. facer. poss. Gul. Benedict. in c. Raynutius. in verb. adiecta impuberi. n.89. & in verb. condidit. n.2. ad fin. de testam. Cald. de restit. in integr. in verb. hunc contractum. n.27.*

Amplius prædicta procederent, quamuis statutum disponeret, quod maior decem & octo annorum habeatur pro legitima persona, licet enim talis pronunciatio soleat operari habilitationem
21 ad contrahendum, † non tamen habilitat ad donandum, quasi absurdum sit dicere hoc voluisse statutum, quod non debet esse maioris auctoritatis, & efficaciæ, quam decretum iudicis & præsentia curatoris, quæ non sufficiunt de iure communi ad faciendum validam donationem per minorem factam, vnde dictum statutum solum operabitur in casibus, in quibus auctoritas tutoris prodesset de iure communi ad obligandum, ita in specie concludit *Castr. conf. 102. alias 161. non est dubium. col.2. in princ. vers. ex his sequitur quod cum in dictis duobus. lib.2. Socin. conf.130. visa contingentia. col.2. ad med. vers. tertio ista pars. n.3. lib.1. Dec. conf.403. quamuis in casu proposito. col.2. in princ. vers. quando enim princeps. n.10. Menoch. conf. 465. n. 6. vers. nec obstat quod cum domina. lib. 1.*

22 Dummodo statutum, † seu princeps non habilitaret expresse minorem ad contrahendum, obligandum, & alienandum, quia tunc non opus esset coniecturis, & valeret alienatio, vt per *Dec. d. conf.465. n.10. in princ.*

Idem si statutum diceret, quod existens in 18. an-
23 no habeatur pro maiore 25. annis, † non enim intelligetur habilitatus quantùm ad alienationem bonorum immobilium *Dec. conf. 39. iuridicam esse arbitror. col.2. in fin. vers. & in tantum hoc procedit. n.3. in fin. Socin. Iun. conf.39. n.56. & conf.63. n.50. lib.3.* cum alijs per *Rolan. conf.7. n.17. lib.3.*

Et facit quod si concedatur venia ætatis ei, qui est in vigesimo anno, licet per eam efficiatur ætas legitima tanquam subrogata loco ætatis viginti quinque annorum *l.2. vers. ita tamen. & l.eos. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Tamen
24 ista venia, † non extendetur quò ad potestatem alienandi, vnde erunt necessaria, quæ de iure communi requiruntur *Castr. conf.106. incipiendo à secundo. col.1. post med. vers. præterea posito quod esset verum. lib.2.* Vnde si hoc seruatur in legitimatione ætatis principaliter, & expressè facta per principem, magis dicendum est in illa quæ tacitè, & incidenter colligitur ex statuto quod non clarè admittit, in quo casu dicta venia operetur *Curt. Sen. conf.43. super contingentia facti. n.19.*

Prædicta tamen limitantur stante iuramento, quod
25 facit donantem maiorem, † vnde donatio quamuis sit nulla, tamen iureiurando confirmabitur maximè inspecta dispositione iuris canonici *Glos. Curt. Iun. & alij in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. Alex. conf.53. n. 15. lib.3. Bald. conf.331. in princ. lib.3. Imol. conf. 123. col.2. ad fin. Tiraq. de legib. connub. leg.16. glos.5. n.49. latè Surd. conf.122. n.13. vs-*
26 *que ad n.26.* † Vbi etiam extendit ad iuramentum hebrei minoris, quod confirmabit donationem per eum factam, licet nullam ratione minoris ætatis, cum etiam Iudæus teneatur iu-
27 ramentum obseruare, † & incurrat pœnas *l. si quis maior. C. de transact.* cum iudæi adstringantur cōstitutionibus ciuilibus disponentibus super iuramento, licet non canonicis, & lex ciuilis mandat iuramenta puberum seruari *Bald. in c.1. §. item sacramenta. n.12. de pac. iuram. firman. Roman. sing. 92. n.3. Socin. conf.252. n.17. lib.2. Felin. in c. cum sit generale. n.7. de for. compet. Tiraq. de primog. q.66. n.29.* & latè explicat *Surd. d. conf.122. n.21. cum sequen. lib.1.*

Idem esset in fideiussione facta per minorem, quæ
28 valebit stante iuramento, † prout donatio vt latè concludit *Surd. conf.114. n.11. lib.1.* Cum *auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit.* procedat non solum in contractibus venditionum, permutationum, & similium, sed etiam in donationibus, & fideiussionibus, ita vt prætextu læsionis stante iuramento non detur illarum rescissio, neque restitutio. Quid-
29 quid aliud sit, † quando minor ignoraret, quod donat, vel voluit donare modicum, & donauit plus, vel vbi adesset læsio vltrà dimidiam facultatum minoris, vel quando dolo partis esset seductus ad donandum, vel si non esset simplex donatio, sed ob causam, vel correspectiua, vel quando donaretur hæreditas, aut ius aliquod vniuersale, & non probaretur scientia æstimationis bonorum latè *Surd. conf.46. n.9. vsque ad 17. & per tot. lib.1. Honded. conf.42. n.16.21.23. & 24. lib.1.*

Et adeò huiusmodi iuramentum operatur confirmationem contractus à minore gesti, vt habeat locum, quamuis haberet curatorem, & sine
30 eius consensu contraheret, † & licet omissa sit solemnitas iuris communis, & statutum *Castr. conf.127. incip. Cornelius Gratianus. n.8. ad med. vers. procedunt autem. & n.16. lib.1. Cephal. conf.403. n.24. cum seq lib.3. latè Honded. conf. 42. n. 13. 14. & 22. lib. 1.* Vbi etiam *n. 26. &* 27.

31 27. † quod per iuramentum tollitur beneficium restitutionis in donatione simplici *Alex. cons. 125. n. 6. in fin. & n. 8. lib. 1. Socin. Iun. cons. 67. n. 23. & 32. lib. 2. Gabr. cons. 127. n. 29. vers. quartus est casus. lib. 1.* Ita vt neque absolutio à iuramento sit concedenda minori donanti ob
32 læsionem, † & si concederetur solum faceret, vt minor non incurreret in periurium agendo, non tamen remoueret vinculum iuramenti respectu obseruantiæ contractus iurati, nam saluum maneret omne ius partis, contra quam absolutio fuit obtenta non obstante dicta absolutione *Idem Gabr. d. cons. 127. n. 21. & 33. lib. 1.*

Ex prædictis colligitur in casu, de quo agebatur non esse dubitandum valere fideiussionem præstitam per mulierem de dote restituēda. Quam-
33 uis † enim lex prohibeat dari fideiussores dotium, ita vt non possit renunciari huic dispositioni iuxta *l. 1. & 2. C. ne fideiussor. dot. dent.* vbi *Bart. in fin. vers. vltimo quæro. n. 3. Bald. post med. vers. & adde quod dicit. Salic. in fin.*
34 *vers. quæro octauo*, † Tamen stante iuramento verius est renunciationem valere, & fideiussorem obligari de dote restituenda, non obstante dicto praecepto legis prohibitiuo, prout de veriori opinione testatur *Castr. cons. 190. cum tempore. col. 2. post med. vers. item & tertio apponatur. n. 2. & col. 3. in princ. vers. vnde indubitanter. lib. 1. & cons. 188. præfati expromissores. in fin. vers. potest etiam dici. eod. lib. Idem Castr. in l. si quis pro eo. 57. col. 4. in princ. vers. quæ omnia salua pace. n. 7. ad med. vers. præterea illatio. ff. de fideiussor.* & latè comprobat *Corn. cons. 287. tota vis præsentis. col. 1. in fin. n. 3. & per tot. lib. 4. & cons. 13. n. 8. eod. lib. & cons. 6. col. 6. n. 14. lib. 1. post Imol. in c. cum contingat. col. 48. de iur. iur. Tiraq. in l. si vnquam. in præfat. n. 139. C. de reuocan. donat.*

Neque obstat, quod contrarium senserit *Bart. in l. si quis pro eo. col. 2. in fin. vers. & secundum hoc dico. ff. de fideiussor.* Quasi prohibitio dirigatur in personam, videlicet ne mulier det fi-
35 deiussorem, nec vir recipiat; † Vnde contrafaciendo fieret contra præceptum legis, cui etiam cum iuramento non potest renunciari, siue illud ius principaliter fuerit introductum ad publicam vtilitatem, siue ad priuatam, quæ tamen non possit separari à publica *Fulgos. Gozad. Angel. & alij per Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. n. 55. vsque ad 59.* quod etiam sequitur *Butr. in c. cum*
36 *contingat. ad fin. de iureiur.* subdens † talem satisdationem inhiberi, ne detur occasio, vt perfidia oriatur inter coniuges *l. 2. in fin. C. ne fideiuss. dot. dent.*

Quia verior est prima opinio, quod immo per iuramentum obligetur talis fideiussor de dote re-
37 stituenda, † cum secundum magis receptam sententiam possit renunciari iuri prohibitiuo præstito iureiurando *Alex. cons. 11. viso ac vt oportet. col. 5. post med. vers. potest & tertio respondert. n. 14. lib. 2. & in l. si constante. §. quoties. col. 3. ff. solut. matrim. Socin. cons. 103. in casu conuentionis. col. vlt. post med. vers. præterea & secundo. n. 6. lib. 3.* cum alijs latè per *Tiraq. de iur. primogen. q. 25. n. 18. ad med. vers. alij item dicunt. & in l. si vnquam. in præfat. n. 139. C. de reuocan. donat.* Et licet *ibid. n. 154.* adducat alios in contrarium, prout etiam *de legibus connubiali. l. 16. glos. 4. n. 27.* Tamen non est recedendum à prædictis, cum in specie fideiussionis, de qua agimus ita concludat *Castr. in d. l. si quis pro eo. n. 7. de fideiuss. Corn. cons. 287. lib. 4. cum alijs supra allegatis*, † Cum etiam Velleianum loqua-
38 tur per verba prohibitiua in personam *l. 1. ff. ad senatuscons. velleian.* Et tamen contractus mulieris intercedentis pro altero firmatur iuramento *Castr. in auth. sacramenta puberum. C. si*
39 *aduers. vendit.* † Et quod non sit attendenda opinio *Bart.* circa præceptum legis directum in personam stante iuramento testatur *Guid. Pap. decis. 190. col. penult. in princ. vers. ideo dictus dominus. n. 5.* vbi de similibus dispositionibus prohibitiuis etiam in personam, quæ firmantur iuramento *Idem Guid. Pap. decis. 350. n. 4.*

Et vltra prædicta, quod sit verior sententia, vt valeat fideiussio pro dote restituenda stante iura-
40 mento † testatur *Ruin. cons. 190. n. 4. lib. 1. Abb. in c. cum contingat. 28. in fin. n. 32. de iureiur.* vbi *Imol. col. 10. late Alex. in l. si constante. 25. §. quoties. col. 2. ad med. n. 5. vers. secundo limita. ff. solut. matrim. & ibi Castr. col. 2. in princ. vers. quid si præstatur. n. 8. Seraph. priuil. iuram. 69. n. 5. vers. tamen si in huiusmodi. & n. 6. vers. concludo igitur. Bald. Ang. & alij* de quibus per *Lup. in c. per vestras. in 5. notab. n. 12. vers. nonus casus. de donat. inter vir. & vxor. f. 390.* late *Bald. Nouell.* qui de communi *de dot. p. 6. priuileg. 21. vers. duodecimo limita. Campeg. eod. tract. p. 3. q. 173. & q. 175.* & multis comprobat *Vital. de Cambon. in tractat. de clausul. quando particularibus legibus possit renunciari. col. 2. post med. vers. sed dubium est. n. 6. tom. 18. f. 445.*
41 qui † omnes etiam latissime tractant quando, & in quibus casibus possint dari fideiussores pro dote restituenda, danda, & conseruanda cum alijs per *Menoch. præsumpt. 190. n. 43. & 44. lib. 4.*

Neque obstat, quod talis fideiussio inhibetur ad euitandam occasionem perfidiæ inter coniuges, vt supra dictum est ex *Butr. in d. c. cum*
42 *contingat. in fin. de iur. iur.* † Quia non semper & directo, hoc accidit, sed interdum occasionaliter, Ita vt hoc non sit attendendum tanquam remotum, quamuis obstruetur iuramentum quando potest seruari sine interitu salutis æternæ *Glos. in c. si vero. de iureiur. Io. Andr. in c. quamuis. de pact. in 6.* & in specie ita respondit *Corn. cons. 287. n. 9. lib. 4. Bald. Nouell. de dote. p. 6. priuil. 21. lim. 12. Federic. de Sen. cons. 140. punctus quæstionis. in fin. vers. sed certum est quod per tales. n. 3.*

In loco tamen vbi attenderetur ius ciuile, & non
43 ius canonicum, † non deberent admitti istæ renunciationes legis prohibitiuæ de dandi fideiuſ-

deiussoribus pro dote restituenda, cum enim ille valide ntur auctoritate iuris canonici ob iuramentum, si illud non debeat obseruari, quando standum est iuri ciuili, consequens est vt neque mulier, neque alius possit fideiubere de dote restituenda, & conseruanda stante prohibitione iuris ciuilis *l. 1. & 2. C. ne fide-*
44 *iussor. dot. dent.* † Et quamuis mulier possit fideiubere pro causa dotis, etiam sine solemnitatibus, Tamen hoc intelligitur de constitutione, seu promissione dotis *Lup. in c. per vestras. in 5. notab. in fin. n. 14. de donat. inter virum & vxor. f. 392.* quod non est trahendum ad restitutionem, cum hic casus sit prohibitus, ille autem permissus, Vnde non debet sumi argumentum de casu permisso ad prohibitum, & quando induceretur legum correctio, In hoc enim non iudicantur ad paria maritus & vxor, quia non est eadem ratio in marito, cui promittitur dos pro muliere, & in promissione dotis voluit fideiussorem, quasi tunc non adsit tanta causa generandi perfidiam inter coniuges, cum respectu viri obligati fideiussio censeatur habere causam perpetuam perfidiæ,
45 quia † etiam dos censetur habere causam perpetuam apud virum *l. 1. de iur. dot.* sed respectu mulieris obligatæ, ipsa obligatio non est habitura causam perpetuam, Ex quo debet solui incontinenti, & sic d. causa indignationis, si qua foret, videretur habere causam momentaneam, & non duraturam, prout declarat *Bald. Nouell. de dot. priuil. 21. p. 3. vers. octauo limita.* sequitur *Lup. in d. c. per vestras. notab. 5. in fin. n. 14.*

Neque obstaret, quod hoc casu ius canonicum sit attendendum, cum corrigat ius ciuile, quod
46 non debet seruari stante d. correctione. † Quia intelligitur in spiritualibus, in quibus leges subijciuntur canonibus, tunc enim illa correctio non solum fit in terris Ecclesiæ, sed etiam imperij, prout dicimus de vsuris permissis de
47 iure ciuili, † quæ de iure canonico prohibentur 14. q. 4. c. 1. & de diuortio prohibito secun-
48 dum canones *c. 1. de diuort.* † licet illud permitteretur de iure ciuili *l. 1. eod. tit.* & de matrimonio permisso filijsfamilias sine consensu patris secundum ius canonicum *l. 2. & l. si ita. de rit.*
49 *nuptiar.* † Quidquid illud prohiberetur à iure ciuili *c. cum causa. de raptor.* & in casu *auth. ex*
50 *complexu. C. de incest. nupt.* † qui corrigitur per *c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimon. quam poll.* Et de pœna infamiæ irrogatæ mulieri transeunti ad secundas nuptias infrà annum luctus de iure ciuili iuxta *l. 1. C. de secund.*
51 *nupt.* quæ est sublata de iure canonico per *c. fin. eod. tit.* Et in similibus causis, in quibus permittitur correctio iuris ciuilis per canones; Aliud esset vbi ius canonicum non corrigeret ius ciuile, & vbi non sumus in actibus spiritua-
52 libus, † vt in testamentis, in quibus requiruntur septem testes de iure ciuili *l. hac consultissima. C. de testam.* quod non esset correctum de iure canonico, dum disponit sufficere duos testes cum præsentia Parochi *c. cum esses. de test.* Quia vbi adsunt statuta, quod seruetur ius ci-
53 uile, debent adhiberi septem testes. † Idem in re aliena legata, quæ debetur per hæredem secundum leges sæculi *§. non solum. & §. quod autem. instit. de legat.* licet aliud sit de iure canonico *c. filius. 5. de testam.* de cuius textus intellectu multa *Couar. ibid.* qui declarat an in d. casu differant leges, & canones: Prout est in similibus dispositionibus, in quibus debet ser-
54 uari ius ciuile etiam in foro animæ, † vbi expressè non reprobatur ab Ecclesia, neque continet peccatum in se, nec lucrum proximo odiosum, vel quendam magnum rigorem, vt declarat *Abb. in d. c. filius. n. 3. de testam.* & notatur in *c. 1. de oper. nou. nunciat.* latè *Felin. in c. 1. n. 47. col. 17. in fin. vers. extra prædictos tres casus. de constitutionib.*

Magis prædicta haberent locum, si adesset statutum disponens, quod consanguinei deberent interuenire in huiusmodi obligationibus factis per mulieres, per quod esset iurandum, quod contractus non tendit in præiudicium ipsius, cum decreto iudicis, qui causa cognita illud interponat, alias iuramentum censeatur vi, dolo, & metu extortum, tunc enim ex effectu ipso appareret de læsione mulieris, & fideiussio de
55 dote restituenda non valeret; † Quamuis enim pro decreto iudicis præsumatur, tamen intelligitur, dummodo in contrarium non constet de læsione siue per probationes apertas, siue etiam per præsumptas latè *Menoch. præsumpt. 75. n. 32. vsque ad n. 35. lib. 2.* Nec posset conualidari iuramento tanquam sublato per statutum confirmatum tamen à summo Pontifi-
56 ce, † qui in abolendo iuramento habet supremam auctoritatem *Felin. in c. constitutus. 19. col. 10. ad med. vers. generaliter autem. n. 18. de rescript.* Quidquid aliud sit in laicis, quorum statutum disponens contrà iuramentum non
57 valet. † *Alex. conf. 59. viso instrumento. col. 2. n. 4. vers. secundo moueor. lib. 1. & conf. 38. visa petitione. col. penult. post med. vers. fortius dicendum videtur. n. 11. lib. 3. post Bart. in l. omnes populi. q. 2. de iust. & iur. Imol. in c. cum contingat. de iur. iur. Bero. conf. 63. lib. 1.* Quamuis per indirectum hoc permitteretur præsumendo sci-
58 licet iuramentum dolo, † vel metu extortum non obseruata solemnitate statuti laicorum, tunc enim valebit ista limitatio iuramenti per eos facta, & potuit talis præsumptio induci, causa tamen legitima subsistente ita præsumendi ex qualitate negotij ex sui natura implíciti, & de quo minor, vel mulier contrahentes tanquam non habentes notitiam possint lædi, & in similibus casibus, quidquid alias non existente causa istud non procederet, cum sicut non potest annullari iuramentum directò, ità neque indirectè, vt latè declarat ita distinguendo *Ruin. conf. 135. n. 1. iuncto n. 14. lib. 1. post Anchar. in c. quæ in ecclesiarum. q. 9. de constit. & conf. 330. col. 4. post med. vers. vltimo ista quietatio. n. 9.* Quæ satis sint ad probandam nullita-

N 2 tem

tem præsentis fideiussionis, cum latius dicam infra *in capite particulari*, † quando huiusmodi obligationes sint nullæ continentes damnum mulieris, vel minoris non obstante iuramento iuxta decisiones *Rot. coram R.P.D. Ludouisio in illa Roman. argentornm.* & in alijs causis, vbi etiam quando censeatur correctum ius ciuile per ius canonicum.

E P I T O M E.

EVictio an debeatur si res sit euicta ob iniunctum fideicommissum, & quando scientia vtriusque diuidentium sit necessaria, & quid si res spectet ad tertium ex alia causa, quàm legati, seu fideicommissi. ¶ Euictioni an sit locus, si res euincatur ex facto auctoris, vel ex natura rei, si illa fuerit partium consensu alterata, vt quia fuerit remissum fideicommissum, vel ab eo recessum ex consensu alienationis, & ex quibus verbis talis alteratio colligatur. ¶ Hæres quo casu possit venire contra factum defuncti, & possit retrahere ex forma statuti. ¶ Venditio an sit nulla, & euictio debeatur, si statutum non admittit ad retractum simpliciter consanguineum, sed vlterius mandat per venditorem fieri denunciationem vicinis, & venditor illam facere omiserit. ¶ Et an talis nullitas possit allegari per hæredem petentem retractum.

S V M M A R I V M.

1 *Euictioni non est locus, si res euincatur ob iniunctum fideicommissum, quando diuidentes habuerunt notitiam illius tempore factæ diuisionis. Declara si vterque diuidens recepit pro sua parte rem alienam n. 3.*

2 *Diuidens si sciuit rem sibi assignatam in parte posse euinci, non potest de euictione agere, nisi sibi fuerit de ea promissum.*

4 *Euictio respectu pretij præstatur quando scienter ex vna parte diuidentium res est aliena, vel fideicommisso subiecta, ex altera vero propria, vel libera. & n. 6. Etiam si euictio ex natura ipsius rei sequatur n. 7. limita nisi accipiens bona fideicommissi id fecerit, quia essent vtiliora n. 8. Quid si in diuisione sit actum vt euictio non præstetur n. 9. Et quid si res spectet ad tertium ex alia causa, quàm legati, vel fideicommissi n. 11.*

5 *Pretium debet restitui, quamuis adsit pactum vt non debeatur euictio.*

10 *L. si fratres. C. commun. vtriusq. iudic. quando procedat.*

12 *Euictio an debeatur si vna, & eadem res fuerit inter fratres diuisa, & dimidia pars prædij quam vnus habuit euincitur sine culpa, vel facto alterius fratris. & n. 14. Quid si sit facta diuisio inter eos, qui sciunt naturam, & qualitatem rei, quam diuidunt. n. 15.*

13 *Mutuum periculum in dubio non videtur quis suscepisse.*

16 *Actio quando detur re euicta.*

17 *Euictio datur quamuis res euincatur ex facto auctoris, vel ex natura rei, si illa fuerit partium consensu alterata, & n. 21. Amplia etiam quando potestas alienandi potest colligi ex verbis generalibus. n. 22.*

18 *Consentiens venditioni, seu alienationi rei suæ sibi præiudicat, vt non possit alienationem reuocare.*

19 *Ius feudi censetur remissum, si in contractu diuisionis concedatur alienatio de bonis feudalibus.*

20 *Bona fideicommisso subiecta facilius alienantur, quàm feudalia.*

23 *Feudum si sit concessum pro libero, vel pro se, & quibus dederit, dicitur alterata eius natura, & euictio debetur. Vel si conceditur pro successoribus, & habentibus causam ab eis. n. 24. Idem erit in diuisione. n. 25.*

26 *Hæres qui adiuit sine beneficio inuentarij, non potest venire contra factum testatoris. Et stante obligatione defuncti alienantis etiam pro hæredibus, ratificat obligationem. n. 28.*

27 *Retrahere ex forma statuti non potest hæres absque inuentario.*

29 *Defuncto permittitur hæredes, & illorum bona obligare.*

30 *Venditio est nulla, & habet locum euictio, si statutum non simpliciter admittit ad retractum consanguineum infra mensem pro eodem pretio, sed vlterius mandat per venditorem fieri denunciationem vicinis, vel consanguineis, & venditor hoc facere omiserit. Et ista nullitas non potest allegari per consanguineum hæredem petentem retractum. n. 31. Quid si nullitas principaliter sit propter fauorẽ publicum. n. 32.*

C A P V T CCXXXIIII.

STante notitia fideicommissi, quæ aderat tempore factæ diuisionis in casu mihi proposito, dicebatur non esse locum euictioni, quasi tunc res sit euicta secundum naturam suam, 1 videlicet † propter euictionem subsequutam ob iniunctum fideicommissum, & consequenter impeditur ista actio *Bart. in l. si familia. C. fam. erciscund. Alex. cons. 15. col. 1. lib. 5.* dixi suprà c.... *Aret. cons. 3. col. 1. n. 1.* Et facit *text. in l. si fratres. 7. C. comm. vtriusq. iudic.* † Vbi si diuidens 2 sciuit rem sibi assignatam in parte posse euinci ab alio habente ius in ea, ità demum de euictione agere potest, si sibi fuerit de ea promissum *l. si fundum. de euict.* & notat *Glos. in d. l. si fratres. in verb. agere. & in d. l. si familia. in verb. pro parte.*

Verius tamen Dixi non impediri ex supra allegatis euictionem, Etenim contraria procedunt, 3 si vterque † diuidens recepit pro sua parte rem alienam scienter, quia tunc periculum imminet hinc inde; Nihil enim videtur adesse ei, qui possidet rem alienam; Aliud quando ex vna parte diuidentium est res aliena, & ex altera est propria, nàm tunc non cadit hoc 4 mutuum periculum euictionis; † Vnde debet præstari

præstari euictio respectu pretij, cum diuisio vicem permutationis obtineat,& permutatio vicem emptionis *l.1. C. comm. vtriusque iudic. l.* 5 *sciendum.§.emptorem.de edil. edict.* † Et quemadmodum debet restitui pretium, quamuis adsit pactum, vt non debeatur euictio *l. emptor. §.fin.de act.empt.iuxta l.vlt.§.fin. C.comm.de leg.* vbi est specialis casus in legato,& fideicommisso, 6 † Ita etiam quando scienter est facta diuisio in rebus spectantibus ad tertium ex causa legati,vel fideicommissi; Ita in specie concludit distinguendo *Alex. post Guid.de Suzar.in l.qui rome.§.duo fratres.col.15.ad med.n.34.vers. & ideo in tali vltimo casu. & in fin. vers. multum tamen mihi placet.ff.de verb.oblig.* Vbi quod est verior opinio, quidquid cogitandum relinquat *Salic.in l.si familia. C.fam.ercifcund.* & de veriori opinione testatur *Menoch. cons.87. n.84. lib.1. Alciat.*& alij per *Becc.cons.24.n.11.Idem Menoch.præsumpt.118.n.15.lib.3.*quem refert *Peregr. de fideicomm.art.52.n.69.in fin.vers. sed contra in his terminis.*

Quæ quidem procedunt non solum quando euictio aliunde, & extrinsecus venit, sed etiam si 7 ex natura ipsius rei sequatur, † cum in vtroque casu militet eadem ratio,nam mutuum periculum susceptum non est, quando vni fratri obuenerunt bona libera, alteri verò bona obnoxia, & fideicommisso subiecta,ad euitandam præsertim inæqualitatem inter fratres,prout in terminis declarat *Menoch.cons.87.n.85.vers.quæ sanè doctrina.lib.1.*

Dummodo tamen non simus in casu, in quo is,qui accepit bona fideicommissi id fecerit, quia in 8 præsentia essent vtiliora, † ità vt voluerit illam vtilitatem compensare, cum periculo futuri euentus, argumento *l. de fideicommisso. C. de transact.* & in specie notat *Alciat. in d. §. duo fratres.col.14.in fin.vers.quæ sententia & mihi placet. n.34.* quem sequitur *Menoch. præsumpt. 118.n.15.in fin.vers. qui tamen.lib.3. Peregr.de fideicomm. art.52.n.69.in fin.vers.at si acceptor.*

Et dummodo clarè non constaret id actum esse in 9 diuisione, vt euictio non præstaretur, † *l. si familia.C. famil ercisc.* Quidquid aliud sit in pretio, quod esset restituendum, quando ex causa legati,& fideicommissi res euinceretur non obstante pacto, vt non teneatur de euictione ex speciali casu *l.fin.§.vlt. C.comm.de leg. Aret.in d.§.duo fratres.col.8.ad med.vers.debes ergo restringere.n.26.ad fin.*

Neque obstat dispositio tex.*in l.si fratres.C.comm. vtrius. iudic.* quem pro contraria opinione adducit *Bald.in d.l.si familia. C.famil.ercifcund.*

10 Quia † procedit, quando mutuum periculum fuit susceptum, vt supra dictum est in casu, in quo portio obueniens cuilibet diuidentium continebat bona spectantia ad tertium vigore legati, aut fideicommissi, non quando vni fuerunt data bona libera, alteri autem bona obnoxia,tunc enim cessat ratio mutui periculi, vnde merito potest pretium peti sequuta euictione illius, quod datum fuit cohæredi in locum rei subiectæ restitutioni postea euictæ, prout respondet *Alex.in d.§.duo fratres.col.16.in prin. n.34.in fin.vers.nec obstat illi limitationi.*Quid- 11 quid † aliud sit, quando res pertineret ad tertium ex alia causa, & ratione, quam legati, vel fideicommissi, tunc enim scientia diuidentium faceret, vt non posset peti, sicut in venditione facta scienti de re aliena, si enim in isto contractu emptionis remittitur pretium,quamuis non adsit mutuum periculum propter scientiam rei alienæ, multo magis erit hoc dicendum in diuisione, in qua adest d. ratio mutui periculi *Alex.in d. §.duo fratres. col.16. in princ. vers. aut res ista pertinebat.* vbi ita declarat *Bald. in d.l.si familia. & text.in d.l.si fratres. C. commun.vtriusque iudic. & l.si fundum. de euict.* Quamuis quò ad illud respectu pretij etiam in venditione rei alienæ scienter facta sit distinguendum iuxta ea, quæ latè ponit *Couar.lib.3. var.resolut.c.17.n.1.& 2.*

Quibus adde, quod propter eandem rationem mutui periculi idem esset, quando vna, & ea- 12 dem res fuisset inter fratres diuisa, † si enim dimidia pars prædij, quam vnus habuit, euincatur sine culpa, aut facto alterius fratris, vt quia erat res aliena,non debetur euictio, Quia sicut vni ablata est dimidia, ita alij potuit auferri altera dimidia,in qua adest idem ius, & licet non auferatur, vel quia euincens non vult, vel quia non potest impeditus, aut quia succubuit cum vno, licèt cum altero obtinuerit, Tamen non tenebitur de euictione, & cedet lucro sui; Quidquid aliud sit, quando dicta dimidia euinceretur culpa fratris, quia videlicet obligauerat ante diuisionem partem suam pro indiuiso, & sic portio, quæ alteri venit pro diuiso remanet obligata, quatenus habet ab eo *l. si consensu.§.fin.ff.quib.mod. pign.vel hypoth. soluit.* Ita in specie declarat *Castr. in l. si familia. 14.in prin.vers.loquitur ergo.C.famil.ercifcund. per l. eum duobus. 13. C. de inoffic. testam.*

13 Ita tamen vt quando non constat de susceptione mutui periculi,in dubio non videatur aliquis eorum suscepisse periculum, nisi expresè dicatur *d.l.si familia.in verb.vt vnusquisque.*Idem prius voluit *Bal.& Gul.in d.l.si familia.*Quamuis contrarium sequatur *Rip. in d. §. duo fratres. col. penult. ad med.n.98.* quasi fortuna debeat esse communis, sicut commune periculum est, & sufficit, quod succursum sit ex præsenti in periculo euictionis, casu quo sequatur euictio 14 *l.hæredes.§.penult.ff.fam.ercisc.* † Prima tamen opinio est verior, quam etiam tenet *Caball. de euict.§.4. in fin. vers. hac conclusio intelligitur. n.51. in fin.* Intelligendo tamen quando euictio in limine iudicij immineret, cum aliud sit quando non immineret, vt distinguit *Alciat. in d. §. duo fratres. n. 36. vers. ego distinguendum.* sequitur *Menoch. præsumpt.118. n.20.in fin.lib.3.*

Prædicta tamen non sunt tuta, quia non est considerandum mutuum periculum, an euictio debeatur; nam in primis est inspicienda scien-

tia diuidentium, idest, an sciant naturam, & qualitatem rei, quam diuidunt; † data enim tali scientia, certum est, quod accipiens rem subiectam restitutioni non agit re euicta, cum imputare sibi debeat, quare illam acceperit, ita vt neque agat ad pretium *Dec. consil. 411. visis his quae accurate. in fin. n. 4. & ibi Add. alios citat. Ruin. cons. 7. n. 18. cum sequen. lib. 3.* & in terminis fideicommissi ita concludit *Aym. cons. 211. n. 6. & 7.* cum alijs late per *Becc. consil. 24. n. 34.* & dicam infra *in capite particulari*, vbi distincte vigintiquinque conclusiones firmabo, vt vere sciatur, † quando detur actio re euicta, praesupposita tam ignorantia, quam scientia diuidentium de re aliena, & non solum quando pertinet ad tertium, sed quando spectat ad ipsos diuidentes in euentum alicuius conditionis, tam respectu euictionis, quam pretij, siue in specie conuentum sit de euictione, siue nullum extet pactum, tam in casu, in quo alicui obuenerunt omnia bona subiecta restitutioni, & alteri allodia, quam in casu, in quo vterque diuidentium habet bona libera, & obnoxia, Tam vbi data est potestas alienandi, quasi tunc censeatur alterata natura rei, quam etiam vbi non est data talis potestas, tam quando res pertinet pure ad vnum ex diuidentibus, quam si spectet sub conditione, vt in fideicommisso post diuidentium mortem collato, tam si euincatur ex facto diuidentis, quam ex facto sui auctoris, tam in portionibus inaequalibus, quam aequalibus, tam considerata vtilitate acceptoris, quam si nulla vtilitas percipiatur, & quid in diuisione facta per testatorem, seu iudicem, & quid in ea, quae fit inter legatarios, & cohaeredes, & in diuisione facta pro iure legitimae, & trebellianicae, & in alijs casibus, quos infra recensebo, de quibus per *Menoch. praesumpt. 118. lib. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 52. n. 55. vsque ad 73. Becc. cons. 24. per tot. post Doctor. in l. qui romae. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & in l. si familiae. C. famil. erciscund. Gaball. de euict. §. 4. n. 51.*

Tutius igitur dicendum est in casu, de quo agimus, esse locum euictioni, non obstante quod ex natura rei sequatur euictio, † cum illa natura fuerit alterata partium conuentione, & ab ea recessum ex consensu praestito circa alienationem talis rei; Etenim post adiudicationem bonorum factam inter ipsos fratres, alter alteri dedit potestatem alienandi ipsa bona sic adiudicata in diuisione, quo casu censetur remissum fideicommissum secuta alienatione, adeo vt bona alienata reuocari non possint ab eo, in quem fuerunt alienata; † Nam consentiens venditioni, seu alienationi rei suae sibi praeiudicat, vt non possit huiusmodi alienationem reuocare, cum per talem consensum perdat iura sua *l. si fideiussor. §. pater. de fideiuss. l. 2. C. de remiss. pign. l. mater. C. de rei vend.* Vnde si vterque frater alteri consensit circa alienationem partis suae, non est aequum, vt res alienata de consensu fratris per eum reuocari possit, † Prout etiam dicimus de bonis feudalibus, quorum alienatio si concedatur in contractu diuisionis, censetur remissum ius feudi secuta alienatione; Quare multo magis praeiudicabit potestas data circa alienationem bonorum subiectorum fideicommisso, † cum facilius alienentur, quam bona feudalia, ita in specie tam respectu feudi, quam fideicommissi concludit *Aym. cons. 24. col. penult. n. 8. vsque ad 12. post Bart. in l. qui romae. §. duo fratres. q. 8. de verb. oblig. Dec. cons. 11. ad fin. vers. & discurrendo. Socin. cons. 41. lib. 4. Menoch. cons. 87. n. 88.* cum alijs per *Alexan. cons. 8. col. 2. lib. 5. Peregr. de fideicommiss. art. 52. n. 61. ad med. vers. aut in partem vnius.*

Stante † igitur remissione praedicta fideicommissi recte agitur de euictione, quamuis res euincatur ex facto auctoris, & ex natura rei, cum illa fuerit alterata, vt dictum est, & ab ea recessum ex consensu praestito circa alienationem eiusdem rei *Corn. cons. 150. col. vlt. lib. 3. & cons. 42. ad fin. lib. 4. Aret. cons. 3. col. 2. Aym. consil. 24. in fin. n. 15. & cons. 121. ad fin. n. 7. vers. nisi in diuisione.*

Quae etiam procedunt non solum si fuit data expresse potestas alienandi, sed etiam quando potest colligi ex verbis amplis, & generalibus, fuisse † aliquo modo remissum fideicommissum, quando videlicet diuidentes remitterent iura quomodocunque competentia, & competitura praesupposita scientia fideicommissi *Dec. consil. 287. n. 16. Ruin. cons. 119. n. 18. lib. 2.* cum alijs per *Peregr. de fideicommiss. art. 52. n. 32. & 33.* vbi multos casus ponit, ex quibus censetur tacita remissio fideicommissi.

Vnde etiam erit locus euictioni, quando res feudalis erat data pro libera, si videlicet in concessione dictum fuerit pro se, vel quibus dederit, cum similibus verbis, † tunc enim videtur data facultas alienandi, & alterata est natura rei, quae alteratio facit, vt euictio debeatur *Rip. respons. lib. 1. c. 1. n. 62. & 62. de legib. & long. consuetud.* Expressum enim facit cessare tacitum *l. cum filio. de vulg. & pupill.* Vnde illa tacita praesumptio, quod videatur facta acceptatio cum natura non alienabili cessat per verba, quae dant facultatem alienandi, † & quando conceditur pro se, & quibus dederit, vel pro successoribus, & habentibus causam ab eis *c. 1. de feud. non haben. nat. feud.* † Quod etiam erit in diuisione per dicta verba alternantia illius naturam *Menoch. cons. 87. n. 89. & 90.*

Quo ad secundum circa statutum, quod volens vendere aliquam rem teneatur requirere proximiores vsque ad quartum gradum, & postea vicinos, illisq. emere volentibus, vendere compellatur, alias venditio sit nulla, & emptor teneatur recipere pretium, & venditor debeat eandem rem vendere consanguineo, seu vicino, An consanguineus, qui successit venditori reuocare possit d. venditionem, Videbatur dicendum esse locum reuocationi, quasi hoc casu res euincatur ex natura rei, vnde cessat actio pro euictione, vt supra dictum est in principio

cipio præsentis capituli, & in specie retractus multa adduxi supra cap. . . .

Tamen quia in casu prædicto præsupponitur fuisse aditam hæreditatem sine beneficio legis, & in-
26 uentarij, † dicendnm est non posse deueniri contra factum defuncti, per talem enim aditionem factum defuncti fuit confirmatum ab ipso
27 adeunte, † prout in specie similis statuti non esse locum retractui stante d. aditione sine inuentario, latè concludit *Honded. cons. 3. n. 47.*
28 *lib. 1.* Maxime † quando adesset obligatio defuncti alienantis etiam pro hæredibus, tunc enim hæres adeundo sine inuentario ratificat obligationem illam suorum bonorum *Afflict. de-*
29 *cis. 111. n. 16.* † Cum permittatur defuncto etiam obligare hæredes, & illorum bona *l. assiduis. C. qui pot. in pignor. hab. Cephal. cons. 392. n. 25.*

Quæ magis procederent quando euictio non sequitur ex mera natura rei absque aliqua culpa venditoris, secus si ista culpa posset in eo con-
30 siderari, † quando videlicet statutum non simpliciter admitteret consanguineum infrà mensem ad retrahendum pro eodem pretio, sed vlterius mandaret per venditorem fieri denunciationem vicinis, & consanguineis, si enim venditor hoc facere omiserit, venditio redditur nulla, & stante nullitate consanguineus admittitur; Vnde meritò debetur euictio postquam ob eius culpam causatur nullitas, & euictio, & sic non consideratur natura rei, quæ fuit alterata per dictam culpam venditoris *Honded. d. cons. 3. n. 74. lib. 1.*

Et ista nullitas non poterit allegari per consanguineum hæredem, qui petit se admitti ad retra-
31 ctum, † cum non possit hæres impugnare alienationem tanquam nulliter factam ob non seruatam formam statuti, nàm ista nullitas est fauore consanguineorum, vicini, & aliorum, quibus datur facultas retrahendi, quæ sicut non potest allegari per ipsummet venditorem, qui contraxit, si viueret, ità neque per eius hære-
32 dem. † Quidquid aliud sit quando nullitas principaliter esset propter fauorem publicum, quo casu tam ille qui contraxit, quam eius heres poterit actum impugnare *l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. Bart. in l. si quis pro eo. n. 7. de fideiussor. Ias. in l. iurisgentium. §. si paciscar. n. 4. ff. de pact. Bald. in l. cum à matre. col. 1. C. de rei vend.* cum alijs de quibus latè *Menoch. cons. 89. n. 82. vsque ad n. 89. lib. 1.*

E P I T O M E.

Testamentum patris, seu matris inter liberos quando valeat sine testibus, & requiratur locus, dies, mensis, annus, locus loci, & nomen regnantis. ¶ Et an debeat legi, & publicari à notario. ¶ Et quæ requirantur ad illius validitatem, & quid in testamento ad pias causas. ¶ Scriptura priuata quando requirat tempus. Et an pro illius recognitione opus sit, quod testes fuerint præsentes, & viderint ipsam scribi, & an satis sit quod dicant habere notã manum. ¶ Periti quando sint proprie testes, & possint testificari per relationem ad alios, & recipi die feriata, & duo sint adhibendi, & quo casu vnus tãtum sufficiat, & quid in Iudice, Notario actorum sciente interpretari, & similibus, & quando in talibus honestas, & probitas vitæ requiratur, & meliores sint eligendi. ¶ Obstetrices an veniant in numero peritorum, & medicorũ. ¶ Dicto vnius quando sit stãdũ, & quid in re graui, & in eo qui est à publico deputatus, vel à partibus eligeretur, & vbi commode plures haberi nõ possunt. ¶ Peritorum numerus si est taxatus, & non sunt in loco, an vocentur ex locis vicinis. ¶ Onus probandi non adesse plures peritos in loco ad quem spectet. ¶ Et an sufficiat probatio præsumptiua. ¶ Scriptura an dicatur cõdita inter liberos, si in ea facta fuerit substitutio filijs per fideicõmissum de persona extranea. ¶ Et an ex dicta scriptura debeantur legata extraneis.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura patris valet inter liberos sine testibus, quando constat de perfectione consensus. Amplia si deficiat dies & consul. n. 2.*
3 *Tempus, Indictio, nomen Pontificis, & similia sunt de solemnitatibus instrumenti, non de substantialibus.*
4 *Pignus contrahi potest per epistolam, licet in ea non sit dies, nec consul.*
5 *Scriptura priuata non requirit tempus. Quid circa prioritatem, aut posteritatem n. 6.*
7 *Testamentum inter liberos debet continere diem mensem, & annum. Præsertim quando est scriptum manu alterius. n. 9. Quæ procedunt etiam in testamento matris n. 15.*
8 *Nomen Imperatoris, & Papæ an requiratur in testamento inter liberos.*
10 *Locus est exprimẽdus, vt valeat testamẽtũ inter liberos. Declaratur n. 11. & quid in loco loci n. 13*
12 *Negotiũ quod est faciendũ in scriptis debet continere omnia solemnia instrumentorum, secus si conficeretur scriptura non exigens solẽnitatem.*
14 *Scriptura inter liberos si sit facta manu patris, an requiratur quod sit lecta, seu publicata ab aliquo notario coram duobus testibus.*
16 *Dispositio legis inducta ad fauorem filiorum, habet etiam locum in nepotibus.*
17 *Testamentum inter liberos vt valeat, quæ requirantur n. 18. 19. & 20.*
21 *Pro recognitione apochæ priuatæ, an opus sit quod testes fuerint præsentes, & viderint ipsam scribi. n. 24. Et an sufficiat quod dicant habere notam manum. n. 22. 25. & 26.*
23 *Titus Vespasianus cum facilitate imitabatur quæcunque chirographa vidisset.*
27 *Testes non requiruntur in testamento ad pias causas, vel inter liberos manu testatoris scripto.*
28 *In cõparatione litterarũ duo periti sũt adhibẽdi.*
29 *Perito vno quo casu credatur & iuramentum sit necessarium. n. 30.*
31 *Consilio egregij doctoris litẽ mouens, instructus censebitur, & temeritatis notam non subibit.*

Periti

CAPVT CCXXXV.

INter liberos valet scriptura patris sine testibus, quando constat de perfectione consen-1 sus † *Bald.in l.fin. col.2.vers.sed hic quæro. n.6. C.famil.ercisc. Dec.consf.488.in causa & lite.col. 2.in fin.vers.venio ad secundum. n.* 8. Ita etiam dicebatur illam valere inter eosdem liberos 2 si deficiat dies, & consul, † ob illam rationem, quia in similibus testamentis est relaxata omnis solemnitas iuris ciuilis, quidquid alias in eis debeant interuenire illa, quæ ad substantiam requiruntur *l.hac consultissima.§. ex imperfecto.C.de testam. Gabr.consf.1.n.9.lib. 1.post Ruin.consf.15.n.*14. *lib.*2. Vnde non videbatur dicendum, quod omisio temporis obesset in testamēto inter liberos, vt concludit *Me-3 noch.consf.288.n.31.lib.3.* † Cum tempus, inditio, nomen Pontificis, & similia sint de solemnitatibus instrumenti, non de substantialibus *Glos. in l. generali. C. de tabular. lib.* 10. *Aym. consf.216.col.1.n.2. Menoch.consf.37. n.1.lib.1. Honded.consf.66.n.6.lib.1.*& facit text. in *l.cum 4 tabernam.34.§.idem quæsiuit. de pignor.* † vbi etiam per epistolam potest contrahi pignus, nec vitiatur, licet in ea non sit dies, nec consul, cum sufficiat, vt conuentum sit de pignoribus *Bero. q.36.n.3.in fin.vers.ad propositum facit. 5* ex quo † enim est priuata scriptura non requirit tempus *Ias.in auth. quod sine. n. 3. in 2.no-6 tab. in princ. C. de testam.* † Quidquid aliud sit circa prioritatem, aut posterioritatem, quia tunc esset probandum tempus *l.si decreto. C.qui potior.in pignor.habeantur. Bart. in d.l.cum tabernam.§. idem quæsiuit. n. 3. & latius Aret. ibid.in 2. notab.de pignor.*

Contrarium istis non obstantibus Dixi verius esse quod etiam in testamento inter liberos de-7 beat apparere de tempore, † tamquam illud sit de substantia, cum hoc sit speciale, vt in huiusmodi dispositionibus requiratur tempus, quasi pluries talis voluntas mutari posit, ideo illud erit apponendum, cum ex eo capiat substantiam

stantiam dispositio testatoris *Bald. in auth. quod sine. in fin. vers. quæro vlterius. n.4. C. de testam. ordin.* sequitur *ibid. Salic. col. fin. vers. quæro an ista priuata. Ias. n.3. in 2. notab.* vbi quod omnes ita tenent *Corn. n.4. vers. fallit tamen.* post *Ang. in princ. vers. in textu ibi & tempus. n.2. Aret. in 2. notab. Alex. conf. 123. discussis hæsitationibus. col. 2. in fin. vers. nec enim obstat. n.4. lib. 1. & conf. 114. visa scriptura. col. 2. in princ. vers. tamen præmissis non obstantibus. n.3. & col. 3. ad med. vers. alia etiam quæ ponuntur lib. 7. & conf. 86. ponderatis. col. 3. in princ. n. 11. vers. insuper alia ratione. lib. 3.* & late de communi, & indubitata opinione testatur *Socin. Iun. conf. 3. n. 2. vsque ad n. 6. lib. 4. Ruin. conf. 7. n. 10. lib. 3. Honded. conf. 66. n. 45.* vbi etiam de communi *lib. 1.*

Non solum autem requireretur dies, mensis, & annus, sed etiam nomen Imperatoris, Papæ, & 8 Regnantis, † cum ista requirantur quotiescunque in priuata scriptura debet exprimi tempus *§. quacunque. auth. quib. mod. natur. effic. legit. auth. vt præpon. nom. imper. in princ.* & in specie scripturæ inter liberos ita concludit *Alex. conf. 76. n. 11. lib. 3. & conf. 123. n. 4. lib. 1. post Bald. Ang. & Salic. in auth. vnde si parens. C. de testam. Bero. conf. 1. n. 80. lib. 2.* quem sequitur *Honded. conf. 66. n. 45. ad med. vers. & quod testamentum. lib. 1.*

Satis tamen in hoc esse videretur, quod exprimatur tempus certum, cum non referat, qualiter sit certum, argumento *l. certum. ff. si cert. petat.* Vnde non erit necesse exprimere nomen Consulis, vel Principis, vt concludit *Corn. in auth. vnde si parens. n. 4. in fin. vers. sed satis videtur. C. de testam. Natt. ibid. q. 12.* Ad minus enim debet apponi annus, & dies, licet non hora diei *Socin. Iun. consil. 3. n. 3. ad med. lib. 4.*

Magis dicta appositio temporis erit necessaria, quando scriptura priuata inter liberos est scri- 9 pta manu alterius, † cum in ea maior solemnitas requiratur, vt in specie explicat *Ruin. conf. 7. n. 10. lib. 3.*

Immo etiam vltra tempus esset exprimendus lo- 10 cus, vt valeat testamentum inter liberos † secundum *Honded. conf. 66. n. 45. ad fi. lib. 2.* Quasi dies, & locus à pari procedant ad validitatem dispositionis *c. abbate sanè. de re iudic. in 6. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. initium. in repetit. n. 27. ff. de edend.* Cum etiam tempus, & locus in istis terminis inducantur à iure positiuo *Menoch. conf. 288. n. 33. lib. 3.*

Quod tamen erit intelligendum, quando non constaret de voluntate testatoris nisi per rogitum notarii, Tunc enim illud instrumentum testamenti nullam fidem faceret, nisi adesset locus, & dies, & omne id, quod requireretur pro solemnitate in conscribendis publicis instrumentis *Socin. conf. 2. n. 5. & 6. lib. 3. Paris. conf. 68.* 11 *n. 25. lib. 3.* † Aliud enim esset, quando constaret de voluntate ipsius testatoris per eius scripturam, aut per testes, Nam in hoc casu defectus loci non vitiaret testamentum patris inter liberos, quasi tunc scriptura patris maneat priuata, prout dicitur tunc talis remanere, quando non conficitur publicum instrumentum à notario de dicta voluntate patris, vt declarat *Menoch. conf. 288. n. 34. lib. 3.*

Prout dicimus in negotio, quod omnino debet fieri in scriptis, Illud enim tanquam exigens solemnitatem scripturæ debet continere omnia 12 solemnia instrumentorum, † quidquid aliud sit, quando conficeretur scriptura non exigens solemnitatem licet fuerit confecta charta, vt facilius probaretur, quod factum est, prout distinguit *Bart. conf. 197. reperitur. ad med. lib. 1. Bero. q. 36. n. 3. ad fin.* Quamuis in priuata scriptura patris inter liberos exigatur ex iure speciali dies ex his, quæ supra dicta sunt per tex. *in auth. quod sine. C. de testam.*

Et quæ dicta sunt de loco extenduntur per doctores ad locum loci, qui regulariter debet apponi in contractibus, & in similibus dispositioni- 13 bus, † nisi tacitè possit intelligi, puta quando actus esset solitus fieri in tali loco loci, vel nisi consuetudine sit receptum, vt locus loci non ponatur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 3. tit. 13. n. 7. 8. & 9.* Quamuis multi teneant, quod ista consuetudo non valeat circa illud quod locus loci non sit ponendus, vt per *Menoch. conf. 288. n. 1. lib. 3. Roland. de commissar. par. 2. lib. 5. c. 34. n. 2.* & de communi *Anton. Hering. de fideiussor. c. 14. n. 40. post Afin. de execution. in prologomen. c. 9. n. 2.* de quo tamen *Bertazol. de clausul. glos. 1. n. 4. clausul. 2.*

Vlterius etiam esset opus publicatione huiusmodi scripturæ, quamuis enim constaret illam 14 esse factam manu patris inter liberos, † Tamen requiritur, vt sit lecta, seu publicata ab aliquo notario coram duobus testibus, quod pater illam schedulam habuerit pro perfecta dispositione *Cephal. conf. 409. n. 1. lib. 3.* licet hoc non sit tutum, cum verior sit opinio, quod in hoc casu solemnitas dictæ publicationis non requiratur, cum enim ab ipso iure ciuili sit introducta, censetur etiam remissa parentibus testantibus inter filios, quasi in dubio censeatur perfectio voluntatis, post quam fuit scripta manu patris, ex qua colligitur argumentum perfectionis, vt declarat *Ruin. conf. 11. n. 1. lib. 3.* & de veriori opinione testatur *Menoch. conf. 267. in fin. n. 33. & 34. lib. 3.* cum alijs per *Couar.* qui extendit etiam ad piam causam *in c. relatum. il 2. in fin. n. 12. vers. decimo ex ratione. de testam.*

Et prædicta procedunt non solum in scriptura patris testantis inter liberos, sed etiam matris 15 *Menoch. conf. 367. n. 3. lib. 3.* † Prout etiam quando fuit conditum testamentum inter fi- 16 lium, & nepotes natos ex alio filio, † cum dispositio legis, quæ est inducta ad fauorem filiorum habeat etiam locum in nepotibus *Bald. in l. gallus. §. instituens. de liber. & posthum. post Bart. in l. liberorum. vers. secundo quæro. ff. de verb.*

verb. signif. Cardin. in c.2. eod.tit. & in specie scripturæ, de qua agimus iuxta dispositionem *auth. quod sine.C.de testam.* ita concludit *Alex. cons. 114. visa scriptura. col.3. in fin. vers. nec prædictis obstat.n.9.lib.7.*

Adde quod vltra prædicta multa requiruntur, vt talis scriptura valeat inter filios, † Primo enim opus est, vt sit scripta manu patris, vel matris, & reperiatur in aliqua arca recondita in eorum domo, & recognoscatur ab ipsis filijs, tunc enim æquum est, vt liberi obseruent voluntatem parentum, quamuis careat solemnitatibus, cum inter eos sola ipsa veritas debeat spectari, quasi superfluum habeatur testium præsentia, constito de eorum voluntate, quod etiam obtinebit licet scriptura manu aliena sit facta, dummodo tamen subscripta ab ipsis parentibus *Gulielm. Bened. in c. rainutius.in verb. testamentum. il 1.n.87. de testam. Ias.in auth. quod sine. ad med.vers.si autem talis schedula.C.eod.tit.*

Secundo non sufficeret talem scripturam esse scriptam manu parentum sine testibus, † si reperiretur apud notarium, qui eam non descripsit in prothocollo, vt cætera instrumenta à se recepta, quasi tunc non constet testatorem perfecte disposuisse, Cum enim notarius in suo prothocollo illam non redegerit,non obtinet vim testamenti inter liberos *Menocb. cons.42.n.23. lib.1.& cons.267.n.5.lib.3.*

Tertio, vt talis schedula habeat effectum vltimæ voluntatis inter liberos requiritur, vt sit reperta in arca eius, qui scripsit, † quasi tunc ex ista custodia arguatur rem fuisse caram scribenti, & in ea agi de rebus magni ponderis, & non spernendis, prout e contra diuersa voluntas colligeretur si esset derelicta in aliqua parte domus absque aliqua custodia *Ias.cons.62.consulturus ergo. in fin.lib.1. Menocb.cons.267.n.15.lib.3.*

Quarto si non constat scripturam esse confectam à parentibus, non esset sufficiens comparatio litterarum,† nisi habeat requisita illa,de quibus late *Menocb. de arbitr. cas.114. Ludouic.decis. Perus.7.n.1.p.1.* Videlicet quod duo periti in arte eligantur, qui iurent, & inspiciant omnia elementa, & tractus verborum, & his similia, & referant Iudici, & assumant alias scripturas veras, & certas eius,qui asseritur scripsisse hanc scripturam contentiosam, & quod petens talem comparationem iuret non habere aliam probationem,hac vna excepta comparationis litterarum cum alijs per *Bald.in l.comparationes.C.de fid.instrum.*

In quo tamen illud est aduertendum, quod pro recognitione schedulæ, seu apochæ priuatæ de iure communi † oportet, quod testes fuerint præsentes, & viderint scribi schedulam ipsam *§. si quis igitur. auth. de instrum.caut. & fid. Alex. cons.76. consideratis his de quibus. col.1. ad med. vers. constat autem. n.4. lib.3. Afflict. decis.181.n.8.* † Quasi non sufficiat,quod testes dicant se habere notam scripturam, & manum illius, qui scripsit, cum possint facilè decipi ob similitudinem litterarum, vltra quod potest quis etiam facile contrafacere litteram alterius *Bart. in auth. at si contractus. col.2. vers. oppono dicitur hic. C. de fid. instrum.* † Prout memoriæ proditum est de Tito Vespasiano, qui cum maxima facilitate poterat imitari quæcunque chyrographa vidisset *Sueton. in Tito Vespasiano. Menocb. de arbitrar. in addit. ad cas.114.*

Et in propr.js terminis schedulæ testamenti scriptæ manu patris, quod testes debeant, vt supra deponere † concludit *Alex. cons.123. discussis hesitationibus.col.3.post princ.vers.unde cum dicta scriptura.n.5.lib.1.* Quamuis enim in tali vltima voluntate non sint necessarij testes *Glos. & Doct.in auth.de testam.imperf.§.1.& in auth. quod sine. C. de testam.* † Tamen hoc est verum respectu illius actus, non est enim necesse, quod testator coram eis dixerit illam esse suam vltimam voluntatem, vel quod nominauerit talem hæredem, aut similia, quæ requiruntur in testamentis, in quibus debent testes interuenire *l.hac consultissima.in princ. & l.iubemus. C.de testam.l.haredes palam.in princ.ff.eod.* sed bene oportet testes adesse, qui viderint testatorem scribere, si negetur scripturam illam de manu eiusdem fuisse scriptam *Glos. in §. fin. in verb. diuisione.auth.de testam.imperf.* & ita distinguit *Alex. d. cons.123.n.5.lib.1. post Bart. in l. scripturas. C.qui potior.in pign.habeant.*

De stylo autem Curiæ ista non requiruntur, cum sufficiat, quod testes dicant se habere notam manum eius, de cuius scriptura agitur † quotiescunque sumus in recognitione scripturæ, in qua testes non sunt necessarij, prout in testamento ad pias causas, seu inter liberos scripto manu testatoris, † in quo secundum magis communem opinionem testes non requiruntur prout in specie declarat *Rot. coram R. P. D. Cantuecio Roman. de Mazzocchis. 9. martij. 1580.* quæ est inter decisiones *Rot.diuers.124. p.2.* quam sequitur *Menocb. de arbitrar.in addit.cas.114.n.1.*

Præterea in d.comparatione facienda essent adhibendi saltem duo periti in arte, † cum vox vnius non sufficiat *§. quod autem. auth. de non alien. Alex.cons.148. excellentissime domine. col.2.in princ. vers. & in specie ostendo.n.6.lib.2. & cons.65. viso processu. col.vlt. post princ.n.10. lib.1. Bart.in 1.constit.ff. vet.n.9.vers.item quaro nos dicimus. & in l.1. ff. de ventr. inspic. Ruin.cons.53.n.fin.n.12.lib.5.Bertazzol.cons. crimin.33.n.12.lib.1.*

In iudicialibus enim non creditur quantumuis perito, si solus sit *l.lex quæ. C. de admin.tut.l.hac edictali. §.his illud.C.de secund.nupt.* † Cum tales tunc propriè dicantur testes, & ideo non nisi iurati admittuntur *Glos.in c. proposuisti. de probat.* Quamuis isti reddant solum rationem sui testimonij per iudicium intellectus, prout declarat *Aleiat.in l.1. §.eadem. n.17. vers.in iudicialibus vero. ff.de verb. obligat.* Quidquid sit

30 ft † in extraiudicialibus, in quibus perito homini quamuis vni fidem præstamus *§. fin. auth. vt præpon. nom. imper. c. talia 8. q. 5.* Et in eis boni viri auctoritas iustam credulitatis excusationem habeat *Glos. in l. titio fundus. de condit. &*
31 *demonstr.* † Et qui egregij doctoris consilium secutus litem mouit instructus censebitur, quantum satis sit, & temeritatis notam non subibit *Bart. in l. bonorum. de bonor. possess. Abb. in c. calumniam. de pœn.* cum declarationibus, de quibus per *Tiraq. de pœn. temperand. caus. 51.*

Licet secundum alios isti periti quando adhibentur à Iudice non debeant appellari proprie te-
32 stes, † vt declarat *Ias. in l. 1. §. eadem. col. pen. ad med. vers. ratio prædictorum. n. 11. de verbor. obligat. & ibi Aret. col. 2. post med. vers. & quia doctores dicunt. n. 40.* subdens, quod ex hoc
33 possunt † recipi die feriata etiam ad iuramentum, aliàs nulla esset differentia inter istos &
34 alios *Bald. in l. oratione. de ferijs.* † Cum etiam deponentes prætextu peritiæ possint testificari per relationem ad aliud, videlicet dico, vt dixit præcedens, quidquid hoc denegetur testibus *Ang. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de*
35 *edend.* † Quamuis tales non possint deponere prætextu peritiæ artis, nisi præsentialiter aspicerent, vt de medico, quo ad vulnus, & de simi-
36 libus *Bald. in l. 1. ff. si ex noxal. caus. agat.* † Ideo etiam in dispositione loquente de testibus non venient periti, cum non sint propriè testes *Mascard. conclus. 1169. n. 21. post med. vers. ex qua quidem declaratione.*

Quæ etiam procedunt, quamuis talis peritus esset maximè dignitatis, & excellentis peritiæ, non
37 enim sufficit vnus, sed duo sunt adhibendi † *c. licet vniuersis. de testib.* Cum hoc solum tribuatur defunctis auctoribus, quorum scripta fuerunt approbata studiosorum consensu, vt de Hippocrate, & Aristotele dicimus; Tales enim quamuis soli, in arte sua fidem faciunt *l. septimo mense. de stat. homin.* & in specie hoc notat *Alciat. in l. 1. §. eadem. n. 19. & ibi Ruin. in fin. vers. retenta tamen. ff. de verb. obligation.*

Quamuis indistincte non habita consideratione mortis, quod sufficiat assertio vnius peritissimi, qui ita habetur communi hominum opinione concludat *Aret. in d. l. 1. §. eadem. col. 2. ad med. vers. videtur tamen probari. n. 40.* sequitur *Dec. in c. proposuisti. col. 5. ante med. vers. si tamen esset vnus. n. 11. de probat. Bald. cons. 136. col. 1. in fin. vers. respondeo quod illud est verum. n. 4. lib. 2. Mascard. conclus. 1169. n. 26. Galiag. Felin. & alij per Menoch. de adipis. possess. rem. 5. n. 163. vers. vel etiam quando.* Vbi tamen requirit etiam integritatem *Bald. in l. directas. 14. C. de testam. manum.* & dicam infra *vers. Ista autem conclusio.*

Amplius quamuis Iudex ipse esset peritus in arte, puta quia sciret interpretari, aut quid simile,
38 neq; standũ esset relationi solius iudicis, † Cum illi durante iudicio non credatur de gestis, & actis coram eo *c. quoniam contra falsam. de probation. l. nec in arbitris. vbi Bart. C. de arbitr. c. statuendum. 6. q. 21.* & ita in specie concludit *Ias. in l. 1. §. eadem. col. penul. in princ. vers. secũdo adde in quantum. n. 10.* & de veriori opinione testatur *Aret. ibid. col. pen. in princ. vers. tertio adde. n. 43. cum alijs per Add. ad Bart. in d. §. eadem. in verb. respondeo.* quod etiam late voluit attestando de magis vera sententia *Ang. in §. in hac re. col. vlt. in princ. vers. secundo principaliter addas. instit. de verb. obligat.* & comprobat *Sim. de Pret. de interpretat. vltim. volunt.*
39 *lib. 1. dub. 3. solut. 2. n. 5.* † Cum non attendatur intelligentia Iudicis in his, quæ sunt facti, si non posset probari ex actis probatorijs *c. 1. de offic. ordin. l. illicitas. §. veritas. de offic. præsid.* Itaut
40 etiam requiratur intelligentia Aduocati, † vt dicimus de libello contra rusticum oblato latino sermone, quod valet stante intelligentia sui patroni, & procuratoris *l. 1. §. edere. vers. ad eum. de edend. Cyn. in auth. offeratur. q. 5. C. de lit. contestat.* & quid in sententia *Doctor. in l. decreta. 48. de re iudic.*

Et facit, nam ex quo pendet adhuc iudicium non
41 videtur, quod Iudex possit deponere, † Vnde si hoc vellet facere esset remouendus à iudicando *c. dilecta. de testib.* Nulla habita ratione diuersitatis inter casum quando tractaretur de interpretatione, seu significatione explicandarum litterarum, seu quando agendum esset de alia peritia, aut declaratione, cum in vtroque casu requirantur duo secundum *Alex. cons. 179. col. penul. in fin. vers. tamen in hoc communiter. n. 9. lib. 2. Mascard. conclus. 1169. n. 32.*
42 Quidquid † aliud sit in notario actorum, cui soli crederetur, si sciret interpretari *l. si quis decurio. in fin. C. ad leg. cornel. de fals.* de qua quæstione *Ias. in d. l. 1. §. eadem. n. 10. de verb. oblig. cum alijs per Aret. in §. in hac re. q. 3. n. 2. instit. eod. tit.* Quamuis etiam in notario tutius sit, & magis iuri consonum, vt non possit subire lo-
43 cum interpretis, † cum alius sit assumendus, in quem partes consentiant, vt post *Roman. & alios* ita seruari de consuetudine Sacri Palatij testatur multis comprobans *Simon de Pret. de interpr. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 3. solut. 2. n. 13. fol. 11.*

Verum quia supradicta non ita simpliciter admittenda sunt, cum de hoc aliàs quæreretur dixi
44 debere intelligi † quando commode duo periti potuerunt adhiberi, cum alioquin vnus tantum sufficeret *Bart. in l. 1. in fin. princ. ff. de ventr. inspic. Cepoll. cons. 61. n. 5. Ludouic. decis. perus. 7. n. 9.* Vbi, quod hoc non fuit consideratum à *Menoch. de arbit. cas. 114. n. 26. & 27.* licet *Idem Menoch. in secunda editione dicti tractatus* respondeat maxima cum modestia, adducens causam, quare hanc limitationem non posuerit referens se ad ea, quæ dixit *de adip. possess. remed. 5. n. 162.* vbi hanc ipsam doctrinam apertius recensuit, & repetit *Idem Menoch. cons. 284. n. 26. lib. 3.*

Et quidem non arguendus est *Menoch.* quod prædicta non considerauerit, cũ sint adeo vulgaria,
45 vt nullus sit qui ea prætermittat, † prout omnes Docto-

Doctores ponūt *in l.1.§.eadem.de verb.oblig.* vbi *Bart.n.4.ad med.vers.sed si iudex.Ias.n.7.col.3. in princ. vers.secunda conclusio. & col. pen. in prin.vers.tertio principaliter.n.10. Ruin.col.vlt. in prin.vers.mihi tamen magis placet n.13.in 2. not. Aret.n.40.col.2.in prin.vers.aut non reperitur in loco. Aleiat.n.20. vers.in causis vero leuibus. Zas.in fin.n.9.vers.ceterum si causa nō esset. Socin.col.2.ad med.n.11.vers.colligitur tamen ex dictis. Alex.in 2.notab.n.4.ad fin.vers.idem si in ciuitate. Felin. in c. proposuisti. 4. col. 3. in fin. vers. fallit tertio nisi in loco. n.7. de probat. post Abb.ibid.col.3.in fin.vers.aut est res magis grauis.n.7. Butr.ad med.vers.nunquid autem. n.6. Dec.col.4.in princ.vers.& breuiter cōmunis opinio. n. 10.* sequitur *Roman. cons.20. n.7. & ibi Mandos.in verb.dictum.in princ.Bald.in l.comparationes.19.col.vlt.ad med.q.6.n.17.C.de fid. instru.post Bar.ibid.in fin.n.3.in 3.notab.* & de cōmuni opinione testatur *Alex.cons.35.n.8.lib. 3. alias est cons.179. visa scriptura priuata. col. penult.ad med.n.8.vers.circa secūdum dubium. & n.9.vers.aliquādo vnus haberi. lib.2.& cons. 180. viso processu.n.2.col.2.in princ. vers.tamen veritas. lib.7.Socin.reg.294. alias 16.incip.perito in arte statur. vers.primo fallit ad med.Bald. in l.iudices.12.in princ.vers.respondeo.C.de senten.& interlocut. omn. iudic. Menoch. de recup. possess. remed.5. n.162. vers qui hoc ita demum. Farinac.q.63.de opposit.contra person.test.* vbi se refert ad ea, quæ dixit *in quæstionibus ciuilibus in materia peritorum iudicio quando standum sit.Ang.in l.qui luminibus.in princ.de seruit.vrban.pradior.& in l.hac edictali. §. his illud. ad med.n.4.C.de secund.nupt. Bald.cons.136.proponitur. col.1.in fin.n.4.lib.2.Aret.in §.in hac re. q.3.vers.sed si iudex.n.2. instit. de verb.obligat. Herculan. de negat.proband n.232.vers.item vbi in loco.Marc.Mantua.sing.267.visis.ad fin. vers.& ideo pro resolutione. n.3. Campeg. de testib. reg. 302. vers.secundo fallit. tom. 4. f. 111. post Speculat.de probat. §.fin. vers.hoc quoque & de homic.§.1.vers.sed pone.Mascard.conclus. 1169.n.21.p.3.fol.84. Felin.in c.causam matrimonij.14.in 6.notab.de probat.Sim.de Prat.de interpret.vltim.volunt.lib.1.interpret.1. dub. 3. solut.2.n.2.& 3.fol. 10.*

Et adeo supra adducta sunt vulgata, vt dicant Doctores de hoc esse textum *in l. 1.ff. de verb. obligat.* notum omnibus, † quibus non eadit puluis super libro, vt refert *Bald.in l. directas. 15. C.de testam.manum.* prout etiam dicit *Ias. in repetit.l.admonendi.n.194.& 195.col.60.ad med.vers.item statur dicto vnius. de iureiur. & in l.stichum qui meus erit.in fin. vers.ego pro ista decisione. n. 41. de leg. 1.* quod etiam refert *Alex. cons.179. col. 3. in fin. vers.aut non extat nisi vnus.n. 9. lib. 2.* Cæteros prætereo, tamquam in re clara non sit amplius immorandum. Hos solum adduxi vt notum fit extra rem negligentiæ redargui *Menochium* cuius modestiam in respondendo non tam mirari debemus, quam vanam reprehensionem eius, qui de tanto viro aliter loqui debuisset.

46

Ampliantur prædicta etiam in eo, qui tanquam ignorans † iura debet consulere plures peritiores *Bald.in l.iuris ignorantia. 6. q.2. & ibi Addit.in verb.pluribus.C.qui admitt.* Nam hoc intelligitur quando adsunt plures in loco, prout declarat *Dec. in c.proposuisti. col. 5. post princ. vers. & secundum communem opinionem. de probat. post Roman. in d.l.iuris ignorantia. vbi Ias.in fin.vers. ideo distingue. & ibi Purpur.in addit.in verb.vel ne. C.qui admitt.*

47

Ista autem conclusio, quamuis simpliciter à prædictis admittatur, Tamen est intelligenda quod tunc solum vni perito sit standum propter necessitatem causæ, siue loci, in quo non adsit nisi vnus, † quando esset honesta persona, vt declarat *Bald. in l. directas. 14. C. de testam. manum.* Prout regulariter debet eligi ex multis vnus excellens, qui non solum peritia, sed etiam integritate plurimum valeat *Menoch.de adipis.rem.5.n.162.Alex.cons.179.col.penult.in fin. ver. quinimmò ibi dummodo sit. n. 9. lib. 2. Abb.in c.causam matrimonij. 15.col.1. in fin. in verb. honestas prouidas & prudentes.de probat. per tex.in l.magistros studiorum. C.de professor. & medic. lib.10.*

48

Idque etiam est in notario, qui assumptus interpres ad declarandum verba testatoris Theutonici probat quando est honesta persona, & bonæ famæ † *Rom.in l.1.§ eadem.col.3.vers. vlterius extra. ff. de verb. obligat.* ex adductis per *Cyn. in l.si quis decurio.C.de fals.Sim.de Pret.de interpret. vltim.volunt.lib.1. interpret.1.dub.3. solut.2.n.4.*

49

Et talis honestas, & bonitas vitæ magis requireretur in illis peritis matronis, quæ deponunt de virginitate puellæ, † quasi adsit in hoc specialis ratio indecentiæ, quod mulier, quæ se asserit virginem, inspiciatur per mulieres inhonestas licet peritas, quamuis essent nobiles origine, cum meliores sint boni mores, quam nobilitas *Felin.in c.causam matrimonij. in fin. n. 5. de probat.* † Cum in alijs testibus, qui deponunt super peritia ista qualitas honestatis non videatur ita necessaria, dummodo non sint adeo criminosi, vt repellantur, sicut enim medicina spiritualis à quocunque sumitur *c.vestra. & c.fin. 15. distinct.* Sic etiam videtur dicendum de peritia, vt à quocunque haberi possit, Ita in specie declarat *Dec.in d.c. causam matrimonij.in princ.in 2.notab.vers.sed aduertendum est.n.1.de probat. per tex.in c. ut commissi. vers. quoslibet peritos. de hæretic.in 6.* quidquid † aliud sit in dignitate, & peritia doctoratus, à qua etiam ob malos mores quis repellitur *l.magistros. C. de professor. & medic. lib. 10.* argumento *l. 2. C. de dignitat. eod. lib.*

50

51

52

Et † quod dicantur periti, qui in arte sua se bene gerunt *Bart.in l.1.C.de athlet. lib. 11. Felin. in c. proposuisti. 4. col.4. in princ. n. 8. vers. & scias.de probat.*

53

Quemadmodum dicimus de consilio doctoris notabilis, quod excusat ab expensis, quando

cum

cum scientia concurrit etiam integritas conscientiæ, cum sola peritia non sufficeret, neque excusaret, Quamuis enim dicatur consilium reddendum esse a bonis doctoribus, non a malis, seu parum eruditis, Tamen hoc intelligitur non solum de bonitate doctrinæ, sed pariter de bonitate conscientiæ, siue animi, prout declarat *Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. n. 108. per tex. in l. quod si nolit. §. si mācipiū. de ædil. edic. Fel. in c. super his. 16. ante fin. de accusat. & in c. tuas. eod. tit. & in c. quarta. col. 9. vers. limita*

55 *vtiliter. de præscript.* † Dūmodo talis turpis persona perita non esset habilitata per honores sibi collatos & magistratus, censeretur enim tunc reddita habilis, cum princeps, accipiendo similes homines in consiliarios, vel ad aliud munus, eo ipso dicatur illos restituere famæ, quasi comitatus Principis eos illustret, itaut neque contra tales habeat locum quærela inofficiosi tanquam reductos ad bonam frugem late *Menoch. cons. 1137. n. 35. lib. 12.*

Item prędicta communis opinio procedit, quando tales periti non adhibentur vt testes, sed vt

56 instructores, & declaratores, † tunc enim sufficit vnus, qui solus reperitur in loco, nec opus est loca vicina perquirere *Soccin. in l. 1. §. eadem col. 2. ad med. vers. prima conclusio. n. 12. & vers. quarta & vltima conclusio. n. 13. de verb. oblig. Idē Soccin. reg. 16. incip. perito in arte. vers. secundo fallit.* Quando enim adhibentur tanquā testes non sufficit vnus, sed debent esse plures, cum agatur de graui alterius præiudicio ad notata *in c. præterea. de restit. in integr. c. præsul. 2. q. 5. c. constitutus. de fideiussor.* Idē sequitur *Abb. in c. proposuisti. col. 3. post princ. vers. & idem fortè. n. 5. de probat. & n. 6. vers. aut non agitur. Aret. in l. 1. §. eadem. col. 2. ad med. vers. tertio casu approbat. n. 40. de verb. obligat.* vbi latius dicit se dixisse *in d. c. proposuisti.*

Idem si ageretur de crimine graui, vt de vita hominis, seu vulnere mortali, essent enim tunc

57 adhibendi plures periti, † si in loco reperirentur, alias recurritur ad loca vicina, cum in istis arduis probationes debeant esse luce meridiana clariores, maxime in hoc casu, in quo periti deponunt de credulitate, non de scientia *Soc. reg. 16. perito in arte. vers. tertio fallit.* Neque enim debet subtrahi parti facultas probandi aliquid certius, licet alia probatio inueniri possit sua natura sufficiens, Præsertim quando talis probatio de sui natura est fallax, vt ista peritorum, quasi tunc debeat exquiri certitudo maior, quam haberi possit, & diligentior

58 quam alias, † itaut iudex semper debeat laborare in probatione, quæ fit per peritiam, vt possit habere maiorem certitudinem *Aret. cons. 142. col. antepenul. in princ. n. 11. vers. ista conclusio probatur. per tex. in c. fraternitatis. de frigid. & malefic.*

Et regulariter in re graui, & negotijs arduis essent adhibendi duo periti, licet in loco non

59 sit nisi vnus, † cum ex locis propinquis debeat alius vocari *Abb. in c. proposuisti. col. 3. in princ. vers. ego potius inuestigandæ. n. 5. de probat.*

Neque obstat quod contrarium voluerit *Alex. in l. 1. §. eadem. col. 2. in princ. vers. non tamē per hoc recedo. de verb. obligat.* vbi etiam testatur de communi opinione, sequitur *Felin. in d. c. proposuisti. col. 4. in princ. vers. & volendo tenere de probat. & ibi Dec. col. 4. ad med. vers. sed tamē prædictis non obstantibus. n. 10. Ang. in l. hac edictali. §. hic illud. ad med. C. de secu. n. nu. 1.*

Quia stante grauitate causæ non est recedendum

60 a priori opinione tanquam magis vera, † vt testatur *Mādos. ad Roman. cons. 20. in verb. dictū Zas. in d. l. 1. §. eadem in fin. vers. quod si non possint inueniri. n. 9. post med. de verb. oblig.* & ibi quoque cōprobat *Alcia. vers. idem procedit etiā si vnus tantum. n. 10.* Et hanc opinionem habere magnam auctoritatem in praxi, quidquid in puncto iuris aliter posset defendi dicit *Ias. in d. §. eadem. col. penult. ad med. n. 11. & ibi Aret. col. 2. post princ. vers. quibus adde. n. 40. Ruin. col. vlt. ad fin. vers. & vbi dari posset. n. 13.*

Posset autem alia opinio procedere, quando oporteret conducere alterum peritum ex loco mul-

61 tum remoto, † maxime si ille præsens esset valde peritus *Felin. in c. proposuisti. col. 3. in fin. vers. dicas tamen. n. 7. ad fin. de probation.* Cum debeant plures adhiberi, si hoc commode fieri posset, Nam alias ad hoc Iudex non arctaretur *Add. ad Felin. in d. c. proposuisti. n. 7. in verb. in loco. ad fin.*

Minus de prædictis contingeret dubitari, quando esset taxatus numerus eorum, qui debent ad-

62 hiberi, † Tunc enim si periti non sunt in loco, vocarentur ex locis vicinis, vt numerus impleatur, Prout dicimus de testibus, qui etiam vocantur a locis remotis, quasi in illis quoque ad sit determinatio, quod duo omnino requirantur, cum vnus non sufficiat *l. vbi numerus. de testib. c. licet. eo. tit.* & ita intelligitur tex. *in c. si. 65. distinct. & in l. 1. C. de can. larg. lib. 10. l. si quando. C. de testib. c. constitutus. de fideiussor.* & in specie ita declarat *Dec. in c. proposuisti. col. 4. in fin. vers. secundo respondetur, n. 10. de probat.*

Quando tamen alia præsumptio concurreret cum dicto vnius periti, tunc etiam vnus solus suf-

63 ficeret *Bald. cōs. 136. alias. 302. proponitur quod titius. in fin. n. 5, vers. & dico quod vbi cum testimonio. lib. 2. Dec. in c. proposuisti. col. 5. ad med. vers. & quando aliqua præsumptio. n. 11. de*

64 *probat.* † Ideo quamuis non credatur vni obstetrici dicenti mulierem esse prægnantem, cum duo requirātur *l. 1. de vent. inspic.* Tamē vna sufficiet, si mulier dicat se esse grauidam *Speculat. de testib. §. restat de numero. vers. item tres obstetrices.* Dummodo illa vna non se sponte ingerat quia tunc se redderet suspectam, & sola non faceret fidem *Mascard. conclus. 1108. in fin. n. 12.*

65 *& conclus. 1125. n. 6.* † & istæ obstetrices veniunt in numero peritorum, & Medicorum, & sunt eiusdem pretij, & auctoritatis *Alex. cons. 15. viso processu inquisitionis. in fin. n. 11. lib. 1. late Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 414.*

Quibus adde, quod si ageretur de re parui præiudicij, & vbi non esset opus magna industria, 66 sufficeret † etiam vnus peritus, quamuis in loco reperirentur plures, quasi tunc multi debeant adhiberi, quando tractatur de re grauis præiudicij, quia ex natura negotij non ita de facili res percipitur per vnum, sicut per plures *Soccin. reg. 16. perito in arte. vers. primo fallit. per tex. in c. quia iudicante. de præscript. Innoc. in c. proposuisti. & ibi Abb. col. 3. ad med. n. 6. vers. aut non agitur. de probat. Aret. in l. 1. §. eadem. col. 2. ad med. vers. secundo casu iterum subdistinguit. n. 40. de verb. obligat.*

Staretur etiam dicto vnius periti, si esset à publi- 67 co deputatus *Dec. in c. proposuisti. 4. col. 5. ad med. vers. similiter. n. 11. de probat. & ibi Felin. col. 3. post med. vers. fallit primo. & vers. fallit secundo. n. 7. Alexan. in l. §. eadem. col. 1. in fin. vers. & est communis conclusio. de verb. obligat. vbi Aret. col. 2. post princip. vers. fallit in duobus casibus. n. 40. Zas. colum. vlt. ad med. vers. mouent etiam. n. 9. Mascard. conclus. 1169. n. 29.*

Dummodo tamen ad id principaliter constitutus sit, Nam alias solus non probabit, non enim sufficit quem publice electum esse, nisi etiam 68 ad illud negotium fuerit deputatus, † ad hoc vt illius tantum dicto stetur *Alciat. in d. §. eadem. n. 18. vers. quod procedit.* Vbi ex hoc etiam subdit non esse credendum testimonio solius 69 medici, † vt Tyro tanquam æger possit impetrare causariam missionem, cum Medici a Principe deputentur, vt curent milites, non vt testificentur *l. 1. & l. fin. C. de professor. & medic. lib. 10.* Idem concludit *Zas. in d. §. eadem. n. 9.* 70 *vers. quod si partes non consentiant.* † ob illam rationem, quia officiali creditur in his, quæ spectant ad suum officium *c. 2. de fid. instrumen.* & ita procedit titulus *si mensor falsum mod. dixer.*

Dictum quoque vnius periti sufficeret, si eligere- 71 tur a partibus † *Alex. in l. 1. §. eadem. col. 1. in fin. & ibi Aret. col. 2. in princ. vers. fallit in duobus casibus. Zas. col. vlt. ad med. vers. summa sic habet. n. 9. de verbor. obligat. Alex. cons. 179. col. 3. ad med. vers. circa secundum dubium. n. 8. & vers. & hoc dicit. n. 9. lib. 2. Mascard. conclus. 1169. n. 29.* Ita tamen, vt respectu illius, qui adhibet peritum, seu interpretem habeatur solum fides contra eum, non autem aduersus alium *Alex. in d. §. eadem. col. 2. ante med. vers. vel & tertio responde. n. 5. in fin.*

Notandum est etiam, quod in relatione, quam faciunt plures, vel vnus peritus, debet præcede- 72 re diligens inquisitio Iudicis, † & cautela est, vt in actis inferatur *Bart. in l. semel. C. de re milit. lib. 10. Dec. in c. proposuisti. col. 5. ad med. vers. & tali relatione. n. 11. post Bald. & Aret. ibid. de probat.* & sequitur *Ruin. cons. 53. in fin. n. 11. lib. 5.* vbi quod tamquam perito alicui creditur, quando Iudex illi imponit relationem, & illum examinat, & examinatus reddit causam sui dicti, Itaut de hac inquisitione Iudicis fiat mentio in actis, argumento *tex. in l. 1. ff. de ventr. inspic. Ang. in l. semel. C. de re militar. lib. 10.*

In casu autem, in quo assumerentur periti, essent eligendi duo de melioribus, & quorum fama 73 sit clarior, † Itaut si adsint in loco, non teneatur Iudex mittere extra locum *Ang. in l. qui luminibus. in princ. de seruit. vrban. præd. & in l. vtique. §. culpa. in fin. de rei vēdicat. & in l. hac edictali. §. his illud. ad med. vers. nota æstimationem. n. 4. C. de secund. nupt. Aret. in l. 1. §. eadem. col. 2. ad med. vers. & ad materiā. n. 40. de verb. obligat. Dec. in c. proposuisti. col. 5. ante fin. vers.* 74 *& quando periti. de probat.* † Quod etiam est in eo qui iura ignorat, debet enim eligere plures peritiores *Bald. in l. iuris ignorantia. q. 2. C. qui admitt.* Prout dicimus de Doctoribus *Glos. in* 75 *c. cum beatissimus. 24. q. 1.* † Quasi in culpa sit, qui peritiores non consuluit, licèt à dolo excusetur *Bart. in l. plagij. C. ad leg. iul. de plagiar.*

Si verò non reperirentur aliqui periti in loco, posset transmitti examen ad loca vicina, in qui- 76 bus commorantur, sicut fieri solet pro testibus examinandis, qui degunt in alia prouincia *l. iudices. C. de fid. instrum. auth. apud eloquentissimum. C. eod. tit. Felin. in c. cum causam. col. vlt. etiam eod. tit. Sim. de Prat. interpret. 1. vltim. voluntat. lib. 1. dub. 3. solut. 3. fol. 10.*

Quis autem probare debeat non adesse plures peritos in loco, hoc onus spectauit ad eum, qui prætendit standum esse dispositioni vnius 77 tantum periti † *Sim. de prat. interprat. vltim. voluntat. lib. 1. dubit. 3. solut. 2. in princip. n. 2. vers. aduertendum tamen. fol. 10.* Quamuis in loco insigni præsumenda esset pluralitas peritorum, Quidquid aliud sit in loco igno- 78 bili, & obscuro, † quo casu transferretur onus probandi in allegantem *Bartol. in l. in bonorum. n. 1. ff. de bonor. possess. per text. in c. statutum. de rescript. in 6. Cagnol. Alexand. Rimin. & alij per Mascard. conclus. 1169. n. 22.* 79 Cum † etiam in ista pluralitate peritorum sufficiat probatio præsumptiua *Salic. in l. iuris ignorantia. post med. vers. quæro iuxta præcedentem. C. qui admitt.*

Ex prædictis colligitur non esse faciendam aliquam vim in scriptura, de qua agimus, cum non contineat diem, neque tempus, vt requiritur, quamuis sit facta inter liberos, neque plenè constet illam esse scriptam manu patris, & testes, qui deponunt super notitia manus, & comparatione litterarum nihil probant, cum non adsint requisita superius allegata in probatione facienda per peritos. Et quatenus, etiam probaretur illam esse scriptam manu 80 patris, † Tamen addendum est eam non posse dici conditam inter liberos, cum fuerit in ea facta substitutio filijs per fideicommissum de persona extranea, nempe de fratribus, & filijs fratrum, qui omnes extranei dicuntur *l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxor. act.* Et ideo quo ad hanc

ad hanc substitutionem fideicommissariam non valebit testamentum patris imperfectum,†Itaue neque etiam legata extraneis debeantur ex dicta scriptura imperfecta, de quo tamen dicam infra *in capite particulari*, & declarat *Natt. in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.q.26.& 27. C.de testamen. Menoch.consi.288.n.36.lib.3.* Et quemadmodum non proderit talis scriptura extranea, Ita etiam neque illi nocebit, nec poterit habere vim testamenti *Idem Menoch.consi. 267.n.12.lib.3.*

EPITOME.

Filius agens ad bona patris, vel aui quando consequi debeat alimenta, & expensas litis, & quid in emancipato, adoptiuo, legitimato, & existente in vtero, & filia habente virum, & tam in prima, quam in secunda instantia, siue agatur possessorio, seu petitorio, & in qualibet parte iudicij. ¶ Maritus an possit expellere vxorem ob dotem non traditam, & ei negare alimenta. ¶ Et quid si accepit nomina debitorum in dotem, & illorum exactio cuius expensis sit facienda, & de cautela mariti, quando voluit circa hoc sibi praecauere. ¶ Accipiens vxorem sine dote an possit agere, vt illa sibi constituatur tam contra patrem, quam vxorē. ¶ Sumptus litis, & alimenta quo casu debeant restitui per succumbentem in lite. ¶ Et quomodo illa taxentur, & quod tempus attendatur ad cognoscendum an sit praesumptio pro eo, qui petit tales expensas. ¶ Et an requiratur quasi possessio filiationis ad hoc, vt illae debeantur. ¶ Et quid in filia, quae renunciauit, dum pendet causa renunciationis. ¶ Pactum quod dos integra restituatur nulla facta diminutione expensarum necessariarum an valeat. ¶ Vsufructuarius quas expensas debeat facere de suo, & quid in marito in causa dotis. ¶ Testium reprobatio an sit admittenda si filius petat alimenta à patre. ¶ Et an illi possint recipi parte non citata. ¶ Causa priuilegiata in specie an comprehendatur sub concessione generali. ¶ Haeres ratione alimentorum an sit conueniendus intra tempora confectionis inuentarij. ¶ Iudex an possit se informare à testibus nondum publicatis, vt litis expensas, & alimenta decernat.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debentur filio agenti ad bona patris, vel aui. Amplia in nepote, & in filia, ac nepte. n.2. Et quid in filio emancipato, legitimato, adoptiuo, vel qui est in vtero. n.3.*

4 *Filius agens habet alimenta etiam in prima instantia.*

5 *L. si instituta. §. de inofficioso. de inoffic. testam. qualiter intelligatur.*

6 *Exhaeredatio de iure antiquo permittebatur, & cui incumbat onus probandi causam illius.*

7 *Alimenta danda sunt filia, quamuis habeat maritum.*

8 *Maritus an possit expellere vxorem de domo ob dotem non traditam. & n.9.*

10 *Maritus accipiens in dotem nomina debitorum non potest negare alimenta vxori, sicut si duxisset sine dote. n.11. & 13. Limita si accipiendo in dotem nomina debitorum sibi praecauisset, vel constaret quod sibi voluerit praecauere. n.22. & 24.*

12 *Accipiens vxorem sine mentione dotis, non solum poterit cogere patrem ad constituendam sibi dotem, sed etiam coget ipsam vxorem si sit diues.*

14 *Nomina debitorum in dotem data maritus exigit suis expensis. Quid si impensa esset magna n.15. Vel si expensa essent necessaria. n.16.*

17 *Pactum vt propter expensas necessarias factas in dote non agatur non valet, secus propter vtiles.*

18 *Pactum, quod dos integra restituatur nulla facta diminutione expensarum necessariarum valet. Idem in corporibus datis in dotem. n.19.*

20 *Maritus in magnis impensis respectu dotis comparatur vsufructuario, & ad illas non tenetur, prout neque vsufructuarius.*

21 *Vsusfructuarius in refectionem rei non tenetur impendere de suo, sed debet denunciare necessitatem proprietario.*

23 *Actio omnis regulariter cedi potest.*

25 *Alimenta post litem contestatam, & in omni parte iudicij peti possunt. Item in causa appellationis. n.26. Et siue agatur possessorio, siue petitorio. n.27.*

28 *Obseruantia vnius curiae non est trahenda ad aliam.*

29 *Stylus Rom. Curiae non potest in alijs allegari nisi fuisset à Pontifice confirmatus.*

30 *Alimenta filio diuiti non debentur. Et de ratione. n.31.*

32 *Filio vltra alimenta sunt subministranda expensae litis vsque quo fuerit diffinitiuè pronunciatum. Quae iudicis arbitrio taxantur. n.33. Fallit in filia quae renunciauit. n.42.*

34 *Expensae, & alimenta quae praestantur litè pendente non restituuntur. Limita si fuit data fideiussio, vel facta promissio restituendi. n.36. Et si cautio fuerit praestita an possit condici, & exceptione vti. n.38. Quid in expensis post sententiam receptis. n.39.*

35 *Fideiussio non datur pro sumptibus litis praestitis restituendis, nisi dubitaretur de fraude, vel calumnia.*

37 *Cautio si praestatur per creditores, quando veniret alius priuilegiatus, agitur ex tali cautione, quasi illa sit habenda loco proprietatis.*

40 *Alimenta, & litis expensae imputantur actori, quando sententiam obtineret etiam cum fructibus.*

41 *Tempus motae litis attenditur, vt cognoscatur an sit praesumptio pro actore petente litis expensas.*

43 *Alimenta debentur filio existenti in quasi possessione filiationis, quamuis pater neget filium, secus cum filius nullam habet quasi possessionem.*

44 *Testium reprobatio non admittitur, si filius petat alimenta à patre. Intellige vt n. 45. & 46.*

47 *Testes respectu personarum non reprobantur in iudicio summario, nec coram arbitratore.*

48 *Probatio, quæ de subtilitate iuris non sufficit coram iudice, satis erit coram arbitratore.*

49 *Testes parte non citata non recipiuntur ad effectum præstandi alimenta, & sumptus litis filio.*

50 *Iudex potest se informare à testibus nondum publicatis, vt litis expensas, & alimenta decernat.*

51 *Causa priuilegiata in specie, prout est illa alimentorum, non comprabenditur sub concessione genali, quæ includit omnes casus, & causas.*

52 *Hæres ratione alimentorum conuenitur intra tempora ad conficiendum inuentarium.*

CAPVT CCXXXVI.

FIlio agenti ad bona patris, vel aui, debentur alimenta, habet enim præsumptionem boni 1 iuris pro se, † cum etiam, nisi ei prouideatur de alimentis, priuaretur bonis suis, ex quo nihil haberet ad illa prosequenda, & cogeretur modico recepto cedere, vel fame perire *l. si longius. §. fin. de iudic.* & est tex. *in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam.* quem celebrem dicit *Couar. pract. quæst. c. 6. n. 6.*

Quæ quidem procedunt ne dum in filio, sed etiam 2 in nepote, & filia, & nepte, † cum sublata sit sexus differentia, & idem iuris sit in vtrisque prout etiam in filio emancipato, in casibus tamen in quibus est par conditio filij emancipati, 3 & existentis in potestate; † Vnde non in nepote emancipato, neque in filio emancipato, qui agit aduersus testamentum patris, cum talis non sit ejusdem iuris ad immutandum testamentum, prout est existens in potestate, Idem in filio legitimato per subsequens matrimonium, & per oblationem curiæ, vel per rescriptum, qui dicitur propriè, & verè legitimus quò ad successionem, vel alimenta; Quemadmodum etiam in adoptiuo, & in filio, qui est in vtero, cum semper habeat mater alimenta ventris nomine, cum satis sit quod aliquo modo possit hæres esse, vel dominus, prout omnes supradictos casus latè prosequitur multa adducens *Surd. de alimen tit. 1. q. 111. & 114. per totam* cum alijs per *Ludouic. Molin. de hispan. primogen. lib. 2. c. 16. n. 30. vsque ad 47.* & in alijs personis, vt vxore, & similibus *Guterez. canon. quæst. c. 24. Peguer decis. crim. 21. n. 5. Barbos. in rubr. solut. matrim. p. 2. n. 44. in fin.*

An autem prædicta habeant locum in prima instantia, cum de hoc in casu mihi proposito quæreretur, Dixi veriorem esse opinionem affirma- 4 tiuã, † quia æquitas, de qua in *l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam.* militat tã in prima, quam in secunda instantia, ne scilicet filius fame pereat, nec ius suum indiscussum cogatur relinquere ob paupertatem, neque est necesse, quod sententia lata sit ad fauorem agentis, Prout ità seruat *Rota coram Sanctissimo Romana bonorum de ceulis 3. decembris. 1584. & 14. decembris 1584. in eadem causa coram eodem. post Bisignet. decis. 2. de iudic. Affl. decis. 15. in fin.* & de receptissima sententia testatur *Gabr. cons. 29. n. 19. in fin. vers. vltima quæstio. lib. 1. Mandos. cons. 12. n. 3.* vbi quod semper *Rot.* ex benignitate interpretata est dispositionem *d. §. de inofficioso.* locum sibi vendicare in prima instantia *Bellam. decis. 88. Ludouic. Molin. de primogen. hispan. lib. 2. c. 17. n. 36. Rebuff. de senten. præiudicial. siuè prouisional. art. 1. glos. 2. n. 5. & 6.* dixi suprà *c. 55. n. 51.* & ità pluribus locis iudicatum fuisse testatur *Carol. Put. inter cons. Sfort. Odd. post cons. 100. n. 1.*

Et quamuis in *d. §. de inofficioso.* fiat mentio de sententia, quam prius obtinuit filius ad sui fauorem, qua stante mandantur decerni alimenta; 5 Tamen † hoc ideo fuit ex contingentia facti, ideò non debet obstare, vt respondet *Rot. in d. causa Roman. bonorum de ceulis. 14. decembris 1584. in fin.* & multis comprobat *Surd. de alim. tit. 1. q. 112. n. 18. vers. & non obstat. & n. 19. vers. tamen arridet magis.*

Immò quatenus etiam ex facti contingentia hoc non esset, Tamen dispositio illius *§. de inoffi-* 6 *cioso.* procedit de iure antiquo † secundum quod exhæredatio præsumebatur iusta *l. nam & si is. §. 1. de inofficios. testamen.* Vnde filius cogebatur istam præsumptionem extinguere duriore probatione, & ideo requirebatur sententia; Quæ hodie cessant, cum præsumptio sit magna pro filio, quod scilicet fuerit iniustè exhæredatus, itaut etiam hæres debeat probare iustam causam exhæredationis *l. omnimodo. C. de inoffic. testam.* & in specie ita declarat *Menoch. præsumpt. 35. n. 4. ad med. vers. hoc equidem falsum est. lib. 2.* cum alijs per *Barbos. in l. 1. p. 1. n. 56. ff. solut. matrim.*

Amplius dicta alimenta danda essent filiæ, quam- 7 uis haberet maritum, † qui licèt teneatur eam alere *l. penul. ff. vt in possess. legat. l. si filia. §. 1. ff. fam. ercisc. Specul. qui filij sint legitimi. n. 28.* Tamen quando illam non accepit indotatam ad id non cogitur, si dos ipsi promissa non soluatur *Alex. in l. si cum dotem. 23. §. sin autem in sauissimo. col. 2. ad med. vers. item adde quod vir. n. 8. ff. solut. matrim. Abb. cons. 85. videtur primò quod hæredes. n. 1. vers. nam quandocunque. lib. 2. Rom. cons. 517. in princ. n. 1. & 2.* sequitur *Rot. coram Sanctissimo Romana bonorum de ceulis. 3. decembris 1584. ad fin. vers. non obstat quod* 8 *aliundè.* † Itaut etiam maritus possit expellere de domo vxorem, ne dum negare alimenta ob dotem non traditam *Mandos. ad Rom. cons. 517. in verb. potest. Cordub. in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. n. 50. vsque ad 54. ff. de lib. agnoscend.* & multis hinc indè relatis rationibus comprobat *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.* 9 *lib. 12. tit. 17. n. 3. & 7. vsque ad 12.* † Quamuis hoc non sit tutum, prout veriorem opinionẽ dixi suprà *c. 65. n. 23. vsq; ad n. 28.* cum alijs per *Barbos. in l. 1. p. 3. n. 55. & 56. ff. solut. matrimon.*

habita

habita illa distinctione quod, aut maritus non traduxit ad domum suam vxorem, & non cogetur traducere, si non soluatur dos, aut eam traduxit, & tunc non poterit propria auctoritate expellere iuxta *c. porrò. de diuort.* & ità etiam distinguit *Siluest. in verb. dos. n. 11.*

Adde quod etiam huiusmodi alimenta erunt danda filiæ agenti ad bona paterna, quamuis marito dederit in dotem nomina debitorum, Ex

10 hoc † enim vir non tenetur eam alere, vt concludit *Rot. coram Sanctissimo Romana bonorum. de Ceulis. 14. Decembris 1584. vers. non obstat quod quando vxor.* vbi etiam respondetur ad *Bald. in l. 2. C. de act. & oblig.* quod non loquitur de alimentis, sed solum in expensis pro exigendis nominibus debitorum, prout etiam concludit *Specul. de donat. inter vir. & vxor. §. fin. n. 25. Bertrand. conf. 235. lib. 7.*

In quo tamen aduertendum est, quod maritus accipiendo simpliciter in dotem nomina debitorum non potest negare alimenta vxori,

11 sicut † quando illam duxisset sine dote, aut dotis promissione, quasi tunc videatur data persona vxoris loco dotis, vnde tenebitur præstare ei alimenta, saltem ob seruitia, quæ vxor viro exhibet, cum enim illam habeat in obsequio non est distinguendum an sit dotata, vel sine dote, affectu enim, non dotibus matrimonia contrahuntur, vltra indecentiam viri, cui indecorum esset vxorem non alere, prout late explicat *Surd. de alim. tit. 1. q. 32.* n. [illegible]

Verum est, quod accipiens vxorem sine mentione dotis non solam poterit cogere patrem ad con-

12 stituendum sibi dotem † *Glos. in l. obligamur. 30. §. lege. in verb. lege. in prin. ff. de act. & obligat.* sed etiam ipsam mulierem, quando esset diues, cum per identitatem rationis cogatur vxor se dotare, sicut cogeretur pater filia petente *Bald. in l. fin. n. 9. C. de senten. quæ sine cert. quant.* Non tamen ex hoc sequitur, quod illam non teneatur alere, cum aliud sit petere dotem, aliud negare alimenta, quæ interim debentur, cum in facultate sua sit dotem exigere, vt de veriori opinione testatur *Surd. de alim. q. 32. n. 15. vers. & hoc voluit etiam. tit. 1.* contra *Iaf. in l. si donaturus. §. si quis indebitum. n. 3. & 4. de condic. caus. dat.*

Ex quibus sequitur, quod cum maritus teneatur alere vxorem, quando illam duxit indotatam,

13 vt dictum est, † multo magis ad id cogetur, quando habuit in dotem nomina debitorum, quod adeo verum est, vt etiam spectet ad

14 virum huiusmodi exactio suis expensis, † ita vt mulier non teneatur illas satisfacere, nec vir possit retinere aliquid pro quantitate exacta, cum ex hoc non debeat minui dos mulieris, Intelligendo tamen in modica impensa, quasi tunc vir debuerit cogitare necessario aliquid impendendum esse in exigen-

15 dis debitis, † Quidquid autem sit in magna impensa, ne resultet iniquitas si vir adhibuit diligentiam necessariam, prout in specie distinguit *Bald. in l. 1. C. de bon. mater. n. 13. col. vlt. post med. q. 2. & in l. 2. C. de acti. & oblig. vers. quaro quando maritus. & in l. 3. n. 2. in fin. C. de falf. cauf. adiect. legat. & in l. per diuersas. 22. n. 10. q. 6. C. mandat. Iaf. in l. si in area 33. n. 3. de condic. indeb. & in l. diuortio. 8 §. impendia. ad fin. vers. adde idem esse in marito. ff. solut. matrim.* & prædictam distinctionem etiam seruat *Rot. coram Sanctissimo Romana bonorum. 15. decembris 1584.* vbi quod ita concordatur opinio *Glos. in l. 1. ff. de impens. in reb. dot. fact.* cum sententia *Bart. ibid. in §. necessaria. n. 6. Aret. Garz. Vasq. & alij. per Barbos. in l. diuortio. §. fin. n. 30. ff. solut. matrim.* & hanc esse veram distinctionem, & sequentiam testatur *Pinell. in l. 1. p. 2. C. de bon. mater. n. 70. vers. placet tamen opinio.* Vbi tamen consideratur magnam, vel paruam impensam, non simpliciter, sed respectiue attenta quantitate dotis *l. scio. de restit. in integ. Dec. in c. de appellationibus. de appellat. Alber. in l. hactenus. ad fin. de vsufruct.* Et dummodo nomina debitorum non dentur æstimata, quasi tunc videatur distracta alea, ex qua possit resultare lucrum, vel damnum *Bart. in d. l. 1. §. necessaria. de impens. in reb. dot. fact. & in l. mutia. 50. solut. matrim. Pinell. in d. l. 1. n. 70. p. 2. C. de bon. mater.*

Præsertim quando expensæ sunt necessariæ, per quas dos ipso iure minuitur, quidquid sit in

16 vtilibus, † quæ non minuunt ipso iure dotem, sed propter illas est agendum, Ita vt non valeat pactum vt propter impensas necessarias non sit

17 agendum, † cum ipso iure satisfactio sit facta, Vnde non est seruandum pactum tanquam impossibile licet valeret conuentio, vt propter impensas vtiles non agatur, quia illæ non minuunt ipso iure dotem, vt dictum est, Vale-

18 ret tamen † pactum, vt dos integra restituatur nulla facta diminutione ratione expensarum necessariarum, quia cessat ratio, de qua supra, vt declarat *Barbos. in rubr. ff. solut. ma-*

19 *trim. p. 3. n. 26.* † Et idem in corporibus datis in dotem, in quibus licet diminutio non fiat quo ad dominium propter impensas necessarias, fiet tamen quo ad valorem, & æstimationem rerum, ex quo in consequentiam videbitur etiam diminutum ius vniuersale, videlicet quo ad æstimationem rerum *Castr. in l. si is qui hæreditatem. 45. post princ. ff. de condic. indeb. Cuiac. lib. 23. obseruat. c. 12.* cum alijs per *Barbos. in rub. solut. matrim. p. 3. n. 23.* Et quomodo dicantur necessariæ impensæ in exigenda dote, & nominibus debitorum *Corn. in l. 1. n. 3. C. de bon. matern.*

Quibus adde, quod maritus in istis magnis impensis respectu dotis æquiparatur vsufructua-

20 rio † *Bald. in l. per diuersas. 22. q. 6. n. 10. C. mandat.* Vnde ad illas non tenebitur, quemadmodum neque vsufructuarius cogitur eas facere de suo, sed solum sumptibus proprietarij, ità vt neque prius debeat expendere, & postea repetere, nam prius agit ad pecuniam antequam

21 opus sit factum, † Talis enim est procurator in

O 3 rem

rem suam, qui non tenetur de suo impendere *l. si verò non remunerandi. 12. in fin. ff. mandat.* Et sic est pro urator in rem suam quo ad tutelam, & defensionem, non autem ad sustinendum expensas de suo, tenebitur tamen denunciare necessitatem proprietario, quia aliàs imputaretur vsufructuario propter ignorantiam proprietarij *Castr. in l. cum ad quem. 7. n. 2. C. de vsu & habit.* vbi dicit esse menti tenendum *Aret. in §. finitur. n. 4. vers. sed an vsusfructuarius. C. eod. tit.* & de veriori opinione testatur *Surd. cons. 155. n. 18. lib. 2.*

Tutius igitur dicendum est, tunc maritum non cogi præstare alimenta vxori accipiendo in dotem nomina debitorum, 22 † quando sibi præcauisset, nàm ideo vir tenetur suis impensis illa exigere, quia tacite hoc actum videtur inter partes *Corn. in l. 1. n. 3. C. de bon. matern.* Vnde si constet quod sibi voluit præcauere, non tenebitur, prout tunc præcauisse diceretur faciendo sibi cedi ab vxore omnes actiones, & omnia iura competentia pro exactione huiusmodi dotis, inter quæ iura adest etiam ius petendi alimenta, & sumptus litis illa pendente, quamuis officio iudicis extraordinarij peterentur, vel deberentur, cum hoc etiam cedi possit *Bart. in l. 1. §. vsufructu. q. 1. & 2. de nou. oper. nunc. Bald. in l. quod si minor. de minor. Guid. Pap. sing. 606. vtrum cessio. in fin.* cum alijs per *Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. glos. 3. n. 14.* vbi colligit 47. casus qui cedi possunt 23 † Prout regulariter omnis actio cedi potest *tot. tit. de hared. vel act. vendit. l. 1. §. de illo. ad senat. cons. trebell. Bart. in l. modestinus. col. vlt. de solut.* 24 † & in specie istam tacitam reseruationem prodesse marito, vt non teneatur ad alimenta, sed illa possit petere pendente lite considerat *Rot. in d. Romana bonorum. 14. decembris 1584. coram Sanctissimo.*

Ex prædictis colligitur esse locum præstationi alimentorum, quæ licet non fuerint petita ante litem contestatam, 25 † tamen nihil releuat, cum in quacunque parte iudicij possint peti, quasi hæc non sit exceptio dilatoria, semper enim grauatur filius, dum denegantur, ideo semper admittitur, 26 † Ita vt etiam petantur in causa appellationis, & post sententiam latam, quia dum fit liquidatio, semper filius est alendus, & maior ratio alendi militat in executione, quam ante sententiam late *Rebuff. de senten. præiudic. siue prouisional. in præfat. n. 25. 26. & 28. & art. 1. glos. 2. n. 14. & 15. Aym. cons. 164. col. 1.* 27 † siue agatur possessorio siue petitorio, cum immo maior ratio adsit petendi alimenta quando sumus in petitorio, quasi tunc probatio magis plena requiratur, & longior discussio, & maior impensa, quam vbi de sola possessione agitur *Surd. de alim. tit. 1. q. 111. n. 25.*

Alia quæ objiciuntur non constare de inopia propter prætensa bona, quæ habet filia, non releuant quia licet vna causa cesset propter diuitias, remanet tamen alia expensarum, & sumptuum quæ fiunt in lite prosequenda, quæ sola sufficit prout aliquando ita fuisse obseruatum dicit *Rebuff. de sent. prouision. glos. 2. art. 1. n. 23.*

Sed quoniam *Rebuff.* loquitur de obseruantia vnius curiæ, quæ non est trahenda ad aliam, 28 cum † solum habeatur pro lege in eo loco, in quo viget *Bald. in l. vlt. C. quæ sit long. consuet. Menoch. cons. 380. n. 21. lib. 4.* Quamuis essemus 29 in stylo Romanæ Curiæ, † qui in alijs curijs non potest allegari, in quibus non extaret talis stylus, nisi fuisset per modum declarationis à summo Pontifice confirmatus *Osasc. decis. 22. n. 16. post Felin. in c. ex parte. il primo. col. 7. n. 18. de rescript. Boer. cons. 8. n. 13.*

Ideo tutius dicendum est non constare de prætensis bonis, cum testes non probent, vt infrà suo loco dicetur; Etenim si probaretur, quod fi- 30 lius esset † diues, non deberentur ista alimenta *l. extraneo. de ventri in poss. mitten. Abb. in c. cum haberet. de eo qui dux. in vxor. quam poll.* Quasi tunc cesset æquitas, propter quam decernuntur alimenta, prout etiam cessat timor, ne ob inopiam desereretur prosequutio rerum suarum modico recepto *Surd.* qui de veriori opinione testatur *de alim. tit. 1. q. 112. n. 30. vers. ta-* 31 *men verior est.* † Cùm etiam ista alimenta quamuis non decernantur ex sola miseratione, sed tanquam de bonis proprijs filij *Bald. in l. fin. C. de ordin. cognit.* Tamen non dicuntur vere decerni de suis bonis, sed de his quæ aliquo casu possunt esse sua *l. 1. §. sed & si incertus. ff. de ventr. in poss. mitt.* Maxime quia tanquam debita ex officio non dantur ei, qui habet aliunde *l. si quis à liberis. §. 1. ff. de lib. agnos. Bart. in l. libertus quas. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.*

Item addendum est, quod præter alimenta prædicta erunt etiam subministrandæ expensæ litis 32 ex eisdem rationibus, de quibus supra † *Aym. cons. 164. n. 1. Rot. coram Sanctissimo Romana bonorum. 3. decembris 1584. in fin.* cum alijs per *Menoch. præsump. 35. lib. 1.* Ita vt præstentur vsque quo diffinitiue fuerit pronunciatum *Mo-* 33 *lin. de primog. hispan. c. 16. n. 40.* † Arbitrio tamen Iudicis respectu quantitatis *Boer. q. 324. ad fin. Couar. pract. quæst. c. 6. n. 7. in fin.* cum alijs quos adduxi supra *c. 55. n. 53.* sine vlla tamen 34 spe restitutionis, † quamuis contingat succumbere in lite eum, cui præstantur sumptus litis, & alimenta, Ideo neque pro illis datur fideius- 35 sio, † nisi quando dubitaretur de fraude, aut calumnia, prout dixi supra *c. 33. n. 27. vsque ad n. 33.* & de veriori opinione testatur *Menoch. præsump. 35. n. 36. vsque ad 39. lib. 1. late Surd. de alim. tit. 1. q. 124.*

Si tamen fuisset data fideiussio, aut facta promis- 36 sio restituendi in casu succumbentiæ, † tunc alimentarius tenebitur ad restitutionem huiusmodi expensarum, exemplo cautionis, quæ præstatur per creditores, quando veniret alius priuilegiatus, agitur enim ex illa cautione, quasi ista cautio sit habenda loco proprietatis. & 37 in hoc casu † lex fingat super Impossibili causato à iure positiuo, cum etiam tunc pecunia habeatur ac si extaret *Vincent. de Franch.*

qui

qui omnia prædicta latè declarat *decis.* 614. *n.* 2. & 3. Quamnis *n.* 6. concludat, quod postquam de iure d. cautio non erat præstanda, 38 si † fuerit præstita, poterit condici, & exceptione vti, si est commissa stipulatio, quia ex ea causa intercessit satisdatio, ex qua non debuit intercedere *l.* 1. *vers. quid deinde ff. vt in possess. legat. seu fidecommiss.* Maxime in his, qui non calumniose litigarunt, & in alimentis, seu ex- 39 pensis præstitis ante sententiam. † Nam in istis quæ præstantur post sententiam, & eius vigore fuerunt recepta; & pro cuius sententiæ executione est data fideiussio de restituendo in casu retractationis, omnia executa deberent restitui, si contingeret d. sententiam retractari, cum iura de hac materia loquentia intelligantur li- 40 te pendente *Franc. d. decis.* 614. *in fin. n.* 7. † Imputarentur tamen actori ista alimenta, & litis expensæ, quando obtineret sententiam etiam cum fructibus, cum non debeat consequi fructus rerum, & alimenta *Surd. de aliment. tit.* 1. 41 *q.* 124. *in fin. n.* 14. † Ad cognoscendum autem an sit præsumptio pro actore petente istas expensas litis, attendetur tempus eiusdem litis motæ *l. sed an vltro. ff. de negot. gest. Abb. in c. cum pro causa. in fin. de procurat. Surd. d. q.* 124. *n.* 13.

Prout quoque est notandum, quod licet filio sint subministranda alimenta cum expensis litis, quando petit hæreditatem paternam, quamuis non obtinuerit aliquam sententiam pro se ex su- 42 pra allegatis, † Tamen hoc non habet locum in filia, quæ renunciauit, dum pendet causa validitatis renunciationis; Quia actio contra renunciationem stat in cognitione causæ, qua durante contractus in suo sensu permanet, donec per sententiam rescindatur, etiam si ipsa offerat acceptum communicare, prout ita iudicatum fuisse testatur *Gul. Bened. in c. rainuntius. in verb. duas habens filias. n.* 249. *in fin. vers. sola ergo simplex renunciatio. de testam. post Auffr. in tractat. de arrest. c.* 6. sequitur *Carol. Put. inter cons. Sforz. Odd. post cons.* 100. *n.* 31. quæ quando habeant locum dicam, Deo dante, in capite particulari.

Vlterius aduertendum est esse differentiam inter alimenta; quæ debentur filio existenti in quasi 43 possessione filiationis, & non existenti. † In primo enim casu quando est in dicta quasi possessione, quamuis pater neget filium, tamen cogitur illum alere, etiam nulla præmissa summaria causæ cognitione, quod secus est in secundo casu, cum filius nullam habeat quasi possessionem, tunc enim, vt eidem filio decernantur alimenta, requiritur summatim constare eum esse talem, quo constito pater cogetur alere, donec in plenario iudicio diffiniatur causa filiationis, & ita intelligitur *tex. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. de lib. agnoscen.* cum alijs per *Couar. pract. quæst. c.* 6. *n.* 8. prout hanc distinctionem notat etiam *Barbos. in rubr. ff. solut. matrim. p.* 1. *n.* 19. *post Glos. in d. §. si vel parens. in verb. decernerent. Salic. in l. vlt. n.* 2. *post Glos. fin. ibid. C. de alend. liber.*

In casu tamen, in quo filius petit alimenta à patre, vel in bonis paternis, ob quod vult probare fi- 44 liationem; † non dabitur repulsa testium, cum tale iudicium sit summarium, in quo non admittitur reprobatio testium, vt in specie concludit *Curt. Iun. in l. admonendi. col.* 13. *ad med. n.* 68. *vers. ad hoc benè facit. ff. de iureiuran. Rom. sing.* 388. *reprobatio personarum. n.* 2. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 351. *n.* 1. *Farin. de oppos. contra person. test. q.* 61. *n.* 206. Quidquid aliud senserit *Zuccard. in l. vlt. n.* 304. *in fin. C. de edict. diui adrian. tollen.* cōtrà quem tenet etiam *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 32. *n.* 10. *Couarr. pract. quæst. c.* 17. *vers. septimò est in eadem. in fin. Capic. decis.* 55. *n.* 5. *in princ. vers. ponit tamen exempla. Grauat. ad Vestr. in prax. lib.* 3. *c. vlt. in fin. n.* 36.

Intelligentur tamen prædicta, quando in iudicio quantumcunque summario non expectaretur 45 alia sententia in principali causa, † quasi tunc damnum, quod inferretur, non esset reparabile per aliud iudicium, & sic plenè non præiudicaret, tunc enim non admittitur repulsatio, vt in filio petente alimenta, & probante se filium, quia filiatio posteà venit probanda in iudicio ordinario, quasi tunc causa solum apparentem probationem requirat, Aliud est quando pararetur plenum præiudicium in expectando aliam sententiam in causa principali *Rom. sing.* 388. *in fin.* cum alijs ibi *in addit. in verb. & sequitur. post Aret. in c. veniens. de testi. & cons.* 61. *in fin. vers. vltimò aduertat allegans. n.* 2. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 32. *n.* 11. *& de retinen. possess. rem. vlt. n.* 41. *q.* 13. latè *Marsil. in rubr. C. de probat. in fin. n.* 445. *vers. fateor tamen. Curt. Iun. in l. vlt. n.* 68. *in fin. C. de edict. diui adr. toll.*

Secundo intellige aliud esse quando ageretur de 46 repulsandis dictis ipsorum testium, † cum ista repulsatio colligatur ex ipsiusmet scripturæ inspectione; Vnde huiusmodi causa reprobationis tanquam euidens, & clara in quouis iudicio debet admitti, vt post *Zuccard. in l. vlt. n.* 299. *C. de edict. diui adr. toll.* declarat in specie *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 32. *n.* 10. *in fin. vers. casus hi duo.* Quamuis indistinctè tàm in dicto, quàm in persona loquatur *Curt. Iun. in d. l. fin. n.* 68. *C. de edict. diui adri. toll.*

Notandum est etiam, quod si in iudicio summario non admittitur reprobatio testium respectu 47 personarum, † vt dictum est *Io. Andr. & alij in c. veniens. il secondo. de testib.* Multò minus ista inhabilitas attendetur coram arbitratore, vt in specie docet *Aret. cons.* 61. *in fin. vers. vlti-* 48 *mo aduertat.* † Cum etiam idem sit in probatione, quæ non est sufficiens coram iudice de subtilitate iuris, erit tamen talis coram arbitratore qui procedit de æquitate; & credetur testi reddenti rationem verisimilem, quamuis non concludentem *Bald. in l. solam. in fin. C. de testib.*

Pro ista tamē summaria informatione ad effectum præstandi alimenta, & sumptus litis filio non 49 possent recipi testes parte non citata † *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 112. *n.* 26. Prout in similibus causis istæ

istæ receptiones testium fieri debent *Ang. cons. 107. in fin. Dec. in l. vlt. n. 6. in fin. C. de edict. diu. adr. toll. Menoc. de adipis. possess. rem. 6. n. 18.* Alias omia tanquam facta sine citatione partis, & ex abrupto sunt reuocanda *Dec. cons. 166. pro declaratione. in fin. vers. & ideo quando duo contendent. n. 13. Rom. cons. 138. circa articulum. in princ. Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact.*

Poterit tamen Iudex se informare à testibus nondum publicatis ad effectum decernendi litis expensas, & alimenta, † cum non sit necesse vt attestationes publicentur *Cephal. cons. 127. n. 10. lib. 1. Afin. in prax. §. 32. ampliat. 29. in fin. Alciat. præsump. 9. reg. 3. n. 11.* cum sufficeret pro decernendis istis sumptibus non solum præsumptio oriens ex sententia, à qua fuit appellatum, sed etiam alia similis, de qua constaret Iudici summarie *Bart. in l. si neget. ff. de lib. agnos.* Et tales attestationes etiam non publicatæ faciunt præsumptionem non mediocrem, *c. significauerunt. de testib.* sequitur *Surd. de alim. tit. 1. q. 112. n. 27. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. in princ. n. 17. in fin. fol. 511.*

Obseruandum quoque est in huiusmodi alimentis quod licet concessio generalis includat omnes casus, & causas, etiam si in vna maior sit ratio, quàm in alia † *l. 1. §. quod autem. de aleator. Aym. cons. 92. n. 4. Dec. cons. 5. in fin. & in l. si certis. n. 13. C. de pact.* Tamen non comprehenderet causam priuilegiatam in specie, prout est illa alimentorum, ad quam non extenderentur induciæ generales concessæ debitori ad satisfaciendum suis creditoribus *Cucc. de morator. præscript. n. 90.* Adeo vt si hæc vera sunt in alimentis, quæ præstanda sunt ex causa iam cognita, multo magis obtinebunt in istis alimentis, quæ decernuntur pendente iudicio, donec cognitum sit de meritis, nè dum in foro disceptatur, actor famæ pereat, cum venter non patiatiatur dilationem *Bald. in l. pactum. C. de collat.* cum † etiam hac ratione hæres conueniatur intrà tempora ad conficiendum inuentarium *Angel. in l. 1. §. hac stipulatio. ff. si cui plus quam per leg. falc. Surd. de alim. tit. 1. q. 44. n. 37.* & ita in specie de huiusmodi alimentis, quæ præstantur pendente iudicio, quod quæcunque induciæ non obstent concludit *Idem Surd. decis. 323. n. 9.*

EPITOME.

Fideicommissum de locis montium vacabilibus quod erat inutile an efficiatur validum facta subrogatione in rebus non vacantibus. ¶ Et quid in legato vsusfructus debiti ex re aliena an superueniente proprietate reconualescat, & ex eo constituatur vsusfructus formalis, & causalis. ¶ Et quid in legato rei feudalis, dotalis, emphyteusis, & similibus. ¶ Et in legato alimentorum, quod euanescit propter diuitias an resurgat adueniente necessitate. ¶ Legans fundum emphyteoticum, etiam ecclesiasticum quid censeatur legare, & an debeatur æstimatio, & an si superuenit proprietas cedat commodo legatarij. ¶ Testator si legat quod habet in potentia an intelligatur de iure competente in spe perituro illius morte. ¶ Hæres quando teneatur rem alienam legatam præstare, & quæ actio competat legatario tam contra eum, quam aduersus dominum. ¶ Legans rem, in qua hæres habet aliquod ius an censeatur legare ius hæredis. ¶ Legatum vsusfructus an valeat, si ius quod habuit testator transeat ad hæredem etiam alio titulo quàm hæreditario. ¶ Testator sciens rem per eum possessam subiacere conditionibus extinctiuis an videatur eam tamquam alienam legare, & hæres teneatur eam præstare. ¶ Et quid si legetur coniunctæ personæ, vel iure institutionis, seu legitimæ. ¶ Pater legans dotem filiæ, quamuis nullum ius habeat in re, nisi in casu, quo decederet sine filijs an videatur illud ius conditionale legasse.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus debiti ex re aliena non valet. Sed superueniente proprietate reconualescit. n. 3. Et ex dicto legato an constituatur in legatario vsusfructus formalis, vel causalis. n. 33.*

2 *Legatum rei feudalis, seu dotalis, emphyteusis, & supposita fideicommisso ad commodum extranei an sit validum.*

4 *Fideicommissum de locis montium vacabilibus, quod erat inutile, efficitur validum facta inuestitura in rebus non vacabilibus.*

5 *Legatum alimentorum, quod euanescit propter diuitias alimentarij, resurgit adueniente necessitate.*

6 *Legans fundum emphyteoticum nil aliud legasse videtur nisi emphyteusim, quamuis sit talis vt eius morte finiatur, & legatum reddatur inutile. Quid si superuenerit proprietas. n. 7. & 8. Et an proprietas cedat commodo legatarij. n. 9. Et si ex coniecturis appareat voluntas testatoris, an debeatur æstimatio. n. 30. Et an procedant in emphyteusi ecclesiastica. n. 31.*

10 *Regula Catoniana, quæ negat posse conualidari legatum à principio inutile, quando procedat.*

11 *Testator si legat quod habet in potentia in aliqua re, conualidatur legatum si illud deducatur ad actum viuo testatore. Intellige si ius competens in spe sit periturum illius morte. n. 12.*

13 *Legatū rei, in qua adest vsusfructus, valet, licet alias non valeret legatum vsusfructus, tāquam de iure, quod extinguitur per mortem. Idem si legaretur fundus. n. 14. Et deberetur integer. n. 15. Quid si legetur ei, cuius est proprietas. n. 16.*

17 *Rem alienam legatam tenetur hæres præstare. Et legatarius habet actionem personalem contra hæredes, nō realem contra dominum, etiam quod dominus fuisset præsens. n. 18. Secus si consensisset. n. 19. Et qui cōsensus requiratur. n. 21.*

20 *Legatarius si rem alienam sibi legatam lueret, potest agere contra hæredem ad æstimationem.*

22 *Testator sciens rem per eum possessam subiacere condi-*

conditionibus extinctiuis, per illius mortem videtur tanquam alienam legasse, & tenetur hares illam praestare, sed si esset factũ legatum coniunctae personae, valet siue sciens, siue ignorans legauerit. n. 23. Quid si est legatum iure institutionis, seu legitima. n. 24.

15 *Legatum vsusfructus valet, si ius quod habuit testator transeat ad haredem etiam alio titulo, quam hareditario. & n. 19. Declara siue testator expresse leget vt rem haredis siue non. n. 29.*

16 *Legans rem, in qua hares habet aliquod ius, censetur legasse ius haredis. Intellige vt n. 27.*

32 *Pater dotem filiae legans, quamuis nullum ius habeat in ea, nisi casu quo decederet sine filijs, videtur illud ius conditionale legasse.*

CAPVT CCXXXVII.

TEstator legans vsumfructum sibi debitum in re aliena nihil videtur reliquere, cum tale legatum non valeat, † quasi effectus illius conferatur in tempus, quo ius suum est periturum *l. pluribus. §. & si placeat. de verb. oblig. l. titio cum morietur. de vsufruct. leg. Ias. in l. quod in rerum. §. si vsumfructum. n. 5. in 2. notab. de leg. 1. Bald. in l. vxor patrui.* C. *de legat.* † Prout etiam in re feudali, seu dotali legata per maritum, & re supposita fideicommisso ad commodum extranei, emphyteusi, & similibus, de quibus per *Peregr. de fideicommiss. art. 33. n. 23.*

Verum est, quod superueniente proprietate conualidaretur istud legatum vsusfructus factum ab vsufructuario, † quamuis enim ab initio fuerit inutile, tamen superuenientia iuris in vita testatoris confirmat legatum inualidum, cum aucto iure datoris augeatur ius acceptoris, prout e contra resoluto iure dantis, resoluitur etiam ius accipientis *l. lex vectigali fundo. de pignorib. Bart. in l. si à titio. de rei vendicat. c. 1. §. fin. de controuers. inuestit* & in specie legati concludunt *Alex. Imol. & alij in l. quod in rerum. §. si vsumfructum. ff. de leg. 1.* & ibi late comprobat *Zas. col. 3. in princ. vers. hanc doctrinam limitate. n. 4. vsque ad n. 7.*

Ita in simili dicimus valere fideicommissum factum de locis montium vacabilibus, & de eorum fructibus inuestitis in alijs locis d. montis. Quãuis enim illa essent vacatura per mortem, eius, in cuius persona posita fuerant, † Nihilominus fideicommissum, quod tempore donationis erat inutile efficietur validum facta inuestitura, & subrogatione dictorum locorum in alijs rebus, & locis non vacabilibus, siue annuis censibus, siue stabilibus, & sic fideicommissum erit factum euentualiter, quatenus dicta loca vacabilia inuestirentur, ita in specie concludit *Rot. coram R. P. D. Orano. Romana bonorum. 25. octobris. 1585.* † Et facit in simili illud de legato pro alimentis euanescente propter diuitias alimentarij, quod resurgit superueniente necessitate *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. notab. 3. §. 23. n. 7. fol. 354. Surd. de alimen. tit. 5. quaest. 7. in fin. n. 58. post Caccialup. in l. si qua illustris. n. 93.* C. *ad orphic.*

Idem est in fundo emphyteotico, quem si aliquis legauerit, nihil aliud videtur legare, nisi emphyteusim, † quamuis sit talis, vt eius morte finiatur, & legatum reddetur inutile *Alex. cons. 2. n. 5. vers. & ista est decisio. lib. 5. alias est cons. 30. quoniam omne. col. 5. ad med. vers. & potest assignari. n. 12. lib. 1. & cons. 19. circa primum. in 4. dub. col. penult. post med. vers. sed his non obstantibus. n. 14. lib. 6. Ruin. cons. 212. n. 8. lib. 1.* vbi de communi *Socin. Iun. cons. 74. n. 19. lib. 1.* & de recepta sententia testatur *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 1. n. 18. late Surd. decis. 11. n. 10. & cons. 113. n. 14. lib. 1.*

Tamen si superuenit proprietas, non dicitur extinctum legatum, sed consolidatum, quamuis enim sit extincta emphyteusis superueniente proprietate, † Ideo videretur potius perimi legatum, quasi hic nouus status rei sit contrarius veteri, Quidquid aliud sit, quando dictus nouus status sequitur ex antiquo, & est ei implicitus, quo casu relictum augeretur argumento *l. fin. ff. si ex nox. caus. agat. l. seruum filij. in princip. de leg. 1.* † Nihilominus debetur emphyteusis exemplo legati vsusfructus, quando tamen de toto disposuit testator, non de iure tantum, quod habuit, quamuis accessio sit separata non realis, & concreta, vt declarat *Salic. in l. vxor patrui. in fin. n. 3.* C. *de legat. & ibi* Corn. *col. 2. post med. n. 6. 7. & 8. Idem* Corn. *cons. 84. col. vlt. lib. 2.* † Et an etiam directum dominium cedat commodo legatarij explicat *Ias. in l. seruum filij. in princ. n. 16. col. vlt. in fin. ff. de leg. 1.* Et quamuis proprietas confirmet legatum, non tamen per hoc debetur proprietas, quasi non sit accessorium legatum, nec ei coniunctum per modum accessionis *Peregr. de fideicommiss. art. 33. n. 22. Florian. in d. l. quod in rerum. §. si vsumfructum. n. 3.* de quo latius *Ias. in d. l. seruum filij. ff. de legat. 1.*

Neque obstat, quod si legatum non valet ab initio in proprietate, non potest ex post facto conualescere, cum sit contra regulam catonianam, quae † negat posse conualidari relictum, quod à principio fuit inutile *l. 1. ff. de regul. caton.* Quia illud procedit in legatis, quorum dies cedit à morte testatoris, non in legato vsusfructus, cuius dies cedit ab adita haereditate *l. 1. §. 1. ff. quand. dies vsusfr. leg. ced. l. vnic. §. in nouissimo.* C. *de caduc. toll.* prout declarat *Glos. in l. quod in rerum. 24. §. vsumfructum. in verb. inutilem ad fin. de leg. 1. & ibi Ias. n. 7. in 4. notab. Petr. de Bellapertic. in l. vxor patrui. in fin. vers. dico.* C. *de legat. & ibi Corn. n. 2. & 6.* vbi etiam idem tenet in emphyteusi non obstante d. regula Catoniana.

Ideo etiam si testator legat, quod habet in potentia in aliqua re, conualidatur legatum, † si illud deducatur ad actum viuo testatore *Alex. cons. 11. n. 17. lib. 3. Surd. cons. 113. n. 12.* Vbi *n.* 38. intelligit, quando ius competens in spe testatori erat periturum illius morte, secus quando illud ius non extinguitur per obitum ipsius

Ruin.

Ruin. conf.212. n.13. & 14. lib.1.

Prædictis adde idem esse, quando testator legasset rem, in qua habet vsumfructum, licet enim alias non valeret legatum vsusfructus, † tan-(13) quam factum de iure, quod extinguitur per eius mortem, vt dictum est, Tamen hoc intelligitur quando legaretur illud ius, vel vsusfructus, secus si esset legata res, in qua adest vsusfructus, valebit enim tunc legatum, quasi rei appellatione significetur proprietas *l. si duo. in fi. ff. vti possid.* & in specie ita concludit *Imol. in l. cum pater filios.79. §. cum pater fideicommissum. ad med. n.10. & in §. pater filiæ. in fin. ff. de leg.2. Alex. conf.9. visis. col. penult. in princ. ver. item habemus. n.14. lib.2. & conf.47. n.6. lib.3.* sequitur *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.9. tit.1. n.20. ad fin. vers. & hanc sententiam.* † Prout (14) etiam quando legasset fundum, cuius appellatio includit etiam proprietatem cum vsufructu *l. si duo alij. de vsufruct. leg.* Idcirco deberetur fundus integer, non pro iure testatoris tantum, non secus, † ac quando legatur res, quæ inclu-(15) dit res corporales, & incorporales *l. rei appellatio. de verb. signif.* & in specie vtrunque casum notat *Peregr. de fideicommiss. art.33. n.20. ante fin. vers. diuersum est si testator,* † Quidquid (16) aliud sit, quando ista res, in qua testator habet vsumfructum, legaretur ei, cuius est proprietas, tunc enim legatum non valeret, quasi res sua sibi legari non possit *l. res propria. C. de legat. l. meuius. §. fundo. in fin. de leg.2. §. sed si rem legatam. instit. de legat.* & notat *Imol. in d. §. cum pater fideicommissum. n.10.* Quando tamen esset res sua pleno iure, & irreuocabiliter, si enim non esset talis, posset legari, prout etiam quando aliquod ius sibi deficiebat late *Surd. conf.113. n.20. vsque ad n.24. lib.1.* Diuersum est enim si legatur ei, qui non habet proprietatem, † nam (17) tunc testator videtur legasse rem alienam, quam tenebitur hæres præstare *l. Sticho. de vsufruct. leg. §. non solum. instit. de legat.* Cum legatarius habeat actionem personalem contra hæredem, & † non realem contra dominum rei, etiam (18) quod dictus dominus fuisset præsens, & tacuisset, Nam si consensisset, aut actum consentiendi fecisset, † videretur rem suam donare, & (19) contra ipsum posset agi virtute talis consensus, nec posset amplius pœnitere *Bald. in l. si sine voluntate. C. ad velleian. Ias. in l. qui romæ. §. duo fratres. n.43. de verb. oblig. Alex. conf.20. n.11. lib.3. Dilect. de art. testan. tit. de legat. caut.37. Franc. Marc. decis.329. lib.1. & decis. 836. n.4. in fin. eod. lib. Ruin. Roder. Pech. Capra.* & alij per *Caualc. de vsufruct. n.102. & 103.* † Itaut etiam si legatarius rem alienam (20) sibi legatam lueret, posset nihilominus agere contra hæredem ad æstimationem *Bart. in d. l. qui romæ. §. duo fratres. col. penult. vers. duodecimo quæro.* distinguendo vt ibi per *Ias. n.40. cum sequen. Boer. conf.38. n.13.* † Et qui (21) consensus requiratur, vt quis possit de re sua testari, & illam legare, aut fideicommittere, & quando possit reuocari, & qua actione contra eum agatur latissime *Peregr. de fideicomm. art. 44. n.32. vsque ad n.38.*

Immo etiam si testator sciret rem per eum possessam esse obligatam conditionibus extinctiuis per mortem suam, quia ius tantum personale habeat, aut ius reale in alium trãsiturum, tamen si † scienter illam rem legauit, videtur legasse (22) tanquam rem alienam, itaut hæres teneatur ad illius præstationem iuxta *l. cum alienam. C. de legat.* vt post *Cuman. Imol. Aret.* & alios per eum allegatos notat in specie *Peregr. de fideicomm. art.33. n.25. Capr. conf.146. col.2.*

Præsertim si esset factum legatum coniunctæ personæ, quia valet siue sciens, siue ignorans legauerit, † & si res aliena præstari non potest (23) debebitur æstimatio *l. si res obligata. de leg.1. l. rem alienam. C. de legat. Rot. coram Cardin. Millino Romana. hæreditatis. 26. iunij. 1592.* Vbi † etiam quod quando tale legatum est fa-(24) ctum iure institutionis, seu legitimæ, statim debetur, non deducto vsufructu, cum debeantur fructus, sicut de legitima *auth. nouissima. C. de inoffic. testam.*

Amplius quamuis non valeat legatum vsusfructus quasi testator videatur solum legasse ius, quod habet, licet morte ipsius periturum *l. vxor patrui. C. de legat. cum alijs supra adductis.* † Ta-(25) men si illud ius quod habuit testator transeat ad hæredem alio titulo, quam hæreditario, valebit legatum, tunc enim intelligetur non de iure testatoris, sed de re ipsa hæredis, apud quem cum illa reperiatur post mortem legantis, non poterit dici inutile legatum, non habita consideratione, quod aliud sit ius hæreditarium, aliud ius proprium, sufficit enim quod hæres non grauetur onere redimendi, vt ius plenum non suum duntaxat censeatur relictum, † Quem-(26) admodum dicimus de testatore legante rem, in qua hæres habet aliquod ius, censetur enim legasse ius hæredis, modo non fiat commemoratio iuris ipsius testatoris, sed simpliciter res legetur, † licet etiam quando fieret commemora-(27) tio iuris sui, compræhenderetur quoque ius hæredis, si ex coniecturis posset apparere, quod illud etiam voluisset legare, vt in legato totius rei, aut stante declaratione mensuræ fundi, quæ compræhenderet etiam partem hæredis, vel in similibus casibus, prout declarat *Aym. conf. 133. n.4. post Bart. in l. serui electione. §. fin. de leg.1. Castr. conf.413. præmittendum. col.1. lib.1.* Quasi tunc hæres non grauetur aliquo onere redimendi *l. cum filius. §. dominus. de leg.1. l. vnum ex familia. §. si rem suam. vbi Bart. de legat.2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit.1. n.21. post med. vers. nam simili quoque modo. Couar. in c. filius noster. n.3. in fin. vers. quin & testator. de testam.*

Et in specie, quod non extinguatur legatum rei, in qua testator habet vsumfructum, & ius tempore periturum, † quando illa res esset hæredis (28) vel hæredi debita post mortem testatoris concludit *Surd. decis.93. n.31. vers. & hoc etiam modo tollitur. Alben. conf.73. n.4. Peregr. de fidei-*

fideicommiſ.art.33.n.24.ante med.verſ. & in emphyteuſi.Corn.conſ.84.col.penult.& vlt.n.10. lib.2.Socin. Iun.conſ.68.n.13.lib.4.Rub. Alex. conſ.95.n.8.in fin.verſ.præmiſſis tamen non obſtantibus.Ruin.conſ.25.n.18.lib.2.† Quod procedit ſiue teſtator expreſsè leget vt rem hęredis ſiue non, cum ſufficiat eſſe hæredem vniuerſalem, Quidquid contrarium ſenſerit *Iaſ. in l.2. C.de iur.emphyt.* vbi requirit d. expreſſionem, cum contra eum ſit verior opinio, vt teſtatur *Gabr.conſ.85.n.7.lib.1.*

Quare licet etiam legatum emphyteuſis ſit nullius momenti tanquam de re, quæ morte teſtatoris finitur *Alex.conſ.2.n.5.lib.5.cũ alijs ſupra allegatis.* † Tamen ſi ex coniecturis appareat voluntas teſtatoris, quod ſaltem debeatur æſtimatio,nõ reſtringeretur legatum ad ius quod habet teſtator, ſed eſſet præſtanda res ipſa, vel æſtimatio *Alex.conſ.9.n.11.in fin. & n 25.lib.2.Ruin.conſ.212.n.15. lib. 1. Iaſ. in l. vxor patrui in fin.verſ. limita.n. 3. C. de legat. Card.Mantic.de coniect. vlt.volũt.lib.9.tit.1.n. 18 in fin.* vbi admittit coniecturam illam,quando teſtator dixit velle ſortiri effectum omnia, quæ in teſtamento ſcripſit,vel quando impoſuit aliquod onus legatario *Couar.in c.filius noſter. n.2.in fin.verſ.hac tamen ſententia.*† Quæ procedunt quamuis ſimus in emphyteuſi eccleſiaſtica, cum illa poſſit legari, ſicut donari *Surd. deciſ.93.n.1.in fin.* Debetur enim æſtimatio in legato rei eccleſiæ ſecundum veriorem opinionem, & magis communem, de qua per *Alex. in l.idem iulianus.§.conſtat.n. 12. de leg.1. dixi deciſ.56.n.1.& per tot.Menoch.præſump.119.n. 4.& 5.lib.4.Peregr.de fideicommiſ.art.11. n.102. in fin.*

Ex prædictis colligitur non poſſe dubitari de validitate legati ſtante ſuperuenientia iuris, per quod illud fuit conualidatum, Vltra quod non fuit ſolum relictum ius, quod habebat teſtator ſed res ipſa, ſeu fundus, quo caſu non poteſt dici legatum inutile ex ſupra allegatis, Maxime quia etiam fuit legatum omne ius, Vnde intelligitur non ſolum de iure, quod competit realiter de præſenti, ſed etiã quãdo cõpetere & ius in ſpe aliqua probabili,& ſic non ſolum ius quod habet in re in actu, ſed etiam in potentia, cum etiam ſpes poſſit donari, & legari agendo etiam ex teſtamento contra heredem, vt illa ſpes remittatur, quamuis ſpes reduceretur ad effectum poſt mortem teſtatoris, Ita vt quoque cenſeatur legatum ius quod putabat ſe teſtator habere,cum ius etiam putatiuum veniat, prout omnes ſupradictos caſus latiſſime comprobat *Surd.conſ.113.n.12.vſque ad n.26.& n. 37.vſque ad n.39.lib.1.* † Vbi etiam ex hoc cõcludit quod pater legans dotem filiæ, quamuis nullum ius in ea haberet, niſi in caſu quo decederet ſine filijs, tamen videtur illud ius conditionale legaſſe, quod per mortem filiæ ſibi competebat, argumento *l. 1. in primo reſponſ. de dot.præleg.*

Nec facit, quod vſusfructus formalis, qui abſtrahitur à proprietate, non debeatur legatario, prout nec cauſalis,qui eſt cum ego fruor re mea propria, † Nam accedente proprietate viuo teſtatore vſusfructus extinguitur, & conſolidatur cum proprietate, & efficietur ex formali cauſalis, vnde formalis non poteſt deberi legatario tanquam extinctus, nec cauſalis, qui ſequitur prædium,quod pertinet ad hęredem, non ad legatarium.

Quia reſpondetur verius eſſe deberi legatario vſumfructum formalem, qui erit nouus, & diuerſus ab vſufructu teſtatoris *l.ſtipulatio iſta §.ſi quis ita.de verb.oblig.*Quamuis enim fuerit extinctus vſusfructus formalis in vita teſtatoris, Tamen qualitas fruendi formaliter in eo extinguitur,non autem facultas fruendi, Vnde vſusfructus formalis facilius conſtituitur in perſona legatarij, quia habet vbi figat pedem ſaltem in generali facultate fruendi, cuius generalis facultatis duæ fuerunt ſpecies ſcilicet formaliter, & cauſaliter, & ſic ex neutra ſpecie emanat vſusfructus d. legatarij, ſed ex illa generali facultate, & quatenus etiam debeat conſtitui ex alterutra ſpecie conſtituetur ex vſufructu cauſali, qui eſt apud hęredem, cum illarum qualitatum facilior ſit mutatio,vt ex cauſali fiat formalis,& ex diuerſo,prout in ſpecie declarat *Zaſius. in l. quod in rerum.§. ſi vſumfructum.col.fin.poſt princ.verſ. ſed dic legatario.n. 6.ff.de leg.1.*

EPITOME.

IVdicium poſſeſſoriũ decimarum adipiſcendæ,retinendæ,& recuperandæ an debeat cognoſci per ſeculares, ſeu eccleſiaſticos. ¶ Et quid ſi contendatur de qualitate fructuum decimalium, furto illarum, vel quando eſt dubium an illi fuerint ſoluti, vel in laico conductore decimarum,& in caſibus mixtis,& in quibus ſolum de illarum facto quæritur, & an ſit locus præuentioni. ¶ Cauſa iuramenti, & vſurarum ad quem Iudicem ſpectet. ¶ Laicus quando conueniatur coram eccleſiaſtico ex locatione, legato, & actione perſonali concernente rem eccleſiæ. ¶ Conceſsio decimarum facta Regibus quomodo intelligatur. ¶ Et quis Iudex competens,& quid in decimis permutatis. ¶ Redditus ſpirituales, & oblationes an poſſint laicis concedi, & locatio eis facta valeat. ¶ Facultas percipiendi decimas quo caſu poſſit in ſecularem transferri. ¶ Fructus decimarum, ſeu beneficiorum an valide locentur ad vitam, ſeu vltra triennium, & quid in illis, ex quibus vnicus tantum fructus percipitur quolibet triennio. ¶ Conſenſus partium an poſſit tribuere iuriſdictionem ſeculari in cauſis decimarum, & an ſuper eis valeat compromiſſum. ¶ Laicus quando ſit arbiter & Iudex in cauſa matrimonij,& ſpirituali. ¶ Et quid in hoc operetur cõſuetudo,aut priuilegium,vel licentia ſuperioris. ¶ Clericus ſpoliatus quando poſſit allegare priuilegium fori. ¶ Propter negli-

negligentiam Iudicis ecclesiastici an detur recursus ad laicum, & talis recurrens sit excommunicatus, & incapax fructuum beneficij, & quando concedatur absolutio, & an probetur recursus per iura minus formiter extracta. ¶ Mulier an possit esse arbitrix, & cognoscere de causis decimarum, & esse procuratrix quando agitur de salute animarum. ¶ Ius decimandi an possit compromitti, Et trasactio super decimis valeat. ¶ Clericus si adeptus fuerit possessionem decimarum cum decreto Iudicis sæcularis cum clausula, saluo iure, an sit conueniendus coram eodem, quando prætenditur reuocatio dictę immissionis. ¶ Delegatus ad cognoscendum de iure alicuius rei an cognoscat de possessione, & dominio.

SVMMARIVM.

an

an laicus possideat decimas iusto titulo, vel colorato.

65 Causa spiritualis, & decimarum non cognoscitur per sæcularem, quamuis summariè, ac de plano sine aliqua discussione possit de ea liquere.

66 In quæstione meri facti de re spirituali non cognoscit laicus post transmissam inhibitionem ab ecclesiastico.

67 Sæcularis an cognoscat de facto decimarum, & beneficij, quando ad hoc sufficit quasi possessio.

68 Consuetudo tribuit iurisdictionem etiam in spiritualibus, & stante dicta consuetudine an possit sæcularis cognoscere de causa possessoria decimarum. Quid probato exercitio ab immemorabili tempore concurrente fama priuilegij. n.69.

70 Possessorium rei spiritualis est spirituale, vel quasi, & eius cognitio ad ecclesiasticū spectat.

71 De decimis vbi solum agitur inter clericos, aut reus ipse solus est clericus, tunc causa possessoria decimarum, aut alia siuè spiritualis, siuè temporalis, & profana coram ecclesiastico tractatur.

72 Citatio generalis, vt prætendens interesse, compareat, est nullius momenti, si constat quis possideat.

73 Clericus spoliator comparens, & possidere se allegans, potest allegare fori priuilegium, & petere remissionem ad suum iudicem.

74 Propter negligentiam iudicis ecclesiastici in administranda iustitia clerico turbato datur recursus ad laicum. Contrarium est verius. n.75. & 76. Ita ut recurrens ad laicum sit excommunicatus, nec absoluitur nisi constito de paritione, & efficitur incapax fructuum beneficij. n. 77. & 79. Et ad probandum talem recursum ad curiam sæcularem Rota adhibet fidem iuribus minus formiter extractis. n.78.

80 Praxis cognoscendi apud Regios magistratus causas decimarum, cum laici illas negant soluere clericis, non est admittenda.

81 Iudex Ecclesiasticus non excluditur à cognitione in causa decimarum, in casibus in quibus laicus cognoscit, sed admittetur vterque iudex quod potest concedi fauore ecclesiarum. n.82.

83 Decima si fuerit cum alia re permutata auctoritate Pontificis, tunc causa de decima coram ciuili magistratu cognoscitur.

84 Compromissum super decimis in casibus, in quibus potest fieri in laicum, poterit etiam fieri in fœminam.

85 Mulier potest esse arbitrix, quando permittitur ei iudicare.

86 De apicibus iuris non est disputandum, vbi agitur de salute animæ, de male ablatis restituendis, de causa decimarum, & similibus.

87 Mulier potest esse procuratrix, quando agitur de salute animarum.

88 Ius decimandi, quod inter aliquos controuertitur an competat, nec ne, non potest compromitti. Contrarium n. 89. Declara vt n.90.

91 Transactio quando valeat super decimis, vt detur spirituale pro temporali, & econtra, vel fiat commutatio spiritualis cum spirituali, & cuius auctoritas requiratur, relatiuè.

92 Compromissum de decimis concessis laicis ante Concilium an possit fieri in sæcularem.

93 Clericus si adeptus fuerit possessionem decimarum cum decreto iudicis sæcularis, cum clausula saluo iure, an quando prætenditur reuocatio istius immissionis possit conueniri coram eodem iudice. & n.94.

95 Laicus in spiritualibus non potest se intromittere secundum veriorem opinionem.

96 Possessorium non ad merum factum, sed etiam ad ius pertinet, & ius quoddam esse definitur.

97 Delegatus ad cognoscendum de iure alicuius rei non solum cognoscit de dominio, sed etiam de possessione.

CAPVT CCXXXVIII.

IN materia decimarum, de quibus in casu mihi proposito. Prima conclusio. Iudicium possessorium adipiscendæ super decimis pertinet ad Iudicem ecclesiasticum, 1 † cum habeat annexam causam proprietatis, & cognitionem iuris spiritualis, nec possit dici temporale, quasi cognoscendum sit an petens decimas habeat titulum, ex quo immitti debeat in possessionem illas exigendi, cuius tituli, & proprietatis causa cognoscitur per Ecclesiasticum, nec à laicis potest tractari *c. tuam 3. de ordin. cognit. c. lator. 5. qui filij sint legitim. Abb. in c. 2. n. 6. col. 3. de iuram. calum. Bero in rubr. de iudic. n. 51. Couar. pract. quæst. c. 35. n. 1. vers. prima conclusio.* Et in specie decimarum ita concludit *Guid. Pap. q. 1. n. 3. col. 2. vers. de possessorio autem adipiscenda. Menoch. cons. 268. n. 7. lib. 3. & de recuper. possess. remed. 15. n. 235. Ludolf. Schader. de feud. p. 10. sect. 1. n. 92.* 2 † Cum etiam in istis possessorijs admittatur exceptio defectus proprietatis, quæ sit facile liquidabilis *Roland. cons. 2. n. 35. lib. 3.* cum alijs de quibus per *Peregrin. de fideicommiss. art. 48. n. 30.*

Secunda conclusio. In iudicio retinendæ possessionis decimalis Iudex etiam Laicus potest esse, 3 cum † enim actor in hoc casu solum petat se non turbari, nec molestia affici à reo conuento, non est necessaria disputatio super titulo, quasi sufficiat actorem esse in potestate exigendi decimas *Ferret. cons. 1. n. 11. & 12. lib. 1. Ossasc. decis. 116. n. 1. Menoch. cons. 268. n. 9 lib. 3. & de retin. possess. remed. 3. n. 324. Guid. Pap. q. 1. n. 3. vers. ad idem cognoscit. & q. 85. n. 4. vers. & similiter in materia. Alciat. Gramat. Afft. Guliel. Bened. & alij per Peregrin. de fideicommiss. art. 48. n. 63.* vbi etiam concludit in omni possessorio post *Io. Ign. in l. necessarios. §. non alias. in 2. p. ff. ad Syllan. Roland. cons. 23. n. 2. lib. 2.* Prout etiam indistinctè in quolibet possessorio, quod laicus cognoscat tenet *Thesaur. decis. 82. & 117. & ibi late Add. n. 1. Misinger. obseruat. 67. centur. 2. Andr. Gail. obseruat. 38. lib. 1.*

Ista tamen conclusio non videtur tuta, Nam quoties

quoties agitur de possessorio causæ spiritualis, siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ, semper probandus est titulus saltem coloratus † *Guid. Pap. q. 85. Dec. in l. fin. col. 5. notab. 9. n. 19. C. de edict. diu. adr. tollend. & cons. 220. in causa beneficiali. col. 1. post vers. & ex bis confirmatur. Aym. cons. 258. n. 9.* † Cum enim beneficiati non dicantur domini bonorum spiritualium, sed habeantur loco administratorum & procuratorum, tenentur ante omnia exhibere mandatum *l. si quis inficiatus 13. ff. deposit.* Itaut sine titulo præsumatur instrusio *c. 1. de regul. iur. in 6. c. vnic. de eo qui mittit. in possess. eod. lib. Castr. cons. 253. ad confirmationem. ante fin. in 3. dub. lib. 2.* sicut qui agit ad restitutionem vxoris *c. ex transmissa. 8. de restit. spoliat.* & latè explicat *Aym. cons. 258. n. 9.* Quidquid contrarium sentiat *Bero. in c. 1. de iudic. n. 51.* vbi tenet in possessorio retinendæ, & recuperandæ posse iudicem sæcularem cognoscere de causis beneficij ecclesiastici, licèt non permittatur in iudicio adipiscendæ: Quia † contraria opinio est verior in omnibus possessorijs, cum semper sit necessaria quædam summaria probatio alicuius tituli ad iustificandam possessionem, nec aliter possit obtineri in quibuscunque interdictis ex supra allegatis, & in specie contra *Beroum* concludit *Couar. pract. quæst. c. 35. n. 1. vers. ex quo patet. & vers. verum si diligenter. per Glos.* quam celebrem dicit *in c. vnic. de caus. possess. & pro priet.* cuius etiam opinionis refert fuisse *Io. Daymam in probem. pragmat. sanct. §. postremo. fol. 112.* quod etiam voluit nulla facta distinctione possessorij *Rebuff. de decim. q. 10. n. 7. Put. decis. 361. lib. 1.*

Tertia conclusio. Quando tractatur causa in iudicio recuperandæ possessionis decimalis Iudex etiam laicus potest de ea cognoscere, cum † enim solum actor asserat se fuisse spoliatum ea possessione, vel quasi exigendi decimas, in qua olim fuit, non est necessaria alia disputatio super titulo, prout concludit *Guid. Pap. q. 1. n. 2. in fin. vers. ad idem fuit iudicatum. & q. 85. in princ. & q. 207. in fin.* quem sequitur *Menoch. cons. 268. n. 9. & 10. lib. 3.* & latius *de recuper. possess. remed. 15. n. 210. Osasc. decis. 216. n. 1. Auffr. in repet. clem. 1. de offic. ord. q. 3. princip. conclus. 8. n. 87. alias n. 17. & 18. vers. & merito supra dixi. ad med. fol. 125.* cum alijs per *Bernard. Laurent. in casib. quib. secular. man. impon. in cleric. n. 17. vers. præterea iudices.*

Sed cum etiam in hoc remedio recuperandæ possessionis requiratur cognitio tituli saltem colorati, prout in feudalibus, iurisdictionalibus, & similibus *late Peregrin. de fideicommiss. art. 52. n. 152.* Videtur dubia ista opinio; † Ideo tius dicendum est, vt neque hoc casu possit Iudex sæcularis cognoscere. Militant enim omnes rationes supra allegatæ, quod quoties agitur de possessorio, siue adipiscendæ, siue recuperandæ, seu retinendæ, semper requiratur dicta summaria cognitio *Aym. cons. 258. n. 9. cum alijs supra adductis*, & multis comprobat *Roland. cons. 23. n. 16. & 17. lib. 2. Guid. Pap. cons. 149. post Butr. in c. vlt. de iudic. Lignan. & alij in clem. dispendiosam. eod. tit. Curt. Iun. de feud. p. 7. q. 6. col. 4. in princ. vers. quæ communis opinio. fol. 542. Barbat. in c. fin. de iudic.* quem licet non approbet *Aym. cons. 258. n. 4. vsque ad n. 8.* Tamen non est discedendum à prædictis ob rationes supra allegatas, & latè comprobat etiam *Couar. pract. quæst. c. 35. n. 1. vers. ex quo patet. ad med. & vers. verum si diligenter. & vers. non oberit.* Cum etiam in iudicio recuperandæ obstet notorius defectus proprietatis *Dec. cons. 191. col. penult.* cum alijs per *Peregr. de fideicommiss. art. 52. n. 138.* Adeo vt etiam oporteat istum titulum coloratum nullum habere defectum saltem apparentem *Menoch. cons. 812. n. 84. lib. 9.*

Quarta conclusio. Cum est contentio de eligendis fructibus, neque disputatur super possessorio, aut petitorio rei decimalis, sed solum de qualitate fructuum decimalium eligendorum, tunc † huiusmodi causa poterit cognosci per Iudicem sæcularem, quasi nihil habeat spiritualitatis, sed solum in facto consistat *Gemin. in c. vltim. in fin. n. 14. vers. secundo casu posset. de for. compet. in 6. Felin. in c. causam. 5. ante fin. vers. facit enim ad quæstionem. n. 15. de præscrip. Gomes. in c. si annum. quod est vltim. n. 15. de iudic. in 6. Rebuff. de decim. q. 10. n. 4. vers. idem si agatur. Menoch. cons. 268. n. 11. lib. 3. post Peder. cons. 245. n. 3. Calder. cons. 15. de decim. Aufrer. de potestat. secul. in eccles. reg. 4. fall. 19.* Quasi tunc non sit quæstio spiritualis, ideo laico tales fructus decimarum possunt concedi titulo locationis *c. 2. de locat. Glos. in c. peruenit. 1. q. 3. Imol. in l. vsusfructus. 58. n. 6. col. 1. in fin. ff. solut. matrim.* Quod quomodo intelligatur dicam infra *vers. aduertendum tamen est.*

Prout idem esset, quando ageretur de facto, vt de furto decimarum, vel de sola facti quæstione, & executione, † & quando esset dubium an decima esset soluta nec ne, vel iniuste occupata, tunc enim etiam laicus cognoscet *Rip. in c. decernimus. col. vlt. de iud. Petr. Bellug.* & alij de quibus per *Rebuff. de decim. q. 10. n. 3. vers. secus si agatur. & n. 38. post med. Feder. cons. 245. ad fin. & cons. 96. in fin. n. 3. Ias. cons. 93. ad med. vers. si autem non sit quæstio. lib. 1. Guter. Calder. Gomes.* & alij per *Barbos. in l. titia. 35. n. 48. ff. solut. matrim.*

Idem quando essemus in laico conductore decimarum, quasi tunc non agatur de iure illarum, nec de decimis soluendis ab his, qui tenentur eas soluere, † sed solum de soluendo pretio, quo fuerunt conductæ decimæ alicuius parochiæ, atque etiam à colonis, & à quibuscunque prædiorum dominus solutæ. Hoc enim casu poterunt tales conductores coram Iudicibus secularibus conueniri, quasi tunc agatur actione mere personali, puta ex

puta ex locato ad mercedem, & ad fructus decimarum perceptarum, & non de restitutione rei Ecclesiæ, vel clerici *Couarru. pract. quæst. c. 35. n. 2. vers. quinto non video congruam. vol. 4. ad med. Matth. Boyss. ad Auffr. de potest. secul. in ecclesiast. reg. 4. fall. 19. n. 23. in fin. f. 364.*

Quod etiam est in alijs casibus, in quibus solum de facto quæritur, Tunc enim est omnino separata cognitio a cognitione causæ spiritualis

12 vt † de matrimonio, aut similibus, quando scilicet tantum dubitatur an fuerit contractum inter aliquos matrimonium de facto necne, Etenim in hoc casu non impeditur secularis cognoscere *Bar. in l. omni innouatione. n. 2. C. de sacros. eccles. & in l. quoties. C. de iudic. Felin. in c. vlt. n. 10. in fin. vers. nihilominus dicas. de except. Couar. de sponsalib. 2. p. c. 8. §. 12. n. 3. Gemin. cons. 66. Auffr. de potest. secul. super. eccles. reg. 4. fall. 8. n. 12. fol. 353. late Menoch. cons. 366 n. 11. lib. 4.*

Sicut etiam secularis cognoscit de iuramento, & eius obseruantia quando non disputatur de eius validitate, sed tantum an fuerit interpo-

13 situm † *c. licet. de iureiur. in 6.* Idem de causa vsurarum quando partes non negant vsuram fuisse commissam, sed vsurarius non vult eam restituere *d. post miserabilem de vsur. c. cum sit generale, de for. compet. Gemin. cons. 66 n. 4. vers. secundo modo deducitur. Menoch. cons. 366. n. 12. Socin. in c. cum sit generale. n. 19. & 20. de for. comp.* & omnes supradictos casus comprobat *Barbos. in l. titia. 35. n. 22. vsq. ad n. 27. ff. solut.*

14 *matrim.* † vbi etiam quando dubitatur de facto & iure quod nō cognoscet secularis, ne cōtinentiæ causæ diuidantur, cum solum permittatur ei cognitio de facto spiritualium, quando illud est omnino abstractum ab omni spiritualitate *c. quanto. de iudic. Corn. cons. 227. n. 6. lib. 3. Addit. ad Bart. in l. omni innouatione. in verb. ego dico. vers. aduerte tamen. C. de sacros. ec-*

15 *cles.* † si autem secularis præuenisset cognoscēdo de ipso facto an supersedeat propter quæstionem iuris *Bald. in l. cum proponas. n. 1. C. de reb. credit.* Consultius tamen res agetur, vt oblata causa ecclesiastica etiam incidenti & quæstione facti coram seculari Iudice ille, cuius interest ad secularem Iudicem accedat, ab eoque petat, vt illius cognitionem assumat, atque Iudicem laicum inhibeat, ne etiam in ea incidenter procedat, Tunc enim si Iudex secularis nondum cepit negotium tractare, ecclesiasticus eandem causam incidentem expediet citatis illis, ad quos tangit, prout ita faciendum rectius esse concludit *Couar. de sponsalib. 2. p. c. 8. §. 12. n. 3. in fin. vers. unde consultius. post Gerard. sing. 96. notant. n. 1.*

In quo tamen aduertendum est, vt quamuis Iudex laicus possit de causis decimarum cognoscere, si agatur simpliciter de fructibus, & in

16 alijs casibus supra adductis; † Non tamen excluderetur Iudex ecclesiasticus, qui etiam poterit in eisdem casibus procedere, cum fauore ecclesiarum possint vtrique cognoscere, & sic erit cognitio mixti fori, argumento *c. cum sit. de for. competen.* quod voluit in terminis *Feder. cons. 255. in fin. Auffr. de potest. secul. in eccles. reg. 4. fall. 19. in fin. vers. subdens. fol. 364. post Ludou. in l. titia. 35. col. 2. ff. solut. matrim. Cenall. q. . . . . Felin. in c. causam. 7. col. vlt. post med. vers. facit enim ad quæstionē. n. 15. de præscript. Calder. cons. 15. in fin. de iudic. Rip. in c. 2. in fin. vers. & ideo. n. 76. eod. tit. Guter. ad leg. regn. p. 1. q. 14. n. 4. Gomes. in c. fin. n. 16. de iudic. in 6.* Itaut sit locus præuentioni inter ecclesiasticum, & secularem iuxta regulam *l. si quis postea. de iudic. &* in specie declarat *Barbos. in l. titia. 35. n. 48. post princ. ff. solut. matrim. post Fulgos. cons. 166. col. 3. ad med. vers. nam & si vtrumque. Cassan. cons. 43. n. 18.*

Et facit, quia etiam laicus reus potest conueniri coram Ecclesiastico ex locato, legato, alia-

17 que actione personali, † quæ aliquo modo concernat rem ipsam ecclesiasticam, vbi saltem per laicum probabiliter nō negatur rem illam esse ecclesiæ, itaut simplex negatio non sufficiat, aut reddat rem dubiam, cum debeat esse verisimilis, & cum probabili ratione *Cardin. in c. si clericus laicum. 5. ad med. vers. sic defendendo. & ibi Felin. n. 4. de for. compet.*

Ratio est, quia tunc non dicitur mere actio personalis, sed concurrit cum reali, atque ideò propter concursum realis trahitur ad eius na-

18 turam † *l. qui fundum. 86. §. si tu ex parte. vbi Bartol. n. 2. ff. ad leg. falcid.* Quamuis etiam secundum alios esset tractanda solum coram ecclesiastico ista causa decimarum circa mensuram, aut pretium, quo fuerunt conductæ, quasi ortum habeant ex iure decimarum, quod est ecclesiasticum, prout concludit *Azor. in sum. lib. 7. c. 36. q. 6.* licet ex supradictis verior sit opinio ad vtrumque spectare *Federic. cons. 145. in fin. cum alijs supra allegatis.*

Magis autem prædicta procederent, quando isti conductores decimarum submisissent se instrumento, & contractui locationis, censuris & legibus canonum, iurisdictioni ecclesiasticæ, aut iuramentum super illarum solutione præstitissent, vt declarat *Couar. pract. quæst. c. 35. n. 2. col. 4. ad med. vers. quinto non video. in fin.*

Aduertendum tamen est ad illud quod supra dictum fuit valere locationem decimarum factam laicis, ideo tunc posse cognosci per

19 Ecclesiasticum, † Debet enim hoc intelligi de fructibus decimarum, & cura collectionis, non autem de iure decimandi; quod neque ad modicum tempus locari potest *Glos. in c. quamuis. 17. in verb. concesserit. vers. sed ius percipiendi. de decim. Abb. in c. ad hac. 15. n. 4.*

20 *q. 2. eod. tit. Bero. cons. 21. n. 8. lib. 1.* † Prout dicimus de redditibus spiritualibus prouenientibus intra ecclesiā, & de oblationibus, & similibus, quę laicis non possunt cōcedi, ne videantur

habere administrationem ecclesiæ *Abb. in c. secundum. 6. in fin. ver. sed redditus spirituales. n. 22. ne cleric. vel monac.* Itaut in spiritualibus ac eis annexis non consistat locatio facta laicis, quamuis admixtæ essent aliæ res temporales, nam tunc etiam committitur simonia, & contractus locationis est nullius momenti *Rot. coram Card. Seraphin. Merphiten. fructuũ 19. ianuar. 1582. de qua per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 3. n. 16.*

Amplius quamuis facultas percipiendi decimas possit in laicum transferri *c. vestra. locat. Ruin. cons. 142. n. 19. lib. 5.* Tamen intelligetur dummodo translatio facultatis fiat absque eo, quod transferatur dominium, vt in lo-21 catione ad modicum tempus, per quam dictum dominium non transfertur, vnde non poterit fieri per locationem ad longum tempus, per quam fit translatio dominij vtilis *l. 1. §. quod autem. de superficieb.* & in specie ita distinguit *Castr. in l. vsufructu. 58. col. vlt. in princip. vers. vnde facit. n. 3. ff. solut. matrim. post Glos. in c. quamuis. de decim. Abb. in c. ad hæc. in fin. eod. tit. Imol. in c. 2. col. vltim. in princip. n. 7. in fin. de locat. Riminal. Iun. consil. 429. n. 7. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.* 22 *conuention. lib. 5. tit. 3. n. 12. in fin.* † Ratio differentiæ est, quia conductor laicus non facit decimas suas, nisi postquam eas percepit de voluntate domini *l. si seruus. 63. ante fin. vers. locaui. ff. de furt.* Decimæ autem postquam sunt perceptæ considerantur tamquam fructus temporales, & ideo tunc laicus est capax illarum, sed quando dominium transfertur in laicum, efficitur dominus decimarum antequam sint perceptæ, & illas colligit suo nomine, quod est prohibitum *c. prohibemus. de decim.*

Adde tamen, quod si in translatione vtilis dominij expresse fuerit declaratum, quod laicus non 23 recipiat decimas nomine suo, † sed potius nomine ecclesiæ tanquam eius procurator valebit concessio, cum non sit prohibitum illum percipere decimas nomine ecclesiæ *Rip. in c. 2. n. 55. de iudic.* sequitur *Barbos. in l. vsufructu. 58. n. 17. ad fin. vers. quare si in translatione. ff. solut. matrim. post Couar. lib. 1. var. resolut. c. 17. n. 5.*

Possent autem fructus decimarum locari ad vitam conductoris, quia in hoc proposito tale 24 tempus dicitur modicum, † cum possit etiam intra breuem terminum decedere *Glos. in c. quãuis. de decim. Cardin. in c. apostolica. col. 3. q. 4. de his quæ fiunt à prælat.* & ita seruat *Rota per Mohedan. decis. 4. & 248. & 250. alias 7. & 9. de locat.* vbi quod licet Concilium Lateranense improbet locationes perpetuas *c. 2. §. sane. de decim. in 6.* Non tamen excludit locationes ad vitam. *Bero. cons. 21. n. 7. lib. 1.* Vbi tamen intelligit, dummodo ista locatio ad vitam fiat auctoritate superioris *c. 1. de reb. eccles. non alienand.* & sequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 3. & declarat etiam Rebuff. de decim. q. 10. n. 34. vers. sed ex causa.* Et dummodo non fiat locatio iudeo. *Idem Rebuff. ibid. n. 33. in fin.*

Idem est in fructibus beneficiorum, quæ laicis possunt locari *c. 2. de locat. c. vlt. ne prælat. vices suas.* Quasi in eum non transferatur ius spiri-25 tuale, † sed commoditas fruendi, quæ in temporalitate consistit *c. quãuis. de decim. Anchar. cõs. 233. prius inquirendum. n. 3. Castr. cons. 361. venerabilis. n. 1. lib. 1.* Aliud enim est ius, aliud vtilitas, quæ percipitur ex ipso iure *l. si vsufructus. 67. de iur. dot. Oldrad. cons. 102. ad fin. Ias. in §. seruiana. n. 110. instit. de action. Ludou. Molin. de primog. hisp. lib. 1. c. 11. n. 20.*

Simile est in vsufructuario, qui vendendo, vel locando fructus transfert solum commoditatem 26 fruendi, † licet non mutetur ius vtendi fruendi *l. necessario. 8. §. vlt. de peric. & cõmod. rei vendit. Hermanott. Des. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 18. de acquir. posses. Aym. cons. 52. n. 5.* & late comprobat *Barbos. in l. vsufructu.* 27 *58. n. 2. & 3. ff. solut. matrim.* † vbi multa de emphyteusi, feudo, seruitute, & similibus commoditatibus quando possint in alterum transferri cum alijs ad intellectum *d. l. necessario. 8. §. vlt. de peric. & comm. rei vend.*

Quemadmodum si Principibus, & Regibus conceduntur decimæ, non intelligitur de iure spi-28 rituali percipiendi decimas, † cum illius sint incapaces *c. causam. de præscript.* Sed tantum tribuitur facultas percipiendi suo nomine fructus, qui appellatione decimarum includuntur, qui fructus non censentur res spirituales, & ecclesiasticæ, sed temporales *c. fin. ne prælat. vic. suas. Redoan. de spol. cleric. q. 14. n. 14. Bal. in l. si vsusfructus. in lect. antiq. de iure. dot.* & in specie id late comprobat *Barbos. in l. titia 35. n. 41. ff. solut. matrim.* vbi de varijs decimis concessis Regibus, quæ vulgo tertiæ nuncupantur, seu ius regale, quæ conceduntur ex iusta causa, fauore fidei *Host. in summ. de decim. n. 13. vers. sed non debet. Vasq. illustr. quæst. c. 89. n. 6. lib. 2. Garzias de expens. & meliorat. c. 9. in fin. n. 97. tom. 17. fol. 289. Roder. Soarez. alleg. 28. Put. decis. 319. lib. 3.*

Quare etiam licet res ecclesiæ non possint locari vltra triennium, *vt in extrauag. ambitiosæ. de reb. eccles. non alienãd. Mohedan. decis. 280. a-*29 *lias 12. locat.* † Hoc tamẽ intelligitur de rebus ipsis, nõ de fructibus *Couar. var. resolut. c. 16. lib. 2. n. 6. in fi. vers. sexto visum est. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 5. tit. 3. n. 21.* vbi etiã *n. 22.* quod *d. extrauag. ambitiosæ.* habet locum in rebus ecclesiæ, quæ singulis annis coluntur, & ex quibus etiam singulis annis fructus colliguntur, non autem in illis, ex quibus singulo quolibet triennio vnicus tãtum fructus percipitur, tunc enim triennium pro vno solum anno computatur, & ideo huiusmodi prædia in nouẽ annos poterũt locari. Idem *Cardin. Mantic. d. lib. 5. tit. 13. n. 32. post Couar. d. c. 16. n. 6.*

ſium

.& ambig. conuent.lib.5. tit. 3.
am Rebuff. de decim.q. 10.n. 34.
uſa. Et dummodo non fiat loca-
o Rebuff. ibid.n.33.in fin.
ſtibus beneficiorum, quæ laicis
c.2.de locat.c.vlt.ne prælat. vices
n eum non transferatur ius ſpiri-
ommoditas fruendi, quæ in tem-
ſiſtit c.quæſiti. de decim. Anchar.
inquirendum.n.3.Caſtr.conſ.361.
.1.lib.1. Aliud enim eſt ius, aliud
percipitur ex ipſo iure l.ſi vſufru-
udat.Olarad. conſ. 102.ad fin. Iaſ.
n.110.in ſti.de action. Ludou. Mo
liſſ.lib.1.c.11.n.20.
ctuario, qui vendendo, vel lo-
transfert ſolum commoditatem
non mutetur ius vtendi fruen-
ſ.vlt.de peric.& cōmod.rei ven-
Deſ. in l. naturaliter. §. nihil
de acquir.poſſeſ. Aym.conſ.51.n.
obat Barboſ. in l. vſufructu.
ſol.matrim. † vbi multa de em-
ſeruitute, & ſimilibus commo-
do poſſint in alterum transferri
tellectum d.l. neceſſario. §. vlt.
m.rei vend.
ſi Principibus, & Regibus con-
ur, non intelligitur de iure ſpi-
ndi decimas, † cum illius ſint
ſam.de præſcript. Sed tantum
us percipiendi ſuo nomine fru-
llatione decimarum includun-
non cenſentur res ſpirituales,
d temporales c.fin. ne prælat.
de ſol.cleric.q.24.n.14.Bal.in
n lect. antiq.de iure. dot. & in-
probat Barboſ.in l.titia 35.n.
m. vbi de varijs decimis con-
uæ vulgo tertiæ nuncupantur,
uæ conceduntur ex iuſta cauſa.
ſt.in ſumm.de decim.n.13.verſ.
q.illuſtr.quæſt.c.89.n.6.lib.2.
.& meliorat.c.9.in fin. n.97.
Roder. Suarez. alleg. 28.Put.

s eccleſiæ non poſſint locari
t in extrauag.ambitioſæ.de
ād. Mohedan. deciſ.180. &
tamē intelligitur de rebus ip
Couar.var.reſolut.c.16.lib.1.
viſum eſt. Card. Mantic. de
uen.lib.5.tit.3.n.21. vbi etiā
auag.ambitioſæ.habet locum
quæ ſingulis annis colun-
s etiam ſingulis annis fructus
autem in illis, ex quibus
rienio vnicus tātum fructus
enim trienium pro vno fe-
atur, & ideo huiuſmodi præ-
poterit locari.Idem Cardin.
13.n.32.poſt Couar. d. c. 16.
n.6.

n.6. Quamuis illud de fructibus non ſit tutum, cum poſſet fieri fraus conſtitutioni, ſi permitteretur locatio fructuum vltra triennium *Boer. deciſ.224.n.2.Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.tit.13.lib.5.n.33.*

Quinta concluſio. In petitorio iudicio decimarum

30 multo magis prohibebitur eſſe † Iudex laicus, cū prohibeatur in poſſeſſorio, vt dictum eſt, ſi enim petatur per Rectorem, vt reus ſoluat decimas, & ex aduerſo replicetur non teneri ad illarum præſtationem, & nullum ius competere illas petendi, vel quia prætendatur inueſtitura, ſeu conceſſio, ex quibus excluditur ſolutio decimarum, & de ſimilibus caſibus, tunc quia agitur in petitorio, dicitur diſputari de iure, non de nudo facto, Ideo tanquam ius decimandi ſit ſpirituale, cognitio ſpectat ad eccleſiaſticum *Feder. conſ.145.ad fin.verſ.ſine præiudicio. Cuman. conſ.84.quia cauſa. in princ. Fulgoſ. conſ. 166.in quæſtione quæ vertitur. col. 2.poſt med. verſ.quinto quia.n.3. Rebuff. de decim.q.10.n. 12.Menoch.conſ.268.n.14.lib.3.*

Sexta concluſio. Si iudicium petitorium ſit admixtum cum poſſeſſorio, tunc neque etiam permittetur talis cauſa decimarum Iudici ſæcula-

31 ri † *Couar.pract.quæſt.c.35.n.1.verſ.prima concluſio.Butr.in c.litteras.de iudic.* Quando enim ſpoliatus ſua poſſeſſione petit ſe reſtitui, & reus conuentus obijcit exceptionem dominij, & actor ipſe non replicat, dicitur admixtum poſſeſſorium cum petitorio, & ſuper vtroque erit procedendum per Iudicem eccleſiaſticum ſtante dicta mixtura *Bart.in l.ſi quis ad ſe fundum.n.2.ad leg. iul. de vi publ. Addit.ad Bald. in l.ordinarij.14.col.vlt.ad fin.verſ.quid de hac quæſtione. in verb. replicare. C. de rei vendic. Dec.conſ.84.diligentiſſime.col.vlt.in princ.verſ. nam prout dicit.n.2.*

Quæ adeo vera ſunt, vt neque ſufficeret ſimplex contradictio actoris ad repellendam exceptionem petitorij in cauſa decimarum a reo oppo-

32 ſitam, † ſed requireretur expreſſa proteſtatio, quod non intendit debere procedi ſuper petitorio, ſed ſolum ſuper poſſeſſione, Itaut etiam pars debeat appellare ab admiſsione petitorij, ſi enim hæc non adſint, de vtroque eſſet pronunciandum, etiam non obſtante ſtatuto, quod vb. agitur poſſeſſorio, quæſtio pertinens ad petitorium in alio iudicio reſeruetur: Adeo vt etiam valeret ſententia, ſi pronunciatum eſſet ſuper petitorio tantum, quamuis ſuper vtro-

33 que cognitum fuiſſet, † Immo neque eſſet pronunciandum ſuper poſſeſſorio, quando ſunt liquidata iura petitorij, prout omnes ſupradictos caſus late comprobat *Aym.conſ.248.col.1. in fin.& col.2.in princ.verſ. & in ſpecie quando agitur.n.3.& 4.*

Septima concluſio. Solus conſenſus partium non ſufficit, vt Iudex laicus poſſit cognoſcere, & definire cauſas decimarum, quæ ad eccleſia-

34 ſticos pertinent, † cum regulariter Iudex ſæcularis non poſſit ferre ſententiam in cauſa ſpirituali, quamuis partes non opponant, licet poſſet recipere probationes ſuper exceptione rei ſpiritualis, & deinde cauſam inſtructam remittere ad Eccleſiaſticum, vt ſententiam ferat, Vtputa ſi obijciatur contra inſtrumentū, quod contractus in eo deſcriptus ſit feneratitius, vel quid ſimile, vt declarat *Bald. in l. quoties. 3.col.2.ad med.verſ.tu dic quod ſiue n.2.& 3.C. de iudic. Rip.inc.decernimus.2.col.5.in fin.verſ. octauo dubitatur.n.17.eod.tit.* vbi teſtatur de communi opinione, quod neque principaliter neque incidenter laicus cognoſcit de cauſa ſpirituali *Specul. de reconuent. §. nunc dicamus. verſ.ſed nunquid.*

Neque obſtat *Aym.conſ.258.n.4.col.2. poſt med. verſ.quarto maxime videtur.& col.4 in princ.*

35 *verſ.præterea iſta exceptio.n.7.* † vbi in ſpecie concludit poſſe laicum cognoſcere cauſam decimarum reo non contradicente, cum oppoſitio ſit neceſſaria ante litem conteſtatam *Iaſ. in l.nulli.col.2.in princ.verſ. ſed pulchrū dubium. n.6.C.de iudic.* & eandē opinionem dicit *Idem Aym.* defendi *per Anchar. conſ.98. iſtam quæſtionem.col.1.in fin.verſ.præterea aduertendum Dec.in c.1.n.24.verſ.ſecūdo prædicta concluſio. de iudic.* Prout etiam laicus eſt capax circa ſpiritualia, quando pars conſitetur *Bald. in l. 3. n.4.C.de iudic.Dec.in c.decernimus. 2. in 2. fallent. col. 18. eod. tit.* Cum non opponens ius, quod ſibi prætēdit competere, ſatis dicatur conſiteri, & approbare *Alex. conſ. 185.ad fin.n. 14. lib. 6. & Aym.* ſequitur *Menoch.conſ.757. n. 17.lib.8.*

Quia contraria opinio eſt verior, quod non ſufficiat iſte conſenſus, prout teſtatur *Menoch.conſ. 268.n.18.lib.3.* vbi quod *Aym.* fundat ſe ſuper

36 *conſ. Anchar.* † qui tamen non dicit id, ad quod allegatur, cum ſolum concludat, quod ſi cauſa temporalis ſit commiſſa arbitris cum ampla facultate illam cognoſcendi, ſi coram eis obijciatur aliqua exceptio, quæ ſapiat ſpiritualitatem, poterunt recipere probationes ſuper dicta exceptione, non tamē ex hoc ſequitur, quod poſsint pronunciare ſuper dicta exceptione ſpiritualitatis, cum debeant remittere ad eccleſiaſticum, vt dictum eſt ſupra, ex *Bald.in l.quoties.3.n.2.& 3.C.de iudic.*

Præterea ſupradicta procedunt, quando Arbiter, vel arbitrator tanquam amicabiles compoſitores cognoſcunt de exceptione rei ſpiritualis,

37 atque † ita coram eis non eſt ſolemnis diſceptatio, aut iudicium, cum aliud ſit in contentioſo, & nō voluntario, vt reſpondet *Menoch. conſ. 268.n.21.lib.3.*

Quibus adde quod neque compromiſſum valeret

38 de iure decimarū *c.contingit.8. de arbitr.* † vbi quod ſpiritualia in laicum non poſſunt compromitti *Silua.de benefic.p.2.q.23.col.3.ante fin. verſ.ſexto pro iſta parte. n. 7.* vbi de communi *Borell.de compromiſ.§. 1.gloſ. 2.n. 324.& §.2. gloſ.1.n.72.* vnde quando eſt quæſtio inter detinentem decimas, & feudatarium, valebit quidem tranſactio de tali quæſtione inter eos, & in eorum præiudiciū *c.vnic.de cōtrouerſ. inuest.*

vasall.& alium de benefic. Non tamen intelligetur compromissum de iure spirituali decimarum, super quo non valeret, sed solum de commoditate, de qua posset compromitti *Rebuff. de decim.q.10.n.9.* vbi citat *Bald. cons. 247.non reuocandis.lib.5.*

39 † Exemplo vsufructuarij compromittentis de vsufructu, non enim intelligitur compromittere de ipso iure inseparabili à persona, sed de ipsa commoditate *l. 1. C. si pign. pignori datum sit.*

40 † Valebit tamen compromissum, seu compositio de fructibus decimarum ratione præteriti temporis *Rebuff. d.q.10.n.9.* vbi etiam, quod valebit compromissum in laicos de fructibus decimarum *Lanfranc. in clem. dispendiosam. col.4. de iudic. Anchar.cons. 34. in hac causa. col. 3.ad med.n.7.*

Et magis prædicta haberent locum quando clericus ab initio se opponeret contra Iudicem secularem,

41 † Tunc enim non videtur talis Iudex competens, vt clericum inuitum possit citare quamuis agatur possessorio *c. qualiter.& c. fin. de iudic. Socin. cons.13.col.3.ad fin.vers.quarto respondetur.lib.4. Aym.cons.258.col.4. post principium.vers.posset tamen procedere.n.8.*

Octaua conclusio. Quamuis laicus non possit esse arbiter in huiusmodi causis, vt dictum est,

42 Tamen poterit esse arbitrator † *Dec. in c. 2. n. 4.de iudic.* Quidquid contrarium sequantur *ibi Barbat.n.5.& Borell.de compromis.§.2.glos.1.n. 82.ad med.* Quia eorum opinio non est admittēda, cum contra eos sit magis vera & communis sententia, vt testatur *Mandos. ad Roman. cons.299.in verb.in proposita. Couar. de sponsalib.p.2.c.8.§.12.n.2. Ruin. cons.66. quia dubia. ad fin.n.11.lib. 4. Anchar.cons.34.in hac causa. n.6. Felin. in c. cū sit.n.3.de for.competen.Grat. cons.87.n.10.lib.1. Quintil.Mandos.* qui de cōmuni *regul.27.de non iudic.iux.form.supplicat. q.5.ad fin.n.13. Alex.cons.91.visis actis.col.2.n. 3.vers.prædictis etiam accedit.lib.2.*

Intelligendo tamen dummodo non simus in illis causis spiritualibus, in quibus non posset transigi,

43 prout est causa matrimonij, de qua neque in laicum arbitratorem valeret compromissum, cum enim in causa matrimoniali non sit locus transactioni, neque erit validum compromissum, quasi illud dicatur transactio, vt in specie declarat *Couar.de sponsalib.p.2.c. 8.§. 12.n.2. post med. vers. tamen causa spiritualis. Rip.in c.2.n.13.de iudic.*

Nona conclusio. Licet secularis nō possit solus esse arbiter in causis spiritualibus, poterit tamen

44 esse simul cū clerico, † Itaut nihil referat, quod compromissum fiat de re spirituali in duos laicos simul, & in vnum clericum, quasi actus etiā indiuiduus nomen accipiat a digniori parte, quamuis sit minor numero, & quantitate, quoties plures considerantur vti singuli, non vt collegium, quidquid secus sit quando plures deberent considerari vt collegium, Nam tunc in indiuiduis denominatio fit a minori parte licet ea non sit dignior, prout in specie explicat *Couar.pract.quæst.c.34.n.2.ante med.vers.potissimum huic opinioni.& vers.nam & fieri potest. per tex.in c.per tuas.de arbitr.* quem aureum appellat *Marsil.sing.180.plura.col.1.vers.& corroborat.n.2.*

45 vbi colligit notandum, † quod qualitas duorum laicorum per se inhabilium habilitatur propter adiunctionem vnius clerici *Marian. Socin.in c.2.col.22. vers. octauo fallit. de mut.petition.n. 30. ante med. Bartol. Socin. cōs.168.col.penult.ad med.vers.& sic patet quod loquitur. lib.2. Felin.in c.2.n.8.de iudic.* Et regulare est,

46 vt ista connexa attendantur, † prout de fratribus possidentibus communiter patrimonium, quorum vnus si habet priuilegium facit, vt alij eodem priuilegio gaudeant, vt per *Ludouicū de Ludouisijs de quo per Marsil.sing. 180.& cons.crimin.84.n.34.& in l.de minore. §.tormenta.n.14.de quæstion.*

Nec facit quod causa spiritualis non possit compromitti laico, & clerico simul, cum neque possit

47 simul delegari *Host.in summ. de offic. deleg. §.2.vers.quid si delegatur. Butr.in c.2. de iudic.* Quia delegatus habet iurisdictionem, quam non habet arbiter, sed tantum quandam notionem, neque facit actum spiritualem, sed temporalem super re spirituali, merito non prohibebitur, vt declarat *Felin.in d.c.2.col.vlt. in princ.n.8.vers.hoc est verum.de iudic.*

48 † Vnde poterunt quicunque esse arbitri, & arbitratores de licentia, & auctoritate superioris super spiritualibus *d.c.per tuas.de arbitr.Mandos.regul. 27.n.11.* Itaut etiam sufficiat consensus episcopi, vel Iudicis, siue ordinarij, siue delegati, ad quem pertinet cognitio causę spiritualis *Innoc. in c.cōtingit.de arbitr.Add. ad Guid.Pap.decis. 69.in verb.episcopi.* Quod quomodo intelligatur dicam infra *in capite particulari*, vbi etiam quod laicus potest esse arbiter auctoritate Papæ *Mandos.d.reg.27.n.12.Gemin.in c.legitima. col.3. de appellat.* Quamuis nulla licentia, aut auctoritas requireretur, vt possit laicus esse arbitrator in dictis causis, vt supra dictum est *Rom.cons.173.& 279.post Anchar.cons.98.* cum alijs per *Dec.in c.2.de iudic.* Et quando valeant huiusmodi transactiones super decimis late *Capr.regul.101.fol.147.*

Decima conclusio. Si ex consuetudine, & priuilegio laicus haberet potestatem cognoscendi

49 de possessorio causarum spiritualium, † tunc talis Iudex diceretur competens, & huiusmodi consuetudo esset obseruanda, vt in specie declarat *Aym.cons.258.n.8.* vbi ampliat quod si adsit talis consuetudo generalis in toto Regno,

50 extendetur † ad loca ei subiecta, argumento *Glos.in l.ex ea.9. in verb.sententiam. de postulād.Dec.cons.389. visa lōga serie.col.3.in princ. vers. & ad hoc facit. n. 7.* Itaut quando est dubium an Iudex secularis possit nec ne cognoscere de possessorio beneficij ecclesiastici, seruanda sit consuetudo vicinorum, Cum enim hoc casu agatur de interpretatione actus, ista vicinitas debet attendi. *Afflict. decis.248.col.4. ad med.vers.quia responsum fuit.n.4. Aym. d.cons.*

51 *258.n.8.& cons.206.n.13.& 14.* † Et valere talem

lem consuetudinem cognoscendi per laicum causam spiritualem possessorij testatur *Auffr. in clem. 1. de offic. ordin. q. 3. princ. conclus. 8. n. 81. alias. n. 17. & 18. vers. & merito supra dixi. ad med. fol. 125.*

Ista tamen deberent intelligi de priuilegio concessio a Papa, qui spirituales causas potest de- **52** legare laico † *Doctor. in c. 2. de iudic. Rebuff. de decim. q. 10. n. 39. Auffr. in clem. 1. de offic. ordin. q. 4. n. 93. fol. 129.* Quasi tunc non iure proprio, sed ex Sedis Apostolicæ delegatione cognoscat *Idem Auffr. de potestat. sæcular. in eccles. fall. 10. n. 8. post Io. Andr. in c. vnico. de cleric. coniugat. lib. 6.*

Immo quod dictum est de consuetudine vicinorum non videtur tutum, cum talis consuetudo **53** non attendatur, quando est contra ius † *Castr. cons. 310. in instrumento. in fin. lib. 1.* Et quamuis *Idem Castr. cons. 372. quantũ ad illam partem. col. 2. n. 3. in fin. lib. 1.* contrarium concludat, quod etiam consuetudo vicinorum contra ius attendatur, non solum quando est declaratiua, sed etiam si esset dispositiua, Tamen hoc de inductiua, seu dispositiua de nouo non est admittendum *Aym. cons. 118. n. 3. ad fin.*

Et consuetudo, seu statutum a laicis editum su- **54** per decimis etiam infeudatis non valet, † neque tribuit iurisdictionem Iudici sæculari, cum falcem imponeret in messem alienam, quod nõ est permittendum *c. nouit. de iudic.* quasi hoc modo disponant de illis, quæ ad eos non spectant, quia de spiritualibus non licet laicis statuere, *c. ecclesia. de constit. Innoc. in c. nouerint. de senten. excommunic.* Cum etiam istæ constitutiones, & consuetudines sint potius destructiones, & vsurpationes iurisdictionum *c. fin. de reb. eccles. non alienand.* Et in terminis ita concludit *Rebuff. de decim. q. 10. n. 41.*

Vndecima conclusio, In casibus, in quibus dictum est non posse cognosci per Iudices laicos cau- **55** sas decimarum, † Neque talis cognitio admittetur, quamuis secularis vellet admitti vna cũ Ecclesiastico etiam in decimis infeudatis, vt dicimus de Curia, quæ licèt sit mixta ex clericis, & laicis, non tamen potest de causis spiritualibus disponere, aut decidere, quia initium est inspiciendum *c. dudum. de decim.* Et cũ principium sit a sæculari non possunt dicere se maiorem iurisdictionem consecutos, quam habet is, qui dedit; Vnde quamuis sint cum laicis Consiliarij, Presbyteri, & Clerici in curia sæculari, non poterit per eam cognosci de spiritualibus, vt declarat in specie *Rebuff. de decim.* **56** *q. 10. n. 36. & 37.* † Vbi etiam, quod hoc procedit siuè agatur inter clericos, siue inter laicos, siue inter clericum, & laicum tam principaliter, quam incidenter; Quidquid aliud sit quando concessio a Papa laicis facta esset, vt dictum est supra *Couar. pract. quæst. c. 35. n. 2. vers. tertio quoties decima. col. 4. in princ.* Et quidquid aliud sit quando illi Consiliarij mixti ex laicis, & clericis dati essent à Summo Pontifice *Germon. de sacror. immunit. c. 19. n. 89. lib. 3.*

Duodecima conclusio. Neque principaliter, neque incidenter Iudex laicus cognoscit de cau- **57** sa decimarum *Rebuff. de decim. q. 10. n. 36. & 37.* Quamuis enim ratione incidentiæ alias incompetens possit cognoscere de causa incidentiæ *l. quoties. C. de iudic.* Tamen hoc procedit in Iudice incompetente, secus quando non solum esset incompetens quo ad dictum incidens, sed etiam incapax *Ang. in l. 2. in princ. vers. hoc autem limita. n. 3. de iurisd. omn. iud. Alex. in l. titia. 35. n. 6. col. 2. in fin. vers. postremo. vbi Barbos. n. 22. ff. solut. matrim. per tex. in c. tuam. de ordin. cognit. & c. lator. qui fil. sint legitim.*

Decimatertia conclusio, De causa decimarum, quæ conceduntur per Pontificem, Regibus, & Principibus cognoscit Iudex secularis etiam **58** priuatiue quo ad Ecclesiasticum, † quia possidentur titulo temporali, & non spirituali, siue sit quæstio iuris, siue facti, cum etiam tunc non agatur de iure decimandi spirituali, sed de facultate percipiendi fructus contentos sub nomine decimarum *D. Th. 2. 2. q. 100. art. 4. ad tertiũ.* & dictũ est supra *in 4. conclusione ante fin. vers. quemadmodum.* & in specie ita conclu dit *Couar. pract. quæst. c. 35. n. 2. vers. tertio. Henriq. in summ. lib. 7. c. 27. in littera l. in 2. tom. Rebuff. de decim. q. 10. n. 39.* & late de veriori opinione testatur *Barbos. in l. titia. 35. n. 42. ff. sol.* **59** *matrim.* † vbi etiam quod istas decimas Princeps potest libere alienare tanquã tẽporales, & eas benemeritis concedere *Sot. de iust. & iur. lib. 9. q. 7. art. 1. col. fin.* Et illi, in quos fuit facta alienatio ad hæredes transmittunt, & tanquam temporalia exempta sunt ab obligatione præstandi eleemosynam pauperibus, & à caritatiuo subsidio, cum alijs per *Barbos. in d. l. titia. 35. n. 42. ff. solut. matrim.* Quasi hoc casu fuerint simpliciter donatæ Principibus, & sic dominiũ vtile, & directum fuit translatum in donatariũ laicum, vnde desinunt esse spirituales, & considerantur tanquam quid temporale, Cum Papa possit concedere decimas laicis ex iusta causa, & omnino expropriare ab ecclesia iuxta *c. sine* **60** *exceptione. 12. q. 2.* † Quidquid aliud sit in decimis datis in feudum, in quibus est diuersa ratio ab ijs, quæ donantur simpliciter *Oldrad. cons. 159. n. 3.* prout dicetur in sequenti conclusione.

Decimaquarta conclusio. In causis decimarum, quæ conceduntur in feudum laicis, spectat co- **61** gnitio ad Iudices Ecclesiasticos, † censentur enim res spirituales, sicut & fructus, qui ab eis dependent *Io. Monach. in c. fin. post prin. de iudic. in 6. & ibi Gomes. n. 14. Rot. decis. 2. de decimis. in antiq. & decis. 2. de iudic. in nou. Ias. cõs. 93. col. 1. lib. 1. Ruin. cons. 142. n. 22. in fin. lib. 5. Caualcan. decis. 22. n. 17. lib. 1.* Quãdo enim tẽporale habet se ad spirituale tanquam ad suum antecedens itaut oriatur, & dependet a spirituali ratione connexionis censetur etiam spirituale, cum ratione spiritualium debeatur *Caietan. de simon. q. 1. ad fin.* Vnde cognitio debet pertinere ad ecclesiasticum *clem. dispendiosam.*

61 *sam. de iudic. Feder. cons.244.n.3.*† Ratio est, quia quãdo conceduntur decimæ in feudũ,tunc solum transfertur vtile dominium, non directum, quod remanet ad ecclesiam, vnde per connexionem, quam habent huiusmodi dominia, res adhuc dicitur ecclesiastica *Caualcan. decis.22.n.17.p.1.* Quare tanquam de re Ecclesiæ cognoscit ecclesiasticus *Alex. cons. 79.n.1. lib.1.Rot.decis.2.de decim.in antiq.& decis.2.de iudic.in nou.Rip.in c.2.in fin.eod.tit.* Quidquid aliud sit, quando simpliciter donarentur decimæ per Papam, quo casu nullum dominium remanet penes ecclesiam, & considerantur tamquam quid temporale, vt dictum est supra *in decimatertia conclusione*, cum res possit concedi in feudum, vel simpliciter donari *Oldrad. cons. 159.n.3.* Neque ab istis decimis concessis in feudum potest inferri ad eas, quæ simpliciter donantur, cum istæ desinant esse spirituales & possint de eis donatarij libere disponere,
63 quod non est in infeudatis, vt dictum est,† Ideo erit necessarium quod recognoscatur ecclesia quando sumus in istis, quæ dantur in feudum *Rebuff. de decim.q.13.n.76.& 78.*

Decimaquinta conclusio. Quando controuertitur an laicus possideat decimas iusto titulo,
64 vel colorato † quamuis multi teneant, quod secularis sit Iudex competens etiam priuatiue ad Ecclesiasticum, Tamen contrarium est verius, quia ista cognitio pertinet ad ius decimarum, vnde spectat ad ecclesiasticum *Barbos. in l. titia.35.n.39.ff.solut.matrim.* vbi quod neque consuetudo super hoc valebit ad fauorem secularis, nisi à Papa fuerit approbata post *Guter.ad Leg.Regn.lib.1.q.14.n.4.in fin.*

Decimasexta conclusio. Quamuis summarie ac de plano, sine aliqua discussione possit liquere
65 de causa spirituali, & de decimis, † Tamen Iudex secularis non potest de ea cognoscere secũdum veriorem opinionem, quam tenet *Dec. in c.2.col.antepenult.ad med.vers.tertio fallit quãdo agitur.n.24.de iudic.* Cum idẽ Iudex debeat esse causæ summariæ & plenariæ *clem.sæpe. de verb.signif.clem. dispendiosam. de iudic. late Scrader. de feud.sect.1.p.10.n.93.* Quidquid contrarium sequatur *Grauat.ad Vestr. lib.5.c.1.n. 6.ad fin.vers.qua quidem communis.*

Decimaseptima conclusio. In quæstione meri facti de re spirituali non cognoscit laicus post trãsmissã inhibitionẽ ab ecclesiastico, † *Gerard.*
66 *sing. 96.n.1.Couar.de sponsalib.2.p.c.8.§.12.n. 3.& 4.Farin.q.8.n.15.Grauat.ad Vestr. lib.5. c.1.n.6.* vbi etiam allegat *Ambr. de Vignat. in c.salubriter.n.125.de vsur.*

Decimaoctaua conclusio. Sæcularis cognoscit de facto decimarum, & beneficij, quando scilicet
67 adhoc sufficit quasi possessio; † Nam quamuis in beneficialibus debeat constare de colore tituli *Glos.fin.in clem.1.de caus.possess.& propr.* Tamen hæc pronunciatio diuersa est à validitate tituli; licet enim titulus sit coloratus, nihilominus iterum pronunciandum est super eius validitate *c.cum nostris. 6.de concess. præbend.* Et ideo quamuis cognoscat sæcularis de colore tituli, non tamen ex hoc cognoscit de eius validitate, ita in specie concludit *Barbos. in l.titia.35.n.31.ff.solut. matrim.* vbi allegat *Nauar.in c.cũ contingat.in 1.remed. de rescrip. & Rot.decis.8.de caus.possess.& propriet. in antiq.* in quibus tamen locis nihil dicitur de hoc, & solum *Rot.* concludit, quod possessio clericatus inducit præsumptionem tituli sine alia probatione illius, & sufficit quantum ad eum tuendum in possessione, Non tamen ex hoc concluditur quod sæcularis possit cognoscere; Ideo non erit tuta opinio cum militent omnes rationes, ex quibus excluditur iurisdictio iudicis secularis, vt dictum est supra *in prima & secunda conclusione.*

Decimanona conclusio. Consuetudo tribuit iurisdictionem *Innoc.in c.nouit.13.n. 6. de iudic.* etiam in spiritualibus *Marsil.§.sing 690.magni*
68 *valoris.n.1.*† Vnde ex hoc colligunt Doctores posse Iudicem secularem cognoscere de causa possessoria decimarum stante dicta consuetudine, quam dicit approbandam esse *Gasp. Ant. Thesaur.in addit.ad Thesaur.decis.82.post prin.* vbi alios allegat. & de huiusmodi stylo curiarum testatur etiam *Peregr. de fideicomm. art. 48.n.63.*

Contrarium tamen est verius, cum talis consuetudo de iure non valeat *Gutier.quæst. canon. c.34.n.22 cumseq.Roland.cons.23.n. 9. & 18. lib.2.* Itaut neque possessio immemorabilis habeat in hoc casu vim priuilegij, quãdo nõ sumus in possessorio habili *Put. decis.365.in fin. lib.1.*
69 Vbi tamen declarat, dummodo probato exercitio ab immemorabili tempore non concurrat etiam fama priuilegij, quia tunc non ex tẽpore, sed potius ex priuilegio poterunt cognoscere sæculares de causis spiritualibus; Alias si fama priuilegij non probaretur, tunc talis consuetudo tanquam contra ius diuinum non valeret etiam quod simus in consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extet *Rot. decis.10.de consuetud.in antiq.Put.d.decis.365. n.2.lib.1.* Et de priuilegio Papæ concedente laico capacitatem spiritualium *Pelin.in c. causam.5.col.2.ad med.vers.dum dicit. n.6. de præscriptionibus.*

Vigesima conclusio. Possessorium rei spiritualis est spirituale, prout contra *Glos.in c.litteras.de restit. spoliat.* dicit esse veriorem opinionem *Couar.pract.quæst.c.35.n.1.col.2.in fin.vers.verum si diligenter.& col.3.in princ.vers.non oberit. Auffr.ad decis.Capel. Tholos. 471.* vbi quod
70 saltẽ est quasi spirituale, si non mere.† Vnde cognitio causæ quasi spiritualis, seu de re quasi spirituali etiam ad ecclesiasticum spectabit *Doct.in c.tuam.de ord.cognit.& in c.2.de iudic.* Immo *Vrsil.ad decis.Affl.2.n.1.* tenet possessorium causæ spiritualis esse spirituale, Ideo non posse cognosci per sæcularem *Rober. de Preta. inter cõs.Bellam.40.n.47.* Et quamuis *Thesaur. decis.82.n.1.& decis.117. in princ.* teneat possessorium beneficij esse temporale, Tamen eius

eius opinio non est attendenda, vt late per *Put. decis. 361. lib. 1.*

Vigesimaprima conclusio. Vbi solum de decimis agitur inter clericos, aut reus ipse solus est clericus, † Tunc etiam causa possessoria decimarum, aut alia qualibet, siue spiritualis, siue ecclesiastica, siue mere temporalis, & prophana coram ecclesiastico est tractanda *Menoch. de retinen. possess. remed. 3. n. 346. cum seq. & de recuper. remed. 15. n. 234.* cum tam de iure ciuili, quam canonico clericus reus sit conueniendus coram ecclesiastico *c. qualiter. de iudi. Couarr. pract. quaest. c. 31.* Et actor sequitur reum *c. cum sit generale. de for. compet.* (71)

Neque erit admittenda practica illa citandi generaliter prætendentes interesse per proclama, quasi tunc clericus comparens dicatur actor & non reus, † vt per *Addent. ad decis. Thesaur. 82. ad med. vers. ceterum.* Quia talis citatio est nullius momenti, si constet quis nam possideat, vnde tanquam persona certa erit citanda non per edictum, sed nominatim, præsertim quando agitur de transferenda possessione de vno in alium, quo casu non sufficit citatio generalis, & quatenus etiam sufficeret, parum prodesset, cum † clericus spoliator comparens, & possidere se allegans possit petere remissionem ad suum Iudicem, quæ erit concedenda, cum habeat priuilegium fori, Ita in specie dictam practicam reprobat *Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 227. vsque ad n. 234. Gutierez. canonic. quaest. c. 34. n. 31.* (72, 73)

Vigesima secunda conclusio. Propter negligentiam Iudicis ecclesiastici in administranda iustitia ipsi clerico turbato datur recursus ad laicum, † qui in realibus poterit esse Iudex, & supplere negligentiam ecclesiastici secundum opinionem multorum, quos refert, & sequitur *Menoch. de retinend. possess. remed. 3. n. 354. vsq. ad n. 359. Gulielm. Bened. in c. rainutius. in verb. adelasiam. n. 404. de testam.* (74)

Ista tamen opinio non est tuta, cum secularis non sit adeundus quando ecclesiasticus non vult iustitiam ministrare in causis spiritualibus, & decimarum, † vel per vim, aut censuras laicum opprimit, vt per *Azor. in summ. lib. 5. c. 14. q. 2. & 6.* & non admittitur ista suppletio negligentiæ Iudicis ecclesiastici per secularem, qui est minor potestate, & auctoritate *c. solita. de maiorit. & obedient.* & in specie ita concludit *Abb. in c. qualiter. n. 7. de iudic. Marian. Socin. in c. si quis clericum. n. 28. & in c. sane n. 10. de for. compet.* Quamuis econtra negligentia Iudicis secularis possit suppleri per ecclesiasticum *c. ex transmissa. de for. compet.* (75)

Ideo cauendum erit a *Petr. August. Morl. in empor. tit. 2. de iurisd. omn. iud. q. 14. n. 4. & 8. fol. 147.* dum late defendit posse adiri Principem per viam violentiæ data negligentia ecclesiastici, non obstante Bulla in Cena Domini, quod etiam latissime comprobat *Ignat. Lopez in addit. ad prax. Diaz. c. 103. fol. 481.* vbi etiam attestatur in dicto casu dari recursum ad Regia tribunalia *Auend. de mandat. reg. p. 1. c. 1. n. 3.*

Nam verius est dictum recursum non esse admittendũ, & illũ obtinentes incurrere in pœnas, de quibus *in d. Bulla in Cena Domini* † adeo vt excludatur quæcunque etiam antiquissima consuetudo nonnullarum prouinciarum, aut similium locorum, prout illam esse reprobandam dixit *Rot. coram Card. Blanchetto Oscen. canonicatus 10. Aprilis. 1595. & coram R. P. D. Penia etiã Oscen. canonicatus. 1. decembris. 1595.* † Ita vt recurrens sit excommunicatus, committat sacrilegium, & cadat ab omni iure tam in petitorio, quam in possessorio, quod habet, seu prætendit in beneficio iuxta cõstitutionem *Innoc. IV. quæ incipit officij nostri.* prout ita fuisse iudicatũ in Rota Romana testatur *Farinac. cõs. 68. n. 5. Prax. Archiep. Neap. c. 21. in addit. n. 15.* † Adeo vt ad probandum talem recursum ad curiam secularem Rota pluries sit solita fidem adhibere iuribus minus formiter extractis propter difficultatem illa extrahendi seruatis seruandis *Rot. coram Cardin. Blanchetto Leodien. canonicatus. 11. martij. 1596.* † vbi etiã quod excommunicatus ob dictum recursum non erit absoluendus, nisi prius constito de paritione, & efficitur incapax fructuum beneficij, & capitulum ad illos non tenebitur *Rot. coram R. P. D. Litta Vlisbonen. beneficij. 16. ianuarij. 1598.* Improbando etiam dictum recursum ad finem impediendi executionem alicuius mandati nulliter relaxati, præsumendo d. recursum fuisse obtentum ad eandem Curiam per eum, de cuius interesse agitur *Rot. coram R. P. D. Orano Brixien. canonicatus. 26. Ianuarij 1598.* (76, 77, 78, 79)

Vigesimatertia conclusio. Non est admittenda praxis cognoscendi apud Regios magistratus causas decimarum, † cum laici illas negant soluere clericis tanquam præscriptas legitimo temporis spatio, aut dum conqueruntur contra morem, seu consuetudinem exigi, cum tales consuetudines, vt supra dictum est, de iure non subsistant. & in specie præscriptionis declarat *Germon. de sacror. immunit. c. 19. n. 93. cũ seq. lib. 3.* contra *Boer. ad consuetud. Bituric. tit. de consuetud. prædialib. §. 12. & Carol. Degrassari. in lib. de regalib. franc. iure. 7. col. 5. & Couar. pract. quaest. c. 35. n. 2. vers. quarto. & c. 17. n. 8. vers. nono.* contra quos etiam concludit *Azor. instit. moral. lib. 7. q. 4. c. 36.* (80)

Vigesimaquarta conclusio. In causa decimarum quamuis laicus cognoscat quando sunt datæ in feudum Regi, & in quæstione facti, ac in alijs casibus, de quibus supra, † Tamen non ex hoc excluditur Ecclesiasticus ab huiusmodi cognitione, ideo non poterit ei inhiberi post causam, & litem ceptam super dictis decimis, quasi locus esse debeat præuentioni, nisi in priuilegio Papæ ista cognitio solis laicis demãdaretur *Germon. de sacror. immunit. lib. 3. c. 19. n. 91. & 92.* Cum etiam secundum alios solus ecclesiasticus cognoscat, quasi priuilegium Pontificis percipiendi decimas non extendatur (81)

tur ad cognitionem causæ, vt concludit *Azor. instit. moral. lib. 7. q. 3. c. 36.*

Et quando agitur de fructibus decimarum an solutæ sint nec ne, vel fuerint furto subtractæ, & de sola veritate facti, † magis etiam admittetur vterque Iudex sæcularis & ecclesiasticus, cum hoc potius faueat libertati ecclesiasticæ, vt clerici possint habere duos Iudices aduersus laicos recusantes solutionem decimarum, maxime quia tales possunt compelli ab ecclesiastico per censuras, aliasque pœnas spirituales *c. 5. cum seq. de iudic. clem. 2. eod. tit.* Vnde non erit inconueniens, vt vterque cognoscat *Germon. de sacror. immun. lib. 3. c. 19. n. 95.* cõtra *Feder. cõs. 45.* quod etiam voluit *Couar. pract. quæst. c. 35. n. 2. vers. secundo. Rebuff. de decim. q. 10. n. 5. Felin. in c. causam. 7. col. vlt. post med. vers. facit enim ad quæstionem. n. 15. de præscrip.* vbi quod fauore ecclesiarum hoc potest concedi, argumento *c. cum non sit. de for. competent.* & sequitur etiam *Roman. in l. titia. col. 2. ff. solut. matrim.* cum aliis adductis supra in *quarta conclusione vers. in quo tamen aduertendum.*

Vigesima quinta conclusio. Si fuit permutata decima cum alia re vel maioris æstimationis, & pretij ac vtilitatis, vel æqualis auctoritate Pontificis, † Tunc causa de decima, quæ Principi debetur coram Ciuili Magistratu cognoscitur, & tractari potest, cum amplius non sit spiritualis, eo quod decima ratione permutationis legitimè factæ debetur ipsi Principi, & ecclesia suum ius integrum retinet in re permutata, & subrogata; adeò vt sortiatur conditionem eius, in cuius locum subsitituitur, vt cõcludit *Azor. institut. moral. c. 35. q. 3. in fin. vers. ceterum si decima. lib. 7.* Et de similibus trãslationibus decimarum siue per viam donationis siue ex alia causa, quod in eis sit Iudex competens laicus dictum est supra *in decima tertia conclusione*.

Vigesimasexta conclusio. In casibus in quibus potest compromitti in laicum super decimis, poterit etiam hoc fieri in fœminam, † quæ licet non sit capax compromissi *l. fin. C. de arbitr.* Tamen secus est vbi iure hæreditario competeret iurisdictio, aut in magna fœmina, & in dignitate constituta, & in quacunque alia, quando consuetudo, aut statutum ita disponeret, cũ virtute consuetudinis, aut statuti mulier iudicare possit, prout etiam ex priuilegio, per quod habilitari potest mulier ad iudicandum, † Ita vt in illis casibus in quibus ei permittitur iudicare, in eis quoque poterit esse arbitrix, vt late omnes supradictos casus declarat *Dec. in l. fœmina. n. 3. vsque ad 6. & n. 17. vers. sexto in mulierem. ff. de reg. iur.* † Maxime quia vbi agitur de salute animæ, & de male ablatis restituendis, & de causa decimarum soluendarum aut similibus non est disputandum de apicibus iuris *c. duo. 19. q. 2. l. si fideiussor. §. 2. ff. mandat. Archid. in c. scriptũ. ad fin. vers. secundum alios 6. q. 3.* Ideo multo magis fœmina in istis casibus poterit esse arbitrix, vt in decimis ita concludit *Borell. de compromiss. §. 2. glos. 4. n. 19. & glos. 1. §. 2.* post *Benedict. Canophil.* per eum allegatum *de priuileg. eccles. priuileg. 2. tit. de arbitr.* Prout etiam quando agitur de d. salute animarum mulier potest esse procuratrix, quasi tunc procedatur remotis apicibus iuris, de quibus dicitur esse talis exceptio *Dec. in l. fœmina. n. 16. de reg. iur. & in c. cũ dilecta. post med. vers. quinto fallit. n. 16. de confirmat. vtil. vel inutil.*

Vigesimaseptima conclusio. Causa decimarum, seu ius decimandi, quod inter aliquos controuerteretur an competat, necne non poterit compromitti, † quidquid aliud sit super fructibus & expensis, in quibus valeret compromissum, quamuis etiam hoc casu esset necessaria auctoritas superioris *per tex. in c. 2. & ibi Butr. in princ. de transact.* & ita in specie concludit *Lanfranc. de Orian. de arbitr. §. compromissum. p. 4. n. 7. tom. 3. p. 1. fol. 213. Borell. de compromiss. §. 2. glos. 1. n. 324.*

Obstat tamen prædictis *tex. in c. fin. de rer. permut.* vbi ius decimandi potest compromitti in clericum, † neque enim ibi fuit reprobatum compromissum, sed solum laudũ, dum arbiter mandauit dari pro re spirituali temporale, cum ius decimandi sit spirituale, ideo non recipit æstimationem, & per consequens non potest commutari cum temporali, vt notat *Abb. in d. c. fin. n. 4. & ibi Butr. n. 2. in 3. notab.* vbi quod sicut non est licitum per viam pacti, vt temporale detur pro spirituali tollendo, vel creando, ita nec per viam laudi *c. 2. de arbitr.* † Valebit igitur compromissum, cum etiam in causa spirituali illud admittatur, dummodo fiat in personam ecclesiasticam, & de iure, & accedente auctoritate superiorum. Cum contraria procedant quando compromitteretur in laicũ, cui indecens est spiritualia tractare, neque talis est capax compromissi in spiritualibus, aut illis annexis, neque cum auctoritate superioris, præterquam Summi Pontificis, vt bene supradicta omnia declarat *Butr. in c. contingit. n. 1. vsq. ad 6. & in c. per tuas. in princ. de arbit.* Itaut neque per viam reconuentionis cognoscat laicus de spiritualibus *c. 1. de mut. petition. & ibi Socin. col. 2. ant. med. vers. vigesimo limitatur. n. 29.* vbi de cõmuni omniũ de opinione *Felin. in c. si clerici. in princ. col. 8. ad med. vers. secũdo fallit. n. 10. de iudic. post Abb. in c. contingit. 8. in princ. de arbitr.* Vbi etiam quod neque iste sæcularis poterit iudicare vt arbiter, aut arbitrator tanquam prohibitus tractare negotia ecclesiæ *c. 2. de iudic.* † Quando autem compositio, seu transactio valeat super decimis, & detur spirituale pro temporali, & econtra, vel fiat commutatio spiritualis cum spirituali, & cuius auctoritas requiratur non est præsentis inspectionis, & videndus est *Abb. in c. statuimus. n. 5. vsque. ad n. 8. de transaction.* † Et de decimis concessis laicis ante Concilium an possint compromitti in sæcularem, & in hac causa minor possit esse in iudicio sine consensu patris *Felin. in c. causam. 3. col. 2. in fin. vers. demum ad prædictam*

stam.n.5.de praescript. Rot.decis.2.de iudic. in nou.& decis.2.de decim.in antiq.Doct.in c.si annum. de iudic.in 6.

Vigesima octaua conclusio. Clericus si adeptus fuerit possessionem decimarum cum decreto Iu-
93 dicis secularis, cum clausula saluo iure, † an quando praetenditur reuocatio istius immissionis possit agi coram eodem Iudice seculari *Pereg.de fideicommis.art.48. n.62.* concludit affirmatiue, quasi dictet ratio, vt eius sit reuocare, cuius est condere. & ad eum pertineat releuare qui grauauit, prout etiam voluit *Ferret. cons. 30.n.2. & cons.27. n.7. & 10.* vbi addit, quod etiam Iudex incompetens laicus cognoscit & iudicat in materia spirituali contra clericum in causa reconuentionis, quamuis etiam materia reconuentionis sit alterius naturae, quam deducta in conuentione *Peregr.d.art.48.n.67.*

Non videtur tamen tuta huiusmodi opinio; Nam quamuis natura litis, & res ipsa trahat ad se
94 personam † *Bald.in l.fin. n.45. C. de edict.diu. adrian. toll.* Tamen aliud est quando clericus possidet, quia tunc coram Iudice suo est conueniendus *c.si quis contra clericum. de for.compet.* & declarat in specie *Barbat. in addit. ad Bald.in d.l.fin.n.7.col.2. ad med. in verb. diceret.Menoch.de adipisc.remed.4.n.476.* Cũ etiam in iudicio fauorabili possessionis recuperandae clericus spoliator & possessor non possit conueniri coram laico *Idem Menoch. de recuper. possess. remed.15.n.223.* Itaut non sit attendenda
95 causa reconuentionis, † cum in spiritualibus laicus non se possit intromittere secundum veriorem opinionem, de qua per *Socin. in c.1.n. 29.de mut.petition.& per Felin.in c.at si clerici. in princ.n.10. de iudic.* Praesertim quia *Pereg.& Ferrett. supra allegati* fundant se in illa opinione, quae admittit secularem ad iudicandum in possessorijs decimarum, & rerum spiritualium, quod tamen non est tutum ex adductis supra *in prima, secunda, & tertia conclusione.* Maxime quando agitur de transferenda possessione de clerico in alium, quo casu requiritur specialis citatio quae fieri debet coram Iudice ipsius clerici, qui etiam poterit petere remissionem ad suum Iudicem, vt dictum est supra *in 21. concl.*
96 Cum † etiam possessorium non ad merũ factum, sed ad ius quoque pertineat, imò ius quoddam esse definitur *Bart. in l.1. de acquir.possess. per tex.in l.peregre.eod.tit. c.dilecto. de verb.signif. Abb.in c.2.n.8.in fin.de iuram.calumn.* *Couar. in c.possessor.p.2. in initio. n.3. in fin. de reg.iur.*
97 *in 6.* † Vnde delegatus ad cognoscendum de iure alicuius rei nõ solum cognoscit de dominio, sed etiam de possessione *Innoc. in c. episcopi.de*
98 *reb.eccles.non alien.* † Et de quocunque possessorio rei spiritualis agatur, semper probandus est titulus saltem coloratus *Aym.cons.258.n.9.* cum alijs supra adductis *in secunda conclusione.*

Alia ad huiusmodi materiam pertinentia habentur infra in capite particulari, Quia omnia simul complecti, & lectori graue, & mihi onerosum esset, & vtrisque iniucundum.

EPITOME.

Electio quando deuoluatur ad creditorem, si debitor non eligat in termino sibi praefixo. ¶ Permissum ad tempus quo casu post illud censeatur denegatum, & e contra. ¶ Temporum interpretationes non determinatae an intelligantur de decennio, seu de vlteriori termino. ¶ Variationi quando sit locus, si electio est data ab homine. ¶ Et an requiratur comminatio, vt non possit variari, & quo casu à dicta comminatione sit appellandum. ¶ Terminus ad eligendum, vel similis an sit peremptorius. ¶ Legatum quando sit indiuiduum, & possit in parte eligi, & in alia repudiari. ¶ Et quid in legato alternatiuo. ¶ Creditor operarum, vel pro illis pecuniae an possit partem in operibus, partem in pecunia praetendere. ¶ Et quando censeatur declaratum, quod voluerit pecuniam vel operas. ¶ Cogi quando possit quis praecise ad factum, vel ad totum interesse, si fecerit partem domus, & postea offerat interesse in reliquo. ¶ In alternatiuis electio ad quem spectet, tam in soluendo, quam in repetendo solutum. ¶ Res integra quando dicatur ad hoc vt electio non habeat amplius locum. ¶ Et quo casu illa conualidetur, si fiat ante terminum datum ad eligendum.

SVMMARIVM.

1 *In Alternatiuis electio est debitoris.*

2 *Electio deuoluitur ad creditorem, si debitor non eligat in termino sibi praefixo, etiam si terminus statuatur solutioni. n. 3. & 10. Quae procedunt in qualibet dispositione.n.4.*

5 *Permissum ad tempus censetur post illud denegatum, & econtra etiam ad correctionem iuris communis. Quamuis sit dictum ad tempus, nulla certa adiectione temporis facta, si secundum naturam negocij, vel regionis intelligeretur de anno. & n.6.*

7 *Conuentio vt ad tempus possit retrahi, intelligitur ad annum stante more regionis.*

8 *Temporum interpretationes non determinatae quando intelligantur de decennio, seu vlteriori termino.*

9 *Variationi non est locus, si electio est data ab homine per verba temporis indicatiui.*

11 *Iudex an debeat assignare terminum debitori ad eligendum cum comminatione, vt non possit variare, vel moram purgare. n. 12. & 13. Et quid si terminus assignetur sub aequipollenti comminatione. n.14.*

15 *In comminatione requiritur iusta causa, vt iudex possit minuere pluralitatem terminorum.*

16 *Appellatio à comminatione quae fieri non debet datur etiam post decem dies. Idem si iudex in assignatione termini dixisset ex nunc si in termino non egeris pronuncio te non esse audiendum. n.17.*

18 *Verba ex nunc, prout ex tunc operantur quod*

vnum tempus videatur alteri inesse.

19 *Terminus præfixus ad eligendum est peremptorius non solum in actis iudicialibus, sed etiam extraiudicialibus. Et quæ sit ratio. n. 20.*

21 *Termini omnes sunt peremptorij in curia Romana, & quando procedat.*

22 *Iudex ex causa tempus limitare potest actori, & reo.*

23 *Variatio non permittitur in eo, qui habet facultatem eligendi non solum quando lapsum est tempus præfixum, sed etiam quando acceptat, vel petit partem in vna re, & n. 25. Amplia in successore, vel hærede etiam mediato. n. 24.*

26 *Recipiens, & petens æquiparantur circa approbationem.*

27 *Legatarius habens electionem legati alternatiui non potest eligere partem in vno, & partem in alio. Nec hæres potest in parte soluere legatario inuito. n. 31.*

28 *Vnitas legati non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari.*

29 *Legatum indiuiduum in vna parte alternatiua, censetur indiuiduum in altera.*

30 *Testator si legat quinquaginta pondo olei, & in singulas libras certam pecuniam, non posset peti pars olei, & pars æstimationis.*

32 *Dominus, cui debentur à subditis singulis annis certa quædam opera, vel pro singulis tot solidi, non poterit petere in eodem anno quod soluatur pars operum, & pars pecuniæ, licet secus in diuersis annis.*

33 *Habens electionem petendi pecuniam, vel bona si acceperit pro aliqua summa pecuniarum domum in solutum, videtur declarasse quod voluerit pecuniam.*

34 *Maritus promittens restituere res in dotes datas, aut certum pretium, non poterit partem dotis in aliqua re, & partem in pecunia soluere. Et quid si res est data æstimata. n. 35.*

36 *Ad factum præcisè cogitur, vel ad totum interesse, si aliquis fecerit partem domus, & postea offerat interesse in reliquo, & ibi casus, in quibus quis potest cogi ad factum.*

37 *Eligendi potestas termino elapso transfertur in alterum ipso iure, nec etiam re integra potest mora purgari, quando lex extinguit ipso iure ius morosi.*

38 *Electione facta variare non licet, si electio habuit executionem. Etiam si illa concedatur contra diuersas personas grauatas. n. 39.*

40 *Res integra non dicitur, etiam quod fuerit facta electio non lapso termino.*

41 *Inutile à principio per superuenientiam iuris ex post facto conualidatur.*

42 *Electio in alternatiuis quando sit debitoris, vel creditoris, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & similibus.*

43 *Debitor in alternatiuis si vtrunque ex errore soluerit, habet etiam electionem in repetendo. Declara vt n. 44.*

45 *Electio facta ab ignorante præiudicat in alternatiua rerum.*

CAPVT CCXXXIX.

QVamuis in electione debitoris sit agere, ad bona mobilia, vel pecunias, cum alternatiue locutus fuerit Iudex 1 † *c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Socin. cons. 57. stantibus suprascriptis. col. 3. in princ. n. 6. vers. quintus casus. l. b. 1.*

Tamen quia in casu nostro præfixus fuit terminus intra quem debitor non elegit, Dixi deuolutam electionem ad creditorem, quod est ex natura termini, qui respicit fauorem eius, cui assignatur interim dum pendet, cum postea respiciat 2 fauorem aduersarij; † Ex quo enim electio datur ad tempus, post illud videtur reuocata, & alteri concessa, Ita in specie declarat *Bald. in l. Statu liberum. 11. §. Stichum. ad fin. vers. nam ratio est. ff. de leg. 2.* cuius verba refert & sequitur *ibid. Flor. in fin. n. 6. vers. dic ergo. Bart. in l. eum qui certarum. 138. §. cum pure. n. 4. ff. de verb. oblig. Franc. in c. si pluribus. 24. in vlt. not.* 3 *n. 3. de præb. in 6.* † Etiam si statuatur terminus solutioni, quia in necessarium antecedens præfigitur electioni *Rot. coram Sanctissimo Rom. bonorum. 29. martij 1585. & in eadem causa coram R. P. D. Orano. 25. octobris 1585. & coram eod. & in ead. causa. 20. decembris 1585. & 3. maij 1586. in fin. & per R. P. D. Peniam in eadem causa. 26. Iunij 1602. vers. secunda ratio. Io. Andr. ad Specul. de contumac. § sequitur. n. 6. in verb. lex secunda. in fin. vers. propter quæ satis videretur. cum alijs per Contard. in l. diffamari. in glos. n. 63. & 64. C. de ing. & manum.*

Quæ procedunt non solum in legatis, sed in alia qualibet dispositione, vt si concedatur alicui electio infra certum tempus præfixum à iure, siue ab homine semper transeat in alium, si il-4 lud non sequatur † *Io. Fab. in l. cum quidam. in fin. C. de verb. sign. & in §. si generaliter. in fin. n. 12. instit. de legat. cum alijs per Tiraq. de retr. lignag. glos. vnic. §. 24. n. 9. & 10. post Zenzel. in extrauag. suscepti regiminis. vers. quam electionem siue ab homine. & in verb. transeat. Anchar. in c. si pluribus. col. fin. in princ. vers. sexto & vltimo nota. de præb. in 6. Contard. in d. l. diffamari. in glos. n. 64.* & de communi opinione testatur *Aretin. in l. eum qui certarum. §. cum pure. col. 3. in princ. n. 3. in fin. vers. & quod iste terminus. de verb. oblig.*

Quorum ratio est, quia permissum ad tempus videtur post illud denegatum, prout è contra, quod ad tempus prohibetur videtur postea con-5 cessum, † cum temporis limitati ea vis, & natura sit, vt contrariam dispositionem post tempus contineat, adeo vt affirmatiua limitata ad tempus statim post illud inducat negationem, itaut etiam ad correctionem iuris communis possit hoc argumentum sumi in statutis, quando sumus in tempore limitato, quidquid alias, arguendo à contrario sensu, non liceret corrigere ius commune, prout omnia supradicta late declarat *Surd. decis. 75. n. 1. vsque ad 8. & decis. 325. n. 2.*

Am-

Ampliatur prædicta, quamuis simpliciter dictum sit ad tempus, nulla alia certa adiectione temporis facta, 6 † si enim secundum naturam, & causam negotij, vel morem Regionis intelligeretur de anno, de illo esset sentiendum, & eo elapso electio amplius non competeret, quasi partes de eo sensisse videantur l. nummis de leg. 3. l. quod si nolit. §. assidua. de edil. edict. Dummodo tamen mos sit vniformis, qui tunc est altera natura, quidquid aliud sit, quando esset varius, & multiformis, quia tunc intelligetur de decem annis iuxta l. si præfinito. ff. de pœn. Bald. in l. 1. ante med. C. de postul. Ias. in l. ita stipulatus. col. 2. de verb. oblig. 7 † Prout in simili dicimus de conuentione, vt ad tempus possit retrahi, intelligetur enim ad annum, stante dicto more regionis vniformi, vt in specie declarat Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glos. 2. n. 4. & 5. de quorum tamen veritate dicam latius infra in capite particulari. 8 † Et quando istæ interpretationes temporum, quæ non determinantur, debeant intelligi de decennio, vel alio termino, & quomodo in diuersis materijs sit statuendum multa adducit Felin. in c. ex litteris. 11. col. 8. in princ. vers. prima conclusio. n. 9. de constitut. Doctor. in l. si præfinito. ff. de pœn.

Imo quamuis essemus in electione data ab homine per verba temporis indicatiui, Tamen neque videretur esse locus variationi, 9 † quicquid aliàs illa permitteretur vsque ad tempus litis contestatæ l. si quis stipulatus sit stichum. ff. de verb. obligat. Alciat. in l. cum qui certarum. §. cum pure. in princ. ff. eod. tit. Quasi illud procedat, quando simpliciter absque præfixione termini data esset electio, 10 † secus vbi terminus esset præfixus, tunc enim electio transfertur ad creditorem, vel censetur electum illud, quod magis nocet debitori, & vtilius est creditori, prout declarat Rota coram Sanctissimo Romana bonorum. 29. martij 1585. post Bar. in l. cum qui certarum. §. cum pure. n. 4. vers. aliud remedium. de verb. oblig. Tiraq. de retract. lignag. §. 24. glos. vnic. n. 10. in fin. vers. sunt autẽ.

Magis erit locus prædictis, si emanaret præceptum Prætoris, vt reus debeat eligere cum comminatione, non enim sufficit, vt terminus assignetur à Iudice debitori ad eligendum, 11 † sed etiam debet statui cum comminatione, ad hoc vt non posit variare, interponendo scilicet decretum, quo vetuisset reo variationem, quasi non debeat esse dictum decretum Iudicis illusorium l. si prætor. in princ. de iudic. Cum iudex possit hoc facere l. fin. §. penul. C. de iur. deliber. l. statu liberum. §. si stichum. de leg. 2. Prout etiam transferre electionem in aduersarium in pœnam contumaciæ l. legatario. §. si duo. ff. de fidei comm. libertat. l. cum quidam. de leg. 2. & declarat Alciat. in l. cum qui certarum. §. cum pure. n. 4. vers. rectius ergo. col. 2. in fin. & ibi Aret. colum. 2. in princip. vers. addit tamen. & Imol. col. 3. post med. vers. tertium remedium. ff. de verbor. obligationib.

Verum est, quod Alciat. Imol. & Aret. ibidem dubitant de huiusmodi opinione, quasi Iudex ita comminando non possit auferre beneficium iuris competens ipsi reo, vt possit variare 12 † c. indultum. de reg. iur. in 6. & ideo appellationis beneficio erit rescindendum Alciat. in d. §. cum pure. n. 4. Cum etiam ista comminatio non habeat vim sententiæ interlocutoriæ, Nam licet post lapsum termini pars excludatur, quando Iudex pronunciauit in eo ipso termino reum non esse audiendum, Tamen secus est quando comminatio fuit apposita in asignatione termini, vt declarat Aret. in d. §. cum purè. col. 2. ad med. vers. confirmatur ista sua responsio. post Innoc. in c. cum in tua. 6. in princ. vers. sed quid si ante. n. 1. qui matrim. accus. poss. Vbi quod si Iudex in asignatione termini dicit expresse se non auditurum post terminum, nihilominus pars est audienda re integra, & sequitur dicens multum notandum Bald. in l. si quis instituatur. 23. §. sed si bonorum. in fin. vers. secundo casu vt propter moram. ff. de hæred. instit. & in authen. ad hæc. col. vlt. ad med. vers. quæro si ego diffamo. n. 17. C. de vsur. & in l. 2. in princ. n. 1. vers. & an aliquid operetur. C. qui admit.

Probabilior tamen est opinio prius firmata, quod si in assignatione termini fuerit comminatum de vlterius non audiendo, non sit amplius locus purgationi moræ, 13 † Prout dicimus de termino dato ad agendum, illo enim elapso, quamuis possit agi, donec iudex imponat silentium his qui non comparuerunt Ang in l. 1. C. vt nem. inuit. ager. vel accusar. cogat. Tamen si in assignatione termini fuerit comminatum, quod nisi compareret amplius non audiret, non esset opus noua impositione silentij, neque amplius audiretur Felin. in c. venerabilis. 20. col. 3. post med. n. 8. vers. alius casus est. de iudic. Purpur. in l. postquã liti. col. 7. ad med. n. 36. C. de pact. Bart. in l. mancipiorum. in fin. n. 6. vers. vltimo nota. de opt. legat. & in l. si finita. §. iulianus. de damn. infect. Thõm. Ferrat. caut. 14. iura sunt vulgaria. in fin. vers. si vero fuit appositus. n. 11. Salic. in l. si ea. col. vlt. in princ. C. qui accus. poss. Imol. in c. accepimus. n. 2. de fid. instrum.

Prout idem esset quando assignaretur terminus sub æquipollenti comminatione, 14 † videlicet si dicatur peremptorie, vel aliàs habebimus te pro contumace, vel procedetur ad vlteriora, vel similia verba essent prolata, tunc enim non erit amplius locus purgationi moræ Felin. in c. causam quæ. 18. col. 2. in fin. vers. quando sit opus. n. 3. de rescript. Contard. in l. diffamari. in quæst. n. 73. C. de ingen. & manumiss.

Intelligendo quatenus comminatio fiat cum causa, quæ in comminatione requiritur, quasi iudex non debeat diminuere sine iusta causa pluralitatem terminorum 15 † l. nonnunquam. de iudic. l. consentaneum. C. quomod. & quando iud. in verb. commonefacio. Felin. in d. c. causam quæ. n. 3. Aret. in §. si minus. col. 17. ad med. vers. aduertas tamen. n. 12. instit. de action.

Salic. in l. si ea. col. vlt. in princip. verf. debet tamen. n. 6. C. qui accus. nõ poss. † ideo appellandum est à comminatione, quæ fieri non debet, itaut detur quoque appellatio etiam post decem dies, cum istæ comminationes non habeant vim sententiæ, neque transeant in iudicatum, prout dicimus de præceptis, quæ fiunt à Iudice absque causæ cognitione, à quibus potest quandocunque appellari *Imol. Innoc. Specul.* & alij per *Franc. in c. cum cessante. 60. col. 3. in princ. n. 6. verf. amplius voluit. de appellat.* & ita intelligitur *Bal. in l. 1. in princ. verf. tu dic quod nihil operatur. C. qui admitt.* & declarat *Contard. in l. diffamari. in quæstion. n. 76. C. de ing. & manum.*

Idem quando iudex in assignatione termini dixisset ex nunc si in termino non egeris, pronuncio te non esse audiendum † *Imol. in l. quandiu. col. 2. verf. vltimo tangit. de acquir. hered. & ibi Ang. col. 1. Cepol. caut. 167. vt quis post terminum. in fin.* † Illa enim verba ex nunc prout ex tunc operantur, quod vnum tempus videatur alteri inesse, videlicet præsens in futuro, & è contra *Felin. in c. licet causam. n. 6. de probat. Tiraq. de retract. convent. §. 2. glos. vnic. n. 86.*

Et licet prædicta procedant in actibus iudicialibus, multo magis erit in casu electionis, † & actu extraiudiciali, in quo etiam semper dicitur actus peremptorius, quamuis non exprimatur ob illam rationem, quia terminus in se est vnicus, licet arbitrarius *l. si eo tempore. C. de remiss. pign. l. mancipiorum. de opt. legat.* & ita in specie declarat *Aret. in §. si minus. n. 12. verf. quaro statuit iudex. col. 17. instit. de action. post Imol. in l. quandiu institutus. 68. col. penul. & vlt. n. 10. & 11. de acquir. hared.*

Cum † etiam hoc sit non solum ex mora, sed ex vi, & natura temporis limitati, cuius lapsus habet vim tacitæ repudiationis *d. l. si mancipiorum. de opt. legat. Dyn. in c. indultum. 17. n. 12. verf. quinimmo plus. de regul. iur.* cum alijs de quibus supra & per *Cephal. conf. 77. n. 18. cum sequen. Osasc. decis. 85. n. 13.* † Et de terminis, quod omnes sint peremptorij in curia Romana, & quando hoc procedat *Contard. in l. diffamari. in quæst. n. 80. C. de ingen. & manum. Aym. conf. 179. n. 3.*

Nec faciunt, quæ dicebantur non posse auferri per hominem, quod indulgetur à iure; Quia procedunt, quando sine aliqua cognitione causæ hoc fieret, † nam illa existente non solum actori quo ad ius agendi, sed etiam reo quo ad eius exceptionem poterit præfiniri tempus per Iudicem, quidquid alias rei sint fauorabiliores actoribus, prout declarat *Dyn. in c. indultum. 17. n. 11. vsque ad n. 15. de reg. iur. argum. l. 2. ff. de re iudic. l. 4. §. si quis condemnatus. ff. eod. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam.*

Quibus adde minus permissam esse variationem in eo, qui habet facultatem eligendi, non solum, quando tempus præfixum lapsum est, vt supra diximus, † sed etiam quando acceptat partem in vna re quamuis esset in tempore determinato ad electionem faciendam, excluditur enim creditor, qui potest alternatiue petere vnam, vel alteram rem, si partem vnius acceptat soluente debitore, neque variare amplius debet, sed necesse habet petere residuum illius, cuius partem acceptauit *Raph. Comens. in l. 2. in princip. n. 30. verf. sed fortius dubito. & ibi Castrens. in §. & harum. colum. penult. ad med. verf. ex hoc infero. n. 7. ff. de verb. oblig.* cum alijs per *Menoch. conf. 341. n. 10. & 26. lib. 4.* † Vbi ampliat ad hæredem, cui neque permitteretur in hoc casu variatio, prout suo auctori non erat permissa, quamuis etiam essemus in successore, seu hærede mediato, qui non potest contrauenire facto sui antecessoris mediati, sicut nec posset hæres immediatus *Castrens. conf. 208. dico dictum. lib. 1. Boer. q. 24. n. 20.*

Amplius non solum habent locum prædicta, quando quis iam acceptauit vnam partem ex alternatiuis, † sed etiam si ab initio re adhuc integra petijt partem vnam de alternatiuis, non enim potest variare petendo partem de vno ex alternatiuis, & partem de altero, sicut enim qui acceptauit videtur per dictam acceptationem declarasse animum suum petendi residuum eius partis, ita etiam qui petijt videtur ex dicta petitione sibi in hoc præiudicasse *Surd. decis. 317. n. 1. & 2.* † Cum tam recipiens, quam petens æquiparentur circa approbationem actus, quasi paria sint petere, & recipere *l. ad solutionem. C. de re iudic. Rom. conf. 9. in fin.* Itaut totum debeat agnoscere, vel à toto recedere late *Surd. conf. 104. n. 2. & per tot. lib. 1.*

Quare legatarius habens electionem legati alternatiui non potest eligere partem in vno, partem in altero, † quando in vna parte alternatiuæ legatum est vnum, & in altera principales quantitates sunt subrogatæ loco vnius, ita quod secunda pars quamuis distributiua respiciat primam coniunctam, hoc enim respectu sequitur effectum primæ indiuiduæ, vt de testatore iubente legatarium habere, vel octo seruos simul, vel pro omnibus certam pecuniæ quantitatem, alterum enim tantum debet integraliter eligi *l. si ex toto. §. si ita legatum. vbi Ias. col. 2. in princ. n. 5. in 1. notab. ff. de leg. 1.* † Cum vnitas legati non possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari *l. legatarius. in princ. ff. de leg. 1. l. neminem. cum l. seq. ff. de leg. 2.*

Cum † etiam legatum, quod est indiuiduum in vna parte alternatiuæ censeatur esse indiuiduum in altera parte *d. l. si ex toto. §. si ita legatum. de leg. 1.*

Ideo si testator legat quinquaginta pondo olei, & in singulas libras certam pecuniam puta decem, non posset peti pars olei, & pars æstimationis *d. §. si ita legatum. vbi Zas. in princ. n. 2.* † Quamuis enim videantur esse plura legata, & separata

cum

cum sint plura corpora, tamen hoc admittitur, ne sequatur absurdum, si enim in pluribus posset solui pars rei legatæ, & pars æstimationis, tunc etiam in vno homine legato, aut pro eo decem iam pars hominis solui posset, & pars æstimationis, quod non est admittendum *l.2. §.ex his. de verb. oblig.* & ita ab vnitate ad pluralitatem arguit *text. in l. si ex toto. §. si ita legatum. ff.de leg.1.* quam argumentationem, licet ibi *Ias.n.4.* dicat esse impertinentem, tamen potest iure defendi, sicut enim vna res simplex non potest variare in solutione, ita nec vna res collectiua, hoc est totum numerale, vt ab vnitate naturæ ad vnitatem iuris arguas, vt declarat *Zas. in d. §. si ita legatum. n.2. & 9. vers. tu vero die iurisconsultum. col. penult. post med.* vbi etiam *n.8.* quod sunt duo legata quo ad nominationem duarum rerum, secus quo ad præstationem, quia est vnum *d.§. si ita legatum. l. si duo. in fin. de verb. oblig.*

Neque est facienda differentia inter legatarium, aut hæredem, quia sicut legatarius non potest 31 eligere in parte, † ita neque hæres poterit soluere in parte de vno ex alternatiuis, & partem de altero inuito eo, cui fuit factum legatum *l. in executione. §. pro parte. de verb. oblig. Ias.* in specie *in d. l. si ex toto. §. si ita legatum. col.2. post med. vers. adde tamen idem. n.9. ff. de leg.1. & ibi Alex. col.1. in princ. vers. nota quod quemadmodum. n.3.*

Idem est in domino cui debentur à subditis singulis annis certæ quædam operæ, vel pro singulis 32 operibus tot solidi, † non enim talis creditor poterit petere in vno anno, quod soluatur pars operarum, & pars pecuniæ, nam solum debet petere, & consequi, vel operas integras, vel ipsam pecuniam *Bald. Imol. & Alex. in d. §. si ita legatum. in fin. & ibi Zas. col. vlt. post med. vers. hæc subtilia faciunt. n.11. post Glos. in l. si sterilis. §. fin. in verb. præstari. ff. de act. empt. Surd. cons. 156. n.9. lib.2. Menoch. cons. 341. n.28. lib.4.* licet in diuersis annis posset vno anno præstari pecunia, & alio anno opera; Quamuis enim obligatio censeretur vna *l. Stichum. §. stipulatio. de verb. oblig.* Tamen datur ista electio stante diuersitate temporum, vt notat *Socin. in d. §. si ita legatum. ad med. vers. limita tamen. n.3. per text. in d. l. si sterilis. §. fin. de act. empt.*

Quod etiam extenditur si ille, qui habet electio- 33 nem petendi videlicet pecuniam, vel bona, † acceperit pro aliqua summa pecuniarum domum seu aliam rem in solutum, ista enim datio insolutum facit emptionem *l. vetustissimam. C. de iur. domin. impetr. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos. 14. n.8.* Vnde ex hoc videtur facta declaratio, quod voluerit pecuniam non obstante, quod acceperit domum, cum hoc casu perinde sit, ac si breui manu fuisset accepta illa pecunia, ac postea numerata pro pretio dictæ domus ab eo in solutum datæ, & emptæ; Quare etiam in pecunia reliqua pars sibi debita erit danda, non in bonis, prout in specie electionis concludit *Menoch. cons. 141. n.3. lib.4.* quasi voluntas siue facto, siue verbis declaretur *l. paulus. ff. rem rat. hab. Dec. in c. dilecti. il 2. in 2. notab. de appellat.*

Quemadmodum etiam maritus promittens restituere res in dotem datas, aut certum pretium pro singulis rebus, non poterit aliquas res, & 34 aliquarum rerum æstimationem soluere † *Socin. in l. si ex toto. §. si ita legatum. in 3. notab. n.3. ff. de leg.1.* Quamuis enim promissio restitutionis dotis sit alternatiua iuxta *l. plerumque. de iur. dot.* Non tamen est in electione mariti restituere partem dotis in vna re, & partem in pecunia stante vnitate dotis *Alex. in d. §. si* 35 *ita legatum. in fin.* † Quidquid aliàs quando simpliciter res esset data æstimata, nulla electio esset mariti; quasi tunc sit facta emptio, & sit restituenda quantitas *Bald. in l. quoties. C. de iur. dot. & in l. ex conuentione. C. de pact.* Quasi tunc fingatur, quod maritus breui manu dederit pecuniam pro prædijs ab vxore acceptis, & rursus, quod vxor pro dote eandem pecuniam dederit marito *Becc. cons. 42. n.3. lib.1. Surd. cons. 413. n.13. lib.3.* Quæ quando habeant locum declarat *Couarr. pract. quæst. c.28. n.5. & per tot.*

Ita etiam dicimus, quod licet nemo possit cogi ad factum præcisè, quando offert interesse *l. stipu-* 36 *lationes non diuiduntur. de verb. oblig.* † Tamen si aliquis partem domus fecerit, & postea offerat interesse in reliquo tenebitur nihilominus ad aliam partem domus perficiendam, aut ad præstandum totum interesse *Zas.* qui dicit multum notandum, & nunquam auditum *in l. si ex toto.8. §. si ita legatum. col. penult. post med. n.9. in fin. vers. & per hoc potes noue. ff. de legat.1.* Qui casus poterit addi ad quatuordecim similes, in quibus quis potest cogi præcisè ad factum, nec liberatur præstando interesse, quos ponit latè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.14. tit.32. n.4. vsque ad 26.*

Vltimo adde, quod post lapsum termini transfertur ipso iure potestas eligendi in alterum, adeo vt nunquam etiam re integerrima possit pur- 37 gari mora, † quando enim lex post lapsum termini facit executionem ipso iure, quæ extinguit ipso iure ius morosi, vel transfert illud ius in alium, non attenditur etiam re integra d. purgatio, quæ magis est deneganda in hoc casu, cum agatur ad actionem quærendam, prout in specie electionis post temporis lapsum concludit *Aret. cons. 95. respondeo breuiter. col. vlt. in princ. vers. ad vltimum dubium.* vbi quod contraria procedunt, quando lapsus termini non excludit ipso iure, sed ope exceptionis prout *in l. mancipiorum. de opt. legat.* vbi ius non fuerat extinctum ipso iure, vel in alium transfusum; Ideo debitor si cum potuit non eligit incontinenti, prout debet, non poterit postea eligere *l. cæterum. ff. de solut.* Cum etiam terminus statutus à testatore censeatur peremptorius, quo casu cessat purgatio moræ *Rot. coram R.P.D. Orano Romana bonorum 3. martij 1586. in fin.*

Quare etiam dicimus non esse licitam variationem in eo, qui poterat eligere, quando prima electio trahit secum executionem, † etiam in casibus, in quibus variatio permitteretur *l. apud aufidium. de opt. legat. Surd. cons.* 413. *n. 18. lib. 3.* Vnde si adsint duo debitores eiusdem rei, ita quod stet in facultate creditoris agere contra quem voluerit, si creditor cepit contra vnum agere, potest illo omisso alterum conuenire, sed si vnum exegit, alter liberatur, siue in totum, siue pro parte, prout in totum, siue pro parte primus fuit exactus *l. si ex toto. §. 1. de leg. 1.* † Quamuis enim electio concedatur contra diuersas personas grauatas, tamen electione vnius altera liberatur, si prima electio habuit executionem, exigendo enim ab vno, electio habuit effectum, & consumitur *Ias. in l. serui electione. in princ. n. 2. ff. de legat. 2. & in d. l. si ex toto. §. 1. n. 6. de leg. 1. Surd. cons. 413. n. 18. lib. 3.*

38

39

In quo etiam illud notandum est, quod res non dicetur integra, si statim post datum terminum etiam non elapsum fuerit facta electio per eum, in cuius fauorem illa deuoluitur alio non eligente, licet enim iste elegerit antequam terminus laberetur, tamen conualidata est electio termino adueniente *l. si tibi electio. §. vnius. ff. de opt. legat.* & in puncto ita declarat *Aret. d. cons. 95. col. vlt. post med. vers. praeterea dato. n. 10.* Prout regulariter, quod est inutile à principio per superuenientiam iuris ex post facto conualidatur *Ias. in l. quod in rerum. §. si vsufructum. n. 7. in 4. notab. ff. de leg. 1.*

40

41

Alios casus, quando in alternatiuis electio sit debitoris, vel creditoris, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, † & quid in verbis legis, statuti, rescripti, & iudicis, ac in poenis, & similibus dispositionibus ponit late *Felin. in c. inter caeteras. 4. n. 3. vsque ad n. 17. vbi Ant. Burg. in repet. de rescript. Euerard. in loco à natura alternatiuorum. n. 1. cum seq. dixi supra c. 116. n. 2. & c. 164. n. 14.* † Quibus adde, quod adeo electio erit debitoris, qui tenetur ad duo alternatiue, vt si soluerit vtrumque ex errore, habeat etiam electionem in repetendo *Io. And. Butr. & Imol. in d. c. inter caeteras. per tex. in l. penul. C. de condict. indeb.* † Nisi essent duo rei debendi, quia cum possint se per concursum impedire, datur electio creditori *Bart. in l. plane. C. de condict. indeb. Bald. & Salic. in d. l. penult. C. eod. tit.*

42

43

44

Item adde, quod creditor legati alternatiui duarum rerum eligens ignoranter vnam rem sibi praeiudicat, † adeo vt iste error non excuset ad effectum, vt liceat variare, cum debeat constitui differentia inter electionem in genere, & eam quae est circa alternatiuam *l. si is cui. 19. de leg. 2.* quam multum notandam dicit *Surd. cons. 413. in fin. n. 21. lib. 3. Bart. in l. serui electione. vbi Alex. & Socin. n. 2. ff. de legat. 1.* Quae autem scientia requiratur *Glos. in c. concertationi. in verb. sciuerit. de appellat. in 6. Becc. cons. 37. n. 23. Osasc. decis. 179. n. 4.*

45

EPITOME.

Vsurae pupillares, vt praestentur, quae probatio requiratur. ¶ Interesse damni emergentis, & lucri cessantis, quando incipiat. ¶ Et quibus casibus debeatur, & quomodo probetur. ¶ Vxor soluto matrimonio, quando possit petere vsuras dotis, seu alimenta. ¶ Tutor an excusetur, si habet iustam causam credendi se non fuisse tutorem. ¶ Pecuniae pupilli, quo casu ponendae sint ad honestum lucrum. ¶ Fructus dotis an debeantur mutata persona mariti. ¶ Haeres primi viri, an teneatur dare alimenta secundo viro, cui vidua nupsit. ¶ Maritus recipiens pignus pro dote, an debeat excomputare fructus pignoris in sortem, & an illi debeantur recepta sorte. ¶ Tutor qui negotiatur cum pecunia pupilli an cogendus sit illi restituere omne lucrum. ¶ Et quando teneatur ad interesse, & ad fructus, qui percipi potuissent ex re, quā debebat emere, & non emit. ¶ Et qualiter huiusmodi interesse sit taxandum. ¶ Emptum de pecunia pupilli inuenta in haereditate an sit eius, vel tutoris, & quid in alia pecunia redacta ex venditione bonorum minoris. ¶ Vendens praedia, quae vendere non debebat, an habeatur pro possessore, & fructus restituat. ¶ Casus in quibus interesse non debet probari certitudinaliter, vt in fructibus rei, quae debebat reinuestiri per administratorem, & in legato fructuum, qui erant conuertendi in locis montium, vel similibus.

SVMMARIVM.

1 *Interesse lucri cessantis, & damni emergentis incipit à tempore morae.*
2 *Interesse damni emergentis debetur ante moram, quando à principio id fuit conuentum, & creditor retinet pecunias sub vsuris.*
3 *Vsurae dotis non debentur vxori soluto matrimonio. n. 20. Et si ei dos non restituatur an alimenta ei licitè praestentur. n. 7. & 21.*
4 *Vsurae fauore dotis permissae intelliguntur de marito, qui sustinet onera matrimonij.*
5 *Interesse damni emergentis, & lucri cessantis, vt possit percipi, quae requirantur.*
6 *Requisita Castren. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. procedunt etiam in casu dotis, & ad effectum exigendi vsuras pupillares. n. 9.*
8 *Damnum emergens qualiter per mulierem probetur.*
10 *Vsurae pupillares non praestantur nisi fuerit probatum, quod quis administrauerit tanquam tutor.*
11 *Administrator exigens pecunias domini tenetur ad interesse si eas cōuertit in vsus proprios.*
12 *Vsurae, & interesse debentur minoribus absque interpellatione.*
13 *Mora irregularis, quae contrahitur re ipsa fauore minoris non operatur plus quam mora regularis ex interpellatione, vel lapsu dies.*
14 *Interesse, aut vsurae pupillares non debentur nisi probata negligentia, culpa, vel dolo.*

Tutor

15 *Tutor excusatur si habuit iustam causam credendi se non fuisse tutorem.*
16 *Pecuniæ pupilli non sunt ponendæ ad lucrum, si conditio illius suaderet, quod aliqua retinerentur in area, vel in similibus casibus.*
17 *Fructus dotis, quando debeantur mutata persona mariti.*
18 *Tacita promissio fructuum dotis restringitur ad tempus constantis matrimonij.*
19 *Fructus dotis non possunt licite percipi soluto matrimonio, & quid in anno, in quo contigit diuortium.*
21 *Hæres primi mariti an teneatur dare alimenta secundo viro, cui vidua nupsit.*
23 *Maritus recipiens pignus pro dote non tenetur fructus pignoris excomputare in sortem, quando sustinet onera matrimonij. n. 24. Et fructus debentur recepta sorte. n. 25.*
26 *Tutor si negociatus fuerit cum pecunia pupilli tenetur omne emolumentum, & lucrum eidem præstare. Intellige vt n. 27. 30. & 31.*
28 *Tutor qui non agit illud, quod agere debebat tenetur ad interesse, & ad fructus, qui ex re empta percipi potuissent.*
29 *Tutor conuertens pecunias pupilli in vsus suos, est in dolo, & furtum committit.*
32 *Emptum de pecunia pupilli in hæreditate inuenta spectat ad pupillum, non ad tutorem. Et quid si sit emptum de pecunia redacta ex venditione bonorum minoris. n. 33.*
34 *Administrator quilibet, qui debet rem aliquam emere pro alio, vel ex iuris dispositione, vel ex promissione, vel ex vi mandati, ex inobseruantia tenetur ad interesse. Et qualiter istud interesse taxabitur. n. 35.*
36 *Interesse ratione fructuum, qui percipi potuissent ex re, quam administrator emere debebat dicitur liquidatum ex probatione, quod tot fructus percipi potuissent ex prædio emendo.*
37 *Fructus fructuum locorum montium, qui deberent reinuestiri pro augumento dotis, si leguntur, sunt certi, & non indigent liquidatione, non facta inuestitura.*
38 *Vendens sua culpa prædia, seu loca montium, vel census, quos vendere non tenebatur, habetur tanquam possessor, & tenetur ad fructus illorum.*

CAPVT CCXXXX.

INteresse tam lucri cessantis, quam damni emergentis nunquam incipit deberi, nisi à 1 tempore moræ † *l. socium qui in eo. 61. ff. pro socio. Rimin. Iun. cons. 52. n. 54. lib. 1. Cagnol. in l. curabit. col. 10. post princ. vers. quinto limita. n. 53. C. de act. empt. Honded. cons. 38. n. 9. & 10. lib. 1.*

Nec obstat, quod interesse damni emergentis debeatur etiam non existente mora *Rebuff. in l. vnica. in princip. n. 13. vers. immo licet. C. de 2 sent. quæ pro eo quod inter.* † Quia hoc procedit, quando à principio expresse conuentum esset, vt ante moram resarciretur interesse damni emergentis, & creditor retineret pecunias sub vsuris, tunc enim, quia est in damno, cum potuisset se à dictis vsuris liberare, debitor tenetur illud resarcire *Nauar. de vsur. in 15. notab. n. 42. vers. tertio inter omnes. Couar. lib. 3. variar. resolut. c. 4. n. 5. col. 6. post princ. vers. quid si vere constet creditorem. Honded. cons. 50. in fin. n. 41. lib. 1.*

Ex istis colligitur veriorem esse opinionem, quod non debeantur vsuræ dotis vxori soluto matri- 3 monio, † & quicquid dicto nomine daretur esset vsura, quam recipere non poterit *c. super eo. de vsur.* & in specie ita concludit *Castr. in l. diuortio. in princip. n. 6. ad fin. col. 4. post med. vers. sed si peteret dotem. ff. solut. matrimon. Anchar. cons. 150. n. 4. Ruin. cons. 49. n. 14. lib. 2. Afflict. decis. 284. n. 1. & ibi late Vrsill. n. 6. vers. in muliere vero vidua. Thesaur. decis. 43. n. 2.* vbi de communi *Roland. cons. 55. n. 18. & per tot. lib. 2. Neuiz. cons. 74. n. 3. late Couar. lib. 3. var. resolut. c. 1. n. 3. col. 6. post princ. vers. sexto hinc etiam constat.*

Neque obstat *c. salubriter. de vsur.* vbi permittuntur vsuræ fauore dotis. Quia intelligitur de ma- 4 rito, qui sustinet onera matrimonij, † in quorum compensationem illas licite recipit, quæ ratio cessat in muliere, vnde nihil poterit petere, aut recipere ob dictam solutionem retardatam *Bart. in l. at qui natura. 20. §. non tantum solutam. n. 1. de neg. gest. Abb. cons. 39. ad fin. n. 6. lib. 2. Alex. cons. 141. n. 4. lib. 5. Menoch. cons. 7. n. 12. lib. 1.* Quicquid contrarium sequantur *Molin. de primog. hisp. c. 5. n. 6. lib. 4. & Thesaur. decis. 43. n. 4.* vbi quod inter maritum, & vxorem nulla sit in hoc casu differentia, Quia contraria opinio est verior, vt late per *Barbos. in l. 2. in princ. n. 40. vsque ad 44. ff. solut. matrim.*

Poterit tamen licite percipi interesse damni emergentis, seu lucri cessantis *Afflict. decis. 284. n. 4. Neguz. de pign. p. 5. m. 5. in fin. n. 17. vers. pri- 5 mo modo. Menoch. cons. 7. n. 15.* † Dummodo tamen in vtroq; casu probentur requisita ad damnum, & lucrum spectantia. Quod videlicet, circa interesse lucri cessantis, probetur illam esse lucraturam, si pecunia ei fuisset soluta etiam in potentia propinqua illud acquirendi, cum alijs requisitis de quibus per *Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco. Rimin. Iun. cons. 318. n. 99. & 100. lib. 2. Mascard. conclus. 933. n. 17. Peguer. decis. 33. n. 2. Aym. cons. 320. n. 6. Honded. cons. 50. n. 30. lib. 1. & cons. 38. n. 40. lib. 2. & cons. 39. n. 3. eod. lib. Rot. coram R. P. D. Penia Ro- 6 man. bonorum 14. ianuarij 1600.* † Quæ requisita etiam in casu dotis, de quo agimus habent locum *Aym. cons. 912. n. 11. Menoc. cons. 7. n. 16. late Bolognet. cons. 14. n. 2. Barbos. in l. 2. in princ. n. 48. ff. solut. matrim.* & declarat etiam *Imol. in l. diuortio. 8. in princ. n. 15. & ibi Alex. n. 23. & 7 25.* † dum volunt, quod mulier non petat in libello alimenta propter retardatam solutionem dotis, quia hoc saperet vsuram, sed fundet se in interesse lucri cessantis, quod esset habitura, si dos suo tempore illi fuisset restituta.

Afflict.decis.284.n.3.Paris.cons.64.n.1.lib.4.

Quantum vero ad damnum emergens, etiam illius probatio esset facienda per mulierem, vt ei debeat resarciri ob moram dotis non restitutæ, 8 † quod probabitur si mulier accepit mutuo pecuniam, vt se aleret, & erat inops, vel quando fuit coacta accipere pecuniam ad interesse, vel incidit in pœnam promissam in aliquo contractu per eam celebrato in similibus casibus, in quibus debetur dictum damnum emergens, vt per *Sot. de iustit. & iur. lib.6. quæst.1. art.3. in princ.* cum alijs late in specie allegatis per *Barbos. in l.2. in princ. n.44. vsque ad 48. ff. solut. matrimon.* Ita vt non sufficiat probare etiam quo ad interesse damni emergentis, vt debitor non soluerit in tempore, & quod creditor accepit pecunias sub vsuris, nisi etiam iustificetur, quod propter retardatam solutionem illas acceperit, cum sit possibile ex alijs causis accepisse *Rot. per Mohed. decis.103. incip. Simon centurio. n.1.* de qua *Honded. cons.50. n.30. in fin. vers. quæ procederent. lib.1.* & multa adduxi supra *c.67. n.17.*

Immò nè dum in casu dotis erunt probanda d. requisita quò ad interesse lucri cessantis iuxta *Castr. in l.3. de eo quod cert. loc. cum alijs supra allegatis,* 9 † Sed etiam ad effectum exigendi vsuras pupillares, quæ dicuntur maximæ vsuræ, in quibus quoque dicta probatio requiretur, vt per *Rot. coram R.P.D. Penia Roman. bonorum 23. maij 1599.* vbi etiam allegatur quod alias ità sensisse videtur *Rot. coram R. P. D. Gypsio Auximana Tutelæ. post* Caputaq. *decis.46. lib.3. in manuscriptis,* & declarat *Gabr. cons.26. n.9. lib.1.* vbi quod debet probari culpa, & negligentia tutoris, quod scilicet prædia essent venalia, & summam idoneam pecuniæ habuerit iuxta doctrinam *Bart. in l. tutor qui repertorium. §. si post. in fin. ff. de administ. & pericul. tutor. Dec. cons.177. in causa quæ proponitur. in fin.* & sequitur *Honded. cons.39. n.5. lib.1.*

Et magis dictæ vsuræ pupillares non præstarentur, si non fuisset probatum, quod quis administrauerit tanquam tutor, 10 † cum non sufficeret administratio iuncta cum fama, quod aliquis administret nomine tutoris, nisi cætera requisita, & adminicula concurrant *Socin. cons.153. lib.2. Mohed. decis.228. alias 6. de præscript. Rot. coram R. P.D. Penia Roman. bonorum. n.23. maij 1599.* 11 † Quicquid aliud sit in interesse ad quod tenebitur administrator, aut alius procurator exigens pecunias domini, vel ratione contrectationis, quando in vsus proprios conuertit, vel in alijs casibus, de quibus per *Honded. cons. 38 n.38. & 39. lib.2. post Doctor. in l.1. C. mandat. & in l. si vero non remunerandi. §. si mihi. ff. eod. tit.*

Verum est, quod minores gaudent priuilegio, vt absque alia interpellatione debeant eis restitui pecuniæ cum vsuris, & interesse, 12 † cum sola ætas interpellet *l.1. §. vlt. de vsur. Castr. in l. in minorum. C. in quib. caus. restit. Menoch. de arbitrar. cas.120. n.11. & 18. & cons.7. n.20. Ruin. cons.26. n.33. ad med. lib.3. Socin. cons.57. in causa restitutionis. col.10. in fin. n.43. lib.4.*

Tamen quamuis contrahatur re ipsa mora irregularis, & sine interpellatione, 13 † non ex hoc sequitur, quod ista mora debeat plus operari, quam operaretur mora regularis inducta per lapsum diei, aut per interpellationem *Bald. in l. in minorum. n.1. in fin. C. in quib. caus. restit. Honded. cons.48. n.33. lib.2. Capic. decis.14. n.20.*

14 Vnde † in vtraque mora requiretur probatio negligentiæ, culpæ, vel doli, cum istis cessantibus non veniat interesse, aut vsuræ pupillares *l. tutor. §. qui post. de administr. tutor. Gabr. cons. 26. n.9. lib.1. Rot. per R.P.D. Peniam Romana bonor. 23. maij 1599.* 15 † Vbi etiam quod excusabitur tutor, si habuit iustam causam credendi se non fuisse tutorem *Curt. Iun. cons.239 col.3. & 4. lib.3.* Prout quando mater non declarasset prius se nolle esse tutricem, cum d. declaratio requiratur *Ang. Salic. Corn. & alij in l. matres quæ puberes. C. ad tertull.* 16 † Cum neque semper sint ponendæ pecuniæ ad lucrum, quando videlicet conditio pupilli suaderet, vt aliquæ retineantur in arca, aut in similibus casibus *Corn. cons.243. n.9. lib.3. Borell. cons.31. n.64. Costa de iur. & fact. ignorant. distinct.24. cent.1. n.12.* Vbi etiam, quod excusaretur, si non poneret damnio idem emolumentum, quod ex pecunia pupilli ad lucrum posita redigi posset *Magon. decis. Florent. 1. n.42. & 55.*

Quibus adde, quod fructus dotis minus erunt debiti mutata persona, cum enim sint præstandi ratione onerum matrimonij, 17 hoc priuilegium est personale, quod per mutationem personæ tollitur, ideo non competit hæredi, aut cessionario, nec monialibus; Quicquid alias matrimonium spirituale gaudeat priuilegio competenti coniugio carnali, quamuis aliud esset in vsuris præteritis, quæ poterunt cedi, & percipi per cessionarium, vt multis comprobaui supra *c.143. n.39. vsque ad 44. Surd. cons.269. n.9. & 11. lib.2.*

Neque obstat, quod ista alimenta, & fructus dotis videantur potius percipi ratione tacitæ promissionis dotis, quæ resultat ex fine, & natura illius, non autem ratione retardatæ solutionis, cum dotis datio ex sui natura inducat quandam tacitam promissionem dandi alimenta vxori *l. dotis fructus. 8. in princ. de iur. dot.* 18 † Quia hæc tacita promissio restringitur ad tempus constantis matrimonij, nam eo soluto cessat matrimonium, & verum nomen dotis; vnde debet etiam cessare obligatio mariti ex eo resultans, vt declarat *Bald. in l. quod in vxorem. 13. n.1. C. de neg. gest. Ancharr. cons.150. n.4. Socin. cons. 126. diligenter. col. vlt. in princ. n.5. in fin. lib.1. Catell. in memorab. in verb. dos soluto matrimonio vers. quid autem si hæredes. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi. n.47. ff. si cert. pet.* Cessante igitur post solutum matrimonium tacita promissione alendi vxorem, dicendum est, quod alimenta, & fructus, qui percipientur, intelliguntur dati ratione retardatæ solutionis, & sic in frau-

fraudem vsurarum, quæ neque fauore dotis, aut piæ causæ permittitur *c. super eo. de vsur.* Quicquid dicat *Matth. Coler. de processꝭ. execut. p. 1. c. 10. n. 71. cum sequentib.* vbi quod pro dote solui possunt vsuræ, quasi moderata concessio vsurarum sit licita, & magis vtilis, quàm perniciosa quem sequitur *Thesaur. decis. 42. n. 4. vers. & fac. unt quæ pulchrè*. Quia eorum opinio est erronea, & non debet admitti, cum de iure vsuræ sint prohibitæ, siue moderatæ, siue excessiuæ *c. in ciuitate. de vsur.*

Ita etiam neque maritus licitè percipit fructus dotis soluto matrimonio, 19 † quasi tunc desierit esse maritus. nec amplius adsit matrimonium; Quamuis iustè perciperet in anno quo contingit diuortium, quasi durauerit matrimonium pro aliqua parte anni, & sic attento initio anni licitè dicetur percepisse argumento *l. vnic. C. de vsucap. transform.* & in specie ita concludit *Socin. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur. 72. n. 199. de verb. oblig. post Bart. ibid. n. 13. Barbos. in l. diuortio. 8. §. ob donationes. n. 20. ff. solut. matrim.* Et quando ob retardatam solutionem dotis debeantur fructus marito post mortem vxoris, & an tunc dicatur sustinere onera matrimonij existentibus filijs dicam infra *in capit. particulari*.

Prædicta omnia sunt vera, & secundum magis communem opinionem, de qua etiam latè testatur *Thesaur. decis. 42. n. 2. & 4 in fin. vers. ceterum*, 20 † vbi quod esset contra stimulum calcitrare, si quis vellet defendere vsuras, & fructus dotis deberi mulieri post annum luctus, licet de æquitate possit succurri viduæ orbatæ viro, cum in ea præponderet magna ratio incommoditatis, & damni, prout in marito respectu onerum matrimonij, quam æquitatem considerat *Nauar. de vsur. n. 67. & in manual. c. 17. n. 213. vers. secundum posse. & c. 14. q. 3. n. 75.* & dixi supra *c. 143. n. 8. in fin. & decis. 126. n. 4.* 21 † Vbi quod si dos non restituitur mulieri suo tempore, possunt illa salua, recipi alimenta, quod etiam voluit *Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 2. col. fin. post med.* cum alijs per *Menoch. cons. 8. n. 20. ad fin. lib. 1. Thesaur. d. decis. 43. n. 4. in fin.* Quamuis contra omnes supradictos teneat *Barbos. in l. 2. in princ. n. 41. vers. tertio amplia. ad med. ff. solut. matrim.*

In quo tamen notandum est, quod idem *Barbos. in d. l. 2. in princ. n. 42. vers. infertur. ff. solut. matrim.* non approbat consilium *Grat. 56. n. 3. lib. 5.* 22 dum † voluit, quod hæres primi mariti teneatur dare alimenta secundo viro, cui vidua nupsit, quasi d. heres non promiserit huic secundo marito restitutionem dotis. Quod tamen non est tutum, cum verior sit opinio *Grati* ex his, quæ latè dixi supra *c. 144. n. 22. vsque ad n. 25.* Quibus adde *Rot. coram R. P. D. Manzanedo* 23 *Maceraten. interusurij. 22. Maij 1606.* † vbi etiam quod vxor habens bona sui primi mariti, in quæ fuit ammissa in possessionem, & illa retinens loco pignoris, si ea posteà assignauit secundo viro, ipso iure fuit in illum translata actio personalis contra heredes primi viri *l. 2. C. de act. & oblig. l. 1. C. eod. tit.* & consequenter transit pignus ad secundum maritum, donec restituatur dos ab heredibus primi viri *Ruin. cons. 53. n. 28. lib. 2.* Quasi translata actione personali, censeatur etiam translatum pignus *l. si* 24 *insolutum. C. de act. & oblig.* † Neque maritus tenebitur fructus pignoris excomputare in sortem dotis, quando sustinuit onera matrimonij *c. salubriter. de vsur.* Vnde neque secundus vir excõputabit *Bart. cons. 178. in fin. lib. 1. Plot. de in lit. iuran. n. 464. Grat. cons. 56. n. 3. lib. 1.* dixi suprà *c. 144. n. 22. cũ sequẽtib. Surd. de alim. tit. 1.* 25 *q. 45. n. 50.* † Adeò vt etiã dicti fructus debeantur recepta sorte, quãdo iure actionis sunt debiti *l. si marito. §. si fundum. solut. matrim. Cephal. cons. 485. n. 113. Rot. coram R. P. D. Decan. Roman. consignationis depositi. 24. Maij 1595. & per R. P. D. Ludouisium Rauennaten. fructuum 28. februarij 1603. & coram R. P. D. Manzaned. Maceraten. interusurij. 22. Maij 1606.*

Vltimò adde circa ea quæ dicta sunt de tutore, quod si is negotiatus fuerit cum pecunia pupil- 26 li, † omne emolumentum, & lucrum ad ipsum pupillum pertinebit *authent. nouissimè. C. de administr. tutor.* cum bona fides non patiatur, vt ex alieno quis lucrum sentiat *l. idem quæ &* 27 *in fundo. 10. §. si procurator. ff. mandat.* † Intelligendo quando pupilli nomine, & vt tutor ipsius negotiatus fuisset; Nam si proprio nomine, solum pertinebit ad pupillum lucrum redactum ex rebus primo loco cum pecunia pupilli emptis, non autem lucrum perceptum ex rebus emptis posteà ex pecunia inde redacta, illud enim erit tutoris *Bald. in l. si patruus. 4. col. 1. commun. vtriusque iudic.* Tenetur enim tutor perinde ac si pecuniam in vsus suos conuertisset, & consequenter sicut olim tenebitur ad vsuras *l. idemque. 10. §. si procurator. ff. mand.* Ità 28 hodie † ad interesse tenebitur, idest ad damnum, quod sentit, aut ad lucrum non factum à pupillo ex eo quod tutor non egit illud, quod agere debebat, & poterat, & consequenter ad fructus, quos percepisset ex prædijs, quos emere debebat *§. quoniam verò. authen. vt qui oblig.* & in specie declarat *Gabr. cons. 26. n. 10. lib. 1.* sequitur *Honded cons. 39. n. 4. & 6. lib. 2.* quod etiam voluit *Rot. coram R. P. D. Penia. Roman. bonorum. 26. Iunij 1602.*

Nec facit, quod fuerit in dolo tutor conuertens 29 pecunias pupilli in vsus suos † *Socin. cons. 159. in præsenti. col. 2. in fin. n. 10. lib. 2.* Ità vt dicatur furtum committere illis vtendo *Menoch. de arbitr. cas. 220. n. 11. Bauer. de mora. p. 2. n. 9.* 30 Quia † satis est, vt ratione dictæ contrectationis teneatur ad vsuras, prout olim tenebatur, in quarum locum hodie succedit id, quod eius interest, & sic tenebitur ad relarciendum damnum, in quo sufficit pupillum non esse, atque id superlucrari, quod lucratus fuisset, si non extaret dolus; Vnde cum nihil intersit, nisi quatenus prædia empta non sunt, tutor non erit obligatus ad aliud, quàm ad fructus, quos ex illis

illis percepisset *Ambar. in c. conquaestus. de vsur. post Bart. in l. tutor. §. si post. de adminiſt. tut. Honded. conſ. 82. n. 22. lib. 2. Caualcan. de curator. n. 115. & deciſ. 37. n. 10. Aym. conſ. 433. n. 19. lib. 3.*

Neque eſt inconueniens, quod tutor in hoc casu lucretur, cum huiuſmodi lucrum non veniat 31 ex pecunia pupilli, † ſed ex pecunia redacta ſuo nomine ex rebus emptis cum pecunia pupilli *l. qui vas. 49. §. fin. de furt. Bald. in l. ſi patruus. col. 1. poſt med. verſ. ſed prout ſecundo modo. n. 2. C. commun. vtriuſque iudic.* Ex huiuſmodi enim contractu ſicut incommodum fuiſſet tutoris, ita etiam commodum eſſe debet *l. ſecundum naturam. 10. de reg. iur.* Stante praeſertim lucro facto per tutorem ſine diſpendio pupilli, cui ſatisfactum eſt, ſi tantum habeat, quantum habuiſſet, ſi praedia ad eius vtilitatem fuiſſent comparata, prout tutor ex debito ſui officij facere tenebatur *Bart. in l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt. ff. de admin. tut. Socin. conſ. 2. in fin. n. 16. lib. 1. Roland. conſ. 49. n. 34. lib. 1.* Ita tamen vt habeatur ratio lucri, quod factum eſt ex rebus primo loco emptis cum pecunia pupillari; Illud enim ad pupillum pertinebit, vt dictum eſt ex *Bart. & Salicet. in l. ſi patruus. C.* 32 *commun. vtriuſque iudic.* † Nam de iure emptum ex pecunia pupilli inuenta in haereditate ipſius ſpectat ad pupillum, non autem ad tutorem *l. 2. ff. quando ex fact. tut. l. ſi curator. C. ar-* 33 *bitr. tut. Veg. conſ. 60. n. 12.* † quicquid diuerſum ſit in alia pecunia redacta ex venditione bonorum minoris, cuius lucrum pertinet ad tutorem ex ſupra allegatis, & concludit etiam *Monter. deciſ. Arag. 29. n. 49. Menoch. conſ. 213. n. 66. lib. 3.*

Et quamuis praedicta procedant in tutore, Tamen extenduntur ad quemlibet adminiſtratorem, 34 † vel alium, qui tenetur rem aliquam emere pro altero, vel ex iuris diſpoſitione, vel ex promiſſione, vel in vim mandati acceptati, praeſuppoſita enim obligatione emendi, ex inobſeruantia ſuccedit obligatio ad intereſſe, etiam fauore maioris, ne dum minoris *l. ſi procurator. 8. §. mandati actio. & l. ſi mandauero. 22. §. iulianus ſcribit. & §. ſicut autem ff. mandat. Roman ſing. 179. iure hodierno. Plot. in l. ſi quando. §. 5. n. 27. C. vnde vi. Bero. conſ. 128. n. 15. lib. 3.* Vnde reſpectu rationis intereſſe in eo quod percipi potuiſſet ex re empta, nulla ſpecialitas eſt in minore, ſed huiuſmodi ratio habetur fauore cuiuſcunque, qui patitur intereſſe ob emptionem non factam *l. ſi fundus. 36. ad fin. verſ. nam & ſi colonus. ff. locat. Alex. conſ. 31. col. 3. ad fin. verſ. conſiderandum. n. 11. lib. 6. & ibi late Natt. in addit. in verb. empturus fundum. Menoch. conſ. 7. n. 16. lib. 1. Honded. conſ. 39.* 35 *n. 3. lib. 2.* † Vbi ex hoc concludit, quod liquidatio iſtius intereſſe taxabitur in ea quantitate reſpectu fructuum, qui ex illa re percipientur, ſi empta fuiſſet *Idem Honded. conſ. 82. n. 22. lib. 2. Aym. conſ. 433. n. 19. lib. 3.*

Et hic eſt caſus, in quo non requiritur, vt intereſſe ſit probatum certitudinaliter, Nam quamuis in probando intereſſe lucri, quod quis facere potuiſſet ex aliqua negotiatione, debeant concurrere illa tria requiſita per *Caſtr. in l. 3. de eo quod certo loco. cum alijs ſupra allegatis.* 36 *verſ. poterit. n. 5.* † Haec tamen non habebunt locum in caſu, in quo praetenditur intereſſe ratione fructuum, qui percipi potuiſſent ex re, quam debebat adminiſtrator emere iuxta doctrinam *Bart. in l. tutor. §. ſi poſt. de adminiſt. tut.* Cum ſatis dicatur concludens dicta liquidatio ex probatione facta, quod tot fructus percipi potuiſſent ex illo praedio emendo, etiam in eo, qui non eſt ſolitus negotiari *Alex. conſ. 31. col. 3. ante fin. verſ. ſecundo non obſtat. n. 10. & 11. lib. 6. Lup. de vſur. commentar. 1. §. 6. n. 117. in fin. Menoch. conſ. 7. n. 16. lib. 1.* & in ſpecie *Honded. conſ. 39. n. 13. verſ. minus in caſu iſto repugnat. lib. 2.*

Idem quando eſſent legati fructus fructuum locorum montium, qui deberent inueſtiri pro augu-37 mento dotis, † tunc enim ſunt certi, ita vt alia liquidatione non indigeant, & debentur mulieri non facta reinueſtitura, etiam non probatis requiſitis per *Caſtr. in l. 3. de eo quod cert. loc.* Cum etiam tunc poſsint peti tanquam augumentum dotis, & ſic non conſiderantur vt vſurae vſurarum, licet ſint fructus fructuum *Rot.* in ſpecie *coram R. P. D. Orano Roman. bonorum in fin. 20. decembris 1585.*

Prout econtra vendens ſua culpa praedia, ſeu loca montium, aut cenſus, quos vendere non debe-38 bat, † habendus eſt tanquam poſſeſſor dictorum praediorum, cenſuum, & locorum, & conſequenter tenetur ad fructus illorum, ac ſi non fuiſſent vendita *l. ſi fine. §. modeſtinus. il 2. ff. de adminiſtr. tut. Rota* in terminis *coram R. P. D. Penia. Roman. bonorum. 26. Iunij 1602.* & voluit *Gabr. conſ. 26. n. 8. lib. 1. Honded. conſ. 39. n. 4. & conſ. 82. n. 17. lib. 2.*

EPITOME.

Debitor quando excuſetur à mora irregulari, ſi non adſit perſona legitima, cui pro minore poſsit ſolui. ¶ Et quid ſi ad eum pertineat tutela, & ſucceſsio. ¶ Et an hoc caſu ſufficiat admonere minorem, vt curatorem petat, vel etiam debeat facere illum realiter dari, & an requiratur actualis oblatio. ¶ Minores quando gaudeant priuilegio, vt abſque interpellatione debeant eis reſtitui pecuniae cum vſuris, & intereſſe. ¶ Fructus legitimae an debeantur ſtatim à die mortis ſicut ipſa legitima, & quando illam non reſtituens teneatur ad fructus etiam conſumptos bona fide. ¶ Mora an incurratur ob non ſolutionem canonis haereditate iacente, & quando ſit opus reſtitutione. ¶ Excuſandi an ſint debitores ab vſuris quando non adeſt perſona, cui poſsit ſolui, quamuis illae eſſent debitae propter moram regularem contractam per interpellationem. ¶ Et in quo differant vſurae con-

conuentionales ab illis, quæ debentur ex officio. ¶ Et quo casu sufficiat protestatio debitoris, quod solueret, si adesset persona legitima, cui posset solui. ¶ Vsuræ conuentionales an debeantur propter moram irregularem. ¶ Et quid in pœna legali, & conuentionali, & in vsuris debitis ex officio Iudicis. ¶ Propter moram, quando quis teneatur de fructibus perceptis, & percipiendis. ¶ Et quid in venditione rei sterilis, & an in ea consideretur perceptio alterius vtilitatis, vt veniant vsuræ compensatiuæ. ¶ Mora, quamuis sit delictum an transmittatur. ¶ Administratores Reipublicæ, ecclesiæ, & fisci an teneantur ad interesse ex mora irregulari. ¶ Maritus an posit consequi vsuras dotales, quamuis eadem die non fuerit in loco destinatæ solutionis. ¶ Alimenta, quando sint præstanda etiam nulla data mora.

SVMMARIVM.

1 *Minores habent priuilegium, vt absque interpellatione debeant eis restitui pecunia cum vsuris, & interesse. n.2. & 3. Fallit quando etiam debitor est minor. n.51. Declara, vt n.53.*

4 *Mora irregularis cessat post minorem ætatem. Intellige, vt n.5.*

6 *Fructus percepti post aditam hæreditatem non computantur in legitimam.*

7 *Retinens legitimam, quæ est præstanda filio ipso iure tenetur ad fructus, quamuis consumptos bona fide.*

8 *Fructus legitimæ statim debentur à die mortis sicut ipsa legitima. Amplia, vt n.9.*

10 *Mora irregularis non consideratur, nec venit interesse, quando minor non habet personam legitimam, cui soluatur.*

11 *Debitor excusatur à mora irregulari ob iustam causam, quæ erit talis, quando creditor non est in loco cui possit solui, quamuis adsit iuramentum. n.12 & 14. Intellige, vt n.13.*

15 *Emphyteuta non incidit in pœnam, si non adest cui possit solui. Amplia quamuis non fuisset protestatus. n.17.18. & 19. Declara vt n.20.*

16 *Mora non committitur mortuo stipulatore sine hærede.*

21 *Mora non incurritur, si canon non soluatur hæreditate iacente, neque opus est restitutione. n.22. Intellige vt n.23.*

24 *Debitor minoris tenetur ad vsuras, & interesse absque interpellatione, quando ad eum pertinet tutela, & successio, neque excusatur quamuis non adsit persona legitima, cui possit solui. n.25. Amplia vt n.26. Et an sufficiat admonere minorem, vt curatorem petat, vel debeat etiam facere illum realiter dari. n.27. & 28. & an requiratur etiam actualis & realis oblatio. n.30. & 31.*

29 *Intellectus l. ita autem. §. si tutor. ff. de adminiſt. tutor. & l. fin. C. arbitr. tut.*

32 *Debitor excusatur ab vsuris, quando non adest persona, cui possit solui, quamuis illæ essent debitæ propter moram regularem contractam per interpellationem. Intellige vt n.33.*

34 *Vsuræ conuentionales, & debitæ ex officio Iudicis in quo differant ad impediendum cursum vsurarum, quando non adest persona, cui possit solui.*

35 *Absentia creditoris, aut hæreditas iacens, quando excuset à mora, itaut non opus sit protestatione debitoris, quod solueret; & quid si debitor vellet aliquid acquirere. n.37.*

36 *In pari culpa melior est conditio rei.*

38 *Agens ad vsuras debet probare, quod adfuerit legitimus procurator.*

39 *Mandatum requiritur ad accipiendum canonem, neque sufficit, si procurator sit constitutus ad recipiendam caducitatem.*

40 *In casibus in quibus requiritur depositio, & consignatio, vel oblatio tantum, quando excusetur debitor à mora, tam in vsuris futuris, quæ non cœperunt currere antequam creditor se absentauerit, quam in præteritis, & iam decursis.*

41 *Vsuræ conuentionales non debentur propter moram irregularem, & quid in illis, quæ sunt debitæ officio Iudicis. n.42. Et quid in pœna conuentionali, & legali. n.43.44. & 45.*

46 *Obligatio quo ad interesse facilius committitur, quam circa pœnam.*

47 *Propter moram tam regularem, quam irregularem tenetur quis de fructibus perceptis, & percipiendis. Et de ratione. n.48. Fallit stante casu fortuito. n.49.*

50 *In venditione rei sterilis mora irregularis an indueat vsuras compensatiuas, & quando consideretur perceptio alterius vtilitatis.*

52 *In pari causa melior est conditio possidentis.*

54 *Mora est delictum, & quando transmittatur.*

55 *Administratores Reipublicæ, Ecclesiæ, & Fisci tenentur ad interesse ex mora irregulari. Intellige vt n.56.*

57 *Hæres socij, qui pecuniam hæreditatis administrauit an teneatur ad interesse pecuniæ à tempore mortis socij morosi.*

58 *Maritus an possit consequi vsuras dotales, quamuis eodem die non fuerit in loco destinatæ solutionis.*

59 *Socer, & eius hæredes, aut alij qui de iure tenentur nuptam alere etiam nulla data mora coguntur soluere alimenta.*

CAPVT CCXXXXI.

IN casu proposito. Prima sit conclusio. Minores gaudent priuilegio, vt absque interpellatione debeant eis restitui pecuniæ † cum 1 vsuris, & interesse *l. in minorum. C. in quib. caus. in integ. restit. Soc. cons. 57. in causa restitutionis. col. 10. in fin. n.43. lib.4. Ruin. cons. 26. n.33. ad med. vers. & maxime. lib.3.* Itaut illud interesse à debitore quantitatis moroso debeatur non solum pro primo anno, sed pro singulis, 2 quidquid † secus esset in debitore speciei, seu pretij ex specie redigendi *Magon. decis. Florent. 103. n.19. Honded. cons. 38. n.6. lib.2.*

Secunda

Secunda conclusio. In contractibus bonæ fidei, 3 legatis, & fideicommissis, † licet fauore minoris contrahatur mora re ipsa,& sine interpellatione,vt dictum est *Capic. decis. 14. in fin.* Tamen intelligitur, donec durat minor ætas annorum vigintiquinque, Nam interim mora com- 4 mittitur, † sed adueniente maiori ætate cessat pro tempore futuro,postquam factus est maior *l.titia seia.89. §.vsuras. de leg.2. Gabr.cons.121. in fin.n.60,lib.1.Munnoz. de ratiocin. administrat.c.15.n.30.vsque ad n.33.* & voluit *Salic.in l.in minorum.in fin. n.6. vers. hinc est quod minore. C.in quib.caus.in integr.restitut.*

Quamuis autem cessante minori ætate cesset mo- 5 ra irregularis, vt dictum est. † Tamen quando essemus in legato pro legitima alicui debita, tunc istud interesse deberet præstari vt fructus legitimæ, ex qua omne grauamen etiam dilationis tollitur *l. quoniam in prioribus. C. de* 6 *inoffic. testam.* † Ideò fructus percepti post aditam hæreditatem non computantur in legitimam, quia illa statim detrahitur *Salic.in l.scimus. §.repletionem. C. de inoffic. testam.* Vnde retinens legitimam,quæ est præstanda filio ipso iure absque dilatione, & omni mora reiecta, 7 teneretur ad fructus, † sicut in omnibus iudicijs bonæ fidei iuxta dispositionem *d.l.in minorum.C.in quib.caus.restit.in integr. Boer.decis. 3.in fin.n.17.* vbi ampliat,quamuis tales fructus essent consumpti ab hærede bona fide possidente *Bald.in l.non est ambiguum.q.9. C.famil.erciscund.* Et fructus legitimæ statim debentur à 8 die mortis, † sicut ipsa legitima *Glos. in l.in fideicommissariam. 8. ff. ad trebell. vbi Rip. col. penult. ad med. vers. vnde bene.n.46.* quæ magis procederent, quando quantitas legata pro le- 9 gitima non excederet, † sed esset minor legitima, vt omnia supradicta late firmat *Franc. decis.16. n.11.& 12.*

Tertia conclusio. Quando minor non habet personam legitimam, cui solueretur non consideratur mora irregularis,nec venit interesse,qua- 10 si † tunc nihil possit imputari debitori, cum etiam si soluere vellet, non posset *Sadolet. in l. quod te.n.80 ff.si cert.petat.& est tex. in l. cum quidam.17.§.si pupillo.vbi Glos.in verb.non potuit. ff.de vsur. & ibi Florian.in princ. Salic.ad med.n.2.* sequitur *Honded.cons.36.n.15.lib.2.*& voluit *Alex.cons.92. perspectis.col. 3. post med.* 11 *vers.alia etiam ratione.n.9.lib.1.* † Cum legitima causa excuset debitorem à dicta mora irregulari *Glos.in l.sed & si reipublicæ. 23.de vsur. & in l. aut prætor.7. in verb. vltra. ff.de minor. Rot.Genuens.decis.30.n.7.*

Quæ etiam procedunt,quamuis adsit iuramentum 12 debitoris de solutione facienda, † excusatur enim à mora semper, quando creditor non est in loco ,cui possit solui *Bauer. de mor.p. 3. col. antepenult.n.17. vers.vltimo subde vnum .tom. 9. p.2.fol.410. Seraphin. priuil.iuram.47. Honded.cons.36.n.27. lib.2.* Dummodo prius interpellatus non soluerit, & postea offerat quando 13 nemo est,qui recipiat,† Prout è conuerso,si creditor oblatam pecuniam noluit, & postea reperit debitorem, quem soluere non valentem interpellat, tunc enim dolose versatur *Glos. in l.emptorem.in fin.de act.empt.l.illud. vers. omnia integra. de peric. & commod. rei vendit.* & bene declarat *Castr.in l.si reus paratus.col.2.in tex. ibi qui præsente domino. ff.de procurat. Ce-* 14 *phal.cons.8.n.7. & 8.lib.1.* † Et quando non est aliquis,cui possit solui multa adducunt *Addentes ad Seraphin.priuileg.iuram.47.n.15.Hering. de fideiussorib.c.23.n.52.Dec.cons.566. in fin. n. 4.& 5.Tiraq.de retract.lignag.§.9.glos.fin.Mising.obseruat.95.cent.3.*

Et idem erit in similibus casibus, prout in Em- 15 phyteuta, qui non incidit in pœnam † si non adest, cui potuisset rectè solui *Bald.in l.2. in fin.C.de iur.emphyt. Corbul. de caus.priuat. ob non solut. canon. limit. 9.* Prout etiam mortuo 16 stipulatore sine hærede, † cui cum non possit solui, neque mora committitur *Honded. cons. 39.n.17.lib.1.post Alex.cons.92.n.9. lib.1.*

Quod etiam procedit, quamuis Emphyteuta non 17 fuisset protestatus,quod canonem solueret, † si adesset,qui reciperet,quasi huiusmodi protestatio non sit necessaria, cum enim verè non adsit, qui canonem recipiat, vna mora cum altera compensatur, & neuter dicitur esse in mora, Cum etiam lex præsumat quem velle soluere debitum, ne moram incurrat, quæ cadit in delictum, vt latè declarat *Alex. cons.92. n.10.* 18 *vsque ad n. 14. lib. 1.* Et est verior opinio † & magis communis, quam seruat *Rot.* de qua per *Corbul.de caus.priuation.ob non solut.canon.limit.9.n.2.post Mandos.in prax signatur. grat. in verb. pensiones. vers. quaero destinata erat.* Quamuis non esset inutile protestari, consigna- 19 re,seu† deponere ad abundantiorem cautelam, quæ nunquam nocet *Dec.cons.566. promisit. in fin. vers.nec obstat quod notat.n.5.*

Intelligendo tamen dummodo non prouideatur de Rectore Ecclesiæ antequam biennium com- 20 pleatur, † Tunc enim debet soluere emphyteuta, neque excusabitur, quod non adsit persona, cui potuisset solui, & cadet à iure suo vt per *Rot. in causa Romana casalis Trufesellæ. 4. maij 1582.* de qua per *Corbul. de causa priuation. ob non solut. canon. limitat.10.in fin.vers. si tamen ecclesia.n.4.*

Idem erit,si canon non fuerit solutus hæreditate 21 iacente, † quasi tunc non adsit,cui legitimè soluatur; ideò nulla mora incurritur *Corbul.* qui de veriori opinione testatur *de caus. priuation. ob non solut.canon. limit. 9. n. 4.* contra *Specul. de locat. §. nunc aliqua.q.19.n.30.* qui voluit rem cadere in commissum, quamuis non soluatur pensio hæreditate iacente per triennium, licet concedatur restitutio *l. 1. & l.si per prætorem.ff.ex quib.caus. maior.* Et quod non 22 sit opus restitutione † concludit etiam *Alex. cons.92.n.9.col.4.ad fin.lib.1.Bald.in l.2.in fin. vers.quid si dominus decessit.n.24. C.de iur.emphyt.per tex.in l.si prædio.18. ff.de in diē addict. Host.in summ. titul.de locat.§.quid sit de natura col.3.*

col.3.in princ.verſ.quod ſi hæreditate domini iacente.n.12.ad med.Iaſ.in l.2.col.16.ad fin.q.20. verſ.in hoc puncto teneo.n.61. C. de iur.emphyt. 23 quidquid † aliud ſit mortuo debitore ſine hærede, quaſi tunc caſus contingens in perſonam debitoris non debeat variare conditionem obligationis, ideo conceditur reſtitutio *Iaſ.ibid. n. 61.in fin. Din.in c.cum quis in ius. 14. n.5. de regul.iur.in 6.*

Quarta concluſio. Debitor Minoris tenetur ad vſuras,& intereſſe abſque interpellatione, quan-24 do ad eum pertineret tutela,& ſucceſſio,† tunc enim eſt tutor legitimus, quare debet curare quod detur pupillo alius tutor. Quamuis enim debitor non debeat petere tutorem, Tamen hoc intelligitur in extraneo, cui nec defertur tutela legitima, nec ſucceſſio, vnde ſecus in eo, qui eſt tutor legitimus, talis enim dicitur in culpa non petendo tutorem, & propterea tenetur ad intereſſe, non quia tutor, ſed quia negligens in 25 in procurando, † quod conſtitueretur legitima perſona, cui fieret ſolutio, quaſi in eo ceſſet æquitas, quæ conſideratur in alio debitore, qui non dicitur in culpa non ſoluendo, cum non exiſtat creditor idoneus, cui poſſit ſoluere, ideo in eo mora non committitur *Gloſ.in l.pecunia. 9. §.fin.in verb. opponetur. de vſur. Fulgoſ.in l.cum quidam. §.ſi pupillo. ff. eod.tit.* Quare in tutore maior culpa, & maius delictum conſideratur non procurando, vt detur tutor, qui recipiat ſolutionem, quo non facto ceſſat æquitas, & incurritur mora, quæ non admittit aliquam excuſationem, vt in ſpecie concludit *Franc. deciſ.16. n. 6.* quem refere, & ſequitur *Rot.coram R.P.D.Penia Romana bonorum.14.ianuarij.1600.*

Quibus adde, quod hæc neceſſitas petendi curatorem, cui reliqua Minori debita ſoluantur, 26 non ſolum † incumbit agnatis,& cognatis, qui ad ſucceſſionem,& tutelam vocantur, ſed etiam alijs quibuſcunque tutoribus, ſi intereſſe reliquorum velint euitare, prout etiam illorum hæredibus *l.ita autem.5. §.ſi tutor. ff.de adminiſtr. tutor. l.tutor. qui repertorium. 8. ad fin. verſ.pecuniæ.eod.tit.Gloſ.in l.cum quidam. 17. §.ſi pupillo.in verb.non potuit. de vſur. Gaballin. eod.tit.n.298.ad med. Munnoz.de ratiocin. adminiſtr.c.15.n.37.verſ.ego tamen.*

Amplius non ſufficeret admonere puberem, vt cu-27 ratorem petat, † ſed etiam debet facere illum ei realiter dari, vt talem moram purget, Niſi minor eſſet eius ætatis, induſtriæ, & peritiæ, vt ſciat, vel ſcire poſſit, quem ſibi curatorem aſſumere magis interſit, ſibique ſuper hoc conſulere valeat, ſi enim ignarus eſſet, & inexpers non diceretur tutor bona fide verſari per interpellationem factam tali minori, niſi etiam propinquos illius monuiſſet ad huiuſmodi effectum 28 præſtationis curatoris, † prout late declarat *Munnoz. de ratiocin.adminiſtrat. c.6.n.29. & c.15. n.38. poſt Gaball.de vſur. n.298. & 299.* vbi ita intelligit *tex.in d.l.ita autem. §.ſi tutor. ff. de adminiſtr.tut.& l.fin. C.arbitr. tutel.* quæ 29 iura, † & ſimilia debent declarari de adulto, & capaci talium denunciationum, aut interpellationum, quia alias præſumeretur in dolo non faciendo ſuppleri imbecillitatem adulti cum vocatione propinquorum *Aym. conſ.319.*

Immo etiam tam tutor, quam hæredes tutoris non ſolum debent requirere minorem, vt reliqua recipiat frequentibus denunciationibus *l.* 30 *fin. C. de vſur.pupillar.*† Sed etiam eſſet neceſſaria præciſe realis,& actualis oblatio reliquorum cum pecunia in manu, quaſi verba non ſufficiant, vbi opus eſt facto *l. vlt. in fin. ff. ad ſillanian.* & in ſpecie ita reſoluit *Rot. Genuenſ. deciſ.204.n.5.poſt Gloſ.in l.fin.in verb.voluntatis. C.de vſur.pupillar.* 31 † intelligendo tamen in debitore, qui noluit ſoluere minori præſente tutore parato recipere metu reſtitutionis in integrum, qui tunc non excuſaretur a mora, niſi realiter deponeret, hoc enim caſu ſemper vſuræ currerent ex mora irregulari etiam ſi offerret ſoluere realiter tutori, Cum aliud ſit in eo, qui paratus eſt ſoluere ipſi tutori, qui non eſt, vel abeſt, tunc enim neque mora, neque dolus ei imputari poteſt, ideo ſufficeret oblatio verbalis, neque requireretur realis, aut alia conſignatio *l.fin. §. pecuniæ. de vſur.*& in ſpecie ita diſtinguit *Gaballin. eod. tit. §. 39. n. 298.in fin.*ſequitur *Munnoz. de ratiocin.adminiſtr.c.15.n.44.*

Quinta concluſio. Excuſatur quis ab vſuris alias debitis, quando non adeſt perſona, cui ſecure poſſit ſolui ſors principalis, non ſolum quando dictæ vſuræ deberentur ex mora irregulari, vt 32 dictum eſt, † ſed etiam ſi eſſent debitæ propter moram regularem contractam per interpellationem *l.ſi fundus.4.§.fin.de leg. commiſor. Iaſ. in l.ad diem.77.in fin.verſ.ſecundo limita.n.5. de verb.obligat.Purpur.in l. vinum. n. 24.ff. ſi cert.petat. Aret.conſ.161. col.2. n. 2. Alex. conſ. 172. viſis & opportune. n. 2. lib. 2. Tiraq. de retract.lignag.§.9.gloſ.3.n.20.*

Quæ tamen intelliguntur in vſuris debitis ex officio iudicis, Nam ſi deberentur ex conuentio-33 ne † non impediretur curſus illarum, niſi eſſet ſeruata diſpoſitio *l.ſi acceptam. C. de vſur.* Eſt enim facienda diſtinctio inter vſuras conuentionales, & debitas officio Iudicis, Nam in iſtis impeditur curſus vſurarum, ſi non adſit perſona, cui debitor poſsit ſecure ſoluere debitum principale *d.l.cum quidã §.ſi pupillo. ff.de vſur.* 34 Quod ſecus eſt † in conuentionalibus, nam in eis non ſufficit, quod non adſit legitima perſona, cui poſsit ſolui ad effectum, vt non currant dictæ vſuræ conuentionales, niſi debitor coram Iudice proteſtetur de huiuſmodi impedimento, vel eius iuſſu debitum deponat, vel conſignet *Aret.conſ.161. col.3. poſt med. n. 2. Iaſ. in l. ad diem.77.n.5. de verbor. obligat. Barboſ. in l. de diuiſione.5.n.37.ff.ſolut.matrim.*

Abſentia tamen creditoris, aut hæreditas iacens 35 excuſaret à mora, † ita vt non opus ſit proteſtatione debitoris, quod ſolueret ſi adeſſet creditor, aut hæres in loco, Quamuis enim

id

id fieri possit secundum *Bart. in l. si reus paratus. ff. de procurat.* Tamen est ad maiorem cautelam, nam de necessitate non requiritur oblatio, aut protestatio *Dec. cons. 566. promisit. in fin. n. 5. Rimin. Sen. cons. 72. n. 14.* & ita seruat *Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Romana caducitatis. 20. may. 1602.* late *Alex. cons. 92. per ipsectis. col. 5. in princ. n. 10. lib. 1. Afflict. decis. 316. n. 2. Mandos. in prax. signat. grat. vers. destinatum.*

36 *Mohedan. decis. 303. n. 1.* † Ex quo enim in loco nullus comparuit, in pari culpa melior est conditio rei *l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 566. n. 5.* Tunc autem ista protestatio

37 requireretur, † quando debitor vellet aliquid acquirere, aut constituere creditorem in mora, ad hoc vt res suo periculo pereat *Gozad. cons. 57. n. 5. Honded. cons. 36. n. 19. lib. 2.* secus vero, quando debitor vult solum se excusare à mora, ne teneatur ad vsuras *Ruin. cons. 151. n. 5. & 6. lib. 1.* Et hanc distinctionem approbat etiam *Rot. coram R. P. D. Orano Romana*

38 *fructuum dotis de Cesis. 4. maij. 1598.* † Itaut onus probandi, quod adsuerit legitimus procurator ad recipiendum incumbat agenti ad vsuras *Alex. cons. 92. n. 12. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Romana caducitatis. 20. maij. 1602.*

39 vbi etiam † quod mandatum debet esse ad recipiendum canonem, cum non sufficiat, si procurator fuerit constitutus ad recipiendam caducitatem.

Quæ tamen sunt intelligenda de vsuris futuris, quæ non cœperunt currere antequam creditor

40 se absentauerit, aut decesserit, † In casibus enim, in quibus non sufficit sola oblatio, sed requiritur depositio, & consignatio, puta ad impediendum cursum vsurarum iam cœptarum non excusatur debitor, quamuis non adsit cui soluatur, postquam vsuræ cœperunt currere. Aliud est quando sumus in casibus, in quibus sufficit sola oblatio, nec requiritur depositio, aut consignatio, quando videlicet tractatur de effectu non incurrendi moram, vel pœnam, aut cursum vsurarum nondum cœptarum. Tunc enim sola oblatio sufficit, si est cui offeratur, sed si non adest redditur securus debitor absque aliqua protestatione, & oblatione *Honded. cons. 36. n. 20. lib. 2. post Alex. cons. 92. n. 9. lib. 1. Vincent. de Franc. decis. 227. n. 4.*

Sexta conclusio. Vsuræ conuentionales non de-

41 bentur propter moram irregularem † *Gloss. in l. sed & si respublicæ. §. fin. de vsur.* & de veriori opinione, quidquid alij contrarium sentiant, testatur *Barbos. in l. de diuisione. 5. n. 36. & 37. ff. solut. matrim.* Vbi etiam quod neque veniunt vsuræ debitæ officio Iudicis ex mora irregulari, quamuis aliud sit, quando fauore minoris

42 esset contracta mora irregularis, † quia tunc venirent vsuræ pupillares *lattia seio. §. vsuras. de legat. 2.* cum alijs supra adductis *in prima conclusione.*

Septima conclusio. Mora irregularis non suffi-

43 cit, vt debeatur pœna conuentionalis, † nam ad illam committendam requiritur mora incursa per interpellationem *l. penult. ff. quand. dies legat. ced. Bart. in l. si ita stipulatus. 115. col. vlt. in princ. vers. sed quidquid dicatur. q. 6. n. 54*

44 *de verb. oblig.* † Quod etiam erit necessarium in pœna legali *c. 1. §. licet. si de feud. fuerit controu. Innoc. in c. extirpandæ. de præbend. Aret. cons. 149. n. 4. & 10. Barbos. in l. de diuisione 5. n. 38. vers. constat igitur. ff. solut. matrim.* Et fa-

45 cit ratio, † Nam si mora irregularis non est sufficiens, vt debeatur interesse, vt dictum est in *sexta conclusione*, Multo minus sufficiet, vt committatur pœna promissa *Aret. cons. 149. n. 10.*

46 *Aym. cons. 246. n. 1.* † Maxime quia facilius committitur obligatio quo ad interesse, quam circa pœnam *Gozad. cons. 27. n. 10. Aym. cons. 192. n. 17.*

Octaua conclusio. Non solum propter moram regularem tenetur quis de fructibus perceptis

47 & † percipiendis *l. apud iulianum. alias incip. affricanus. 40. §. 1. de legat. 1.* Sed etiam propter moram irregularem contractam fauore minoris tenebitur quis soluere vsuras, quas non percepit, licet potuisset percipere, si voluisset, cum satis sit, quod habeat facultatem percipiendi *Ias. in l. si seruum stichum. alias incip. si seruum stipulatus fuero. 91. in princ. n. 8. de verb. obligat. Barbos. in l. de diuisione. 5. n. 57. in fin. vers. verior igitur intellectus. ff. solut. matrim. Cagnol. in l. curabit. n. 35. col. 7. ad fin. vers. secundo ampliatur. C. de act. empt. Socin. cons. 133. n. 12.*

48 *lib. 1.* † Quasi iuris interpretatione perinde sit, ac si illos percepisset, cum sua negligentia non perceperit, ideo ad illorum æstimationem tenebitur *l. iulianus. §. ex vendito. de act. empt.*

49 *Corn. cons. 59. n. 5. lib. 3.* † Quidquid aliud sit stante casu fortuito, puta sterilitate, aut simili causa, ob quam fructus percipi non potuerunt *l. fistulas. 78. §. frumenti. ff. de contrah. empt. Bero. in c. 1. n. 28. & 133. de vsur.*

Verum obseruandum est, quod si vendatur res sterilis, mora irregularis non induceret vsuras

50 compensatiuas, † Requiritur enim fructuum perceptio, quæ si non interueniat, non est locus prædictis vsuris, quantumcunque alias quæque vtilitas percepta fuerit, quia non probatur iure propter prædictam vtilitatem deberi vsuras compensatiuas absque interpellatione, non obstante quod vbi venditur res sterilis non videatur habitus respectus ad fructus; qui ex ea percipi non possunt, sed magis ad aliam vtilitatem, quæ ex ea percipitur, qua licet emptor vsus fuerit, non tamen ex hoc tenebitur ad vsuras pretij, quia vt dictum est, sumus in vsuris compensatiuis, quas mora irregularis non inducit, nisi interueniat perceptio fructuum secundum veriorem opinionem, quidquid alij non bene sentiant, de qua testatur *Aret. cons. 149. n. 10. Benintend. decis. 29. n. 6. Barbos. in l. de diuisione. 5. n. 54. ff. solut. matrim.*

Nona conclusio. Quamuis mora irregularis habeat locum ad fauorem pupilli contra debitorem, qui tenebitur ad interesse, & vsuras, vt dictum

51 dictum est. † Tamen si debitor esset etiam minor, priuilegia conquassantur *Ias.in auth. quas actiones.C.de sacros.eccles.*& in specie notat *Petr.de Bellapertic. in l.minorum.col.2.in fin.vers. sed quæro ponamus minor est debitor n. 2. C. in*
52 *quib.caus.in integr.restit.* † Itaut in pari causa melior sit conditio possidentis *l.verum 12.§.vlt. de minor.* de quo tamen latius distinguit *Cyn. in d.l.in minorum.ad fin.q.14.n.20.*

Intelligendo tamen dummodo mora iam non esset
53 cœpta cum defuncto maiore, † nam tunc currit etiam contra minorem *l. æmilius largianus 39.de minor.* Supradicta enim procedunt quando moritur testator instituto hærede pupillo, qui tunc ex facto suo læditur, & ideo priuilegia conquassantur, secus autem quando mora esset cœpta cum maiore, quamuis enim minor succedat, nihilominus mora trāsmittitur in eū tamquam hæredem *l.cum patri familias.27. de vsur.* Nam sufficit semel moram fieri, vt vsu-
54 ræ & fructus perpetuo debeantur, † & quamuis mora sit delictum, quod non deberet transmitti *l.quod te.ff.si cert.petat.l. si ex legati causa. de verb.obligat.* Tamen hoc est propter effectum moræ, quæ durat,& porrigitur ad hæredē quasi iam sit cōmissa cū defuncto *Saliect. & Florian. in d.l.cum patri familias.27.de vsur* ad notat.*in l.1.C.ex delict.defunctor.in quant.hered.cōuen.*

Decima conclusio. Administratores Reipublicæ,
55 Ecclesiæ, fisci, † & similium tenentur ad interesse ex mora irregulari,si interim non soluunt illud, in quo remanserunt reliquati vigore administrationis, cum tales æquiparentur minoribus *c.1.de restit.in integr.l.respublica. C. ex quib.caus.maior.Glos.in §.ex maleficijs.in verb. iudicij.instit.de action.*& in specie ita cōcludit *Glos in l.cum quidā.17.§.ex locato.in verb. inferunt.de vsur.Roman.in l.si ex legati causa. de verb.obligat.Petr.de Bellapertic.in l.in minorū col.3.post med.vers.sed quæro debitor minoris.C.*
56 *in quib.caus.in integr.restit.Munnoz.de ratiocin.administrat.c.15.n.33.* † vbi intelligit quando tales haberent personam legitimam, cui reliquorum solutio fieret, vt dictum est supra *in tertia conclusione.*

Vndecima conclusio. Hæres socij, qui pecuniam
57 hæreditatis administrauit † non tenebitur ad interesse pecuniæ a tempore mortis socij morosi, quamuis facti sui rationē reddere debeat, & lucrum post mortem quæsitum restituere teneatur *Glos.in l.sociū qui in eo.61.in princ.vers. sed si aut vsus.in verb.nullā talē.ff.pro socio.* De quo tamē *in l.actione.§.si certā rē.et in l.et actio ff.eod. tit.* & dicetur Deo dāte *in c. particulari.*

Et prædictis colligitur non posse considerari in casu de quo agimus restitutionem fructuum, aut aliquod interesse ad fauorem minoris non extante persona cui solutio fieret, cum præsertim non simus in legitima tutore, neque ad successionem vocato, nec in alio tutore, qui finita tutela remanserit reliquatus, vt dictum est supra *in tertia & quarta conclusione.* Quidquid in alijs casibus contrahatur mora irregularis ex priuilegio minoris ætatis, fisci, Ecclesiæ, vel Reipublicæ tam in interesse, quam in fructibus, vt *in prima, secunda, octaua, nona, & decima conclusione*; Itaut neque requiratur protestatio impedimenti, nec depositum cum non adsit interesse conuentionale, in quo sicut in pœna neque etiā sufficeret mora irregularis sed interpellatio requireretur, prout dictū fuit supra *in quinta, sexta, & septima conclusione.*

Non tamen erit omittendum, quod quando su-
58 mus in vsuris dotalibus † poterit maritus illas consequi,licet eodem die non fuerit in loco destinatæ solutionis, cum vir etiam ante dotis liquidationem possit petere alimenta a socero, qui tenebatur alere, quiquid aliud sit in extraneo, qui ad huiusmodi onus alimentorum non adstringitur, Maritus enim in proposito comparatur emptori, & vsuræ dotales æquiparantur fructibus *l.fructus. 13. C. de act. empt.Corn.cons.145.col. vlt. in princ. n. 25. ad med. lib. 2.* & ita in specie distinguendo concludit *Surd.de aliment.tit.1.q.42.n.131.* Quamuis diuersum sit in alijs casibus, in quibus solutio esset facienda in certo loco, licet certa dies sit adiecta,nō enim inducitur mora per lapsū diei, nisi probet creditor se in eadē die fuisse in loco solutionis *Bart.in l.itē illa.18.ff.de const. pecun.*

Et facit quia socer, eiusve hæredes, aut alij qui de iure tenebantur nuptam alere etiam nulla
59 data mora † coguntur soluere alimenta, quia maritus illa præstando facit quod prædicti facere tenebantur, eorum negotium vtiliter gerendo, propterea ab eis repetit quod ad ipsos spectabat, cum etiam in hoc casu detur marito actio negotium gestorum, & suggerat æquitas quod quis non locupletetur cum iactura mariti seruando æqualitatem, prout in emptore prædij, qui licet non faciat moram circa pretij solutionem, restituit tamen fructus perceptos, dum retinet pretium; Ita omnia supradicta late comprobat *Surd.de aliment.tit. 1.q.42. n.16.vsque ad n.22.*

EPITOME.

TVtor & Minor an obligentur etiā sine decreto si apponāt pactum de retrouendendo incontinenti in emptione per eos facta. ¶ Et multa de intellectu *l. 1. in fin. de rebus cor.* ¶ Obligatio minoris an valeat ad fauorem fisci. ¶ Minor accipiens sine decreto emphyteusim cum onere soluēdi canonem an teneatur ad illius præstationem, & quādo aduersus eā restituatur. ¶ Obligatio annui redditu an reputetur inter immobilia. ¶ Ecclesia, Minor Mulier, & similes personæ, quæ læduntur in pretio an rescindant in totum contractum, vel agant ad supplementum pretij. ¶ Filiusfamilias emendo prædium quando faciat valide pactum de retrouendendo, itaut pater teneatur illi stare. ¶ Ecclesia an possit facere pactum addictionis in diem in re per eam empta, & quo casu habeat restitutione in integrum. ¶ Habens facultatem redimendi ex pacto an præferatur vicinis,& consanguineis,qui vigore statuti possunt retrahere, & vendicare rem venditam.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo appositum in emptione facta per minorem non potest poni ex interuallo, secus incontinenti. n.9. & 13. & est verior opinio & magis communis. n.19.*
2 *Venditor potest in venditione rei suæ ponere conditionem magis sibi visam.*
3 *Pactum de retrouendendo dicitur pars pretij.*
4 *Bona minorũ nõ possũt hypothecari sine decreto.*
5 *Hypotheca minoris nõ valet quãuis sit facta pro solutione pretij rei per ipsum empta, etiam si talis venditio fieret tutori. n.6.*
7 *Venditor potest retinere hypothecã super re vẽdita, & ipsã rem, donec pretium sibi soluatur. n.8.*
10 *Intellectus* l.1. in fin. ff. de reb. corũ. *n. 11. & 16. & an in eo contineatur mendum. n.14. & an sit irrationabilis, & extẽdatur ad alios casus præter hypothecam. n.18.*
12 *Finis dominij vnius est immediate principium, & origo alterius.*
15 *Obligatio minoris valet ad fauorem Fisci.*
17 *Lex habens varios intellectus non potest allegari ad decisionem causarum.*
20 *Minor accipiẽs rẽ in emphyteusim cũ onere soluẽdi canonẽ tenebitur ad illius præstationẽ, neque opus erit decreto. Fallit. n.21. Intellige vt n.29.*
22 *Obligatio annuæ præstationis tã respectu dantis quam accipiẽtis an reputetur inter immobilia.*
23 *Obligatio secundaria, & in consequentiam non consideratur.*
24 *Minor in emphyteusi damnosa aduersus immodicam pensionem restituitur.*
25 *Ecclesia læsa in concessione emphyteusis non rescindit in totum contractum, sed reducit pensionem arbitrio boni viri.*
26 *Minor læsus in pretio an repetat ipsam rem vel agat ad supplendum pretium, & quid si lædatur in alienatione.*
27 *Mulieri læsæ in rebus dotalibus æstimatis datis viro qualiter sit subueniendum.*
28 *Prohibitus vendere neque potest annuos redditus constituere.*
30 *Ecclesia emens aliquam rem non potest facere pactum addictionis in diẽ ex interuallo secus incontinenti, & quando habeat restitutionem in integrum.*
31 *Filiusfamilias emendo prædium potest incontinenti facere pactum de retrouendendo, & pater tenetur habere ratam emptionem cum d. onere. Limita vt n.32*
33 *Habens facultatem redimendi ex pacto præfertur vicinis, & consanguineis habentibus potestatem vendicandi rem venditam vigore statuti, quando hoc pactum esset incontinenti appositum, secus si ex interuallo. n.34.*

CAPVT CCXXXXII.

MInor quando possit emere cum pacto retrouendendi Dixi *supra c.26.* vbi quod istud pactum non videtur posse apponi ex interuallo sine solemnitatibus, † quasi dicatur alienatio *Castr. cons. 112. viso themate. in fin. lib. 1.* Quidquid aliud sit, quando d. pactum interponeretur incontinenti in ipsamet emptione, quo casu potest venditor adijcere conditionem, & legem magis sibi visam, † Itaut minor teneatur cum illo onere acceptare, vel in totum repudiare *l. quoties. C. de donat. quæ sub mod.* & in specie ita distinguit *Ias. in l. contra. §. si filius. in 4. notab. de pact.* cum alijs per *Surd. decis. 344. n. 25.* † cum præsertim illud pactum censeri debeat pars pretij *l. fundi partem. 79. de contrah. empt.*

Prædictis tamen dicebatur obstare, quod non valeat huiusmodi obligatio, quasi res minoris nõ possint hypothecari sine decreto † *l. & si præses. C. de præd. minor. l. si pupillorum. §. 1. de reb. eorum.* Adeo vt non solum prohibeatur minor obligare rem simpliciter suam, sed etiam illam, quam emit, & pretium non soluit, quamuis venditor ea lege, & pacto vendiderit, vt res vendita sit sibi obligata, donec pretium per minorem soluatur, † Nam ista hypotheca minoris neque valet pro huiusmodi pretij solutione tex. est notabilis in *l. 1. §. si minor. quod est final. ff. de reb. eor.* cuius legis dispositio procedit etiam si venditio fieret tutori, cum militet eadem ratio, quæ in minore; † vt declarat *Gozad. cons. 15. n. 17. et per tot.* Et quãuis contrarium in tutore sequatur late *Curt. Iun. cons. 146. & 147. per tot. lib. 1. & Cagnol. in l. 2. q. 36. n. 148. C. de pact. inter empt. & vendit.* Tamen contra eos est verior opinio, vt testatur *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. n. 10. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 53. vers. sed eam differentiam. C. de bon. mater. Menoch. de arbitr. cas. 171. n. 31.* quem refert & sequitur *Simoncel. de decret. min. lib. 2. tit. 6. inspect. 1. n. 15. Alciat. respons. 121. n. 2.*

Et tamen potius videbatur dicendum illud pactũ valere, cum in eodem contractu fuerit appositũ tãquam sit pars ipsius venditionis *l. fundi partem. de contrah. empt.* † Ne præsertim fraudetur venditor, qui aliter non vendidisset, nisi hypothecam retineret super re vendita *l. si quis aliam. 46. de solut.* prout supra dictum est in simili de pacto de retrouendendo in eodem contractu apposito, cum etiam in nullo lædatur minor se obligando iuxta formam illius pacti cum † de iure communi possit venditor rem venditam retinere iure pignoris tanquam pignus, donec pretium soluatur *l. iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. l. hæreditatis. de hæred. vel act. vẽdit. l. quod si nolit. §. idẽ marcellus. de ædil. edict. Bald. in l. traditio. col. 2. q. 3. C. de act. empt.*

Non est tamen recedendum à supra firmatis; Contraria enim procedunt, quando illud pactum seu hypotheca fuit per minorẽ apppolita ex interuallo, non autem si incontinenti † vt in specie declarat *Cuman. in d. l. 1. in fin. ff. de reb. eor. Alciat. in l. si tibi pecuniam. in fin. ff. si cert. petatur. n. 21. vers. nec ego. Afflict. in c. 1. n. 10. de feud. dat. in vic. leg. commissor. Neguss. de pignor. 4. part. princ. n. 37. Gozad. cons. 15.*

Verum ista responsio est contra *tex. in d. l. 1. in fin. ff. de reb. eor.* vbi adsunt illa verba ab initio obligationis inhesit, † per quæ apparet pactum non fuisse appositum ex interuallo, sed incontinenti, vt considerat etiam *Tiraq. de retract.*

conuen t.

conuent.ad fin.tit.n.13. Gozad.cõs.15.Pinell.in l. 1. C. de bon.mater.p. 3.n. 52.vers.patet igitur. Menoch.de arbitrar.cas.171.n. 31. post Alciat. respons.121.n.2.

Dicendum est igitur consideranda esse duo tem-11 pora in proposita facti specie; † Alterum in quo res venditur minori, alterum in quo eidem fuit res tradita, & in eum translatum dominium, In neutro istorum temporum potest consistere hypo heca minoris, Nam in primo tempore, quando res venditur, minor non poterat obligare illam rem, quam emit pro securitate venditoris, donec pretium solueret, cum non esset ei res tradita, quasi vendens, nõ autem minor esset dominus illius stante d. sua reseruatione, Idem est considerando tempus post traditionem, quia tunc minor erat factus dominus, ideo non poterat alienare, nec obligare bona sua, vt dictum est sine decreto, & sic non est mirum non valere hypothecam in hoc casu, quia statim quod res desinit esse venditoris incipit esse emptoris, Vnde non potest dari aliquod tempus, neque considerari vllum interuallum, in quo possit contrahi huiusmo-12 di hypotheca, † quasi finis dominij vnius sit immediate principium, & origo alterius *l. fin. C.commun.de successiõn.l.placet de acquir. hared.c.grãdi.de suppl neglig.pralat.in 6.* Et ita in specie respõdet *Cald.de restit.in integr.in verb. contractum fecisti. n. 9. vers. nobis vero.* Quod non est in casu pacti retrouendendi, de quo agi-13 mus, † cum enim in re mea possim apponere legem mihi magis visam circa eiusdem rei reuocationem, sequitur quod minor emens remaneat illa lege obligatus, quasi tunc res afficiatur, & obligetur antequã sit effecta sua quod non est in hypotheca, quæ non potuit apponi ante, neq; post acquisitionem ex supra allegatis.

Et ista responsio videtur magis tuta, quam alia, 14 quod *in d.l.1.§.si minor.* adsit mendũ, † vt videtur probare *Tiraq.de retract.conuent.ad fin.tit. vers.igitur vt id concludam.n.13.* subdens quod illũ tex. pro contraria sententia validitatis hypothecæ allegauit *Bal.cons.415.illa solemnitas. lib.2.* Adde etiam *Bar.in l.item quia.in fin.prin. ff.de pact.* Vbi citat hunc eundẽ tex. quasi obligatio minoris valuerit, quod etiã aduertit *Pinell.in l.1.p.3.n.52.vers.non immerito igitur.C. de bon.mat.* licet ibi subdat, quod non potest adesse aliquod mẽdũ, cũ in pãdectis florẽtinis littera illa sic se habeat *Menoc.de arbitr.cas.171.n.31*

Præsertim quia post *d.l.1.ff.de reb.cor.in l. 2.* quæ 15 subsequitur, datur limitatio ad pręcedẽtia, † vt illa nõ habeant locum in fisco, ad cuius fauorem valeret d. obligatio minoris, quia ipso iure res fisci est hypothecata per legẽ *Ias.in l.itẽ quia.n. 20.ff de pact.Rimin.in §.2.n.13.inst.quib.alien. lic.vel non.Menoc de adipisc.remed.3.n.75.76. et 82.Palat.Rub in c.per vestras.§.26.de donat. int.vir.& vxor.Gozad.cons. 17.n.10.& n. 13. vers.non obstat doctrina.* Vnde apparet, quod respectu priuati erit dicendum obligationem esse nullam, & egere rescripto imperiali, vt conualidetur *l.2.ff.de reb.cor.*

Omitto alias responsiones ad *d.l.1.§.si minor.de* 16 *reb.cor.* cum vnusqu sq; suam afferat, † vt late *per Cuman.ibid.et Simõcell.de decret.inspect.1. lib.2.tit.6.n.15 vsq;ad 19. Caualc. de tut.n.246. vers.tamẽ ego intelligo.Menoc.de adipis.remed. 3.n.75.& 82.& de arbitr.cas.71.n.31 Barbos.in l.si cõstãte.24 n.118 vsq.ad n.126.ff.solut.matr. Valas.de emph.q.35.n.4. Vinc.de Franch.decis. 369.n.8.Mantienco in l.2.tit.3.lib.5.ordinamẽti. gl.1.n.17.Pinell.in l.1.p.3.n.52.cũ seq.C.de bon. matern.Alciat.in l.si tibi pecuniã.in fin.ff.si cert. pet.Vasq.de success.creat.lib.1.§.10.n.72.ampl.4. Fabian.de empt.& vendit.q.7.princ.n.1.Valasc. consul.77.n.9.Loffred.cons.3.Prece.de subfeud.q. 40.col.1.& 2.vers.an assensus. Fulgos. in l. item quia.n.2.de pact.* qui omnes diuersas interpreta-17 tiones afferunt *ad d.l.1.* † quã tanquã habẽtem varios intellectus nõ posse allegari ad decisionẽ causarum dicit *Idem Frãc.d.decis.369.n.8.* Cũ etiam alij illam legem dicant irrationabilem, 18 duram, † rigorosam, & non extendendam ad donationem, pactum de retronendendo, & similes casus, sed solum seruandam in casu d. hypothecæ, vt per *Barbos.Valas.Pinell.& cæteros supra allegatos.* omissis multis alijs, qui de interpetratione eiu'dẽ legis tractãt, ne lõgior sim.

Hæc addidi respondẽdo contrarijs supra oppositis pro defensione eorum, quæ dixi *c. 26.* a quibus non est recedendum, cum sint magis rece-19 pta, & vltra *ibid.* relatos † de magis communi opinione testatur *Valas.de emph.q.35.n. 5. ad med.vers.receptius tamen.* Vbi quod licet quæstio multum sit controuersa, nihilominus tenẽdum est obligari minorem emẽtem cum pacto de retrouendendo incontinenti apposito ad illam conuentionẽ tanquam validã, prout etiam veriorem sentẽtiã dicit *Barbos.in l. si constante. 25.in princ.n.124 ad fin.vers.ex qua consideratione inferas.ff.solu.matr. Cald. de rest.in integ. n.9.in fin.vers.qua conclusio.post Gozad.in l.2. n.144.& ibi Cagnol.n.123.C.de pact.inter emp. & vẽdit.Caualcan.de tut.n.246.Bal.Castr.Ias. Boer.& alij* de quibus *Simonell.de decret inspectio.1.lib.2.tit.6.n.14 cũ seq.Iser.in c.1. de feud. dat.in vic.leg.comiss.& ibi Affl.n.10.Couar.lib.1 var.resolut c.14.n 6.Surd.cons.290.n.62.lib.2.et decis.344.n.25.p.2.*& de communi etiã testatur, quidquid ipse cõtrariũ sẽtiat *Caual.de.tut.n.246*

Quibus adde, quod dicimus in simili de minore, 20 qui accipiendo rem in liuellum, † seu emphyteusim cum onere soluendi canonem tenebitur ad illius præstationem tanquam se valide obligauerit; Hoc enim pactũ videtur pars pretij, & quodammodo necessarium, & consentaneum, & pro securitate conuentionis adiectum, & iustum, ne pupillus fidem fallat, quã debet seruare, cum est sine damno nam acquisiuit, non alienauit, ideò non erit opus decreto, & quamuis in consequentiam sit obligatus ad pensionem, tamen illa obligatio inest acquisitioni, ideo est permittenda, cum censeatur pretium emphyteusis, prout late concludit *Valasc. de em-*

21 *phyteus. q.36.n.3.usq. ad n.7.* † Quidquid aliud fit quando minor non acciperet, sed daret in emphyteusim, quod non permitteretur sine decreto *l. sed & pecuniam. §. si ius. de reb. cor. l. etiam. C. de præd. minor.*

Neque obstat *Paris. cons.* 85. *n.* 9. *lib.* 3. Vbi quod obligatio annuæ præstationis tā respectu dan-22 tis, † quàm recipientis reputetur inter immobilia *clem. exiui. §. eúque annui. de verb. signif.* Quia hoc procedit cum minor se obligauit principaliter ad annuam præstationem, hoc enim requirit decretum, & causæ cognitionem, secus quando inest onus rei donatæ, vel in emphyteusim acquisitæ, quia tunc principaliter acqui-23 rit, † & obligatio d. annuæ præstationis tanquam secundaria, & in consequentiam non consideratur *l. fin. de leg. 3. l. conditio pupilli. de condit. & demonstr.*

Maxime quando non esset damnosa emphyteusis, nam alias aduersus immodicā pensionem resti-24 tueretur, † prout aduersus alios contractus *Vasal. de emph. q.* 35. *n.* 5. *in fin.* Agendo ad pretij diminutionem, Prout econtra dicimus in ecclesia 25 læsa in concessione emphyteusis, † non enim penitus rescinditur contractus, sed reducitur pensio ad arbitrium boni viri *Cald. de restit. in integ. in verb. implorare. de in integr. restit. n.* 15. Quemadmodum in minore læso in pretio tantum, qui non repetit ipsam rē, sed pretium sup-26 pletur, † nisi aliter videatur emptori, qui audiτur volēs rem præstare; Quidquid aliud fit quādo esset læsus minor in alienatione, non in pretio *Glos. in l. patri.* 28. *§.* 1. *in verb. oporteat. de minor. Abb. in c. constitutus. ad fin. de rest. in integ. Soarez. alleg.* 21. *ad fin. Io. Garz. de expens. c.* 18. *n.* 20. & de veriori opinione testatur *Cald. in* 27 *d. verb. implorare. de restitut. in integ. n.* 14. † vbi extendit ad vxores siue maiores, siue minores læsas in rebus dotalibus æstimatis datis viro, & similes *l. si res.* 13. *§.* 1. *de iur. dot. Tiraq. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 14. *n.* 73. De quibus tamē alibi dicēdum erit, cum prædicta patiantur difficultatem ex doctrina *Bal. in c. ad audientiam. il 2. quod est* 31. *col.* 2. *ad med. vers. in glosa pri-*28 *ma. n.* 9. *de rescrip.* † Vbi cōcludit, quod qui nō potest vendere immobilia, neque poterit annuos redditus constituere *Rolād. cons.* 54. *n.* 11. *lib.* 2. Ideo videbatur requiri decretum, quasi tunc minor sine eo nō possit obligari *l. magis puto. §. idē* 29 *prator. ff. de reb. cor.* † & in specie de emphyteusi recepta per minorem, quod non possit se obligare ad annuum canonem, tenet etiam *Simoncell. de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 3. *n.* 34.

Idem est in ecclesia, quæ non potest facere pactum 30 addictionis in diem ex interuallo, † quando aliquam rem emit, vt si intra certum tēpus venditori melior conditio afferatur, res sit inempta, quasi non possit facere conditionem suam deteriorem sine solemnitate, quidquid aliud fit in eo, quod apponitur incontinenti, quoniam venditor nō esset aliter cōtracturus, & tale pactum videtur pars pretij, & quidquid alias, si ecclesia læsa fuerit non offerendo venditori, quod ex licitatione accesit, habeat restitutionē in integrum, prout datur etiam minori, vt latè explicat *Card. Mātic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 28. *n.* 41. *vsq; ad n.* 46. *post Andr. de Isern. in c.* 1. *ad fin. de feud. dat. in vic. leg. commiss.* & ibi *Affl. n.* 10. *per tex. in c. verum. de condit. appos.*

Quod etiam est in filio familias, qui emendo prædium potest in cōtinenti facere pactum de retro 31 uendēdo ipsi venditori, † quasi illud censeatur pars contractus, & pretij, Vnde etiam pater debet ratam habere emptionem cum onere retrouendendi incontinenti apposito *Cagnol. in l.* 2. *n.* 208. *C. de pact. inter. empt. & vēdit. Boer. decis.* 182. *n.* 31. Quāuis ex interuallo hoc non posset facere, quasi tunc patri esset vsusfructus acqui-32 situs, † cui nō posset præiudicare alienādo *Alex. cons.* 106. *n.* 1. *lib.* 7. *Tiraq. de retract. conuent. in fin. n.* 1. *Boer. decis.* 182. *n.* 34. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuēt. n.* 31. *lib.* 4. *tit.* 13. *&* 14.

Quemadmodum habens facultatem redimēdi ex pacto præfertur vicinis, & consanguineis habētibus potestatē vendicādi rem venditam oblato 33 codē pretio ex iure municipali, † Nam ius, quod est illis acquisitum ex hac venditione, intelligitur cum ijsdem pactis, & cōditionibus, nisi pretium, intra tempus præfinitum restituatur emptori, aut eius successori, vnde resoluto iure emptoris, ius vicinis, & consanguineis quæsitum 34 intelligitur etiam resolutum, † quando tamen hoc pactum esse incontinēti appositum in venditione, quidquid aliud fit ex interuallo, Tunc enim præferuntur vicini & cōsanguinei tanquā non possit auferri eis ius prius perfectè acquisitum sine eorum cōsensu *Tiraq. de retract. conuent. glos.* 7. *§.* 1. *n.* 18. *&* 23. *Affl. de iur. prothomis. §.* 6. *in verb. scriptū est. vers. septimo. n.* 12. cum alijs per *Card. Mātic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 41. *vsq; ad n.* 44. *Henr. Boic. in c. constitutus. de in integ. restit. Ign. in repet. l. dudū C. de contr. ab. empt. Castr. cons.* 74. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2.

EPITOME.

Æstimatio quanti plurimi vt habeat locū, quę sint probanda. ¶ Et in quibus casibus debitor illa oneretur. ¶ Et quid si superueniat penuria insolita, In fure, In interpellatione facta intra nouem dies luctus, Tempore quo ducitur vxor, Vel auditur missa, In cōtractu vsurario, In debito principali recepto absque protestatione, si interpellato debitore statim superueniat difficultas soluendi, Quādo fructus sunt consumpti, vel præsumuntur consumpti post triennium ex præsumptione legis, si creditor non adimpleuit, Et si eodem modo res fuisset peritura in manibus creditoris. ¶ Sentētia lata contra mortuum an sit valida, & competat restitutio. ¶ Dies luctus tres, septem, nouē, & triginta, & quadraginta, secūdū morem regionū. ¶ Et dilationes quæ in d. diebus conceduntur à quo tempore incipiāt, & an tunc possit nūciari nouū opus. ¶ Sepultura defuncti an possit impediri pro debitis, & de reuerentia mortuis exhibenda.

bendo, & fideiussoribus coniunctorum non molestandis intra dies luctus, & matre excusanda ob non petitionem tutoris, si infra annum decesserint plures propinqui. ¶ Implementum solum, quando constituat debitorem in mora, ¶ Et quid in marito, qui statim sustinet onera matrimonij, & an talis præstatio onerum sit facta cum diuisione annorum pro rata cuiuslibet anni, itaut per hoc implementum contrahatur mora irregularis. ¶ Vsuræ in materia *l. curabit. C. de action. empt.* quando sint debitæ cessante mora, vel data dilatione ad soluendum. ¶ Illicitè quæsita, an sint communicanda in societate omnium bonorum. ¶ Et episcopus, quando cogat ad restitutionem talium lucrorum. ¶ Onus probandi consumptionem fructuum cui incumbat, vt incurratur mora. ¶ Fructus, quando connumerentur inter ea, quæ seruando seruari possunt. ¶ Frumentum quo casu possit durare vltra triennium. ¶ Et an probatio renouationis illius faciat, vt veniat interesse. ¶ Æstimatio quanti plurimi, an augeatur ex mora vsque ad executionem sententiæ, & quousque durat officium Iudicis tam existente bona fide, quam mala, & probatione priuilegiata.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non est onerandus æstimatione, quanti plurimi, quæ superuenit ex penuria insolita, & quid quando sumus in fure. n. 3. & 4.*

2 *Creditor quid debeat probare ad obtinendam æstimationem quanti plurimi.*

5 *Debitor interpellatus ad solutionem tempore quo ducebat vxorem, vel sepeliebat defunctum, vel intra nouem diem luctus, vel quando audiebat missam non tenetur ad æstimationem, quanti plurimi. n. 6. & omnia acta sunt nulla. n. 7. Intellige, vt n. 8.*

9 *Sententia lata contra mortuum, quando valeat, & competat restitutio. n. 10. 13. & 14.*

11 *Maior est defectus fundamenti, quam medij.*

12 *Non existente aliquo initio, aut forma non datur aliqua consequentia.*

15 *Fideiussores coniunctorum defuncti non debent molestari intra nouem dies luctus, nec contra eos poterit fieri aliqua executio. n. 16.*

17 *Reuerentia mortuis est exhibenda.*

18 *Mater non petens tutorem filio excusatur si infra annum decesserint propinqui.*

19 *Sepultura defuncti non potest impediri pro debito, quod procedit tam ex ritibus modernis, quam antiquis. n. 20.*

21 *Dies luctus erant tres, septem, nouem, triginta, & quadraginta secundum mores regionum.*

22 *Dilatio ob dies luctus in quibus casibus procedat, & à quo tempore incipiat. Et an possit d. tempore nunciari nouum opus. n. 23.*

24 *Iniuria est contra naturam impedire sepulturam mortui.*

25 *Debitor non potest constitui in mora si creditor non adimpleuit. Amplia in minore. n. 26.*

27 *Implementum solum an constituat debitorem in mora. & n. 28.*

29 *Maritus statim sustinens onera matrimonij an faciat incurrere debitorem dotis in mora.*

30 *Implementum per susceptionem onerum matrimonij non est per viam conditionis, sed modi.*

31 *Modus non suspendit dispositionem.*

32 *Vsura in materia* l. curabit. C. de act. empt. *quando debeantur cessante mora.*

33 *Perceptio fructuum an inducat moram irregularem.*

34 *Dilatio ad soluendum facit, vt excludantur vsura pretij non soluti.*

35 *Debitor stante dilatione non dicitur in aliqua mora.*

36 *Inæqualitas cessat ob voluntatem partium.*

37 *Præstatio onerum in marito videtur facta cum diuisione annorum pro rata cuiuslibet anni, itaut plures censeantur obligationes, & contrahitur mora irregularis per tale implementum. n. 38. & 40.*

39 *Vsura non veniunt si in totum non satisfiat vnico contractui.*

41 *Aestimatio quanti plurimi non datur in contractu vsurario.*

42 *Illicite quæsita an sint communicanda si facta fuerit societas omnium bonorum, quæ socij habent, & acquisituri sunt. Et quid si expresse dicatur de illicite quæsitis. n. 43.*

44 *Pars lucri non datur socio contradicenti etiam in his quæ licite acquiruntur, & in vsuris præsumitur socius contradicere.*

45 *Episcopus potest cogere ad restitutionem lucrorũ turpiũ quamuis iam essent socio communicata.*

46 *Conuentio de tractando se vt fratres sub pœna valet, & inter eos datur societas omnium bonorum.*

47 *Aestimatio quanti plurimi non attenditur in debito principali recepto absque protestatione. Intellige, vt n. 48. & quid si fuit facta protestatio per creditorem, cui debitor cõtradixit. n. 49.*

50 *Debitor excusatur à mora, & æstimatione quanti plurimi si illo interpellato statim superuenit difficultas soluendi, antequam solutio posset fieri. Declara, vt n. 52. & 53. Et quando detur restitutio. n. 55.*

51 *Mora dicitur delictum, & culpa.*

54 *Non est fauendum ei, qui se sponte supposuit necessitati.*

56 *Aestimatio quanti plurimi an debeatur, quando fructus sunt consumpti, vel præsumuntur consumpti post triennium ex præsumptione legis, & quod tempus sit inspiciendum. n. 59. & 60.*

57 *Arbitrium non habet locum in non extantibus.*

58 *Officium mercenarium officij mercenarij non datur.*

61 *Onus probandi incumbit dicenti fructus non esse consumptos post triennium.*

62 *Fructus, quando connumerentur inter eos, qui seruando seruari non possunt, ita vt ad illorum alienationem non requiratur decretum, & tutor illos distrahere cogatur, ne ad eum periculum spectet. n. 63.*

CAPVT CCXXXXIII.

QVo ad æstimationem quanti plurimi vltra casus adductos supra c. 42. addendi sunt infrascripti, de quibus fuit quæsitum in dubijs mihi propositis.

Primo. Debitor non est onerandus æstimatione, quanti plurimi, si superuenisset penuria insolita 1 *Imol.* † *in l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. Plot. in l. si quando. n. 182. vers. septimo non tenetur. C. vnd vi. Iaf. in l. sed & si quis. §. quæsitum. n. 33. ff. si quis caution.* Vnde non sufficit, quod creditor se adstringat ad probandum instantaneum, insolitum, & momentaneum pretium, interesse, 2 ac penuriam etiam vnius anni, † sed debet probare, quod tali anno, & tempore, ante, & post tantum valuit communiter, & communi cursu, quia penuria insolita, ac pretium insolitum vnius anni non consideratur, vnde Iudex non condemnabit in tali æstimatione, tanquam non æstimetur illa insolita, quæ currit vno solo tempore, sed quæ communi cursu, & consuetudine, Et ideo reus qui conuenitur ad talem æstimationem debet esse cautus, & probare, quod dicta æstimatio, & pretium non consueuit communiter contingere in ipsa ciuitate *Pract. Papiens. in form. libell. in act. real. in glos. & in florenit. col. 8. post princ. vers. quid si producuntur testes. n. 21. Bellon. lib. 2. supput. iur. c. 19. n. 2. Affl. decis. 316. n. 6.*

Intellige dummodo non simus in fure, qui etiam de æstimatione quantumcunque momentanea one-3 randus esset † *l. in re furtiua. §. si ex causa. ff. de condic. furtiu.* vbi dicitur esse obseruandam æstimationem quanti plurimi, quo res vnquam plurimi fuerit, quæ dictio vnquam idem significat, quod aliquo tempore, vt in specie explicat *Bellon. lib. 2. supputat. c. 19. n. 2. vers. ad hoc replicatur. Plot. in l. si quando. n. 182. vers. vbi tamen debitor. C. vnde vi.* vbi ampliat ad morosum, qui æquiparatur furi *l. inter stipulantem. 83. §. Stichum qui decesserit. in fin. de verb. oblig. Bart. in l. quod te. col. 2. n. 11. ff. si cert. petat.*

Quamuis humanior sententia sit iuxta leges iustitiæ commutatiuæ, quod res furto ablata domino restituatur, vel ea perempta detur æqua æsti-4 matio, † quæ efficiat iustissimam compensationem damni dati, non habita consideratione quanti ea res plurimi fuerit à die furti commissi, quando dominus non esset eam venditurus illo tempore, quo pluris valuerit, seu quando valor rei non fuisset diminutus ob culpam furis prout declarat *Couarr. in c. peccatum. p. 2. §. 6. col. 2. ad med. vers. secundo eadem ratione. n. 2. post Siluestr. in summ. in verb. furtum. q. 16. & Medic. de restitut. q. 6.*

Secundo. Idem esset, quando debitor interpellare-5 tur ad solutionem tempore, † quo ducebat vxorem, vel sepeliebat suum defunctum, vel dum missam audiebat, vt dicit *Bart. in l. non solum. §. morte. col. penult. in fin. n. 59. vers. item si fieret tempore. ff. de nou. oper. nunciat. per tex. in l. 2. ff. de in ius vocand.* Quidquid aliud sit in funere eorum, qui non possunt sepeliri, aut missam audire *Rip. in c. cum m. ferrarien. n. 147. de constitut.*

Quod extenditur ad nouem dies luctus, qui dantur hæredi debitoris, dum enim illi durant, non attenditur mora, vel æstimatio quanti plurimi.

6 Intelligendo de agnatione, † aut cognatione sua, non de famulis *Rip. in d. c. cum m. ferrariensis. col. 42. in fin. n. 147. vers. item intelligitur quando possit. de constit. post Bart. & Alber. in l. interdum. C. de iudic. per tex. in §. sancimus. autb. vt cum de appell. cognosc.* dixi supra c. 18. 7 *n. 56.* † Vbi etiam quod regulariter omnia acta sunt nulla, quando creditor vocat hæredes debitoris infra dictos dies luctus *Menoch. de ar-8 bitrar. cas. 387. n. 22.* † Itaut etiam sententia sit nulla cum distinctione tamen ignorantiæ, vel scientiæ Iudicis, si enim fuerit lata ignoranter erit valida *Rimin. Iun. cons. 179. n. 27. cum seq. 9 lib. 2.* † Exemplo sententiæ latæ contra mortuum, in quo etiam attenditur dicta distinctio *Ang. cons. 223. pro decisione. post princ. vers. concludo igitur. n. 2.* Quæ opinio est verior, quidquid *Castr.* & alij contrarium sentiant *in l. 2. in fin. n. 3. ff. quæ sentent. in appell. rescind.* Idem *Castr. in l. de qua re cognouerit. 74. §. cum absentem. in princ. ff. de iudic. & in l. eius qui in prouincia.*

uincia. 12. col. 4. ad fin. verf. & ex isto nota. n. 15. & 16. ff. si cert. petat. prout multis comprobaui *sup. c. 18. n. 28. cum seq.* Quibus adde *Mifinger. centur. 1. obferuat. 85. n. 4.* vbi quod ita de stylo feruatur *Andr. Gail. obferuat. 109. lib. 1. n. 4. Rebuff. in l. morbus sonticus. 113. col. 1. verf. secundus non valet. ff. de verb. significat.* † Quamuis competat restitutio vt per *Rebuff. ibid. Gabr. conf. 50. in princ. lib. 1.* Quidquid aliud sit, quando instantia esset inchoata cum defuncto, vt per *Castr. in l. de qua re. 74. §. cum absentem. n. 1. verf. potest etiam hic intelligi. de iudic. & in l. in summa. 59. §. si quis ex adiecto. de re iudic. Bart. in l. 2. C. quæ sentent. sin. appellat. rescind.* Quasi † maior sit defectus fundamenti, quàm medij, vel finis *Bald. in l. 1. §. & cum triplici. in fin. C. de caduc. tollend.* Cum enim nullum adsit initium, nec forma, origo, aut alicuius essentiæ significatio, † non datur ex eo aliqua consequentia *l. penult. de donat. Glos. in l. 2. ff. de hæredib. instituend.* Et quidquid aliud sit quando procurator fuisset litem contestatus ante obitum mandantis, aut ipse mandator satis dedisset de iudicato soluendo. † In istis enim casibus posset Iudex proferre sententiam contra defunctum, vel pro eo, dummodo tamen illa concipiatur in personam procuratoris *Grauat. ad vestr. in prax. lib. 4. c. 4. in fin. n. 41. post Doct. in l. si defunctus. 15. ff. de procurator. Bald. in l. nulla dubitatio. 23. C. eod. tit.* † Intelligendo tamen, quatenus non simus in domino, qui sine hærede decesserit, Tunc enim neque poterit proferri sententia cum procuratore, quamuis effecto domino litis, & etiam in rem suam, & cessionario, & in causa quoque possessoria, prout latè concludit *Ias. conf. 138. reuocatur in dubium. col. 2. ad med. n. 2. & per tot. lib. 4.*

Quibus adde, quod non solum pro debito descendente ex persona defuncti prohibetur ista inquietatio intra dictos nouem dies, † sed etiam generaliter alterius cuiuscunque causæ ex eorum propria persona, quamuis sint fideiussores coniunctorum defuncti, quasi illud tempus videatur conueniens ad lugendum *Hering. de fideiussorib. p. 4. c. 27. n. 73.* late *Soarez. in l. post rem iudicatã. verf. nono limita. ff. de re iudic. fol. 550.* vbi etiam quod comprehenditur quælibet executio. Nam † eo ipso, quod lex vetat inquietationem, comprehendit etiam executionem *Bart. in l. vltim. §. donec. C. de iur. delib.* Et de huiusmodi impedimento luctus, quo adstringuntur consanguinei in defunctum *Ouid. 11. metamorph.* surge age da lacrimas, lugubriaque indue *Et Terrent. in Heaut.* Mediocriter vestitam veste lugubri, † Et de reuerentia mortuis exhibenda *Cassan. in catalog. glor. mund. consid. 74. p. 1. & consid. 5. p. 2. & in suo monologio. in verb. iniuria. & in verb. defunctus.*

Ex istis alias Dixi excusandam matrem non petentem tutorem filio, † si decesserint eius consanguinei propter nouem dies, in quibus non potest inquietari, Itaut si in illo anno plures eius propinqui obierint, possit habere excusationem plurium mensium, quamuis hæc obligatio petendi tutorem descendat ex propria persona matris, non defuncti *Bart. in l. fin. §. donec. C. de iur. deliber.* sequitur *Roder. Soar. in l. post rem iudicatam. limitat. 9. n. 2. ff. de re iudic.*

Vnde etiam colligitur, quod neque vigore instrumenti executiui potest impediri sepultura defuncti, † quia si affines, & consanguinei, ac eorum fideiussores non possunt inquietari pro debito infra nouem dies, vt dictum est, Neque etiam poterunt impediri per detentionem corporis defuncti, ne sic per indirectum cogantur soluere, cum talis actus fiat pro debito exigendo, quem lex improbat interdicens omne impedimentum sepulturæ *l. fin. C. de sepul. violat.* Quidquid contrarium sequatur *Ang. in auth. vt defunct. seu funer. §. 1. col. 3.* Cum eius opinio non approbetur, vt per *Roder. in d. l. post rem iudicatam. verf. extensio quinta. ff. de re iud. fol. 529.*

Et de mortuorum corporibus non detinendis pro debitis, & eorum sepultura non impedienda multa ex ritibus tam antiquis, † quam modernis *Hering. de fideiussor. c. 10. n. 37. Couar. in c. vlt. n. 2. & 3. de testam.* vbi etiam quod hoc nouendiale apud Aetnicos celebratur, late *Cel. Rodigin. lect. antiq. c. 21. lib. 17. & c. 45. lib. 9.* Quamuis talis dilatio aliquando esset septem dierum. Vnde *ecclesiast. c. 22.* † luctus mortui septem dies, luctus autem fatui omne tempus vitæ eius. Quin & *Strabus* inquit Dei cultores septem diebus exequias celebrant. Et meminit etiam *Tertullian. de monogam. anniuersar. quæ pro defunctis celebrar. solet.* Et iuxta varios regionum mores non tenetur quis respondere infra quadraginta dies, & in quibus solet luctus mortuorum seruari *Cassan. in catalog. glor. mund. 2. p. consider. 5. col. 2. post med.* vbi etiam quod in alijs locis luctus extenditur per tres dies, vel septem, aut triginta, de quibus moribus etiam habetur. *in c. quia alij. 13. q. 2. Mar. Mut. super consuetud. panormit. c. 35.* † vbi etiam, quod hæc dilatio luctus procedit in causis feudalibus, & in similibus negotijs, in quibus neque esset quis cogendus mittere procuratorem, & an intelligatur à die mortis, vel scientiæ obitus, & an de morte naturali tantum, & vsque ad quem gradum consanguineorum late *Mut. d. c. 35.* † & an possit dicto tempore nuntiari nouum opus, quasi illud sit priuilegiatum *Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. n. 6. ff. de nou. oper. nunciat.* Et quod sit iniuria contra naturam impedire mortuum sepeliri, est † *tex. in auth. vt defunct. seu funer. eor. non afficiant. à creditor. coll. 5.*

Tertio, Si contractus est reciprocus non oneratur debitor æstimatione quanti plurimi, † vnde si creditor ex parte sua non adimpleuit, non potest constitui debitor in mora *Bald. in l. in minorum. 3. in princ. n. 1. ad med. C. in quib. caus. in integr. restitut.* Vbi loquitur etiam in minore non adimplente, † qui non potest constituere

in

in mora regulari etiam per interpellationem, vnde multo minus poterit in mora irregulari, nisi poneremus, quod minor obtulisset rem, & sic impleuisset in quantum potuit ex parte sua iuxta *l. iulianus. §. offerri. de act. empt.* Idem sequitur *Oldr. cons. 87. n. 14 Surd. decis. 179. n. 25. & 26. per l. qui pendientem. ff. de act. empt.*

Non tamen adimplementum solum constituet debitorem in mora, quae non inducitur, † quamuis dispositio purificetur, quasi videatur iniquum, vt in illo puncto, quo quis obligatur, eo ipso mora sit constituta *l. quod dicitur. de solution. Bart. in l. quoties in diem. 59. n. 2. ff. de verbor. oblig.*

Intelligendo quo ad moram regularem, † quae contrahitur per interpellationem, Cum aliud sit in mora irregulari, quae ex aequitate inducitur per legem, haec enim censebitur contracta per implementum conditionis, si id aequitas dictet *l. cuictis. 18. de vsur. Bart. in d. l. quoties. post med. vers. non obstat. de verb. oblig. Soc. in l. de diuisione. 5. col. 3. in fin. vers. quod promissio dotis. n. 11. solut matrim.*

Prout alias dixi de marito, qui statim adimplens ex parte sua sustinendo onera matrimonij purificat non solum conditionem, † sed etiam constituit debitorem dotis in mora, cum ex dicto implemento insurgat aequitas, quae non patitur alterum locupletari cum iactura mariti *Glos. in d. l. de diuisione. 5. in verb. possessio. ad fin. vers. sed videtur mulier. ff. solut. matrim.* quam verissimam, & sequendam esse testatur *Barbos. ibid. n. 46.*

Cum etiam hoc in marito sit, quia implementum per susceptionem onerum matrimonij non est per viam conditionis, sed modi, † prius enim tradenda est dos, vt onera sustineantur ex illius fructibus *l. dotis fructum. 8. in princ. de iur. dot.*

Modus autem non suspendit dispositionem, † *l. 1. C. de his quae sub mod.* vnde implementum illius non purificat id, quod est purificatum, sed potius moram inducit in debitore *Doct. in l. de diuisione. ff. solut. matrim.*

Ideo quoque in *l. curabit. C. de act. empt.* debentur vsurae etiam cessante mora, † exponitur enim de mora regulari, quae contrahitur per interpellationem *l. si ex legati. de verbor. obligat.* Cum saltem sit necessaria mora irregularis, quae contrahitur per adimplementum vnius ex contrahentibus *Alex. in l. quod te. n. 8. & ibi Purpur. col. antepenult. in princ. vers. secundo exemplificat. in fin. n. 92. si cert. petat. Socin.* qui de communi *cons. 176. praesens consultatio. in princ. lib. 2. Dec. in c. cum venerabilis. col. 5. in fin. vers. in eadem. n. 13. de exceptiou. Bar. in l. curabit. & ibi Cagnol. col. 5. post med. vers. non obstat. n. 17. C. de action. empt.* † Vnde si perceptio fructuum non induceret moram irregularem, non deberentur vsurae pretij cessante omni mora *Bero. in c. 1. n. 127. in fin. de vsur.* Quando videlicet data esset debitori dilatio ad soluendum pretium, † si enim illa durante fructus percepit non tenebitur ad vsuras pretij *Aym. cons. 189. col. 4. post princ. vers. sed ista opinio videtur dubia. n. 7.* Cum stante dilatione non censeatur debitor in aliqua mora † *l. lecta. 40. ante fin. vers. sed cum fortis. ff. si cert. pet. Glos. in l. si cum exceptione. 14. §. quatenus. in verb. quia tripli. ff. quod met. caus. Dec. in l. nulla. 88. n. 3. de regul. iur.* † Quasi tunc stante voluntate partium esset inaequalitas *l. cum donationis. 34. C. de transact.* Vnde etiam mora re ipsa cessat, quidquid diuersum sit, quando non adesset consensus partium, quantumcumque propter istam causam res non tradatur, vel pretium rei emptae, semper enim inuenitur inaequalitas, quae inducit moram re ipsa, prout late explicat *Barbos. in l. de diuisione. 5. n. 69. ff. solut. matrim.* Quae quando habeant locum dicam infra *in capite particulari*.

Quae adeo vera sunt, vt implementum, & praestatio onerum in marito sit diuisa iuris interpretatione, † itaut à principio videatur facta cum diuisione annorum, vt sustineat onera pro rata cuiuslibet anni, quo durauit matrimonium *l. diuortio. 8. in princip. ff. solut. matrim. l. vnic. §. cumque ex stipulatu. C. de rei vxor. action.* Vnde quasi obligatio diuisa sit per expressam distinctionem singulorum annorum, plures censentur obligationes *Bart. in l. si seruus communis meuq. 18. §. eum seruus fructuarius n. 3. de stipulat. seru. Imol. in c. propter sterilitatem. col. penult. ad fin. n. 40. de locat.* † Sustinendo igitur onera singulis annis, vel pro rata anni, satisfacit maritus obligationi illius anni, & erit contracta mora irregularis per dictum implementum; Alias sequeretur, quod nunquam debitor dotis constitueretur in mora, quamuis expresse sit interpellatus ad illam tradendam, cum semper posset allegari maritum non perfecte adimpleuisse ex parte sua *l. iulianus. §. offerri. de act. empt.* Et tamen certum est, quod per interpellationem debitor dotis constituitur in mora *l. vltim. §. praeterea. in fin. C. de iur. dot. Cephal. cons. 485. n. 110. lib. 4.*

Vnde non obstat, quod sit vnicus contractus, cui in totum esset satisfaciendum, vt veniant vsurae *l. si à colono. 59. de fideiussor.* quamuis contineat plures praestationes alendi vxorem singulis annis, donec durat matrimonium *l. si stichum. 16. §. fin. de verb. obligat* † Quia vt dictum est stante interpretatione iuris plures dicuntur esse obligationes, cum sit diuisa obligatio per expressam distinctionem singulorum annorum *l. pluribus. 140. in princ. de verbor. obligat.* Nam alias nunquam maritus posset petere dotem, nisi soluto matrimonio, quasi antea non dicatur in totum onera supportasse, & sic contractum pro parte sua in totum adimpleuisse, quod tamen est falsum *Alex. in l. de diuisione. 5. col. penul. ad fin. vers. melius responderi potest. n. 12. ff. solut. matrim.*

Quarto si essemus in contractu vsurario non daretur dicta aestimatio quanti plurimi, † quia debitor non cogitur adimplere ex parte sua *Plot. in l. si quando. n. 182. vers. tertiodecimo non tenetur. C. vnde vi.*

Ex quo alias Dixi, quod non possent redargui fra-
42 tres iurati de non adimplemento † negando cõmunicare illicite quæsita, quamuis fecerint societatem ad inuicem omnium bonorum, quæ habent, & quæ acquisituri sunt; Quamuis enim talis societas fieri posſit *l.1.§.fin ff.pro soc.* Nõ tamen iſta venient in communione, niſi expreſſe ſponte collata, & communicata, ſint, quia tunc cõmune erit lucrum *l. quod autem ex furto.54.vbi Gloſ.in verb.collata.ff. pro ſocio.Imol.* in ſpecie *in l. ille autem.71.col.3. ad med.verſ. item tales faciunt ſocietatem.n.10.ff. de haredib.inſtit.* ſequitur *Roderic.Soarez. in l.1.for. de bon.acquiſit.vir.& vxor.col.25.n.38. in fin. verſ.iuuatur hac ex eo.fol.121.* Vbi ex hoc concludit quod ſtante conſtitutione, vt bona viri & vxoris communicentur durante matrimonio, non erunt communicanda ædificia facta per eius virum ex operibus extortis a vaſſallis per vim, & contra eorum voluntatem;

43 Ita vt prædicta procedant, † quamuis ſocietas eſſet facta expreſſe de illicite quæſitis *l.nec prætermittendum.58.ff. pro ſocio.* Cum rerum inhoneſtarum nulla poſſit dari ſocietas *l.quod autem ex furto.54.ff.pro ſocio.Bart.in l.ſi vnus ex ſocijs.68.§ ſi vnus.ff. eod. tit.* vbi quod lucrum vſurarũ nõ venit communicandum, cum hodie ſit illud illicitum, quidquid antiquitus communicaretur; Cum etiam in illis vſuris habeatur ſocius pro contradicente, vnde alius fe-
44 neratur periculo ſuo, Ita vt ſtante contradictione non detur pars lucri alteri ſocio cõtradicenti etiam in his quæ licite acquiruntur *Alex. in l. quia poterat.4.col.2. ante med. verſ. item nota ex textu.n.3.ff.ad trebellian.Caſtr.in l. pe-*
35 *nult.§.mãcipia.ad fin.ff.ſolut.matrimon.* † Adeo vt etiam poſſit Epiſcopus cogere ad reſtitutionem ſimilium vſurarum, & turpium lucrorum quamuis iam eſſent illa ſocio communicata *Salic.in l.ſi ſocietatis.in fin.verſ.quaro vnus.C.*
46 *pro ſocio.* † Quod autem valeat iſta conuentio de tractando ſe tanquam fratres iuratos ſub pœna dixi *ſupr.c.....poſt Imol.in l.illa autem de haredib.inſtit.Soarez.in l.1.for. n.38.in fin.* Vbi etiam quod tales fratres poſſunt facere communionem, & ſocietatem ad inuicem omnium bonorum, quæ habent, & quæ acquiſituri ſunt *l.4.§.1.& l.coiri.ff.pro ſocio. Imol.in d. l.ille autem.n.10. ff. de haredib. inſtituend.* Verum quo ad communicationem huiuſmodi lucrorum illicite quæſitorum videnda ſunt quæ latius dixi infra in alio capite particulari, dum ſimilis quæſtio occurrit inter fratres prætendentes communionem in pecunijs notabilis quantitatis in ludo acquiſitis.

Quinto non attenditur æſtimatio quanti plurimi quando debitum principale ſimpliciter fuit re-
47 ceptum † abſque aliqua proteſtatione dictæ æſtimationis *Dec.in l.vinum.22.col.2. ad med. verſ.ſecundo limitatur.ff.ſi cert.petat.* Et eſt verior opinio, quidquid multi contradicant, ob illam rationem, quia iſtud intereſſe quanti plurimi debetur ex diſpoſitione, & facto hominis, non autem legis, quamuis illud poſtea lex approbet, cum enim creditor mutuo dat, & debitor ſuſcipit, per legem præſumitur actũ eſſe inter eos, vt res in ſuo genere reſtituatur eiuſdem qualitatis, & bonitatis, vnde non mirum ſi poterit talis æſtimatio per creditorem remitti, & intelligetur remiſſa recepta ſorte, vt per *Menoc.præſump.45 n.13.14.& 17.lib.3.*

48 Quidquid † aliud ſit in ſolutione facta adiecto, qui recipiendo nõ potuit præiudicare principali creditori *Caſtr.in l.3.§.idem iulianus.ad fin. verſ.tene primã ſolutionẽ.ff.de eo quod cert.loc.*

Idem ſi fuiſſet facta proteſtatio per creditorem in actu receptionis debiti, cui tamen debitor
49 contradixiſſet dicens, † quod per illam ſolutionem volebat ſe a dicta æſtimatione liberare *Guliel.de Cun.* de quo per *Bald.in l.vltim.in 1.lectur.in fin.ff.de eo quod cert.loc.* Et de contradicente ſimilibus proteſtationibus quando tollatur ius proteſtantis in iſto intereſſe multa *Dec.in d.l.vinum.22.col.2.in fin.verſ.finaliter concludit.n.5.ff.ſi cert.petat.late Menoch. præſumpt.45.n.18.vſque ad n.30.lib.3.*

Sexto quando interpellato debitore ſuperueniſſet
50 ſtatim difficultas ſoluendi † antequam ſolutio poſſet fieri, non eſſet quærendum de æſtimatione quanti plurimi, cum proter difficultatem ſoluendi mora non cauſata excuſetur debitor a mora, & per conſequens ab æſtimatione quanti plurimi *l.thais.41.in princ. verſ. lucius titius ita cauit.ff.de fideicõmiſ.libertat.l. diuortio.37.in princ.de negot geſt.* & in ſpecie ita concludit *Sadolet.in l quod te.n 23.in fin. verſ.quo autem ad ſecundum.ff.ſi cert. petat.* vbi de communi, & ibi *Alex col.penult.in princ. verſ. nec obſtat ratio allegata.n.9.* Vbi quod difficultas licet non liberet totaliter debitorem quantitatis ab obligatione, debet tamen excuſare a mora, ſicut in obligatione ſpeciei dandæ, & in obligationibus faciendi *l.ſciendum. de vſur.*
51 *l.ratio.§.ſi per venditorem.ff.de actio.empt.* † Cũ enim mora ſit delictum, & culpa *l. inter ſtipulantem 83.§ ſtichũ qui deceſſerit.in fin.de verb. obligat.* Non poteſt imputari non valenti ſoluere, quaſi tunc non dicatur negligere, aut differre *l.1.ad fin.C.de annal.exceptio.*

Intellige quando difficultas ſoluendi ſuperuenit
52 aliquo caſu fortuito, † aut facto alicuius tertij, aduerſus quem non poteſt haberi regreſſus, Tunc enim difficultas ſoluendi excuſaret debitorem etiam quantitatis, vel generis ab æſtimatione quanti plurimi *Socin. conſ.287.n.*
53 *31.Aret.in l.quod te.ff.ſi cert.petat.* † Aliud eſt, quando difficultas inerat a principio, tunc enim non habet locum excuſatio a dicta æſtimatione, quaſi imputandum ſit debitori qui ſe ad hoc adſtrinxit, quamuis cognouerit dif-
54 ficultatem ſoluendi, † cum non ſit fauendum ei, qui ſe ſponte ſuppoſuit neceſſitati *l.ſi fideiuſſor.7.§.ſi neceſſaria.in fin.vbi Gloſ. in verb. neceſſitatem.ff.qui ſatiſd.cogant.* Quamuis poſſet ei ſuccurri per reſtitutionem in integrum vt ad talem æſtimationem quanti plurimi non

teneatur

55 teneatur, † licet de rigore iuris ad illam teneretur *Plot. in l. si quando. 182. in fin. C. vnd. vi post Doctor. in c. cum quis in iudicio. de reg. iur. in 6.* & declarat *Bellon. supput. lib. 3. c. 13.* & latius *Socin. cons. 287. circa primam quaestionem. col. 18. ad med. vers. secundo eadem conclusio. n. 31. lib. 2.*

Septimo. An aestimatio quanti plurimi debeatur
56 quãdo fructus sũt cõsumpti, † vel praesumũtur consumpti, vt vinum, & triticum post triennium cum similibus, Vltra ea, de quibus supr. *c. 42. in fin.* Dicendum est, quod si debitor asserat se consumpsisse, & alienasse tales fructus, itaut soluenda sit aestimatio loco consumptorum, tunc erit spectanda dicta aestimatio, vel iuxta valorem fructuum tempore perceptionis, vel saltem secundum tempus consumptionis, prout multum notandum dicit *Menoch. de recuper. possess. remed. 15. n. 600. post Bald. in l. 2. in fin. vers. quaero haeres praecepit. n. 8. C. de fructib. & lit. expens.*
57 † Nam arbitrium non habet locum in non extantibus *l. arbitrio. §. 1. ff. de dol.* Cum etiam fructus veniant officio iudicis mercennario, & si vltra daretur ratione quanti plurimi fuerit, daretur aliud officium mercenna-
58 rium, † & sic esset officiũ mercennarium officij mercennarij quod fieri non potest *l. haeres furiosi. §. fin. ff. de petit. haeredit. Bald. in d. l. 2. n. 8. C. de fruct. & lit. expens.*

Idem est dicendum, quando essent consumpti praesumptionem legis, tali enim casu tenebitur solum ad illorum aestimationem inspecto tempo-
59 re, † quo praesumuntur consumpti, & sic ad valorem currẽtem in fine trium annorum, quasi aestimatio non debeat crescere fructibus consumptis, cum post consumptionem veram, vel fictam non dicantur amplius fructus, nec possint recipere augumentũ, aut diminutionem, vt concludit *Glos. in l. vnic. in verb. vsucapionem. vers. nec in re mobili. & ibi Castr. in fi. n. 4. Aret. etiam in fin. ver. & ex ista. C. si aduers. vsucap.* quidquid aliud dicat ibi *Bald.* dum remittit arbitrio Iudicis, & *Felin. in c. vltim. n. 3. vers. quae*
60 *autem. de accusat.* † Cum verior sit opinio & magis communis contra eum, vt testatur *Negus. de pignor. 5. p. m. 5. n. 12. ad med. Caualcan. de tutor. n. 240. Rot. Genuen. decis. 144. n. 18. Alex. in l. 1. §. fuit quaesitum. col. 3. in princ. vers. addo simile. n. 5. in fin. & ibi Ias. n. 33. col. 5. ad fin. vers. bene facit. ff. ad trebellian. Corn. cons. 104. col. penult. post med. n. 26. & 27. lib. 2. Barbos. in l. diuortio. 8. §. interdum. n. 43. vers. quo ad principalem. ff. solut. matrim. & ibid. Castr. & Bart. in §. ob donationem. Munnoz. de ratiocin. administrat. c. 17. n. 9. Aret. in §. si quis a non domino. n. 4. instit. de rer. diuision. Anan. cons. 5.*

Quare dicenti fructus non esse consumptos post
61 triennium incumbit onus probandi, † cum etiam adhibita industria possit durare vltra spatium dicti triennij *l. sequitur. 4. §. fructus. de vsucapion. Aret. in l. diuortio. 8. § interdum. col. 4. post princ. vers. sed potest defendi. ff. solut. matrim.* vbi *Barbos. n. 43. in princ. vers. aliud diuersum. & in fin. vers. caeterum. & ibi Roman. n. 7. post Bart. in l. quo ad praesens. n. 3. C. de murilegul. lib. 11.*

Vnde etiam tales fructus connumerantur inter
62 res, quae seruando seruari non possunt, † itaut ad illarum alienationem non requiratur decretum Iudicis *l. lex. quae tutores. ad fin. C. de administ. tutor. l. vlt. C. eod. tit. Ang. & Imol. in l. 1. ff. ad trebell.* late *Simonell. de decret. lib. 3. inspect. 7. tit. 8. n. 49. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7.*
63 *n. 52. Alex. cons. 49. n. 4. lib. 1.* † Adeo vt etiam tutor cogatur distractionem facere huiusmodi fructuum, cum alias periculum ad eum spectaret nõ distrahendo res, quae tempore pereunt
64 *Glos. in l. vlt. §. fin. C. de administ. tut.* † Quamuis prohiberetur per statutũ omnis alienatio, quia ista quae seruari non possunt non comprehenduntur *Glos. vlt. in c. 1. in verb. abstinentes. de cleric. aegrot. in 6.*

Et facit *l. 1. C. de distract. pignor.* vbi fructus rei
65 pignoratae eo ipso† quod sunt consumpti computantur in sortem, neque crescit eorum aestimatio, quasi post consumptionem non dicantur amplius fructus, sed quantitas, & pars sortis principalis, secus autem si fructus non essent consumpti, vel praesumerentur extare quia tunc non computarentur in sortem, neque illam extenuarent, cum reputentur vt species certa, de qua non fieret compensatio ad quantitatem *Bart. in l. 1. C. de pignor. act. & in l. neque scriptura. ad fin. n. 6. C. de compensat. Negus. de pign. 5. p. m. 5. n. 11. & 12. vers. limitatur autem.*

Vlterius interesse non debetur, quando eodem modo res fuisset peritura in manibus credito-
66 ris, † quasi tunc eius non intersit nulla facta distinctione debiti generis, seu speciei, ex quo nihil plus consecutus fuisset creditor facta solutione in tempore, quam sit valor, qui maior fuit intra triennium, vt bene declarat *Surd. decis. 81. n. 3. & 4. in fin. vers. mihi vero.*
67 Aestimatio enim succedit loco rei, & repraesentat ipsam rem *Bart in l. stipulationes non diuiduntur. 72. col. 13. in fin. n. 40. de verb. obligat. Ias. in l. eum proponas. la 2. n. 8. C. de pact. Aret. cons. 83. col. 2. in fin. vers. tertio quia si cõpetit.* Vnde non est aequum, quod creditor possit consequi plus ratione interesse, quam percepisset ex re ipsa, si tradita fuisset, prout consequeretur, si talis aestimatio posset crescere vltra trienium, quo elapso praesumitur de iure consumptio *Castr. in l. vnic. n. 4. C. si aduers. vsucap.* cum alijs supra allegatis.

Nec facit quod adhibita industria possit frumen-
68 tum durare etiam vltra triennium † *l. sequitur. §. fructus de vsucapion. Aret. in l. diuortio. 8. §. interdum. col. 4. post princ. ff. solut. matrim.* Vnde erit habenda consideratio istius emolumenti quod creditor potuisset percipere etiam vltra
69 triennium, † cum detur quoque renouatio frumenti tertio quoque anno, vt per *Cur. Iun. in l. vinum. col. 9. in 4. conclus. n. 29. ff. si cert. petat.*

Quia

Quia hæc probatio esset facienda per creditorem cum habeat contra se præsumptionem consum- 70 ptionis, † Neque enim sufficit allegare, quod solitum est renouari frumentum, & quod ex industria potest durare vltra triennium, nisi etiam hoc probetur, qua probatione non facta non est recedendum à dicta præsumptione iuris, vt in specie declarat *Surd. decis. 81. in fin. post Rip. in l. quod te. col. 11. in fin. vers. sed ego dubito. n. 33. ff. si cert. pet. Barbos. in l. diuortio. 8. §. inter-* 71 *dum. n. 43. ff. solut. matrim.* † Quasi sufficiat præsumptio legis, quod in tanto tempore potuerit corrumpi *Bart. in l. quo ad præsens. ad med. vers. simile dico. n. 3. C. de murilegul. lib. 11.* argumen- 72 to *l. fin. de alim. pupill. præstand.* † Cum neque sit præsumendum, quod seruauerit de anno in annum *Bart. in l. 1. in fin. C. de pignor. act.*

Immo, quamuis admitteretur probatio industriæ ob quam potuisset conseruari frumentum, Aliud 73 dicendum est † in probatione renouationis, quia ista renouatio non per hoc faceret, vt veniret interesse, cum non sit idem frumentum, sed renouatum, quod est diuersum à primo, vnde pretium, seu æstimatio frumenti non debet renouari, cum etiam valor istius frumenti renouati non possit peti tanquam interesse quanti 74 plurimi, sed lucri cessantis, in quo requiruntur aliæ probationes iuxta opinionem *Castr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc. Rimin. Iun. cons. 218. n. 99. & 100. lib. 2. Aym. cons. 320. n. 6. Honded.* 75 *cons. 50. n. 30. lib. 1.* † Et aliud est, quando debetur æstimatio pro re, vel loco rei debitæ, aliud quando est præstandum interesse, quod est extra ipsam rem, vnde merito renouatio circa istud, de quo agimus non operabitur *Surd. d. decis. 81. n. 6.*

Neque obstat, quod æstimatio frumenti debiti in 76 genere debeat perpetuo crescere † à die moræ etiam vltra triennium, cum interesse ex mora augeatur vsque ad executionem sententiæ *l. ratio. §. cum per venditorem. de act. empt. l. in fideicommisso. in princ. de vsur.* Cum enim habeatur ratio interesse, & æstimationis iudicis offi- 77 cio, † tunc potest crescere, quousque durat officium Iudicis, quod est non solum vsque ad sententiam, sed etiam vsque ad illius executionē prout in specie tenet *Bart. in l. 3. §. in hac actione. n. 3. ff. commod. Ias. in l. vinum. col. 10. post med. vers. est aduertendum. n. 22. ff. si cert. petat. Roder. Soarez. in l. post rem iudicatam. in fin. col. antepenult. vers. quæritur vlterius. n. 2. de re iudicat. Bolognet. in addit. ad Anan. cons. 5. Curt. Iun. in d. l. vinum. n. 29. vbi Pic. n. 25. Butticell. n. 52. & Rub. n. 235. ff. si cert. pet. Natt. cons. 599. n. 4.* qui ita dicit fuisse iudicatum in senatu Mantuano, licet ipso contradicente 78 *Surd. decis. 81. in fin.* † Quamuis enim cesset æstimatio re perempta, Tamen hoc procedit in debitore speciei, non generis *Bald. in l. diuortio. 8. §. ob donationem. in fin. vers. & per hoc limitantur. ff. solut. matrim.*

Quia prædicta procedunt, quando fructus extant, 79 vel præsumuntur extare, † hoc est intra triennium, vel intra annum, si essent poma, non autem quando sunt consumpti facto hominis, vel præsumptione legis, vt in frumento, & vino post triennium prout post *Roland.* declarat *Munoz. de ratiocin. administr. c. 17. n. 14.* Cum præsertim ista ratio differentiæ inter debitorem gene- 80 ris, & speciei non applicetur, † quasi in vtroque casu nihil pluris consecutus fuisset creditor, quam illum valorem intra triennium, si res sibi esset tradita, cum etiam apud eum peritura foret, vt dictum est supra *vers. vlterius.* Nisi probaretur diligentia, & industria conseruationis vltra dictum tempus *Rip. in l. quod te. n. 33. ff. si cert. petat.*

In locis tamen, in quibus constaret similes fructus 81 durare vltra triennium, † quos refert *Caualcan. de tutor. n. 229.* Tunc attenderetur æstimatio illius temporis, omissa præsumptione legis, quæ in hoc casu particulari cedet veritati, à qua su- 82 peratur, † *c. quicunque. 81. distinct. vbi Glos. in verb. compertum. l. in rebus. 30. post princ. vers. non enim quod legum. C. de iur. dot. Socin. cons. 164. visa bulla. col. 5. ad med. vers. ad hanc obiectionem. n. 10. in fin. lib. 2.*

Adde prædicta procedere tam in obligato ad restitutionem huiusmodi fructuum existente in 83 bona fide, quam in mala, † cum ista consumptio sit inducta à lege, & post eam non crescat æstimatio, vt dictum est, vnde non habetur in consideratione mala fides, quod etiam erit in qua- 84 libet obligatione priuilegiata, † vt alimentorum, & similium, vt per *Caualcan. de tutor. n. 241.* Cum omni casu debeantur fructus, qui legis præsumptione consumuntur dicto tempore *Glos. in l. vnic. C. si aduers. vsucapion.* cum alijs supra allegatis.

EPITOME.

Soluto matrimonio quando debeantur mulieri fructus dotis, seu alimenta ob illius retardatam solutionem. ¶ Et quid in interesse tam lucri cessantis, quam damni emergentis, & quæ probatio in eo requiratur, & an sufficiat præsumptiua, vel illa quæ resultat ex qualitate loci, in quo passim ponuntur pecuniæ ad lucrum. ¶ Sponsus quo casu acquirat fructus ex dote perceptos, & an requiratur decretum in dote sibi à minore tradita. ¶ Recepta sorte principali an possint peti tam accessiones ciuiles, quam naturales, & an protestatio in hoc aliquid operetur. ¶ Interpellatio an sit facienda ad effectum, vt sit debitum intersurium dotis taxatum per statutum. ¶ Et an per illud possit taxari certa quantitas. ¶ Vidua an prohibeatur petere alimenta, si illius exactio differatur ex consuetudine, seu statuto. ¶ Pater sustinens onera matrimonij, quando acquirat fructus dotis, & illi transeant ad hæredes. ¶ Maritus an priuetur vsuris dotalibus, si non sustineat onera matrimonij culpa vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus nō debetur soluto matrimonio mulieri moram passæ in restitutione dotis. Et de ratione n.3. & est verior opinio n.4.*

2 *Vsuræ fauore dotis dantur marito propter onera matrimonij.*

5 *Mulier quando possit salua dote aliquid recipere ratione alimentorum ob causam retardatæ solutionis dotis, & an restringatur hoc solum ad tempus constantis matrimonij, & n.6.*

7 *Vidua lapso anno potest petere dotem, & sibi debet imputari non petendo.*

8 *Vir, & vxor quando ad imparia iudicentur.*

9 *Fructus dotis non debentur, si quantitas non est liquida. Intellige vt n.10.*

11 *Interesse tam lucri cessantis, quam damni emergentis debetur mulieri moram passa in restitutione dotis. Declara vt n.12.*

13 *Probatio præsumptiua non admittitur, vt interesse sit debitum, prout neque illa, quæ resultat ex qualitate loci, in quo passim adest occasio collocandi pecunias ad lucrum.*

14 *Damnum emergens non probatur per pecunias ad cambium receptas.*

15 *Maritus non potest percipere fructus dotis soluto matrimonio.*

16 *Onera matrimonij consideratur respectu personæ vxoris, cui maritus subministrat alimenta.*

17 *Fructus dotis augent dotem viro non sustinente onera matrimonij.*

18 *Vir priuatur fructibus dotis quamuis culpa vxoris onera matrimonij non sustineat.*

19 *Maritus non facit suos fructus dotis a tempore, quo mulier ab eo recessit ob ipsius culpam. Declara vt n.20.*

21 *Sponsus non sustinens onera matrimonij non acquirit fructus ex dote perceptos. Intellige vt n.22.*

23 *Cessante mora cessat æquitas l.curabit. C. de act. empt.*

24 *Fructus percepti ante matrimonium quando cōuertantur in dotem.*

25 *Dos datur ob causam onerum matrimonij.*

26 *Decretum an requiratur, vt sponsus faciat fructus suos ex dote sibi a minore tradita.*

27 *Pater sustinens onera matrimonij acquirit fructus dotis, non autem maritus. Et quando d. fructus transeant ad hæredes patris n.28.*

29 *Intellectus l. si is qui stichum. §. post mortem. ff. de iur. dot.*

30 *Maritus putatiuus propter bonam fidem an faciat fructus suos dotis.*

31 *Fructus dotis sunt restituendi mulieri soluto matrimonio, quamuis vxor habitauerit post mortem mariti cum illius hæredibus, & alimēta ab eis perceperit. Declara vt n.32.*

33 *Recepta sorte principali non possunt peti accessiones ciuiles, quidquid sit in naturalibus, quæ petuntur actione de dote, & n.34.*

35 *Vsuræ dotis non possunt peti ab eo, qui obtinuit tantum condemnationem sortis.*

36 *Fructus dotis nō debentur recepta sorte, quamuis de eis fuerit protestatum. Intellige vt n.38. & 39.*

37 *Protestatio non impedit quod prouenit ex legis dispositione.*

40 *Iuramentum habet vim clausulæ rato manente pacto, per quod potest agi recepta sorte ad interesse.*

41 *Alimenta, & fructus dotis censentur solum remissi pro parte sortis principalis solutæ, nō pro alia non recepta. Et de ratione. n.42. Limita in obligatione indiuidua n.43.*

44 *Obligatio indiuidua facit vt ex minimo defectu tota pœna committatur.*

45 *Vidua secundum statutum Vrbis acquirit fructus dotis ad rationem septem cum dimidio, Et talis taxatio valet stante confirmatione Papæ, quamuis alias non valeret. n.46.*

47 *Interpellatio an requiratur ad effectum vt sit debitum interusurium dotis taxatum per statutum Vrbis.*

48 *Vidua non prohibetur petere alimenta, si ei differatur exactio dotis ex statuto, seu cōsuetudine.*

49 *Legatarius quando possit aliquid percipere ob retardatam solutionem legati.*

50 *Fructus dotis debentur filiæ a die mortis testatoris, quando illi nihil potest imputari cur dotē non petierit etiam nullo probato interesse, & quamuis aliunde habuerit alimenta.*

51 *Statutum & conuentio vt debeatur certa quantitas pro interesse dotium quando valeat.*

CAPVT CCXXXXIIII.

NEgatiuam opinionem Dixi veriorem esse in casu proposito, quod videlicet soluto matrimonio mulieri moram passæ in restitutione dotis non debeatur illius vsusfructus, 1 quasi † nihil possit recipi ex pecunia sine labe vsurarum, quæ omni iure sunt prohibitæ *c. super eo. de vsur. Alex. cons. 178. n. 9. lib. 7. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 11. n. 38.* & ita in specie concludit *Castr. in l. diuortio in princ. n. 6. ad fin. col. 4. post med. vers. sed si peteret dotem ff. solut. matrim. Anchar. cons. 154. in quæstione quæ vertitur. col. 2. ad med. vers. contrarium tamen dico. n. 4. Ruin. cons. 49. n. 14. lib. 2. Affli. decis. 284. n. 1. & ibi late Vrsil. n. 6. vers. in muliere vero vidua. Roland. cons. 55. n. 18. & per tot. lib. 2. Neuiz. cons. 74. n. 3. Couar. lib. 3. variar. resolut. c. 1. n. 3. vers. sexto hinc etiā constat. Cephal. Rimin. Lup. & alij per Honded. cons. 36. n. 8. lib. 2.*

Neque obstat, quod permittantur vsuræ fauore 2 dotis ex æquitate *c. salubriter. de vsur.* † Quia illud intelligitur in marito, qui sustinet onera matrimonij, in quorum compensationem illas licite recipit, Quasi tunc d. vsura sit onerosa non gratuita *l. pater. in princ. ff. de dol. except. Alex. cons. 74. viso titulo. n. 2. lib. 5.* 3 † Quæ ratio cessat in muliere, Vnde nihil poterit petere, aut recipere ob dictam solutionem retardatā, Ita distinguit *Bart. in l. at qui natura. §. non tantum*

tantum ad med. verf. quod intelligitur. ff. de neg. geft. Alex. conf. 141. viso themate cum dubijs. n. 4. lib. 5. Abb. conf. 39. videtur primo. n. 6. lib. 2. Aym. conf. 189. col. 5. poft med. verf. fextus verò cafus. n. 7. Menoch. conf. 7. n. 12. lib. 1.

Et quamuis *Thefaur. decif. 43. n. 4.* multa adducat, quod in hoc cafu nulla fit facienda differentia inter maritum, & vxorem, † Tamen eius opinio non eft admittenda, cum loquatur contra communem Doctorum fententiam, & ideo durum effet contra ftimulum calcitrare, prout ipfemet *Thefaur.* aduertit *d. decif. 42. n. 4. in fin. verf. cæterum.* & latè explicat *Petr. Barbof. in l. 2. in princ. p. 1. n. 40. vfque ad n. 44. ff. folut. matrim.* (4)

Nec facit, quod fi dos non reftituitur mulieri fuo tempore, poteft falua dote aliquid recipi ratione alimentorum, † quafi recipiens dotem videatur fe obligaffe ad alimenta præftanda, donec illa reftituatur, neque enim hoc cafu ifta alimenta videntur percipi ratione retardatæ folutionis, fed ratione tacitæ promiffionis, quæ refultat ex natura, & fine ipfius dotis, prout in puncto concludit *Nauar. de vfur. notab. 21. in fin. n. 67. & in manual. c. 17. n. 113. in fin. verf. tertium verum effe.* dixi *decif. 126. n. 4. & fupra c. 143. n. 8.* quod etiam voluit *Sot. de iuftit. & iur. lib. 6. art. 2. q. 1. col. vltim. poft med. verf. atqui ex eadem radice.* (5)

Quia verum eft, quod datio dotis ex fui natura inducit quandam tacitam promiffionem præftandi alimenta *l. dotis fructus. 8. ff. de iur. dot.* (6) Tamen † hæc tacita promiffio reftringitur ad tempus conftantis matrimonij; Nam eo foluto illud ceffat vna cum vero nomine dotis, Vnde debet etiam ceffare obligatio mariti ex eo refultans; Quare fequitur, quod femper alimenta videbuntur percipi ratione retardatæ folutionis, non ex dicta tacita promiffione, & fic refultat vfura prohibita, quæ nec fauore dotis, nec piæ caufæ eft permittenda, cum enim debeatur pecunia dotalis in genere à marito, & illius hæredibus, fi quid recipitur, videtur accipi ob d. retardatam folutionem, quod non eft permiffum, licèt fub ficto nomine alimentorum, ita in fpecie firmat *Anchar. conf. 150. n. 4.* quem fequitur *Alexan. in l. diuortio. 8. in princip. col. 6. poft med. verf. prædictis adde. n. 23. in fin. ff. folut. matrim. Cattellian. Cotta in memorab. in verb. dos foluto matrimonio. ante med. verf. quid autem fi hæres. Purpur. in l. rogafti. §. fi tibi. col. 8. poft med. verf. & econtra mulieri. n. 47. ff. fi cert. petat.* & de magis communi opinione teftatur *Socin. conf. 126. diligenter. col. vlt. in princip. verf. quibus præmiffis. n. 5. ad med. lib. 1.* & contra *Nauarr. & Sotum fupra allegatos* latè concludit *Petr. Barbof. in l. 2. in princ. n. 1. verf. tertio amplia. ff. folut. matrimon.* & latiffimè quidquid alij contrarium fequantur comprobat, & de veriori, ac magis communi opinione teftatur *Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. n. 1. vfque ad n. 13.*

(7) Cum † lapfo anno mulier poffit petere dotem, vnde fibi imputandum eft non petendo, quafi habens facultatem recuperandi fortem non agat ad intereffe futuri temporis *l. 1. C. de fent. quæ fin. cert. quant.* (8) † Quamuis enim ad imparia non debeant iudicari vir, & vxor *c. fi quis vxorem. 32. quæft. 1. c. hæc imago. 23. quæft. 5.* Tamen cum in ea ceffet ratio onerum matrimonij, ifta diuerfitas aliud difponet, prout in cæteris correlatiuis *Iaf. in l. fin. n. 18. col. 2. poft med. in 3. conclus. C. de indict. viduit. toll.*

Saluari tamen poffent dicta per *Sotum & Nauarr.* quando effemus in eo, qui teneretur alere, (9) † prout dicimus quod non debentur fructus dotis, fi quantitas non eft liquida, quando videlicet commiffa effet declaratio arbitrio tertij, quafi æquum non fit deberi intereffe non facta liquidatione *Caftr. conf. 11. n. 4. lib. 1.* (10) † Quod tamen non habebit locum in focero, eiufque hæredibus, aut alijs, qui de iure nuptam alere tenebantur, ifti enim nulla data mora tenentur alimenta foluere, quafi tunc maritus illa præftando videatur eorum negotium vtiliter gerere; propterea repeti ab eis poteft actione negotiorum geftorum etiam nulla exiftente liquidatione, quafi tunc debitor dotis, qui etiam tenebatur alere, releuetur ab onere alendi, vt in fpecie concludit *Corn. conf. vlt. col. 8. in princip. lib. 2.* & ita diftinguit etiam *Surd. de alimen. tit. 1. quæft. 42. n. 14. vfque ad 21.* Vbi quod ante quàm vidiffet confilium *Corn.* ita femper tenuit declarando *Hercul. in l. de diuifione. col. 7. ff. folut. matrimon.* vt debeat intelligi non fimpliciter, fed in cafu, in quo promittens dotem teneretur alere *Roland. conf. 65. n. 9. lib. 4.*

Succurretur tamen mulieri, fi probauerit intereffe tam lucri ceffantis, quàm damni emergentis, (11) † tunc enim licitè illud percipiet *Afflict. decif. 284. n. 4. Neguf. de pignor. p. 5. memb. 5. in fin. n. 19. verf. primo modo quando hæredes. Menoch. conf. 7. n. 15. & 16. lib. 1. Neuiz. conf. 74. n. 3. verf. nifi talis vidua.* (12) † Dummodo tamen vtroque cafu probentur requifita neceffaria tam ad lucrum, quàm ad damnum fpectantia, de quibus per *Caftr. in l. 3. ff. de eo. quod cert. loc. Aym. conf. 320. n. 6. Menoch. de arbitr. caf. 119. n. 2. Honded. conf. 50. n. 30. lib. 1. & conf. 38. n. 40. & conf. 39. n. 3. lib. 2.* Quæ etiam in cafu dotis funt probanda *Ruin. conf. 104. n. 7. lib. 4. Imol. in l. diuortio. n. 15. ff. folut. matrim.* cum alijs per *Barbof. in l. 2. in princ. p. 1. n. 48. ff. eod.* latè *Bolognet. conf. 14. n. 2. Aym. conf. 912. n. 11.* Quę quando habeant locum tam refpectu damni, quam lucri declarat *Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 28. vfque ad n. 34.*

In quo illud notandum eft, vt non admittatur probatio præfumptiua, neque illa quæ refultat ex qualitate loci, (13) † in quo paffim inueniuntur occafiones collocandi pecunias ad lucrum,

Quidquid senserit *Couar. lib. 3. var. resolut. c. 1. n. 3. col. 8. vers. septimo ab eadem ratione*. quem sequitur *Cæsar de Graff. decis. 2. n. 2. de vsur.* Cum verior sit opinio non esse admittendas huiusmodi probationes, prout contra *Couar.* & alios tenendum esse testatur *Rot. per Cardin. Blanchett. in causa Romana fructuum societatum. 26. aprilis 1591.* recedendo à decisionibus aliàs factis *coram R. P. D. Brauo Anconitana pecuniaria. & coram R. P. D. Vicecomite Prænestina interesse.* cum dictę decisiones fuerint reuocatæ, vt testatur *Rot. coram Cardin. Lancellotto Bononien. dotis. 24. maij. 1600.*

14 † Vbi etiam quod circa damnum emergens non sufficeret probare fuisse pecunias acceptas ad cambium, cum requiratur in specie probatio, quod fuerint captæ ob retardatam solutionem dictæ dotis, cum possit esse, quod ex alia causa acceperit iuxta *decis. 2. Mobed. & per Rot. coram R. P. D. Lauretano Romana pecuniaria de Zambeccarijs. 7. aprilis. 1581. & coram R. P. D. Decano Romana vinea de Brunis. 2. decembris. 1591.* Et in specie cambiorum *coram Cardin. Millino Romana cambiorum. 11. maij. & 19. iunij. 1592.* Quod etiam voluit *Honded. cons. 50. n. 30. vers. quæ procederent. lib. 1. & cons. 36. in fin. lib. 2. Rot. diuers. decis. 371. n. 2. par. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 33. vsque ad n. 39.* & multa adduxi supra *c. 67. n. 16. vsque ad n. 24.*

Quibus adde idem esse in marito, qui neque licitè percipit fructus dotis soluto matrimonio,

15 quasi † tunc cessent onera matrimonij, in quorum compensationem permittuntur ista interusuria *Doct. in c. salubriter. de vsur. & in l. curabit. C. de act. empt. Alexan. cons. 74. n. 1. lib. 5.* Et in specie ita voluit *Rot. coram Card. Pamphil. Bononien. dotis. 4. iunij. 1597.*

16 † Vbi etiam quod ista onera solum considerantur respectu personæ vxoris, cui maritus subministrat alimenta, quæ cessant ea mortua, vnde debet etiam cessare æquitas, cuius ratione permittitur istud interesse.

Immo fructus dotis augent dotem, quando mari-

17 tus non sustinet onera matrimonij † *l. si ante nuptias. ff. solut. matrim. l. dotis fructus. §. 1. de iur. dot. l. 2. §. ante matrimonium. de vsur.* cum declarationibus, de quibus per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 28. & lib. 11. tit. 19. n. 17.*

Et adeo maritus non sustinens onera matrimonij non lucratur fructus dotis, vt etiam illis priue-

18 tur † quamuis culpa vxoris dicta onera non sustinuerit, quando videlicet ipsa recusauit dotem soluere, & propterea maritus eam expulit de domo, cum satis sit, vt cesset onus matrimonij, non curando cuius culpa acciderit, cum dentur ista alimenta, & fructus dotis in recompensationem damni, quod patitur maritus alendo vxorem. quo circumscripto denegatur petitio *Bald. Imol. & Alexan. in l. in insulam. §. vsuras. solut. matrimon. Surd. de alimen. tit. 1. q. 41. n. 36.* vbi *n. 31. cum seq.* multa quod marito denegentur fructus dotis cessantibus oneribus matrimonij.

Hinc est, quod ab eo tempore, quo mulier à ma-

19 rito recessit ob ipsius culpam † non facit idem maritus suos fructus dotis, cum enim non subeat onera matrimonij, idque sua culpa prouenerit, succedit regula *l. ab hostibus. 11. §. fin. ff. solut. matrim.* Neque potest considerari maritus tanquam bonæ fidei possessor, cum officium pietatis non impleuerit, argumento *l. 1. C. de his quib. vt indig.* & ita in puncto notat *Bald. in rubr. C. de priuileg. dot. num. 1. ad fin. Alexand. cons. 78. n. 4. lib. 5. Rimin. Sen. cons. 184. n. 47. lib. 1.*

Intelligendo, quando maritus nulla alimenta præ-

20 stitit vxori seorsum habitanti, † si enim illa præstaret, vt tenebatur, & cogi poterat, facit fructus suos dotis, & quod superest ex alimentis eius lucro cedit, cum ante separationem dicatur verus dominus dotis *Castr. cons. 65. col. penult. vers. secundo quod non est verum. lib. 1. Aym. cons. 31. n. 6. Barbos. in rubr. solut. matrim. p. 2. n. 45.*

Vnde etiam sponsus non sustinens onera matrimonij non facit fructus suos ex dote perce-

21 ptos, † licet quando dicta onera sustineret prætatos fructus acquireret *Glos. vlt. in l. 2. C. de dot. promiss. Ang.* qui de communi *in §. aduersus. n. 4. institut. de nupt. Gabr. cons. 64. n. 9. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuent. in fin. n. 69.*

22 † Intelligendo quando sponsa tradidit dotem, tunc enim ex æquitate spectant fructus ad sponsum sustinentem onera matrimonij, quasi credendum sit sponsam voluisse facere donationem fructuum in recompensationem dictorum onerum, Quidquid aliud sit in dote non tradita, cum sponsa promittens dotem videatur tacitè intelligere, vt promissio habeat effectum postquam fuerit contractum matrimonium, Vnde propter implementum sponsi non potest videri constituta in aliqua mora, si ante ma-

23 trimonium non tradat; † Quare cessante mora, cessat æquitas *l. curabit. C. de act. empt.* & per consequens fructus non poterunt venire sub aliquo nomine interesse, & ideò sponsus non acquiret *Salic. in l. 2. n. 2. C. de dot. promis. Bald. Nouell. de dot. par. 11. in princ. n. 20.* cum alijs per *Barbos. in l. si antè nuptias. 6. col. 2. in princ. n. 1. vsque ad n. 9. ff. solut. matrimon.*

24 Vbi † *Ias. n. 3.* dicit mirandum, quod fructus percepti ante matrimonium conuertantur in dotem, nisi sponsus sustineat onera matrimonij; Quamuis hoc non esse admiratione dignum dicat *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 29. n. 15.* Cum neque maritus constante matrimonio dictos fructus lucretur, nisi su-

25 stineat onera matrimonij, † cum dos ob hanc causam constituatur *l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. dotis fructu s. §. 1. ff. eod. titul.* Et an prædicta procedant, tam in sponsa maio-

26 re, quam minore, † & an requiratur decretum

cretum, vt sponsus faciat fructus suos ex dote sibi tradita à minore latè. *Card. Mantic. d. tit. 29. lib. 12. n. 7. vsque ad n. 15.*

Quare etiam si pater sustineat onera matrimonij, tunc fructus dotis illi acquiruntur, non autem marito † Adeo vt si pater illos perceperit sint communes omnium hæredum pro portionibus hæreditarijs *Bald. cons. 484. n. 2. lib. 5.* Vnde etiam fructus, qui supersunt deductis sumptibus facti pro oneribus matrimonij, acquiruntur pleno iure patri, qui d. onera sustinuit, † quoniam fructus, qui sunt consumpti, non possunt transire ad hæredes, quod est notandum, cum posset dubitari quod ad filium pertineant, qui duxit vxorem, quasi post mortem patris statim onera matrimonij cum sequantur *l. si is qui stichum. §. post mortem. ff. de iure dot.* † Cuius tamen legis dispositio procedit in fructibus perceptis post mortem patris, non autem in illis, quæ fuerunt acquisita patre superstite, cum hi diuidantur inter hæredes pro portionibus hæreditarijs *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 30. lib. 12. n. 18.* † Vbi etiam *n. 15.* quid in marito putatiuo quando faciat fructus dotis suos propter bonam fidem & retineat impensas factas pro rei vtilitate & compenset cum fructibus.

Et adeo fructus dotis soluto matrimonio percepti sunt restituendi mulieri, vt hoc habeat locum, † quamuis vxor cum hæredibus viri habitauerit post mortem mariti, & alimenta ab eis perceperit, deductis tamen sumptibus alimentorum, ad quorum quantitatem debet fieri compensatio *Bart. in l. diuortio. in princ. n. 4. in fin. ff. solut. matrim. Angel. cons. 42. n. 1. Decian. cons. 79. n. 21. lib. 2.* † Dummodo non essent legata ei alimenta a viro, aut vxor non sit prægnans, quasi tunc alimenta sint exhibenda ventri ex bonis mariti *Bart. & Angel. ibid. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 31. n. 11.* Vbi etiam *n. 14. & 16.* quomodo d. fructus diuidantur in anno, quo maritus moritur.

Ex istis colligitur non esse aliud quærendum circa secundam dubitationem propositam, Cum enim non debeantur fructus dotis mulieri ex supra allegatis, multo minus erunt debiti, si fuerit recepta sors principalis; Nam pro istis accessionibus ciuilibus, vt sunt vsuræ alimenta, & interesse datur officium Iudicis, non autem actio, quæ solum competit pro accessionibus naturalibus, vt in fructibus prædiorum, & fætu animalium, quæ petuntur actione de dote, late *Surd. de alim. tit. 3. q. 2. n. 11. & 12.* † Vnde sequitur, quod soluta sorte, non possunt peti *Bald. in l. 4. C. deposit. Parif. cons. 5. n. 203. lib. 4.* & hanc opinionem sequendam esse tanquam veriorem dicit *Idem Surd. de alim. tit. 1. q. 43. n. 12. in fin. vers. hanc partem teneas.* † Prout etiam istæ vsuræ non poterunt amplius peti ab eo, qui obtinuit tantum condemnationem sortis, quasi Iudicis officium conquiescat in accessorijs post latam sententiam in principali *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 6. n. 2.*

Amplius prædicta procederent quamuis in receptione sortis fuerit reseruatum ius petendi vsuras, † quia neque talis protestatio facit, vt illas possit petere, Ista enim remissio inducitur iuris necessitate, Vnde nihil operatur, & sic censebitur etiam remissum interesse *Bero. cons. 200. n. 4. & 19. lib. 1.* † cum protestatio non impediat quod venit ex legis dispositione *l. & si quis. §. plerique. de relig. & sumpt. fun. l. alimenta. C. de neg. gest. late Rot. Genuen. per Carthar. decis. 38. per tot.* † Intelligendo tamen dummodo soluens sortem non contradicat protestationi, quasi tunc videatur illam tacite acceptare conseruando ius protestantis, Ita vt eo casu resultet quidam contractus super interesse *Ias. in l. fin. col. penult. in fin. vers. quid tenendum. post Castr. ibid. in fin. de eo quod cert. loc. Becc. cons. 45. n. 4.* † Et dummodo non simus in interusurijs, quæ petuntur vel tanquam conuenta, vel tanquam debita vigore alicuius consuetudinis, nam tunc quo ad ista etiam soluta sorte, & nulla quoque facta reseruatione de illis, remaneret semper saluum ius quo ad interesse *Socin. cons. 45. n. 12. lib. 4. Claud. ad Bertazol. cons. 262. col. penul. vers. quarta & vltima est ampliatio Rot. coram R.P.D. Gypsio Romana cambiorum 13. martij. 1587.* cum alijs quod adduxi *supr. c. 33. n. 13. & c. 130. in fin. & c. 143. n. 17.* vbi quod magis hoc procederet, si adesset in promissione dotis iuramentum, † quod habet effectum rato manente pacto, cuius vigore, quis per receptionem sortis non renunciat facultati agendi ad interesse *Alex. cons. 106. n. 1. lib. 7. Natt. cons. 335. n. 2.*

In quo tamen illud erit notandum, vt solum censeantur remissa alimenta, † & fructus dotis pro ea parte tantum, quæ soluta fuit, non pro alia non recepta, cum respectu partis non solutæ debitor dicatur in mora, sicut enim receptio est limitata ad partem sortis, ita quoque debet parere limitatam remissionem *l. in agris. de acquir. rer. dom.* † Cum etiam ista remissio tacita, quæ colligitur ex receptione sortis non debeat extendi vltra quod inferatur ex ipso actu *Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. in fin. ff. de intin. actuq. priuat. post Glos. ibi in verb. quo ad vsque. Dec. cons. 72. n. 5. Parif. cons. 79. n. 12. lib. 3. Alex. cons. 24. in fin. n. 5. lib. 1.* Et ita in specie concludit *Angel. in l. centum capua. col. 2. post med. vers. in textu ibi eiusque. de eo quod certo loco. Natt. cons. 335. in princ. post Butr. in c. suam. vbi Abb. n. 4. de pœnis* & de veriori opinione, quamuis alij contrarium sentiant, testatur *Surd. de alim. q. 43. tit. 1. n. 31. & tit. 6. q. 3. n. 55. vsque ad n. 60.* † Quidquid aliud sit quando obligatio, pro qua sit remissio est indiuidua, vt declarat *Idem Surd. cons. 104. in fin. Socin. cons. 18. prosequendo. col. 2. post med. vers. quinimmo. n. 4. & 5. lib. 1.* † Tunc enim sicut

ex minimo defectu tota pœna committitur *l. stipulationum. §. fin. ff. de verb. obligat.* Ita recipiendo partem tota remittitur *Butr. & Abb. in c. suam. 9. post Glos. ibi in verb. persolutis. de pœnis.* & declarat *Surd. d. cons. 104. in fin. vers. & non obstat. lib. 1.*

Vltimo adde, quod ad tollendam omnem dubitationem per statutum Vrbis disponitur, † vt fructus dotis viduæ soluantur ad rationem septem scutorum cum dimidio pro centum. Et quamuis similia statuta videantur non transire sine dubitatione de Iure Canonico ex adductis per *Ias. in l. de quibus. n. 71. ff. de legib. Socin. cõs. 126. diligenter. in fin. n. 6. lib. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 25.* † Tamen cum statutum Romanum habeat confirmationem Apostolicam, valebit, vt notat in specie *Pontan. de aliment. c. 15. n. 7. tom. 8. p. 1. f. 452.*

45

46

Et circa eiusdem statuti vrbis antiqui declarationem tam *lib. 3. c. 78.* quam *lib. 4. c. 20.* † An requiratur interpellatio ad effectum, vt interusurium taxatum debeatur, Resoluendum est negatiue non requiri interpellationem iuxta decisiones *Rot. per R. P. D. Oranum. Romana fructuum dotis de Cesis. 4. may. 1598. & iterum. 19. Octobris. eiusdem anni.* Vbi etiam an obstet statutum nouum quoad hunc effectum, & an sit docendum, quod creditor fuerit in loco destinatæ solutionis, & quid in vidua petente huiusmodi fructus, aut in ea, quæ aliunde habuit alimenta, & quid in hæreditate iacente, ac alijs casibus adductis in eisdē decisionibus, de quibus Deo dante latius dicam infra *in capite particulari*, vbi multa circa interpretationem similium statutorum.

47

Si tamen statutum, aut consuetudo differret mulieri viduæ exactionem suæ dotis, † tunc illa non prohiberetur petere alimenta, quasi hoc casu nihil possit ei imputari, cur non exegerit, & sic cessat ratio, per quam mulieres prohibentur post annum luctus petere alimenta, vt in terminis concludit *Ias. cons. 92. col. 9. in princ. vers. quinto principaliter. lib. 1. post Ang. in l. titia. in princ. ff. solut. matrim. Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 55.* † Exemplo legatarij, qui potest interim percipere, quod in singulos annos mandauit testator ei solui ob retardatam solutionem factam per hæredem, quando in eius facultate non est exigerere legatum *Couar. lib. 3. var. resolut. c. 1. col. penult. vers. sed vbi legatarius. Surd. cons. 23. n. 12. lib. 1.* cum alijs quos adduxi *supr. c.* ....

48

49

Ex quo etiam inferunt Doctores, quod quemadmodum dos debetur filiæ ex dispositione statuti, † Ita quoque debentur fructus dotis seu alimenta a die mortis testatoris, quando filiæ nihil potest imputari, cur dotem non petierit. Neque enim debentur ista alimenta tanquam interesse, vel vt accessorium ad quantitatem debitam, sed potius ex legis dispositione, Itaut etiam sint omnino præstanda non probato, quod filia sit passa aliquod interesse, & quamuis aliunde illa habuerit, vt late in omnibus prædictis casibus concludit *Menoch. cons. 81. n. 36. vsque ad n. 66. lib. 1.*

50

Prout etiam valebit statutum, quod certa quantitas soluatur marito pro interesse dotium, dummodo † tamen sit intra iustos terminos, Exemplo pacti, quod etiam valebit, Nam interesse non solum est debitum, sed etiam certum, licet quantitas sit ambigua, Vnde conuentio, seu consuetudo dicetur facta secundum iuris dispositionem, vt declarat *Surd. de alim. tit. 1. q. 42. n. 26. vsque ad n. 30. R uin. cons. 224. n. 14. lib. 1. post Bald. in l. fin. §. præterea. n. 6. C. de iur. dot.*

51

EPITOME.

Fideicommissarius ante restitutionem verbalem an habeat aliquod ius in hæreditate. Et quid de æquitate canonica, & vbi competit aliqua retentio. ¶ Trebellianica, & legitima an possit prohiberi filijs, & per quæ verba censeatur prohibita tam illis, quam hæredibus extraneis, & quid in hoc operetur aditio hæreditatis. ¶ Verba pleno iure, plenarie, & similia quid significent, & quando faciant substitutionem directam, seu fideicommissariam, ita vt substitutus cum talibus verbis sit legitimus contradictor, & impediat immissionem hæredis, & quo casu huiusmodi immissio impediatur. ¶ Conditiones appositæ in primis substitutionibus quando censeantur repetitæ in sequentibus. ¶ Statutum prohibens alienationem in forensem an sit validum, & possit confirmari, & comprehendat alienationes per vltimam voluntatem, & successionem ab intestato. ¶ Domini Ciuitatum an valide confirment statutum contra ius commune, & quo casu possint augere pœnam constitutionum superiorum. ¶ Dos consistens in creditis iuribus, & actionibus an habeatur pro vniuersitate bonorum, & ex ea sit debitum lucrum dotis marito, si adsit fideicommissum, vel quid simile.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica potest prohiberi etiam filijs primi gradus, dummodo aliud non seruetur de consuetudine. n. 2.*

3 *Aditio hæreditatis in qua fuit probibita Trebellianica facit, vt non sit locus illius detractioni.*

4 *Legitima non potest probiberi in præiudicium filiorum, dummodo non fuerit alternatiue relicta.*

5 *In hæredibus extraneis admittitur prohibitio Trebellianicæ per verba absolute, pleno iure, & omni meliori modo. n. 6. & 7.*

8 *In dubio est iudicandum pro detractione trebellianica, & n. 31. & sufficiunt coniectura. n. 9.*

10 *Verba pleno iure æquipollent clausula iure proprio, libere, & plenarie, & per ea censetur concessa licentia capiendi manu propria. n. 11.*

Sub-

concludit *Menoch.conſ.*31.*n.*36.
*lib.*1.
bit ſtatutum, quod certa quan-
marito pro intereſſe docium
amen ſit intra iuſtos terminos,
i, quod etiam valebit, Nam in-
um eſt debitum, ſed etiam cer-
antitas ſit ambigua, Vnde con-
nſuetudo dicetur facta ſecundum
onem, vt declarat *Surd. de alim.*
*vſque ad n.*30. *Ruin.conſ.*134.
*Bald.in l.fin. §. præterea n.*6.*C.*

PITOME.

ſarius ante reſtitutionem ver-
beat aliquod ius in hæreditate,
tate canonica, & vbi compe-
itio. ¶ Trebellianica, & legi-
ri hiberi filijs, & per quæ ver-
ohibita tam illis, quam hære-
is, & quid in hoc operetur adi-
:. ¶ Verba pleno iure, plena
quid ſignificent, & quando ſa-
ionem directam, ſeu fideicom-
vt ſubſtitutus cum talibus ver-
contradictor, & impediat im-
edis, & quo caſu huiuſmodi im-
itur. ¶ Conditiones appoſitæ
ſtitutionibus quando cenſeantur
uentibus. ¶ Statutum prohi-
em in forenſem an ſit validum,
nari, & comprehendat aliena-
m voluntatem, & ſucceſſionem
Domini Ciuitatum an valide
tum contra ius commune, &
augere pœnam conſtitutio-
. ¶ Dos conſiſtens in creditis
nibus an habeatur pro vniuer-
, & ex ea ſit debitum lucrum
ſi adſit fideicommiſſum, vel

MARIVM.

ſſt prohiberi etiam filijs primi
do aliud non ſeruetur de con-

in qua fuit prohibita Trebel-
non ſit locus illius detractioni.
ſt prohiberi in præiudicium
odo non fuerit alternatiue re-

tranis admittitur prohibitio
r verba abſolute, pleno iure,
*modo. n.*6.*& 7.*
icandum pro detractione trebel
31. & ſufficiunt conuiſtare.

æquipollent clauſulæ iure pro
plenarie, & per ea cenſetur
capiendi manu propria. n. 11.
Sub-

12 *Subſtitutio directa, non fideicommiſſaria inducitur per facultatem capiendi liberè, & pleno iure. & n.*15.

13 *Subſtitutus cum licentia capiendi propria auctoritate quando ſit legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis.*

14 *Fideicommiſſarius ante reſtitutionem verbalem nullum ius habet in hæreditate. Pallit de æquitate canonica. n.*16. *Intellige dummodo non competat aliqua retentio. n.*17.*&* 18.

19 *Poſſeſſio reuocatur ſolum pro ea parte, pro qua datur reuocatio Trebellianica.*

20 *Fideicommiſſarius non poſsidens, vel malitioſe detinens non eſt legitimus contradictor, nec impedit immiſſionem. Intellige vt n.* 21. *&* 22.

23 *Verba cum eadem conditione vt ſupra, repetunt omnia dicta in præcedentibus, etiam in ſubſtitutionibus. n.*24.25.*&* 28. *Declara vt n.*29.

26 *Relatio ſit ad illud, quod ſtat principaliter in diſpoſitione.*

27 *Clauſula in fine poſita refertur ad vtrumque caput ſubſtitutionis.*

30 *Verba repetitiua geminata faciunt ſubſtitutionem ſecundum qualitatem, & conditiones adiectas.*

31 *Statutum prohibens alienationem in forenſem eſt validum. Et per illud cenſetur etiam prohibita omnis præſcriptio. n.*33.

34 *Alienatio per vltimam voluntatem non cenſetur prohibita per ſtatutum prohibens alienationem in forenſes.*

35 *Prohibitio alienationis non extenditur ad eam, quæ ſit per ſucceſſionem ab inteſtato, quamuis prohiberetur in certum genus perſonarum. & n.* 36.

37 *Ciuitates ſubiectæ Sedi Apoſtolicæ non poſſunt condere ſtatuta ſine illius confirmatione. & quando confirmatio in forma communi ſufficiat. n.*38.*& talis in dubio præſumitur. n.*39.

40 *Statutum prohibens Forenſem acquirere eſt contra ius commune, & odioſum, & confirmatio in forma communi non operaretur. n.*41. *&* 43.

42 *Legatus non poteſt ſtatuere contra ius commune.*

44 *Communitates non habent facultatem condendi ſtatuta contraria iuri communi.*

45 *Dominus Ciuitatis ſtatuentium quando poſſit confirmare ſtatuta contra ius commune, vel augere pœnam conſtitutionum ſuperiorum. n.*46.*&* 47.

48 *Dos conſiſtens in creditis, iuribus, & actionibus dicitur vniuerſitas bonorum, & tranſit cum ſua cauſa, & onere, neque debetur lucrum dotis ſi adſit fideicommiſſum. n.*49.*&* 50. *Intellige ſtante ſcientia mariti. n.*51.

52 *Iudex arbitratur quando poſſit impediri immiſſio in poſſeſſionem bonorum; & non debet retardari per exceptiones requirentes altiorem indaginem. n.*53.

54 *Trebellianica non dicitur prohibita, ſi teſtator iuſſit bona remanere in familia.*

CAPVT CCXXXXV.

IMmiſſionem, de qua agebamus Dixi potuiſſe impediri ab hæredibus teſtamentarijs Nam quo ad trebellianicam nullum ius poterat competere ſtante expreſſa prohibitione dictæ quartæ, † quæ etiam admittitur in filijs primi gradus iuxta opinionem *Rot. diuerſ. deciſ.*313. *&* 693. *n.*6.*p.*1. *Honded. conſ.* 59. *n.*37. *lib.* 1. *Menoch. conſ.*272.*n.*15.*lib.*3.*& conſ.*681. *n.*12. *lib.*7.*& præſumpt.*198.*n.*15.*lib.*4. & de veriori opinione quidquid aliud ſit, † vbi contrarium in aliquo loco ſeruaretur, prout in curia pedamontana, teſtatur late *Theſaur. q.*20.*n.*2.*&* 3. *Ludou. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib.*1. *c.*17.*n.*12.*in fin. Coſta in repet. c. ſi pater. p.*2. *in verb. trebellianica. n.* 13. *verſ. ſolum ergo. de teſtament.* [margin: 1, 2]

Et quatenus alia opinio magis placeret, non poterat dubitari in caſu, de quo agebamus, ſtante aditione hæreditatis, † in qua fuit prohibita trebellianica, quaſi tunc ſit approbata voluntas patris, quæ approbatio facit, vt non ſit amplius locus illius detractioni, maxime cum non fuerit ſimpliciter hæreditas adita, ſed expreſſe facta approbatio teſtamenti *Anchar. conſ.*151.*n.*8. *Dec. conſ.*257.*col.*2. *verſ. præterea etiam. Menoch. conſ.*401.*n.*145. *lib.* 5. *& conſ.* 164.*n.*29. *vſque ad n.*32.*lib.*2.*& conſ.*686.*n.*24. *lib.*7.*& conſ.*736 *n.*18.*lib.*8. *Theſaur. q.*20.*n.*10. *verſ. in contrarium.* [margin: 3]

Idem dicendum eſt quo ad legitimam, cum conſtet de illius prohibitione, † quæ licet non valeat in præiudicium filiorum *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* Tamen potuit in caſu noſtro prohiberi illius detractio, cum fuerit relicta alternatiue, caſu quo paternæ voluntati filius noluerit acquieſcere *Dec. conſ.* 688. *viſis & diligenter. n.*2. *Pariſ. conſ.*9.*n.*4.*lib.*3. *Peregr. de fideicommiſſ. art.*36. *n.*62. *ad med. verſ. mihi autem conſiderato. Rot. coram R.P.D. Manzaned. Roman. legitimæ.* 11. *decembris.* 1609. *in fin. Eugen. conſ.*38.*n.*8. [margin: 4]

Quo vero ad trebellianicam reſpectu alterius teſtamenti idem eſt dicendum, Nam licet illa non fuerit expreſsè prohibita, † Tamen cum ſimus in hæredibus extraneis admittitur etiam illius prohibitio per verba æquipollentia, videlicet abſolute, pleno iure, & omni meliori modo, de quibus in teſtamento prædicto, quæ cum ſint ſimul iuncta, includunt prohibitionem eiuſdem quartæ, quidquid aliud ſit, quando ita geminate non fuiſſent appoſita *Grat. conſ.* 103. *n.*14.*&* 15.*lib.*2. *Mantua. conſ.*193.*n.*12. *lib.*1. *Gabr. conſ.*186.*n.*19.*lib.*2. † vbi etiam *n.*21. *vſque ad n.* 24. de clauſula omni meliori modo, de qua etiam *Ruin. conſ.*146.*n.*10. *&* 16. *lib.* 3. *Grat. conſ.*140. *n.*50. *&* 53. *lib.*1. *Menoch. conſ.* 643.*n.*13.*lib.*7.*& conſ.*1006.*n.*7. *lib.* 11. cũ alijs per *Simon. de prat. de interpretat. vltim. volunt. lib.*2. *ſolut.*1. *dub.*1. *interpret.*2.*n.*30. *fol.*128. Et de verbo, abſolute, † quod comprehendat totum, [margin: 5, 6, 7]

tum, & vniuersum est *tex. in c. beneficium. 4. de regular. in 6.* & notat *Prateius in verb. absolute.* Cum etiam significet idem quod libere *Iacob.* 8 *Spiegel. in eod. verb. absolute.* † Itaut in dubio pro non detractione trebellianicæ sit iudicandum tamquam odiosa, & contra voluntatem testatoris *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 7. tit. 12. n. 12. Menoch. consf. 643.* 9 *n. 14. lib. 7.* † Vbi etiam quod sufficiunt coniecturæ *Paris. cons. 21. n. 35. lib. 3.*

Amplius ista verba, pleno iure æquipollent clau- 10 sulæ iure proprio, libere, † & plenarie *Bald. in l. & si post tres. ff. si quis caution. Paris. cons. 33. n. 19. lib. 3.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. glos. 1. §. 4. n. 16.* Vnde cum in casu, de quo agimus, fuerit facta vocatio pleno iure, idem est ac si libere quis vocaretur, & ideo nullius licentia erit requirenda, sed capiet propria auctoritate, & non de manu alterius, prout significant verba libere, siue illa sint adiecta verbo importanti ius quæsitum, siue sint apposita verbo importanti acquisitionem, & appre- 11 hensionem, † cum vtroque modo semper videatur concessa licentia capiendi manu sua *Rip. in l. nemo potest. n. 62. post Ias. ibid. n. 38. de leg. 1. Menoch. de adipis. possess. remed. 2. n. 52. Gozad. cons. 91. n. 7. Socin. Iun. cons. 72. n. 7. lib. 2. Roland. cons. 42. n. 20. lib. 1.* quorum auctoritatem sequendam esse sine vlla distinctione dicit *Surd. cons. 265. n. 33. in fin. vers. sed quia forte durum esset. lib. 2.*

Cum igitur sit data facultas capiendi libere, ple- 12 no iure, & propria auctoritate, † dicendum est nos potius esse in directa substitutione, nõ in fideicommissaria *Ang. cons. 125. in fin. n. 5. vers. nunc igitur ad propositum. Bald. in auth. hac vsus præstatio. C. de sacros. eccles. Gabr. cons. 86. n. 20. lib. 2. post Ias. in l. centurio. n. 66. & ibi Rip. n. 182. de vulg. pupill.* Et per consequens ta- 13 lis substitutus probato incontinẽti iure suo, † & non iure alterius, præuia dicta licentia capiendi propria auctoritate, habebitur pro legitimo contradictore ad impediendam immissionem hæredis *Bart. in l. fin. n. 22. C. de edict. diu. adria. tollend. Cephal. cons. 4. n. 17. Ruin. cons. 27. n. 7. lib. 5. Crass.* qui de communi *in §. fideicommissum. q. 43. n. 10. Menoch. cons. 743. n. 6. lib. 8.* Quidquid aliud sit, quando non probaretur incontinenti ius fideicommissi, & non ius hæredis, & non esset data facultas capiendi propria auctoritate, prout loquitur *Rot. diuers. decis. 521. n. 6. & 13. & decis. 103. p. 1.*

Vnde non est considerandum, quod ante restitu- 14 tionem saltem verbalem † fideicommissarius nullum ius habeat in hæreditate *l. facta. & l. restituta. ff. ad trebellian. Bart. in l. fin. n. 9. C. de edict. diu. adrian. toll.* Quia ex dictis verbis libere, & pleno iure, & similibus est facta substi- 15 tutio directa, † idest quæ nullo alterius ministerio indiget, vt in specie explicat *Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuertatur. n. 136. C. de reuoc. donat. Ancbar. q. 40. n. 6. p. 2.*

Immo ad euitandos circuitus neque de æquitate 16 canonica talis restitutio esset necessaria † *Paris. cons. 53. in fin. n. 15. lib. 3. Menoc. cons. 742. n. 7. in fin. vers. quinto & vltimo. lib. 8. Bald. in c. in præsentia. col. 8. ante med. vers. solutio dicas. n. 31. vbi Mantua. col. 3. Dec. col. 1. ad med. in 2. notab. de probat. Rimin. Iun. cons. 190. n. 33. & cons. 175. n. 16. & cons. 625. n. 55. Guliel. Bened. in c. raynutius. in verb. absque liberis. il 2. n. 85. vers. primum est quod hæres. & in verb. mortuo itaque testatore. il 2. n. 74. ante med. vers. & hoc fe-* 17 *cit curia. de testam.* Intelligendo, † vt in casu nostro, vbi nihil esset remansurum apud hæredem, secus quando competeret retentio trebellianicæ, Tunc enim dicta restitutio erit facienda, vt *per Rot. coram sanctissimo Roman. de comitibus. 17. iunij. 1567. & 14. ianuar. 1575. Achil. Persona. de adipisc. possess. n. 411. in fin.*

Et cum ista distinctione, an competat aliqua retentio, nec ne, poterunt concordari opiniones 18 contrariæ Doctorum circa illum articulum, † an de æquitate canonica ista restitutio sit necessaria, prout talem restitutionem esse faciendam tenet *Peregr. de fideicommis. art. 47. n. 75. Bero. Imol. Aret. & Paris. in c. in præsentia. de probation. Boer. q. 156. Bertazol. cons. ciuil. 116. n. 53. Roland. cons. 78. n. 10. ad fin. vers. nec obstat.* 19 *lib. 3.* Ita † vt in casibus, in quibus pro trebellianica datur reuocatio, solum pro ea parte possessio reuocetur *Peregr. d. art. 47. n. 42.*

Neque obstat, quod quando fideicommissarius 20 non possidet, vel vitiose detinet, † non sit legitimus contradictor, nec possit impedire immissionem, quamuis etiam incontinenti doceat de iure suo, & non iure hæredis *Bart. in l. filiam fratribus. ad trebell. Roland. cons. 78. n. 13. & 25. lib. 3. Dec. cons. 84. excellentissime. col. 1. in fin. vers. secundo quia non obstat.* vbi de communi opinione testatur *Rot. diuersor. decis. 103. n. 4. lib. 1.*

Quia prædicta non procedunt, quando fuit data facultas fideicommissario apprehendendi pro- 21 pria auctoritate, † ob illam rationem, nam si de manu sua potest capere, multo magis de licẽtia iudicis *Zuccard. in l. fin. n. 419. C. de edict. diu. adrian. tollend.* sequitur *Menoch. de adipisc. remed. 4. q. 70. n. 30. iuncto n. 633. in fin. vers. altera est declaratio. Rot. diuers. decis. 520. n. 6. & 13. vers. non obstat dum dicitur. p. 1. Dec. cons. 84. col. 2. in princ. vers. & idem si testator.* 22 *& cons. 424. col. 3. in fin. n. 15.* † vbi etiam, quod sufficiet tacita licentia, nedum expressa *Bald. cons. 78. n. 18. lib. 3. Curt. Iun. in l. vlt. C. de edict. diu. adrian. tollend.*

Maxime quia in omnibus substitutionibus fit relatio ad secundam per verba cum eadem con- 23 ditione vt supra, † per quæ repetuntur omnia dicta in præcedentibus ad sequentia *Glos. in c. cupientes. 16. §. insuper. in verb. ad præmissa. de elect. in 6. & in c. vnic. in verb. præmissis. de cleric.* 24 *coniugat. eod. lib.* † Et in specie substitutionis *Curt. Iun. cons. 156. col. penult. ad med. vers. & ideo secundum veram. n. 7. lib. 1.* Et generale est vt ista verba vt supra, modis præmissis, & similia

milia in ſubſtitutionibus referantur ad præce-
25 dentia † referendo ſingula ſingulis *Aym. conſ. 98.n.11.Dec.conſ.185.& diligenter.col.vlt.in princ. verſ.quarto conſiderandum. & conſ. 384. in caſu propoſito. col.penult. ante med. verſ. ſed*
26 *ex quo adita hæreditate. n.6.* † Cum etiam relatio fiat ad illud, quod ſtat principaliter in diſpoſitione *Bart. in l.fin. §.titia. ff. de liberat.legat.Cephal.conſ.107.n.7.lib.1. Ruin. conſ.181. n.2. & 5. eod. lib.* Prout etiam illa verba pleno iure, & abſolute, ac omni meliori modo poſita in tertia ſubſtitutione referuntur ad ſecun-
27 dam, † cum de natura clauſulæ in fine poſitæ ſit, vt referatur ad vtrumque caput ſubſtitutionis, quando nulla ratio concurrit, vt potius ad vnum, quam ad aliud referatur *Rom.* in ſpecie *conſ.480. in caſu propoſita conſultationis. col. vlt. in princ. verſ. capio nunc ſubſtitutionem.Iaſ.in l.1.n.6.C.de liber.præterit.* vbi etiam extendit ad materiam odioſam *l. cum quidam. de liber.& poſthum.*

Quod etiam erit in clauſulis prohibentibus trebellianicam poſitis in vltima ſubſtitutione,
28 quæ † debent referri ad alias ſubſtitutiones præcedentes, cum non poſsit conſiderari diuerſa ratio, quare potius ad vnam, quam ad aliam referantur, quaſi principalis intentio teſtatoris fuerit plene prouidere fideicommiſſario, caſu quo hæres decederet ſine liberis, Vnde ſtante paritate rationis, militant quæ dicuntur de clauſulis in fine poſitis, vt debeant referri ad præcedentia etiam in materia ſubſtitutionis *Caſt.Ruin. & alij per Menoc. conſ. 124. n. 74.*
29 *lib. 2.* Quidquid † aliud ſit quando adeſſet diuerſa ratio prohibitionis in vna ſubſtitutione, quam in altera, tunc enim non cenſeretur fieri repetitio prohibitionis trebellianicæ, vt declarat in ſpecie *Guid.Pap.q.545.& q.592.*

Et quamuis videretur adeſſe aliqua ratio diuerſitatis, Tamen quia in vltima ſubſtitutione ad-
30 ſunt clauſulæ vt ſupra, † & cum eadem conditione, & cum ſimilibus verbis amplis, & ſæpius geminatis, videtur quod per illas tamquam repetitiuas ſit facta ſubſtitutio ſecundum qualitates, & conditiones adiectas *Rimin. Sen. conſ.19.n.9.& 10.lib.1.& conſ.119.n.20.& 21. eod. lib.* cum alijs late per *Peregr. de fideicom. art.16.n.23.Cephal.conſ.125.n.6.& 7.lib.1. Rimin.Iun.conſ.80.n.33.lib.1. Menoch.conſ. 124. n.59.& 74.& conſ.106.n.295.& conſ.274.n.18.*
31 Maxime cum in dubio potius ſit iudicandum pro non detractione trebellianicæ tamquam odioſa, & contra voluntatem teſtatoris conſtituentis fideicommiſſum vniuerſale, vt ſupra dictum eſt *Menoch.conſ.643.n.14. lib.7.Peregr. de fideicommiſſ. art.3.n.86. in fin.verſ. vbi autem teſtator.*

Nec aduerſatur, quod ſimus in forenſe, in quem
32 eſt prohibita alienatio vigore ſtatuti, † quod in hoc erit validum iuxta doctrinam *Bart.in l. filiusfamilias.117.§.diui.col.penult.ad med.n.11. & ibi Iaſ.in 2.lectur.n.106.verſ.tertio quæritur. de leg. 1. late Surd. de alim.tit.8. priuil.31.n.1.*
33 *cum ſeq.* † Itaut cenſeatur, etiam per idem ſtatutum prohibita omnis præſcriptio *Idem Surd. conſ.276.n.11.lib.2.*

Nam per huiuſmodi ſtatutum non videtur prohi-
34 bita alienatio per vltimam voluntatem, † cum ſimplex prohibitio non extendatur ad cauſam teſtati, Maxime quia in caſu prædicti ſtatuti adſunt verba permutare, vendere, donare, aut cedere, qui omnes ſunt actus alienationis inter viuos, licet enim vlterius addantur verba aut alio modo transferre, vel alienare, Tamen debemus illa interpretari per præcedentia verba venditionis & alienationis inter viuos, reſtringendo prohibitionem ad actus ſimiles expreſsis, vt late prædicta omnia declarat *Hon-*
35 *ded.conſ.13.n.11.vſque ad n.16.lib.2.* † Præſertim quia licet iſta prohibitio alienationis comprehenderet inſtitutionem hæredis, Tamen non extendetur ad alienationem per ſucceſsionem ab inteſtato, prout in caſu noſtro, quaſi nunquam cenſeatur contrauentum, quando teſtator reliquit bona prohibita alienari eis, qui potuiſſent ab inteſtato ſuccedere *Bart.in l.ſi ita quis. §.ea lege.n.8.& ibi Imol. n.9. Iaſ.n.46.ff. de verb.obligat.Aym.conſ.941.n.19.lib.5. Hon-*
36 *ded.conſ.13.n.26.vſque ad n.32.lib.2.* † vbi ampliat quamuis alienatio prohiberetur in certum genus perſonarum, puta extra familiam, quia tunc etiam poterit inſtitui hæres ille, qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus *l.cum pater §.cum inter. de leg. 2. Ceph.conſ.730. n. 37. lib.5. Iaſ. conſ.120.n.8.lib.1.Doct.in l.qui roma. §. cohæredes.ff.de verb obligat.*

Præterea quidquid ſit de prædictis, illa intelligi debent quando ſtatutum eſſet factum à Ciuitate libera, non autem, prout in caſu noſtro, à ſu-
37 biecta ſedi Apoſtolicæ. † Talis enim prohibetur ſimilia ſtatuta condere ſine auctoritate ſummi Pontificis *Bald. in l. omnes populi. n. 6. col. 2. verſ.præterea nullus.de iuſt.& iur.& conſ. 407. præſumendũ eſt.n.2.lib.2.Rot.diuerſ.deciſ.780.*
38 *p.1.& deciſ.536.n.1. p. ead.* † Itaut neque hoc caſu aliquid operetur confirmatio in forma communi, quæ tamquam generalis non extenditur ad ſtatuta, niſi quatenus ſint iuſta & honeſta *Alex. conſ.59.n.9. lib. 1. Dec. in rubr. de*
39 *confirmat.vtil.vel inut.n.2.* † Adeo vt in dubio præſumatur in forma communi *Rip. lib. 1. reſponſ.c.22.n.18.*

Neque erit dubitandum huiuſmodi ſtatutum eſſe contrarium iuri communi tanquam auferens
40 liberam adminiſtrationem rerum ſuarum, † itaut etiam dicatur contra naturalem rationem *Socin. conſ.272. n. 7. & 8. col.4. in princ. verſ. confirmatur. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 64. n. 3.*
41 *p. 2.* † Ideo habebitur pro iniuſto, & inhoneſto, & confirmatio ſuperioris nihil operaretur
42 *Rot.diuerſor.deciſ.780. n.7. p.1.* † Vbi etiam, quod neque Legatus poſſet ſtatuere contra ius cõmune *Iaſ.in l.omnes populi.in 1.lectur. n.30. de*
43 *iuſt. & iur.* † Et quod talia ſtatuta prohibentia forenſem acquirere ſint odioſa & correctoria iuris communis *Cephal.conſ.13.n.3.Bald.*

Ang.

Ang. Rip. & alij per *Honded. conf.* 13. *n.* 17. *lib.* 2. *Surd. conf.* 48. *n.* 9. *lib.* 1. † Vbi, quod communitates non habent facultatem similia statuta condendi tanquam contra ius commune *Rom. conf.* 218. *n.* 2.

Nec oberit confirmatio Domini ciuitatis statuentium; Quia tanquam generalis, † & in forma communi non comprehendit statuta contra ius vt dictum est *Bart. in l.* 1. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. late Parif. conf.* 33. *n.* 14. *lib.* 1. *Rot. diuerf. decif.* 103. *n.* 27. *p.* 2. Immo neque ei permitteretur confirmatio similium statutorum *Bald. in l.* 1. *n.* 1. *C. de monopol.* cum alijs per *Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Assisien. hæreditatis.* 14. *decembris.* 1607. † Tanquam simus in Dominis recognoscentibus Superiorem, qui neque possunt statuere coarctando libertatem subditorum contra ius commune *Socin. conf.* 272. *n.* 8. *lib.* 2. *post Gaccialup. in l. omnes populi. q.* 4. *in princ. ff. de iust. & iur.* † Quidquid alias Inferior, Ciuitas, aut similes possint augendo pœnam statuere, & adiuuare constitutiones Superiorum, vbi tamen disponerent circa materiam ad se pertinentem, non obuiando alijs regulis *Glof. in elem. ne romani. in verb. tolli. de election. Felin. in c.* 1. *n.* 13. *col.* 8. *ad med. verf. & prohibitus. & verf. & ad rationem. de sponsalib. Imol. & Card. in c. ex tua. de cleric. non refident.*

Et hæc dicta sint quo ad iura prætensa ex testamento. Circa verò lucra dotis, † quæ prætendere posset maritus, Idem est dicendum neque ei aliquid competere; Cum enim fuerint data in dotem credita, iura, & actiones sine aliqua expressione quantitatis, partes videntur sensisse de vniuersitate bonorum *l. pecuniæ. §. actionis. de verbor. significat.* † Vnde non censetur datum, nisi quod ad ipsam vxorem spectabat, dum viueret, aut conditio purificaretur *c. nuper. de donat. int. vir. & vxor. & ibi Cardin. n.* 3. *& Abb. n.* 9. *Corn. conf.* 3. *n.* 4. *lib.* 3. *Curt. Iun. conf.* 154. *in fin.* † Nam in maritum non potuit plus iuris transferri, quam eius vxor haberet, cum resoluto iure datoris resoluatur ius accepitoris, & consequenter transierunt bona cum sua causa, & suo onere *Castr.* in specie lucri dotis *conf.* 59. *in vlt. dub. lib.* 1. *& conf.* 43. *n.* 3. *lib.* 2. *Campeg. de dot. p.* 5. *q.* 18. *in fin. Fanuec. de lucr. dot. glof.* 10. *n.* 58. *ad fin. verf. adde quod testator.* † Maxime stante scientia mariti de fideicommisso *Cephal. conf.* 365. *n.* 69. *in* 4. *caf. in fin. Peregr. de fideicommiff. art.* 42. *n.* 106. Quidquid aliud sit in casu, in quo non essent data in dotem iura, credita, & debita marito, qui de prædictis notitiam non habuisset, prout loquuntur *Doctores* contrarium tenentes. † Vnde ex istis apparet potuisse impediri immissionem in possessionem bonorum, de quibus agimus, prout stantibus supra allegatis Iudex debet arbitrari, cum eius arbitrio hoc relinquatur *Rot. diuerf. decif.* 103. *in fin. p.* 1. Quemadmodum neque erit regardanda dicta immissio ei, cui fuit concessa per testatorem libere, & propria auctoritate, Vnde multo magis erit concedenda de mandato iudicis, maxime, quia licet aliqua dubitatio posset considerari, † sumus in his, quæ requirunt altiorem indaginem, & per consequens ad hunc effectum non attenduntur *Menoch. de adipisc. possess. rem.* 4. *q.* 70. *n.* 630. *&* 633. *in fin. verf. altera est declaratio.* Alia quæ dicuntur circa bona, quæ testator iussit remanere in familia, † an ex hoc videatur prohibita trebellianica non faciunt, cum ex alijs illa fuerit prohibita, vt dictum est; Nam ex istis verbis non censeretur facta aliqua prohibitio trebellianicæ *Rot. coram Sanctissimo Forolıuien. fideicommissi.* 11. *Maij.* 1580. de qua quæstione late *Menoch. conf.* 256. *n.* 33. *lib.* 3.

EPITOME.

Legatarius quando dicatur contrauenire præcepto testatoris prohibentis, ne aliquid possit prætendere vltra sibi relicta, si impetrauit Iudicem, & iudicium mouit, vel porrexit supplicationem, & quid si hæc fecerit euentualiter, vt posset deliberare, an expediret accipere legatum, & an ex hoc reddatur indignus commodo eiusdem legati, & ab illo ceciderit, vel potius requiratur consecutio relicti sibi facti, vel recusatio acceptationis illius. ¶ Exceptio adimplementi contra hæredem, an possit opponi per legatarium. ¶ Agens de acquirendo, seu conseruando ius quæsitum, quando debeat soluere, vel sufficiat realis, vel verbalis oblatio. ¶ Pœna contrauentionis, quo casu censeatur remissa per interpellationem de adimplendo. ¶ Priuatio ob molestias prohibitas inferri, quomodo intelligatur, & de varijs modis turbandi, & molestandi. ¶ Periurium incursum quando possit remitti.

SVMMARIVM.

1. *Iudicis impetratio, & iudicium motum super hæreditate an faciat, vt legatarius dicatur contrauenire præcepto testatoris prohibentis, ne aliquid possit prætendere vltra sibi relictum in eius bonis hæreditarijs, Et quid in sola supplicatione Principi porrecta, & rescripto obtento. n.* 2.
3. *Per iudicium motum à legatario an sit contrauentum dispositioni testatoris, quamuis prætendatur factum euentualiter, vt posset deliberare an expediret accipere legatum.*
4. *Contrauentio causata ex impetratione rescripti an reddat indignum legatarium à commodo legati, & an ab illo ceciderit, vel potius requiratur consecutio legati, vel recusatio acceptationis illius. n.* 7. 19. *&* 20.
5. *Prohibitio cessat deficiente ratione legis.*
6. *In correspectiuis vno cessante deficit & alterum.*
8. *Hæres agens de acquirendo debet soluere legatum, vel saltem realiter offerre.*
9. *Ius offerendi non imminet ei, qui vult ius quæsitum conseruare, nisi quando esset apposita dies.*
10. *Hæres non potest prætendere caducitatem contra lega-*

legatarium si non adimplet voluntatem testatoris circa rem legatam concernentem commodum legatarij.

11 *Agens debet docere de implemento.*

12 *Impedimentum, quod quis non adimpleuit quando excuset.*

13 *Exceptio non implementi potest suppleri ex officio Iudicis.*

14 *Implementum an debeat probari per liquidissimas probationes excluso iuramẽto suppletorio.*

15 *Prius contraueniens punitur pœnis non adimplentis, & quid si vterque contrauenerit. n. 16.*

17 *Dolus cum dolo compensatur.*

18 *Oblatio verbalis legati facta per hæredem quando sufficiat, vel requiratur realis, & n. 21.*

22 *Pœna contrauentionis quando censeatur remissa per hæredem, seu creditorem interpellando vt legatarius, seu debitor adimpleant.*

23 *Exceptio implementi non facti remittitur per petitionem, vt adimpleatur.*

24 *Perseuerantia in contractu facit, vt sit remissa omnis contrauentio.*

25 *Donans petens à donatario, vt adimpleat, si prius contrauenit, an incurrat in pœnam, quamuis postea impleuerit.*

26 *Periurium iam incursum non potest remitti per partem quo ad Deum, secus respectu pœnæ. n. 27.*

28 *Protestatio conseruat ius protestantis.*

29 *Priuatio quando detur ob molestias prohibitas inferri à testatore, & de varijs modis turbandi, & molestandi. n. 30.*

CAPVT CCXXXXVI.

SI facto legato prohibeatur legatario per Testatorem, ne aliud quicquam vltra sibi relictum in eius bonis, & hæreditate prætendere possit ex quocumque capite directe, † [1] vel indirecte, tacite, vel expresse, & sub quocunque colore, censebitur huic dispositioni contrauentum per impetrationem Iudicis, & motum, prosecutumque iudicium super d. hæreditate *Bart. & Castr. in l. lucius. 78. §. tres hæredes. ad trebell. Bald. in l. si quis maior. in 2. notab. & ibi Alex. n. 4. C. de transact. Dec. cõs. 613. col. 1. in fin. Simon. de Prat. cons. 106. n. 27.* † [2] Quidquid aliud sit in sola supplicatione Principi porrecta, & impetrato rescripto, quo postea quis non fuit vsus in iudicio *Rim. Iun. cons. 551. n. 43. lib. 5. per tex. in l. libertus aduersus. ff. de in ius vocand.* sequitur *Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 78.* Et multas declarationes adducit *Felin. in c. ex tenore. 16. col. 1. & 2. de rescrip. Bartazol. in l. si quis maior. n. 369. vsq. ad n. 380. C. de transact.*

Quæ etiam procedũt, quamuis ista prætenderentur fuisse facta euentualiter, vt posset quis deliberare, † [3] an esset illi expediens accipere donationem, vel legatum, cum ista euentualitas fuerit prohibita ex illis verbis directe, vel indirecte, & sub quocunque colore prætendere posset *Socin. Iun. cons. 113. n. 29 lib. 1. Decian. cons. 57. n. 26. lib. 1.* & ita in puncto resoluit *Rot. coram R. P. D. Orano Romana bonorum 16. ianuarij 1587.*

Ex huiusmodi tamen contrauentione, cum de hoc dubitaretur, Dixi non resultare, quod legatarius se indignum reddiderit commodo legati, & quod ab illo ceciderit; † [4] Quamuis enim ex impetratione rescripti cum alijs supra allegatis colligantur actus per legatarium facti incompatibiles cum dispositione testatoris; Nihilominus non sunt tales, ex quibus liceat arguere ad contrauentionem, per quam censeatur incursa caducitas, quando testatoris voluntas fuit, vt legatarius haberet legatum pro omni eo, quod prætendere posset in eius hæreditate tam ab intestato, quàm ex testamento, alias contradicendo ab illo caderet; Vnde ex hoc colligitur quod ad incurrendam huiusmodi caducitatem requiritur, quod legatarius iam esset consecutus legatum ante impetrationem rescripti, & Iudicis, Vel quod constaret illum recusasse acceptationem legati, † [5] quibus cessantibus cessare etiam debet prohibitio *Glos. in l. mancipia. C. de ser. fug. Dec. in c. constitutus. col. 2. ad med. vers. si ergo non est receptus. de constit. Rom. sing. 495. statutum seu lex puniens. Aym. cons. 231. n. 2.* † [6] Quasi in correspectiuis, si vnum cessat desinat, & alterum *l. etiam. §. ex causa. de minor. Alex. cons. 111. viso superiore themate. col. 3. in princ. n. 3. lib. 3. Aym. cons. 230. n. 2.* † [7] Et in specie ita decidit *Rot. coram R. P. D. Orano. Roman. Bonorum. 2. decembris. 1587.* Vbi etiam quod intentio testatoris talis esse colligetur, quando voluisset in casum contrauentionis legatum ad hæredem redire, & ipsum absque vitio spolij eadem bona legata posse ingredi, ex hoc enim præsupponitur antea ad legatarium debuisse peruenire legatum, priusquam ipse ad actus positiuos posset procedere, ex quibus detegeretur ipsius renitentia, & contradictio suæ dispositionis.

Ex quibus colligitur quod legatum debuit solui, vel saltem realiter offerri, † [8] ad hoc enim hęres tenetur tanquam agens de acquirendo *l. qui decem. §. idem responsum. de solut. Bar. in l. prætor. §. si reus paratus. de oper. nou. nunciat. Alex. cons. 130. in causa Strazarolorum. col. 4. ad med. vers. respondeo vt dixi pridie. n. 11. lib. 4. Matthesil. sing. 128. nota quod vbi quis debet. n. 1. Rom. cons. 161. constitutio. in fin. vers. certe & si diceretur. vbi late Mandos. in verb. realiter.*

[9] Quidquid † aliud sit in eo, qui nõ vult consequi sed ius quæsitum cõseruare, cui nõ imminet ius offerendi *Gabr. cons. 5. n. 27. & 30. lib. 1.* Nisi fuerit apposita dies, quia etiam tunc debet offerre, ne in pœnam incidat *Bald. in c. 1. §. licet in princ. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat.*

Quatenus autem etiam fuisset factus locus caducitati, non concederetur actio hæredi, † [10] si per ipsum adimplenda esset voluntas testatoris circa rem legatam concernentem commodum legatarij *Rota coram R. P. D. Orano Mediolanen. 16. octobris. 1587. & coram eodem Roman.*

man.bonorum.2.decẽbris.1587.& 9.Iuny.1599. & voluit *Grat. conſ. 82. n.7. lib. 2. per tex. in l.* 11 *meuia.13.de ann.leg.* † Quaſi tunc hæres ſuſtineat perſonam actoris in hoc iudicio pœnali; Vnde debet oſtendere ſe prius adimpleuiſſe omnia, ad quæ tenebatur *Alex.conſ.49 inſpectis & ponderatis.col.1.in fin.n.4.lib.2.Dec.in l. cũ par delictũ.195.§.illi debet.de reg.iur. Aym.* 12 *conſ.151.n.19.in fin. Mobed.decif 218.* † Itaut neque impedimentum, quod quis non impleuerit excuſet, niſi habeat requiſita, de quibus late *Felin.in c.ex transmiſſa. .o.de præſcript.*

Adeo vt iſta exceptio non implementi ſit ita 13 fauorabilis, † vt etiam Iudex ſuper ea ſuppleat ex officio etiam parte non opponente, quaſi tunc inſurgat ex tenore eiuſdem conuentionis & contractus *Rom.cõſ.294. pro euidentia.col.2. in fin.verſ.breuiter reſpondetur.n.5.& ibi Mandoſ.in verb ſupplet.Aym.conſ.151.n.10.in prin. verſ.& adeo. col. 3 poſt med.* ſtatim enim tunc naſcitur actio, & exceptio *Bald. in auth. præſente. C. de fideiuſſor. & in l. ex. his prædÿs. 5. n.1.C.de euict.*

Et facit quod dicimus de ſimili contrauentione ad materiam *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* 14 Nam † agens beneficio illius legis debet ſe cautum præſtare, vt probet ſe adimpleuiſſe pro parte ſua etiam per liquidiſſimas probationes, excluto quoque iuramento in ſupplemẽtum *Rub.Alex.conſ.30.viſo inſtrumento tranſactionis.col.vlt.ad med. verſ. ille enim qui egit.* 15 *n.4.Barbat.conſ.15.col.3.& 4.lib.1.* † Itaut prius contrauenien illis pœnis plectatur, vt per *Bertazol in d.l.ſi quis maior.n.431.q.32.* quidquid aliud ſit quando vterque contraueniret 16 *Alex.* † *conſ.32.opportune conſiderato.col.2.ante med.verſ.tertio quia ille.n.3.lib.2.* Quaſi dolus cum dolo, & culpa cum culpa compenſetur 17 *l.* † *ſi ambo.de compenſat.l.viro atque vxore. ff. ſolut.matrim.Bald.& alÿ in l.ſi mora.& l.cum mulier.ff eod.tit.*

Neque ſufficiet oblatio legati verbalis; Hæc enim 18 non operatur ſolutionem, † nec aliquem effectum producit, cum debeat offerri pure, & realiter *Bart.in l.prætor ait.§ ſi quis paratus.de oper.non.nunc. Alex. in l.ſi mora. in princip.ff. ſolut.matrim.& in l.qui roma.in princ.de verb. oblig.& conſ.130.n.11.lib.4.Rot.coram R.P.D. Orano Romana bonorum.9.iunÿ.1589.*cum declarationibus, de quibus late *Barboſ. in d. l. ſi mora n.45.& n.51.vſque ad n.60.& in l.diuortio.8.§.fin.n.36.cum ſeq.ff.ſolut.matrim.& in rubr.eod.tit.p.1.n.41.& 42.*

Tunc autem dicetur contraueniſſe legatarius, 19 quando poſt ſolutionem factam de legato † iudicium per eum motum fuiſſet ſuper hæreditate, vt in his terminis loquitur *Socin.Iun. conſ. 213.lib.1.Decian.conſ.57.n.27.lib.1.*Vnde opus erit probare legatarium conſecutum fuiſſe 20 legatum, vel per eum ſtetiſſe, † quo minus illud conſequeretur, vt dicatur contraueniſſe voluntati, & diſpoſitioni teſtatoris *Rot. coram R.P.D. Orano Romana bonorum 9.iunÿ.1589.* cum enim noluerit recipere ſolutionem legati non exigeretur alia præſentia rei oblatæ, & 21 ſufficeret verbaliter offerri, † ita vt tunc verbalis oblatio operetur omnes effectus, quos ſolet producere realis *Gabr.conſ.36.n.63. in fin.lib.1.Natt.conſ.631.n.4 lib. 4.* cum alijs per *Barboſ.in l.ſi mora 10.n. 51. vſque ad n.55.ff. ſolut.matrim.Tiraq.de retract.conuent.§.4.gloſ. 6.n.21.*

Quibus adde, quod poſt contrauentionem, & litem motam, & moleſtias illatas per legatarium 22 ſi † hæres illum interpellauerit ad implendam voluntatem teſtatoris, eſſet tacite remiſſa pœna contrauentionis, prout dicimus de creditore, qui interpellando debitorem cenſetur remiſiſſe omnem præcedentem morã *Bart. in l. æmilius* 23 *largianus. 39. in princ.ff.de minor.* † Quemadmodum regulare eſt, vt quis petendo quod ſibi impleatur, remittat exceptionem implementi non facti *Rom.conſ. 26. viſo themate mihi propoſito. col. vlt. in princ. in 4. dub. vbi Mandoſ. in verb.receſſiſſe. Aym.cõſ.51.n. 8. ad fin.* Et ita in ſpecie moleſtiarum concludit, & multis ſimilibus comprobat *Surd.de alim.tit.9.q.26.n.126. vſque ad 133.* Quia tunc videtur approbare actum, pro quo eſt implendum, cum offert ſe recipere implementum, quaſi perſeueret in prima actione, quæ ſibi competebat ad illud 24 conſequendum, † per quam perſeuerantiam videtur remiſſa omnis contrauentio *l.ſi domus. in prin.ff.locat.Caſtr.in l.ſi merces.§.ſi vicini.ff. eod.tit.Corn.conſ. 208. ad fin. verſ.nec obſtat quod forte prior.lib.1.per tex. in l. ſi fundus. §. eleganter.ff.de leg.commiſ. l. per emptorem. §. ſi poſt diem ff.eod.tit.*

Neque obſtabit, quod quamuis fuerit petitum adimpleri, tamen pœna erit debita, ex quo 25 prius fuit contrauentum, † Prout dicimus de donante, qui petijt a donatario, vt adimpleat ſi enim prius incidit in periurium contraueniendo, quamuis poſtea impleuerit, tamen incurrit in pœnam *l. ſi quis maior.C.de trãſact.* vt in puncto concludit *Corn.conſ.179.lib.2.*

Quia verius eſt, quod donator petens ſibi adimpleri cenſeatur remittere exceptionem implementi non facti *Salicet.in l.commiſſoriæ.in fin.* 26 *C.de pact.inter empt.& vend.* † Quamuis enim pars non poſſit remittere periurium iam incurſum *Alex.conſ.17.conſideratis his.n.5.col.2. ad fin.verſ.ſicut etiam videmus.lib.3.*Poteſt tamen remittere pœnam incurſam ex periurio debitam ipſi parti, ſeu quatenus concernit 27 eius fauorem, † Quidquid aliud ſit quando ageretur erga Deum, cum non poſſit homo laicus a peccato iam admiſſo abſoluere *Socin. in l. 1. col.penult.verſ.ſed a præmiſſo fundamẽto ff.ſolut.matrim.Gozad.conſ.28.col.4. verſ. nono & ſi confeſſio.n. 24.* & ita in ſpecie per prædicta eſſe dubitabilem ſententiam *Corn.* dicit *Aym. conſ.151.n.8.ad fin.verſ. quod videtur dubium & n. 9.*

Quæ magis procederent, quando is qui interpellat pro adimplemento non eſſet proteſtatus

de

de suis iuribus, nam si adesset talis protestatio, 28 non censeretur remissa contrauentio, † quasi per eam conseruetur ius protestantis *l. si debitor. §.1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit. Dec. cons. 42. in fin.* & in specie ita concludit *Surd. de alim. tit. 19. q. 26. n. 135.*

Alia quæ pertinent ad contrauentionem præcepti 29 ob molestias inferri prohibitas à testatore, † & quando priuatio relicti ob huiusmodi causas veniat, an intelligatur molestia tam iuris, quam facti, tam agendo, quam resistendo cum multis similibus latissime explicat *Surd. de alim. tit. 9.* 30 *q. 16. n. 1. vsque ad n. 137.* † Et viginti octo modos turbandi, & molestandi adducit *Menoch. de retinen. possess. rem. 3. n. 468.*

EPITOME.

IN contractibus, & donationibus causa mortis, quando possint fieri substitutiones fideicommissariæ, & detrahatur Trebellianica, & legitima, & acquiratur vtilis actio absenti substituto sine stipulatione, detur reuocatio, & transmittatur ad heredes conditione pendente. ¶ Feudum concessum pro se filijs, ac descendentibus, an sit vnica concessio, & quid in emphyteusi, & donatione cum fideicommisso. ¶ In detrahenda trebellianica, & falcidia, quæ requirantur, & in quibus casibus sit locus illarum detractioni. ¶ Grauato dilapidanti, quando bona sint in totum auferenda. ¶ Filius an possit grauari in legitima ex fideicommisso reciproco, & illi competat quærela inofficiosæ donationis, & quamuis illam tacite acceptet an sibi præiudicet tam in legitima, quam in eius supplemento, & quid in agnitione hæreditatis, & fideicommissi, & renunciatione facta in vita patris. ¶ Donatarius, vel hæres quando ex eadem donatione possit vnam partem capere, & aliam repudiare. ¶ Patronus quo casu reuocet donationem factam per libertum, & an in hoc æquiparetur filio. ¶ Quærela inofficiosæ donationis ad quid fuerit inducta, & quando habeat locum, & quid in testamento inofficioso. ¶ Legitima an sit quota bonorum, & quomodo eius quantitas consideretur secundum tempus mortis, & an minuatur per alienationes, & contra eas habeat locum quærela inofficiosi. ¶ Ius petendi supplementum legitimæ, quanto tempore duret. ¶ Legitimati quando habeantur pro veris legitimis, & sint sui hæredes, & iudicentur quo ad omnia tanquam filij legitimi, & naturales.

SVMMARIVM.

1 *Substitutiones fideicommissariæ possunt fieri in contractibus etiam causa mortis, & pro eis datur actio ex fideicommisso.*

2 *Fideicommissa, quæ fiunt in contractibus non differunt ab his, quæ fiunt in testamentis, nisi quod non detrahitur trebellianica.*

3 *Ex substitutione facta in contractu donationis acquiritur vtilis actio absenti substituto, nec in ea requiritur stipulatio, Neque dabitur amplius reuocatio. n. 7. Et quid si substitutio fiat in alijs contractibus. n. 4.*

5 *Donatio in qua facta est substitutio, si reuocatur quo ad primum donatarium, non censetur reuocata quo ad substitutum.*

6 *Substitutio conditionalis facta in contractu trãsmittitur ad hæredes conditione pendente.*

8 *Substitutio quæ fit in contractibus inter viuos an sit directa, vel fideicommissaria. & n. 9.*

10 *Donatio cum substitutionibus, & fideicommissis non est vnica donatio, sed plures, & vna ab altera non dependet.*

11 *Feudum concessum pro se, filijs, & descendentibus non dicitur vnica dispositio, sed plures concessiones. Et idem in emphyteusi. n. 12.*

13 *Trebellianica non detrahitur, quando quis grauatur vt donatarius, sed solum quando grauatur, vt hæres.*

14 *Trebellianica fuit reperta, vt testamenta sustineantur.*

15 *In detrahenda trebellianica duo copulatiue requiruntur, vt quis restituat, & vt tanquam hæres restituat.*

16 *Falcidia deducitur non solum de legatis factis in vltima voluntate, sed etiam de donatione causa mortis.*

17 *Donatarius causa mortis potest propria auctoritate possessionem apprehendere, quod non licet legatario.*

18 *Trebellianica non detrahitur à fideicommissis relictis in donatione inter viuos. Idem quando quis esset institutus non sui contemplatione, sed fideicommissarij. n. 19.*

20 *Grauato dilapidanti sunt totaliter bona auferenda, quando dilatio est apposita fauore fideicommissarij.*

21 *Legitima detrahitur ex fideicommisso, seu substitutione facta in contractu inter viuos. n. 24. Et quid si filius intererit in contractu donationis, & consensum præstiterit restitutioni faciendæ. n. 28.*

22 *Dispositio inter viuos sæpe resoluitur in fideicommissum.*

23 *Donatio inter viuos facta in testamento valet, & retinent naturam, & vim contractus.*

25 *Legitima detrahitur ex reciproca donatione, & illius respectu competit quærela inofficiosæ donationis.*

26 *Legitima debetur ex bonis pacto comprehensis non obstante reciproca conuentione.*

27 *Filius non potest grauari in legitima ex fideicommisso reciproco, quamuis possit afferre tam commodum, quam incommodum.*

29 *Approbatio, & agnitio tacita, quam facit filius de inofficiosa donatione à patre facta non præiudicat ei quo ad legitimam, seu eius supplementum. Et quid in debito ex prouisione hominis, vel legis. n. 30.*

31 *Filius grauatus per fideicommissum vniuersale in vltima voluntate detrahit legitimam quamuis agnoscat hæreditatem, & consentiat fideicommisso. n. 33.*

Spe-

32 *Specialis mentio de legitima fieri debet, vt filio praeiudicetur.*
34 *Trebellianica non censetur renunciatum per simplicem aditionem, vel approbationem testamenti, sed expressa renunciatio requiritur.*
35 *Vt filio in legitima praeiudicetur, vltra eius consensum expressum, requiritur, vt pater illum grauet prohibendo, ne aliud pro legitima petere possit, & an sit opus, quod expresse renunciet legitimae. n. 36.*
37 *Filius excluditur à legitima si in vita patris renunciauit successioni paternae quamuis simpliciter renunciasset. Et praeteritus à patre non poterit testamentum impugnare. n. 38. Et de ratione. n. 39.*
40 *Pactum aut conuentio tollit ius futurum, licet renunciatio ad futurum ius non extendatur.*
41 *Filius approbando simpliciter donationem non sibi praeiudicat in legitima respectu illius donationis.*
42 *Renunciatio non praesumitur, quando alia coniectura capi potest.*
43 *Donatarius ex eademmet donatione potest vnam partem capere, & reliquam repudiare, secus in institutione haeredis.*
44 *Patronus expresse consentiens donationi facta à liberto, sicut non potest eam postea reuocare Pauiana, ita nec filius expresse consentiens patri donanti omnia bona potest donationes tanquam inofficiosas reuocare. Et eadem ratio militat in filio, quae in patrono. n. 47.*
45 *Filius haeres patris tenetur stare colono, secus si veniret ad legitimam per actionem supplementi.*
46 *Paria sunt actum celebrare, aut ei consentire.*
48 *Exhaeredatus agnoscens iudicium defuncti non habet querelam inofficiosi testamenti.*
49 *Querela inofficiosae donationis fuit inducta ad similitudinem inofficiosi testamenti, Et tam vna, quam altera est subsidiaria, & dicitur vltimum adiutorium. n. 50.*
51 *Filius approbans contractum non excluditur à querela inofficiosae donationis.*
52 *Legitima est quota bonorum, & eius quantitas consideratur secundum tempus mortis testatoris, nec minuitur ex bonis superuenientibus post eius obitum. n. 53.*
54 *Tempus mortis attenditur in legitima etiam si viuo patre sit assignata. Limita vbi pater per immensam donationem patrimonium exhausit n. 55. Praesertim in filijs iam natis, seu conceptis. n. 56. Et quid si testator post donationem bona auxisset. n. 57.*
58 *Legitima non minuitur per voluntarias alienationes, vt est donatio.*
59 *Filius patre viuente non habet ius in legitima, nec agit in vita ipsius ad reuocandam donationem inofficiosam.*
60 *Suppletio legitimae, quae fit filio ex donatione inofficiosa qualiter fiat de legatis, fideicommissis, & donatione. n. 61. & 62.*
63 *Multa facta tenent, quae à principio fieri prohibentur.*
64 *Querela inofficiosae donationis, vel testamenti cessat, quando filio volenti reuocare fuit aliquid relictum.*
65 *Querela inofficiosae donationis non habet locum si pater totum donauit. & postea multa quaesiuit, quae filio reliquit. Etiam si ab intestato pater accessit. n. 66. Et si quid minimum filius in haereditate inuenerit, dabitur solum actio ad supplementum. n. 67.*
68 *Paria sunt relinquere alicui, vel non adimere.*
69 *Intestatus decedens videtur alienare in venientes ab intestato.*
70 *Venientes ab intestato possunt grauari fideicommisso tanquam habentes certum iudicium defuncti.*
71 *Ius petendi supplementum legitimae durat vsque ad 30. annos.*
72 *Legitimati habentur pro veris legitimis, non fictis, & sunt sui haeredes, transmittunt suam legitimam, ac supplementum, habent querelam inofficiosi testamenti, & ius contratabulandi, & omnia quae competunt legitimis, & naturalibus.*
73 *Remissio, aut renunciatio legitimae non arguitur per simplicem aditionem haereditatis, & testamenti, neque in hoc dicitur filius venire contra factum defuncti.*

CAPVT CCXXXVII.

PRo vera decisione eorum, de quibus in casu mihi proposito, sunt firmandae infrascriptae Conclusiones:

Prima Conclusio. Substitutiones fideicommissariae possunt fieri in contractibus, & passim admittuntur tam in donationibus inter viuos, 1 quam in donationibus causa mortis, † & pro eis dabitur actio ex fideicommisso *l. vt haeredibus. de leg. 2. l. 1. & ibi Glos. in verb. actio. C. de donation. caus. mort. l. ea lege. C. de condict. ob caus. l. quoties. C. de donat. quae sub mod. l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. Bald. cons. 249. verba inuestiturae. col. 2. post med. lib. 2. Castr. cons. 347. quia circa donationem. col. 1. lib. 1. & cons. 384. sequitur. eod. lib. Aym. cons. 19. n. 8. Bertrand. cons. 156. n. 14. lib. 1. Decian. cons. 41. n. 17. lib. 1.* vbi quod ista fideicommissa nihil differunt 2 ab his, quae fiunt in testamento, † nisi quod non detrahitur trebellianica, prout etiam infra dicetur *Surd. decis. 144. n. 22.*

Amplius ex huiusmodi substitutionibus factis in contractu donationum acquiritur vtilis actio 3 absenti substituto contra regulas Iuris, † quod alteri per alterum non possit acquiri, aut stipulari, immo neque in eis requiritur stipulatio, quidquid in alijs casibus esset necessaria late *Aymon. d. cons. 19. n. 8. & 9.* cum speciali fauore donationis, & exercentis liberalitatem acquiratur actio etiam absenti, nec opus sit acceptatione *Menoch. cons. 1153. n. 8. & 72.* 4 *lib. 12. Gabr. cons. 16. n. 17. lib. 1.* † Quidquid alias ad validitatem substitutionis in contractibus requiratur stipulatio, aut pactum *Dec. cons.*

cons. 45. Adeo vt etiam quæratur actio realis quando esset donata res, non pecunia Idem Deci.cons.230.primo non videtur.col.3.ad med. vers.sed in casu isto nõ agitur.n.7.& 8. Bertaz. cõs.ciuil.47.n.25.& 26.Osas.decis.33.n.11.licet executio differatur post tempus, aut conditionem expressam a donatore Gul. de Bened. in c. Raynutius.in verb.si absq. liberis.il 2.p.2.n.21. 5 & 22.de testam.† Immo etiam facta tali substitutione in donatione, licet reuocetur donatio quo ad primum donatarium, non tamen cẽsebitur reuocata quo ad substitutum Castren.cons. 384 si queritur.lib.1.Menoch.cons.1153.n.5.& 6 n.53. cum seq. lib. 12. † & quamuis esset conditionalis transmitteretur ad hæredes conditione pendente Areti.in §.ex conditionali.Inst. de verb.oblig.Surd.decis.144.n.24.Et semper esset præferendus primus donatarius, quamuis naturalis possessio fuisset tradita secundo scienti alteri fuisse easdem res donatas, licet non traditas, vel quando adesset pactum, vt a donante non possit fieri alienatio, late Menoch.d.cons. 1153.n.62.vsque ad n.66.lib.12.Cum etiã non requiratur traditio, vt substituto acquiratur ius Dec. cons. 238. n. 7. Quamuis de eo dubitet Aym.cons.19.n.9.cum alijs per Couarr.lib.1.va 7 riar.resolut.c.14.n.3.† Prout neq. dabitur amplius reuocatio Roder.Soar.in l. quoniam in prioribus.in declar.leg.reg.q.8.fol.476.C.de inoffi.testam. Surd.cons.305.n.14.& 15.& cons. 351.n.35.& decis.209.n.13.& de aliment.tit.2. q.7.n.11.contra Bart.in l.qui romæ.§.flauius. ff.de verb. oblig. cuius opinio non approbatur Menoch.d.cons.1153.n.54.

Adde tamen, quod ista substitutio, quæ fit in contractibus inter viuos, non erit iudicanda fideicommissaria, sed directa vulgaris iuxta natu- 8 ram contractus,† cum per eam immediate succedatur disponenti, quicquid aliud sit in donatione causa mortis, in qua fideicommissum poterit constitui, quasi illa quo ad effectum dicatur vltima voluntas, prout multis comprobat Menoch.cons. 769. n. 1. lib. 8. vbi dinumeratis doctoribus ostendit hanc esse veriorem opinionem Idem Menoch.cons.85. n. 28. vsque ad 34. lib.1.quod voluit prius Alex.in l.qui romæ.121. §.coheredes. col.3.in fin. vers.nec obstat iste tex. de verb.oblig.& ibi Soc.Sen.col.8.in princ.vers. prima conclusio.n.19.post Castren.ibid.in prin. vers.& sic innuit.n.2.

Alijs tamen placuit contraria opinio, quod etiam fideicommissa possint fieri in contractibus secundum Rot.diu.decis.488.n.8.p.1.Honded.cõs. 42.n.1.& n.44.lib.2.quod admittit etiam Idẽ Menoch.cons.1126.n.16.lib.12.& cons.1154.n. 9 12.eod. lib. † Et quidem verius est non esse curandum, an sit substitutio directa, vel fideicommissaria, cum etiam neque proprie dicatur substitutio, quasi nulla procedat institutio, cuius respectu substitutio dicitur secunda institutio, vnde hæc controuersia potius est in verbis, quam in sensu, cum sufficiat veram esse opinionem, quod possit per contractum disponi, vt talis res post mortem vnius transeat ad alium, & sic talis conuentio erit valida inter viuos, quicquid aliter censendum sit, quando huiusmodi dispositio fieret sub nomine hæreditatis, aut quotæ, prout in specie non esse istas diuersitates nominum attendendas, late concludit Surd. cons. 247. n. 3. vsque ad 7. lib. 2. Et de validitate istarum conuentionum iuxta præfatẽ distinctionem multa scribunt Doct.in l. qui romæ. §. flauius. de verb.oblig. Ruin. cons.126.n.5.lib.1.Osas.decis.100.n.25.Deci. cons.236. non parua.col.vlt.n.20.& 21.& cons. 613.domina catherina.col.3.in princ.vers.& ista conclusio. Honded. cons. 40. n. 32.lib.1.& cons. 69.n.37.lib.2.Ludou.Molin. de hispanor. primogenit.lib.1.c.1.n.9.& c.12.eod.lib.

Secunda Conclusio. In terminis donationis cum substitutionibus, & fideicommissis, de quibus supra, verius est vt non sit vnica donatio, sed 10 sint plures, † ita vt vna ab altera non dependeat, vel descendat, nec sit accessoria ad aliam sed singulæ sint principales, & separatæ, quas ab ipso donatore debent donatarij recognoscere cum semper sit inspicienda origo, quæ operatur, vt vltimus successor tanquam habens causam a donante ab eo donata recognoscat, vnde vna donatio erit, respectu primi donatarij vsque ad certum tempus, Alia per quam translato illo medio tempore donatur secundo, quasi dominia possint dari ad tempus, & postea illo elapso alteri l.fin.C.de legat.l.donationis.§.species.ff. de donationib. Et ita in specie concludit Castren.in l.si pecuniam.5.col.3.post princ.vers. breuiter mihi videtur.n.11.q.4.ff.de condic.caus. dat.Paris.cons.123.n.130.cum seq. lib.1.Roder. Soarez.in l.quoniã in prioribus.in declarat.leg. reg.q.8.vers.praterea vltra prædicta.fol.477.C. de inoff.testam.Ludo.Molin.de hisp. primoge.c. 1.lib.1.n.17.Socin.Iun.cons.118.n.8.lib.2.late Menoch.d.cons.1153.n.1. & 2.& n.53 lib. 12. post Didac.Burgens.quæst.ciuil.c.10.n. 40.cum sequentibus.

Idem dicimus in feudo concessio pro se, filijs, & descendentibus, non enim dicitur vnica dispo- 11 sitio, sunt enim plures concessiones, † quarum singulæ incipiunt a singulis personis succedentibus, quæ nihil a suo antecessore recognoscunt, sed ab ipso solo concedente, & donante Bald.in c.1.col.2.in fin.vers.pone dicit dominus. ante n.4.si vassall.feud.priuet.Rolan.cons.15.n. 13.lib.4.Deci.cons.389.visa longa serie.in princ. & cons.606.serenissime imperator.col.5.in princ. vers.vnde videndum.n.15.Menoch. cons. 99. n. 12 113. lib. 1. † Prout etiam est in Emphyteusi, & similibus casibus Idem Menoch.cons.1153. n. 4. lib. 12.

Tertia Conclusio, Non est tractandum de aliqua trebellianica detrahenda, quando quis non grauatur restituere vt hæres, sed vt donata- 13 rius causa mortis † l.mulier.22.§.fin.ad trebell. l.1.§.denique.vers.inde neratius.eod. tit. Alex. cons.247.præmissis non necessarijs. in fin. lib.6. Aym.cons.130.in fin.n.11.Decian.cons.41.n.19. lib.1.

lib.1. † Trebellianica enim solum fuit reperta, vt testamenta sustineantur, permittendo illius detractionem solum hæredibus, nō donatarijs. §.sed quia.instit.de fideicomm.hered. Alex. in l.cum filiosfamilias.11.n.2.de leg.2.Cephal. cons. 148.n.13.lib.1. † Duo enim copulatiue requiruntur, & vt quis restituat, & vt tanquam hæres restituat l.tamen.§. trebellianum. de leg. 1. Roma.cons.206.in princ.n.2. Cum alias cōmodum sentiens non consideretur, quod procedit quamuis talis grauetur vt hæres ex persona alterius, qui neque detrahit trebellianicam Imol.in d.l.cum filiosfam.11.col.2.in princ.vers. item nota quod ille demum. ff. de leg. 1. † licet contra talem donatarium posset detrahi falcidia, quæ non solum deducitur de legatis factis in vltima voluntate, sed etiam de donatione causa mortis l. 1. §. si quis ex mortis .ff.quor. legat.Curt.Iun.cons.15.col.3. ad med.vers.nam clarissimi iuris est. in 2.princip.fundam.lib. 1.

Quamuis † enim donatarius causa mortis possit sua manu,& auctoritate possessionem apprehendere, quod non licet legatario. Non tamen impeditur hæres detrahere falcidiam, cum illa penes eum remaneat, licet sit translata possessio in donatarium, vt explicat Menoc.de recup. poss.remed.1.n.81.

Quod etiam est in donatione inter viuos, ex qua non detrahitur trebellianica † Curt. Iun. cons. 15.col.3.ad med.in 2.princip.fundam.vers.quod quidem ex alia coniectura.lib.1.Aym.cons.130. in fin.n.12.Ias.in l.post mortem.12.col.1.in fin. vers.alius casus est.C.de fideicomm.Cephal.cons. 148.n.13.lib. 1. Bald.in rud. C. de reuocan. his quæ in fraud.credit.in fin. Vbi quod quādo quis tenetur restituere bona ex contractu nihil detrahit l.quidam cum filium.de hæred.instituen. Surd. cons.144.n.23.& est tex.in l.vsusfructus. 88.§. dos.ad leg.falcid. Glos. in l.in donationibus.C.eod.tit.

Prout quando quis esset institutus non sui contemplatione, sed fideicommissarij, qui neque detrahit trebellianicam † Ias.in l.post mortem. 12. n.5.C.de fideicom.post Bald.ibi n.7.col.pen. ad med.et ibi etiam Barbat.in addit.in ver.vnū est valde.Idem. Bald.in rub. C. de reuocan. his quæ in fraud.credi. vbi dicit notandū tanquam singulare, subdens illud in grauato dilapidante bona, quo casu illa erunt ponenda sub tuto, Ita quod commoditas medij temporis ei non subtrahatur, dummodo non constaret, quod dilatio esset apposita fauore fideicommissarij, quia † tunc dissipanti essent totaliter d.bona auferenda l. in fideicommissis. §. pollidius .ff. de vsur.

Quarta Conclusio. Ex fideicommisso, seu substitutionibus factis in contractu inter viuos est detrahenda legitima, quemadmodum ex illis, quæ † fiunt in vltimis voluntatibus; Quasi tales substitutiones videantur alterare naturam contractus retinendo naturam vltimæ voluntatis, prout late explicat Decian.cons. 1.n. 24. vsque ad n.28.lib.4. † Sæpe enim dispositio inter viuos resoluitur in fideicommissum l. miles ad sororem.77.in princ.& l.cum pater filios.79. §.donationis.de leg.2.Dec. cons.183.diligēter cōsiderato.col.3.in fin.n.9.& cōs.195.n.5.Roman. cons.171.n.6.& cons.513.n.2.vbi Mandos. in verb.fideicommissi.Aym.cons.139. in fin. Itaut neque tunc requiratur aditio Cremens.sing. 14. tu scis quod quando.post Bald.in l. 1. C. de donat.caus.mort.

Sicut dicimus e conuerso, quod donatio inter viuos facta in testamento valet † Bart. in l. hæredes palam.21.§.vlt.post Glos.ibi.in verb.alienum.in fin.de testam.Butr.cons.21.viso puncto. in princ. Retinebit tamen naturam,& vim contractus, neque regulabitur secundum vltimas volūtates Bald. in l.si auia.6.in princ.C.de iur. deliber.& in l.ex testamento.29.n.1.C. de fideicommiss.Oldrad.cons. 114.factum est tale. n. 2. Castr. cons.330.super primo quæsito.n. 1. lib. 1. Dec.cons.292.viso testamento. col. 2.in fin. vers. verum supradictis non obstantibus.n.2.

Et in specie quod debeatur legitima ex fideicommisso in contractibus inter viuos concludit Peregr. † de fideicomm. art. 51. n. 23. ad med. vers.si vero is cui.Petra eod.tit.q.4.Rot.diuersfor.decis.488.n.8.vers. quinto facit. in fin. p. 1. Decian.cons.1.n. 52.& 72.lib.4.& cons.41. col. 30.in princ.n.108. lib.1.Menoch.cons.85.n.18. vers.septimo confert coniectura.lib.1.Aym.cons. 19.col.4.in fin.vers.si autem agatur ex tenore transactionis. n.14. Quod etiam voluit Castr. cons.288.notandum est.n.2.lib. 2. vbi quod ex simili restitutione facienda debetur non solum legitima, sed etiam trebellianica, Quamuis hoc de trebellianica non sit admittendum, cum illa hoc casu non debeatur, vt dictum est supra in 3.conclusione. prout in hoc non bene loqui Castr. aduertit etiam Pereg.de fideicommis.art. 51.n.22.ante fin.vers.quamobrem non recte.

Quinta Conclusio. In reciproca donatione non cessat legitimæ detractio, Ideo illius respectu competit quærela inofficiosæ donationis,† non enim potest dici onerosus titulus huiusmodi conuentionis, sed lucratiuus, quamuis sit reciprocus, quasi tunc donatio reciproca habeat titulum onerosum, quando tantum est datum, quantum re ipsa acceptum, vel quid minus, aut plus, dummodo realis fuerit datio, & acceptio quia tunc habet vim venditionis & emptionis. Rom.cons.517.col.penul. in fin. vers. in contrarium facit.n.28.cum alijs per Tiraq.in l.si vmquam.in verb.donatione largitus.n.122. C. de reuocand.donat.Menoch.cons.691.n.3.lib.7.Cū enim ita mutuo, & reciproce donatur, filij donantis nullū incommodum sentiunt ex donatione patris, Nā loco rerū donatarum a patre, habent quod patri donatum est; Neque enim quæuis causa onerosa facit, vt non sit locus legitimæ, sed illa solum, quæ vere, & mere est onerosa, non vbi adest lucrum admixtum, tunc enim dicitur causa quasi lucratiua, † & ita in specie quod ex bonis pacto comprehensis debeatur legitima non obstante reciproca conuentio-

uentione fuit d[illegible]cisum per Rot. coram Card. Seraphin. Roman [illegible] octobr. 1577. quæ est inter decisiones [illegible]ot. diuers. 48[illegible]. per tit. lib. 1. de qua per Menoc. [illegible]6. n. 24. in fin. vers. & ego ipse. n. 12. vbi [illegible] est [illegible]or opinio contra Gabr. cons. 136 n. 4 [illegible] cum [illegible] q. [illegible] b. 2. & late multis comprobat [illegible] Menoch [illegible]. 691. n. 1. vsque ad n. 10. lib. 7 [illegible] et[illegible] resoluit Decian. cons. 1. n. 38. vsque ad n. [illegible] Qui omnes consilium dederunt [illegible] co[illegible] casu dictæ decisionis Rot. 488. p. 1 & ib[illegible] respondent omnibus, quæ ex aduerso allegantur Honded. cons. 42. n. 23. lib. 2.

Et facit, quod dicimus de reciproco fideicõmisso, in quo non potest filius grauari in legitima, quamuis adsit spes, & possit afferre tam com-27 modum, quam incommodum † Bart. Bald. & alij in l. si pater puella. C. de inoff. testamen. quidquid aliud sequatur Vasq. ibid. n. 3. cum contra cum sit verior opinio, & magis communis vt testatur Menoc. cons. 691. n. 5. lib. 7. Alex. cons. 43. attenta & considerata. col. vlt. post med. vers. tertio non obstat. n. 7. lib. 2. Dec. cons. 456. cõsului alias. col. 3. ad med. vers. secundo etiam dato. n. 9. Gabr. de legitim. conclus. 1. n. 6. & tanquã communem sequitur Rot. diuers. decis. 488. n. 8. p. 1. Decian. cons. 1. n. 53. & 65. lib. 4. & quod spes non sit consideranda in reciproca donatione concludit etiam Ruin. cons. 18. ante fin. lib. 2. Bart. in l. filys matrem. & ibi Ias. n. 3. C. de inoffic. testam. Roder. Soar. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 8. C. eod. tit.

Sexta Conclusio. Filius, vel alius, cui legitima debetur, si interuenerit in contractu donationis, & consensum præstiterit restitutioni faciendæ in illos, qui vocantur ad bona donata post eius 28 mortem, † aut simpliter possederit, aut retinuerit bona donata, poterit d. legitimam detrahere, cum per huiusmodi simplicem consensum non sibi præiudicauerit, nisi specialiter, & in indiuiduo fuerit etiam legitimæ renunciatum l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam. & in specie ita concludit Peregr. de fi-29 deicõmis. art. 51. n. 23. ad med. vers. si vero † Prout dicimus de approbatione, & agnitione tacita, quam facit filius de inofficiosa donatione facta a patre, quæ nullum ei præiudicium affert quo ad legitimam, seu eius supplementum, cum requiratur expressa renunciatio, aut pactum quidquid contrarium sequatur Glos. in l. cum donationibus. 6. in verb. nõ agnouitti. C. de inofficios. donation. Cum contra eam sit verior opinio, vt testatur Cyn. ibid. in princ. Bart. ad med. vers. istud secundum. Ang. n. 2. Castr. in verb. agnouisti. Salic. n. 1. ad med. vers. sed etiam cõtra, Quasi non solum requiratur agnitio iudicij patris donantis, sed etiam quod filius agnoscat animo renunciandi, seu compensandi Bald. in d. l. cũ donationibus. vers. quæro nũquid ille. Cũ etiam agnitio specialis inducat approbationẽ, non autẽ agnitio vniuersalis Idem Bald. in l. si si qui admittitur. 31. §. si hares. ad med. ff. de inof-30 fic. testam. † Quidquid sit in alio debito ex

[illegible] sufficie[illegible] [illegible] sit al-[illegible] vt bene explicat [illegible] 2.

Q[illegible] dicimus de filio grauato per fi-d[illegible] vniuersali in vltima voluntate, quamuis enim obligetur ex qua[illegible] contractu agnoscendo hæreditatem, & consentiendo fi-31 deicommisso, † potest tamẽ detrahere legitimã Ias. cons. 162. n. 3. lib. 2. per §. cæterum. auth. [illegible] cũ. de appellat. cogn. l. si quando. § generaliter. C. de inoffic. testam. Ang. in l. iubemus. C. ad trebell. Alex. cons. 69. super primo dubio. col. 2. in princ. vers. nec obstat. si dicatur. lib. 1. Bald. in l. hac edictali. in verb. quam obseruationẽ. col. 4. ad med. n. 15. vers. iuxta hoc quæro. C. de secund. nupt. Menoc. cons. 71. n. 42. lib. 1. late Pereg. de fideicõ-32 mis. art. 36. n. 81. vsque ad n. 96. † Cum semper debeat fieri specialis mentio de legitima, vt illi præiudicetur Alex. cons. 89. cum non emphyteusis. col. vlt. ad med. vers. nec obstat quod dicitur de agnatione. lib. 4. Ang. in l. de his. de transact. Aret. in §. cum autem. ad fin. inst. de inoffic. testam. Surd. de alim. tit. 9. q. 15. n. 4. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 8. Cephal. cons. 143. n. 25. & 26.

Quorum ratio est, quia legitima videtur esse in facultatibus proprijs ipsius filij l. cohæredi. §. cũ 33 filia. de vulg. & pupil. † Quare est detrahenda tanquam naturale debitum, & velut bonorum subsidium l. cũ ratio. in fin. de bon. dãnat. Surd. cons. 422. n. 6. lib. 3. Vnde poterit retinere aduersus fideicommissarium, neque veniet in restitutione, tamquam res non pertinens ad testatorem, cum etiam non sit credendum donantem voluisse includere legitimam in restitutione bonorum Ang. cons. 151. n. 12. post Glos. vlt. in l. precibus. C. de impub. & alijs substitut. quod tanquam singulare, & perpetuo notandũ refert Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 7. Imol. in l. centurio. n. 4. de vulg. et pupill. substitut.

Simile est in trebellianica, cui non censetur renunciatum per simplicem aditionem, aut approbationem testamenti, cum requiratur ex-34 pressa renunciatio, † quasi illa simplex immixtio non obliget adeuntem, nisi secundum legis dispositionem Gabr. cons. 96. n. 2. lib. 1. post Dec. cõs. 256. quæritur an legitimatus. col. fin. vers. nõ obstat quod saltẽ videtur. Paris. cõs. 23. n. 38. lib. 3. Bertaz. cons. ciuil. 75. n. 21. & 22. cum alijs per Menoc. cons. 1141. n. 24. lib. 12. Peregr. de fideicõmis. art. 3. n. 118. vers. sed contra quod simplex.

Præterea vltra consensum filij expressum, vt ei fiat præiudiciũ in legitima, requireretur etiam quod pater illum grauaret prohibendo, ne aliud 35 pro legitima petere posset, † tunc enim excluditur a querela inofficiosi, quia non potest negari, quod tunc filius cogitauerit de admissione legitimæ, cuius specialis mentio facta fuit a donante, cum permittatur filio approbare voluntatem patris in præiudicium suæ legitimæ si voluerit l. si quãdo. §. et generaliter. C. de inoff. testam.

testamen. Paris. cons. 9. n. 4. lib. 3. Dec. cons. 687. visis & diligēter. n. 1. in fin. vers. ad hoc breuiter respondetur. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit 8. n. 11. & late declarat Surd. cons. 357. n. 33. lib. 3. & multis comprobat Menoch. cons. 209. n. 95. vsque. ad n. 105. lib. 3. et cons. 453. n. 10. vsque ad n. 17. lib. 4.

Immo non solum requireretur, quod pater prohibuisset, ne filius posset plus petere pro legitima, sed etiam opus esset, vt idem filius in tali approbatione voluntatis patris expresse renunciasset legitimæ, 36 † quia alias approbatio non præiudicaret secundum Alex. cons. 8. visis subtilissimis. col. 5. in fin. n. 21. vers. nec obstat quod agnouerit. lib. 3. et ibi Natt. in additione in verb. dispositio. Idem Alex. cons. 89. vtrum emphyteusis. n. 13. & 14. col. vlt. ante med. vers. nec obstat id quod dicitur. lib. 4. Add. ad Dec. cons. 687. in verb. acceptatio. Paris. cons. 43. n. 35. vsque ad n. 39. lib. 3. late Roder. Soarez. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 9. C. de inoff. testam.

Verum esset, quod si filius in vita patris per stipulationē, aut promissionē renūciasset successioni paternæ, ex vi pacti excluderetur filius a legitima 37 † quamuis simpliciter renunciauerit Surd. cons. 357. n. 31. ver. facit etiam. lib. 3. post Rub. Alex. cons. 42. col. vlt. n. 13. & 14. Ruin. cons. 56. n. 9. vsque ad n. 13. lib. 2. Castr. in l. si quādo. §. et generaliter. n. 3. ad med. vers. sed quid si diceret. C. de inoff. testam. & bene declarat Bart. in l. 1. §. qui habeat. q. 4. n. 6 in fin. de bonor. poss. contr. tabul. 38 † Vbi quod filius si excluditur a successione ex pacto inito, non poterit deinde præteritus a patre testamentum impugnare, quod posset facere, si ei legitima deberetur, & sequitur Ias. cons. 105. col. penult. post med. vers. et prædicta renunciatio. lib. 4. Roland. cons. 11. n. 13. cum seq. lib. 1. Ruin. cons. 51. n. 13. col. vlt. in prin. vers. potest etiam aliter responderi. lib. 3. & in l. gallus. §. & quid si tantum. n. 179. in fin. col. 87 post med. vers. & tenendo istam partem. de liber. & posthum. quē ab omnibus approbari testatur Menoc. cons. 71. n. 8. lib. 1. 39 † Et ratio est quia tunc filius nullum ius habet in legitima, cum viuente patre illi non debeatur l. 1. §. si impuberi. de collat. bonorum. Vnde non est mirum, si a iure quærendo facilius excluditur. Quod non contingit in casu l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam. Vbi iam erat quæsitum ius filio post mortem patris, ideo maior expressio requirebatur, prout distinguit Raph. Comens. cons. 188 spectabilis miles. ad med. vers. & ad rationes. Tiraq. de iur. primogen. q. 55. n. 14. Curt. Iun. cons. 10. n. 3. col. 2. ad med. vers. confirmo hāc distinctionem. lib. 1. Et licet etiam patre viuente considerari possit aliqua legitima filij, Tamen illa tunc diceretur iuncta ipsi patrimonio. Vnde filius simpliciter renunciando aliqua re accepta per pactum bonis, & hæreditati patris, videtur etiam renunciasse legitimæ, quasi tunc non detur illius separatio a dictis bonis, prout declarat Ruin. in d. §. & quid si tantum. n. 180. post Bart. et Alex. in l. quia poterat. ff. ad trebell. 40 † Quamuis enim simplex renunciatio, aut repudiatio ad ius futurum non extendatur, Tamen aliud est in pacto, aut conuentione, quæ etiam tollit ius futurum, prout in specie declarat Castr. in l. 2. n. 7. vers. quaero quid si ante mortem. C. si in fraud. patr. per tex. in l. 1. C. de pact.

Item prædicta magis procederent in donationibus cum huiusmodi fideicommisso, aut substitutione, cum enim sint plures donationes, separatæ, principales, non accessoriæ, nec dependentes à prima, vt dictum est supra in secunda 41 conclusione, Non est dicendum, vt filius approbando simpliciter donationem præiudicet sibi in legitima respectu illius donationis, quæ transit in substitutum, cum talis consensus possit habere diuersum finem, vnde non intelligetur facta renunciatio, de qua debet clare apparere Rot. decis. 63. ad fin. vers. præterea licet. de 42 appell. in nou. Menoc. cōs. 1131. n. 5. lib. 12. † Cū regulariter nō præsumatur renunciatio, quādo alia quæuis coniectura potest capi Io. Andr. & alij in c. accedētibus. de priuil. Dec. in l. cuius per errorem. 53 n. 2. ff. de reg. iur. Aym. cōs. 678. n. 9. 43 lib. 4. † Maxime quia etiam ex eademmet donatione nedum ex diuersa datur facultas donatario vnam partem capere, reliquā repudiare. Quidquid aliud sit in institutione hæredis, aut delatione hæreditatis ab intestato, istæ enim habent suam perfectionem, antequam acceptētur, cum pendeant ex vnius tantum voluntate scilicet defuncti expressa, quando ex testamento, vel tacita, si ab intestato succeditur. Quamuis hæc etiam dicatur expressa respectu voluntatis legis, Ideo non datur diuisio post perfectionem, quod non est in donatione, cum illa non habeat perfectionem priusquam donatarius consentiat, Quare non mirum si potest pro parte acceptari, & percipi, prout bene declarat Bart. in l. 2. ff. de acquir. hæredit. & tanquam singulare commendat Gul. Bened. in c. raynutius. in verb. et vxorem nomine adelasiam. prælud. 4. n. 111. de testam.

Septima Cōclusio. Quemadmodum Patronus expresse consentiens donationi factæ a liberto 44 non posset eam postea reuocare fauiana † l. non videtur. ff. si quid in fraud. patr. Glos. in l. 2. C. eod. tit. Ita etiam filius, si expresse consentiret patri donanti omnia sua bona, non posset donationes illas tanquam inofficiosas postea reuocare. Ita æquiparando patronum & filium concludit Cyn. in d. l. 2. in fin. q. vlt. post Iacob. Rai. C. si in fraud. patron. sequitur Castr. in l. si quādo. 35. §. & generaliter. in fin. n. 5. q. vltim. C. de inoffic. testam. quod etiam voluit Bald. in l. 1. col. penult. in fin. vers. ex his sequitur quadam. C. de 45 iur. fisc. lib. 10. † vbi quod filius hæres patris tenetur stare colono, secus si veniret ad legitimam per actionem supplementi, tunc enim non habetur vt hæres, nisi filius consensisset locationi, quia hoc casu necesse habebit illi stare, per tex. in l. non videtur. ff. si quid in fraud. patron. Quod etiam sequitur multum comendans Roder.

Roder. Soar. in l. quoniam in prioribus. ampl. 10. *n.* 47. *in princ. verf. fed poteft dici*. *C. de inoffic. teftam. Tiraq. de retr. lignag.* §. 1. *glof.* 9. *n.* 136.

46 Vbi † etiam multa fimilia adducit de confentientibus alienationibus, qui non poterunt amplius contra illas venire, cum paria fint actum celebrare, aut ei confentire *Bart. in l. cum pater. §. libertis. de leg.* 2. *Alex. conf.* 184. *vifo themate. in princ. lib.* 2.

Neque obftat, quod dicta extenfio de patrono ad filium non videatur tuta, cum titulus *fi in fraudem patroni* non habeat locum in patre alienante in præiudicium legitimæ, nec è conuerfo, nifi effemus in filio arrogato, prout declarat *Bart. in l.* 2. *in fin. verf. quæro circa iftam partem. C. fi in fraud. patr. per tex. in l. non vfque adeo. ff. fi à parent. quis fuer. manum.*

Quia verius eft d. æquiparationem fubfiftere, cum eadem ratio militet tam in filio, quam in pa-

47 trono, † quafi non reuocetur alienatio, quam quis habuit ratam, cum non pofsit dicere fe deceptum, & fraudatum tamquam confenferit, & voluerit, quo cafu non confideratur fraus, aut dolus *l. cum emptionis. C. de tranfact. l.* 1. *in fin ff. de act. empt.* & in fpecie concludit *Soarez in l. quoniam in prioribus. amplia t.* 10. *n.* 47. *C. de inoff. teftam.*

Hinc etiam exhæredatus agnofcens iudicium defuncti non habet querelam inofficiofi teftamen-

48 ti *l. parentibus. C. de inoffic. teftam.* † *l. fi ponas.* alias incipit *fi proponas.* 23. *§. fi hæreditatem. & l. penult. in fin. ff. eod. tit.* Quæ æquiparatio recte procedit, cum querela inofficiofæ donationis fuerit inducta ad fimilitudinem inofficiofi te-

49 ftamenti, † & redacta ad inftar illius *l. fin. C. de inoff. donat. Bald. in l.* 1. *in princ. & col.* 2. *in* 3. *notab. C. eod. tit. Coft. in c. fi pater. p.* 3. *in verb. priuare non poffit. n* 2. *de teftam. in* 6. Prout tam vna quam alia licet non præparata transmittitur ad filios *Iaf. in l. fi emancipata. in fin. C. qui admitt. poft Bald. in l.* 1. *col. penult. C. de inoff. teftam.* & in vtraque non minus iuris habeant parentes quam liberi *l. nam & fi parentibus. de inoff. teftam. l. fi filius fuus. C. de inoffic. donat. Coft. in d. c. fi pater. in verb. priuare non poffit.*

50 *n.* 34. Quemadmodum † etiam tam vna, quàm altera eft fubfidiaria, & dicitur vltimũ adiutorium *l. maximum vitium. C. de liber. præter. l. fi filius tuus. C. de inoff. donat. l. papinianus. §. fi quis impubes. de inoff. teftam. Petr. Gregor. fyntag. iur. lib.* 28. *c.* 15. *in fin.* prout etiã dicitur accufatio *l. fi fufpecta.* γ. *quãuis de inoffic. teftam.*

Hodie tamen non videretur fufficere ifta approbatio contractus, vt filius excludatur à querela

51 inofficiofæ donationis, † cum difpofitio *d. l. cum donationibus. C de inoff. donationib.* procedat de iure antiquo, ante *l. omnimodo. C. de inoffic. teftam.* quæ fuit vna de quinquaginta decifionibus, de quibus in *l.* 1. *C. de emendat. Codic. Iuftin.* prout in fpecie declarat *Imol. in l. titia feio. §. imperator. n.* 9. *col.* 1. *in fin. verf. tu adde primo. ff. de leg.* 1.

Octaua Conclufio. Legitima eft quota bonorum, quam teftator tempore mortis reliquit *l. papinianus. §. quarta. de inoff. teftam. l. cum quæritur.*

52 *C. eod. tit.* † Ideo quantitas legitimæ debet confiderari fecundum tempus mortis teftatoris infpecto ftatu, & qualitate in quo, & in qua funt bona tempore, quo pater decedit *Alex. conf.* 103. *vifis fcriptis. col.* 4. *in fin. n.* 15. *lib.* 1. *& in l. in*

53 *ratione. la* 1. *ff. ad leg. falcid.* † Itaut ex bonis fuperuenientibus poft eius obitum non augeatur legitima, neque diminuatur *Cagnol. in d. l. papinianus. §. quarta. n.* 8. *de inofficiof. teftam. Gabr. conf.* 137. *n.* 2. *& 4. lib.* 2.

Quæ adeo vera funt, vt etiam legitima viuo patre afsignata fecundum numerum filiorum, & ftatum bonorum teftatoris, qui exiftit tempo-

54 re mortis augeatur, & minuatur, † quafi putetur afsignatio in illud tempus collata, quamuis à filio acceptetur certa quantitas, vel res poteft enim augeri eum hoc pacto ei obeffe nequeat iuxta *l. fi quando. §.* 1. *C. de inoff. teftam.* Nifi fit iuratum *Iaf.* qui de communi *in auth. nouiffima. n.* 9. *C. eod. tit.* & de magis recepta opinione teftatur *Gabr. conf.* 156. *n.* 23. *lib.* 1. *& conf.* 137. *n.* 10. *lib.* 2. *late Surd. conf.* 128. *n.* 12. *lib.* 1. *& conf.* 488. *n.* 27. *lib.* 4. *Rimin. Iun. conf.* 317. *n.* 1. *lib.* 3.

Prædicta tamen non habent locum, vbi pater per immenfam donationem fuum patrimonium

55 exhaufit, † tunc enim attenditur tempus factæ donationis, quafi immenfe donata in calculo redigantur *Bald. Caftr. Iaf. & alij in auth. vnde fi parens. C. de inoff. teftam. Grat. conf.* 17. *n.* 4. *& 8. lib.* 1. *Peregr. de fideicommifs. art.* 36. *n.* 35. In hoc enim corrigitur *l. cum quæritur. C. de inoff. teftam.* dum difponit attendi tempus mortis *Surd. conf.* 473. *n.* 3. *lib.* 4. *& latius conf.* 432. *n.* 14. *eod. lib.* Vnde detur ex bonis donatis, ficuti de non donatis *Caftr. conf.* 354. *dicta catherina. in princ. lib.* 2. *Cuccus de legitim. §. legitima eft quota bonorum. n.* 32. *f.* 67.

Quando præfertim fumus in filijs iam natis, feu conceptis tempore donationis, quidquid fit, quando poftea concipiuntur, & nafcuntur,

56 quia † tunc in computatione legitimæ non habetur ratio bonorum donatorum, nec in eis confideratur inofficiofa donatio, pater enim adftringitur ad danda bona filio, in quibus dominium continuat *l. in fuis. de liber. & pofth.* quæ continuatio non poteft confiderari nec vere, nec ficte in illis, qui iam non erant nati, neque in ventre, eum ex donatione bona exiffent de patrimonio, vnde nec eis competit ius recuperandi *Calder.* in fpecie *conf.* 4. *poft princ. verf. & hæc puto vera. de donat. Aym. conf.* 141. *n.* 5. *ad med.*

Intelligentur tamen prædicta, Dummodo teftator bona fua poft donationem non auxiffet, Tunc enim in computatione legitimæ non po-

57 nerentur bona donata, † fi augmentum poftea factum non effet minus donatione celebrata *Cucc. de legitim. in verb. legitima eft quota bonorum. n.* 33. Quafi tunc fufficiat filium habere legitimam in bonis ita auctis, & repertis in

T 3 hæ-

hæreditate *Corn.conf.190.col.10.in princ. verf. quod verum & indubitatum. n.8. in fin. dub.4. lib.2.* De quorum veritate multa *Vasq. in auth. vnde si parens.col.5. ad med.n.15. C. de inoffic. testam.* Vbi etiam quod neque inspicitur quantitas, quæ est tempore donationis, nec ea quę est tempore mortis, sed solum illa, quæ esset tempore obitus, si donatio facta non fuisset post *Berengar. & alios in l.in quartam. ff.ad leg.falcid.* Fiet igitur computatio habito respectu quanta essent bona ante donationem, quæ non minuitur, si tot extant, quæ sufficiant pro supplemento legitimæ, quibus non extantibus minueretur donatio *Bald. Nouell. conf. 148. n. 7. verf. quæ legitima in casu. lib. 1.inter conf.Socin.cum alijs per Surd. conf.332.n.14. lib. 3.* vbi tamen vult, quod suppletio fiat tam ex bonis donatis, quam ex alijs bonis secundum *Castr. conf. 354. & 356.lib.2.Aym.conf. 65.n.5.Bertrand.conf. 49.in fin.lib.3.Roland.conf.65. n. 29. lib. 1. late Decian.conf.1.n.48.lib.4.*

Ratio prædictorum est, quia legitima non minuitur per voluntarias alienationes, vt est donatio † *Bart. in l. titia. §. imperator. ff. de leg. 2. Parif.conf.32.n.28.lib.1.Bertrand.conf.474.n. 2.lib.4.* Tales enim donationes sunt inofficiosæ tanquam tendentes ad diminuendam legitimam filiorum *l.si vir. C.de inoff. donat.* Vnde merito debet inspici tempus, quo factæ sunt *Becc.conf.68.n.2.Surd.conf.332. n.14. ante fin. lib.3.* Adeo vt etiam onus alendi transeat in illum, in quem deuenerunt bona donata; Quamuis enim non possit agi in vita donantis ad reuocandam donationem inofficiosam per liberos, qui non habent ius in bonis patris illo viuente † *Guid.Pap.decif.486.ad med.verf. veritas tamen est.post Bart.in l. 1. §. si impuberi.ff. de coll.bonor.* Tamen si alter filiorum sit pauper qui non possit se alere, istud onus spectabit ad donatarium *Imol. in l. titia seio. §. imperator. in fin. ff. de leg.2.*

Quando tamen adessent legata, ista suppletio deberet fieri pro rata de legatis, & de donatione inter viuos, † itaut à quolibet pro portione detrahatur, quasi quilibet habeat partem defuncti, Vnde etiam quilibet tenebitur pro rata ad supplementum *l. si libertus sub conditione. 20. §.libertus.& ibi Glof.in verb.pro rata ff.de bon. libert.l.in seruitutem. §.fin.ff.eod.tit.*

In hoc tamen verior est opinio, quod prius omnia legata, & fideicommissa annullentur, quibus non sufficientibus ad legitimam intentabitur querela contra donationem factam inter viuos. † Aequius enim est, vt illa quæ habent efficaciam de præsenti, difficilius reuocentur, quam ea quæ adhuc pendent, prout sunt legata, & fideicommissa, quæ adhuc stant in suspenso quasi donationes iam habuerint effectum suum, Cum etiam respectu donantis obligatio inter viuos iam sit contracta, quæ rescindit legata, & fideicommissa, Vnde prius ista annullabuntur, quam contractus, Ita in specie concludit *Bald. in l. 1. col. 4. in fin. n. 7. verf.sit igitur tertia quæstio. C. de inoffic.donat. per tex.in l. 1.ff.de bon.auctor.iud.possid.l.in ratione.la 1.§.quod vulgo. ff.ad leg.falcid. l.nesennius. 22. §. seruo. ff. eod. tit.* Quod etiam prius voluit *Bart. in d.l.1. in fin. n.4. q. 2. verf.quidquid. & ibid.Cyn.col.3. ad med.verf.quod ergo habebit remedium.q.2.n.4. Azo.in l.1.C.si quid in fraud.patron.*

Neque obstat, quod donatarij non debeant esse melioris conditionis, quam legatarij *l. siue hæreditaria.de neg. gest.* Vnde etiam eos pro rata tanget ista reuocatio, prout concludit in puncto *Salic.in d.l.1.in fin. verf.& istam partem teneo. C.de inoffic. donat.*

Quia contraria sententia est verior, & magis communis, vt testatur *Castr. in d. l.1. col.4. in fin. verf.breuiter.post Gul.de Cun.ibid.* † Quasi magis conueniens sit, vt legata prius reijciantur tamquam dependentia ab vnius voluntate, quam contractus iam gesti, in quibus adest voluntas duorum, quæ est fortior & potentior *l.si vniuersæ.15. C. de legat. l.2. C.de inoffic.donat.* Exemplo patroni, in cuius fraudem libertus alienauit, debet enim prius proponere querelam, vt rescindatur dispositio vltimæ voluntatis, quæ nondum est sortita effectum, prout in specie casus nostri considerat *Bellapertic.in l.1. col.pen. in fin. verf. vnde credo. C.de inoffic.donat.* † Cum etiam multa facta teneant, quæ à principio fieri prohibentur, & donata respectu legatariorum sint præferenda, sicut certantes de damno præferuntur certantibus de lucro *l.sancimus.§.licentia. C.de iur.delib.* Itaut non sit consideranda fraus illius, in quem fuit alienatum, quidquid aliud sit in debitore alienante in fraudem creditoris, vt declarat *Azo. in l.1. C. si in fraud.patron.* Et quidquid posset agi contra eundem donatarium de dolo, de quo *Bald.in l.2.n.3.verf.item cum emptor. C.si in fraud. patr. Addit. ad Salic. ibid. n. 7. verf. quot sunt actiones.*

Nona Conclusio. Stante æquiparatione, quæ adest inter querelam inofficiosi testamenti, & inofficiosæ donationis *l.fin. C.de inoff.donat. Bart.in l.1.in 3.notab. C.eod.tit.* † Sequitur verius esse, quod debeat cessare querela inofficiosæ donationis, quando filio volenti reuocare fuit aliquid relictum, prout cessat querela inofficiosi testamenti; Quia tunc solum datur ius agendi ad supplementum, hoc est condictio ex lege iuxta dispositionē *l.omnimodo.C.de inoff. test. iuncta l.fin. C.de inoffic. donat. Ang.in l.1.n.2. in princ.verf.sic intelligo. C.eod.tit.Natt.conf.125. n. 3. & 5. Corn. conf.54. in themate præsupponuntur. col. vlt.in princ.verf.sed si dictus dominus.n.8.lib.4.Abb.in c.fin.n.5.col.3. post princ. verf.aut donatio facta.de donat.* Et de communi opinione testatur *Cost. in c.si pater.p.3. in verb.priuare non possit.n.14. de testamen. in 6. Bertrand.conf.38.n.3.lib.1.p.2.Clar.in §.donatio. q.24. verf.sed quid si pater. n.4.* quod prius voluit *Bart.in l.titia seio.89. §. imperator.col.1. in fin.verf.secundo casu.ff.de legat.2.& ibi Imol. col.1.*

58 59 60 61 62 63 64

col.1.in fin.verf.si vero in extraneum.n.8.& col.2.in fin. verf. praterea poteſt dici.n.10. late Iaſ. conſ.125.col.vlt.ante med.verſ.condeſcendo nūc. 65 *n.2. lib.1.* Vbi etiam † ex hoc infert, quod ſi pater totum donauit, & poſtea multa quęſiuit quæ filio reliquit, non habebit locum quærela inofficioſæ donationis, quia habet legitimam ſuam *Salic.in l.1.q.4.C.de inoffic. donation.*

Et quod magis eſt non ſolum prædicta procedunt quando filio aliquid relictum eſt in paterno te- 66 ſtamento, † ſed etiam ſi ab inteſtato pater deceſſerit, Etenim, ſi quid quoque minimum filius in hæreditate inuenerit, operabitur vt non poſsit agi contra donatarium quærela inofficioſæ donationis iuxta *l.3.C.de inoff.donat.* ſed 67 ſolum † dabitur actio ad ſupplementum *Raph. Cuman.in l.titia ſeio.89. §. imperator. ff.de leg.2.* quem ſequitur *Coſt.in c.ſi pater.p.3. in verb. priuare non poſsit.n.15. de teſtam. in 6.* ſufficit enim iudicium patris ab inteſtato decedentis, cuius voluntas eſt conſideranda, non ſecus ac ſi eſſet ex teſtamento, licet vna ſit expreſſa, alia tacita *Salic.in l. 1. col.3. poſt princ. verſ. tertio quia adeſt.n. 8. ff. de hared. inſtit. per tex. in l. conficiuntur. §. ſi quis poſt.& l. ſi quis cum nullum. ff.de iur.codicillor. l. ab exharedati ſubſti-* 68 *tuto. verſ.quod & legitimi. ff. de leg.1.* † Cum paria ſint relinquere alicui, vel non adimere, quaſi etiam decedere ab inteſtato ſit ſpecies relicti, Prout quoque is qui non teſtatur videtur 69 alienare in venientes ab inteſtato, † licet enim talis diſpoſitio ab inteſtato attribuatur legi, Tamen decedens nullo condito teſtamento videtur accommodare ſuam voluntatem ſecundum legem, Vnde etiam appellatur diſpoſitio hominis, cum enim poſsit adimere, & non ademerit, ſatis poteſt dici hæreditas deferri ab 70 homine non a lege. † Quare etiam ex hoc venientes ab inteſtato poſſunt grauari fideicommiſſo tamquam habentes certum iudicium defuncti, prout omnia ſupradicta late explicat *Surd.deciſ.272.n.9.& n.23. vſque ad n.27.cum alijs per Menoc.conſ.950.n.5. vſque ad n. 9. & conſ. 922. per tot.lib.10. & conſ. 1130. n.13.lib.12.& præſumpt.28.lib.4. n.10. Peregr. de fideicommiſ.art.40.n.59.*

Quare etiam ſequitur, quod non obſtabit lapſus quinquennij, quo concluditur quærela inoffi- 71 cioſæ donationis *l.fin. C. de inoff.donat.* † Iſta enim actio ad ſupplementum cum ſit a lege durabit perpetuo vſque ad 30. annos iuxta *l.ſicut in rem.C.de præſcript.30.annor.l.2. C.de conſt. pecun.* licet enim iſtud ius petendi ſupplementum legitimæ videatur ſubrogatum loco quærelæ, Vnde deberet durare tanto tempore, quo durabat quærela, & ſic quinquennio *Bart.in l.ſi quis filium.in fin. C.de inoff. teſtam.* Tamen verius eſt quærelam eſſe extinctam in petendo ſupplementum, quare non poterat aſſumere illud tempus, quod erat ſtatutum in quærela, Maxime quia competit ad diuerſa, cum ius quærelandi ſit odioſum tanquam competens ad ſubuertendum teſtamentum, Ius vero petendi ſupplementum eſt fauorabile, velut ſuſtinens voluntatem defuncti, prout de veriori, & magis communi opinione teſtatur *Iaſ. in l. certi condictio. col. 6. in fin.n.25. ff. ſi cert.petat. late Alex.conſ.128. conſideratis verbis. col.5. in princ.verſ.præterea poſito. n.5.lib.1.& conſ.208. viſo themate.n.2.eod.lib.cum alijs per Tiraq. in l.ſi vnquam.in verb.reuertatur.n.396.C.de reuoc.donat.poſt Bald.Caſtr. & Salic. in l.ſi quis filium.C.de inoff.teſtam.Capr.conſ.40.circa quæ col.1.Ruin.conſ.26. vt detur.col.2.n.6.lib.2.Dec. conſ.303.in caſu occurrenti.col.1.& 2. verſ.ulterius. Menoch.conſ.411.lib.5.*

Ex prædictis omnibus colligitur non poſſe dubitari de validitate donationis, cum ſubſtitutione, aut fideicommiſſo, de quo agimus, cum illa poſsit fieri in contractibus inter viuos ſiue ſit fideicommiſſaria, ſeu directa vulgaris, de quo non eſt curandum, cum ſufficiat illam eſſe validam, & conſiderari non pro vnica donatione, ſed pro pluribus, diuerſis, & ſeparatis, vt dictum eſt *in 1. & 2. concluſione*. Et quamuis ex ea non poſsit detrahi trebebellianica, Aliud tamen erit in legitima, pro qua dabitur retentio, non obſtante, quod filius interueniſſet in donatione, & poſſediſſet bona donata, cum talis approbatio ſimplex, & tacita nihil ei præiudicet in legitima, in qua expreſſus conſenſus requiretur etiam per pactum, & conuentionem, maxime in actu ſeparato, diuerſo, & non dependente, prout eſt donatio, de qua in caſu noſtro, vt in 3. 4. 6. & 7. *concluſione*. Quamuis etiam donatio, & fideicommiſſum eſſet reciprocum, cum in eo non poſſet conſiderari titulus oneroſus, ſed lucratiuus, *vt in 5. concluſione*. Nullo habito reſpectu ad bona tempore mortis teſtatoris, quia ſemper legitima erit deducenda ſecundum tempus alienationis voluntariæ factæ in præiudicium filij, per quem ſolum agetur ad ſupplementum, quando eſſet ei aliquid relictum tam ab inteſtato, quam ex teſtamento *vt in 8. & 9. concluſione*. Itaut non obſtet, quod ſimus in legitimato, cum hoc bonorum ſubſidium ſit illi debitum ſicut filio legitimo, & naturali etiam titulo honorabili inſtitutionis, in quo non poterit grauari per fideicommiſſum, & ſi grauetur 72 onus appoſitum reijcitur. † Cum tales legitimati habeantur pro legitimis veris, non fictis & ab illis nihil differant, & ſint ſui hæredes, tranſmittant ſuam legitimam, ac ſupplementum, habeant quærelam inofficioſi teſtamenti, & ius contratabulandi de iure prætorio, & omnia quæ competunt legitimis, & naturalibus *Bald.in c.de cauſis .col.fin.n.34.de off.deleg. Roland.conſ.97.n.50. vſque ad n.53. lib.3. late Tiraq.* qui omnes ſupradictos caſus complectitur *in l.ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. n.77.vſque ad n.89.C.de reuocand.donat.* & per conſequens dabitur etiam iſtis quærela inofficioſæ donationis, quando eſſent legitimati per ſubſequens matrimonium, vel ſimilis actio, ſi per Comitem, aut reſcriptum, vt declarat *Bal.*

col.

col. 6. in fin. n. 32. vers. item quaero numquid filius. C. *de iur. fisc. lib.* 10. Quamuis in casu de quo agimus, sufficiat esse locum legitimae detractioni ad fauorem filij tamquam grauati ex fideicommisso, quod licet fuerit factum in contractibus, admittit tamen, & praeseruat legitimam filio, non secus ac si fuisset in vltima voluntate, vt dictum est *in* 4. *conclusione.* Maxime quia nulla adest conuentio, aut pactum filij, quod ei obstet in legitima, sed solum simplex acceptatio, & retentio bonorum, & aditio simplex haereditatis, & testamenti, in quo fuit confirmata d. donatio, 73 † per quam simplicem aditionem non arguitur aliqua remissio, aut renunciatio legitimae, neque in hoc dicitur filius venire contra factum defuncti *Bart. in l. 2. in fin. vers. opponitur quod haeres. n. 5. C. de inoff. donat. Curt. Sen. cons. 1. col. fin. Ias. in auth. vnde si parens. in 1. notab. n. 2. C. de inoff. testam. Decian. cons. 1. n. 77. lib. 4.* Grat. *cons. 91. n. 35. lib. 1.*

EPITOME.

Repudiatio, & acceptatio legati quando pro ea parte possit fieri, & illius diuisio admittatur, & quid in conditione posita in legato, seu onere illi adiuncto, & quando relinquitur à diuersis personis, & sub diuersis clausulis, & orationibus, & quid in haeredis institutione, legato alternatiuo, & in pluribus subrogatis loco vnius, & similibus. ¶ Salarium debitum officiali remoto an sit debitum pro parte. ¶ Maritus quando possit repudiare legatum in praeiudicium filiorum primi matrimonij, si mater instituit filium ex secundo viro, & plus relinquat marito, quam d. filijs prioris thori. ¶ Variatio an concedatur circa vnum, vel circa plura, quae habentur loco vnius. ¶ Executor quando debeat satisdare, & possit legatum repudiare, vt euitet satisdationem. ¶ Legatum tutori relictum an censeatur contemplatione tutelae, itaut sit admittenda illius repudiatio. ¶ Dispositiones an intelligantur esse tot quot sunt summae. ¶ Legatarius si decedat conditione non impleta an transmittat ad haeredem tam legatum, quam facultatem implendi conditionem. ¶ In haereditate an possit fieri representatio tam quo ad bona, quam circa tempus.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius non potest diuidere, nec pro parte acceptare, & pro parte repudiare legatum. Etiam si sit diuisum in pluribus praestationibus. n. 3. Limita in haeredibus legatarij n. 4. & quae sit ratio. n. 5. Quid si legatarius reliquerit vnum haeredem. n. 7.*

2 *Voluntas defuncti est vnica, & indiuidua.*

6 *Haeredibus plus conceditur, quam defuncto.*

8 *Haeres legatarij non potest partem suae partis repudiare, & aliam retinere.*

9 *Conditio apposita in legato, quae venit implenda non diuiditur inter haeredes, nisi esset apposita pluribus. & n. 12. Sed ea impleta possunt diuidere. n. 11.*

10 *Facta regulariter non diuiduntur.*

13 *Legatarius non adimplens in totum onus sibi à testatore impositum, sed tantum pro parte amittit legatum. Siue onus sit appositum per viam conditionis, siue modi, siue dispositionis. n. 14. Etiam si contrauentio sit in parte respectu temporis. n. 15.*

16 *Salarium debitum officiali remoto propter eius culpam an debeatur pro parte. & n. 17.*

18 *Legatum potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, si relinquitur per partes in diuersis clausulis, & orationibus.* Declara vt *n. 22. Secus est in haereditate. n. 19. Et de ratione. n. 20.*

21 *In haereditate repraesentatio non potest fieri pro parte, tam quo ad bona, quam quo ad tempus.*

23 *Legatarius, cui plures res fuerunt à testatore legatae, poterit vnam acceptare alteram repudiare. Limita quando in ea quae repudiatur adest onus annexum. n. 34. & 36.*

24 *Repudiatio, & acceptatio magis admittitur in legatis factis à diuersis personis, dummodo non redundet in praeiudicium haeredis.*

25 *Maritus non poterit repudiare legatum in praeiudicium filiorum primi matrimonij, si mater instituat filium ex secundo viro, & plus relinquat marito, quam filijs primi matrimonij.*

26 *Ius acquiritur filio eo ipso quod plus relinquitur viro, quam filio prioris matrimonij, siue maritus acceptet, siue repudiet.*

27 *Is cui competunt duo iura, potest vnum respuere, alterum retinere.*

28 *Legatum potest quis acceptare repudiata haereditate.*

29 *Vxor inops potest repudiare legatum sibi factum à marito diuite, & quartam integram petere.*

30 *Plura legata loco vnius subrogata non possunt diuidi, nec pro parte acceptari, vel repudiari.*

31 *Testator si legat octo seruos, aut pro singulis seruis decem, non licebit legatario acceptare quatuor seruos, & in locum aliorum velle quadraginta alternatiuè legata.*

32 *Variatio non admittitur circa vnum, vel circa plura, quae habentur loco vnius.*

33 *Legatarius sicut in legato alternatiuo non potest eligere partem de vno, & partem de altero, ita quando electio competit debitori non potest pars in vna, & pars in alia solui.*

34 *Repudiatio vnius ex duobus legatis non datur si in repudiato adest onus annexum.*

35 *Falcidia detrahitur tam de seruo, quam de decem, si quis legauerit decem, & Stichum, cum onere manumittendi, quamuis legatum seru fuerit repudiatum.*

37 *Executor sentiens commodum debet satisdare. secus si nullam percipiat vtilitatem; Et non poterit legatum repudiare, vt euitet onus satisdandi.*

38 *Legatum tutori relictum praesumitur contemplatione tutelae, itaut si nolit tutelam acceptare legatum*

legatum vadit ad pupillum. Secus si legatum fieret coniunctim n. 39.

40 *Conditio est indiuidua ratione legati, quod est indiuiduum.*

41 *In legato plurium rerum sub nomine vniuersali, vel collectiuo non datur agnitio vnius, & repudiatio alterius.*

42 *Dispositiones tot esse intelliguntur, quot sunt summæ, vel res specialiter designatæ, secus si generaliter, vel vniuersaliter designentur.*

43 *Legatarius si decedat conditione non impleta, an transmittat ad hæredem tam legatum, quam facultatem implendi conditionem, licet ab aliquo ipsorum non possit pro parte impleri.*

CAPVT CCXXXVIII.

Legatum non potest diuidi per legatarium, Ideo non datur acceptatio illius in parte, 1 & pro alia parte repudiatio † *l. legatarius. 38. de legat. 1. & ibi Glos. in verb. non potest. l. neminem. 4. cum sequentib. de legat. 2. l. si cui res legata. 60. eodem tit.* 2 † Etenim voluntas defuncti est vnica, & indiuidua, vnde in totum debet acceptari, vel repudiari, tanquam nō recipiens diuisionem *l. eum qui. 18. §. pro parte. ff. de his quib. vt indig. l. nam absurdum. de bon. libert. l. 1. de acq. hæred. Ang. de testam. glos. 63. n. 1. tom. 8. p. 1. f. 58.*

Quæ procedunt quamuis legatum conceptum vnica dispositione esset diuisum in pluribus 3 præstationibus, † quia non potest vna præstatio expleri, & alia respui *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. dub. 2. interpret. vltim. vers. ad quintum inspecto. n. 4. in fin. f. 479.* & latè declarat *Grat. consf. 81. n. 30. & consf. 82. n. 2. 13. & 14. lib. 2.*

Hæc autem Dixi esse intelligenda in legatario, 4 secus autem in hæredibus illius, Nam legatario mortuo sine agnitione legati, vel repudiatione poterit vnus ex illius hæredibus partem legati agnoscere, & alter suam partem 5 repudiare *l. legatarius. 38. de legat. 1.* † Ratio est quia legatum, & actio, ac obligatio illius ipso iure diuiditur inter hæredes legatarij *l. 1. & 2. C. de hæredit. act. l. 1. C. si cert. petat. l. si habeo. C. de neg. gestis.* Vnde non prohibetur vnus suam partem repudiare, alter vero acceptare, quia pro illa portione sibi debita acceptat, seu repudiat totum, quod sibi debetur, cum etiam quilibet hæres repræsentet personam defuncti pro sua parte *l. cum a matre. C. de rei vendicat.*

6 Ex quo † sequitur vnū notabile, quod plus conceditur hæredibus, quam defuncto, sicut in *l. si aliena. §. scæuola. de vsucap. l. fin. C. de euict.* quod dicit singulare *Ias. in l. legatarius. 38. n. 2.* 7 *de leg. 1.* † Quidquid aliud sit quando legatarius relinquit solum vnum hæredem, quia tunc sicut defunctus non posset legatum pro parte acceptare, & pro parte repudiare, ita neque eius hæres, si vnus est *Ias. in l. 1. col. 2. ad med. in glos. in verb. non potest. n. 16. de acquir. hæredit. Ang. de testam. glos. 63. in fin.*

Verum esset, quod vnus ex hæredibus non haberet facultatem repudiandi partem suæ partis, & 8 acceptandi partem eiusdem partis, † Nam cum pro illa parte repræsentet personam defuncti *l. fin. de prætor. stipul.* non potest pro illa portione diuidere voluntatem sui auctoris, quia tunc non repræsentaret in totum personam defuncti, prout in specie notat *Gomes. de legat. tom. 1. c. 12. n. 3*[illegible]*. ad med. vers. e*[illegible] *quo notabiliter infertur.* Et voluit prius *Ias. in l. legatarius. 38. in 2. notab. in fin. n. 2. de legat. 1. per tex. l. neminem. 4. de legat. 2.* & notat etiam *Imol. in d. l. legatarius. n. 2. in fin.*

Si autem legatarius aliquid deberet hæredi causa conditionis implendæ, & habendi legatum 9 ista † conditio non diuiditur inter hæredes, cū enim si adiecta vni non potest scindi, Quidquid secus sit quando esset apposita pluribus, habuit enim originem in personam defuncti, qui erat vnus, quare non debet diuidi inter plures hæredes legatarij *l. cui fundus. 55. in fin. & ibi Castr. n. 3. ff. de condit. & demōstrat.* Conditio enim est quid facti *l. qui hæredi. in princ.* 10 *ff. eod.* vnde est indiuisibilis, † cum facta regulariter non diuidantur *l. 2. §. item si in facto. l. 4. §. cato. l. stipulationes nō diuiduntur. in prin. c. de verb. obligat.* Ideo non mirum, si ista conditio non potest diuidi, neque scindi inter hæredes legatarij, quamuis legatum inter eos diuidatur, quod consistit in obligatione, & actione, quæ ipso iure diuiditur inter hæredes 11 per legem duodecim tabularum, † Totum igitur est dandum absque aliqua diuisione, vt legatum soluatur, & illo dato poterunt postea hæredes diuidere legatum, & vnus partem habere, vel repudiare *Glos. in l. legatarius 38. in princ. in verb. hæredes. ff. de legat. 1. & ibi* 12 *Bart. opposit. 1. & Ias. in fin. n. 11.* † Quidquid aliud sit quando conditio dandi esset adscripta pluribus, & quando adest pluralitas ex parte eorum, quibus erat dandū, non autē habentium dare, & in alijs conditionibus, & casibus de quibus late *Castr. in d. l. cui fundus. 55. de condit. & demōstrat. Doctor. in l. si plures. C. de condit. insert. l. plautius. l. qui hæredi. §. si duorum. l. penult. de condit. & demōstrat. l. Stichum qui meus erit. in fin. de legat. 1.*

Ex ista ratione, quod legatario non licet scindere legatum, patet verius esse, quod onus per legatarium recusatum in parte facit illum 13 perdere totum legatum, † quasi declinans partem totum declinasse videatur, Præsumitur enim totum relinqui a testatore contemplatione partis, a qua vult legatarius se eximere, Vnde cum sit relictum vna contemplatione censetur indiuiduum, & per consequens legatarius sicut non potest pro parte legatum amittere, ita etiam non potest se indignum pro parte constituere *Bart. in l. etiam si partis* 14 *114. & ibi Florian. n. 3. ff. de legat. 1.* † Quod procedit siue onus sit impositum per viam conditionis, siue modi, siue dispositionis, vt late explicat *Grat. consf. 81 n. 29. lib. 2.*

An-

Amplius non solum prædicta sunt vera, quando contrauentio est in parte respectu rerum, vt in totum priuetur legato, sed etiam si legatarius 15 contrauenit in parte respectu temporis, † nam tunc etiam in totum priuabitur nulla habita consideratione temporis præteriti, cuius respectu neque vllum commodum sentiet, cum enim sit vnicum legatum, & onus indiuiduum, non potest pars legati acceptari, & pars oneris subiri, sed deficiendo in parte oneris totum amittitur, cum sit validum argumentum de re ad tempus *l. miles ita de milit. testam.* & in specie ita concludit *Grat. consl.* 82. *n.* 1. *lib.* 1. Non admissa opinione *Bart.* distinguentis inter res & tēpus *in l. meuia.* 13. *in princ. n.* 3. *in fin. vers. nec obstat. de ann. legat.* Cum indistinctè contraria opinio sit verior, vt testatur *Curt. Iunior. in l. diem functo. col.* 11. *in princ. n.* 42. *& ibi Alex. col. penul. in fi. n.* 32. *de offic. assessor.* Quid-16 quid † aliud sit in salario debito officiali remoto propter eius culpam, quod debetur pro parte, cum salarium, & tempus recipiant diuisionem *l. scio. in princ. de ann. legat.* Quod non est in legato tamquam indiuiduo, vt notat *Dec. in d. l. diem functo, col. penult in princ. n.* 21. 17 *&* 22. † Licet etiam in salario idem esset, quando officialis remoueretur propter delictum cōcernens vniformiter totum tempus sui officij per rationem indiuiduitatis, & in alijs casibus de quibus *per Cagn. in d. l. diem functo. n.* 208. *vers. limitatur primo. Corset. sing.* 311. *in verb. salarium. incip. iudici delinquenti.*

Secundo declara prædicta quando legatum relinquitur in vna & eadem oratione, & clausula, secus autē si relinqueretur per partes in diuer-18 sis clausulis, & orationibus; † Tunc enim posset legatarius vnam partem legati acceptare, & aliam repudiare, quia ipsemet testator diuisit suam voluntatem, vnde etiam ista diuisio permittetur legatario, quare si primo legatur vna pars fundi, deinde altera portio eiusdem fundi, datur diuisio, & tot sunt fundi, quot partes *l. plane. in fin. ff. de legat.* 1. Dabitur ergo acceptatio vnius, & alterius repudiatio, 19 Quidquid † aliud sit in hæreditate, in qua est maior vnitas, quam in legatis, Ita in puncto declarat *Castr. in l. quidam elogio.* 20. *col.* 3. *in fin. vers. tertio oppono. n.* 5. *post med. C. de iur. deliber.* & esse casum singularem, & alibi non reperiri dicit *Aret. in l. si solus.* 79. *col.* 1. *in fin. vers. & ista fuit ratio dubitandi. ff. de acquiren. hæredit.* & tanquam dictum vnicum notat etiam *Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 4. *n.* 33.

Neque obstat, quod hæreditas non possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, quamuis relinquatur in solidum, vel per partes *l. quidam* 20 *elogio. C. de iure deliber.* † Quia aliud est in legato, in quo non datur proprie aliqua repræsentatio personæ defuncti, cum sit successio particularis, & non necessaria, ideo pro parte potest agnosci, secus in hæreditate, in qua datur à iure d. repræsentatio, quæ non potest fieri pro parte, tàm quo ad bona, quàm quo ad tempus 21 *l. ius nostrum. de reg. iuris l. hæreditas ex die: de hæred. instit. l.* 2. *de acq. hæredit.* cum testator voluerit suam personam repræsentari in solidum, & sic non potest vna portio repudiari, & alia acceptari, non solum si res deducatur ad causam intestati, sed etiam si ex præsumpta voluntate defuncti videretur inductum, vt voluerit hæredem vocatum ad plures partes non habere vnam sine alia, prout in terminis ita distinguit *Aret. in l. si solus.* 79. *col.* 2. *post princ. vers. & secundum hoc ampliabitur. ff. de acq. hæredit. Gomes. var. resolut. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 33. *post med. vers. ex quo inferas.*

Ista tamen sunt vera, quando pro diuiso relinqueret testator eidem legatario diuersas portiones 22 eiusdem fundi, † tunc enim quælibet portio est nouus fundus, non autem quando pro indiuiso *l. meuius. §. duobus. de legat.* 2. & in specie acceptationis legati pro parte ità declarat *Castr. in l. quidam elogio.* 20. *col.* 4. *in princ. vers. illud tamen esset verum sub n.* 5. *C. de iur. deliber.*

Tertio si essent plures res alicui legatæ à testatore, tunc poterit per legatarium vna acceptari, 23 altera repudiari † *Rip. in l. si ex toto.* 8. *§. si ita legatū. de legat.* 1. *Surd. de alim. q.* 4. *tit.* 9. *n.* 32. *& q.* 35. *tit.* 9. *n.* 30. *Spin. de testa. gloss.* 9. *princip. n.* 30. *post Peralt. in l. neminem. ff. de legat.* 2. 24 Quæ † repudiatio, & acceptatio magis admitteretur in legatis factis à diuersis personis cum sit licitum vnum repudiare, & aliud agnoscere *l. neminē.* 4. *cum l. seq. de legat.* 2. dummodo tamen non redundet in præiudicium hæredis, à quo fuisset relictum secundum legatum *Bertrand. in l. hac edictali. §. si verè plus. C. de se-* 25 *cund. nupt.* † Vbi si mater instituat filium ex secundo viro, & plus relinquat marito, quam filijs primi matrimonij, non poterit maritus repudiare legatum in præiudicium filiorum prioris matrimonij, cum ille dicatur habere, qui facit quò minus habeat *l. sed & si lege. §. proinde. de petit. hæredit. l. si verò. §. peruenisse. ff.* 26 *solut. matrim.* † Eo enim ipso quod plus viro relinquitur, quam filio prioris matrimonij, statim acquiritur ius filio, siue maritus acceptet, siue repudiet legatum, quia sufficit, quod mater fecerit contra legem quantum in se fuit; Quidquid aliud sit quando non est ius in acceptatione legati, sed in ipso actu relinquendi, vt in puncto declarat *Surd. de alimen. tit.* 9. *q.* 4. *n.* 29. 30. *&* 33.

Adde, quod is, cui competerent duo iura potest 27 vnum respuere, & alterum retinere † *l. si domus. de seruit. vrb. prædior. l. libertus patroni. §. quid ergo. de bon. libert.* † Vnde datur accepta-28 tio legati, & repudiatio hæreditatis † *l. cum responso. C. de legat. l. si qua. ff. fam. ercisc. l. qui filiabus. §. fin. ff. de legat.* 1. *l. apud celsum. §. si quis ex vnica. de except. dol. Fab. in auth. nouissima. n.* 151. *C. de inoff. testam. Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 29 35. *n.* 29. † Vbi ampliat ad vxorem inopem, quæ potest repudiare legatum sibi factum a marito diuite, & quartam integram petere, de quo dictum est supra *c.* 120.

Quar-

Quartò. Non solum reijcitur repudiatio vnius legati pro parte & pro alia acceptatio, sed etiam hoc procederet, quando vnum in alte-
30 rutra causa legatum est, † quamuis enim videantur plura legata, tamen quia subrogantur in locum vnius legati comprehẽsi in prima parte alternatiua, sicut non potest illud primum legatum diuidi, ita neque illa plura loco illius
31 subrogata poterunt diuidi, † Vnde si testator legat titio octo seruos, aut pro singulis seruis decem, non licebit legatario acceptare quatuor seruos, & in loco aliorum quatuor velle quadraginta alternatiue legata, Cum regulariter quod est indiuiduum in vna parte alternatiuæ censeatur etiam indiuiduum in
32 alia parte, † Præsertim quia non admittitur variatio circa vnum, vel circa plura, quæ habentur loco vnius; Ita vt quemadmodum non datur electio legatario eligendi partem de vno
33 & partem de altero, † sic etiam econtra quando debitori illa competeret non posset solui pars in vna re, & pars in alia, prout late declarat *Rip. in l. si ex toto. 8. §. si ita legatum. n. 1. vsq; ad 10. & ibi Ias. col. 1. & 2. ff. de legat. 1. & Flor. n. 1. cum sequent.*

Quinto. De duobus legatis, quamuis possit repudiari vnum, vt dictum est, Tamen aliud erit quando in eo, quod repudiatur adest onus an-
34 nexum, † Vnde si quis legauerit decem & stichum cum onere manumittendi, si contingat propter alia legata esse locum falcidiæ, illa detrahetur tam de seruo, quam de decem,
35 quamuis legatum serui fuerit repudiatum, † cũ non detur ista repudiatio, vt onus non debeat remanere legatario, qui ex pecunia duas quartas relinquet *Bart. in l. si duobus.* quam reperit *in l. neminem. n. 1. de legat. 2.* vbi ampliat non solum in præiudicio, quod fit hæredi, vt in *d. l. si duobus.* sed etiam in eo, quod fieret alteri per *tex. in l. si legatario. in princ. ff. de fideicommiss. libertat.* sequitur *Florian. in d. l. neminem. n. 3. Bald. in l. quidam elogio. 20. col. 4. in princ. n. 10.*
36 *oppos. 4. C. de iur. deliber.* † Ratio est, quia licet legatarius possit diuidere plura legata, tamen quando ratione oneris sunt annexa non datur diuisio *Imol. in l. neminem. ad med. de legat. 2.* quod etiam voluit *Ang. de testam. Glos. 63. in prine. vers. & idem quando duæ species.*

Ex quo infertur, quod executor sentiens commodum debet satisdare *l. si a pluribus. de legat. 1. Doctor. in l. liberto. §. largius. de ann. legat.*
37 Secus quãdo nullã vtilitatem percipit † *l. diuus ff. si cui plus, quam per leg. falc.* Vnde si quis fuit constitutus executor, & ei relictum legatum, non poterit illud repudiare, vt euitet onus satisdationis, Et sic non poterit neque esse executor, quasi tunc propter onus satisdandi impositum à lege hoc non permittatur *l. si legatario. de fideicommiss. libert. Bart. in l. neminem. 4. n. 1. & ibi Florian. n. 4. de legat. 2.*

Vnde etiam legatum tutori relictum præsumitur contẽplatione tutelæ, ita vt si nolit acceptare
38 tutelam vadat legatum ad pupillum † *l. nesennius. de excusat. tut. l. post legatum. §. amittere. de his quib. vt indign.* Quidquid aliud sit quando legatum fieret coniunctò, quia licet tutela recusetur, legatum tamen erit præstandum, tanquã factum contemplatione coniuncti onis
39 † *l. tutor. §. quæ tutoribus. de excus. tut. Crot. cons. 148. lib. 1. n. 3.* licet ibi dicat non facere super hoc fundamentum per ea quæ voluit *Bart. in l. penult. C. de legat.*

Et facit, quia conditio est indiuidua ratione lega-
40 ti, quod est indiuiduum † *Crot. d. cons. 52. n. 2. lib. 1.* Ideo non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari *Bellapert. Castr. & Bart. in l. etiam si partis. ff. de legat. 1.* Quare etiam si legatarius vellet dare totam summam pecuniæ, vt consequatur partem fundi, non admittetur; Quia legatum est indiuiduum *Castr. in l. cui fundus. ff. de condit. & demonstrat.*

Sexto. Quando plures res legantur sub nomine vniuersali, vel collectiuo, non datur agnitio
41 vnius, & repudiatio alterius, † censetur enim vnum legatum, vt in peculio, grege, & similibus rebus generaliter designatis *l. grege. 6. de leg. 2.* Rerum enim plurium nominatio specialis plura facit legata, generalis autem nominatio vnum tantum efficit *Imol. in l. 2. ff. de legat. 2.*
42 Prout † regulare est in omnibus dispositionibus, quæ tot etiam intelliguntur, quot sunt summæ, vel res specialiter designatæ, secus si generaliter, vel vniuersaliter designentur, tunc enim erit vna dispositio, vt emptio, venditio, commodatum, mutuum, legatum, donatio, excommunicatio, & iuramentum vt late per *Imol. & Ias. in l. scire debemus. 19. in princ. ff. de verb. obligat.*

Septimo. Si legatarius decedat conditione non impleta apposita ad fauorem hæredis pro habendo legato transmittit ad hæredes tam legatum, quam facultatem implendi talem condi-
43 tionem, † licet ab aliquo ipsorum pro parte non posset conditio impleri, quando tamen legatarius antequam decederet obtulit, & hæres qui debebat recipere, fuit in mora recipiendi, tunc enim conditio habetur pro impleta, vt legatum sit purificatum, & transmittatur, quamuis neque tunc legatarij admittantur ad petendum, nisi conditionem impleant, nam quo ad hoc non habetur conditio pro impleta Ita in pũcto concludit dicens casum singularem & multum notandum *Castr. in l. cui fundus. in vlt. opposit. de condit. & demonstr.*

Neque obstat quod sufficit semel obtulisse *l. cum quidam. C. de condit. insert.* Quia procedit quãdo est facta executio statim quod fuit conditio habita pro impleta, videlicet quia seruus, cui relicta erat libertas consecutus fuit libertatem, secus vbi executio non est facta, quando esset relicta res per fideicommissum, vel res quæ adhuc est pœnes hæredem, si enim legatarius eam vult, habet necesse soluere, & conditionem adimplere *Cyn. in l. fin. C. de cõdit. insert. Castr. in l. iure ciuili. 24. n. 3. de condi. & demonstrat. & in l. cui fundus. in fin. ff. eod. tit.*

Alia ad materiam repudiationis legatorum pertinentia ponentur infra *in capite particulari.*

EPI-

EPITOME.

Filius quando habeat quærelam inofficiosi, si aliquid accepit ex eadem, vel diuersa voluntate, quam nititur impugnare. ¶ Et an possit acceptare legitimam sibi relictam per viam contractus, & respuere hæreditatem patris. ¶ Et an d. acceptatio sit facienda cum sua causa, & oneribus. ¶ De legitima quando sit reijciendum omne grauamen, & an requiratur expressa renunciatio, vt filius in ea sibi præiudicet. ¶ Et an agnoscendo hæreditatem patris in qua fuit sibi prohibita legitima censeatur illi renunciasse. ¶ Et quid si in euentum contrauentionis sit solum institutus in legitima.

SVMMARIVM.

1 *Quærela inofficiosi non competit filio, qui accepit ex eadem voluntate, quam nititur impugnare, secus si ex diuersa voluntate accepisset.*

2 *Filius potest acceptare legitimam sibi relictam per viam contractus, & respuere hæreditatem patris. Non autem quando ex eodem titulo, & voluntate sibi obuenisset. n. 3.*

4 *Acceptans legitimã videtur acceptasse cum sua causa, et suis vitijs, et quid si filius haberet substitutum vulgarem. Declara vt n. 5.*

6 *De legitima hodie reijcitur ipso iure omne grauamen, & vt filius in ea sibi præiudicet requiritur expressa renunciatio.*

7 *Filius institutus cum hoc quod teneatur expressè renunciare legitimæ, alias cadat ab omni cõmodo testamẽti, si post mortem testatoris agnoscat hæreditatem absque expressa renunciatione, poterit non obstante agnitione legitimam detrahere. Intellige vt n. 11.*

8 *Legitima non recipit aliquod onus etiam si filius fuerit in totum institutus.*

9 *Grauamen quo ad renunciationem legitimæ per testatorem filio iniunctum ex legis dispositione reijcitur.*

10 *Pater relinquens filio legatum pinguius sua legitima potest ei prohibere, quod in euentum contrauentionis censeatur solum institutus in legitima.*

CAPVT CCXXXXIX.

Filium dicebatur non habere quærelam inofficiosi, si accepit ex eadem voluntate, quam nititur impugnare, † quasi tunc non admittatur improbatio eius, quod semel approbatum est *l. pomponius. de neg. gest. Azo in l. parentibus 8. C. de inoff. testam.* Cum aliud esset quando ex diuersa voluntate accepisset, puta quando filius agnouisset legatum, seu aliud sibi in testamento relictum, Ex ista enim agnitione non posset inferri ad donationem inofficiosam contra quam habebit quærelam, quasi ex diuersa voluntate acceperit, & agnouerit iudicium patris, non enim tunc illa quærela expugnat testamentum, quod approbauit, sed alium actum gestum inter viuos, quæ ratio non militat, quando approbasset eandem voluntatem patris donantis respectu eiusdem donationis, prout ita in specie explicat *Salic. in l. cum donationibus. 6. in princ. vers. sed certe illa. C. de inoff. donat. Idem Salic. in l. parentibus. in fin. vers. item nota quod hoc simplex. vbi Addit. in verb. excludit. C. de inoff. testam.* quod etiam declarat *Bart. in d. l. cum donationibus. ad med. vers. istud secundum. & ibi Azo in verb. non agnouisti. Rom. cons. 26. n. 9. in 4. dub. Petr. Greg. Tholos. syntagm. iur. lib. 2. c. 15. n. 9. in fin. Ias. in auth. vnde si parens. in princ. n. 2. in 1. notab. C. de inoff. testam.*

Quare dicimus, quod poterit filius acceptare legitimam sibi relictam per viam contractus, & re-
2 spuere hæreditatem patris, † quasi tunc illud sit ex diuersa voluntate *Ias. in d. auth. vnde si parẽs. in 5. notab. n. 5. C. de inoff. testam.* Quidquid aliud sit quando eodem titulo hæreditario illi obueniret, Tunc enim non posset legitimam retinere, nisi etiam residuum accipe-
3 ret † *Bart. in l. gerit. 87. vers. sed quæro quod si. aliquis. de acq. hæredit. late Bald. in l. vnic. col. 5 ad med. vers. quo ad primam quæstionem. n. 14. C. quand. nõ peten. part.* Vbi quod nõ potest acceptari legitima, & respui hæreditas ex eadem voluntate, & ex eodem testamento, in quo filius fuit institutus, licet enim de primaria intentione explicita non fuerit subire onera, Tamen hoc esse debuit de implicita voluntate acceptare vna cum sua natura, quasi totum videatur velle, qui vult partem indiuidui, tanquam non possint separari quæ sunt annexa.
4 Vnde † filius acceptans eam videtur acceptasse cum sua causa, & suis vitijs, cum de natura legitimæ sit habere ius accrescendi, & sic residuum hæreditatis accresceret illi inuito, licet aliud sit quando filius haberet substitutum vulgarem, & ista est verior opinio, prout late defendit *Aret. cons. 159. longa est ista consultatio. col. 14. in fin. vers. venio ad duodecimum. n. 22. Ias. in auth. vnde si parens. notab. 5. n. 5. C. de inoff. testam.* Quidquid relinquat cogitandũ *Ang. in §. vlt. n. 2. ad fin. vers. quid autẽ si filius. instit. de hæred. qualit. & diff.* Cum sine aliqua cogitatione non sit discedendum a prædicta opinione, quam multis etiam comprobat *Gul. Bened. in c. rainutius. in verb. reliquit. p. 1. n. 34. & 35. de testam.* quem sequitur dicens auream considerationem *Petr. Gregor. Tholos. sintag. iur. p. 3. lib. 44. c. . . . n. 30. Salic. in l. 2. col. 2. ad med. n. 6. vers. iuxta hoc quæro. C. si quid in fraud. patron.* cum alijs per *Ceuall. q. 711. n. 6. Berou. q. 87. filius. n. 10.*

Obseruandum est autem, quod quamuis prædicta
5 passim admittantur per *Doctores.* † Tamen procedunt de iure antiquo, secundum quod filius agnoscendo hæreditatem patris, illique se immiscendo, videtur dispositioni illius acquiescere, & legitimæ renunciasse, ideo in prædicto casu non poterat filius quærelare, nec iudicium patris impugnare, quasi illud agnouisset.

set etiam quo ad onus *l. si pars. §.fin.l.papinianus.§.condition ff.de inoffic. testam. l post legatum. in princ. ff.de his quib. vt indig.* Quasi non videatur ferendum, quod is qui lucrum amplectitur onus illi annexum contemnet *l. vnic. §. pro primo. C.de cadue.toll. l.vlt. §.sed cum in prima. in fin. C.de furt.*

Hodie vero omne grauamen reijcitur de legitima ipso iure *l.omnimodò. & l.quoniam in prioribus. C.de inoff.testam.* † Ideo non sufficeret simplex agnitio hæreditatis, sed requiritur expressa renunciatio legitimæ *l.si quando. §.generaliter ff.de inoff.testam. & ibi Ias. n.4. Ruin. cons. 56.n.3.vers.nec prædictis videtur obstare. lib.2. Eugen.cons.38.n.5. Bald.cons.63. n. 24. Paris. cons.53.n.63. lib.3.* & multa adduxi supra *Rot. coram Sanctiss. Romana. de Lante. 11.februar. 1583.& coram R.P.D. Manzanedo. Romana legitima. 11. Decemb.* 1609. Vbi † ex hoc concludit, quod si pater instituit fideicommissum, & ad illud vocauit eius filium, cui post alias substitutiones factas prohibuit alienaitionem bonorum, & detractionem quamcunque trebellianicæ, seu cuiusuis alterius portionis, mandando, quod tam filij, quam ceteri descendentes in infinitum ante aditionem hæreditatis teneantur expresse renunciare legitimæ, alias cadant ab omni commodo sui testamenti, & dispositionis, & quod in illius locum succedat proximior; Si post mortem testatoris filius agnouit hæreditatem absque expressa renunciatione legitimæ, poterit nihilominus non obstante dicta agnitione detrahere suam legitimam, & bona in hanc causam alienare, cum illa debeatur ex prouidentia legis, & de iure naturali, licet quantitas sit inducta de iure ciuili, fundata tamen in iure naturali *l.cum ratio.de bonis damnat. l.omnimodo. C.de inoff.testam. Decian.cons.35. n.44. lib.1.* † Vnde non debet recipere aliquod onus, quod ipso iure reijcitur *l. scimus. & l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.* Quod procedit non solum si filius fuerit institutus in legitima tantum, sed etiam si in totum, Tunc enim quo ad legitimam reijcitur grauamen *Ias.in l. cum ex filio.in princ.col.2.post med.vers sed quod fortius contra istam considerationem. n. 5.ff. de vulg.& pupill. Rom.cons.64.n.2. Dec.cons.81.in princ. Natt.cons.145.n.21. Castr.in l.vlt. n.2.in fin.vers.contrarium. de condition. institut. Roderic. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 2. ad med. C. de inoff. testam.* Quare † cum testator grauauerit filium quo ad renunciationem legitimæ, non debet attendi tale onus, sed reijciendum est ex legis dispositione *l.seius & augerius. ad leg. falcid.* quæ extenditur etiam ad legitimam, quamuis loquatur in falcidia *Ruin.cons. 149.n.13.lib.3. Peregr. de fideicommiss. art.36. n.62.vers.quocircà sicut directo.*

Neque obstat, quod si pater relinqueret filio legatum pinguius sua legitima posset ei prohibere illius detractionem, † hoc addito quod alias in euentum contrauentionis censeatur solum institutus in legitima *Paris.cons.9.n.4.lib.3. Dec. cons.688. visis & diligenter. n.2. Peregr. de fideicommiss. art.36.n.62. ad med. vers. mihi autem considerato. Eugen. cons.38. n.8.* † Quia prædictus casus est diuersus ab isto, in quo filius non fuit institutus solum in legitima in euentum, quod ei non renunciaret, sed potius priuatus omni commodo testamenti, & dispositionis paternæ, prout distinguit *Rot. coram Sanctissimo Romana de Lante. 11. Februarij.* 1583. *& coram R.P.D. Manzanedo. Romana legitima. 11. decembris.* 1609. dixi supra *c. 145.* Neque enim filius de inofficioso conqueri potest, cum integra legitima fuit sibi relicta, casu quo paternæ voluntati noluerit acquiescere *Peregr. de fideicommiss. art.36. n.62. ad fin.*

EPITOME.

Legatarius quando consequatur fructus rei legatæ ante acceptationem, & moram hæredis. ¶ Et quid in legato partis bonorum, aut in diem, vel sub modo, aut conditione tacita, & expressa, & quando hæres esset paratus soluere, & in casibus, in quibus non transfertur dominium recta via in legatarium, vt in legato rei alienæ, vel hæredis, seu quantitatis. ¶ Hæres percipiens bona fide fructus rei legatæ an debeat illos restituere a die litis contestatæ, quamuis alias deberentur a die aditæ hæreditatis. ¶ Et qualiter ista bona fides hæredis colligatur. ¶ Et ius controuersum, ac dubium legis falcidiæ ad hunc effectum an excuset. ¶ Dictio eum, vel, si, quando impediat transmissionem legati. ¶ Fructus sati, & pendentes tempore mortis testatoris, an veniant in legato fundi. ¶ Implendum post solutionem dotis quando dicatur modus, vel conditio. ¶ Legatum factum pro omni, & toto eo, quod quis prætendere posset, an impediat, quod statim fructus non debeantur, & qualiter sit adimplendum. ¶ In legato duarum rerum alternatiue facto an veniant fructus ante electionem. ¶ Et quid in legato sub conditione, si legatarius voluerit. ¶ Et quando illius negligentia in petendo, vel interpellatio in non acceptando, vel contrauentio ei noceat circa dictorum fructuum acquisitionem.

SVMMARIVM.

1. *Legatorum fructus quando debeantur legatario à die mortis testatoris, vel à die adita hæreditatis.*
2. *Legatum rei fructiferæ ad effectum dotis constituendæ facit, vt fructus debeantur etiam ab eo, qui culpa sua illam desijt possidere.*
3. *Fructus rei legatæ debentur etiam ante acceptationem, & moram hæredis. Et quid quando esset legatum sub conditione, si legatarius voluerit. n.4.*
5. *Dictio, si, in legato importat principaliter conditionem, & magis impedit transmissionem, quam*

dictio cum, nec moriendo legatarius dicitur declarasse.

6 *Fructus rei legatæ statim debentur etiã legatario ignoranti, cum statim in talẽ transeat legatũ recta via. Amplia vt n. 7. & de ratione. n. 8.*

9 *Dominiũ vtile vbi trãsfertur de iure speciali non debẽtur fructus, nisi post morã, secus in directo.*

10 *Fructus rei legatæ statim debentur in omnibus causis, in quibus rerum dominia, iura, & actiones transeunt in fideicommissarium, vel legatarium, etiam quod fuissent negligentes in petendo. Et quid si legatarius interpellatus non acceptauit. n. 11. Vel si contrauenit. n. 12.*

13 *In legato conditionali fructus non debentur pendente conditione. Idem in legato in diem quamuis certam. n. 14. Et quæ sit ratio. n. 15. Intellige vt n. 18. 19. 20. 22. & 23.*

16 *In legato duarum rerum alternatiuè facto non debentur fructus nisi facta electione. Et quid in conditione tacita. n. 17.*

21 *Fructus non debentur à die mortis quando hæres fuisset paratus soluere.*

24 *Legatum factum pro omni, & toto eo, quod quis prætendere posset, non impedit, quod statim fructus non debeantur. Et tale legatum qualiter adimpleatur. n. 26.*

25 *Modus in legato quomodo differat à conditione.*

27 *Implendum post solutionem dotis dicitur modus & non conditio, licet disponens vsus fuerit verbis sub conditione. Etiam si adsit clausula non alias, aliter, nec alio modo. n. 28.*

29 *In legato partis bonorum fructus non pertinent ad legatarium cessante hæredis mora.*

30 *Fructus rei legatæ non debentur etiam post aditã hæreditatẽ cessante mora hæredis in casibus in quibus dominium non transfertur recta via in legatariũ, vt quando est legata res hæredis, vel aliena. Et quid in legato quantitatis. n. 31.*

32 *Fructus sati, & pendentes tempore mortis testatoris an veniant in legato fundi. Et quid si fructus fuerint seminati ab hærede, vel à quodam tertio post mortem testatoris. n. 38.*

33 *Hæres percipiens fructus rei legatæ bona fide, non tenetur illos restituere legatario, nisi à die litis contestatæ, licet alias deberentur à die aditæ hæreditatis. Ac bona fides hæredis qualiter colligatur. n. 34. Et Ius controuersum, & dubium ad hunc effectum an excuset. n. 35.*

36 *Hæres an excusetur ab vsuris legatorum propter dubium legis falcidiæ.*

37 *Hæres, vt lucretur fructus per aliquod temporis spatiũ, faciat sibi præfigi tẽpus soluẽdi relicta.*

CAPVT CCL.

Fructus rei legatæ, quæ erat propria ipsius testatoris, & cuius recta via potuit transferri dominiũ, † 1 debentur legatario quandoque à morte testatoris, quandoque à die aditæ hæreditatis iuxta *l. 1. C. comm. de legat. l. quæsitum 40. de acquir. rer. dom. Bald. in l. 1. n. 1. oppos. 2. C. de vsur. & fruct. legator. Ruin. consil. 50. n. 10. in fin. lib. 2. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 9. n. 5. vers. illud profecto. & in c. raynutius. §. 1. n. 1. de testam. Rip. in l. 1. n. 38. de legat. 1. per tex. in l. si tibi homo. §. eum seruus. ff. eod.*

Quę magis procedunt quando ageretur de re fructifera, quæ si legatur ad effectum constituendi dotem, † 2 facit vt fructus quoque debeantur, etiam ab eo, qui culpa sua illam desijt possidere *Rot. coram R. P. D. Penia. Roman. Locor. 25. iunij. 1601. & coram R. P. D. Vicecomite. Pranestina hæreditatis. 1. Februarij. 1580. Cesar de Grass. decis. 1. & 2. de vsur.*

Amplius neque obstaret non fuisse acceptatum legatũ, statim enim, quod illud agnoscitur, & non repudiatur sufficit, † 3 cum ratione dominij in legatarium iam translati à die aditæ hæreditatis, interim donec repudiatur, fructus debeantur etiam ante acceptationem, & moram hæredis, qui ad eorum restitutionem tenebitur *Castr. in l. apud iulianum.* alias incip. *aphricanus. 40. §. fructus autem. n. 3. de legat. 1. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 9. n. 5. ante fin. vers. nam licet legatarius.* † 4 Quidquid aliud sit quando esset legatum sub conditione, si legatarius voluerit, idest declarauerit se velle, cum eo casu ante declarationem nec actio competeret, nec legatum deberetur *l. si ita legatum. 68. §. illi si volet. de legat. 1.* † 5 Itaut neque moriendo videatur declarare quando adest dictio, si, quæ importat principaliter conditionem, & magis inficit, & impedit transmissionem, quam dictio, cum, quę significat tempus, ideò aliud esset stante legato facto cum voluerit, vt latè explicat *Castr. in d. §. illi si volet. n. 1. in fin.*

Idẽ erit quamuis legatarius ignorauerit, cũ statim etiam in talem transiuerit legatum recta via † 6 *l. cũ pater. §. surdo. de legat. 2.* idcirco fructus rei statim debentur *l. berennius. de vsur. Salic. in l. fin. C. de vsur. & fruct. legat. Corn. cons. 200. col. penul. n. 7. lib. 4. Perog. de fideicõmis. art. 49. n. 103*

Immo nõ solum prædicta habent locum in re propria testatoris legata, sed etiam in re per eum possessa iure quasi dominij cum titulo, & bona fide; † 7 Nam illud quasi dominium, quod erat penes testatorem trãsit recta via in legatarium, Itaut statim ei fructus debeantur *Bar. in l. in fideicommissariã. 18. ad trebell. Bald. in l. 1. n. 21. C. de vsur. & fruct. leg.* † 8 Ratio est, nam quasi dominium transfertur ex eisdẽ causis, & modis, sicut verum dominium *Ias. in l. vt inter diuinum. quæ est fin. col. 4. ad med. in vlt. notab. n. 14. C. de sacros. eccles. Alex. cons. 4. videtur inspectis. n. 9. lib. 2. Gabr. cõs. 32. col. 1. lib. 1.* Probatis tamẽ his, de quibus per *eũdem Alex. cons. 98. viso & cõsiderato integro processu. n. 7. vsq; ad n. 10. lib. 2.*

Neque obstat, quod vbi vtile dominium transfertur de iure speciali, nunquam debeãtur fructus, nisi post moram, † 9 Quia hic transfertur directum dominium, non vtile; Vnde etiam fructus debentur ante moram, vt in specie declarat *Aret. cons. 155. col. penult. post med. vers. nec habet locum in præmissis. n. 7.*

Prout idem erit in omnibus alijs causis, in quibus rerum dominia, iura, & actiones transeunt in fidei-

10 fideicommissarium, seu legatarium, † vt per *Peregr. de fideicommiss. art. 49. n. 89. Cephal. consil. 610. n. 52. vsque ad n. 59. lib. 4.* In illis enim statim debentur fructus ex vi huius translationis legati, etiam quod fideicommissarius fuisset negligens in petendo restitutionem realem, quia lat est per legem censeri factam restitutionem *Cephal. consil. 215. n. 50. cum seq. lib. 2. post Bart. in d. l. in fideicommissariam. ad med. n. 4. vers. item circa id quod dicitur. ad trebell. Aret. consil. 155. diligenter visis & consideratis. ad fin. in vlt. dub.* quæ negligentia qualis esse debeat *Cephal. consil. 50. per tot. lib. 1.*

Adde idem esse, quamuis legatarius interpellatus non acceptauerit legatum, cum ex hoc non dicatur repudiasse, † sed distulisse illius acceptationem quousque deliberaret, quid sibi magis expediret, quod ei permittitur, quando testator non præfixisset terminum ad acceptandum, vt in puncto concludit *Rot. coram R. P. D. Penia.*

12 *Romana bonorum. 25. iunij. 1601.* † Vbi etiam ampliatur, quamuis legatarius contrauenerit; si enim prius per hæredem fuit contrauentum non faciendo, quod testator mandauit, poterit legatarius contraueniendo, postea petere quod sibi à primo contrauenienre debebatur ex dispositione contractus, seu testamenti iuxta consil. *Aym. 151. n. 8. in prin. Matthes. sing. 50. n. 1. & 2.*

Aliud tamen esset in legato conditionali, pendente

13 enim conditione fructus non deberentur, † ex quo dominium est hæredis; Nam conditionale legatum non transit, nisi a die purificatæ conditionis *Couar. lib. 1. var. resol. c. 9. n. 5. ante fin. vers. nam licet legatarius.* & late declarat *Iaf. in l. 1. n. 115. col. antepenul. in princ. vers. quinto vltra. & n. 127. col. penult. post med. vers. vltimo. ff.*

14 *de legat. 1.* † vbi ampliat etiam in legato in diem, quamuis certam, & est tex. notabilis *in l. sempronius attalus. de vsufruct. legat. Glos. in l. vnic. §. 1. C. de caduc. toll.* cum alijs per *Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. si absque liberis. il*

15 *2. n. 150. de testam.* † Et est ratio, quia translatio dominij rei legatæ fit opera, & ministerio legis *l. à titio. de furt.* lex autem nunquam operatur frustra, & incassum *l. non cogendum. § si sabinus. ff. de procurat.* Præsertim quia lex noluit transferre dominiū in legatarium sub conditione, vel in diem, quia tales non possunt agere nisi adueniēte die, & cōditione *l. 1. §. fin. quād. dies leg. ced.*

Ob quam rationem etiam dicimus, quod non debentur fructus in legato duarum rerum alter-

16 natiue facto, † cum in eo nō transeat dominium nisi facta electione *l. huiusmodi. §. stichū. de leg. 1.* Quia pendet tale legatum a futuro euentu, videlicet ab electione, quæ fiet; vnde si illico fieret dominus vnius rei, & postea per legatarium eligeretur altera, operatio legis esset vana, Quare nō mirū, si dominiū non transit, vt explicat *Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. si absq; liberis. il 2. n. 150. vers. & idē in legato. de testam.*

Et idem erit in conditione tacita, quæ tamen pro-

17 uenit ex testamēto † *l. quod pure. 6. ff. quand. dies legat. vel fideicom. ced.* quidquid aliud fit, quādo extrinsecus veniret, vt notat *Bart. in d. l. quod pure. Menoch. præsumpt. 199. n. 14. lib. 4.*

Intellige primo non habere locum in fructibus

18 post aduentum diei, aut conditionis, † tunc enim dominium transit in legatarium *l. fin. §. fin autem sub conditione. C. comm. de legat.* & notat *Salic. in l. vlt. in fin. vers. si autem fuisset conditionale. C. de vsur. & fruct. legat. Soc. Iun. consil. 182. n. 20. lib. 2.*

Secundo declara, dummodo testator non dixisset, quod adueniente tali conditione ex nunc prout

19 ex tunc legabat, † tunc enim fructus deberentur à die mortis testatoris ex vi retrotrahitionis inductæ per illam clausulam ex nunc prout ex tunc *Angel consil. 168. col. 2. Cephal. consil. 153. n. 45. vsque ad n. 48. Iaf. in l. si ita stipulatus fuero si titius. 126. in princ. n. 3. in fin. vers. ego ibidem plene examinaui. ff. de verb. oblig.* & latius *Idem Iaf. in l. si is qui pro emptore. col. 55. in princ. vers. secunda notabilis & vtilis quæstio. n. 344. vsque ad n. 348. ff. de vsucap.* Quemadmodum enim contrahentes possunt ex vi istius clausulæ transferre dispositionem in tempus præteritum *l. huiusmodi. la 2. de verb. oblig.* Ita etiam hoc permittendum erit testatori, cuius voluntas attendenda est in rebus suis *§. dispo. nat. auth. de nupt. l. qua legato. ff. de legat. 1.*

Tertio intellige, quatenus non adsit mora hæredis, nam post eam fructus pertinent ad legata-

20 rium, † quamuis in eum dominium non fuerit translatum, & apud hæredem permanserit, Ita vt etiam teneatur non solum de fructibus, sed de omni damno, & rerum periculo *l. mulier. §. si hæres. l. postulante. §. 1. ad trebell. l. apud iulianum. §. 1. de legat. 1.* cum alijs per *Peregr. de fideicommis. art. 49. n. 85. fol. 461.*

Vnde colligitur, quod quando hæres fuisset paratus soluere legatum, fructus non deberentur a

21 die mortis, † vt resoluit *Rot. coram R. P. D. Penia Romana bonorum. 25. iunij. 1601.* Vbi ita concordat decisionem eiusdem *Rotæ coram R. P. D. Litta Balneoregien. fructuum. 26. ianuarij. 1598. & 13. martij. 1600.* quasi tunc iuste sint percepti fructus ab hærede per negligentiam legatarij non recipientis *l. mulier. §. si hæres. & l. in fideicommissariam. ad trebell. Peregr. de fideicommis. art. 49. n. 79.*

Quarto declara in conditione valida, si enim esset

22 legatum sub ea, quæ veniret reijcienda, † haberetur pro non apposita, prout in conditione, de qua in *l. legatum. §. si arbitratu. ff. de condit. & demonstr.* secundum quam ita resoluit *Rot. in d. causa Romana bonorum. 25. iunij. 1601. coram R. P. D. Penia.* Et de similibus conditionibus, quando reijciantur de legatis multa *Pereg. de fideicommis. art. 11.* vbi etiam *n. 91. & 118. in fin.* quod non solum huiusmodi conditiones reijciuntur, sed etiam omnia onera iniuncta honorato in casu inobedientiæ *Bart. in l. vxorem. §. hæres. de legat. 3.* Et de conditione inutili, impossibili, vel alia, quam Prætor remittit, quod faciat legatū purū est *tex. in l. 4. § sed si ea ff. quād. dies legat. cedat. Menoc. præsump. 199. n. 14. lib. 4.*

Quinto, Intellige dummodo non simus in legato relicto sub modo, cuius natura est non impedi-
23 re acquisitionem legati, † nec suspendere natiuitatem actionis *Glos. in l. 2. C. de his quæ sub mod.* Ideo ex dispositione modali velut pura statim competit actio, oblata tamen realiter cautione de modo implendo, aliàs exceptione doli repelleretur *l. si is cui. 7. & l. cum in testamento. 48. de fideicommiss. libert. Gabr. cons. 5 n. 9. lib. 1. post Bart. in l. quibus diebus. §. termilius. de condit. & demonstrat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. n. 34. & 35.*

Ex quo aliàs dixi, quod legatum fructum pro omni & toto, quod quis prætendere posset quomodocumque, & ex quacunque causa non impedit,
24 quod † fructus statim non debeantur, vt in specie resoluit *Rot. coram R. P. D. Penia. Roman. bonorum. 25. iunij. 1601.* cum hoc legatum non sit conditionale, sed modale, quasi ista sint implenda post solutionem legati *Bart. in l. quibus diebus. §. termilius. n. 1. vers. dic ergo. de condit.*
25 *& demonstrat.* † cum modus in hoc differat à conditione, vt prius conditio impleri debeat ante assecutum emolumentum *l. quæsitum. §. 1. de condit. & demonstrat.* Modus autem impleri debet post d. acquisitionem *Castr. cons. 292. circa primum dubium. in princ. lib. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 11. n. 113. Menoch. præsumpt. 199. n. 25. lib. 4.* & latius *cons. 261. n. 8. & cons. 494.*
26 *n. 9.* † Hoc enim quod ipsa fieret tacita, & contenta pro omni iure, quod prætendere posset non poterit impleri, nisi postquam esset solutum legatum, vel in ipso actu solutionis *Bald. in l. 1. n. 22. vers. in contrarium. C. de vsur. & fruct. legat. Socin. cons. 128. quæ videbantur. col. 2. in fin. vers. non obstat quod secundo loco. n. 3. lib. 3. Ruin. cons. 46. n. 8. in princ. lib. 5* & in terminis quietationis de bonis paternis stante promissione dotis, ita fuit decisum per *Rot. Asculana*
27 *dotis. coram Card. Pamphil. 7. iunij. 1599.* † Adeo vt quod implendum est post solutionem dotis dicatur modus, non conditio, quamuis disponens vsus fuerit verbis illis sub conditione *Aym. cons. 59. n. 1. Rot. coram R. P. D. Rubeo. Cauauien. baroniæ del toro. 27. febr. 1576. Alexan. cons. 119. viso processu. n. 1. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 5. n. 16. post Abb. in c. cū ioannes. n. 3. & ibi Felin. n. 2. & 3. de fid.*
28 *instrum.* † Itaut nō obstet clausula nec alias aliter, nec alio modo, quia illa nō ampliat, & habet solū vim resolutiuā, quando modus non adimpleretur *Rot. coram R. P. D. Penia. Roman. bonorum. 25. iunij. 1601.* Vnde neque potest impedire acquisitionē legati, nec suspendere natiuitatē actionis, prout est de natura modi *Glos. in l. 2. C. de his quæ sub mod. Gabr. cons. 5. n. 9. lib. 1.*

Quibus adde, quod quando essemus in legato partis bonorum. fructus non pertinerent ad lega-
29 tarium, † sed ad hæredem cessante illius mora, quia hoc casu dominium bonorum non transit ipso iure post aditam hæreditatem in legatarium, sed in hæredem *l. si quis bonorum. de legat. 1. l. non amplius. §. fin. ff. eod.* Quidquid ibi *Bart.* contrarium senserit, cum eius opinio non approbetur *Peregr. de fideicommiss. art. 49. n. 80.*

Et regulariter in casibus, in quibus dominium non
30 transit recta via in legatarium, † illi non debentur fructus etiam post aditam hæreditatem percepti cessante mora hæredis, quando legaretur res hæredis *l. paulus. in vlt. respons. ad leg. falc.* Declarando vt per *Guliel. Benedict. in c. raynutius. in verb. si absque liberis moreretur. il 2. n. 153. vers. immo nec etiam. de testam.* Vel quando esset legata res aliena *Glos. in l. equis. de vsur. Bald. in l. in fideicommissi. ff. eod. tit. Bart. in l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. 1.* cum declarationibus, de quibus per *Aret. cons. 155. diligenter visis. col. penult. ad med. vers. similiter non*
31 *restituuntur. n. 9.* † Vel in legato quantitatis *Ceph. cons. 610. n. 56. lib. 4.* Dummodo non esset legata pecunia, seu quantitas certa *Rip. in l. 1. n. 54. ff. de leg. 1.*

Quidquid aliud sit in fructibus satis pendentibus tempore mortis testatoris, isti enim reddunt
32 fundum pretiosiorem *l. in lege falcidia. ff. ad leg. falcid.* & sunt pars rei *l. fructus pendentes. de rei vendic. Alex.* in specie in *l. si quis bonorum. de legat. 1.* cum declarationibus, de quibus late *Peregr. de fideicommiss. art. 49. n. 16. vsque ad n. 21.*

Addendum est etiam, quod quando hæres percepit fructus cum bona fide, tunc non tenetur illos restituere legatario, nisi à die litis contesta-
33 tæ, † Quamuis enim alias eidem fructus debeantur a die aditæ hæreditatis, quasi sint percepti per hæredem ex re propria legatarij, qui statim efficitur dominus rei legatæ *l. herennius. la 1. de vsur. cum alijs supra allegatis,* Tamen stante bona fide possessor facit fructus suos, nec tenetur ad illorum restitutionem, nisi a die litis contestatæ *Glos. in l. vlt. in verb. contestationem. in fin. C. de vsur. & fruct. legat. Bald. in l. 1. n. 12. C. eod. tit.* & ibi *Azo. in sum. n. 3.* Quidquid contrarium sentiant *Bar. & Ang. in d. l. seruo legato. 72. in princ. de legat. 1.* Cum aduersus eos sit verior opinio, & magis communis, vt testatur *Dilect. de art. testan. tit. 6. caut. 11. in prin. de legat. tom. 8. p. 1 f. 129.* quem sequitur *Rot. coram Card. Lancell. Vrbeuetan. fructuum. 7. nouēbris 1603.* Et in eadem causa corā *Card. Plato. de annis 1589 & 1590.* & voluit *Alex. in l. si tibi homo. 88. §. cū seruus. in fin. de legat. 1. & in l. in fideicōmissariam. 18. ad trebell. Socin. Iun. cons. 182. n. 25. post med. vers. etiā intelligūtur. lib. 2. Ceph. cōs. 610. n. 56. vsq; ad n. 59. lib. 4. Salic. in l. in legatis. in fin. vers. attende. C. de vsur. & fruct. legat.*

Bona autem fides hæredis colligitur, si non constaret eum habuisse notitiam testamenti ante
34 litem motam; † Itaut non sufficeret præsumptio ex scientia secundi testamenti, si in diuersis locis, & coram diuersis personis condita fuerint, Maxime si adesset iusta causa credendi, quod secundum testamentum erat validum, vt de testatore bannito, qui postea fuit restitutus in integrum, quasi tunc posset heres credere, quod per talem restitutionem testamentum conualuerit, Vel saltem si haberet iustam causam opinandi reuo-

reuocationem legatorum, vt omnia prædicta ad inducendam bonam fidem considerauit *Rot. coram Card. Lancellotto Vrbeuetana fructuum.*

35 *7. nouembris*. 1603. † Vbi etiam quod ad hunc effectum excusabit ius controuersum, & dubium, quod æquiparatur errori facti *Put. decis. 118. n. 19. lib. 1.* Quidquid alias error iuris non excuset; Et de bona fide propter dubietatem testamenti banniti, quando dicatur reconualescere per restitutionem, & de reuocatione legatorum, late *Rot. diuers. decis. 795. p. 1. quæ est in eadem causa Vrbeuetana coram Cardin. Lancellotto.*

Quare etiam hæres excusabitur ab vsuris legato-

36 rum propter dubium legis falcidiæ, † nisi legatarius paratus sit satisdare de restituendo quanto plus receperit, vel nisi Iudex præfiniuerit certum diem, infra quem non præstiterit, vel si reperiatur falcidiam non habere *Salic. in l. aduersus. in princ. C. de vsu. & fructi. legator.*

Vt autem hæres per aliquod temporis spatium lucretur fructus prædiorum, faciat sibi præfigi

37 tempus soluendi relicta, † puta intra biennium à die mortis suæ, Tunc enim fructus ante diem percepti erunt hæredis, quoniam in dubio tempus censetur adiectum fauore ipsius *l. eum qui. de ann. legat. l. si ita. §. pegasus. de legat. 2. Cardin. consf. 133.* & declarat in specie *Durand. de art. testand. tit. 6. de legat. caut. 11. post med. vers. hæres autem. n. 2.*

Quod autem dictum est hæredem non teneri, verum est etiã si fructus fuerint seminati ab eo, vel

38 quodam tertio post mortem testatoris, † secus si tempore mortis pendebant in agris, quia veniunt tanquam pars fundi, & tanquam de substantia rei legatæ *l. fin. §. penult. ff. de his quæ in fraud. credit.* Vnde *l. 1. C. de vsur. & fruct. legat.* debet intelligi de fructibus non satis à testatore, vel satis, & perceptis ab eo, qui non veniunt in legato fundi argumento *l. quæsitum. §. penult. de legat. 1. & l. 1. & 2. de verb. signif.* & ita in specie explicat *Bald. in d. l. 1. col. 2. post princ. n. 11. vers. quæro quid de fructibus. & n. 12. ad fin. vers. quod dixi hæredem. C. de vsur. & fructib. legator.*

EPITOME.

ADemptio legati an sit fauorabilis, vel odiosa. ¶ Et quando illud censeatur reuocatum per alienationem rei legatæ voluntariam, seu necessariam, pignorationem, locationem ad longum tempus, constitutionem vsusfructus, vel census, permutationem, exactionẽ debiti sponte, vel coactè factam, aut receptionem in solutum, & in similibus casibus. ¶ Et quid si eius loco alia subrogetur, vel fuerit deposita, aut vtiliter consumpta, vel sit mutata forma in materiam, vel quantitas in rem, aut species in aliam speciem tam per testatorem, quam per hæredem. ¶ Legans fructus sibi debitos ex locis montium, & inuestituram ipsorum postquam sunt exacti, an videatur legasse etiam exactionem debiti. ¶ Transferri an dicatur legatum, vel adimpleri quando pro quantitate dotis legatæ traditur species, & econtra. ¶ Testator soluens in vita legatum an possit illud reuocare cum fructibus perceptis. ¶ Et an talis repetitio fructuum vltra rem detur in donatione causa mortis tradita in vita donantis. ¶ Et quando legatum solutum in vita æquiparetur donationi causa mortis. ¶ Mulier an possit testari de dote, vel donare causa mortis, quando est ad alium applicata vigore contractus. ¶ Creditor cui fuit legatum verum debitũ à suo debitore an actionem habeat tam ex testamento, quam ex contractu, itaut succumbens in vna ad aliam possit recurrere. ¶ Procurator an censeatur reuocatus per comparitionem domini. ¶ Ex alienatione cum pacto de retrouendendo an censeatur recessum à legato. ¶ Serui subiecti restitutioni ratione contractus quando possint manumitti. ¶ Legatum nominis debitorum conceptum verbis respicientibus præteritum, vel commodum an per exactionem extinguatur. ¶ Retrouenditio partis census facta venditori quando inducat ademptionem legati.

SVMMARIVM.

1 *Legatum nominis debitorum dicitur reuocatum per exactionem ipsius crediti; etiam si fuerit legata liberatio ipsimet debitori. Limita si constaret de contraria voluntate testatoris. n. 3.*

2 *Ademptio legati est potius fauorabilis, quàm odiosa.*

4 *Testator legans fructus sibi debitos ex locis montium, & inuestitionem ipsorum postquam sunt exacti, videtur legasse etiam exactionẽ debiti.*

5 *Legatum non dicitur extinctum, si testator pecuniam exactam deponit, vel vtiliter consumit in emptionem aliarum rerum. Et quid si res tradatur legatario. n. 22.*

6 *Reuocatum non dicitur legatum nominis debitorum, licet non possit transferri tale creditum in legatarium tanquam incapacem quando est coniuncta persona. Idem si testator nominasset debitorem causa demonstrationis. n. 7.*

8 *Legatum ad pias causas, & alimentorum quando per alienationem rei legatæ censeatur ademptum relatiuè.*

9 *Legata quantitatis, vel speciei an differant circa extinctionem, & ademptionem.*

10 *Per alienationem etiam inualidam legatum quantitatis, & speciei reuocatur, siue legatum sit tacitum, siue expressum.*

11 *Legatum rei, vel speciei non præsumitur alienatione reuocatum, si res alia eius loco subrogetur. Maxime quando statim altera emitur. n. 12.*

13 *Non extinguitur legatum, si forma rei legatæ fuerit mutata à testatore de quãtitate ad aliam rem in patrimonio remanentem. Idem quando species legata de voluntate testatoris mutatur in aliam speciem. n. 14. Et quid si essent legatæ res certa. n. 15.*

CAPVT CCLI.

Legatum nominis debitorum dicitur esse reuocatum per exactionem ipsius crediti, quasi † tunc amplius non remaneat substantia legati *l. fideicommissa. 11. §. si rem suam testator. ff. de leg. 3. l. si sic legatum. 78. §. si mihi. in fin. de leg. 1.* Quamuis fuerit factum ipsimet debitori, cui si legetur liberatio, & deinde ab eo creditum exigatur, censebitur extinctum legatum *l. non solum autem. 8. §. liberatio. ff. de liberat. legat.* Etiam si alia ratione debitum fuerit extinctum *Glos. in d. §. liberatio. in verb. exactum. per tex. in l. si id quod mihi. 22. de liberat. legat.* cum distinctionibus tamen, de quibus latè *Bald. in l. 3. q. vlt. n. 11. C. de legat.* † Cum etiam ademptio legati sit potius fauorabilis, quam odiosa secundum veriorem opinionem, de qua per *Menoch. præsumpt. 167. n. 3. & 4. lib. 4.*

lib.4. post Castr.Socin. & alios in l. si ita fuerit. ff.de condit.& demonstr.

Ista tamen non habebunt locum, quando constaret de contraria mente testatoris tam tacita, quàm expressa, 3 † cum requiratur, quod eo animo sit exactum, vt legatum adimeretur *Glos. in l.non solum.8.§.liberatio. in verb. exactum. ff.de liberat.legat.* 4 † Vnde si testator legauit fructus sibi debitos ex locis Montium, & inuestitionem ipsorum postquam essent exacti, videretur etiam legasse exactionem debiti, & per consequens in hoc casu non daretur aliqua extinctio legati, prout in specie concludit *Rot. coram R. P. D. Orano Romana bonorum.* 20. *decembris.*1585.

Quibus adde, quod etiam cessantibus prædictis, si testator pecuniam huiusmodi locorum montium sic exactam deposuisset, 5 † vel vtiliter consumpsisset in emptionem prædiorum, vel similium rerum, tunc neque posset considerari aliqua extinctio legati, quasi tunc colligatur, quod testator non hoc animo exegerit, vt priuaret uaret legatarium, prout in specie crediti montium concludit *Alex.cons.157.viso testamento, & codicillis.lib.7. per tex.in l.fideicommissa.11. §.si rem suam.ff.de leg.3.Bald.in l.3.n.3.q.6.& q.vlt.in fin.vers.in contrarium.n.12.C.de legat. Cephal.cons.144.n.34.Roman.cons.219. pro declaratione.col.1.in fin. vers. vltimo præsuppono. n.3.* Capr. *regul.*108. *n.*16. *Aret. in §. si rem suam.in fin.instit.de legat. Menoch.cons.254.n. 8. & 9. lib.* 3. Quasi tunc res ipsa loco pretij succedat, vt in terminis declarat *Alex.cons.169. n.4.lib.6.Honded.cons.61.n.37.lib.1.*

Amplius neque censebitur reuocatum huiusmodi legatum, quamuis non potuisset transferri tale creditum in legatarium tanquam incapacem, 6 quia † illud valebit saltem in æstimatione, siue testator habuisset notitiam incapacitatis, siue ignorasset quando esset coniuncta persona iuxta *l.fideicommissa.§. si seruo. ff.de leg.3. l. filiusfamilias. §. si quid alicui. de legat.1. Raphael. & alij in l.sed si res. ff.eod.tit.* & in specie explicat *Alex. cons.157. viso testamento. ad fin. vers. & posito quod esset verum.n.3.lib.7.*

Minus diceretur ademptum legatum, quando testator nominasset debitorem causa demonstrationis, 7 † vt ex illius credito legatum præstaretur, si videlicet legauerit centum Caio mādando dictam summam legatam præstari ex credito, quod habebat cum Sempronio. Quamuis enim exigeretur tale debitum, non tamen legatum adimeretur, Cum enim testator hoc posuerit in diuersa oratione, censetur posuisse, vt facilius fiat solutio legati, non vt ex illa re præcise soluatur, quamuis ista diuersitas orationis non attenderetur in legatis pijs *Roman.sing. 435.quæritur an testator.Tiraq.priuil.piæ caus. 63.ad fin.vers.ex hoc expresse.* Card. *Mant. de coniect.vlt.volunt.lib.12.tit.6.n.24.& 25.Felin. Euerard.* & alij, de quibus per *Addent. ad Roman. d. sing.*435. 8 † Et quando legatum tam ad pias causas, quam alimentorum censeatur ademptum per alienationem rei legatæ, & veniat in generali reuocatione late declarat *Surd. de alim.tit.8.priuileg.20.& 21.*

In prædictis tamen aduertendum est, quod legatum quantitatis, & speciei multum differunt 9 circa extinctionem, & ademptionem, † Nam illud quantitatis non extinguitur, licet quantitas ipsa sit extincta, si retineatur in patrimonio pecunia exacta, vel res ex illa quantitate empta, Legatum vero speciei extinguitur alienatione, quidquid ex eius pretio faciat testator, prout etiam dissolutione, vel translatione, quamuis ipsa species retineatur *l.scia.6.de aur. & arg.legat.Cuman.in l.fideicommissa.§.si rem de legat.3.* & multis comprobat *Gabr.cons.*103. *n.*13.*& 14.lib.*1. Quasi legatum quantitatis, licet non sit genus generalissimum, Tamen non ita de facili extinguatur sicut legatum speciei vt declarat *Bart. in l. pater.* 23. *& ibi Cuman. ff.de adimend.legat.Capr.reg.*108.*n.*22.*Menoc.* 10 *cons.*254. *n.*18. *lib.*3. † Cum etiam huiusmodi legata per alienationem inualidam reuocentur, Non enim consideratur, quod illa sortiatur effectum *l. legatum.* 24. *§. pater hortos. ff. de adimend.legat.Socin.cons.*104.*quoniam præsens.in fin.n.11.lib.3. Sim.de Pret.de interpret.vlt.volunt. lib.3. dubit.2. vers. ad quartum dico. n.8. f.*473. Siue loquamur in legato tacito, siue expresso, cum vtrumque reuocetur per alienationem inutilem *Imol. in l.seruum filij.46.§. si idē seruus.n.2. in glos.in verb.venerit. ff.de leg. 1.& ibi Ias.n.9.* & latius *Aret.col.2.in fin. in ead. glos. in verb. venerit. Surd.de alim.priuil. 21.n.2. tit.8.* Et de veriori, & magis communi opinione testatur *Gabr. cons.* 103. *n.* 10. *lib.*2. Quasi sola ratio destinationis consideretur, quę militat tam in legato expresso, seu speciali, quam in tacito, seu generali, vnde etiam debet esse eadem dispositio, maxime quia par est virtus taciti, & expressi *l.cum quid.ff. si cert.petat. l.triticum. de verb.oblig. Dec.in l.expressa.*151. *in fin.n.*10.*ff.de reg.iur.*

Verum secundum aliam opinionem, & quidem veriorem, Idem esset in re, seu specie legata, & 11 postea alienata, † Nam si eius loco alia subrogetur, cessat illa coniectura ademptionis legati, & succedit altera præsumptio, quod scilicet testator per talem subrogationem videatur declarasse voluntatem suam ab initio alienationis fuisse, vt non præiudicaret legatario, sed potius perseuerasse in eadem voluntate *Ruin. in l.filiæ suæ.28.§.titio.n.1. & ibi Socin. n.5.in fin. vers. vnde melior. ff. de condit.& demonstr. Iacobin.Roman.* & alij per *Menoch. præsumpt.* 167. *n.*39. *lib.*5. *& cons.*254. *n.*13. *&* 19.*lib.*3. *Socin. Iun.cons.*162. *n.*10. *ad med.lib.*2. *Capr. regul.*108.*n.*24. *per tex.in l.filiæ.§.1.ff.de cond. & demonstr. Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt.lib.4.vers.ad tertium quod est inspiciendum.n.4.fol.*472.

Quæ maxime procedunt, quando facta alienatione statim res alia emitur, sicque loco primæ 12 subrogatur, † quia videtur eo respectu, & causa facta

sa facta iuxta ea, quæ scribunt *Doctor. in l. petens. C. de pact.* & in puncto ita concludit *Menoch. cons. 254. in fin. n. 19. lib. 3.*

Vt tamen magis distinctè hæc intelligantur, Animaduertendum est. Primo, quod si forma rei legatæ fuerit mutata a testatore de quantitate ad aliam rem in patrimonio remanentem, non

13 extinguitur legatum, † sed erit præstandum de re acquisita, quasi consumptum non videatur, quod in corpus patrimonij versum est, & retinetur *l. pater. 23. ff. de adimen. legat. l. imperator. 71. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. de leg. 2. l. sed & lege. §. 1. de petit. hæredit. Cephal. cons. 144. n. 40. lib. 1. Paris. cons. 55. n. 67. lib. 3.* Dummodo non constet, quod animo sibi quærendi, & non alijs emerit, vt notat *Glos. in d. l. imperator. §. fin. in verb. non videtur. per tex. in l. item legato. 47. ff. de leg. 3.*

Secundo, Quando species legata de voluntate testatoris mutatur in aliam speciem, tunc non

14 extinguitur legatum, † sed debetur in hac vltima specie subrogata, cuius respectu valebit relictum *l. filia. 28. § filia. de condit. & demonstrat.*

15 *Capr. reg. 108. in fin. n. 24.* † Dummodo tamen non essent legatæ res certæ, quia tunc non fieret extensio ad postea redempta, secus autem quando non legarentur certa de præsenti, Nam hoc casu dicta extensio admittitur tanquam subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution. Dec. cons. 190. col. 3. vers. quarto quia. cum alijs per Peregr. de fideicommis. art. 16. n. 30.* & in puncto ita declarat *Glos. in l. filia. 28. §. 1. in verb. videri. in addit. in fin. & ibi Din. Bart. & alij. ff. de condit. & demonstrat.*

Tertio, Si de specie legata testator fecerit mutationem, iungendo alij speciei in totum quid maius

16 faciendo, † tunc legatum dicetur extinctum, quasi desinat res extare, Itaut neque debeatur æstimatio *l. seia. 6. de aur. & arg. legat. l. item legato. §. penult. de leg. 3. l. cætera. in fin. de leg. 1. §. si tamen. instit. de rer. diuis.* cum concordantibus allegatis per *Glos. in d. l. seia. in verb. interim. Bart. in l. rem legatam. 18. n. 6. col. 1. post med. vers. aut legatum fuit factum simpliciter. de adimend. legat. Cephal. cons. 144. n. 34. lib. 1.* Quasi illud quod in testamento dabatur in sua specie non permanserit, & quodammodo sit extinctum, itaut ex tali permutatione, aut dissolutione videatur quoque voluntas mutata, Dum enim species transit in suum materiatum cense-

17 tur alia species, † quidquid sit quando extaret res legata non facta accessione alterius, prout loquitur tex. *in l. fideicommissa. §. si rem. de leg. 3.* & declarat *Bart. in l. seia. in fin. ff. de aur. & arg. legat. & in l. pater. de adimend. legat.*

Quarto, Forma rei artificialis legatæ, quando est ex materia reducibili in suum materiatum, mutatio non impedit, ideo remanet legatum, Vt dicimus de massa facta ex poculis legatis,

18 & econtra, † cum mutatio de materia in formam, & de forma in materiam non inducat reuocationem voluntatis testatoris, si aliter de eius mente non appareat, etiam si multiplex mutatio interueniret subsistente eadem materia, Quasi ista mutatio sæpius facta circa formam eiusdem rei non diminuat præsumptionem voluntatis continuatæ *l. item. §. penul. & l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. 3. l. seruum filij. 46. §. si pocula. vbi Ias. in princ. ff. de leg. 1.* quidquid aliud sit in materia non reducibili ad suam materiam *l. lana. 86. de leg. 3.* cum declarationibus de quibus late *Ias. in d. §. si pocula. n. 5.*

Quinto. Mutatio formæ rei legatæ, quæ fit adden-

19 do, & augendo non extinguit legatum, sed † facit illud deberi vna cum augumento *Bart. in l. si ita legatum. §. si domus. de leg. 1. l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. 1. ff. eod. tit. Ias. in l. seruum filij. 46. §. si pocula. n. 5. in 2. notab. de leg. 1.* Quidquid aliud sit in legato vsusfructus

20 super † quo non potest aliquid innouari, cum debeat res remanere in ea forma, quam testator reliquit, quasi tunc mutata forma extinguatur vsusfructus *Ang. in l. vsufructuarius nouum. 67. in fin. ff. de vsufruct. & quemadm. quis vtat.* vbi quod est multum notandum contra illos, quibus legatur vsusfructus parietum, aut casalinorum, quibus non est licitum illa perficere, quamuis alias eis vti non possint, quasi tunc adsit repugnantia iuris, quæ induceretur ratione formæ mutatæ, vt notat etiam *Florian. in d. l. vsufructuarius nouum. in fin. ff. de vsufruct.*

Sexto. Quidquid sit in mutatione facta per testatorem, de qua supra dictum est, Aliud erit dicendum in ea, quæ fit per hæredes, qui mutando formam rei legatæ non possunt præiudicare

21 legatarijs, † cum solum hoc permittatur testatori, qui in re sua habet facultatem reuocandi, seu perseuerandi in eadem voluntate *Ias. in l. seruum filij. 46. §. si pocula. n. 3. in fin. in glos. in verb. consistere. ff. de leg. 1. per tex. in l. cætera. §. vlt. in fin. ff eod. tit. l. si is qui. de vsufr. legat.* Cum enim cesserit dies legati non est æquum, vt rei mutatio noceat legatario *Glos. in l. si conuenerit. 18. §. vltimo. in verb. aliud nauis. in prin. ff. de pignorat. actio.*

Septimo. Quamuis non censeatur reuocatum legatum nominis debitorum, cum pecunia exacta simpliciter deponitur, vel ex ea alia res

22 emitur, vt supra dictum est, † Tamen hoc non procedit, cum traditur res legatario aut quando testator acquirit illi actionem ad eandem rem mediante stipulatione, tunc enim videtur omnino recedere a legato, & transire ad contractum, aut implere saltem legatum, itaut amplius legatario non supersit petitio iuxta notata *in l. filia. C. de legat. l. legatum. ff. de legat. 2. l. huiusmodi. §. 1. de leg. 1. l. lucius titius in testamento. 22. de legat. 2. Cephal. cons. 84. n. 10. lib. 1.* & ita in specie declarat *Gabr. cons. 103. n. 14.*

23 *ad med. vers. quod si veram aliquis. lib. 2.* † Vbi etiam, quod est impropria locutio, cum dicimus recedi a legato, quando quis pro quantitate dotis legatæ tradit speciem, aut econtra, vel transfert in aliam rem, quia vere non dicitur

transferri

transferri, ſed impleri, quamuis de tranſlatione loquatur *Bald. in l. à filia. q. 3. C. de legat.*

Octauo. Ex alienatione neceſſaria licet non videatur reuocatum legatum *l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. 3. cum alijs ſupra adductis.* 24 † Tamen hoc procedit, quando alienatio fit alteri, ſecus ſi fiat ipſimet legatario, quaſi legatarius emendo rem ſibi legatam videatur renunciare iuri legati *l. ſi à ſubſtituto. in princ. ff. de leg. 1.* & in ſpecie ita diſtinguit *Iaſ. in l. filia legatorum. in princ. C. de legat.*

Contrarium tamen, quod nulla ſit facienda differentia inter alienationem, quæ fit ex neceſſitate, & ex titulo oneroſo, tam ſi fiat extraneo, quam legatario tenet *Cephal. conſ. 84. n. 5. verſ. verumtamen. lib. 1.* Ideo neutro caſu extinguetur legatum, cum militet eadem ratio tam in vno, quàm in alio, Quaſi legatarius etiam ſcienter pendente conditione emendo rem legatam non intelligatur renunciaſſe legato, itaut ſi pretium ſoluit repetere poſſit re quaſi à ſe ipſo euicta *l. 4. ad leg. falcid. per tex. in l. ſi vendideris. ff. de euiction.* ſi vero non ſoluit, poſſit retinere, 25 Quidquid † aliud ſit quando emiſſet poſt obitum teſtatoris, ex quo in vita nullum ſibi ius ad legatum competebat, vt late declarat *Ruin. conſ. 56. n. 4. lib. 5. poſt Bart. in l. qui romæ. §. duo fratres. q. 12. ff. de verb. obligat. Caſtr. Cuman. Rip. & alij per Cephal. d. conſ. 84. n. 8. & 16.* Vbi etiam late reſpondet *ad l. filia legatorum. C. de legat.* & alijs, quæ in contrarium allegantur pro opinione diſtinguentium inter alienationem factam ipſi legatario, vel extraneo, & ſequitur *Honded. conſ. 61. n. 18. lib. 1.* vbi addit *Cephal. conſ. 767. in princ. lib. 5.*

Nono. Si teſtator ſoluit in vita legatum, quod mandauerat præſtari legatario iuxta *l. lucius. de leg. 2.* 26 † poterit illud ab eo reuocare etiam cum fructibus perceptis *Bald. in l. fin. C. de vſur. & fruct. legat. & in l. 1. col. vlt. poſt princ. verſ. vnum ſcias quod in donatione cauſa mortis. n. 8. C. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Cremenſ. ſing. 16. ſi legatum ſoluitur. n. 1.* & ita in facto obtinuiſſe contra Fabricam Templi maioris Mediolani teſtatur dicens multũ ſingulare *Catellan. Cott. in memorab. in verb. legatum factum à teſtatore. Sim. de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. §. ad quartum dico. n. 9. verſ. aduerte tamen. fol. 474.* 27 † Ratio eſt, quia titulus reuocabilis facto teſtatoris non parat acquiſitionem fructuum *Ang. & Alex. in l. cum quis mortis cauſa. 12. ff. de condic. cauſ. dat.*

Et facit, quia iſtud legatum ſolutum in vita æquiparatur donationi cauſa mortis, 28 † & aſſumit illius naturam propter traditionem *l. lucius. la. 1. l. legatum. de leg. 2. Bald. in l. 1. col. vlt. n. 8. in fin. C. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. & in l. fin. C. de vſur. & fruct. legat.* In re autem donata cauſa mortis, & tradita in vita donantis datur repetitio fructuum vltra rem principaliter donatam 29 *d. † l. cum quis. de condic. cauſ. dat. Bald. conſ. 293. donatio cauſa mortis. n. 1. lib. 3.* vbi ampliat quamuis interuenerit iuramentum, nam donatio cauſa mortis redigitur ad inſtar vltimæ voluntatis, quæ licet ſit iurata, tamen cenſetur caduca ex ſui natura *l. fin. C. de non numer. pecun.* 30 † Quidquid aliud ſit in donatione inter viuos, qua reuocata in illis caſibus, in quibus poteſt reuocari, fructus percepti non reſtituuntur, ſed retinentur, vt per *Gloſ. in l. generaliter dicimus. 24. §. proinde conſequenter. in verb. ex aliqua cauſa. de fideicommiſ. libertatib.*

Intelligentur tamen prædicta, quando teſtator qui ſoluit legatum in vita, expreſſit ſimpliciter ſe ſoluere ex cauſa legati, & pro illius executione, 31 † tunc enim non obligaretur promittendo, vt non poſſit reuocare, nec etiam tradendo, Quaſi tunc non tranſeat in donationem inter viuos, ſed remaneat legatum, Vnde dabitur reuocatio; Cum aliud ſit quando non facta dicta expreſſione ſoluit in vita, quia tunc tranſit in ſpeciem donationis inter viuos, & parit effectum non reuocationis, & remanebit obligatus, ita in terminis diſtinguit *Bart. in l. legatum. 37. poſt med. verſ. vel dic dicit. n. 2. in fin. de leg. 2.* quem ſequitur *Caſtr. in l. lucius titius. 22. col. 2. poſt princ. verſ. iſtum paſſum tangit. n. 3. poſt med. ff. eod. tit. de leg. 2.* Et quamuis de prædictis dubitet *Catell. Cott. in memor. in verb. legatum factum à teſtatore. poſt med. verſ. & ex his redditur dubium. n. 2.* Tamen non eſt recedendum à ſupradicta opinione *Bart. & Caſtr.* quam etiam ſequitur *Florian. in l. legatum. 37. n. 4. poſt Din. & Bald. ibid. ad fin. verſ. quando teſtator. ff. de leg. 2. Gabr. conſ. 103. col. 6. poſt med. verſ. ideoque legati petitionem. & col. penult. in princ. verſ. quod ſi veram. n. 14. lib. 2.*

Decimo. Quemadmodum teſtator alienando res legatas videtur reuocare legatum *l. rem legatam. de adim. legat.* 32 † Ita etiam alienando res donatas cauſa mortis videtur donationem reuocare *Bald. in l. ſtichum qui meus erit. 6. in fin. de leg. 1.* vbi quod eſt notandũ tanquam aureum dictum, ponens quæſtionem de ſocero, qui ſi concedat talem fundum genero ſuo poſt eius mortem, ſi tempore obitus reperitur fundus alienatus, an debeatur æſtimatio, 33 † dicendum eſt, quod in contractu donationis cauſa mortis idem eſt quod in legato, Ideo debet diſtingui inter alienationem voluntariam, & neceſſariam vt in *l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. 3.* & facit *tex. in l. marcellus. 15. §. paulus. de donat. cauſ. mort.* vbi ad exemplum legatorum reuocatæ ſunt donationes cauſa mortis *Rom. conſ. 229. pro declaratione propoſiti thematis. n. 2.* vbi *Mandoſ. in verb. reuocari. Dec. in l. non omnis. 19. in princ. col. 4. ad med. n. 14. ff. ſi certum petat. Rimin. Iun. inſtit. de donat. in princ. n. 337.*

Nec eſt attendendum, quod ſecundum aliquos Doctores hoc dictum videatur indubitatum, 34 quia † teſtamentum non poteſt reuocari ſola voluntate *l. ſancimus. C. de teſtam.* & tamen legatum reuocatur per ſolam alienationem voluntariam; vnde à fortiori debet reuocari donatio cauſa mortis, quæ per ſolam pœnitentiam reuocatur.

Nam

Nam videbatur potius esse dubium, quia in donatione causa mortis secundum iura digestorum requirebatur stipulatio, hodie vero pactum nu-
35 dum *Glos. in l. cum pater. §. meuio. de leg. 2.* † ideo videtur ius quæsitũ donatario efficacius, quam in legato propter consensum duorum, iuxta *Glos. in §. ex conditionali. inst. de verb. obligat.* Maxime facta traditione, quia translatum esset verum dominium *l. 1. C. de donat. caus. mort.* quod non est in legato, quare facilius illud videbatur posse reuocari, quam donatio causa mortis per alienationem, & per consequens poterat dubitari, an quod dictum est de legato extendi debeat ad d. donationem, vt bene explicat *Dec. in l. non omnis. in princ. n. 14. ff. si certum petat.* vbi addit, quod donatio causa mortis reuocatur per pœnitentiam, vnde à fortiori videtur reuocari per alienationem, quæ in facto consistit, quasi actus facti sit potentior quantum ad reuocationem, quam actus verbalis *l. nostrum. C. de testam.*

Ex ista æquiparatione legatorum cum donatione causa mortis infertur intellectus *ad l. cum maritus. 29. §. fin. de pact. dotalib.* † vbi si mulier
36 dando dotem marito fecerat pactum illam reddi fratri suo post mortem suam, & dictam dotem frater erat sibi stipulatus, non poterit postea faciendo testamentum legare in præiudicium fratris, cui dotem donauerat post mortem, & illam donationem reuocare alienando, aut legando, quamuis maritus, qui debebat restituere dotem consensisset voluntati vxoris, quasi tunc donatio fuerit inter viuos, & irreuocabilis, cum enim dos sit ad alium applicata vigore contractus, & intersit non reuocari, non datur facultas testandi, aut aliter de dicta dote disponendi *Aret. cons. 74. col. 5. in fin. vers. pro ista conclusione adduco casum singularem. n. 9. in fin. Socin. cons. 137. multum eleganter. in fin. vers. quod autem ipsemet. lib. 1. Roland. de lucr. dot. q. 82. Cagnol. in l. vlt. col. 55. in fin. n. 215. C. de pactis. late Osas. decis. 20. n. 6.*

Aliud esset dicendum, si ageretur de donatione causa mortis, nam tunc mulier legando res dotales videretur reuocare donationem causa
37 mortis, † Exemplo testatoris, qui alienando rem legatam videtur reuocare legatum, cum ista æquiparentur ad hunc effectum reuocationis, vt supra dictum est *Dec. in l. non omnis. n. 14. ff. si cert. petat.* & notat in specie *Barbos. in l. qua dotis. 34. n. 102. post med. vers. vnde contrarium. ff. solut. matrim.*

Quamuis secundum alios posset sustineri, quod non sit facienda huiusmodi distinctio inter do-
38 nationem causa mortis, & inter viuos † in casu *d. l. cum maritus. 29. §. fin. de pact. dotalib.* cum ibi mulier non legauerit res dotales à fratre, qui stipulatus fuerat sibi dotem reddi, sed ab hærede suo, quem grauauit præstare legata, vnde ex hoc non videtur reuocasse donationem causa mortis, secus enim esset si reliquisset legatum præstari ab ipso fratre suo donatario causa mortis, saltem in eo sensu, vt quod antea habebat libere, nunc habeat cum onere soluendi legatum *l. seia cum nuberet. 12. in fin. de dot. prælegat.* & ita in specie declarat *Fulgos. in d. l. cum maritus. § fin. de pact. dotalib.* & late comprobat *Rimin. in l. un. in stit. de donat. in princ. n. 335. vsque ad n. 339.*

Licet contra prædictos teneat *Barbos. in l. qua do-*
39 *tis. 34. n. 103. ff. solut. matrim.* † vbi defendit, quod *in d. l. cum maritus. §. fin. de pact. dotalib.* agatur, quando ipsæ res donatæ legantur per vxorem, quo casu si esset donatio causa mortis proculdubio censeretur inducta reuocatio, exemplo legati, quando eadem res legata alteri ex interuallo legatur, cuius etiam tunc censetur facta reuocatio *l. non ad ea. 88. de condit. & demonstrat. & l. si transferam. de adim. legat.* Ex quibus etiam infertur ad seruos dotales manumissos per mulierem, si enim fuit grauatus hæres mulieris, vt illos manumitteret, tunc serui sunt restituendi stipulatori, & cogi poterit hæres per seruos, vt eos recuperet à dicto stipulatore, & illi soluat æstimationem, si autem ipsa mulier manumisit, valebit manumis-
40 sio, † cum serui subiecti restitutioni ratione contractus possint manumitti *Ias. in l. fin. §. sed quia. n. 4. C. commun. de legat.* & stipulator repetet pretium à marito, qui habebit recursum contra hæredes, vt per *Barbos. in d. l. qua dotis. n. 104. ff. solut. matrim.*

Vndecimo, si debitor legaret creditori verum debitum, de quo constat per instrumentum, vel per alias probationes in casibus, in quibus
41 huiusmodi legata valerent, † posset agi tam actione prima ex contractu, quàm actione ex testamento, & post lapsum temporis, quod est multum vtile, nam si succumbat in vna, non repellitur ab altera *Castr. in l. debitor decem. 84. in fin. princ. vers. quidquid sit determinatum. ff. de legat. 2. & in l. verbis legati. 5. n. 1. in fin. ff. ad leg. falc. Aret. in §. sed si vxori. in princ. n. 2. vers. nota quando debitor legat. ibi sin autem esset verum debitum. instit. de legat. Bellon. cons. 23. n. 8.* & ita etiam seruat *Rot. coram R. P. D. Orano. Romana bonorum. 20. decembris. 1585.* vbi omnia contenta in donatione erant transfusa in legatum, pro quo fuit concessa vtraque actio ex testamento, & ex contractu, cum etiam ibidem legatum valuerit respectu commodi in reijciendo conditionem de nubendo cum consensu alterius non obstante *consil. Aym. 167. n. 6.* cum ibi fuerint legata centum mulieri, dum matrimonio collocabitur, vnde si postea contraxit matrimonium, & eius contemplatione fuerint similiter donata centum, debetur solum vltima
42 summa, non vtraque, † cum legatum fuerit extinctum tanquam conditionale per conditionem, quæ extitit viuente testatore, cum etiam vltima derogent prioribus, vbi est repugnantia *l. pacta nouissima. C. de pact. Alex. cons. 193. perspectis instrumentis. in princ. lib. 6.* & declarat *Aym. d. cons. 167. n. 5. & 6.*

Quando autem esset legatum impletum, & legati petitio extincta, vel esset recessum à legato, & factus

factus transitus ad contractum non posset agi
43 ex testamento, sed ex contractu, † nam vt competat actio ex testamento, requiritur quod legatum sit transfusum, & translatum in actionem, ita vt illa iura pertineant ad legatarium ex testamento, cum res vna non possit deberi loco speciei legatæ in testamento tanquam eius loco subrogata, nisi omnia denuo fiant, neque enim ex voluntate testatoris succedit species loco alterius, nisi ab initio testator de ea senserit; vnde multo minus succedet actio, & ius illud loco prædij legati, quando apparet testatorem voluisse competere actionem legatario ex contractu, non autem ex testamento, Quare legatarius hoc casu non poterit agere nec contra hæredem ad rem legatam, nec aduersus emptorem vtili actione tanquam sibi actio fuerit legata, & eius loco subrogata, si legatum rei est reuocatum voluntaria alienatione, vel quando actio eius loco legata, aut legatum rei non potest dici translatum, & transfusum in actionem, prout explicat *Gabr. consf. 104. col. 6. post med. vers. nam si dicamus actionem illam. n. 13. lib. 1.* iuxta doctrinam *Bald. & aliorum in l. filia. §. titia. ff. de condit. & demonstrat.* Ita declarando *l. fideicommissa. § si rem. ff. de legat. 3. l. alter. de adim. legat.*

Duodecimo. Alienatio rei legatæ pleno iure extinguit legatum, cum aliud sit in pignore, & hypotheca, per quam non censetur ademptum
44 legatum, † cum hæres teneatur illud luere & soluere legatario *l. 3. C. de legat. §. si rem suam. instit. eod. tit.* Quamuis enim pignus, & hypotheca sit species alienationis *l. fin. C. de reb. eccles. non alienan.* Tamen non est propria, plena,
45 & perfecta alienatio, † cum non transeat dominium, sed quoddam ius in re, cum etiam in plena alienatione non sit spes luitionis, nec remaneat penes alienationem ius redimendi, cum sit perpetuo apud recipientem, & non reuertatur ad eum, qui alienauit, quod non est in pignore *Ias. & alij in l. 3. C. de legat.* & latius declarat
46 *Gomes. var. resolut. c. 12. de legat. n. 56.* † Quicquid aliud sit in pignore dato pro tanto pretio, quod non sit spes luitionis, quia tunc censebitur reuocatum legatum, Exemplo plenæ alienationis, prout est in obligatione ita facta, vt res continuo remaneat penes creditorem *Bart. in l. rem legatam. in fin. de adim. legat. Alex. in l. 1. §. per seruum corporaliter. col. fin. de acq. poss. Angel. in §. si rem tuam. in fin. in glos. in verb. videre. instit. de legat. Alex. consf. 169. inspecto ac mature. in fin. n. 5. lib. 6. per tex. in l. qui habebat. in princ. de legat. 3.*
47 † Intelligendo dummodo res obligata non esset maiorum suorum, quasi tunc ratione probabilis affectionis credendum sit non eo animo fuisse hypothecatam a testatore, vt non voluerit eam amplius redimere, cum verisimilius sit per eum esse reluendam, dummodo tamen non esset legata extraneo, quia tunc cessat ratio affectionis maiorum suorum, vt late declarat *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. n. 23.*

Decimotertio, Quando alienatur pars rei legatæ,
48 ex qua posset præsumi eius ademptio, † non reuocatur legatum in totum, sed solum pro ea parte *l. si ex toto. in prin. de legat. 1. l. legatum. §. 1. de adim. legat. l. scribit. §. idem scribit. de aur. & argent. legat. Alex. consf. 168. n. 3. ad med. vers. probatur euidenter. lib. 6. & consf. 169. n. 2. eod. lib. Honded. consf. 61. in fin. n. 41. lib. 1. Petr. de fideicommiss. ex prohibit. alienat. q. 10. n. 37.*

Decimoquarto, Si est facta alienatio cum pacto de retrouendendo censetur recessum a legato, quia
49 est † vera, & propria alienatio, vt in specie concludit *Gomes. var. resolut. tit. de legat. tom. 1. c. 12. n. 56. ad fin. vers. item videtur inferendum.* Quid autem in locatione ad vitam, an per eam tollatur legatum, & an sit proprie alienatio, dicam infra in capite particulari.

Decimoquinto. Alienatio rei facta ab hærede ius-
50 su testatoris non reuocat legatum † *l. postquam. §. fin. vt legat. nomin. Flor. in l. fideicommissa. §. si rem. n. 7. de legat. 3.*

Decimosexto. Si legatum nominis debitoris est conceptum verbis respicientibus præteritum,
51 vt lego centum, quæ mihi Titius debuit, † vel cum adiectione commodum, vt lego nomen debitoris talis, & omne commodum, non extinguit legatum, quamuis dictum nomen fuerit exactum per testatorem *l. creditor. in princ. de liber. leg.* & late declarat *Aret. consf. 46. viso testamento facto. col. 2. in fin. vers. sed tamen his non obstantibus.*

Decimoseptimo. Si testator legauerit rem legatam longo tempore, ita vt locatio non sit perpetuo duratura, legatum non extinguitur;
52 Quamuis † enim per eam acquiratur conductoris ius in re, tamen non dicitur alienata proprietas rei, cum non sit attendendum, quod in re legata constituatur ius alteri per testatorem,
53 prout † dicimus, quando constituitur vsusfructus in re alteri relicta, quia non adimitur legatum, quamuis vsusfructuarius habeat ius in re, vt late in puncto declarat *Alex. consf. 168. stantibus veris his quæ supra. n. 3. lib. 6.* sequitur *Sim. de Prat. de interpretat. vltimar. volũt. lib. 4. vers.*
54 *ad quartum dico. n. 14. fol. 474.* Quare † etiam neque per impositionem census in re legata non censeretur extinctum legatum, cum venditor census remaneat dominus, & possessor prædij censuati, & non dicatur alienare, secundum distinctiones tamen, quas adduxi *decis. 20.* Maxime quia ex contractu gesto, & obligatione inita per testatorem super re legata, non censetur mutata voluntas testatoris quo ad legatum remanente spe illam recuperandi *Glos. & alij in l. 3. C. de legat.*

Decimooctauo. Quando legatarius habuit rem
55 legatam † titulo oneroso non censetur legatum reuocatum per alienationem *Cephal. consf. 379. n. 40. Simon. de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 4. vers. ad quartum dico. n. 9. f. 474. Alex. consf. 169. n. 4. cum sequentibus. lib. 5. Menoch. consf. 254. n. 5. lib. 3. Gabr. consf. 103. n. 4. lib. 1.* Nisi hæres probet testatorem voluisse illud adimere, cui hoc

hoc casu onus probandi incumbet *Bero. cons. 50. in 1. dubio. lib. 2. Honded. cons. 61. n. 23. lib. 1.*

Decimonono. Non solum quando alienatur res legata extinguitur legatum, sed etiam si alienaretur alia res, cuius contemplatione fuit factum legatum ob aliquod onus iniunctum, 56 vt † quando pro reparatione molendini fuisset appositum onus in legato, tunc enim si vendatur molendinum, tacite etiam videtur ademptum legatum factum ob onus iniunctum, quasi per ademptionem oneris sequatur etiam ademptio honoris, & relicti *l. alumna. §. scie. de adim. legat. l. filio. §. matri. eod. tit. cum alijs per Capr. regul. 108. n. 5.*

Vigesimo. Legatum nominis debitoris extinguitur, si testator exigat contra inuitum debitorem, 57 † secus si recipiat a sponte soluente, vel offerente *l. fideicommissa. §. ergo & si nomen. de legat. 1. Corn. cons. 26. col. fin. lib. 2. Capr. cons. 112. col. vlt. Aret. cons. 46. in fin. Angel. in §. si rem suam. ad fin. vers. quid si legauit. instit. de legat.* 58 Prout † dicimus de reuocatione procuratoris, quæ fit quando Dominus comparet voluntarie, secus, si ex necessitate *l. fin. C. de procur. c. si quem. eod. tit. in 6. Flor. in d. l. fideicommissa. 11. §. si rem. in fin. de legat. 3.* Necessitas autem adest in creditore, cui sponte soluitur, cum possit cogi ad recipiendum oblatum, 59 † Vnde mutuantes frumentum coguntur illud recipere, quando offertur, ita vt non detur procrastinatio in tempus caristiæ *Glos. in l. nulli. C. de erog. milit. ann. lib. 12. Bald. in d. §. si rem.* 60 † Deberet tamen probari ista solutio spontanea, cum a communiter contingentibus non soleant debitores magnæ quantitatis offerre, & sponte soluere creditoribus, vnde cum hoc verisimili repugnet efficaciori probatione indigebit, Ita in proposito *Menoch. cons. 1162. n. 13. lib. 12.*

Vigesimoprimo. Alienatio voluntaria ita extinguit legatum, si res est tradita, aut pretium receptum, 61 † alias solus contractus non videtur extinguere legatum *l. prædia. §. liberto. de fund. instruct. Bald. in l. 3. in prin. q. 2. n. 1. C. de legat. Flor. in l. fideicommissa. §. si rem. n. 6 ff. de leg. 3. Gomes.* qui de communi *variar. resolut. tit. de legat. tom. 1. c. 12. n. 56. in fin. Capr. reg. 108. in fin. n. 29.* Quamuis videatur contrarium tenere *Honded. cons. 61. n. 5. & 7. lib. 1.*

Vigesimosecundo. Per alienationem coactam necessitate rei familiaris non reuocatur legatum, 62 † & quid in necessitate imposita ab ipsa lege, in pia causa, & in dote, & in alijs multis casibus videndi sunt *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. Menoch. præsum. 167. & 168. lib. 4. Capr. reg. 108. Natt. cons. 613. Gomes. var. resolut. tit. de legat. tom. 1. c. 12. n. 56. Socin. reg. 10. in verb. legatum. Berò. q. 9 Simon. de Præt. de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. f. 472. 473. & 474.* qui latissimè materiam pertractant, & infinitos casus adducunt, quos non prosequor cum non sit mei instituti pertractare, nisi quæ ad rem, de qua agimus, faciunt, & quæ ad praxim conferunt tanquam magis notabilia, & vtilia, Et quid in legato piæ causæ, aut coniuncto an censeatur reuocatum per alienationem, aut exactionem *Menoch. cons. 1162. n. 4. vsque ad 13. lib. 12.*

In quo etiam aduertendum est, quod sola alienatio non sufficit, vt legatum intelligatur ademptum, si testator non alienauit animo adimendi 63 † *§. si rem suam. instit. de legat.* Etenim alienatio non est causa adimendi legatum, sed debet præcedere voluntas adimendi, quæ postea ostenditur ex actu alienationis *Bart. in l. cum seruus de adim. legat. Socin. Iun. cons. 162. n. 2. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 6. n. 5.* Vnde non sufficiet dicere legatum fuisse ademptum, quia res legata fuit alienata, sed inspiciendum est, nunquid testator voluerit adimere *Honded. cons. 61. n. 17. lib. 1.*

Ideo ex alienatione facta ex necessitate non censetur ademptum legatum *Aym. cons. 784. n. 1. lib. 5. post Doct. in l. 3. C. de legat.* 64 † Nisi hæres probet testatorem mutasse voluntatem, & voluisse legatum adimere *Alex. ad Bart. in l. rem legatam. de adim. legat. Socin. Iun. cons. 62. n. 24. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 6. lib. 12. n. 13. Honded. cons. 61. n. 18. lib. 1.* Vbi ex hoc concludit, quod alienatio partis censuum facta ex eorum retrouenditione venditoribus censuum ex necessitate non inducit ademptionem legati, 65 † quia census erant perpetui, & illi, qui censum imposuerant non poterant compelli ad restituendum pretium censuum, sed solum ipsis sponte soluentibus tenebantur emptores censuum illos retrouendere. Vnde merito ex huiusmodi retrouenditione legatum non adimitur, cum illa conclusio, quod ex alienatione necessaria non inducatur ademptio legati, debeat intelligi non solum de necessitate rei familiaris, sed etiam de necessitate imposita per legem *Rip. in l. lucius. n. 27. vers. hoc etiam. ff. de vulgar. & pupill. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 6. lib. 12. n. 18.*

Quare necessitas in proposito non solum consideratur propter debitum, alimenta, aut similia, 66 † sed propter coactionem superiorum, vel metum, ne quis compellatur *Bald. in l. fideicommissa. §. si rem suam. de legat. 3. Gabr. cons. 103. n. 5. lib. 1. Anchar. q. 75. n. 5. lib. 50. Simon de Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 4. fol. 474. n. 10.*

Vnde etiam si testator legauit nomen debitoris, & illud postea exegit recipiendo a debitore sponte soluente non censetur reuocasse legatum, sed pecunia 67 † exacta peti potest, cum etiam inuitus compelli potuisset ad recipiendum *Bald. in l. fideicommissa. § si rem. de legat. 3. Corn. cons. 26. n. 19. lib. 2. Capr. cons. 112. in fin. Simon. de præt. d. lib. 4. n. n. 15. f. 474.*

Immo si non constaret an ex voluntaria causa, vel necessaria fuerit facta alienatio, in dubio 68 censetur ex necessaria, † ita vt legatum non censeatur reuocatum *Iac. Butr. in l. 3. C. de legat. Alex. cons. 168. n. 5. vers. & ita verificatur. lib. 6.*

Socin.

Socin. Iun. conf. 162. n. 24. *lib.* 2. *Aneb.* q. 75. n. 7. Amplius quando testator sponte liberauit debitorem, & pro suo credito bona quædam recepit in solutum, † non censetur voluisse adimere legatum *Bald. in l. qui post testamentum.* n. 12. *C. de legat. Rom. conf.* 229. *col.* 2. *vers. vltimò præsuppono. Menoch. conf.* 254. n. 8. *vers. & accedit.* n. 9. *lib.* 3. *Card. Mantic. lib.* 12. *tit.* 2. n. 21. *de coniectur. vlt. volunt.*

69

Prout quando res est permutata non dicitur alienari ad effectum adimendi legatum, sed debetur res, † cum qua fuit facta permutatio *Socin. Iun. conf.* 162. n. 22. *lib.* 2. *Cephal. conf.* 399. *ad fin.* n. 23. *lib.* 4. *Honded. conf.* 61. n. 36. *lib.* 1. *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit.* 6. *lib.* 12. n. 13.

70

Vigesimotertio. In dubio præsumendum est alienationem factam ex ea causa, ex qua non sit inducta reuocatio legati, † cum semper sit capienda interpretatio, ex qua illud sustineatur *Iacob. Butrig. in l.* 3. *C. de legat. Alex. conf.* 168. n. 5. *lib.* 6. *& conf.* 157. n. 1. *lib.* 7. cum alijs per *Honded. conf* 61. n. 38. *&* 39. *lib.* 1. Vbi quod maxime procedit, quando dispositio, ex qua prætenditur reuocatio legati, potest aliud operari *Gabr. conf.* 118. n. 31. *lib.* 2. Præsertim si concurreret coniunctio sanguinis, necessitudo, & charitas erga legatarium, tunc enim magis sumitur interpretatio voluntatis testatoris pro non ademptione legati *Natt. conf.* 483. n. 15. *Mantua. conf.* 150. n. 4. *lib.* 2.

71

EPITOME.

Descriptio nominum debitorum ad fauorem alicuius quando habeat vim donationis, seu administrationis. ¶ Et quid si fuerit simulate facta. ¶ Et quomodo talis simulatio sit probanda. ¶ Per resignationem locorum montium, & officiorum, seu descriptionem in personam alicuius quo casu sit translatum dominium. ¶ Et quid si pretium dictorum locorum sit descriptum ad creditum patris resignantis. ¶ Et fiat alienatio per filium resignatarium de eiusdem patris consensu. ¶ Vel per patrem fructus percipiantur an censenda sit retrodonatio. ¶ Et quando de illis pater teneatur reddere rationem filio, & possit conueniri actione negotiorum gestorum. ¶ Dominium quando probetur per æstimum, seu catastum. ¶ Mulier an censeatur dare nomina debitorum primi viri secundo marito, si non interueniat cessio. ¶ Vtilis actio an detur, si fuit relictum quod alius mihi debet, & an dicatur legatum nomen debitoris. ¶ Et expressa cessio, quando debeat interuenire. ¶ Translatio dominij quibus modis inducatur; & consensus Domini, quando sit causa translationis illius.

SVMMARIVM.

1 *Per resignationem locorum montium, & officiorum transfertur dominium in resignatarium nulla reseruata dispositione resignanti.* & n. 6.

2 *Descriptio nominum debitorum ad ius alterius, vel cancellatio ipsorum an habeat vim donationis.* n. 4. 5. & 10. *Et quid in redditione pignoris.* n. 3.

7 *In iuribus incorporalibus traditio non potest considerari meliori modo quam faciendo cancellari proprium nomen, & describi in alium.*

8 *Prædia empta si mandentur adscribi in libro censuali tam ementi, quàm fratribus an omnibus acquirantur.*

9 *Res efficitur communis, si apponatur signum commune.*

11 *Loca montium, quando censeantur donata filio, & eorum dominium per eum acquisitum.* n. 12.

13 *Dispositio libera est reseruanda per resignantem, qui non vult, quod per resignationem locorum montium non sit translatum dominium. Et quando dispositio talis transeat ad vniuersalem successorem.* n. 14. 15. & 16.

17 *Descriptio simulatè facta propter periculū vitæ resignātis, vel inæqualitas inter filios an excludat donationē stante traditione locorū mōtium.*

18 *Simulationis species sunt plures.*

19 *Causa simulandi debet præcisè probari.*

20 *Probatio obscura non admittitur.*

21 *Testes probantes simulationem debent reddere sufficientem causam scientiæ.*

22 *Libri mercatorum. quando probent solutionem ad effectum simulationis.*

23 *Causa simulationis impulsiua non est concludens ad simulandum.*

24 *Cessio ex causa donationis non solet præsumi simulata.*

25 *Pretium locorum montium quamuis sit descritum ad creditum resignantis, quando operetur retrodonationem.*

26 *Descriptio locorum montium ad fauorem alicuius cancellata nocet, prout prodest quando illa fuerunt descripta.*

27 *Perceptio fructuum non impedit translationem dominij. Intellige, vt* n. 28.

29 *Ex sola descriptione in libris montium dominium dicitur translatum.*

30 *Dominium quando probetur per æstimum, seu catastum.*

31 *In præiudicium facientis scribere sit translatio dominij.*

32 *Resignans exigens fructus post resignationem tenetur reddere rationem de exactis.* n. 36. *Amplia in patre.* n. 33.

34 *Pater quando possit conueniri per filium actione negotiorum gestorum, si administret bona filij. Et an fiat compensatio de fructibus exactis cum alimentis filio præstitis.* n. 35.

37 *Fructus spectant ad Dominū probato dominio.*

38 *Dominium dicitur translatum in filium per resignationem, quamuis bona resignata alienentur per eum de consensu patris. Et de ratione.* n. 39. *Declara, vt* n. 41.

40 *Consensus Domini. quando sit causa immediata translationis dominij.*

42 *Descriptiones nominis debitorum aliquando accedunt ad naturam commissionis, non donationis. Et vt præiudicent requiritur mandatum speciale.* n. 43.

CAPVT CCLII.

PAter resignando filio emancipato loca montium, officia, aut similia absque aliqua reseruatione dispositionis eorum, describendo illa 1 in ipsius filij personam, † dicitur transtulisse in eum dominium cum post huiusmodi resignationem filius in illis succedat, & in locum patris resignantis admittatur; Ista enim descriptio habet vim traditionis, prout dicimus de nominibus debitorum, quae si mandentur describi, & poni ad ius alterius, & ipsum illa reci-2 pere, & nomen domini cancellari, † ex hoc actu resultat donatio, titulus, & traditio, & quaedam delegatio nominis debitoris per cancellationem scripturae, per quam videtur à se abdicare ius crediti sicut scripturam legando, aut tradendo *l. qui chirographum.57. de legat.3. l. labeo.2 ff. de pact.* cum alijs per *Hering. de fi-3 deiussor.c.10.§.8. per tot.* † Quidquid aliud sit in redditione pignoris, de quo multa *Petr. August. Morl. in empor. iur. p.1. tit.11. q.8.*

Praesertim, quia talis descriptio habet vim traditionis, quae in istis nominibus debitorum non 4 potest aliter interuenire, † nisi quod nomen debitoris transferatur de vno in alium ex communi consensu *Bart. in l. vlt. in princ n.3 ff. de donat. & in l. à diuo pio. §. sic quoque. in fin. n.3. de re iudic. post Gloss. in l. vlt. in verb. suo autem nomine. C. quand. fisc. vel priuat. debitoris sui 5 debitores exiger. poss.* † & ita in terminis descriptionis nominis debitorum concludit *Anchar. cons.31. subtiliter & copiosè. n.2.* quem sequitur *Rot. coram R. P. D. Orano Romana bonorum. 14. martij 1590.* vbi etiam loquitur de descriptione respectu locorum montium, subdens in eis esse minorem difficultatẽ vigore bullae erectionum 6 similium locorum, † in qua disponitur, quod resignatarij in pecunijs positis per eos, vel à quibus causam habuerint, ac locis, seu similibus portionibus per eandem resignationem succedant, & ad illum admitti debeant, prout etiã declarat *Rot. coram R.P. D. Pena Romana bonor.2. decembr.1598. vers. altera ius conclusio.*

Et facit quia in istis iuribus incorporalibus non 7 potest † considerari meliori modo traditio, & effectuatio translationis dominij, quam faciendo cancellari proprium nomen, & describendi alium, in quem volumus trãsferri dominium; Quamuis enim non interueniat traditio vera, tamen illa descriptio habet vim traditionis fictae, quae idem operatur, quod vera *Ang. in l.2. C. de dot. caut. non numer.* & declarat *Hieron. de Sanctis inter cons. Socin.6. n.9. vers. non obstant allegata. col. pen. post med. lib.4* per doctrinam *Bald. in l. solemnibus. C. de rei vendic. Bero. late 8 cons.178. n.7. & 9. lib.2.* † Exemplo eius quod dicimus de libro censuali, si enim vnus ex fratribus se facit tantum nominari in instrumentis emptionum mandando praedia empta adscribi tam sibi, quàm alijs suis fratribus, qui postea communiter tributa soluerunt, est dominium omnibus acquisitum, sicut illi, quem tenor instrumenti designat *Bart. in l. rura & pos-9 sessiones. n.1. C. de omn. agr. desert. lib.10.* † & ibi *Alex. in addit.* ampliat ad signum, quod quis patitur apponi alicui rei quae efficitur communis, si etiam signum sit commune *Idem Alex. ad Bar. in l. vlt. in fin. C. de praed. & omnib. reb. na-10 uicul. lib.10.* † Et quod per huiusmodi descriptiones probetur translatio dominij voluit etiam *Paris. cons.125. n.24. lib.1. Roman. cons. 275. in fin. n.10. & cons.291. col.2. in fin. vers. primo quia quod quamuis. n.7.* late *Alex. cons. 147. perspectis instrumentis. col. vlt. post med. vers. plus autem dicerem. n.6. lib.5. Dec. cons.146. pro tenui. col.6. ad fin. vers. & primo fundata videtur. n.13. Becc. cons.256. n.13. lib.2.*

Stante igitur d. translatione dominij, vt supra fa-11 cta, cum resignatione, & alijs allegatis; † Verius est loca montium, de quibus agitur, censeri donata filio, eorumq dominium per eum acquisitum, quando donatio per mortem, aut emancipationem confirmata fuit *Bart. in l filius cuiusquam. C. famil. ercisc Bal. in auth. ex testamento. C. de collat. Corn. cons.228. col.4. post med. n.12. vers. non obstant adducta in contrarium. lib.4. Ang. Salicet. & alij in l. si donatione. C. de collat.* 12 dixi late supra. † Et in specie locorum montium ita concludit *Roman. cons.291. col. penul in fin. vers. vltimo superest videre. n.10.* quem sequitur *Rot. coram R.P.D. Orano Romana bonor.14. martij.1590. & in eadem causa corã R.P.D. Pena. col.2. ad med. vers. prima erat.2. decẽb.1588.*

Ideo datur cautela, quod quando per huiusmodi resignationem, & descriptionem resignans 13 nollet dominium transferri, † oportet quod expresse sibi prospiciat reseruando liberam dispositionem, per quam in consequentiam censetur etiam sibi reseruasse dominium similium locorum; Itaut etiam ex generali dispositione censeatur effectuata illa libera facultas disponen-14 di de officio, † quod per consequens transit ad vniuersalem successorem *Rot. coram Sanctiss. Romana montium 5. nouembris. 1579.* Quam decisionem licet non approbet *Thesaur. q.57. per tot.* Tamen non est tuta eius opinio tum pro-

propter auctoritatem *Rotæ*, tum propter rationes in eadem decisione adductas, de quibus etiam *per Rot. corã R.P.D. Marco Montio Ro-* 15 *mana scriptoriæ.5.iunij.1609.* † vbi cõfirmatur d. *decisio coram Sanctiss.* cũ distinctione ibi adducta, de qua etiam multa dixi *sup. c. 50. n. 16. vsque ad n.21.& c.221.per tot. Salicet. in l. filiæ. C. fam. hercis. Bero. cons. 55. n. 10. & 43. lib. 1.*

Quamuis reseruatio disponendi fuerit facta ad 16 vitam, † non enim excluditur, quod nõ possit de ea re testari *Ias. cõs. 230. lib. 4. Alciat. in l. fin. C. de pact.* licet cõtrariũ sẽserit *Thesaur. decis. 209.*

Amplius neque obstabit, quod ista descriptio fuerit facta in personam filij simulate propter peri- 17 culũ vitæ resignantis, † prout neq; cõsideratio inæqualitatis inter filios, quia ex istis non excluditur donatio stãte traditione, & alijs supra allegatis, & sequitur in specie *Rot. corã R.P.D. Orano. Romana bonorũ. 14. martij. 1590.* Etenim non sufficit probare simulationẽ, nisi etiam cau- 18 sa simulandi legitime probetur, † tunc enim illa causa attenditur, nam cum sint plures species simulationis *Bald. in l. cum precibus 18. C. de probat. & in rubr. C. deposit. q. 5.* oportet præcise ex- 19 primere speciem simulandi † *Idem Bald. in l. ab anastasio. C. mandat. Bar. cons. 65. factũ est tale. lib. 1. Alex. cons. 111. viso superiore themate. n. 1. lib. 3. & cõs. 28. in causa & lite. n. 12. lib. 5. Aneb. cons. 227. ad coroborationem. n. 2.* & seruat *Rot. corã R.P.D. Penia Romana donationis. 27. aprilis. 1592.* Cũ etiam talis probatio esset ob cuta- 20 si † non probaretur d. causa simulationis, ideo non deberet admitti *Rot. decis. 1. n. 5. & 6. de donat. in nou. post Io. Andr. in c. pia. in verb. speciẽ. de except. in 6.* Itaut testes probantes istam causam simulationis debeant etiam reddere suffi- 21 cientem rationem causæ scientiæ, † aliàs eis nõ crederetur, cum non deponant de his, quæ sensu corporeo percipiuntur, confidentia enim, & simulatio est de genere eorum, quæ in animo cõsistunt, Ideo d. ratio requiritur *Lanfr. de Orian. in c. quoniam cõtra. in verb. testiũ depositiones.* 22 *n. 92. de prob. Rot. decis. 1. de donat. in nou.* † Vnde nec libri Mercatorum hoc casu probarẽt solutionem, quamuis continerent partitas crediti, & debiti cum verbis deue dare, & deue hauere, quasi solum retineant in suspenso debitum, & creditum ad faciendam compensationem in solidatione computorum *Alex. cons. 85. n. 2. & 3. lib. 3. post Imol. in l. 1. ff. de solut.* dixi supr.

Quibus adde nec sufficere probationem causæ simulationis, nisi esset concludens ad simulãdum, 23 quãdo poterat esse impulsiua, vt in eo, † qui donat, aut aliquid resignat ob timorem persecutionis superiorum, vt concludit *Rot. corã R.P. D. Penia Roman. bonor. 2. decemb. 1598. vers. se-* 24 *cundo respondebatur. in fin.* † vbi etiam quod magis procederet, quando esset facta cessio ex causa donationis, quæ non solet præsumi simulata *l. per diuersas. ad fi. C. mãd. Rom. cõs. 318. n. 2.*

Secundo amplia etiam procedere, quamuis pretium locorum montium fuerit descriptum ad 25 creditũ resignantis, † quia iam fuerunt donata loca filio stante resignatione cum translatione dominij; Vnde descriptio illa siue facta per Bãchum, siue etiã cum consensu ipsius non operatur retrodonationẽ, cum potuerit fieri ex varijs causis, & respectibus, quã donationis, puta simplicis commissionis, & ministerij *l. idemq. §. si cui. ff. mandat. l. mulier. §. fin. ff. de iur. dot. l. si ex propria. C. si quis alter. vel sib.* & declarat *Aneb. cons. 32. col. 2. in fin. vers. tertio probo. n. 4.* & in terminis concludit *Rot. coram R. P.D. Orano* 26 *Roman. bonor. 14. martij. 1590. in fin.* † Quando tamen esset cancellata d. descriptio, quæ fuit facta de bonis alicuius, præiudicaret, sicut profuit quando d. bona fuerunt descripta, vt cõtrariorum sit eadem disciplina, vt in specie concludit *Dec. cons. 146. pro tenui. col. 6. in fin. vers. & primo fundata. n. 13.*

Tertio amplia quãuis semper remanserint penes 27 resignantem fructus, qui illos exegit, † cũ perceptio fructuum non impediat translationem dominij, Nam etiam donans reseruato sibi vsufructu censetur tradidisse *l. quisquis. 38. C. de donat.* Quidquid aliud sit, quando requireretur 28 vera traditio, † vel vbi adesset suspitio fraudis, vt notat *Alex. ad Bar in d. l. quisquis. in prin.* & ita seruat *Rot. coram R.P.D. Orano Roman. bonor. 1. februar. 1591. ad fin. vers. minus refragari* 29 vbi † etiam quod ex sola descriptione in libris montium probatur fuisse dominium translatũ, quando nulla facta fuit reseruatio libere disponendi *Hieron. de Sanctis inter cons. Socin. cons. 6. licet adijcere. col. 2. in princ. vers. tertio facit. n.* 30 *8 lib. 4.* † vbi quod quamuis per æstimum, & catastũ non probetur dominium alicuius *l. solemnibus. C. de rei vendic.* Tamẽ secus est in præiudicium eius, qui mandat illam scripturam fieri *l. censualis. C. de donat. Bar. in l. rura. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* cum alijs per *Becc. cons. 156. n. 13. lib. 2.* Cum enim concurrat scientia, & pa- 31 tiẽtia domini, acquiritur dominum alteri, † & sic in præiudicium facientis scribere fit translatio dominij in eum, ad cuius fauorem facta est scriptura, quidquid aliud sit respectu tertij *Alex. cons. 10. viso processu. n. 5. lib. 4.* cum declarationibus, de quibus late *Mascard. conclus. 274. per tot. Roland. cons. 4. n. 12. vsq. ad 22. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 44. n. 7. vsque ad 12.*

Immo resignans, si exigat fructus post resignationem in alium factam, tenebitur reddere ra- 32 tionem de exactis, † Itaut etiam pater, qui administrauit bona donata filio emancipato, non excusaretur a dicta ratione reddenda, cum actio negotiorum detur inter patrem, & filium emancipatum, quemadmodum etiam in omnibus casibus, in quibus res quærun- 33 tur filio, † quarum patri non acquiritur vsusfructus, prout in specie dicens multum notandum concludit *Bart. in l. litis contestata. 39. §. pater. n. 1. ff. de neg. gest.* Vbi quod sæpe accidit, vt pater emancipet filium, & retineat eum in domum, administrando illud, quod ei donauit, hoc enim casu non acquiritur vsusfructus ipsi patri, Immo tenetur reddere rationẽ

34 eidem filio; † Prout etiam quando administraret bona præbendæ ipsius filij, posset enim conueniri actione negotiorũ gestorum, cum illa sint loco castrensis peculij, vel quasi, vnde non sufficiet, quod pater remaneat in possessione bonorum donatorum, ac fructus exigat, quia exacta tenebitur restituere; Quare datur cautela, quod in instrumentis reseruetur vsusfructus, & ita etiam tanquam multum notandum commendat *Roder. Soarez. in quæst. vtrum pater in bonis maioratus habeat vsumfructũ. in fin. vers. ad prædicta tenebis vnum menti. n.* 38. Et hoc per fratres multum esse animaduertendum dicit *Bald. in d. l. litis. §. pater. & ibi Castren. & Ang. n. 1. ff. de neg. gest.* † & cum sit pater obli-

35 gatus ad restitutionem erunt ei soluendæ per filium expensæ factæ, cum non censeantur factæ animo donandi, vel gratia pietatis de suo, sed compensandi cum dictis fructibus exactis, prout in specie concludit *Castr. cons.* 415. *viso & examinato. n. 2. col. 1. in fin. in 2. quæsit. lib. 2.* Et de fructibus beneficiorum quando nihil acquiratur patri, & per eum sit reddenda ratio.

36 dixi *decis.* 49. *& in addit. n.* 8. † Et stante ista dominij translatione per descriptionem, si postea fructus percipiantur per describentem, quod sint restituendi tanquam ex re alterius, voluit etiam *Alex. cons.* 147. *in fin. vers. & ita*

37 *etiã vult. lib.* 5. † Probato enim dominio fructus spectant ad dominum *l. ex diuerso. §. primo. l. solum. §. meum. de rei vendic. l. fundi. de except.*

Quarto amplia censeri etiam translatum domi-

38 nium in filium per d. resignationem, † quamuis per eum postea alienentur bona sibi resignata cum consensu patris, † cum enim iam filius esset creditor dictorum bonorum, & posset de illis disponere, consensus patris requisitus in d. alienatione potius videtur adhibitus ad prouidendum eius imbecillitati, ad instar statuti requirentis consensum proximiorum in dispositionibus mulierum, & minorum, in quibus præstãs auctoritatem, & consensum non dicitur transferre dominium, cum illud solum transferatur per alienantem; Vnde reseruatio, aut præstatio consensus donantis non potest arguere ipsum habuisse dominium, Ita in puncto declarat *Bald. in l. mater. tua. 3. in fin. vers. extra præ-*

39 *dicta. n.* 21. *C. de rei vendicat.* † Vbi quod talis consensus non est immediata causa translationis dominij, sed solum causa habilitandi personam transferentis, & nil aliud operatur, quam d. habilitationem. Et est ratio, quia essentia dispositionis non pendet a patre consentiente, sed totaliter a filio; Quare non potest dici, quod consensus illius sit pars dispositionis essentialis, ex qua transferatur dominium, sed potius habilitas quædam personæ ad faciendum actũ, prout bene declarat *Aret. in l. qui in potestate. 6. col. 2. in fi. vers. pro his facit optima. ff. de testa. Tiraq. de leg. connub. glos. 8. leg. 16. n. 177. q. 20. in fin. Lambertig. de contract. mulier. in verb. consensus. n.* 84. sequitur *Rot. coram R. P. D. Penia Romana bonorũ. 2. decembris.* 1598. † Quidquid

40 aliud sit in consensu domini rem suam transferentis, tunc enim talis consensus erit causa immediata translationis dominij *Alex. in l. 1. col. 3. in princ. in glos. in verb. causa. vers. dicit statutum quod omnes venditiones. n. 8. ff. solut. matr. post Machagnanum,* quem etiam refert *Bald. ibid. col. 2. in princ. vers. in contrarium videtur. quod immediata. per tex. in l. 3. §. subtilius. ff. de cõdic. caus. dat. l. si ob turpẽ. de cõd. ob. turp. caus.*

Ista autem magis procederent, quando pater non interuenisset, vt pars contrahens, sed tanquam pater pro præstanda auctoritate filijs alienan-

41 tibus, † & occasione dandi consensum, vt filij possent renunciare bonis paternis, cum sine illius consensu essent nullæ similes renunciationes iuxta *l. fin. C. de pact.* si enim aliud posset inferri ex dicto consensu, quam ista simplex auctoritas, tunc quia interuenit tanquam contrahens, dubitandum esset de prædictis, & consensus huiusmodi operaretur translationem dominij, quod quando habeat locum dicam infra *in capite particulari.*

Adde tamen his quæ supradicta sunt de istis descriptionibus nominum debitorũ, & similium, quod aliquando tales translationes non acce-

42 dunt ad naturam donationis, † sed simplicis commissionis, & ministerij, sicut enim in actibus traditiuis quandocumque est præsumptio, quod fiat causa custodiæ; ita etiam in actibus destructiuis hoc idem erit dicendum, vt multis comprobat *Anchar. cons. 32. n. 4. & 5. col. 2. in*

43 *fin. vers. tertio probo.* † Vbi etiam quod requireretur mandatum speciale, vt præiudicent, & præsentia eius ad cuius fauorem fit descriptio, vel quod aliquis suo nomine stipuletur, vel promissionem recipiat, vel hoc fiat per officialem cuius officium ad hoc extendatur *Bald. in auth. generaliter C. de episc. & cleric.*

Quare istæ descriptiones non obessent, si proba-

44 retur, quod alia mente quis consensit, † scilicet non animo donandi, sed vt inspicientes æstimum crederent filios ditiores, & propter hoc splendidiores nuptias contraherent, non enim tunc intelligi debuissent illa bona donata, quãuis essent obligata pro restitutione dotis, quasi tunc dolus patris æquipararetur consensui, vt in specie concludit *Bald. in l. censualis. 7. & in l. si*

45 *præses. 8. C. de donat.* † Prout etiam idem esset quando hoc fieret ob timorem creditorum, aut fisci, vel vbi aliqua alia causa posset coniecturari, vt quia solitum esset in catasto alieno bona propria describere, & in similibus, de quibus per *Peregr. de fideicom. art. 44. n. 10. vers. quæ tamen conclusio. post Corn. cons. 225. n. 7. et per tot.*

46 *lib. 2.* † An autem vltra descriptionem ad æstimum requiratur etiã, quod descriptus functiones publicas soluat, late *Roland. cons. 24. n. 15. et 36. lib. 2. post Io. de Plat. & alios in l. rura. C. de*

47 *omn. agr. desert. lib.* 10. † Et quando ascendens tradit, vel stipulatur nomine descendentis an præsumatur animus donandi, & quid in extraneis, aut similibus causis multa *Barbos. in l. qua dotis. 34. n. 26. vsque ad n. 42. ff. solut. matrim.*

Et

48 Et † de descriptione, quæ fit ad instantiam descendentium, vel intuitu coniunctæ personæ, quod præsumatur donatio *Bero.cons.* 178. *n.*9. *&* 10.*lib.* 2.

Item adde, quod ista nomina debitorum non traduntur, sed ceduntur *l.fin.in princ.de donat.l.*2.
49 C.*de act.& oblig.* † Vnde nisi interueniat ista cessio actionum, non viderentur data in dotem nomina debitorum primi viri per mulierem se-
50 cundo marito † *Bald.in c.*1.*in fin.an marit.succed.vxor. Bald. Nouell. de dot. p.* 6. *Special.*71. *Curt.Sen.cons.*78.*in addit. ipsius cons.* quem refert & sequitur *Roland.de dot.q.*81.*n.*4. *vsque ad n.*11.*tom.*9.*fol.*382.*Corn.cons.*127.*col.*2.*vers. & super.n.*3.*lib.*4. contra *Ruin. cons.*53.*col.fin.*
51 *lib.*2. de quo dixi supra *c.*144.*n.*30. † sicut enim dominium non transit sine traditione *l. traditionibus* . *C. de pact.* Ita nec actio sine cessione, cum ita se habeat cessio circa incorporalia, prout traditio circa corporalia *Glos.in l.fin. C. quand fisc.vel priuat. Bart.in l.non quocunque.* §.*eaium. de leg.*1.

Quæ etiam procedunt, quamuis mulier dedisset mandatum secundo viro ad agendum contra
52 hæredes primi viri, † & exigendum quascunque quantitates pecuniarum, & res sibi debitas quacunque ratione, vel causa, nam per hoc non dicitur cessisse actiones, sed mandasse, & aliud est mandare, & cedere *Glos. & alij in l.*1. *C.de act. & oblig.* & in terminis ita concludit *Alex. cons.* 122. *viso processu causæ. lib.*3.*in princ.vers.confirmo.n.*10.*&* 11.*lib.*7. *Roland.de dot.q.*81.*n.*5

Verum vbi quis expresse venderet pensiones, tunc
53 non opus esset explicita cessione; † Quia ipso iure censeretur facta cessio iurium pro illis consequendis, quasi hoc sit in necessarium antecedens, & sine quo concessum non posset obtineri *l.ad rem mobilem. de procurat.* & in puncto ita concludit *Surd.decis.*265.*n.*33.

Intelligendo tamen prædicta de vtilibus, non au-
54 tem de directis actionibus; † Nam quando relinquo alicui id, quod alius mihi debet, tunc videor relinquere nomen debitoris, & per consequens datur vtilis actio *Bart. in l.demonstratio falsa.* §. *quod autem. ff. de condit. & demonstr. Castr. in l. ex legato. n.*4. *C.de legat.* Vbi quod
55 censetur legatum nomen debitoris, † si dictum sit lego tibi, quod debet mihi Titius, & tali casu transfertur vtilis actio sine cessione, quæ non differt à directa quo ad effectum, cum per eam idem consequatur legatarius, quod consequeretur per directam *l.actio. de neg gest.*
56 Et † quod detur vtilis sine cessione in hoc casu concludit *Surd. decis.*265. *n.*34.*post Crot.cons.* 14.*n.* 29. *&* 70. Ita vt non referat, quod sit da-
57 tum nomen conductoris, † vel quod sit venditum prædium cum pacto, quod pensiones ad emptorem pertineant, vel cum omni iure sibi competenti ratione d. prædij, vel quod veniat omne id, ad quod tenetur conductor; Quia ita intelligitur venditum nomen conductoris *Surd.d.decis.*265.*n.*33.

EPITOME.

Donatio facta per Romanum extra vrbem absque insinuatione quando sit valida, quamuis donans expresse profiteatur se viuere lege Romana. ¶ Et quid si postea ratificetur in vrbe. ¶ Statutum quo casu liget personam sibi subditam, & sequatur quocunque vadat, & sit trahendum ad bona extra territorium. ¶ Forensis quando comprehendatur in statuto inhabilitante personam ad contrahendum. ¶ Et quid si agatur de solemnitatibus insinuationum, & similium quæ requiruntur in contractibus.

SVMMARIVM.

1 *Forensis an comprehendatur in statuto inhabilitante personam ad contrahendum. n.*13. *&* 14.
2 *Forma & solemnitas inducta per statutum debet seruari per forenses.*
3 *Statutum Vrbis requirens insinuationem in donationibus comprehendit exterum donantem in Vrbe, & n.*4.
5 *Donatio facta extra vrbem absque insinuatione per Romanum est valida, non obstante statuto Vrbis. Amplia quamuis donans expresse profiteatur in donatione se viuere lege Romana. n.*6. *& licet statutum prohibeat renunciari insinuationi. n.*7.
8 *Ratificans Romæ donationem factam extra vrbem sine insinuatione an præiudicet donatarijs, quibus iam fuit quæsitum ius ex primo contractu. & n.*9.
10 *Ratificatio quando habeatur pro nouo cōtractu.*
11 *Potestas statuentium inter subditos non arctatur territorio.*
12 *Status iuris non mutatur ex differentijs locorum.*
15 *Locus contractus inspicitur quando agitur de esse illius.*
16 *Statutum quando liget personam sibi subditam, & sequatur quocunque vadat, & trahatur ad bona extra territorium. n.*17.

CAPVT CCLIII.

Statutum inhabilitans personam ad contrahendum quando comprehendat forenses
1 ponunt † *Bart. & alij in l.cunctos populos. C.de summ.trin.cum multis* quos adduxi *decis.* 102. *n.* 3. *&* 4. Verum quia non est modo materia nostra, omissis his, quæ non pertinent ad id, de quo quærimus, Dixi breuiter in casu nostro firmandam esse conclusionem, quod quando statutum disponit circa actum principaliter non habilitando, vel inhabilitando personas contrahentium debet attendi locus contractus, quasi tunc actui faciendo per statutum detur
2 forma, & solemnitas, † quam tenentur seruare etiam forenses celebrantes in loco instrumentum, cum peregrini non debeant violare mores, & consuetudines ciuitatis, Ita declarat

Ruin.conf.160.n.3.col.1. vers.sed præmissis non obstantibus.lib.4. Bald.Bart. & alij, de quibus per Abb. conf.52.n.2.& 3. lib.2. & de communi testatur Cacutaq. *decis.206.p.3.* vbi de statuto Vrbis requirente insinuationem in instrumentis donationum, † quod comprehendit forensem donantem in Vrbe, qui licet non sit subditus statutis, tamen tenetur insinuare donationem, cum huiusmodi statutum prouideat circa solemnitates actuum, non autem circa habilitatem personarum contrahentium, †;& sequitur *Rot.coram R.P.D.Orano. Romana bonorum. 18.martij.1587. Achil.de Graf. decis.150.n.17. cum alijs per Corn.conf.185.col.6.in fin.n.9.lib.2. Gabr.conclus.2.n.2.de consuetud. Aret.conf.54.col.1.in fin. vers.tertia ratio principalis. late Roland.conf.91. lib.3.*

Quo stante sequitur, quod si fiat donatio extra vrbem † absque insinuatione requisita per statutum vrbis, sustinebitur, cum vt dictum est, illud statutum requirat directo solemnitatem, non autem habilitatem personæ, Vnde erit attendenda solemnitas loci, in quo facta fuit donatio *Ang.in l.si fundus.in princ. de euict. Bald. in l.cunctos populos.col.11.in fin.vers.viso de iure personarum.n.20. C. de summ. trinit. & ibi Caccialup.col 47.in fin.vers.dicit etiam. Ruin. conf.201.col.4.ad med. n.8. lib.1. Aret. conf.54. col.2.in fin.vers.tertia ratio.*

Amplius prædicta procederent, quamuis donans in donatione expresse professus fuisset se viuere lege Romana, † quia hæc professio non arguit quod voluerit conformare actum donationis, iuxta dispositionem statuti vrbis, vt in puncto concludit *Rot. coram R. P. D. Orano. Roman. bonorum. 18.martij. 1587.* Vbi etiam additur neque obstare, † quod in statuto prædicto prohibeatur renunciatio insinuationis, cum hoc veniat accessorie in augmentum, & corroborationem solemnitatis insinuationis, de qua principaliter disponitur in statuto *Ruin. conf. 160. n. 3 vers. primus est quando statutum. lib. 4.* De quo tamen videndus est *Socin. conf. 176.præsens consultatio col.5. ante fin. vers. respondeo & clare. n. 7. lib. 2.* vbi quod statutum non dicitur respicere rem, nec dominium respectu rei, sed inhabilitatem personæ, si disponat, quod donans, † seu vendens non possit eidem statuto renunciare, & sic respicit dominium respectu personæ, & non rei, & sic afficiet personas etiam respectu rerum existentium extra territorium *Bart.Bald.& alij in l.cunctos populos. C.de summ.trinit.*

Immo neque etiam obstaret ratificatio postea facta, cum per eam non potuisset præiudicari donatarijs, quibus iam fuerat quæsitum ex primo contractu donationis extra vrbem celebrato, quasi accesserit ad cautelam, & augmentum donationis iam perfectæ, quæ non debet operari diminutionem, vt in terminis declarat *Rot. per R. P. D. Oranum. d. roman.bonorum.18.martij.1587.in fin.* † Quidquid aliud sit in casibus, in quibus ratificatio haberetur pro nouo contractu, quasi tunc habeat vires ex vltimo partium consensu, non ex primo, & valeat vt nunc, non vt ex tunc † *Surd.decis. 69.n. 14.& conf.135.n.34.lib.1.post Bart.in l.ab emptione.col.vlt.vers.quæro si res non erat integra. ff.de pact.* & late declarat *Aret.conf.128.eximie domine. col.2.in fin. vers.secunda species ratificationis.n.3.*

Non obstant quæ ex aduerso allegantur, Quia procedunt, quando statutum redderet inhabilem personam ad contrahendum, tunc enim traheretur ad subditum vbique donantem, cum † potestas statuendi inter subditos non arctetur territorio *l fin. ff. de decret.ob ordin. faciend.l.si quis in hoc.C.de episc.& cleric.* † Neque ex differentijs locorum mutetur status iuris *l.fin.C.de temp.in integr.restit.* Et ita loquitur *Roman.conf.39.in princ.Alex.conf.41.visis quæ subtiliter. n. 17. lib. 5.* † & bene declarat *Bald.conf.60.quædam soror de ordine.n.1. vers. in contrarium videtur.l.lib.5.Gabr.de statut. conclus.8.n.1.* Cum aliud sit quando, prout in casu nostro, non fuit simpliciter reddita inhabilis persona, sed solum fuit prohibita, ne actum faceret nisi cum certa solemnitate, tunc enim valet contractus extra territorium sine d. solemnitate, dummodo † non fiat in fraudem statuti, vt supra dictum est, & voluit etiam *Bald. conf.418.super primo dubio.in princ.lib.4.Capr. conf.144.n.13 ad med. vers.præterea tale statutum.Gabr.de statut.conclus.8. n. 22. Corn. conf. 241.n.4.col.1.in fin vers.his tamen non obstantibus. lib.2.* Quasi † tunc loquamur de esse contractus, quo casu inspicitur locus contractus, vt declarat *Bald.in l.cunctos populos.col.11.in fin. vers.sed in primis refert.n.20.C.de summ.trinit. & fid.catholic.*

Et ita etiam loquitur *Surd. conf. 535. n.17. lib. 4.* Vbi quod statutum potest ligare personam sibi subditam, † ita vt vinculum illi iniunctum sequatur personam quocumque vadat, dummodo de hoc expresse disponat *Ruin.conf.39.n.16. in fin.lib.1. Alex. conf.128. consideratis verbis. col.3.post med. vers.secundo respondeo. & vers. & hanc distinctionem. n. 2. ad fin. lib. 1. Surd. ibid. d. n.17. & 18.* † Vbi etiam multa quando statutum fauorabile trahatur ad bona existentia in alieno territorio; Quidquid sit in odioso iuxta doctrinam *Bart. in l.cunctos populos. q.6. C.de summ.trinit.& fid.catholic Lancellot.Gall. in consuetud.Alexandri. in præfat. 8.n. 6. Thesaur.decis.37.n.6.*

EPITOME.

Legatum sub conditione si mulier nupserit, vel vt nubat Titio an possit peti ante nuptias, & an requiratur cautio. ¶ Bibliotheca relicta ad vsum studij an contineat proprietatem, & pro tali legato quando sit præstanda fideiussio studendi per quinquennium. ¶ Positus in conditione in legatis an censeatur positus in dispositione. ¶ Frater doctor an debeat

beat restituere libros, vel æstimationem alijs fratribus. ¶ Contractus quando corruat collato pretio in arbitrium tertij non arbitrantis. ¶ Et quid in dote, seu illius augumento quo casu recurrendum sit ad arbitrium alterius non facta æstimatione per eum, cui fuit commissa facultas declarandi. ¶ Vxor secundo nubens an censeatur dare augumentum dotis factum sibi a primo viro, vel ab alio. ¶ Et quando tale augumentum dici possit donatio propter nuptias. ¶ Pro legatis an detur via executiua. ¶ Legatum ob causam nuptiarum an contineat tempus, vt præstetur post triennium a pubertate puellæ, intra quod si nuptiæ non sequantur conditio deficiat, & sit locus substitutioni, & an possit purgari mora. ¶ Et an istud triennium sit seruandum etiam in institutione hæredis, & conditione ingrediendi monasterium. ¶ Agens de acquirendo an debeat prius adimplere, & quando oblatio sufficiat tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. ¶ Conditiones ingrediendi monasterium an sint validæ, ita vt debeatur, quod pro dicto ingressu relinquitur. ¶ Festiuitas nuptiarum an sit intelligenda tam de contractu matrimonij, quam de lætitia conuiuij. ¶ Scholaris non faciens festiuitatem iuxta formam statuti in doctoratu an male faciat.

S V M M A R I V M.

1 *Dies non dicitur omnino incerta, si ratione personæ, cui fuit relictum legatum potest haberi certitudo temporis præstationis illius.*

2 *Legatum ob causam nuptiarum continet tempus vt præstetur post triennium à pubertate puellæ, intra quod si nuptiæ non sequantur, conditio deficit, & est locus substitutioni. n.3.4. & 23. & est verior opinio & magis communis. n.5.6. 7.8. & 10. Amplia non dari purgationem moræ. n.5.*

9 *Rigor scriptus est seruandus omissa æquitate.*

11 *Legatum cum conditione ingrediendi monasterium debetur dummodo impleatur conditio intra triennium post transactam ætatem idoneam ad profitendum. & n.13.*

12 *Valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale.*

14 *Nuptiæ, vel ingressus monasterij quando debeāt accelerari, vel fieri cum deliberatione. n.31. & quod tempus in hoc dicatur congruum. n.15.*

16 *Festiuitas nuptiarum intelligitur tam de ipso contractu matrimonij, quam de festiuitate conuiuij.*

17 *Doctor non faciens festiuitatem conuiuij iuxta formam statuti nihil detrahit doctoratui.*

18 Conditio *nuptiarum, quæ debet adimpleri infra triennium, non procedit nisi in legatis, secus in institutione hæredis. n. 20. & 21. Amplia vt n.22. & 24.*

19 Specialia *non sunt multiplicanda.*

25 *Agens de acquirendo debet prius adimplere offerendo quod tenetur.*

26 *Oblatio sufficit in vltimis voluntatibus, quamuis simus in re, quæ posset deponi, secus in contractibus.*

27 *Conditiones ingrediendi monasterium an sint validæ, prout illæ, quæ apponuntur de nubendo certæ personæ. & n.28.*

29 *Legatum Monialibus, vt aliquam accipiant in monasterium an sit validum, & conuentio super hoc quando admittatur. n.30.*

32 *Substitutus quando possit facere præfigi tempus tam filio, quàm extraneo instituto sub conditione nubendi, & qualis debeat esse talis terminus. n. 33.*

34 *Legatum sub conditione, si nupserit Titio, non potest peti ante nuptias, secus si dictum sit vt nubat, & an requiratur cautio.*

35 *Relictum causa studiorum dicitur certum, & potest peti quando legatarius est effectus talis, qui possit dare operam studijs.*

36 *Legatum ratione rei, vel causæ, pro qua factum est quando habeat certam diem.*

37 *Legatarius dicitur ille, ad quem redundat commodum dispositionis.*

38 *Rei vendicatio competit legatario. & n.40.*

39 *Emolumentū legati acquiritur etiam ignoranti.*

41 *In legatis positus in conditione censetur etiam positus in dispositione. n.42.*

43 *Bibliotheca relicta ad vsum studij continet proprietatem.*

44 *Legata an habeant viam executiuam. & n.45.*

46 *Relictum ob causam studij dicitur pium.*

47 *Legata pia non deficiunt, quamuis sint caduca.*

48 *Vsus proprie cadit in libris, & pro eo est præstanda cautio de studendo saltem per quinquennium. n.50.*

49 *Studenti in legibus prodest, quod sit magister in artibus.*

51 *Frater doctor non tenetur ad restitutionem librorum, sed solum præstabit alijs fratribus illorum æstimationem.*

52 *Res æstimatæ datæ in dotem pro æstimatione declaranda per duos amicos, qui postea non fuerunt electi, non sunt reddendæ a marito, sed ab eo solum præstabitur iusta æstimatio, & quomodo ad eam deueniatur, & quæ huius rei sit vtilitas. n.53.*

54 Contractus *emptionis corruit collato pretio in arbitrium tertij non arbitrantis.*

55 Dotis *restitutio quando corruat, si eius æstimatio sit collata in arbitrium alicuius non arbitrantis, & debeat recurri ad arbitrium alterius. n. 59. Et quid si fuerit remissa in voluntatem ipsius mariti. n.57.*

56 *Aestimatio an debeat esse certa, vt faciat emptionem in dote. Et quid si definitio pretij fuit collata in arbitrium tertij, vel nullius. n.58.*

60 *In augmento dotis remisso ad arbitrium boni viri non recurritur ad aliud arbitrium, primo non arbitrante. Et de ratione differentiæ inter dotem, & augmentum dotis. n. 61. Intellige vt n. 64.*

62 *Priuilegium dotis datur augmento dotis. Fallit vt n.63.*

Vxor

65 *Vxor secundo nubens an censeatur dare augmentum dotis factum sibi à primo viro, & quando tale augmentum dicatur donatio propter nuptias, tam si fiat à marito, quàm ab vxore, vel à tertio; Et quid in augmento dotis inæquali, vel dato à viro ignobili vxori nobili. n.66.67.& 68.*

69 *Donationes propter nuptias de consuetudine non dantur.*

CAPVT CCLIIII.

SI ratione personæ, cui fuit relictum legatum potest haberi certitudo temporis præstatio-1 nis illius, tunc non est dicendum, † quod sit dies omnino incerta, quasi per istam relationem faciendam ad personam legatarij appareat de tempore, quo adueniente statim poterit peti legatum, Quare cum testator legauerit causa nuptiarum, Dixi hoc legatum continere tempus, vt præstetur post triennium à pubertate puellæ, & à die mortis testatoris, cum puel-2 la est pubes, † neque enim hoc casu ista conditio, si nupserit, potest semper adimpleri stante limitatione temporis per legem facta ad triennium, intra quod si nuptiæ non sequantur, dicitur defecisse conditio, & erit locus substituto in defectum illius conditionis, ita in puncto concludit *Bart. in l.2. § ad filiorum C. quand. & quib. quart. pars debeat. lib.10.* per illum tex. quem omnes dicunt multum notandum, vt latius declaraui supra *c.137.n.8. vsque* 3 *ad n.14.* † Vbi ex multorum auctoritatibus, & rationibus ostendi hanc esse veriorem opinionem, quidquid aliud sequatur *Castr. in l. conditions. C. de institut. & substit.* cum etiam *Idem Cast. in l. hæc conditio filia mea. 10. n.2. ff. de condition. & demonstrat.* teneat simpliciter, quod requiratur istud triennium iuxta opinionem *Bart. in d. l.2. §. ad filiorum. C. quand. & quib. quart. pars debeat. lib.10.*

Et quoniam per aliquos ista sunt reuocata in dubium, placuit modo addere non esse recedendum 4 à prædictis, † cum vltra *Ioan. de Platea. Bart. Ias. Socin. Card. Mantic. Mar. Mut. & alios supra in dicto c.137. allegatos*, hanc sententiam sequatur etiam *Luc. de Penn. in d. l.2. col.8. ad fin. vers. & ad filiorum. Thob. cons.25.* 5 *n.6.* † Etiam sine vllo remedio purgationis moræ *Gul. Bened. in c. raynutius. p.2. in verb. cuidam petro tradiderunt. n.4. de testam. Add. ad Bald. in l sancimus. 24. in verb. cum peruenerit. C. de nupt. Gabr. cons.131. n.15. ad med. lib.1. Menoch. præsumpt. 199. n.19. in princ. lib.4. Alex. in addit. ad Bart. in l. hæc conditio filia mea. 10. in verb. consistat. ff. de condit. & demon-*6 *strat.* vbi, quod est multum notandum † *Pomates in addit. ad Bart. in l.2. in verb. conditioni. C. de institut. & substitut. & ibi Lancellott. Dec. & Caccialup. n.2. & Iacobin. in fin. n.8.* & de communi testatur *Crasi. in §. legatum. q.46. n.18.* 7 *Vasq. controuers. illustr. lib.3. c.94. n.6.* † & demagis recepta opinione docet *Emanuel Cost. in l. cũ tale. §. si arbitratu. vers. vltimo legis sententia. n.29. fol.223. de condit. & demonstrat.*

Nec obstat, quod *Idem Costa. Crasi. & Vasq.* licet 8 attestentur de communi, † Tamen ab illa recedant, & contrariam sequantur opinionem tamquam æquiorem, prout etiam voluit *Ruin. in d. l. hæc conditio. 10. n.2. de condition. & demonstrat.* Cum etiam de ea dubitet *Dec. in l.2. in princ. n.2. C. de institut. & substitut.*

Quoniam non esset ista æquitas attendenda, Cum 9 rigor scriptus sit seruandus † *l. prospexit. 12. ff. qui & à quib. manum. liber. non fiant.* Prout etiam vltra prædictos istam opinionem, quam-10 uis duram seruandam esse concludit † *Sim. de Prat. de interpret. vltim. voluntat. lib.4. dubit. 12. n.65. interpret.1. f.441. Francisc. Marc. q.683. p.1. Petr. Rauenn. sing.455. Corsett. sing.47. in verb. conditio. f.306.*

Quæ etiam procedunt in legato facto cum condi-11 tione ingrediendi monasterium, † Nam ista quoque conditio matrimonij spiritualis debet impleri infra triennium post ætatem idoneam transactam ad profitendum, quasi valeat argumentum de vno ad aliud, tamquam æquiparen-12 tur, quando est eadem ratio in vtroque, † neque contrarium reperitur in specie à iure expressum *c. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non contest. Salic. in auth. nisi rogati. C. ad trebellian.* cum alijs late adductis per *Euerard. loc. argum. 76. & 77. tit. de matrim. carnal. ad spiritual. &* 13 *de spiritual. ad carnal.* † & in puncto ita concludit *Gabr. cons.131. n.16. col.4. in fin. vers. ex qua conclusione. lib.1.* Quasi hoc modo consulatur legatariæ, vt vel nubat, vel quanto citius Mo-14 nasterium ingrediatur, † cum alias quis diceretur vitam bestialem ducere, quod non est permittendum *Castr. in l. titio centum. 70. §. titio centum. col. vlt. in princ. vers. tunc autem reyceretur. n.6. ff. de condition. & demonstr.*

Quamuis enim nuptiæ debeant fieri cum delibe-15 ratione † *Bald. in l. generaliter. 40. n.9. post med. col.5. in princ. C. de episc. & cleric.* Tamen hoc tempus triennij visum est legi congruum, intra quod possit mulier se deliberare ad nubendum, vel monachandũ *ex supra allegatis.* Cum etiam accelerandæ sint nuptiæ, ne quid turpe contingat *Glos. in l oratione. §.1. de rit. nuptiar. Cardin. cons.49. n.4.* Quasi in eis quoque adsit festiuitas, 16 iucunditas, † & lætitia, prout de ipso contractu matrimonij ista festiuitas debet intelligi, vt declarat *Bald. in l. sancimus. 24. in princ. vers. ibi festiuitas. C. de nupt.* vbi etiam, quod aliquando ista festiuitas intelligitur de festiuitate conuiuij, vt in *l. si donationum. 22. C. de nupt.* vbi no-17 tat quoque *Bald.* illud de Doctore, † qui non facit huiusmodi festiuitates conuiuij iuxta formam statuti hoc mandantis, quod non per hoc detrahitur dignitati sui doctoratus.

Verum esset, quod in alijs dispositionibus, quàm 18 in legatis prædicta non haberent locum, † quasi *l.2. C. quand. & quib. quart. pars debeat. lib.10.* contineat ius speciale circa præfixionem huiusmodi triennij quo ad istam conditionem implen-

implendam, cum non sint multiplicanda specialia, 19 † neque lex particularis debeat trahi ad alios casus *l. ius singulare ff. de legib. l. cum post. §. gener. de iur. dot l. fin. C. de dot. promiss.* 20 Et † in terminis ita declarat *Gabr. cons.* 131. *n.* 16. *lib.* 1. Vbi quod hoc non procederet in hæredis institutione, Cum etiam in ea sit maius periculum, Ideo non est ita grauandus hæres, sicut legatarius *Bart. in l. si quis instituatur.* 23. *in princ. in* 1. *opposit. de haredib. instituend. et in* 21 *l. suus quoque.* 4. §. *fin ff. eod. tit.* † Quod etiam voluit *Crass. in §. institutio. q.* 46. *n.* 18. *in fin. Corn. in l.* 1. *col.* 3. *ad med. vers. si tamen illa hares instituta. n.* 11. *C. de institut. & substitut.*

Minus prædictis esset locus, quando mulier in-22 stitueretur hæres sub conditione, † si fieret Monialis in aliquo monasterio, in quo professionem emitteret, & casu quo nollet profiteri, vel decederet ante professionem, substitueretur dictum Monasterium, Tunc enim non haberetur conditio pro defecta, quamuis elapsum esset triennium, intra quod non intrasset illud Monasterium cum requiratur prius, vt idem Monasterium offerat se paratum illam recipere, & ex sua parte conditionem adimplere, procurando, vt Iudex terminum statuat 23 mulieri ad conditionem adimplendam, † Itaut si in dicto termino postea non fuerit per mulierem adimpletum, succedatur ex vulgari substitutione iuxta *l. si quis instituatur.* 23. §. *sed si bonorum. ff. de haredib. instituend. l. quamdiu* 24 *ff. de acquir. haredit.* † & ita in specie concludit *Gabr. cons.* 131. *n.* 16. *col.* 4. *in fin. lib.* 1. Et est ratio, quia requiritur, quod agens de acquirendo debeat prius adimplere ex parte sua offerendo illud, ad quod tenetur, cum alias 25 non admittatur † *Alex. cons.* 130. *n.* 11. *lib.* 4. *Matthesil. notab.* 128. *nota quod vbi quis debet. n.* 1. cum alijs quos adduxi *supra. c.* 246. Itaut sufficiat oblatio, cum simus in re, quę non requirit consignationem, & satis sit se offerre paratum ad faciendum *Bart. in l. acceptam. n.* 2. 26 *C. de vsur.* † Quamuis etiam si essemus in re, quæ posset deponi, sufficeret oblatio, quando sumus in vltimis voluntatibus, quidquid aliud sit in contractibus, in quibus vltra oblationem requireretur etiam depositio, & consignatio, Cum in illis facilius habeatur conditio pro impleta, quam in contractibus *l. cui fundus.* 4. *ff. de condit. & demōstrat. Bart. in l. acceptam n.* 3. *q.* 2. *& ibi Bald. n.* 15. *q.* 5. *C. de vsur. Castr. in l.* 2. *n.* 7. *C. de pact. int. emptor. et vēditor. Cassan. cons.* 41. *n.* 15. *cum alijs per Barbos. in rubr. ff. solut. matrim. p.* 1. *n.* 41. *&* 42. *Castr. in l. cum tale. §. si arbitratu. limitat.* 6. *n.* 18. *ff. de condit. & demonstrat.*

Neque obstaret, quod conditiones ingrediendi monasterium sint nullæ, quasi inducant vidui-27 tatem in Virgine, † & perpetuam clausuram quæ est species seruitutis, Itaut etiam possit dici simoniaca dispositio, cum debeat quis libere ingredi religionem absque vlla spe lucri, Quia verius est istas conditiones non esse reijciendas, cum per eas quis inuitetur ad meliorem vitam, Immo debent valere, prout valent illæ, quæ apponuntur in matrimonio carnali de nubendo certæ personæ, Neque potest dici simonia, sed pietas, non coactio, sed allectio, vt omnia prædicta late declarat *Gabr. cons.* 28 131. *col.* 3. *&* 4. *n.* 2. *vsque ad n.* 12. *lib.* 1. † Quidquid contrarium sentiat *Bart. cons.* 184. *domina nuta. lib.* 1. cum alijs multis adductis per *Rimin. Iun. cōs.* 215. *n.* 174. *vsque ad n.* 181. *lib.* 2. Quia contra eos est verior opinio, vt post *Bald. Gomes. Cost. Molinam.* & alios late comprobat *Sanchez. de matrim. lib.* 1. *disput.* 34. *n.* 15. *post Couar. lib.* 1. *var. resolut. c.* 19. *n.* 10. *Castr. in auth. cui relictum. n.* 6. *C. de indict. viduit. tollend. Socin. in l. mulieri & titio.* 73. *n.* 12. *ff. de condit. & demonstrat.*

Amplius neque esset simonia, quando legatum fieret Monialibus, vt aliquam recipiant in 29 Monasterium, † cum contineat relictum pro eleemosyna, & pro pia causa, quæ ideo per Episcopum debet ad effectum perduci, Quidquid aliud sit quando interueniret pactio, vel conuentio, cum possit recipi, quod sine aliqua taxatione gratis offertur *c. dilectus. il* 2. *in fin. de simon. Innoc. in c. cum m. ferrariensis. de cōstitut.* Non obstante opinione *Natt. cons.* 618. *n.* 11. *et Crass. in §. legatum. q.* 55. Cum contra eos sit verior sententia, ac magis recepta, vt latissime attestatur *Surd. cons.* 195. *per tot. lib.* 2. Vbi etiam *n.* 9. quod hoc magis procedit, quando considerata conditione, & qualitate Mona-30 sterij opes sunt tenues, † Itaut hoc casu etiam conuentio admittatur, ne ingrediens eidem Monasterio sit onerosa *Calder. cons.* 9. *dedit pater. in fin. de regular. Bertrand. cons.* 135. *n.* 6. *lib.* 3. *Bero. cons.* 28. *n.* 9. *lib.* 1. *Ang. & Imol. in l. illa aut illa. ff. de haredib. instituend.*

Ex prædictis colligitur non opus fuisse aliqua præfixione termini per Iudicem dandi, cum ipsummet legatum contineat tempus triennij 31 a iure definiti, vt supra dictum est, † Posset tamen ad instantiam substituti per Iudicem præfigi terminus tam filio, quam extraneo non solum qnando alicui pure relinquitur, sed etiā in casu, in quo adesset conditio potestatiua, aut mixta, ne relictum stet in suspenso, & vt malitijs obuietur, præsertim fauore piæ causæ si illa esset substituta, prout in specie conditionis nuptiarum concludit *Gabr. cons.* 131. *col. penult. in princ. n.* 17. *&* 18. *lib.* 1. vbi de magis vera, & communi opinione testatur *Aret. in l. quandiu.* 69. *vbi Castr. n.* 3. *&* 4. *ff. de acquir. haredit. Roman. cons.* 493. *in casu cōsultationis pro-*32 *posita. col.* 1. *n.* 1. *&* 2. † Et qualis iste terminus debeat esse, & an arbitrio Iudicis relinquatur *Menoch. de arbitrar. cas.* 1. *lib.* 2. *centur.* 1. In quo tamen erit considerandum, vt non præfigatur terminus breuis, cum iste actus, per quem est implenda conditio monachandi, seu nubendi requirat deliberationem *Bald. in l. generaliter.* 40. *col.* 5. *post princ. vers. nam nuptia debent fieri. n.* 9. *C. de episcop. & cleric.*

Obser-

Obseruandum est tamen, quod legatum relictum mulieri sub conditione, si nupserit Titio, non poterit peti, † nisi prius nubat, secus si legetur vt nubat, statim enim, quod mulier est nubilis potest illud petere præstita cautione, vt si non nupserit restituat legatum. Nam si ante nuptias decederet illud reuocaretur, & ad hæredes testatoris rediret *Bal. in l. generaliter. 40. n. 9. C. de episcop. & cleric.* vbi late distinguit multos casus, quos Deo dante explicabo infra *in capite particulari. Spin. de testam glos. 10. principal. n. 18.*

Notandum est quoque non esse nouum in iure quod legata quamuis incerta habeantur pro certis, si possunt certificari per relationem habito respectu ad personam legatarij, prout vltra exemplum de nubendo supra relatum habemus † multa alia, inter quæ adest etiam illud de relicto facto causa studiorum, quod dicitur cedere, & peti posse, quando legatarius est effectus talis, qui communi hominum opinione possit dare operam studijs *l. nec semel. 12. §. si in habitatione. ff. quand. dies legat. ced. Menoc. præsumpt. 199. n. 19. ad med. lib. 4.* † vbi multa etiam adducit, quando possit certificari legatum ratione rei, quæ relinquitur, vel ratione causæ, pro qua factum est legatum, tunc enim semper redditur certa dies legati *Bart. in l. 1. n. 5. C. quand. dies legat. ced.*

Ideo alias in casu mihi proposito Dixi non potuisse excludi legatarium a legato bibliothecæ sibi per patruum facto, cum essemus in eo, qui erat habilis ad studia legalia, quorum occasione fuerunt eidem libri relicti; Vnde secundum qualitatem personæ dies incerta erat iam certificata *ex supra adductis*; Non obstante quod legatum eiusdem bibliothecæ esse factum tertio consanguineo, cum solum illi fuerit per testatorem mandatum, vt dictam bibliothecam totam, & integram conseruaret pro eius Nepote, vt studijs incumberet, † quare non poterat negari, quod idem Nepos non esset legatarius, cum ad eum redundaret emolumentum dispositionis, quod sufficit ad cognoscendum, vt quis dicatur talis, quando sumus in verbis præceptiuis, aut dispositiuis, prout in casu de quo agebamus *Bart. in l peto. 71. in princ. col. 1. de leg. 2. Card. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib 8. tit. 1. n. 1. & 14.*

Quo stante recte fuit actum per dictum Nepotem contra reum conuentum ad consignandam præfatam bibliothecam, quæ per eum possidetur, cum inter alias actiones competat legatario etiam rei vendicatio dominij, † quod habet ex dispositione *l. a titio. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. 1. Couar. in c. rainaldus. §. 1. in prin. de testam. Gomes. lib. 1. variar. resolut. c. 12. n. 11.* † Itaut emolumentum legati illi acquiratur etiam ignoranti *l. cum pater. §. surdo. ff. de legat. 2. Spin. de testam. glos. 8. princip. n. 67. & 79.*

Nec faciebat, quod bibliotheca fuerit legata Nepoti sub conditione in casu, quo eius consanguineus alienaret: Quia ex verbis legati colligitur illam fuisse simpliciter relictam, Cum enim tunc temporis Nepos esset infans, neque propter ætatem posset studijs legalibus operã dare, mandauit testator illam conseruari vsq; ad tempus habile, & solum conditio in casu alienationis fuit adiecta ad fauorem hæredis, de quo modo non quæritur, cum casus non euenerit.

Nec oberit, quod reus conuentus tamquam positus in conditione non censeatur positus in dispositione, Ideo pro dicto legato conditionali non competat actio. Quia nunc solum agitur contra eum, vt consignet bibliothecam detentã, quæ poterit ab illo vendicari, † cũ ista actio detur legatario *Bald. in l. 1. C. commun. de legat. Natt. conf. 255. n. 10.* Siue sit adita hæreditas nec ne, cum non requiratur subiectum actionis, aut obligationis personalis, sed dominium ex parte agentis, & possessio ex parte conuenti *l. in rem. de rei vendicat. Ceuall. q. 103. n. 27. col. penult. ad med. vers. in actione vero.*

Vltra quod in legatis positus in conditione censetur etiam positus in dispositione, † cum illa solo nutu relinquantur, neque in eis sit inspiciendus verborum sonus, quidquid sit in institutionibus, seu substitutionibus directis, quæ requirunt expressam, & solemnem voluntatem per verba *Purpur. in l. 1. in fin. n. 112. vers. vltimo ampliatur. C. de pact. Socin. Iun. conf. 158. in fin. n. 77. lib. 2.* † & de veriori opinione testatur *Card. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 8. c. 1. n. 33. in fin. ver. sed aduerte.*

Minus obstat, quod solum permittatur Nepoti vsus librariæ non venditæ, nec alienatæ, si studijs incumberet, non tamen quod sit legatarius. Quia verius est etiam proprietatem, & non vsum simplicem fuisse relictum, † Cum testator mandauerit bibliothecam totam, & integram conseruari pro dicto suo nepote ad vsum studij, Vnde non fuit relictus solus vsus ex libraria, sed fuit legata bibliotheca ad vsum studij, quo casu dicitur etiam relicta proprietas, prout dicimus de prædio alicui relicto ad vsum, seu vsumfructum, quod continet etiam proprietatem, quidquid secus sit quando relinqueretur vsus ex prædio *Bald. in l si mulier. n. 2. C. de iur. dot. per tex. in l. donationes. §. species. ff. de donation. Ias. in l. cum hi. §. si vni. ff. de transact. Alex. conf. 150. in princ. lib. 7. Cephal. conf. 158. n. 5. lib. 2.* cum alijs supra latius adductis c. 216.

Quare etiam recte fuit actum via executiua, cum pro legatis illa competat † *Ang. in §. illud. auth. de hæred. et falcid. post Glos. ibid. in §. nõ autem dabimus. in fin. in verb. decreto. Natt. conf. 625. n. 25. Ludouic. decis. Perusin. 23. n. 9.* vbi quod est verior opinio, & magis æqua *Crass. in §. legatũ q. 77.* vbi de cõmuni, † quod de plano procedit, quãdo non negatur testamentũ, prout in casu de quo agimus, *Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. n. 3. Roder. Soarez. in l. post rem iudicatam. notab. 7. vers. sextus casus. n. 6.*

n.6.de re iudic. Becc.conf.17.n.6.& 7. & multis comprobaui *decif. . . & ibi etiam in addition.*

Maxime quia sumus in relicto ob causam studij, quod dicitur pium, & fauorabile, † & æquiparatur causæ piæ, & doti, & habet multa priuilegia, de quibus per *Doctor. in l.1. ff. solut. matrimon. Tiraq. de priuileg. piæ caus. in præfation. vers. item relictum in causa studij*. Itaut non sit considerandum, quod dicebatur exaduerso de legato facto caduco, cum huiusmodi legata pia non deficiant, † quamuis fiat caduca idem *Tiraq. ibid. priuil. piæ caus. 38. post Bart. in l. pater seuerinam. de condit. & demonstr. Firman. de episcop. lib.4.p.4 n.81.*

46

47

An autem in casu nostro requiratur cautio, erit alterius inspectionis, & quidem libri non omnino consumuntur vsu, sed præstant eorum vtilitem sine consumptione, † Ideo proprie vsus cadit in libris, vnde pro tali vsu, & vsufructu semper erit præstanda cautio de studendo *Salic. in l. filia cuius. col.5. ad fin. n.15. C. famil. ercifcund.* saltem per quinquennium, quando pater legat libros filio studenti, & quinque anni saltem requiruntur *Bald.* in terminis *conf.284. in fin. lib.2.* Vbi etiam, quod volenti studere in legibus, non obest, † quod sit Magister in artibus, cum hoc valde conferat ad scientiam legalem, vt habemus exempla *Io. & Iac. de Rauenn.* qui fuerunt Magistri in artibus. Et quando cautio sit danda per vsufructuarium † *Iaf. in l.1. n.11. C. de procurat. Seraphin. priuileg. iuram. 18. n. 43. Caualcan. de vsufr. n.149. f.321. Barbof. in l. diuortio. §. interdum. n.27. ff. solut. matrim.* de quo etiam dicam infra *in capite particulari*, vbi quoque de restitutione librorum, quam non tenebitur facere frater doctor alijs fratribus, † sed tantum dare æstimationem, ne illi fiat præiudicium propter affectionem, & memoriam, quam in eis habet, & hic est vnus ex casibus, in quo aliud pro alio solui potest *Iaf. in l.2. §. mutui datio. n.9. vers. octauo fallit. ff. si cert. petat. Salic. in d. l. filia cuius. n.14. in fin. Asin. de execution. §.7. c.141. fol.205.*

48

49

50

51

Ex prædicta ratione certitudinis factæ per legem de rebus incertis, alias etiam dixi in casu occurrenti, quod res æstimatæ in dotem datæ pro æstimatione declaranda per duos amicos, † qui postea nunquam fuerunt electi, non erunt reddendæ à marito, qui illas recepit, cum solum possit cogi ad præstandam iustam æstimationem dictarum rerum, Nam ex huiusmodi pacto constat mentem partium fuisse, vt res dotales essent æstimatæ, & illarum æstimatio redderetur, Vnde huic conuentioni erit standum, quamuis enim de prædicta æstimatione non constiterit per declarationem hominum electorum ad illam faciendam, Tamen de ea constat per declarationem legis, quæ semper est certa, de his, quæ per naturam rerum sciri possunt, quod erit vtile ad sciendum, an re perempta debeatur æstimatio, vel si res est meliorata, aut effecta pretiosior, quæ non erit restituenda, sed eius æstimatio, dabitur secundum quod valebat res ipsa tempore datæ dotis, quasi videatur facta æstimatio per legem ex tunc, quæ tunc erat certa, non prout reddebatur certa exnunc, adeo vt ex hoc possit retrotrahi æstimatio, & conditio ad tempus traditionis ita declarat *Socin. conf.47. stantibus suprascriptis. col. penult. in fin. n.8. vers. immo fortius alias fuit consultum. lib.1. & conf.60. in causa dominæ. col.1. ad med. lib.3. post Bald. Nouell. in l. æstimatæ. 51. ff. solut. matrimon. Ludouic. conclus. 10. ampliat.2. col.2. Garf. Mastrill. decif. 149. n.15. p.2. Socin. Iun. conf.141. n.9. lib.1. Couarr. practicar. quæst. c.28. in princ. vers. primum etenim. n.1. Purpur. in l. ex conuentione. n.34. C. de pact.* vbi refert *d. conf. Socin. 57. lib.1. Rimin. Iun. instit. quib. alienar. licet vel non. in princ. n.59. cum seq.*

52

53

Et confert, nam quamuis alias collato pretio in arbitrium tertij corruat contractus emptionis illo † non arbitrante *l. fin. C. de contrah. empt. §. pretium. instit. de empt. & vendit.* Secus tamen est fauore dotis, tunc enim tertio non arbitrante recurritur ad arbitrium alterius boni viri, † & sic à persona receditur, neque corruit dotis restitutio *Bald. in l. vltim. ad fin. vers. pone declaratio. n.10. C. de senten. quæ sin. cert. quantit. Crot. in l.1. n.44. ff. solut. matrim. Iaf. in l. si quis arbitratu. n.10. & ibi Socin. n.27. ff. de verb. obligat. Bald. Nouell. de dot. priuileg. 6. n.1. p.6.*

54

55

Neque obstat *Curt. Iun. in l. ex conuentione. n.8. vers. vltimo pro nunc adde. C. de pact.* † vbi requirit æstimationem esse certam ad hoc, vt faciat emptionem etiam in dote, cum aliud sit in æstimatione incerta iuxta doctrinam *Bart. in l. si vt certo. §. nunc videndum. in fin. ff. commodat.* Quia contraria opinio est verior *ex supra allegatis*, quando æstimatio dotis fuit collata in arbitrium tertij, & communes amicos, quidquid aliud sit, † quando esset remissa in arbitrium ipsius mariti, & sic in voluntatem alterius contrahentium, quo casu contrahentes non adstringuntur; & ita procedit opinio *Curt. Iun. & aliorum*, prout declarat *Rimin. Iun. instit. quib. alien. lic. vel non. in princ. n.64. post Fulgof. in l. in vendentis. 13. & ibi Castr. n.2. C. de contrab. empt.* Quamuis de prædictis dubitet, & contrarium sequatur *Barbof. in l. æstimatis. 51. n.2. & 3. ff. solut. matrim.*

56

57

Præterea quidquid sit de prædicta distinctione, verior est opinio, quod quando pretij quantitas vel definitio est collata in alterius arbitrium, Tunc † illo non arbitrante succedit alterius boni viri arbitrium ad æstimationem faciendam, & æstimatio faciet emptionem fauore dotis, vt res sit periculo mariti non vxoris, prout fuit in casu, de quo agimus, Cum aliud sit, quando definitio pretij, & æstimationis in nullius arbitrium fuit collata, & ita procedunt contraria iuxta distinctionem, de qua per *Couarr. pract. quæst. c.28. col.7. ad med. vers. sed huic septimæ declarationi. n.7.* Vnde si dictum sit in contractu res tradi æstimatas nulla definita quantitate

58

tate æstimationis non efficietur emptio, neque re perempta debebitur æstimatio prout ita loquitur *Curt. Iun. in d. l. ex cautione. n. 7. C. de pact.*

Sciendum est tamen, quod licet in dote sit specia-
59 liter constitutum, † vt possit recurri ad arbitrium boni viri non arbitrante eo, in cuius arbitrium fuit collata declaratio *l. 3. C. de dot. promiss. cum alijs supra allegatis.* Tamen hoc non habebit locum in augmento dotis, si quis enim dotis nomine promiserit mille, & quod amplius fuerit Titius arbitratus, non est recurrendum
60 ad arbitrium boni viri ipso non arbitrante, † & per consequens augmentum dotis non debebitur *Castr. cons. 11. viso dicto libello. col. 2. post med. vers. quantum ad secundum lib. 1.* quem sequitur *Curt. Iun. cons. 36. n. 11. Soc. Iun. cons. 35. in fin. n. 18. lib. 1. Roland. de lucr. dot. q. 88. n. 4. tom. 9. f. 385. Phanuc. eod. tit. post princ. in verb. restituenda. n. 41. ad med. vers. & in hac materia. tom. 9. f. 412.* Et multum notandum ob frequentiam similium casuum dicit *Socin. Inn. in l. ita stipulatus. n. 94. ff. de verb. obligat.*

Ratio differentiæ est, quia in dote receditur à persona arbitratoris, & recurritur ad arbitrium
61 boni viri, † ne vxor remaneat indotata, cum etiam dos possit declarari pro modo facultatum, & ratione personarum *l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. l. si filia. de legat. 3.* Aliud est in augmento dotis, quod si non debeatur, non ex hoc facit, vt vxor possit dici remanere indotata, & sic in augmento cessat ratio illa, quæ fauore dotis recipitur, Maxime si conditio personæ non plus exposcat, quasi sufficiat dotem fuisse congruam absque augmento prout in istis terminis loquitur *Castr. d. cons. 11. n. 3. ante fin. lib. 1.*

Neque aduersatur *Menoch. cons. 93. n. 44. & per*
62 *tot. lib. 1.* vbi contrarium tenet, † præsertim quia priuilegium concessum doti habet etiam locum in augmento *l. etiam. C. de iur. dot. §. illud. auth. de æqualitat. dot. Roland. de lucr. dot.*
63 *q. 100. Ceph cons. 156. n. 25. lib. 2.* † Quia stante diuersitate rationis supra allegata non arguitur de dote ad augmentum, nec è contra, prout considerat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 12. tit. 26. n. 7. & 8.* vbi concludit ita tenendum esse contra *Menoch.* Maxime cum aduersus eum sit magis communis opinio, vt testatur *Ipsemet Menoch. d. cons. 93. n. 49. & 50. lib. 1.*

Et quamuis vxor non esset sufficienter dotata, ni-
64 si augmentum declaretur, † Tamen poterit peti supplementum congruæ dotis, non quidem vigore promissionis, quæ fuit incerta, sed ex iure communi, secundum quod est constituenda dos pro modo facultatum, & natalium viri, & vxoris, prout in specie declarat *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuention. lib. 12. tit. 26. n. 9.* Præsupposita enim congrua dote, dictum augmentum non debebitur deficiente arbitrio, in quod fuit collata eius declaratio *Castr. d. cons. 11. n. 3. ante fin. lib. 1.*

Et quoniam de augmento dotis locuti sumus notandum est pro additione eorum, quæ dicta sunt supra *c. 171. n. 22. cum seq.* quod iuxta ibi tra-
65 dita † verius est, vt vxor secundo nubens non censeatur dare augmentum dotis factum sibi à primo viro, cum illud sit donatio propter nuptias, vt late *per Natt. Albens. Aym.* & alios, de quibus *Surd. cons. 196. n. 19. vsque ad n. 24. lib. 2.* quod etiam voluit *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 20. c. 4. n. 5. cum seq. & latius lib. 12. tit. 26. n. 10.* Vbi concordat opinionem contrarium sequentium, vt loquantur in augmento, quod ita accedit doti constitutæ,
66 vt † intelligatur eadem dos, non alia, quando videlicet fuisset aucta dos ex parte vxoris, hoc enim casu quod dicitur de dote trahitur ad augmentum, & ita loquitur *Ruin. cons. 53. n.*
67 *27. lib. 2.* † Cum aliud sit in augmento facto à marito, quod non est proprie augmentum, sed potius donatio propter nuptias, ideo non est verè dos, sed ab ea distinguitur tanquam quid diuersum, Vnde non mirum, si non censebitur datum secundo viro *Natt. cons. 571. n. 2. & 9. & cons. 253. n. 7.* cum alijs per *Surd. d. cons. 196. n. 19. lib. 2. Cephal. cons. 613. n. 5. lib. 4. Aym cons.*
68 *880. n. 4. lib. 5.* † Quamuis in augmento dotis inæquali, & in eo quod à viro ignobili datur vxori nobili, quod non sit donatio propter nuptias, sed dos, vel donatio remuneratoria concludat late *Honded. cons. 48. n. 9. vsque ad n. 17.*
69 *lib. 1.* † Et quod de consuetudine hodie istæ donationes propter nuptias non dentur, & dotes sine illis constituantur multa *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 20. tit. 4. n. 15. & 16.* vbi tamen requirit probationem talis consuetudinis loci, de quo agitur *Aym. cons. 462. n. 7.* prout regulariter consuetudo tanquam quid facti est probanda cum qualitatibus requisitis, & in eo actu, & casu, de quo agitur, & in specie, non in genere, quasi illa sit stricti iuris, quæ non trahitur de persona ad personam, neque de loco ad locum, nec de re ad rem late *Menoch. cons. 226. n. 38. vsque ad n. 44. lib. 3.*

EPITOME.

Donatio omnium bonorum, vel maioris partis an arguat donationẽ simulatam. ¶ Et quid stante coniunctione sanguinis, & quando donans remansit in possessione rerum donatarum. ¶ Et quid in hoc operetur constitutum, aut iuramentum. ¶ Et de alijs præsumptionibus, & clausulis insolitis indicantibus contractum simulatum. ¶ Et an sufficiat vnica, coniectura, vel requiratur probatio perfecta, & plena. ¶ Causa & species simulationis quando sit probanda, & sit necessaria oppositio. ¶ Et an debeat interuenire à principio contractus, & quid si postea cessauit. ¶ Statutum an possit tollere simulationem, & an detur recursus ad iudicem ecclesiasticum. ¶ Simulatio quando reddat contractum ipso iure nullum.

SVM-

SVMMARIVM.

Stephani Gratiani

CAPVT CCLV.

Simulationem contractus dicebatur esse perfectè probandam, non autem per praesumptiones, coniecturas, aut verisimilia iuxta *cons. Castr. 261. visis & ponderatis. col. 2. in princ. vers. non obstat quod producuntur. lib. 2. & cons. 388. plus quatuor modis. in fin. lib. 1.* Quasi allegans simulationem habeat praesumptionem iuris mandantis † standum esse instrumento publico *l. cum precibus. C. de probat.* Nam qualis est contractus in prima sua figura, talis praesumitur in sui essentia † *Bal. in c. 1. in princ. vers. dico ego tenere. de feud. dat. in vicem leg. commissor. & in l. 3. C. plus valer. quod agitur.*

Contrarium tamen Dixi verius esse, Nam difficile est, vt quae claneulum, & occulte fiunt, & callidè, ac simulatè tractantur, possint probari directè esse simulata, † Quare permissa est probatio per legales coniecturas, & praesumptiones, quae haberi debent pro liquidissimis probationibus *l. si tutor. C. de peric. tut. l. licet imperator. de legat. 1. Castr. cons. 58. visis bis qui superius. col. 2. in princ. vers. restat respondere. n. 3. & cons. 319. visis & examinatis omnibus. col. 2. in fin. n. 3. lib. 2. cum alijs per Mascard. conclus. 438. n. 7. vsque ad 11. & conclus. 1124. n. 11.* late *Tiraq. de retract. conuent. in praefat. n. 36.*

Prout generale est, quod in his, quae fraudulenter fiunt non solum sufficiant coniecturae, sed etiam admittantur leues praesumptiones *Castr. cons. 109. visa petitione praedicta. col. 2. in princ. vers. tum quia hoc non est magni praeiudicij. lib. 2. per text. in l. si maritus. §. fin. ff. qui & à quib. l. 4. §. ab ignoto. ff. de manu. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Alex. cons. 54. circa primū. col. 1. vers. nam ad probandū. lib. 6. & cons. 24. animaduersis. col. 2. in fin. vers. sed praemissis non obstātibus. n. 6. lib. 2.* per theoricā *Feder. cons. 118. incip. nulli dubium est. post Innoc. & Hostien. in c. super eo. quod met. caus. Dec. cons. 443. in casu proposito. col. 3. n. 14.* Quemadmodum etiam in clandestinis, & similibus fraudulētis actibus probationes imperfectae coniunguntur, quae alias non coniungerentur *Alex. d. cons. 24. col. vlt. lib. 2. Butr. in c. veniens. il primo. de testib. Dec. in c. cum causam. col. 3. vers. & ista conclusio. de probation.* prout admitterentur testes singulares, sicut in alijs, in quibus sufficiunt coniecturae, & inditia *Paris. cons. 57. n. 49. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. in praefat. n. 38. in fin.*

Non obstant contraria, Quia procedunt in coniecturis hominum, quae non sufficiunt ad probandam simulationem, secus in praesumptionibus iuris, & legis, † quae habentur pro euidentissima probatione, cum aliter istae fraudes non possint probari tanquam factae in occulto, Vnde meritò secundum subiectam materiam debet admitti probatio, qualis de sui natura potest haberi, vt declarat *Bald. cons. 21. punctus quaestionis vertentis. col. 2. ad fin. n. 3. lib. 4. Aym. cons. 145. n. 2. post med. vers. quod tamen circa. Bursat. cons. 175. n. 13. lib. 2.*

Nec tacit, quod de scriptura publica dicatur

6 noli me tangere, quasi præsumptio sit pro eius veritate; Quia obijciendo simulationem nihil opponitur scripturæ, Nam scire scripturam non est solum verba eius legere, sed vim, ac potestatem tenere *l. scire leges. ff. de legib.* Et sicut est vera scriptura Aesopi, & Fulgentij, sed non est vera fabula, Ita plerumque vera est scriptura, & verum est, quod fuit asserta causa, tamen enunciatio causæ alium sensum habet, vt notatur in *l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact.* & ideo bene opponitur simulatio, prout declarat *Bald. cons. 249. super libris thesauraria. in fin. lib. 1.*

Quæ autem debeant esse huiusmodi coniecturæ, & præsumptiones dicendum est, vnam ex illis attendi, quando pater donat ad fauorem filiorum, quasi de eis multum possit confidere *l.*
7 *theopompus. de dot. prælegat.* † prout istam coniunctionem sanguinis pro simulatione considerat *Dec. cons. 659. conclusionem. n. 2. Aym. cons. 82. n. 5. Natt. cons. 443. n. 10. post Bald. in l. si quis posthac. C. de bon. proscriptor. Ancbar. cons. 251. ex his quæ superius sunt narrata. col. 2. Becc. cons. 52. n. 55.* Et ad probandam simulationem donationis vtitur etiam hac ratione *Bal. cons. 70. apparent. lib. 1.* vbi, quod ratio naturalis suadet cõfidere coniunctis, & amicissimis, prout videmus hoc fieri à communiter accidentibus *per tex. in d. l. theopompus. vers. cuicunque amici mei & cognati approbabũt. ff. de dot. præleg. Cuman. cons. 155. antognolus. n. 4.* vbi, quod sicut inter coniunctos præsumitur fraus, ita magis est præsumenda fiducia, & simulatio *Soc. cons. 264. n. 2. vers. tertio arguitur. Aym. cons. 82. n. 5. Afft. decis. 370. n. 14. Ruin. cons. 130. n. 7. lib. 1.* Et passim ex qualitate personarũ actus præsumitur simulatus *Bal. cons. 248. hac materia. lib. 1. & cõs. 354. instrumentum. lib. 2. Aym. cons. 142. n. 18.*

Intellige quando tempore donationis præcedebat causa, ex qua donator potuerit moueri ad fa-
8 ciendam donationem simulatam, † tunc enim hæc præsumptio ex coniunctione resultans recipienda est, Nam alias sola proximitas non sufficeret, Ita declarat *Bart. in l. post contractum. col. 2. in fin. vers. secunda præsumptio. n. 3. ff. de donation. Tiraq. de iur. constit. limitat. 9. n. 8. ad med. vers. & ex ea colligi. Honded. cons. 46. n. 16. lib. 1. Rota coram R. P. D. Penia. Romana bonorum. 28. aprilis. 1595. vers. ad hunc modum simulandi. in fin.*

Et est ratio, quia vt dicatur contractus simulatus
9 probari debet causa, † & species ipsius simulationis *Bart. cons. 65. n. 3. lib. 1. Becc. cons. 52. n. 27. Castr. in l. iuris gentium. §. dolum. ff. de pact. Dec. cons. 548 n. 6. & cons. 463. n. 8. Natt. cons. 537. n. 33.* Quia deficiente causa simulationis deficit etiam simulatio; Itaut allegatio causæ debeat esse certa, sufficiens, & verisimilis, adeo vt neque sufficiat probare causam simulationis simpliciter, nisi etiam probetur, quod ab initio
10 contractus interuenerit, † non enim satis esset, si ex post facto id ageretur *Alexan. cons. 29. clarissime doctor. col. 7. ad med. vers. præterea ad hoc vt quid dicatur. n. 19. lib. 7.* Vbi, quod est multum notandum, post *Bald. in l. vnic. col. vlt. post med. vers. illud tamen. n. 19. q. 10. C. si seru. exter.* & menti tenendum dicit *Natt. cons. 628. n. 20. col. vlt. in fin. vers. amplius est dicendum.* & declarat etiam *Castren. cons. 173. præsuppositis his de quibus. col. 1. lib. 1. & in l. pacta nouissima. 12. col. vlt. ad med. n. 7. C. de pact.* cum alijs per *Natt. ad Alex. d. cons. 29. in verb. quod partes. lib. 7.* late *Rimin. Iun. cons. 83. n. 18. lib. 1. Addit. ad Bald. in l. ab anastasio. in fin. in verb. vltimo. C. mandat.* & multos adducit *Bertazol. cons. criminal. 230. n. 7. lib. 1. Roland. cons. 47. n. 29. lib. 4. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 35. n. 6. in fin.* Cum etiam
11 pactum, † quod sequitur non inducat simulationem *l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. Decian. cons. 62. n. 7. lib. 3.* Ex tractatu enim præcedenti magis declaratur contractus simulatus, quam ex subsequenti *Tiraq. de retract. lignag.*
12 *§. 1. glos. 14. n. 24.* † Quamuis simulatio comprobaretur à priori, & a posteriori, & ab vtroque simul, hoc est ab ijs, quæ prius, & posterius gesta sunt *Bald. in l. multum interest. n. 2. C. si quis alter. vel sib. Aym. cons. 476. n. 6. Rota coram Card. Seraphino. Romana extinctionis. 7. nouembris. 1584.* quam refert, & sequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13.*
13 *tit. 35. n. 18. ad fin.* † Vbi etiam, quod licet ex pacto subsequenti non inducatur simulatio, Tamen ex tractatu præcedenti, & effectu subsequuto secundum tractatum recte probabitur *Bart. in l. pacta nouissima. n. 1. C. de pact. Decian. cons. 62. n. 3. lib. 3.*

Prædicta tamen sunt declaranda, quando esset oppositum, & petitum allegari causam, & speciem
14 simulationis, † nam aduersario non opponente, neque petente fieri huiusmodi declarationem, non esset locus prædictis *Salic. in l. ab anastasio. 21 in fin. vers. item dixit. n. 5. C. mãdat. post Bal. ibid. in fin. vers. vltimò sume. n. 6.* Exẽplo intentantis vim turbatiuam, † qui debet exprimere
15 modos turbationis, si hoc aduersarius declarari petat *Innoc. in c. licet causã. de probat.* Cũ enim simulatio pluribus modis fiat, debet declarari
16 per eum, qui illã allegat, si pars opponat, † prout etiam sequitur *Honded. cons. 46. n. 27. lib. 1. post Veron. de simulat. contract. præsumption. 26. n. 89. vers. & si agens. Bursat. cons. 175. n. 14. lib. 2. Rim. Iun. cons. 83 n. 19.* vbi multis similibus cõprobat, Vt in excipiente de excommunicatione, qui debet opponere de specie excõmunicationis *c. 1. de except. in 6* cũ alijs per *Bero. cons. 137. n. 31. lib. 2. Castr. in l. iurisgentium. §. dolo. ad fin. n. 2. de pact. Vrsil. ad Afft. decis. 60. Mascard. cõcl. 448. n. 5 Bal. et Salic. in l. ab anastasio. C. mãd.*

In prædictis tamen est notandum, quod si causa si-
17 mulationis præcessit donationem, † & ante eam cessauit, & euanuit: non poterit per talẽ causam probari simulatio *Rot. corã R. P. D. Bubalo decis. 52. lib. 1. in manuscrip.* quam sequitur *Card. Mant. de tac. et ambig. conuent. lib. 13. tit 35. n. 7.*

Secunda coniectura simulationis sumitur ex dona-
18 tione omnium bonorum, † per quam etiam fraus argui solet *l. omnes. § lucius. ff. de his quæ*

in

in fraud.credit. Bart.in l.post contractum.n. 2. vers.& prima est præsumptio.de donat. Affl. decis. 370. n.13. Vbi ampliat ad donationem maioris partis bonorum, † quem sequitur *Rot. coram R.P. D. Penia. Romana bonorum. 28. aprilis. 1595. vers. tum prætereà quia erat. Dec. cons. 659. conclusionem in casu proposito.n.3. Paris.cons.53.n.17.lib.1.post Bald. in l. 1. q.3. C.si quid in fraud.patron. Alex.cons.55.lib.1. Honded.cons.46.n.17.lib.1.* † Quasi non sit verisimile, quod aliquis velit se omnibus bonis priuare, & in necessitate constituere, cum hoc non sit solitum fieri *Becc.cons.52 n.77.*

Maxime si in huiusmodi donationibus adijciantur clausulæ insolitæ, quæ magis simulationem inducunt † *Ancbar.cons.257.in fin. Paris.cons. 55.n.51.lib.1. Bald.in c.1.de feud.dat.in vic. legis commis. & in l.si quis sub conditione. ff. de condit.instit. Soc.cons.90. n.6.lib.3. Natt. cons. 198.n.13.cum seq.* † & de clausula non reuocandi ob vitium ingratitudinis, neque per superuenientiam liberorum, & de promissione euictionis, quæ in donationibus non consueuit apponi, quod per ista arguatur simulatio, concludit *Rot.coram R.P.D. Penia. Romana bonorum. 28.aprilis.1595.* † & de clausulis insolitis, quod arguant simulationem est *tex.in l.qui testamentum. & l.non tantum. de probat. Felin. in c.2. n. 17. vers. & ista procedunt. de rescript. Mascard.conclus.440.n.5.*

Tertia præsumptio simulationis colligitur quando quis remansit in possessione † rei alienatæ *Bart. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluit. Paris. cons. 54. n. 71. lib. 1. Felin. in c. si cautio. 14. n.68. col. 20. ad med. vers. vltimo in hac materia. de fid. instrum. Dec.cons.234. in casu magnifici. col.2. post princ. vers. tertia præsumptio. & cons. 659. conclusionem.n.3. Bald.cons.70. n.3. cum sequen.lib.5. & est tex.in d.l.sicut.§.superuacuum. ff. quib.modis pign. vel hypoth. soluit.* quem esse notum omnibus procuratoribus curiæ, ne dum aduocatis dicit *Bald. cons. 268. super primo puncto. lib.5. Mandos.ad Roman.cons.246.in verb. præsumatur. in fine.*

Amplius neque sufficeret constitutum ad tollendam huiusmodi simulationem, † tunc enim per illud excluditur simulatio, quando non constaret de causa simulandi, si enim de ea appareat corruit constitutum cum omnibus accessorijs, corruente principali donatione, & omnia præsumuntur simulata *Bald.in l.illud.n. 16.C.de sacros.eccles.* quem sequitur *Rot. coram R.P.D. Penia. Romana bonorum. 28. aprilis. 1595.col.2.ad med.vers.ad responsionem vero.* & voluit late *Honded.cons.46. n.29. lib.1.* Cum enim † vltra continuationem possessionis vigent aliæ rationes, & causæ præsumendi simulationem, semper simulatio præsumitur non obstante constituto *Roman. cons. 246. clarissime assessor. n. 1.* & ibi de communi opinione testatur *Mandos. in verb. in fraudem. & in verb. adminiculis. Natt. ad Alexan. cons. 28. in causa & lite. in verb. constituerit se precario. lib.5. Curt.Iun.cons.210. col. 2.* late *Tiraquel. de iur.constit.limit.9.n.7.& 8. Aym. cons. 156.n.10.*

Immo neque etiam renunciatio facta per donantem beneficio simulationis, † & circunuentionis operabitur, cum etiam ex ea magis augeatur simulatio *Bal.in l.3.in princip. vers. quid si in instrumento. C.plus valer. quod agitur. Rol. cons.40.n.39. lib.2. Natt. cons. 198. n.15. Rot. coram R. P. D. Penia. Romana bonorum. 28. aprilis. 1595.* Itaut neque iuramentum operetur, † vt non possit opponi huiusmodi exceptio simulationis, quasi deficiat consensus, quo casu iusiurandum non obligat *Cardin. in c.ad nostram.in fin. n.3. vers. secundo quæro. de empt. & vendit.* late *Seraphin. priuil.iuram.59. n.8. ad fin. vers. contrariam tamen partem.* cum alijs *per Honded. cons. 46. n. 35. vsque ad n. 38. lib. 1.*

Ex istis colligitur constare de simulatione contractus in casu, de quo agebamus, cum concurrant omnia, de quibus in supradictis coniecturis, non obstante, quod prætendatur non constare plene de causa, & specie simulationis, Cum immo de ea clare appareat, vt testes omnes probant, circa quorum exceptiones infra videbitur, an sint admittendæ, Vltra quod neque ista requirerentur, cum non fuerit oppositum declarari speciem simulationis, iuxta ea, quæ adducta sunt supra *vers.prædicta tamen.* † Itaut etiam in probanda huiusmodi simulatione sufficiat vna præsumptio, aut coniectura, Quidquid aliud sit in probatione contractus simulati, & fœneratitij simul, in quo requiruntur duæ, vel tres, vt concludit *Mascard. conclus. 438. n. 11. Aym.cons.156. n.6. vers. & quod ista vnica. Castr.cons.74.in causa mota. col.penult.post med.vers.non obstat si dicatur. lib. 2.* † Et de varijs coniecturis ad probandum contractum simulatum multa adducit *Mascard. concl. 438. vsque ad concl.449.*

Vnde neque erit dubitandum an contractus sit ipso iure nullus, cum simus in vera, & propria specie simulationis, † quæ contractum simulatum reddit, quando, prout in casu nostro, contractus fit propter aliquam causam effugiendam, sed de mente contrahentium est, vt nihil agatur *Castr.in l.precibus.C.de probat. Salic. in l.1.C.plus valere quod agitur. Socin. cons. 264. visis.col.3.in princip. vers. circa secundam quæstionem. n.3. & 4. lib. 2.* † Itaut hæc species simulationis reddat contractum ipso iure nullum, adeo vt ex eo† iure actio non competat *Iasin l.cum ea.n.8.C.de transact.* late *Becc. cons.52.n.35. Honded.cons.46. n.9.& 10. lib.1.* Quidquid enim alias ex contractu inutili trāsferatur dominium, † Tamen non oritur aliqua obligatio, cum non possit oriri obligatio, nisi ex contractu legitimo, dominiū autē potest transferri ex cōtractu putatiuo, Nā proprie loquēdo

non transfertur ex contractu, sed ex consensu propter contractum; ita quod causa immediata, idest consensus in translatione dominij sit sufficiens ad transferendum dominium non obstante, quod causa remota ipsius dominij sit inualida, vel nulla, vt declarat *Bald. in l. multum.6. in fin. vers. vltimo quaesit.n.14.C.si quis alter. vel sibi*.

Quibus adde, quod neque statutum posset remouere exceptionem simulationis, † itaut propter iniquitatem huiusmodi statuti detur tunc recursus ad Iudicem ecclesiasticum, & ad subsidium catholicae Ecclesiae, prout in specie concludit *Bald. in l. vlt. §. in computatione. in fin. vers. statutum enim debet intelligi. n. 17. C. de iur. deliber. Afin. in prac. §. 31. c. 37. n. 2.* quod etiam voluit *Felin. in c. ex parte. 13. col. 5. in fin. in 12. fallen. n. 13. & col. vlt. in fin. vers. vltimum remedium. de offic. delegat.* Vbi † ex hoc concludit, quod destitutus omni exceptione conquaeratur apud Iudicem ecclesiasticum per viam denunciationis euangelicae porrigendo ei libellum, quod simulate, & cum peccato petitur id, de quo est controuersia, semper enim vbi tollitur probatio, & ex hoc oritur peccatum, audiendus est, qui adit ecclesiasticum, † Cum etiam propter iniquitatem statuti secularis recurratur ad ecclesiam *Butr. in c. cum ioannes. de fid. instrument. Bald. in auth. clericus quoque. n. 4. vers. adde secundum. C. de episcop. & cleric. Archid. in c. hoc videtur. 22. quaest. 4.* † Quidquid aliud sit in statuto, quod non tollit simulationem, sed solum remouet executionem assignando certum terminum ad probandum, assignatio enim istius termini non dicitur iniquitas, sed iustitia positiua *Bald. in l. vlt. §. in computatione. in fin. C. de iur. deliber.* † Et quando ratione peccati ecclesiasticus sit Iudex laicorum latè *Menoch. de arbitrar. cas. 69. in addit. n. 39. cum seq.*

34 35 36 37 38

EPITOME.

Adiectio loci quando censeatur apposita demonstratiue, vel taxatiue in legatis, donationibus, & similibus dispositionibus. ¶ Et quid in dubio sit censendum. ¶ Appellatione rationis bancharia quid veniat, & quando illius donatio extendatur ad lucra futura ad fauorem donatarij, & possit dici vniuersalis, vel particularis, vt sciatur ad quem solutio debitorum spectet. ¶ Nomina debitorum an veniant in donatione omnium bonorum, quae quis habet in tali loco. ¶ Legatum soluendum ex fructibus talis rei quando sit praestandum, si fructus non extent, & onus probandi illos non extare ad quem pertineat. ¶ Subreptio quando noceat in ijs, quae sunt expressa circa qualitatem beneficij, seu in litteris iustitiae causa demonstrationis, vel limitationis. ¶ Mutuum deducens in rescripto an possit postea agere ex alia causa. ¶ In adimendo legato an consideretur, quod illud fuerit relictum taxatiue, seu demonstratiue. ¶ Tempus adiectum substantiae legati, quando faciat conditionem, & impediat transmissionem. ¶ Numeri appositio an dicatur esse loco demonstrationis, seu dispositionis. ¶ Venditio fundi cum dolijs tot quae ibi reperiuntur quomodo sit intelligenda, si dolia non adsint. ¶ Pensiones super fructibus beneficiorum an dicantur impositae demonstratiue, vel taxatiue. ¶ Hypotheca tam generalis, quam specialis an inducatur per verba super, vel similia. ¶ Legatum de pecunia existente in certo loco, seu apud talem quando sit debitum, si ibi non reperiatur. ¶ Et multa alia ad intelligentiam eorum, quae occurrunt in varijs dispositionibus taxatiuè, vel demonstratiuè loquentibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum est praestandum quamuis illius solutio designetur ex certo loco, ex quo non possit solui, si locus est adiectus causa demonstrationis, non taxationis.*

2 *Donatio circumscripta certo loco, vt valeat nec ne, attenditur coniecturata mens donantis an adiectio loci fuerit apposita demonstratiue, vel taxatiuè.*

3 *Donatio quando censeatur vniuersalis, vel particularis, si fiat de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac iuribus, & actionibus certi loci.*

4 *Verba omnia & singula, ac quaecunque bona faciunt dispositionem vniuersalem.*

5 *Iura & actiones nullo loco possunt circumscribi.*

6 *Nomina debitorum non veniunt in donatione omnium bonorum, quae quis habet in tali loco.*

7 *Nomen banchum, chalendarium, mensa, & similia continent vniuersitatem, sicut haereditas, & dos. Et quid veniat appellatione rationis banchariae. n. 8.*

9 *In donatione rationis banchariae omnia lucra futura spectant ad donatarium, Maxime stante constituto. n. 10. Amplia quamuis fuerit donata praesens ratio banchariae. n. 11. Et de ratione. n. 12.*

13 *Donatio rationis banchariae censetur vniuersalis, si donator non possidebat alia bona, quam illa, quae in loco descripto donauit.*

14 *Onus probandi incumbit asserenti eum qui donauit habere alia bona.*

15 *Praesumendum est potius pro paupertate, quam pro diuitijs.*

16 *Donatio quando futura comprehendat, & ex quibus verbis dicatur vniuersalis.*

17 *In donatione generali solutio debitorum spectat ad donatarium, secus in particulari. n. 18.*

19 *Appellatione bonorum quando veniant onera, & debita in diuersis dispositionibus.*

Verba

20 *Verba in dubio censentur potius apposita causa demonstrationis, quam taxationis. Et de ratione. n. 21.*

22 *Locus adiectus in executione, non in obligatione censetur potius demonstratiuè positus, quam taxatiue.*

23 *Legatum soluendum ex fructibus talis rei, quando sit præstandum, si fructus non extent.*

24 *Locus intelligitur causa demonstrationis, si de eo fiat mentio post orationem perfectam.*

25 *Onus probandi non adesse tot fructus qui sufficiant ad solutionem legati taxatiue relicti ad quem spectet. n. 26. & 27.*

28 *Qualitas taxationis, seu demonstrationis habet locum etiam in adimendo legato, quod non dicetur ademptum, quamuis testator exegerit debitum ex quo mandauerat illud legatum solui demonstratiue, secus taxatiue; Et quid in legatis pijs. n. 29.*

30 *Surreptio quando nō noceat in his quæ sunt expressa circa qualitates beneficij causa demonstrationis, seu limitationis. Et quid in litteris iustitiæ. n. 31.*

32 *Mutuum deducens in rescripto an possit postea agere ex alia causa.*

33 *Legans centum saccos frumenti percipiendos ex tali fundo dicitur facere legatum conditionale propter participium futuri temporis, ex quo videtur locus adiectus taxatiue. Ampliæ si adijciatur locus per relatiuum, & verbum futuri temporis. n. 34. Declara vt n. 36.*

35 *Conditione deficiente legatum quoque deficit.*

37 *Tempus adiectū solutioni, vel substantiæ legati an faciat conditionem, & impediat transmissionem.*

38 *Verba adiecta causa demonstrationis an referantur ad alias personas, quàm ad expressas, et mutent substantiam legati.*

39 *Taxatio per relatiuum quis vel qui an importet extinctionem legati, vel debeat fieri suppletio ex sequentibus annis. n. 40.*

41 *In debito annuo non attenditur, quod locus fuerit appositus sub conditione, & si fructus non sufficiunt pro primo anno fit suppletio ex sequentibus.*

42 *Pensiones super fructibus beneficiorum dicuntur impositæ taxatiuè, non demonstratiuè.*

43 *Verba vt portionarij in subsidium habeant regressum ad portiones fructuum, si titulares non soluunt singulis annis, an fructibus deficientibus sit aliquid soluendum.*

44 *Numerus appositus dicitur esse loco demonstrationis, non dispositionis.*

45 *Venditio fundi cum dolijs, quæ ibi sunt, quæ sunt octuaginta, intelligitur demonstratiuè, itaut non sit habenda consideratio minoris numeri. Intellige vt n. 46.*

47 *Numerus stat demonstratiuè, si venditor incipit à corpore, & postea subijcit numerum, limites, & confinia.*

48 *In venditione fundi in tali loco qui est decem iugerum, censetur venditus fundus qualis reperitur.*

49 *Hypotheca non inducitur si expressus fuerit fundus causa demostranda solutionis tantum, secus per modum specialis limitationis. n. 50.*

51 *Obligatio pignoris dicitur contracta, si quis dixerit mutua mihi centum super tali fundo, qui erit obligatus.*

52 *Dictio, super, quando inducat hypothecam generalem, vel specialem.*

53 *Assignatio super introitu gabellarum facit, vt ad introitus sint obligati. Intellige vt n. 54.*

55 *In legato mille aureorum ex fructibus talis ecclesiæ quando præstatio debeat fieri ex illo loco, & expectandi sint duo, vel plures anni, donec fuerit plenè satisfactum. Et quid in legato mensurarum vini ex tali fundo.*

56 *Obligatio in genere de certa quantitate fructuū, seu pecunia quando dicatur conditionalis. n. 57. & 58.*

59 *Si legetur certa quantitas, & postea illa mandetur præstari de pecunia existente in tali loco an debeatur legatum, quamuis pecunia ibi non reperiatur. & n. 60.*

61 *Legans centum ducatos restantes ex illis, quos habet Titius an faciat resolui legatum in relatiuum, & verbum præsentis temporis.*

62 *Relatiuum quis quando ponatur restrictiue, seu declaratiue tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. & n. 63.*

64 *Verba quibus locus continetur, ex quo fructus nasci debent quando obtineant vicem taxationis, itaut fructibus non natis hæres liberetur.*

CAPVT CCLVI.

Legato facto per testatorem, si deinde illius solutio designetur ex aliquo certo loco in diuersa oratione, Verius est, vt debeatur legatum ab hærede, 1 † quamuis ex loco designato non possit solui, quia locus ille videtur adiectus causa demonstrationis, non autem taxationis; Quidquid aliud sit, quando sub eadem oratione relinqueretur, tunc enim potius præsumendum esset locum apponi causa taxationis, ideo non existentibus fructibus in illo loco, hæres ad solutionem legati non compelleretur, Ista est communis distinctio Doctorum, quam approbat *Castr. cons. 338. quia exceptiones. col. penul. ad med. n. 3. vers. pro intellectu huius dubij. lib. 1. et in l. si fideicōmissum. 50. §. tractatum est. ad fin. n. 5. vers. tunc autem dicitur onus ff. de indic. Dec. cons. 182. in cōtrouersia. in princ. & cons. 323. consuluit accuratè. col. 1. ante med. vers. vndè succedit. Card. Mātic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 3. n. 20.* & latè sequitur *Rot. decis. 11. n. 8. & 9. de testam. in antiq.* & multis comprobat *Menoch. cons. 1162. n. 35. vsque ad n. 18. lib. 12.*

Idem est in similibus dispositionibus, Quamuis enim fiat donatio circumscripta certo loco, 2 † nempe Vrbis, & eius territorij, nihilominus pendet a coniecturata mente, an adiectio loci fuerit apposita causa demonstrationis, vel restrictionis, & admittitur distinctio superius

rius allegata, prout ill'am in specie comprobat *Rot. coram R.P.D. Orano. Romana bonorum. 10. decembris. 1593.* & late declarat *Io. de Amic. consf. 46. per tot. Bero. conf. 17. vol. 1.* latissime *Surd. de alim. tit. 4. q. 26.*

Stante praefata distinctione loci adiecti ob causam demonstrationis, vel taxationis dixit alias *Rot. in eadem decis. Romana donationis,*
3 quod donatio censebitur vniuersalis, non particularis, quando est facta de omnibus, & singulis, & quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus, omnibusque actionibus, creditis, & nominibus debitorum in Vrbe, & eius territorio sitis; Quamuis enim talis donatio fuerit circumscripta certo loco Vrbis, & territorij, tamen videtur potius locus adiectus causa demonstrationis, quam taxationis, & per consequens donatio erit
4 vniuersalis, non particularis; † Ratio est quia illa verba omnia, singula, & quaecunque bona mobilia, & immobilia faciunt non solum dispositionem generalem, sed etiam vniuersalem. *Bero. consf. 44. n. 5. lib. 2. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glos. 7. n. 26. in princ.*

Altera erat ratio, quia fuerunt donata omnia
5 iura, & actiones, † quae nullo loco poterant circumscribi *l. quaesitum. §. papinianus. de fund. instruct. l. uxorem. §. legauerat. de leg. 3.* Vnde in legato, aut donatione omnium bono-
6 rum, quae † quis habet in tali loco, non veniunt nomina debitorum, quasi tunc donatio loquatur de rebus circũscriptis loco *Bald. consf. 232. super infrascriptis. in fin. lib. 2. Corn. consf. 49. lib. 3. Ruin. consf. 155. in fin. lib. 3.* late *Tiraquell. de iur. primogen. q. 49. & in l. si vnquam. in verb. bona. n. 13. C. de reuoc. donat.* & latius *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n. 25. vsque ad n. 31.*

Addebatur, quia ex verbis generalibus eiusdem donationis censetur etiam comprehensa ratio bancharia si illam donans habebat, quae est quid vniuersale continens debita, & credita,
7 & negotia; † Istud enim nomen banchum sumitur, prout est nomen iuris, & significat negotiationem ipsam banchi, sicut dicimus de chalendario, mensa, & similibus, quae continent quandam vniuersitatem, prout haereditas, & dos, vnde comprehendet omnem substantiam, & veritatem banchi, & ipsius principia, & etiam illa, ex quibus potest colligi finis, an esse debeat lucrosus, vel damnosus, & omnia pertinentia ad vsum dictae negotiationis, vt late explicat *Castr. consf. 285. visis & ponderatis omnibus. colum. 2. ante med. vers. vnde notandum quod istud nomen. n. 3. lib. 1.* quem sequitur *Rot. in d. causa Romana bonorum coram R. P. D. Orano. 10. decembris. 1593. & in eadem causa coram R.P.D. Penia.*
8 *27. iunij. 1594.* † Vbi etiam, quod sub eadem ratione bancharia comprehenduntur non solum emolumenta, quae extabant tempore donationis, sed etiam futura, cum illud nomen banchi tanquam vniuersale sit aptum ex sui natura comprehendere futuras accessiones, & incrementa *l. grege legato. 21. ff. de legat. 1. §. si*
9 *peculium. instit. eod. tit.* † Vnde commoda inde prouenientia cedent donationi, & spectabunt ad vtilitatem donatarij, prout dicimus de haereditate, & similibus iuribus vniuersalibus *l. sed & si lege. 28. §. fin. l. quod si oues. 29. l. item veniunt. 21. §. item non solum. l. ancillarum. 30. ff. de petit. hered. Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 65. Io. Cop. de fruct. tit. 2. c. 1. n. 2. tract.*
10 *tom. 17. f. 140.* † Maxime si donans constituerit se possidere nomine eorum, quibus fuit donatum *Bald. in l. si traditio. 4. q. 9. n. 9. C. de act. empt. Alexan. in l. si seruum stichum stipulatus. 91. col. 2. in princip. in glos. in verb. non faciendo. ff. de verb. oblig. Tiraquell. de iur. con-*
11 *stit. p. 1. n. 73.* † Et quamuis donans praesentem rationem banchariam videretur donasse, nihilominus illa debet extendi ad futura emolumenta, cum subsequens ratio bancharia censeatur esse illa eadem, quae tempore donationis extabat *l. proponebatur. de iudic. Ias. in l. grege le-*
12 *gato. n. 1. ff. de legat. 1.* † Cum ex sui natura sit apta comprehendere omnes accessiones, & cuncta, ex quibus potest colligi principium, & finis illius, vt dictum est *Castr. consf. 285. n. 3. lib. 1. Imol. in d. l. grege legato. vers. & adde. Cyn. in l. fin. C. quae res pign. oblig. poss.*

Magis autem diceretur vniuersalis huiusmodi donatio, quando donator non possideret alia
13 bona, † quam illa, quae in loco per eum descripto donauit, cum enim dispositio in alio verificari non possit, in eo, quod fuit designatum verificabitur *l. 2. de liber. & posthum. & ibi Alex. in princip. n. 1. Angel. & Imol. in l. 4.*
14 *de legat. 1.* † Itaut asserenti eum, qui donauit possidere alia bona, incumbat onus probandi tanquam fundamentum intentionis suae; Cum etiam potius pro paupertate, quam pro diuitijs sit praesumendum, quasi illa sit qualitas
15 naturalis, † haec aduentitia *Glos. in l. si vero, §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. Surd. consf. 39. n. 11. Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. n. 94. & 95. Becc. consf. 205. n. 28. Alciat. praesumpt. 27. in fin. reg. 2.*

Neque obstaret, quod donatio non complectitur futura *Bart. in l. fin. de legat. 2. & in l. si ita. de*
16 *aur. & argent. legat. Bellon. consf. 5. col. 2.* † Quia non ex hoc potest dici, quod non sit vniuersalis, stante quod donans se restrinxit ad bona, quae habebat tempore donationis, cum etiam in istis vniuersalibus, sicut patrimonium, peculium, haereditas, dos, quae sunt nomina iuris, vel in istis collectiuis re, aut ex hominis dispositione, sicut grex, vel cum aliquis dicit omnes res meas mobiles cũ similibus non dicatur augeri singula corpora, sed augetur ipsa vniuersitas, & ipsum nomen, sicut econtra illud dicitur decrescere *Glos. in l. quod dicitur. in princ. in verbo dotis. ff. de impens. in reb. dotalib. fact.* & late explicat *Albert. Brun. de augum. conclus. 15. princip. n. 4. vers. & est aduertendum. tom. 17. f. 346.*

Ex

Ex iſtis etiam ſequitur, quod cum donatio dicatur generalis non obſtante illa demonſtratione 17 loci deſignati, vt ſupra dictum eſt, † ſolutio debitorum ſpectabit ad donatarium *l. ſi fideicommiſſum. 50. §. 1. ff. de iudicijs. Dec. conſ. 236. in caſu propoſito. n. 4. & 7. Corn. conſ. 260. n. 3. lib. 1. Socin. conſ. 236. n. 3. lib.* 2. Cum aliud ſit, quando donatio eſſet particularis, Tunc 18 enim † tales donatarij non repreſentant perſonam donantis, nec in conſequentiam tranſeunt in eos actiones actiuæ, vel paſsiuæ *l. 1. §. ſi hæres. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad trebell.* 19 † Quando autem appellatione bonorum tam ciuili, quam naturali veniant etiam onera, & debita, itaut illa ſpectent ad donatarium tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, priuilegijs, & beneficijs Principum, latè ponit *Rebuff. in l. bonorum appellatione. 49. ff. de verb. ſignif.*

Prædictis tamen adde. Primò quod in dubio verba videntur potius appoſita cauſa demonſtra- 20 tionis, † & ſic non cenſeri debent taxare, aut limitare præcedentia *Bart. in l. centurio. colum. 10. in princip. verſ. ſed quid ſi dixi. n. 31. ff. de vulg. & pupill. Dec. conſ. 323. conſuluit. colum. 2. in princip. verſ. quarto facit. Bero. conſ. 17. n. 16. & 17. lib. 1.* 21 † Cum ſic intelligendo magis conſeruetur diſpoſitio, & magis ſortiatur effectum, & ideò potius eſt capienda interpretatio, vt verba ſtent demonſtratiuè, non conditionaliter, & taxatiuè *l. ſi quando. in princip. de legat. 1. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. 3. Caſtr. conſ. 417. quod dictis redditus. col. 2. poſt princip. verſ. nec obſtat prædictis. lib. 1.*

Secundo. Quando locus adijcitur in executione, non in obligatione, cenſetur potius gratia de- 22 monſtrationis, † non taxationis: Vnde ſi teſtator mandauit ſolui legata, & poſtea in executione deſignauit ſolutionem debere fieri de aliquo fundo, vel ex capitali, aut lucro ſocietatis, non eſt inducta aliqua conditio, prout quando in alia oratione hoc mandatum fuit, videlicet, ſi dicatur volo Titio dari decem, quæ mando ſolui ex redditu talis rei; Quidquid aliud ſit 23 quando † teſtator vnico contextu, & oratione dixit, volo ex fructibus talis rei ſolui Titio decem, quo caſu relictum eſſet limitatum, itaut non extantibus fructibus illius loci hæres amplius non teneretur *Bart. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat.* & late declarat *Dec. conſ. 323. col. 1. in princip. & verſ. ſecundo hoc idem voluit. & verſ. tertio cum prædictis concordat. Io. de Amic. conſ. 46. n. 12. verſ. qui latius diſtinguit. Felin. in c. ad audientiam. il ſecundo quod eſt 31. col. 7. in fin. verſ. ſexta concluſio. n. 7. de reſcriptis.*

Tertio. Locus intelligitur appoſitus gratia demonſtrationis, quando de eo fit mentio poſt 24 diſpoſitionem factam, † & idem eſt dicere poſt orationem perfectam, quod in duabus orationibus *Bart. in l. titius. n. 3. ff. de alim. & cibar. legat. & in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. oblig. Io. Fab. in l. ſi quis argentum. n. 14. in fin. C. de donation. Gigaſ. de penſionibus. q. 62. n. 3. cum ſeq. tract. tom. 15. p. 1. f. 351.*

Quarto. Si ex loco deſignato debeantur fructus 25 per modum taxationis, † onus probandi non adeſſe tot fructus, qui ſufficiant ad ſolutionem, ſpectabit ad eum, qui illos percepit, vel percipere potuit, ſi res erat fructuoſa, quoniam talis nagatio eſt fundamentum intentionis negantis, agens autem fundat ſe in qualitate rei fructuoſæ ad notata per *Bart. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis. de verb. oblig.* 26 Quod † intelligitur dummodo res ſit fructuoſa, & ex ea fructus percipi poſſint, cum ſecus ſit in re ſterili, & infructuoſa, in quo aduertat Aduocatus probare corpus hæreditarium, vel particulariter bona hæreditaria, taliter quod Iudici concludatur illa qualitas fructuoſa, ſal em vſque ad quantitatem fructuum, Ita in ſpecie declarat *Rot. Bononien. per Beninten. deciſ. 64. n. 2. verſ. dubitatum fuit.* quem ſequi- 27 tur *Caualcan. de vſufruct. n. 167. in fin.* † Quam ſententiam nullam habere dubitationem dicit *Surd. de alim. tit. 4 q. 16. n. 9.* quia actor habet intentionem ſuam fundatam ſuper promiſſione, vel legato, quæ continet certam quantitatẽ præſtandam, Reus verò qui opponit ſe non teneri, quaſi res non reddiderit fructus ſufficientes, debet probare tanquam ſit actor, cum agitur de probanda ſua exceptione *l. 1. de except. Roland. conſ. 100. n. 25. lib. 2.*

Quinto. Iſta qualitas taxationis, ſeu demonſtrationis habebit locum etiam in adimendo le- 28 gatum, † Si enim legaſſet teſtator alicui centum mandando illa præſtari ex credito quod habebat cum Sempronio, non cenſeretur ademptum legatum, quamuis per teſtatorem fuerit exactum debitum, quando ſolutio legati fuiſſet poſita in diuerſa oratione, quaſi 29 tunc ſit loco demonſtrationis. † Quidquid aliud ſit in legatis pijs, in quibus iſta orationis diuerſitas non attenderetur *Roman. ſing. 435. quæritur an teſtator. & ibi latè Add. n. 1. Tiraquell. priuil. pia cauſa. 63. ad fin. verſ. & hoc expreſſè. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. n. 24. & 25.* Vbi approbat huiuſmodi diſtinctionẽ, quia in relictis ad pias cauſas, quamuis teſtator poſuerit rem ipſam in eodem contextu orationis, in qua legatum ipſum cõtinetur, nunquam cenſetur ademptũ per alienationem ipſius rei, cum nõ intelligatur præciſè teſtator voluiſſe ex ea legatum ſolui oportere, ſed pro legato potius eſſe obligatam iuxta *Gloſ. in l. caius ſeius. 12. in verb. neque in rẽ. ff. de ann. legat. & in l. lucius titius libertis. 12. in verb. ex reditu. in prin. ff. de alim. & cibar. legat.* vbi quod magis pro ſecuritate legatarij videtur huiuſmodi verba poſita, quã vt conditionẽ faciat prout alias proſpiciendo cõmodo rei familiaris, vel ex ſimilibus, cauſis *l. quidam. ff. de leg. 1.* Quæ ſunt notanda cum hic caſus Romæ de facto occurrerit pro Eccleſia S. Pauli de Vrbe, qui fuit commiſſus decidendus Romano, & alijs grauiſſimis Iuris conſultis, prout teſtatur Idem *Roman. ſing. 430. alias 432.*

Sexto. Quæ sunt expressa circa qualitates beneficij causa demonstrationis, † subreptio non dolosa non nocet in illis, si apparet, quod Princeps omnino concessisset præsupposita bona specificatione qualitatum, cum secus sit quando essent expressa causa taxationis, vel limitationis, Quia tunc rescriptum beneficiale non potest reduci ad ea, quæ non retardassent litteras, si fuissent benè expressa, vel aliter expressa. Quamuis enim expressio falsitatis vitiet litteras gratiosas in beneficialibus etiam in eo quod Principem non mouit, Tamen illud intelligitur vbi esset expressa falsitas gratia taxationis, vel limitationis rei, vel modi ipsius, tunc enim non veniret alius modus non expressus, vel alia res non specificata, etiam si princeps concessisset illam rem, vel super alio modo gratiam fecisset, Ità in terminis latè declarat *Rot. decis. 19. de præbend. in antiq. aliàs est decis. 4. & 70. de rescript. etiam in antiq.* quam extollit *Felin. in c. super litteris. 20. col. 3. post med. vers. limita quartò. n. 3. eod. tit. de rescript.* & multum notabilem dicit *ibidem Abb. col. 6. vers. & ad prædicta adde. n. 6.* & late cōprobat *Gemin. cons. 111. istud dubium in simili. Cassad. Bellam.* & alij, de quibus *per Papazon. in addit. ad dictam decis. 4. de rescript. in antiq.*

Quod etiam esset in litteris iustitiæ, vbi adijceretur falsitas gratia taxationis, † vel limitationis, quia tunc nocebit illa expressio, neque aliud continebit, etiam si tacitum fuisset facilè obtentum, si fuisset expressum, cum secus sit quando exprimeretur falsitas causa demonstrationis, vt declarat *Rot. decis. 4. n. 7. vers. & ita etiam crederem. de rescrip. in antiq. Felin. in d. c. super litteris. 20. col. 3. in fin. vers. amplius dicit. n. 3. eod. tit.* † Exemplo eius, qui in rescripto deduxit mutuum, si enim vult postea agere ex donatione, vel ex stipulatione non poterit, quamuis ita facile obtinuisset super illis, videtur enim taxasse, & limitasse rescriptum ad modum expressum *Innoc. in c. super litteris. col. 2. post me l. vers. & nota quod licet generaliter. n. 3. de rescript.*

Septimo. Quando apponitur participium futuri temporis passiuum, videtur locus adiectus esse causa taxationis, † non demonstrationis, veluti cum dicitur lego centum saccos frumenti percipiendos ex tali fundo, Illud enim participium importat conditionem, & resoluitur in relatiuum, & in verbum futuri temporis *Bart. in l. 1. n. 35. de condit. & demonstr. Ruin. cons. 160. n. 11. lib. 2.* Et ita in specie concludit *Io. de Amic cons. 46. n. 8.* † Vbi etiam ampliat idem esse quando adijcitur locus per relatiuum, & verbum futuri temporis, videlicet si dicatur, lego frumentum, quod nascetur, vel quod natum erit, Nam etiam in hoc casu inducetur taxatio, non demonstratio *l. cum certus numerus ff. de tritico vino & ole. legat.* † Vnde cum hujusmodi verba inducant conditionem, illa deficiente, legatum quoque deficit *l. 1. de condit. & demonstrat. l. si debitum. §. verisimiliter. de contrab. empt.* & dicam infra *vers. nono restrictio. n. 39. & 40.*

Ista tamen intelligentur, quando vltrà relatiuum conditio adijcitur in eadem oratione, antequam sit perfectus contractus, † vel in diuersa oratione post perfectionem actus, Nam quamuis verum sit, quod inducatur conditio per relatiuum adiectum verbo futuri temporis, & per participium etiam futuri temporis, Tamen non ex hoc infertur, quod locus stet taxatiuè non demonstratiuè, possunt enim simul stare, quod dispositio sit conditionalis, & stet demonstratiue. Nam conditio est restricta quo ad fructus illius prædij designati, qui non debentur, nisi nascantur, sed in quo loco debeat fieri supplectio, non refert an dispositio sit conditionalis, vel pura, Vnde erit semper attendenda prædicta diuersitas orationis, vt in puncto declarat *Surd. de alim. tit. 4. q. 26. n. 7.* & latius explicat *Dec. cons. 182. in controuersia. col. penult. ad med. vers. tertio dictum. Bald. cons. 151. dubium istius quæstionis. lib. 5.*

Octauo. Quid in tempore incerto adiecto solutioni, & præstationi legati, † vel substantiæ an faciat conditionem, & impediatur transmissio ad exemplum eorum, quæ supra dicta sunt de loco adiecto in executione, vel obligatione dixi *supra c. 136. n. 25. cum seq. Castr. in l. ex his verbis. n. 2. C. quando dies legat. ced. Alex. in l. si cui legetur. §. hoc autem. n. 2. de legat. 1. Bald. in l. ambiguitatem. 12. vers. ex quo validè nota. C. de vsu & habitat.* † Et quid in verbis adiectis causa demonstrationis an referantur ad alias personas quàm expressas, & mutent substantiam legati, quando præsertim sunt posita in diuersa oratione dixi etiam supra *c. 104. n. 53. cum seq.*

Nono. Restrictio, & taxatio relatiui quandoque importat extinctionem legati; † quando scilicet locus, seu materia adijcitur conditionaliter, & taxatiuè obligationi, non executioni in eadem oratione per relatiuum quis, vel qui, vt si testator dixit lego tot fructus, vel tot salmas vini, quod nascetur ex tali vinea, vel fundo, vel decem ducatos, qui ex fructibus talis rei percipientur, si præstatio tamen si vnica, scilicet facienda vna vice, Nam si fructus vel vinum non nascantur dicto primo anno, extinguitur legatum, & amplius non debetur *l. cum certus. ff. de vin. trit. & ole. legat. l. si debitor. §. 1. ff. de contrab. empt. Bero. cons. 17. n. 23. vers. secundum est. lib. 2. Simon. de Præt. de interpretat. vlt. volunt. lib. 2. f. 173. n. 259.*

Intelligentur tamen prædicta non solum quando promissio est vnica, † sed etiam quando fundus fuit positus sub conditione, vt quia dictum est de frumento, vel fructibus, qui nascentur ex tali fundo, tunc enim non fit supplementum, Aliud autem est si fundus fuit simpliciter adiectus, quamuis enim præstatio sit vnica, tamen supplebitur ex sequentibus annis id quod deest fructibus primi anni *l. firmio. in princ. ff. quando dies legat. ced. Surd. de alimen. tit. 4. q. 26. n. 11.*

Decimo.

Decimò. Debitum quando est annuum non attenditur, quod locus, † 41 seu fundus fuerit appositus sub conditione, vel non. Nam semper si fructus non sufficiunt pro primo anno, fit suppletio ex fructibus sequentium annorum, & fertilitas sequentis anni compensat sterilitatem præcedentis l. legatum. §. vini falerni. de ann. legat. l. ex eo de vino trit. & oleo legat. multa Surd. de alim. tit. 4. q. 26. n. 13. Simon. de Pret. de interpr. vlt. volunt. lib. 2. f. 173. n. 259. ad med. Bero. cons. 17. n. 23 lib. 1.

Vndecimo Pensiones, quæ ponuntur super fructibus beneficiorum dicuntur impositæ taxatiuè, 42 & non demonstratiuè. † Fructus enim sunt expressi gratia taxationis, vt prælatus illas soluere teneatur, ita demum si fructus extent, & percepti sint Bero. cons. 17. n. 13. lib. 1. Vbi ex hoc concludit, quod si in bulla dicatur, vt portionarij in subsidium habeant regressum ad portiones fru- 43 ctuum, † & illas propria auctoritate possint percipere, si titulares non soluant singulis annis de portionibus ipsis portionarijs, ex hoc arguitur, quod si fructus non extarent, nec percipi potuissent, ipsi nihil debent consequi, cum in eorũ subsidium hoc fuerit illis reseruatũ, Vnde fructibus deficientibus non erit aliquid, ad quod regressus possit haberi Bal. in l. non dubiũ. C. de legib.

Duodecimo. Si post legatum factum adijciatur numerus dicitur appositio numeri esse in loco de- 44 monstrationis, non dispositionis, † Vnde siuè illud corpus sit maioris, siuè minoris totum debetur, vt extat, Quoniam illa demonstratio numeri, & si falsa reperiatur non immutat dispositionem, quę non solum habent locum in legatis, & testamentis, sed etiam in donationibus, emptionibus, & similibus dispositionibus, vt latè 45 declarat Menoch. cons. 337. n. 7. & 8. lib. 4. † Vbi de venditore vendente fundum cum dolijs, quę ibi sunt, quæ sunt octuaginta, nam hoc casu dictus numerus stat demonstratiuè, Vndè illud solum corpus debebitur etiam si minoris sit nu- 46 meri, non autem quid plus, † licet aliud sit quando venderetur fundus cum dolijs octuaginta ibi existentibus, tũc enim stat dispositiuè Castr. in l. si venditor. in fin. princ. ff. de act. empt. Socin. cons. 32. n. 5. lib. 3. Ruin. cons. 83. col. penult. 47 vers. non obstat quod notat. lib. 1. † Vbi etiam quod si venditor incipit à corpore, & posteà subijcit numerum, & deinde limites, & confinia corporis, ille numerus iugerum stat demonstratiuè, vt vendo fundum decem iugerum penes viam & flumen Couar. pract. q. c. 3. n. 3. vers. 48 quarta species proponitur. † Et idem in vendente fundum tali in loco existentem, qui est decem iugerum, siuè enim plurium iugerum, siuè pauciorum, tamen venditus dicitur, qualis reperitur Soc. in l. demonstratio falsa. post Bart. ibid. in princ. n. 10. de cond. & demonstr.

Decimotertio. Fundus si fuit expressus causa demonstrandæ, aut designandæ solutionis dumta- 49 xat † non inducitur hypotheca, quod apparebit si post promissionem certi redditus in genere adijciatur, quod capiantur, & soluantur de fructibus talis fundi, & ità procedit tex. in l. fin. 50 §. vlt. de contrah. empt. † Si verò fundus fuit expressus per modum taxationis, & specialis limitationis inducitur hypotheca, vt si dicatur promitto decem corbes frumenti annuos super illo fundo, vel de illo, aut ex illo, nulla facta distinctione, an dicatur ex illo, vel super illo Glos. in l. hactenus, in verb. ex eo. in fin. ff. de vsufruct. Alber. in l. nihil proponi. in princ. ff. de legat. 1. Rutger. Rulant. in Thesaur. iur. emphyt. q. 32. n. 17. ante fin. vers. dicebam ego olim. post Ant. Menez. per eum allegatum in l. in prouinciali. n. 26. C. de seruitut.

Quare dicimus, quod erit contracta obligatio pi- 51 gnoris, si quis dixerit, † mutua mihi centum super fundo Semproniano, & ille fundus erit obligatus Bart. in l. si fundus. de ann. legat. Imol. in l. codicillis. §. instituto. n. 1. ff. de legat. 1. Osasc decis. 51. n. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 3. n. 9. Vbi quod ità receptum est in Rot. coram R. P. D. Rubeo. Romana fructuum 52 4. martij 1577. † Adeo quod si hæc dictio super adijcitur generaliter super bonis, erit contracta hypotheca generalis, si verò posita sit super certis bonis intelligetur specialis Rot. coram Sanctiss. Roman. donationis 10 & 14. ianuarij 1575. 53 quã sequitur Card. Mant. ibid. n. 10. † Vbi etiam de assignatione super introitibus gabellarum Vrbis, Nàm dicti introitus erũt obligati Castr. cons. 106. n. 3. vers. hic tamen pro clariori. lib. 1. 54 Natt. cons. 341. n. 6. † Nisi ex inferioribus verbis constare possit esse factã potius dationem in solutũ Menoc. cõs. 105. n. 18. lib. 1. Nat. cõs. 449. n. 3.

Decimoquarto. Quando locus seu materia adijcitur taxatiuè, non per relatiuum qui, sed per alia verba in vna, & eadem oratione, & principaliter 55 adiecta obligationi, † vt lego decẽ mensuras vini ex tali fundo, seu mille aureos ex fructibus talis Ecclesię, tunc si præstationes plures sint faciendæ, siuè annuæ, siuè menstruæ, præstatio debet fieri dumtaxat ex illo loco, & ex illa materia non aliunde, & expectantur fructus sequentium annorum si in primo anno, seu in pluribus annis non sufficerent & non solũ vnus annus sequens, sed etiam duo, & plures sunt expectandi, donec pro omnibus etiam pręteritis fuerit plenè satisfactum. Quidquid Glos. contrarium senserit, quę vult esse expectandos duos annos tantum, vt de veriori opinione testatur Bero. cons. 17. n. 23. ad 56 f. n. vers. tertio infertur. lib. 1. † Quasi tunc obligatio sit in genere de certa quantitate fructuũ, seu pecuniæ, quo casu non dicitur conditionalis dispositio, si fructus nascentur, sed in diem; Ideò semper erit expectandum, donec fuerit plenè satisfactum pro omnibus præteritis pensionibus Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 13. n. 62. vers. sed si certus. post Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. n. 6. ff. de verb. oblig.

Non obstat l. 1. de condit. & demonstrat. in fin. & l. 57 interdum. de verbor. oblig. † Vbi obligatio fructuum dicitur esse conditionalis, si fructus nascantur, quibus non natis debitor liberatur, nec amplius tenetur.

Quia

Quia illa iura loquuntur non quando fuit promis-
58 sa,& debita certa quantitas, † sed quando fru-
ctus certæ rei simpliciter,& indefinitè debentur
*Bero.d.conf.17.n.24.lib.1.*sequitur *Card.Mant. de tacit. & ambig. conuent.lib.3. tit.13. in fin. verf.neque obstat,n.63,*

Decimoquinto. Testator quando purè,& simplici-
59 ter legat certam quantitatem, † & post perfe-
ctum legatum dicit volo quantitatem præstari
de pecunia,quæ est in tali loco, vel apud talem,
debetur legatum, quamuis pecunia ibi non re-
per atur,tunc enim post legatum perfectum de-
signatur per relatiuum, secus quando adijcitur
dictum relatiuum substantiæ ipsius legati, tunc
enim falsa demonstratio vitiat, vt si dico, lego
tibi centum,quæ habeo in arca, *l.si seruus legatus.§.qui quinque.de legat.1.l.si sic.§.1.eod.tit.*
60 secus † si dicatur, lego centum quæ solui volo
ex his, quæ habeo in arca *Bart.in l.quidam testamento.de legat.1. Alexan.* qui ita distinguit
conf.216.magister albertus.n.3.lib.7.

Idem si testator dixisset lego centum ducatos re-
61 stantes ex illis, quos habet Titius, † nam illud
participium restantes resoluitur in relatiuum,
& in verbũ præsentis temporis *Glos. in clem.1. in verb.dignitatibus. de præbend.* Et sic perinde
est ac si dixisset,lego centum,qui restant ex illis,
quos habet Titius, retulit enim se ad corpus
nummorum existentium apud Titium, & sic
proprie sumus in terminis *l. si seruus legatus. §. qui quinque. de legat. 1.* Ita vt tunc falsa de-
monstratio vitiet legatum *Alex. conf.216. n.3. verf.sed in proposito.lib.7.*

Decimosexto. Per relatiuum quis, vel qui, quan-
do adijcitur aliqua res, quæ competit cuilibet
62 de genere præcedenti, † tunc non ponitur re-
strictiuè, sed declaratiuè, seu demonstratiuè
l.omnes populi. de iust.& iur.l.cunctos populos. C. de summ.trinit.l.omnibus ciuitatibus.ad trebell.Castr.conf.417.col.2. post princ.verf.præterea. lib.1. Vbi loquitur de redditibus, qui exi-
63 guntur, vel exigi possunt, & late ibi *Castr.*
quando relatiuum ponatur restrictiue, vel de-
monstratiue, & latius *Dec. conf.182. in controuersia.* vbi an idem sit in contractibus, & vlti-
mis voluntatibus *Bero.conf.17.n.15.lib.1.Bald.*
64 *conf.151. dubium istius quæstionis. lib.5.* † Et
de verbis quibus locus continetur, ex quo fru-
ctus nasci debent, quod obtineant vicem taxa-
tionis, adeò vt fructibus non natis, nec per hæ-
redem perceptis liberetur, nec amplius tenea-
tur,ponunt *Doctor.in l.vt certus.de vino & oleo legat.* Alia circa huiusmodi taxatiuas,seu dispo-
sitiuas, quando limitent dispositionem dicam
in capite particulari, cum hæc sufficiant,ne am-
plius lector grauetur.

EPITOME.

Vicarij Episcoporum quando habeant sa-
larium non conuentum. ¶ Et successor in
Episcopatu ad illud teneatur. ¶ Et quid in
habente redditus audientiæ Vicariatus, & si-
milia emolumenta. ¶ Salarium non conuen-
tum, vt debeatur, quid sit probandum. ¶ Et
an pro eo detur hypotheca, & Saluianum in-
terdictum. ¶ Recuperans rem à litibus, quan-
do sit præferendus in eadem re pro suo salario
cæteris creditoribus. ¶ Et an debeat præstari
cautio de restituendo. ¶ Consuetudo quid ope-
retur circa solutionem salarij. ¶ Et an in huius-
modi causis sit admittenda appellatio, & va-
leat transactio, prout in alimentis. ¶ Aduo-
catis an sit dandum salarium non conuentum.
¶ Et quid in Procuratoribus ad negotia. ¶ Lo-
cator, & creditor posterior, qui ad rem conser-
uandam locauit, & impendit an præferatur do-
ti. ¶ Vicarij Cardinalium Episcoporum, &
eorum Auditores generales, qui recipiunt cer-
tum quid pro salario, & expensis, quo casu pos-
sint dici familiares, & continui commensa-
les ad effectum, vt intret regula reseruatoria.
¶ Salarium an sit præstandum administrantibus
bona debitorum.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum, vt debeatur, quæ sint probanda.n.2.& 3.*
4 *Incumbentes honestioribus disciplinis, & muneribus debent habere salarium ex officio, quamuis non conuentum.*
5 *Multa circa taxationem salarij remissiuè.*
6 *Aduocatis speciali fauore debetur salarium non conuentum.& n.7.*
8 *Vicarij Episcoporum parum differunt ab assessoribus, & debent habere salarium etiam non conuentum. Et quomodo intelligantur decisiones Rotæ contrariæ in hoc.n.9.10.11.& 12.*
13 *Successor in Episcopatu an teneatur ad salarium Vicarij antecessoris.*
14 *Vicarius habens vestitum pro se,& pro famulo, & alios redditus audientiæ vicariatus non debet habere aliud salarium non conuentum. n.16. Idem si probaretur consuetudo non dandi salarium Vicarijs.n.15.*
17 *Salaria litteratorum habẽt tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis in concursu creditorum.n.18.& 19. Et pro illis dabitur saluianum interdictum. n.20. Contrarium. n.21. Sed est verior prima opinio.n.22.& 23. Amplia quamuis procurator in aliquibus succubuerit. n.32.*
24 *Instrumentum dotis præsumitur prius factum idem in instrumento salarij, seu debiti ex causa studij.n.25.*
26 *Recuperans rem à litibus præfertur in eadem re pro suo salario ceteris creditoribus.*
27 *Labores, & seruitia pro rei recuperatione sunt eidem rei annexa,& cohærentia.*
28 *Bona sunt accipienda cum suo onere.*
29 *Officium, & patrocinium pro defensione rei dicitur ipsam rem seruasse.*
30 *Impensæ factæ per hæredes ad ipsorum defensionem contra alios prætendentes se hæredes sunt prius detrahendæ, quam alijs creditoribus satisfiat.*

Recu-

31 *Recuperans bona præfertur pro suo salario in causa discussionis etiam non præstita cautione de restituendo.*

33 *Creditor posterior & locator qui ad rem conseruandam impendit, & locauit, non præfertur doti.*

34 *Procuratores ad negotia non possunt petere salarium non conuentum. Fallit si de consuetudine aliud seruaretur. n.35.*

36 *Consuetudo æquiparatur iuri naturali.*

37 *In salarijs soluendis attenditur consuetudo, quidquid aliud de iure seruetur. n.38. & 39.*

40 *Vicarij quamuis recipiant certum quid pro salario, & expensis à Cardinalibus Episcopis non tamen dicuntur familiares, & eorum continui commensales, ad effectum vt intret regula reseruatoria, Et quid in Auditore generali Cardinalis. n.41. Intellige vt n.42. & 43.*

44 *Appellatio an sit admittenda in causa salarij. & n.45.*

46 *Argumentum an valeat de salario ad alimenta.*

47 *Transactio valet sine Prætore pro salario relicto in vltima voluntate, non pro alimentis.*

48 *Administrantes bona debitorum an debeant habere salarium.*

CAPVT CCLVII.

AD effectum exigendi salarium non conuentum debent probari duo illa extrema, quod quis solitus sit conducere, & alter locare 1 operas suas, † Cum alias de iure communi, circumscripta consuetudine locorum, obstaret exceptio non conuentæ mercedis *Alex. cons. 109. in princ. lib.6. Castr. cons. 346. ego. lib.2. Rim. Sen. cons. 349. n.3. & cons. 358. n.29. lib.2. Rot. diuers. decis. 559. p.1. & coram Card. Lancellotto.* 2 *Roman. mercedis. 17. februar.* 1581. † Itaut non sufficiat probari alterum tantum esse solitum conducere, vel locare *Rot. coram Card. Arigo-* 3 *nio. Roman. mercedis. 19. februar.* 1593. † Quamuis ista copulatiue non requiri, sed vnum solum requisitum sufficere concludat *Rot. Genuens. decis. 105. n.5.*

Hoc tamen dixi procedere in famulis, & vilioribus personis, quæ sæpenumero inseruiunt pro 4 expensis etiam sine salario, † secus in his, qui vacant honestioribus disciplinis, & muneribus, nam illis ex officio constituitur salarium, vt sunt Præceptores liberalium artium, & nonnulli alij; quibus eadem ratio doctrinæ competebat, & fauor studiorum suadebat, vt Medici, Assessores, & similes etiam ludi magistri *l. 1. ff. de var. & extraordin. cognit. Doct. in l. 1. C. de suffrag. & in l. archiatri. alias incip. antiochus.* 5 *C. de professor. & medic. lib. 10.* † Et multa non protrita tam circa taxationem, quam alia pertinentia ad huiusmodi salaria *Tiraq. de nobilit. c.29. n.21. vsque ad n.49.*

Vnde etiam Aduocatis salarium non conuentum debetur *Bart. in l. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extraord. cognition. Socin. cons. 196. n.1. vers. secundo principaliter ista conclusio. lib.2. Rot. Flo-* 8 *rent. per Magon. decis. 12. n.4.* † vbi, quod fauore speciali Aduocatorum illud constituitur per Iudicem *Ias. in §. tripli. n.50. col. penult. ad med. instit. de action. Pontan. de alim. c.16. n.5. tom.8. p.1. fol. 452.* vbi, quod ita seruatur in Rota, prout etiam testatur *Granut. theorem. 12. n. 4.* Et quod 7 istud sit speciale † in Aduocato, dicit *Natt. cons. 376. n.4. post Feder. cons. 218. ad med. vers. item quod in vno. Puc. decis. 11. lib. 3. Alex. cons. 109. super eo de quo quæritur. col.2. in princ. vers. hoc idem deciditur. n.2. lib.6. Bellamer. in c. romana. n.18. de for. compet.*

Quod etiam, cum de hoc quæreretur, Dixi exten- 8 dendum esse ad Vicarios Episcoporum, † qui inter huiusmodi litteratos optimum locum tenent, & parum, aut nihil differunt ab Assessoribus, vt in specie de Vicarijs conclusum fuit per *Rot. coram Card. Seraphin. Turritana mercedis.* 20. *Maij.* 1569. & voluit *Abb. in c.1. ad fin. n.4. in glos. 2. ibi constituere salarium. ne prælat. vic. suas. Cardin in clem. statutum. q.7. vers. in contrarium. de election. vbi Anchar. n. 3. Imol. n. 13. & 27. Archid. in c. charitatem. 12. q. 2.*

Neque obstat *decis. Put. 6. de offic. Vicar.* vbi etiam in Vicario requirit probationem extremorum, 9 quod sit solitus operas suas locare, † & Episcopus conducere *Idem Put. decis. 1. lib. 3. & decis. 43. & 44. lib. 2.* Quia à dictis decisionibus fuit recessum, vt testatur *Granut. theorem. 12. n.2.* 10 *vers. contrarium tamen.* † Vbi adducit multa allegata per Aduocatum illius causæ pro huiusmodi sententia, & pro responsione ad *d. decis. Put.* quæ omnia postea nihil mutato, vel addito 11 repetit, † & comprobat *Rot. coram Card. Seraph. Turritana mercedis. 20. Maij. 1596.*

Præterea illæ decisiones procedunt respectu suc- 12 cessoris Episcopi, † Cum enim constitutio Vicarij sit voluntaria, potest Episcopus carere opera illius, ideo ibi conclusum fuit successorem non teneri ad huiusmodi debita voluntaria, sed solum ad necessaria, maxime quando 13 successor erat mediatus, † non autem immediatus, prout declarat *Rot. in d. Turritan. mercedis. 20. Maij. 1596. coram Cardin. Seraphin.* Intelligendo tamen iuxta distinctionem diocesis paruæ, non insignis, de qua supr. *c.94. n.37.*

Item prædicta haberent locum, quando Vicarius habuisset victum, & vestitum pro se, & famulo, 14 & commodam habitationem ab Episcopo, † ac redditus, & prouentus audientiæ vicariatus, quasi ista succedant loco salarij, maxime quando Vicarius esset diocesanus, cum similes personæ soleant absque huiusmodi emolumentis ista honorifica munera subire. Præsertim si ei fuis- 15 sent collata beneficia ab Episcopo, † vel quando probaretur consuetudo, quod alijs Vicarijs nullum fuit salarium persolutum, istis enim concurrentibus non deberetur, nisi de eo conuentio esset probata, quidquid alias illa non requiratur, vt in specie omnia supradicta comprobat *Rot. coram R.P.D. Penia. Nolana mer-* 16 *cedis 12. Iunij. 1596.* † Et de Vicario, qui ex redditibus extraordinarijs banchi percipiebat mul-

multa emolumenta, quod non habeat salarium, notat etiam *Granut. theorem.* 12. *n.* 2. *in fin.* vbi etiam quod ita loquitur *decis. Put.* 6. *de offic. Vicar.* quæ est in impressis 44. *lib.* 1.

Immo ista salaria doctorum, & scholasticorum, & per consequens Iudicum, Vicariorum, † Litteratorum, Aduocatorum, & similium habēt priuilegia inter omnes creditores, & æquiparantur doti, & fisco, & habent tacitam hypothecam à iure inductam cum priuilegio prælationis, quemadmodum fiscus, & dos in plurimis causis *Bart. in l.* 1. *in fin. vers. & sic ex dicta. n.* 31. *ff. solut. matrim.* dum allegat *l. assiduis. §. exceptis. C. qui potior. in pignor. habeant.* † Et magis expresse hoc tenuit *Ang. in d. l.* 1. *in fin. n.* 12. *Ias. col. penult. post med. vers. vltimo circa doctrinam n.* 51. *Rip. col. fin. ad med. vers. vltimo nota. n.* 139. *Alciat. col.* 3. *ad med. n.* 8. vbi, quod omnes sequuntur istam opinionem. *Bartbol. Socin. col.* 12. *in princ. n.* 6. *Marian. Socin. col. vlt. in fin. n.* 278. † vbi de communi *Ias. col. vlt. ad med. vers. & quia debitum. n.* 42. vbi multum commendat, licet dicat male seruari *Bald. col. penult. ad med. vers. secundo collige quod si eadem. Rebuff. priuil. scholar.* 118. *n.* 2. † Vnde etiam pro huiusmodi salarijs dabitur Saluianum, vt per *Statil. Pacific. de Saluian. interd. c.* 4. *inspect.* 3. *n.* 233. *vsque ad n.* 236.

Nec facit nullam legem exprimere, quod detur huiusmodi priuilegium anterioritatis hypothecæ salarijs Doctorum, † cum solum hoc dicatur esse fauore studij, & publicæ vtilitatis, vnde non erit attendendum, cum priuilegia debeant esse expressa in iure, non autem induci per argumenta, vt declarat *Flor. pract. quæst. lib.* 1. *q.* 8. *§.* 1. *n.* 70. vbi dubitat de huiusmodi opinione, & non dari istam hypothecam clare concludit *Bologn. in d. l.* 1. *n.* 235. *& ibi Paris. n.* 218. *ff. solut. matrim.*

Quia non est recedendum à dicta sententia tamquam fauorabili; † Quamuis enim aliud sit loqui de ipso studio, & disciplina, aliud de mercede, quę non videtur habere tot fauores, prout studium *l.* 1. *§. diuus. ff. de var. & extraordin. cognit.* Tamen causa studij dependet a salario, quia præsumitur melius, & diligentius docere professor, cui salaria exhibentur *l. medicos. in fin. C. de professor. & medic. lib.* 10. & in specie ita notat *Alciat. præsumpt.* 43. *reg.* 3. *n.* 6. & non esse recedendum ab hac opinione tamquam communi in iudicando, & consulendo testatur *Flor. pract. quæst. c.* 8. *n.* 70. *ad fin. vers. sed tamen. Barbos. in l.* 1. *p.* 7. *n.* 25. *vers. infertur secundo. ff. solut. matrim. Io. Boscheus de nupt. legitim. lib.* 6. *n.* 42. *tom.* 9. *fol.* 95. *Rebuff. de priuil. scholar. priuil.* 82. *n.* 3. *& priuileg.* 118. *n.* 2. *tom.* 18. *fol.* 35.

Quare sicut instrumentum dotis præsumitur prius factum *l. in ambiguis. ff. de iur. dot. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 25. *n.* 20. Ita etiam † instrumentum salarij, vel debiti ex causa studij præsumetur anterius, Vnde si eadem die promittatur salarium Doctori, & aliud debitum sit contractum, præfertur Doctor † *Bal. in l.* 1. *col. penul. ad med. vers. secundo collige. ff. solut. matrim. Dec. in l. fin. n.* 19. *vers. septimo infertur. C. de edend. & in c.* 1. *col. vlt. in princ. ver. septimo idem suadetur. n.* 19. *de probat. Pontan. Bolog. & alij per Barbos. in l.* 1. *p.* 7. *n.* 25. *ad med. vers. similiter & stante. ff. solut. matrim. Alciat. præsumpt.* 44. *reg.* 3. *n.* 3.

Magis autem dicendum esset Procuratorem, Aduocatum, vel alium, qui rem recuperauit à litibus debere præferri in eadem re pro suo salario cæteris creditoribus, † exemplo eius, qui rem meliorauit, prout in specie multis rationibus resoluit *Rot. coram R. P. D. Oradino. Romana salarij.* 1. *iuly.* 1596. Huiusmodi enim patrocinia, labores, † & seruitia pro d. rei recuperatione, & defensione sunt eidem rei adeo annexa, ac cohærentia, vt tanto minus in illa esse videatur, quantum pro dicto salario, & mercede soluendum sit *Bart. in l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Afft. decis.* 359. *n.* 1. *&* 2.

Ideo † creditores de dictis bonis satisfieri volentes necesse est, vt illa accipiant cum suo onere *l. si debitor. C. de distract. pignor. l. debitorem. C. de pignorib.* Est enim eorum conditio melior effecta tamquam d. bona sint liberata à calumniosis molestijs litigantium, Adeo quod is, qui ista liberauit debeat præferri personalibus creditoribus, & in rebus defensis habeat tacitam hypothecam, etiam cum prælatione habentium expressam anteriorem hypothecam, cum hæc tacita, quamuis posterior sit illis præferenda, † quasi tale officium, & patrocinium ipsas res, & bona seruauerit *Bar. in l. interdum. n.* 4. *cum l. seq. ff. qui potior. in pign. habeant. Alex. cons.* 217. *n.* 2. *lib.* 6. *Rip. in l. priuilegia. n.* 32. *&* 35. *ff. de priuileg. creditor.* † Prout etiam dicimus de impensis factis per hæredes ad ipsorum defensionem contra alios prætendentes se hæredes, quæ prius sunt detrahendæ, quàm alijs creditoribus satisfiat, vt concludunt omnes *in l. fin. §. in computatione. vbi Ang. & Corn. n.* 3. *Ias. in* 3. *notab. C. de iur. deliber. Francisc. Porcell. de inuent. tr. q.* 7. *in* 7. *&* 8. *vtilit. n.* 6. *cum alijs per Rot. in d. causa Roman. mercedis coram R. P. D. Oradino.* 1. *Iuly.* 1596. † vbi etiam additur, quod tales procuratores occasione huiusmodi salarij ob præstitum laborem, & officium pro defendendis istis bonis in causa discussionis non tenebuntur cauere de restituendo prioribus, & potioribus, cum alijs præferantur, vt dictum est, quasi cesset causa, ob quam præstatur satisdatio *l. hac autem. ff. si cui plusq. per leg. falcid. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. nom. caueat.* † Quamuis etiam procurator in aliquibus succubuerit, licet enim in eis non fuerit vtilis defensio, tamen Iura hæreditaria non debebant per eum relinqui indefensa *l. non est ignotum. C. de administrat. tutor. Bart. in l. in causam. § in hac. il* 2. *ff. iudicat solu.*

Verum esset, quod posterior, qui ad rem conseruandam impendit, † quamuis habeat expressam hypothecam, non præferretur doti, vnde licet

licet domus sit locata ad conseruandum, tamen
locator non esset præferendus doti *§. bis conse-
quens. auth. de æqualit. dot. qui tex.* sufficit in
hac materia, quamuis ea sit imperitia nostro-
rum temporum, vt legibus non credatur, nisi
auctoritatibus Doctorum comprobentur, vt
per *Socin. cons. 10. n. 11. lib. 3.* & in proposito
notat *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
tit. 23. lib. 11. n. 7.*

Obseruandum est autem, quod regulariter pro ne-
34 gotijs gestis nihil salarij debetur, † vnde man-
datarius, procurator ad negotia, aut similes ni-
hil possunt petere, nec per actionem mandati
contrariã, nec officio iudicis, nisi fuerit conuen-
tum *Guid. Pap. decis. 68. dominus petrus iacobi.
col. 1. vers. similiter etiam n. 5.* sequitur *Rot. co-
ram R. P. D. Orano Romana rationis bancha-
ria. 14. maij 1594.* & voluit etiam *Surd. de alim.
35 tit. 1. q. 61. n. 3.* † vbi *n. 7.* intelligit dũmodo aliud
non seruetur de consuetudine, quia illa esset at-
tendenda, tanquam maxima pars iuris, quo vti-
36 mur, cum æquiparetur iuri naturali, † *Bal. cons.
318. col. fin. lib. 2.* In salarijs enim soluendis mul-
tum defertur consuetudini, prout etiam dicimus
illam debere attendi, quamuis non probaretur
37 aliqua conuentio, † si in loco, in quo quis præ-
stitit operas esset solitum solui salarium etiam
non conuentum *Socin. cons. 196. circa præsentem
consultationem. in fin. vers. & hac iudicio meo.
lib. 2. Hyppol. Rimin. in addit. ad Iacob. Rimin.
38 cons. 349. lib. 2.* † Et ita seruari de bono, & æquo,
quando adest huiusmodi consuetudo testatur
*Rebuff. de famul. salar. glos. 3. ad med. tom. 2. fol.
39 239.* † quem ita declarat *Rot. coram R. P. D.
Binarino Romana mercedis. 16. iunij. 1570. quæ
est inter decis. Rot. diuers. 559. p. 1.*

Notandum est etiam circa ea, quæ supra dicta sunt
de Vicarijs, quod tales quamuis recipiant cer-
tum quid pro expensis, & salario à Cardinali-
40 bus, † in quorum episcopatibus munus vicaria-
tus exercent, non tamen ex hoc dicentur fami-
liares, & eorum continui commensales, quasi
potius censeantur deseruire dignitati, quam
personæ *Simonett. de reseruat. q. 45. vers. quarto
quæritur. Rot. coram R. P. D. Gypsio Parmen.
41 canonicatus. 11. februar. 1585.* † vbi idem con-
cludit de Auditore generali Cardinalis, qui li-
cet inseruierit eidem Cardinali habendo pro-
uisionem in frumento, vino, lignis, & similibus
non dicitur familiaris ad effectum, vt regula re-
seruatoria intret, cum requiratur in hoc casu,
quod sit continuus commensalis *c. fin. de verb.
significat. in 6. Sarnens. de impetrant. benefic. per
obit. familiar. q. 13. in princ. Simonet. de reser-
42 uat. q. 35. n. 21.* † Quidquid aliud sit quando ille,
qui fuit creatus Vicarius erat iam ex familia-
ribus, & continuis commensalibus Cardinalis,
tunc enim includeretur in reseruatione, quod
non est in alio electo Vicario cum illa mercede,
qui tunc non iudicabitur illius continuus com-
mensalis, quasi nunquam cum illius familia
comederit, & quia potius censetur deseruire
dignitati, quam personæ, vt dictum est iuxta di-
ctionem *Rot.* de qua per *Gonzal. ad reg. 8. Can-
cellar. glos. 51. n. 66.* vbi etiam *in 2. editione d.
tractatus* adducit *Rot. coram R.P.D. Orano Se-
guntina beneficij. 12. maij 1599.* per quam fuit
declaratum talem distinctionem procedere,
43 quando Vicarius est absens, † secus vero quan-
do retinetur in domo ipsius Cardinalis, nam
tunc intraret reseruatio si sit continuus com-
mensalis. In quo etiam considerandum est an
talis Vicarius dicatur familiaris Cardinalis ex
eo, quod potius dicatur familiaris Episcopi, tã-
quam Episcopi, non tanquam Cardinalis, quasi
alia sit familia in quantum est Cardinalis, alia
verò in quantum est Episcopus *Alber. in l. 1.
§. familiæ nomen. n. 2. ff. de publ. & vectigalib.*
& notat in proposito *Gonzal. ad d. reg. 8. Can-
cellar. in 2. edit. glos. 51. n. 66.*

Vltimo quo ad huiusmodi salaria an habeant pri-
uilegium, vt non sit admittenda appellatio, ne-
44 gatiuam opinionem tenet † *Rebuff. de sentent.
prouisionalib. art. 3. glos. 7. n. 1. Rot. Florent. de-
cis. 12. n. 11.* Verũ talis opinio procedit in mer-
cede debita pauperi, quasi illa succedat loco ali-
mentorum iuxta distinctionem, de qua per *Rot.
45 decis. 764. p. 1.* † Cessante enim d. qualitate pau-
pertatis, & alimentorum passim admittuntur
appellationes, vt in causa *Toletan. mercedis co-
ram R.P.D. Iusto. & in alia Valentina merce-
dis coram Card. Lancellot.* de quibus per *R. P.
D. Sacratum Anconitan. mercedis. 20. decembris
46 1600.* † Et non sequitur, aliquid datum est pro
salario, ergo pro alimentis, vt declarat *Rot. di-
uersor. decis. 230. n. 4. p. 1.* Nam pro salario in
vltima voluntate relicto potest transigi sine
47 Prætore, † non autem super alimentis eodem
modo relictis *l. non his. §. si in annos singulos.
de transaction. Rot. diuers. d. decis. 230. n. 4. p. 1.*

Alia de salarijs procuratorum, famulorum, & si-
48 milium, quando requiratur conuentio, † & quid
in eis sit statuendum, & quid in administranti-
bus bona debitorum an habere debeant sala-
rium cum multis quæstionibus ad materiam
pertinentibus ponit late *Granut. theorem. 12.
Flor. pract. quæst. lib. 1. q. 8. §. 1. 2. & 3. Munnoz.
de ratioc. administr. c. 27. n. 1. vsque ad n. 60.*

EPITOME.

PRæsumptio vsurarum an inducatur ex mo-
dicitate pretij, & pacto de retrouendendo
elapso certo tempore, & non ante, vel sit ne-
cesse etiam, quod emptor sit solitus fœnerari.
¶ Et an sufficiat rem esse delectabilem quam-
uis non fructuosam ad arguendum vsuras.
¶ Et quo casu dicantur percipi fructus per oble-
ctationem habitationis. ¶ Census an sit nul-
lus stante pacto, vt non possit redimi, nisi post
certum tempus, vel quod sit licitum repetere
sortem, si non soluatur in tempore, vel bona
censuata reperiantur obnoxia. ¶ Conuentio,
vt res non redimatur nisi proprijs pecunijs, an
sit valida. ¶ Et quæ sit propria pecunia. ¶ Pre-
tij modicitas an probetur ex pacto, vt non
redempta re intra certum tempus augeatur
pretiũ, & an hoc pactum sit contra naturã con-

tractus. ¶ Læsio in præsumendo pignore qualis esse debeat. ¶ Et quando pactum de retrouendendo sit pars pretij. ¶ Onus gabellæ, laudemij, & similium an faciat excessum, & cõputetur ad rescindendam venditionem, itaut sit contrauentum statuto taxante pretium certũ rei venditæ. ¶ Iudex quando possit ex officio verũ valorem inquirere etiam post publicationẽ in causa, si in termino dato ad probandam læsionẽ nihil fuerit probatum. ¶ Et quid in obligationibus faciendi respectu eius, quod interest, & in iudicio reddẽdarum rationum, & in alijs, quorum certa quãtitas non probatur. ¶ In venditione domus pro quadringentis aureis cũ onere soluendi censum impositum in eadem domo an debeatur gabella tã respectu census, quam pretij dati in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo elapso certo tempore & non ante, & modicitas pretij inducunt præsumptionem vsurarum. Et an requiratur tertium requisitum, quod emptor sit solitus fænerari. n. 3. & 4.*

2 *Præsumptio fænoris excluditur in clerico ob eius vitæ honestatem.*

5 *Pactum, vt non liceat post tempus redimere, inducit faciliorem præsumptionem vsurarum.*

6 *Arbitrio Iudicis statur an sufficiat vna coniectura circa huiusmodi pacta redimendi.*

7 *Tractatus præcedens vna cum pacto facit, vt oriatur præsumptio fænoris.*

8 *Rem emptam sufficit esse delectabilem, quamuis nõ fructuosam ad arguendũ pignus, & vsuras.*

9 *Vsura est quicquid æstimabile percipitur vltra sortem.*

10 *Concursus plurium scholarium dicitur commodum pecunia æstimabile, itaut si pro hoc mutuetur à Doctore dicatur vsura.*

11 *Fructus dicuntur percipi per oblectationem habitationis. Fallit in eo qui moratur ex primo decreto. n. 12.*

13 *Citatio facta in loco, in quo quis stat ex primo decreto, est nulla, & non dicitur ad domum habitationis. Et de ratione. n. 14.*

15 *Datio in solutum ex modico pretio, & pacto de retrouendendo, quando censeatur facta in fraudem vsurarum. Et quid si mutuum præcessit, & datio in solutum sequatur. n. 16.*

17 *Venditiones annuorum censuum sunt vsurariæ si in eis apponatur pactum, vt non possint redimi, nisi post certum tempus. n. 18. & 19.*

20 *Pactum in censu, vt si venditor fuerit in mora soluendi possit compelli ad illum redimendum an valeat. n. 21. & 22. Et quid in pacto, quod possit repeti sors si bona censuata reperiantur obnoxia. n. 23.*

24 *Casus in quibus est licita sortis repetitio in cẽsibus.*

25 *Conuentio vt sit in arbitrio emptoris à contractu census recedere, & pretium repetere iudicatur fæneratitia.*

26 *Pactum vt res non redimatur nisi proprijs pecunijs valet.*

27 *Conuẽtio vt ipsemet vẽditor redimat nõ alius est licita, & hoc casu ius redimendi nõ potest cedi.*

28 *Pecunia propria dicitur mutuo accepta.*

29 *Redempta res quando præsumatur ex proprijs pecunijs.*

30 *Pretij modicitas probatur, si fuerit conuentum, vt non redempta re intra certum tẽpus, augeatur pretium pro supplemento vsque ad tantam summam. Et ex hoc arguitur, quod à principio non interuenerit iustum pretium. n. 31.*

32 *Læsio vltra dimidiam in præsumendo pignore non est probanda, sed sufficit minor, in quo statur arbitrio Iudicis. n. 33. & 34.*

35 *Pactum vt suppleatur pretium an sit contra naturam contractus, & an tanquam insolitum arguat præsumptionem vsurarum. & n. 36.*

37 *Pactum de retrouendendo dicitur pars pretij, & eius ratio habetur in probanda læsione, Et quomodo talis læsio cõsideretur, & istud onus deducatur in cõuentione de redimendo. n. 38. & 39.*

40 *Onus quando dicatur pars rei, & faciat excessũ, & computetur ad rescindendam venditionem. Et quid in onere gabellæ, seu laudemij. n. 41.*

42 *Vendens modium tritici quatuor aureis iuxta pretium à statuto definitum cum onere, vt gabella spectet ad emptorem an dicatur excedere pretium d. statuti.*

43 *In venditione domus pro quadringentis aureis cum onere soluendi centum aliorum scutorum quadringentorum qui erat impositus super d. domo an debeatur gabella tam respectu census, quam pretij dati in pecunia.*

44 *Iudex potest ex officio verum valorẽ inquirere etiam post conclusionem in causa, si in dilationibus datis partibus ad probandam læsionem nihil per eas fuerit probatum. Amplia in obligationibus faciendi aliquid respectu eius quod interest. n. 45. Et in iudicio reddendarum rationum. n. 46. Et in prouentibus, & fructibus, quorum certa quantitas non probatur. n. 47.*

CAPVT CCLIX.

EMptor quando non tenetur retrouendere, nisi post certũ tempus, veluti post trienniũ, aut decenniũ, inducitur per tale pactũ præsumptio vsurarum, †dummodo alia coniectura concurrat, videlicet quod modico pretio sit facta venditio, vel quod emptor sit solitus fænerari *c. ad nostram. 5. de empt. & vend.* Vbi duo copulatiue requiruntur pactum de retrouẽdendo elapso certo tẽpore, & non ante, & modicitas pretij, prout declarat *Abb. ibid. col. vlt. ad fin. vers. tertius casus. n. 10. & cons. 76. tria videnda sunt. col. 1. ad med. n. 2. lib. 1. Ias. cõs. 153. col. 2. in prin. vers. sed præmissis non obstãtibus. lib. 4. Soc. cons. 248. nũquid ex duabus. col. 2. ad med. vers. quarto in dicto capitulo lib. 2. Aym. cons. 156. n. 5.* late *Mascard. concl. 441. n. 2. p. 1. f. 335.* cum alijs per *Tiraq. de retract. conuent. glos. 2. §. 1. n. 70.* & ita seruari in *Rot.* testatur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 31. n. 33. in fin. & lib. 8. tit. 20. n. 9. Mohed. decis. 158. alias. 3. de empt. & vendit. & latissime Menoc. cons. 343. n. 33. lib. 4.* Quod magis erit in clerico, ob cuius vitæ honestatem

nsium

hoc casu ius redimendi nō potest cedi.
propria dicitur mutuo accepta.
res quando præsumatur ex proprijs

dic tas probatur, si fuerit conuentum,
re d. mpta vt intra certum tēpus, augea-
tum pro supplemento ējque ad tantam
m. Et ex hoc arguitur, quod à principio
rueneri nullum pretium. n. 31.
ra dimidiam in præsumendo pignore
probanda, sed sufficit minor, in quo sta-
bitrio Iudicis. n. 33. & 34.
ut suppleatur pretium an sit contra na-
ntractus, & an tanquam insolitum
æsumptionem vsurarum. & n. 36.
retrouendendo dicitur pars pretij, &
habetur in probanda læsione, Et quo-
s læsio cōsideretur, & istud onus dedu
cōuentione de redimendo. n. 38. & 39.
ndo dicatur pars rei, & faciat excessū,
itetur ad rescindendam venditionem.
n vero gabella, seu laudemij. n. 41.
modium tritici quatuor aureis iuxta
à statuto definitum cum onere, vt ga-
ectet ad emptorem an dicatur excedere
n d. statuti.
itione domus pro quadringentis aureis
ere soluendi centum aliorum scutorum
ngentorum qui erat impositus super d.
n debeatur gabella tam respectu census,
retij dati in pecunia.
otest ex officio verum valorē inquirere
ost conclusionem in causa, si in dilatio-
atis partibus ad probandam læsionem
eas fuerit probatum. Amplia in obli-
us faciendi aliquid respectu eius quod
n. 45. Et in iudicio reddendarum ra-
. 46. Et in prouentibus, & fructibus,
certa quantitas non probatur. n. 47.

APVT CCLIX.

or quando non tenetur retrouendere,
ost certū tempus, veluti post triennīū,
nīū, inducitur per tale pactū præsum-
rum fdummodo alia coniectura con-
delicet quod modico pretio sit facta
el quod emptor sit solitus fænerari c.
. 5. de empt. & vend. Vbi duo copula-
runtur pactum de retrouēdendo ela-
mpore, & non ante, & modicitas pre-
eclarat Abb. ibid. col. vlt. ad fin. vers.
tria videnda sunt.
. n. 10. & cons. 76.
ed. n. 2. lib. 1. Ias. cōs. 153. col. 2. in prin.
remissis non obstātibus. lib. 4. Soc. cons.
d ex duabus. col. 2. ad med. vers. quar-
capitulo lib. 2. Aym. cons. 156. n. 5. late
concl. 441. n. 2. p. 1. f. 315. cum alijs per
retract. conuent. glos. 2. §. 1. n. 70. & ita
Rot. testatur Card. Mantic. de tacit.
conuent. lib. 4. tit. 31. n. 33. in fin. & lib.
9. Mohed. decis. 158. alias. 3. de empt. &
Vtilissime Menoc. cons. 343. n. 13. lib. 4.
erit in clerico, ob cuius vitæ hone-
statem

statem potius excluditur, quam augeatur huiusmodi præsumptio fænoris, 2 † vnde emptio cum pacto retrouendendi exiguo pretio facta a personis ecclesiasticis, multo minus præsumeretur contracta in fraudem vsurarum, quam ab alijs *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 25. n. 8. vsq. ad n. 11.*

Amplius non sufficeret modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, cum etiam requiratur 3 tertium, † quod videlicet emptor sit solitus fænerari *Bald. in c. 3. n. 8. de feud. dat. in vic. leg. cōmis. & cons. 133. quadam mulier. in 2. dub. in fin. vers. tertio casu quando nullus. lib. 1. Dec. cons. 366. in causa quæ coram. col. 2. ad med. vers. solū superest respondere. n. 2. in fin. & in l. rogasti. §. si tibi. col. vlt. ff. si cert. pet.* late *Natt. ad Alex. cōs. 54. in princ. in verb. quod paruitas. lib. 6. Menoch. cons. 343. n. 21. lib. 4.*

Ista tamen intelliguntur, quando pactū de retrouendēdo esse liberum, & simplex, aliud enim 4 est si huiusmodi conuentio est concepta, † vt non licitum sit redimere, nisi post certum tempus *Rotæ decis. 102. n. 2. in fin. vers. sed ista opinio.* Tunc enim sufficient illa duo scilicet paruitas pretij, & pactum de retrouendendo post certum tempus initum, cum ex hoc arguatur voluisse emptorem lucrari fructus eius temporis, itaut hæc sola coniectura æquiualeat illi, quod emptor sit solitus fænori dare *Gabr. cons. 74. col. 3. in princip. vers. hac vero coniectura. n. 7. lib. 1.*

5 Cum etiam istud pactum, † vt non liceat nisi post tempus redimere, inducat faciliorem præsumptionem vsurarum, quam si fuisset appositum simpliciter sine præfinitione temporis *Couar. lib. 3. var. resolut. c. 8. n. 8. post princ.* Quamuis etiam in hoc casu possint dici tria concurrere, videlicet modicitatem pretij, pactum de retrouendendo, & tertium, quod redemptio fieri non possit, nisi post certum tempus *Aym. cons. 156. col. 2. post med. vers. & sic etiam tenendo opinionem. n. 5.* licet etiam secundum magis communem sententiam Canonistarum sufficerent duo, videlicet pactum, & modicitas pretij, 6 vel verius stabitur arbitrio iudicis, † qui aliquando plures, aliquando vnam tantum coniecturam admittet pro qualitate personarum, vt testatur *Gabr. cons. 74. n. 3. in fin. vers. tamen verius & receptius est. lib. 1.* 7 † Vbi etiam quod sufficiet tractatus præcedens vna cum pacto *Bald. in l. 3. in princ. C. plus val. quod agit.*

Quæ etiam procedunt, quamuis res vendita non sit fructuosa, ita vt non detur consideratio quod tempus fuisset appositum, vt emptor interim 8 fructus perciperet, † sufficit enim rem emptam esse delectabilem, cum etiam oblectatio idem operetur, quod fructus in re fructuosa ad raguendum pignus, quasi videatur satis esse aliquid percipi ex re, quod possit pecunia æstimari, prout recipit delectatio hanc æstimationem vt in puncto concludit *Gabr. cons. 74. n. 5. in fin. vers. nec refert quod vinea. lib. 1.* 9 † Quidquid enim æstimabile percipitur vltra sortem est vsura *caus. 14. q. 3. per tot. Abb. in c. 1. n. 2. de vsur.* Vnde cōmodum cōcursus plurium scholarium dicitur pecuniæ æstimabile, quia doctor in his 10 delectatur, & efficitur magis famosus; † ideo in hoc etiam consideratur fructus, & vsura, si propter hoc mutuatur scholari *Abb. in c. fin. col. penult. ad med. n. 17. vers. et ex his infertur. de vsur.* Et per oblectationem habitationis dicitur quis 11 fructus percipere † *Glos. in l. si is qui bona. 11. §. 1. in verb. habitando. ff. de pignor.* vbi *Bart. in fi. n. 4.* dicit multum notandum, & ibi *Bald. in 2. notab. per l. 1. & 2. de pignor. act. Negus. de pignor. p. 5. membr. 5. n. 2.* Quidquid aliud sit in 12 eo, qui moratur ex primo decreto, † quasi tunc talis immissus in possessionem non dicatur inhabitare, cum statim possit repelli per debitorem purgantem contumaciam, ita vt hoc casu ista detentio, & fructus sint vnum, & idem, non considerando, quod possit alteri locare, cum hoc non debeat ei computari, quia est ignotum 13 quanto tempore debeat esse in tenuta, † Vnde neque citatio facta in tali loco dicetur ad domum habitationis, & erit nulla prout declarat *Bald. in auth. & qui iurat. col. 13. in fin. vers. pone missus sum in possessionē. n. 41. C. de bon. autor. iud. possidend.* sequitur *Alex. cons. 141. viso themate cum dubijs. col. vlt. post prin. vers. circa se-* 14 *cundum principale quæsitum. n. 12. lib. 5.* † Quasi tunc ille, qui in tali loco moratur non habitet nisi vt tædio affectus debitor compareat *l. is cui. in princ. ff. vt in poss. legat.* quod non est in alijs emptoribus, & creditoribus *l. si finita. §. si quis damnni. ff. de dam. infect.*

Idem est in donatione in solutum, quæ ex modico pretio, & pacto de retrouendendo præsumitur 15 facta in fraudem vsurarum, † sicut emptio, & vēditio *Ang. cons. 243. in fin. Rot. per Cassador. decis. 2. de vsur.* Quando tamen læsio esset magna, cum ex modico pretio, & pacto de retrouendendo non præsumeretur vsuraria, nisi aliæ præsumptiones concurrant, cū in donatione in solutum nō tam facile huiusmodi suspicio oriatur, vt declarat *Card. Mantic. de tacit. & am-* 16 *big. conuent. lib. 8. tit. 23. n. 4. & 5.* † Verum si mutuum præcessisset, & datio in solutum sequatur ex causa originali præsumeretur vsura, quando quis mutuam pecuniam puta centum ab alio petijt, & ille obtulit se paratum mutuare, sed velle quod venderet prædium pro illis mutuatis cum pacto retrouendendi pro eodem pretio intra aliquod tempus, secus si quis simpliciter mutuauit, & post quinquēnium accepit in solutum à debitore *Rot. coram R. P. D. Cantuccio Neapolitan. census. 4 decembris. 1579. de qua Card. Mantic. vbi supra tit. 21. lib. 8. n. 6.*

Quibus adde aliud esse in venditione annuorum 17 redditūum, seu censuum, † in quibus si apponeretur pactum, quod non possint redimi, nisi post certum tempus, contractus esset omnino vsurarius, & illicitus, quidquid sit in venditione prædiorum, & aliarum rerum mobilium, seu immobilium, in quibus non sufficeret sola conuentio, vt post certum tempus redimatur, cum aliæ coniecturæ debeant interuenire, vt supra dictum est, nam per constitutiones summorum Pontificum ista facultas redimendi statim com-

petat venditori, cum emptio census sit valde odiosa, vt in specie declarat *Couarr.lib.3.var. resolut. c.8.n.8.* Quidquid sentiant *Corrad.de contract.q.8.& Medin.de restitut. c.de cens.re-*
18 *dimib. col. penult.* † Cum contra eos sit verior sententia, vt testatur *Card. Mantic. de tacit.et ambig.conuent.tit.31.n.33.in fin.vers.sed hac opinio.lib.4.cum alijs per Mascard. conclus.441.*
19 *n.5.vers.restringe hanc intelligentiam,*† & ita etiam in censu seruat *Rot.coram Card. Seraph. Vrbeuetan.census 13.nouembr. 1592. & in eadem causa coram R.P.D.Gipsio* quam refert, & sequitur *Card.Mantic. de tacit. & ambig.conuent.tit.20.n.26.ad fin.vers.sed in sacro.lib.8.et tit.31.n.69.in princ.lib.4.*

Licet valeret pactum si ita conuenerit, vt si venditor fuerit in mora soluendi censum, possit
20 compelli ad redimendum, † præsertim si iure iurando promisit soluere tempore constituto. Quasi tunc sit in delicto propter moram non soluendi, prout in puncto concludit *Gabr.cons.*
21 *152.n.5.lib.1.*† Quamuis de hoc dubitet *Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.tit.22.lib.8. n.25.*cum per constitutionem *Pij V.* reprobentur huiusmodi pacta, præter quam in casu in
22 quo est facta denunciatio redimendi, † sed opinionē *Gab.*sequitur *Garz.Mastr.decis.95.n.3. & 4.p.1.*Vbi etiam idem concludit, quando pactum adiectum fuisset, vt in casu quo bona censuata reperiantur obnoxia, siue hypotheecata,
23 vel alteri vendita, † possit per emptorem census peti sors principalis, quasi tunc hoc proueniat culpa venditoris census, & ab eo repetatur pretium tanquā à volente, non inuito, cum non videatur prohibita repetitio proueniens ex culpa ipsius venditoris *Blas.Lanc.Io.de Olan. Guter. Molin.Medin.& alij per Mastr.d.decis.95.n.6. vsq. ad 9.* de qua quæstione etiam *Gasp.Roder. de ann.redit.lib.2.q.1.n.4.*
24 † vbi ponit alios casus, in quibus licita est sortis repetitio, subdens quod pactum prædictum vitiatur, sed nō vitiat contractum *Milanes. decis.2.n.98.lib.2.* Quando tamen pactum esset simpliciter appositum, vt sit in arbitrio emptoris à contractu recedere, & pretium repetere, esset iudicandus fene-
25 ratitius, † quasi tunc sub figura emptionis mutuum verè fuerit contractum *Couar.lib.3.var. resol.c.9.n.4.*sequitur *Rot.coram Card. Seraph. Vrbeuetana census. 13. nouembris 1592.* de qua per *Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuent. tit.22.lib.8.n.12.*

Item adde non posse considerari inualiditatem pacti, quando est facta conuentio, vt res vendi-
26 ta non redimatur, nisi proprijs pecunijs, cum huiusmodi pactum valeat *Aym.cons.191. n. 8. vers.quarta ratio.Card.Mantic.de tacit.et ambig.conuent.tit.31.n.70.& tit. 32. n. 14. & 15. lib.4.*Prout etiam dicimus valere, quod ipsemet
27 venditor possit redimere, non alius, † quo casu neque poterit cedi ius redimendi *Roland.cons. 28.n.30.vers.vltimo corroboro.lib.2.Tiraq.de retract.lignag.§.26.glos.3.n.43.*Vnde quemadmodum venditor non poterit redimere cum pecunia alterius, multo minus alius poterit hoc facere ex persona venditoris *Cardin.Mantic.d.tit.32.n.14.lib.4.*

Propria autem pecunia dicetur, quando quis eam mutuo accepit *l.2. §. appellata.ff.si cert. petat.*
28 Itaue † in dubio præsumatur res redempta ex proprijs pecunijs *l.& magis.de solut.*Dummodo non simus in paupere, & non industrioso, in quo militat potius præsumptio, quod redeme-
29 rit de pecunijs alienis † *Bart.in l.singularia.in fin.n.27.& ibi Ias.etiam ad fin. ff. si cert. petat. Bald.cons.318.practica ciuitatis. col. 2.vers. & quia nemo præsumitur.n.6.lib.1.post Glos. in l. cum oportet.6.in princ.in verb.ex suis substantia.ad fin.C.de bon.qua lib.*& in terminis pacti de retrouendendo ita late concludit *Aym.cons. 191.n.8.vers.quarta ratio.*

Valor tamen, & modicitas pretij probabitur, si in
30 instrumento conuentum sit, † quod nisi redimatur res vendita intra certum tempus augeatur pretium pro supplemento vsque ad tantam summam *Abb.cons.76.in præsenti consultatione.col.1.ad fin.vers.præterea modicitas.n.2.*
31 *lib. 1.* † Vbi etiam quod ex hoc arguitur quod à principio non interuenerit iustum pretium *Gabr.cons.74.n.7.lib.1.*

Notandum est autem quod circa remedium *l. 2.*
32 *C.de rescind.vendit.* † oportet cōstare de læsione vltra dimidiam, sed quo ad præsumendum pignus sufficit minor læsio, in quo stabitur arbitrio Iudicis pro qualitate facti, rei, & personarum, qui arbitrabitur vltra tertiam, quæ læsio in tertia est magna, nam si reputatur pignus quando venditio fit cum pacto retrouendendi, si adest læsio circa dimidiam non existente
33 alia coniectura, † magis erit dicendum sufficere læsionem in tertia parte, quando vltra pactum retrouendendi adest etiam conuentio, vt redimi nequeat ante decem annos, quasi hæc coniectura debeat aliquid operari, quæ etiam æquiualet illi, quod quis sit solitus fænerari, vt late oīa prędicta explicat *Gab.cōs.74.n.9. lib.1.*

Neque obstat *c.ad nostram.de emption.& vendit.* Vbi narratur modicitas pretij prope dimidiā,
34 quia non per hoc ibi negatur, † quod non sufficiat minor læsio *Gab.d.cons.74.n.9.ad fi.lib.1.*

Obseruādum est etiam, quod pactum, vt suppleatur pretium non est contra naturam emptio-
35 nis, † quia etiam in emptione potest augeri pretium sub aliqua conditione, quamuis conditio sit potestatiua, & quamuis augmentum conferatur in liberam voluntatem emptoris, si enim conditio deficiat remanet valida in pretio expresso, cum augmentum solum dicatur conditionale, nō autem ipse contractus, & pretium positum sub cōditione videtur quoddam accidentale, prout etiam augmentum pretij erit accidentale *Bald.in l.super rebus.15. col.2. post med.vers.sed dubitatur de tali casu.n.7.C. de contrah.empt.Salic.in l.in vēdentis. 13.col.2. in fin.oppos.5.n.6.C.eod.tit.Gabr.cons.74.n.16. et n.24.in fin.lib.1.*
36 †Illud tamē pactum tanquā insolitū posset arguere præsumptionē vsurarū vnde si adesset conuentio de retrouendendo & pactum, vt possit redimi solum intra certū

tempus,

tempus, & modicitas pretij saltem in tertia tunc pactum suppletionis pretij ostenderet, quod non adesset animus emendi, antequam veniat tempus supplendi, & existat conditio, ideo potius videretur dictum pactum adiectum ad transfundendum contractum pignoris occultè factum in venditionem, quasi non possit esse adiectum ob illam causam, vt alienatio esset irreuocabilis, ex quo lapso iam tempore redimendi talis erat, & sic elicietur animus, vt post illam diem res maneat accipientis *Gabr. cons. 74. n. 25. vers. secundus est casus. lib. 1.*

Quo vero ad pactum de retrouendendo, concludunt omnes, vt illud sit pars pretij, 37 † Ideo debet eius ratio haberi in probanda læsione, neque enim poterit dici probata læsio, nisi deducatur hoc onus reuendendi ex pretio alias iusto *Abb. in c. in aliquibus. in 2. notab. de decim. Soc. cons. 248. col. fin. lib. 2. Dec. cons. 167. Cagnol. in l. 2. n. 58. C. de pact. inter emptor. & vendit.*

Huiusmodi tamen onus deducitur in terminis *l. 2. C. de rescind. vendit.* quia ibi exigitur læsio vltra dimidiam in simplici venditione, 38 † vnde necesse est fateri, requiri maiorem læsionem in ea, cui aliquod onus annectitur, & talem læsionem, quæ remaneat adhuc vltra dimidiam deducto onere, aliud est quando venditur res cum pacto retrouendendi post decem annos, aut certum tempus, nam in probanda læsione non deducitur istud onus pacti ex pretio, cum non sit verisimile, quod Pontifex *in c. ad nostram. de empt. & vendit.* loquutus fuerit de pretio rei, quod remanet deducto onere, lex enim ipsa rationem duxit huius oneris & pacti, ideo non requisiuit læsionem, sed modicitatem pretij circa dimidiam, vel in tertia parte pro qualitate coniecturarum, & negotij, quæ alias fuisset minore contenta; Quamuis enim non possit apparere iustum pretium rei emptæ, vt læsio vera, si non deducatur onus pacti de redimendo, 39 tamen † probato vero valore, etiam non deducto pacto, potest constare de modicitate pretij, & si non de læsione certa, saltem idonea ad præsumptionem pignoris, cum enim agatur de emptione facta cum pacto retrouendendi, & non de qualibet emptione, consequens est, vt in statuenda modicitate pretij iura habuerint rationem istius pacti, nec voluerint id onus ex pretio deduci, ita late declarat *Gabr. cons. 74. n. 21. lib. 1.* vbi allegat etiam *Bald. cons. 322. lib. 3. sed est cons. 320. instrumento in forma. col. 2. in princ. vers. videamus ergo. lib. 3.* sed non videtur *Bald.* clare hoc dicere ad quod allegatur; in quibus tamen semper Iudex habebit arbitrium, vt per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 20. n. 51. vsque ad 53.*

Aduertendum tamen est, quod quamuis ratione oneris appositi in venditione quis dicatur læsus, 40 † quasi onus sit pars rei *l. fundi. de contrab. empt. Abb. in c. in aliquibus. in 2. notab. de decim.* Tamen non semper ista onera facient excessum, nec computantur ad rescindendam venditionem, vt dicimus in onere laudemij, seu gabellæ, 41 cum illam emptor non recipiat, † habetur enim solum ratio eius pretij, quod pars recipit, & si in hoc interueniat læsio vltra dimidiam agetur ad rescissionem, alias non competat d. actio *Rebuff.* in specie *de resciss. contract. artic. vnic. glos. 15. n. 18. tom. 2. fol. 182.*

Vnde vendens modium tritici quatuor aureis iuxta pretium à statuto definitum, adiecto onere, 42 † quod gabella spectet ad emptorem, non incidit in pœnas statuti contra eos, qui plus vendunt frumentum vltra d. pretium, cum huiusmodi onus gabellæ non faciat excessum pretij, nam ex onere adiecto emptioni, & venditioni nihil commodi percipitur per emptorem, aut venditorem, quare non mirum, si illud non habeatur loco pretij *Ludouicus Mexia in pragmat. de taxa panis conclus. 3. n. 10.* quem refert & sequitur *Felician. de Solis de censib. lib. 2. c. 6. n. 11. ad fin.*

Quare etiam si venditur domus pro quadringẽtis aureis cum onere soluendi censum aliorum 43 quadringentorum scutorum, † qui erat impositus super d. domo, non debebitur gabella respectu quantitatis sortis principalis census, & annuæ præstationis, sed solum respectu pretij dati in pecunia numerata, quia illud onus iam semel est apud primum emptorem, & in eo remanet res vendita pro parte tributi, & fuit soluta gabella de tali venditione, & nunc non venditur per tributarium, aut aufertur, sed solum transfertur onus in secundum emptorem, vt liberetur dominus domus, & recipiat loco pretij, sed circa onus non celebratur aliqua venditio, quia esset vendere rem alienam ratione prioris constitutionis annui reditus, ex quo iam fuit soluta gabella, sicque sufficiet, quod nunc soluatur ex re vendita detracto onere, quamuis enim venditor sentiat commodum tanquam liberetur à solutione census, ad quod prius tenebatur, tamen hoc ipsum non efficit, vt possit constringi ad vectigal, cum requiratur, vt ipsum commodum actu perueniat ab emente ad venditorem, prout in specie concludit *Didac. Perez. in probem. tit. 2. lib. 8. ordinam. veter. fol. 35. vers. dubitatur. Parlador. rer. quotid. lib. 3. §. vlt. n. 53.* quos refert, & sequitur *Felician. Solis de censib. lib. 2. c. 6. n. 11.* vbi quod ita sæpe fuit iudicatum omissa distinctione *Ignat. de Lasarte de decim. vendition. c. 10. n. 17.*

Insuper addendum est, quod in dilationibus, quæ dantur partibus ad probandam læsionem vltra dimidiam iusti pretij in alienationibus, aut 44 transactionibus rerum suarum, † si pars nihil probauit, vel non plene probauit, tunc poterit iudex inquirere ex officio verum valorem ipsius rei, & debet hoc facere etiam post conclusionem in causa, vt in specie concludit *Vasq. in l. si quis in suo. §. legis. in fin. n. 35. C. de inoff. testam.* quam repetit *in tract. de success. resolut. lib. 3. fol. 24.* 45 † Vbi quod est multum notandum amplians ad obligationes aliquid faciendi respectu eius, quod interest, quamuis enim fuerit dilatio data ad probandum interesse, & non

extitit aliquod probatum, tamen potest fieri
46 æstimatio per Iudicem, † Prout etiam idem erit in iudicio reddendarum rationum, quod agitur inter pupillos, & tutores, & similes in quamplurimis generibus negotiationum, quod voluit *Bart. in l. si quod ex pamphila.73. in fin. de leg.1.* & ibi late *Alex. in addit. in verb. officio*
47 *suo.* † vbi *in fin.* ampliat ad prouentus, fructus, & similia, quorum certa quantitas non probatur, & notant omnes *in l. unic. vbi Bart. in fin. vers. vltimo debes scire. C. de sent. quæ pro eo quod interest. per tex. in l. semper. § in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.*

EPITOME.

Neptis in quibus casibus sit dotanda ab auo tam paterno, quàm materno. ¶ Et quid si ipsa sit diues, vel emancipata, & habeat matrem diuitem. ¶ Statutum, quod filia dotata ab auo, vel patre non habeat regressum ad bona paterna, seu auita an illam impediat, vt non possit habere recursum ad eorum bona, si fuit dotata de bonis vxoris. ¶ Constitutio loquens per verbum dotare, quomodo sit intelligenda. ¶ Neptis defuncto patre quando incipiat tenere primum locum ex persona propria, & consequatur legitimam in bonis aui, si à patre fuerit illi assignata dos, qua deberet stare contenta secundum formam statuti tam Vrbis, quàm aliorum locorum.

SVMMARIVM.

1 *Auus an teneatur dotare neptem, si supersint bona patris illius, quæ sufficiant ad dotandum. Et quid in auo materno. n.2.*
3 *Auus an excusetur ab onere dotandi neptem diuitem. & n.4. Distingue vt n.7. Et quid si habeat matrem diuitem. n.12.*
5 *Filia potest petere se dotari à patre, quamuis habeat bona aduentitia.*
6 *Officium aui dotandi neptem pendet ab officio patris.*
8 *Neptis ex filio emancipato quando sit dotanda ab auo.*
9 *Filius per matrimonium censetur emancipatus in Regno Portugalliæ.*
10 *Obligatio auctorum non mutatur ex persona hæredum.*
11 *Matri incumbit onus dotandi filiam inopem. & n.16.*
13 *Progenies quos comprehendat.*
14 *Auus paternus tenetur prius dare alimenta nepti quam mater.*
15 *Auus venit appellatione patris.*
17 *Neptis est dotanda prius ab auo, quam à matre, licet non sit in eius potestate. n.19. & 20.*
18 *Descendentes per lineam femininam non sunt de familia matris, vel aui materni.*
21 *Mater in successione præfertur.*
22 *Alimenta sunt prius præstanda filia per matrem, quàm per fratrem.*
23 *Statutum, quod filia dotata à patre, seu ab auo non habeat regressum ad bona paterna, vel auita, non impedit regressum ad eorum bona, si fuit dotata de bonis vxoris. Amplia vt n.24. Declara vt n.26.*
25 *Constitutio loquens per verbum dotare, significat ius, non actum nudi ministerij.*
27 *Neptis defuncto patre incipit tenere primum locum ex persona propria, & consequitur legitimam in bonis aui. Fallit quando à patre esset illi assignata dos, qua deberet stare contenta secundum formam statuti. n.28. Et quid in casu statuti Vrbis. n.30.*
29 *Filia non impugnat voluntatem patris.*
31 *Statutum Vrbis derogat l. omnimodo. C. de inoff. testam. non autem l. quoniam in prioribus. C. eod. tit.*

CAPVT CCLIX.

IN quæstione illa an auus teneatur dotare neptem concluditur per Doctores negatiue,
1 quando † supersunt bona patris illius, quæ sufficiant ad eam dotandum; Ista enim obligatio aui competit in subsidium, si filius dotare non possit, quasi onus dotandi principaliter incumbat patri iuxta opinionẽ *Bald. in auth. res quæ. n.11. C. comm. de legat. Rip. in l.1. n.74. ff. solut. matrim.* quos sequitur *Rot. coram R.P.D. Penia Romana bonorum. 28. Iunij. 1596. & coram Card. Seraphin. Portuen. bonorum. 16. Februarij. 1580.* & voluit etiam *Aym. cons. 219. n.3. vers. limitantur tamen. Menoch. cons. 81. n.48. Alexan. cons. 138. ponderatis his quæ in dicto. col.2. in princ. n.3. lib.5. Aret. cons. 17. n.13. in 4. dub. Socin. cons. 33. circa præsentem. col. penult. in fin. vers. sed quidquid sit in casu illo. n.16. lib.3.* Et de magis communi opinione testatur *Barbos. in l.1. p.4. n.111. ff. solut. matrim.* licet ipse in puncto iuris contrariam sententiam defendat tanquam veriorem, prout etiam tenet *Socin. Iun. cons. 79. n.37. vsque ad 41. lib.3.*

Quæ magis procedent in auo materno, qui non
2 tenebitur dotare neptes, nisi inopes sint † *Glos. in l. fin. in verb. intelligi. C. de dot. promiss. Campeg. de dote. p.1. q.18. Bald. Nouell. eod. tit. p.6. priuil.26. n.3. Gul. Benedict. in c. raynutius. in verb. dotem. col. penult. n.68. de testam. Alex. in l. 1. n.19. ff. solut. matrim.*

Ex prædictis dicebatur idem statuendum esse,
3 quando ipsamet neptis erat diues; † Nam quemadmodum auus non tenetur dotare neptem, si habet patrem diuitem, cuius bona sufficiant ad eam dotandam ex supra allegatis, Ita quoque dicẽdum est auum excusandum ab hoc onere, si neptis habeat bona, ex quibus possit se ipsam dotare. Ita in specie concludit *Lup. in c. per vestras. in 3. notab. 9.24. quod est vlt. col.3. in fin. vers. in secundo etiam mihi non placet, de donat. int. vir. & uxor. f.371.* quem sequitur *Baeza. de non meliorand. fil. ab. c.7. n.16.*

Contrarium tamen, cum de hoc quæreretur, Dixi
4 verius esse. Etenim non adest par ratio, † quando

illa dotata à patre, seu ab auo
ressum ad bona paterna, vel
it: regressum ad eorum bona, si
xoris. Amplia sub n. 24.
6.
ens per verbum dotare, signifi-
um nudi ministerij,
patre incipit tenere primum lo-
propria, & consequitur legiti-
m. Fallit quando a patre esset
, qua deberet stare contenta
tam statuti.n.28. Et quid in ca-
.n.30.
nat voluntatem patris.
terogat l.omnimodo. C.de inoff.
tutem l.quoniam in prioribus.

VT CCLIX.

illa an auus teneatur dotare
uditur per Doctores negatiue,
at bona patris illius, quæ suf-
ot.ndum; Ista enim obligatio
subsidium, si filius dotare non
us dotandi principaliter incum-
opinione Bald. in auth. res quæ.
le legat. Rip. in l.1. n.74.ff.solut.
quitur Rot.coram R.P.D.Penia
um. 28. Iunij. 1596. & coram
Portuen.bonorum.16. Febrar.
luit etiam Aym. conf. 219. n. 3.
tamen. Menoch. conf.81. n.48.
38. ponderatis his quæ su dictis.
3.lib.5.Aret.conf.17. n.13.in 4.
circa præsentem.col.penult.in
quid sit in casu illo. n.16. lib.3.
mmuni opinione testatur Bar-
111.ff.solut.matrim. licet ipse
contrariam sententiam deten-
torem, prout etiam tenet So-
n.37.vsque ad 41.lib.3.
dent in auo materno, qui non
re nepotes, nisi inopes sint † Glos.
l.vlt.C.de dot.promiss.Cam-
q.18. Bald. Nouell.eod. tit. p.6.
ul.Benedict.in c.raynutius. in
vult.n.68.de testam. Alex.in l.
natrim.
batur idem statuendum esse,
t neptis erat diues; † Nam
n auus non tenetur dotare ne-
patrem diuitem, cuius bona suf-
dotandam ex supra allegatis. Ita
um est auum ex tutandum ab hoc
s habeat bona, ex quibus possit se
Ita in specie concludit Lap. in c.
notab. 5.24. quod est vlt. col.3.
secundo etiam mihi non placet. &
vxor.f.371. quem sequitur Au-
rand. filiab.c.7.n.16.
en, cum de hoc quæreretur. Dixi
nim non adest par ratio, † quan-
do

do neptis habet patrem diuitem, vel ipsa est diues, cum semper illius intersit dotem habere, quamuis habeat bona propria, vt à marito melius tractetur, quod interesse non consideratur, quando haberet patrem diuitem, cum enim debeat esse contenta vnica dote, non est curandum, quod illam potius habeat à patre, vel ab auo, Ita in specie concludit *Crot.in l.1.n.83.ff. solut.matrim. & ibi Socin. col.8. in princ. n.47. vers.sed tu iterum considera. Castren.conf.438. quantum ad primum quæsitum. col.vlt.ad med. vers.nam & onus dotandi. n.5.lib.2.*

Et facit, quia sicut filia potest petere se dotari à 5 patre, licet habeat bona propria † aduentitia *l.fin.C.de dot. promiss.* cum paternum officium sit dotem dare pro sua progenie, Ita etiam hoc 6 poterit peti ab auo, † cuius officium pendet ab officio patris *Soc.Iun.conf.79.n.34.lib.3.*

Magis autem prædicta habent locum in casu, de 7 quo agimus, † quia sumus in auo habente neptem in sua potestate, quidquid aliud sit in eo, qui non habet, tunc enim non tenebitur auus dotare, nisi in subsidium, scilicet quando neptis esset inops, & bona propria non haberet, vt declarat *Barbos.in l.1. p.4. n.122.ff.solut.matrim.*

8 Exemplo † eius, quod dicimus de filio emancipato, cuius filiam auus non tenebitur dotare, nisi in subsidiũ, quando inops esset, prout tenet *Rot.coram R.P.D.Penia Romana bonorum.28. iunij.1596.* vbi ita declarat *Socin.conf.79.n.33.* 9 *lib.3.* † & passim id seruari in regno Portugalliæ, in quo filius per matrimonium censetur emancipatus dicit *Barbos. in d.l.1.p.4. n. 122. ff.solut.matrim.* Vbi etiam, quod idem erit, si fi-10 lius hæredes relinquat, † qui cogentur dotare filias defuncti emancipatas, cum etiam ex persona hæredum non potuerit mutari obligatio eorum auctoris *l.2. §. ex his igitur.ff.de verb. oblig.l.prætoria.la 1.§.incertam.ff.eod. tit. l.cui fundus.de condit.& demonstrat.*

Neque obstat, quod in casu, de quo agebamus 11 adesset mater diues, † cui potius incumbebat onus dotandi filiam inopem, quam auo, stante dicta causa inopiæ, vel simili *l.neque mater.14. C.de iur.dot.* Quia prius cogendus est auus do-12 tare neptem, † quam mater, cum officium paternum sit dare dotem pro sua sobole, & progenie, non maternum *Glos. in l.fin. C. de dot. promiss.* Vnde cõprehenduntur nepotes, pronepotes, & 13 deinceps, cum † hoc significet verbũ progenies *l.fin.C.de natural.lib. Socin.Iun. conf.79.n.33. lib.3.* Prout quoque auus paternus tenetur prius 14 dare alimenta nepti, quam mater † *l.penult.de liber.agnosc.Ruin.conf.94.n.9. in fin. lib.5.* cum 15 etiam auus veniat appellatione patris † *l.iusta interpretatione.de verb.signif.Surd.de alim. tit. 1.q.12.* Nunquam enim mater cogitur dotare filiam, nisi ex probabili causa, quæ erit quando 16 ipsa esset diues, filia autem pauper, & patre carens, vel habens patrem inopem *Bart. in auth. res quæ.n.4.C.comm.de legat. Alexan. conf.144. viso themate quæstionis. col.penult.in fin. vers. nec enim est mirandum. n. 13. & 14. lib. 6. Cephal.conf.5.n.63.* Quidquid contrarium sequatur *Ang.in l.filiam.ad trebell.* cum contra eum sit magis communis opinio, vt latè testatur *Surd.de alim.tit.1.q.14.n.13.*

Amplius prædicta procedunt etiam in casibus, in quibus auus non haberet neptes in potestate, 17 semper † enim ille prius est cogendus dotare neptes, & alere, quam mater, Quia non per hoc cessat, quod tales neptes non sint de familia ipsius aui, quamuis non sint sub eius potestate, sunt enim de sua agnatione *l.iurisconsultus. de gradib.cognat.§.1. instit.de success. agnat. l.sunt* 18 *autem.§.1.de legit.tutor.* † Descendentes autem per lineam fœmininam non sunt de familia matris, vel aui materni, cum ex hac ratione fœmina dicatur principium, & finis suæ familiæ, & agnationis *l.pronunciatio.§.familiæ. de verbor.* 19 *signif.* † Vnde meritò auus erit priori loco cogendus ad dotandum, & alendum neptes tanquam existentes de sua agnatione, non autem mater, de cuius familia non sunt *l. penul.ff.de* 20 *lib.agnoscend.* † Et in specie non obstante, quod non sint in potestate aui, ita concludit *Barbos. in l.1.p.4.n.124.ff.solut.matrim. contra Laram in l.si quis à liberis. §. si mater. n. 40. ff. de lib. agnoscend.*

Nec aduersatur, quod mater in successione præfe-21 ratur *auth.defuncto. C.ad tertull.* † Quia obligatio dotandi, & alendi nihil commune habet cum iure successionis. Nam pater, & mater succedunt æqualiter filio, & tamen solus pater alere tenetur, & dotare. Quemadmodum etiam mater, & frater succedunt æquis portionibus fi-22 lio, † & nihilominus prius tenetur mater ad onus alendi, quam frater, prout in terminis ita respondet *Ruin.conf.94.in fin.n.10.lib.5.*

Adde idem esse, quamuis statuto caueretur, quod filia dotata ab auo, seu patre non habeat regres-23 sum ad bona paterna, † seu auita, si enim pater, seu auus dotasset filiam de bonis vxoris, non impeditur ex hoc regressus ad bona paterna, quia in effectu non fuit a patre dotata *Bald. in specie in l.neque mater.14.ad fin.vers.pone statuto. n.3. C. de iur. dot.* † vbi ampliat ad con-24 stitutionem disponentem, quod soror dotata a fratre non succedat fratri, si enim frater dotauit sororem de propria portione sororis suc-25 cedit fratri. † Quia d. constitutio, seu statutum loquens per verbum dotare, significat ius, non actum nudi ministerij *l. pater ex prouincia. ff.de manum.vind. l.si res quas. de iur. dot.* sequitur *Anchar.in c.canonum statuta. de con-26 stitut.* † Quidquid aliud sit quando statutum concerneret fauorem masculorum mandando, vt mulier esset contenta dote sibi data, quo casu sufficiet a quocunque fuerit dotata, cum declarationibus, quas adduxi *supra c. 15. n.1. vsque ad n.7.*

Ideo etiam quamuis defuncto patre ceperit neptis tenere primum locum ex persona propria, 27 Itaut necesse sit, † quod etiam in bonis aui legitimam consequatur, a qua omne grauamen esset reijciendum *Socin.conf.79.n.45.lib.3.* Tamen

28 men ista non habebunt locum, † quando à patre esset illi assignata dos, qua deberet esse contenta secundum formam statuti, quasi tunc videatur subsequens dotis constitutio fieri in executionem conuentionis factæ à suo patre,
29 quam filia non poterit impugnare † *l. cum à matre. C. de rei vendic.* cum perinde esset, ac si pater illam dotem ei constituisset, maximè quando filia repræsentaret personam sui patris iam vita functi, cum debeat hoc esse cum sua qualitate fœminitatis *Rot. coram R.P.D. Decano Romana de Capranica. 23. ianuarij. 1581. & coram R.P.D. Penia. Romana bonorum. 28. iu-*
30 *nij. 1596. vers. item ipsam tali dote.* † Vbi, quod maximè procedit stante statuto Vrbis *lib.* 1. *c.* 141. quo cauetur filias, vel neptes contentas esse debere de dotibus ipsis relictis à patre, vel ab auo, ita quod aliud amplius petere non possint; Dummodo tamen non grauentur in d. dote, quasi tūc illa succedit loco legitimæ; Quam-
31 uis enim statutum vrbis † deroget dispositioni *l. omnimodo. C. de inoff. testam.* Vbi neptis non potest petere supplementū legitimæ; tamen non derogat *l. quoniam in prioribus.* C. *eod. tit.* dum disponit, vt omne onus reijciatur iuxta decisionem *Rot. coram R.P.D. Robusterio. Romana de Margarit. 9. martij. 1583. & coram R.P.D. Penia. Romana bonorum. 28. iunij. 1596. post Socin. consf. 79. n. 41. & 45. & per totum. lib. 3.*

E P I T O M E.

Conditio extrinseca, & intrinseca quæ sit, & quando illa reijciatur in deposito, responsione ad positiones, & similia, & quid operetur circa abdicationem dominij pretij oblati, vel depositi. ¶ Creditor an possit cogi ad faciendam liberationem generalem. ¶ Taciturnitas quando inducat consensum, vel requiratur protestatio. ¶ Depositum de moneta reprobata, vel de proximo reprobanda an valeat. ¶ Et in quo loco debeat fieri, siue sit depositum iudiciale, siue extraiudiciale. ¶ Pœna contra vendentem frumentum, qui sciebat eius æstimationem esse minuendam. ¶ Et de eo, qui vendit vinum, quod scit certo tempore corrumpi. ¶ Et de festinantibus ad delinquendum, qui sentiunt remissionem proxime promulgandam. ¶ Et de scientibus fœminam peperisse dissimulato partu, si prouocauit aliquem ad sponsionem.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum, & oblatio debet esse pura, non continens aliquam conditionem extrinsecam, licet aliud sit in intrinseca, & quæ sit talis conditio. n. 2.*
3 *Oblatio, vel depositum cum conditione intrinseca quid operetur circa abdicationem dominij pretij oblati, vel depositi, & n. 4.*
5 *Responsio conditionalis ad positiones quando admittatur.*
6 *Responsio quo casu sit habenda secundum naturam rei interrogatæ.*
7 *Depositum est inualidum, si fuerit adiectus modus, & conditio, vt soluatur facta quietantia iuxta formam instrumenti, in quo donans declarat se donare pro omni eo, quod donatarius consequi posset ratione dotis, & legitimæ sibi relictæ in testamento.*
8 *Depositum est nullum factum cum conditione, vt fiat instrumentum iuxta formam laudi, ad quod de iure non poterat cogi. Et quid si non fuerit illi contradictum n. 12.*
9 *Creditor non potest cogi ad faciendam liberationem generalem, sed solum de datis, & receptis.*
10 *Consensus videtur præstitus tacendo, & quomodo hoc intelligatur. n. 11. 14. 15. & 16.*
13 *Præsens protestationi, & non contradicens quando videatur consentire.*
17 *Depositum de moneta non expendibili tempore depositionis non valet, & est faciendum de tota summa, ita ut ne nummus quidem deficiat. Amplia quamuis pecunia esset de proximo reprobanda. n. 19.*
18 *Pecunia reprobata non liberat soluentem.*
20 *Vendens vinum, quod scit certo tempore corrumpi tenetur de eius periculo.*
21 *Venditor frumenti, qui sciebat eius æstimationem minuendam an teneatur emptori illam restituere.*
22 *Sciens fœminam peperisse dissimulato partu, si prouocauit aliquem ad sponsionem, tenetur in eo, quod interest, & ad pœnam stellionatus.*
23 *Festinantes ad delinquendum, quia sentiunt remissionem proxime promulgandam quomodo puniantur.*
24 *Oblatio, & depositum potest fieri in qualibet parte iudicij.*
25 *Depositum est faciendum in publico, & hoc publicum quomodo intelligatur. Et quid in deposito extraiudiciali. n. 26.*
27 *Protestatio coram honestis viris requiritur, si copia iudicis haberi non potest in faciendo depositum, aut appellando. n. 28.*

C A P V T CCLX.

Oblatio, Consignatio, & Depositio inter multa requisita, quę sunt necessaria, vt valeat, & effectum operetur, de quibus modo non
1 est quæstio, debet esse pura, † non continens aliquam conditionem extrinsecam, Quidquid sit in modo, & conditione intrinseca, quæ inest ex natura actus, talis enim non obest, vt in deponente pretium, si res vendita sibi tradatur, Ad
2 istud enim de iure venditor cogitur, † ideo non potest dici incongrua depositio, prout esset quando requireretur aliquid, ad quod de iure non deberet cogi, tunc enim conditio tanquam extrinseca esset reijcienda, Ita concludit *Bald. in l. acceptam. 19. col. 4. in princ. vers. quarto quæro. n. 14. C. de vsur. Neguf. de pignor. p. 5. m. 3. partic. 2. n. 10. vers. tertio quæritur. fol.* 103. Intelligendo tamen, quod oblatio valeat tan-

tanquam pura, quando fuit facta cum condi-
3 tione intrinseca,† vt nō operetur quod emptor offerens, aut deponens interim fit liberatus ab obligatione pretij, cum huiusmodi depositum nō fuerit factum animo abdicandi a se dominiū illius pretij, sed solum ad effectum, vt sibi res tradatur *Bart.in l.si soluturus.139.ad fin. vers.*
4 *sed oppono nonne facta.n.5 .ff. de solut.* † Quidquid aliud fit cum deponitur, vt creditor possit accipere quando vult, tunc enim adest animus abdicationis dominij, & sequitur *Bald. in d.l. acceptā. q.4.ad med.C.de vsur. & ibi Castr.col. 5.ante fi.vers.si vero facta fuit sub cōditione.n.12*

Idem est in similibus dispositionibus, prout dicimus de eo, qui secundum formam statuti tene-
5 tur respōdere positionibus, † si enim respōdeat sub conditione intrinseca, valet responsio, cum dicatur respondere simpliciter, & secundum naturam actus, secus in respondente cum conditione extrinseca, quæ facit actum diuersum ab actu puro *Ang.in l.qui liberis.8. in princ. vers. conditio ergo.& ibi Imol.n.2.ff.de vulg.et pupil. Idem Imol.in l.1.in princ.in 2.notab.ff.eod.tit. Alex.in l.1.§.si quis simpliciter.col. 1. post med. vers.& retenta opinione.n.5.ff. de verb. obligat.*
6 & † quando dicatur responsio secundum naturam rei interrogatæ, & possit aliquid addi quāuis debeat esse simplex *Bald.in l. 1. in princip. C.de ædilit.action.*

Quare alias fuit conclusum per *Rot.coram R.P.D. Orano Romana bonorum. 11. decembris. 1585.*
7 depositum, † de quo ibi agebatur fuisse inualidum, neque suffragari, cum in cedula illius depositi fuisset adiectus modus, & conditio, vt soluatur facta quietantia iuxta formam instrumenti, quasi tunc contineret conditionem extrinsecam, cum habeat relationem ad formam instrumenti donationis, vbi donator declarauerat se donare pro omni eo, & toto, quod donatarius consequi posset ratione dotis sibi in testamento relictæ ac legitimæ, & portionis sibi competentis in bonis auitis, & paternis, Itaut quamuis in d. cedula non peteretur quietatio generalis, sed simpliciter, tamen debeat iudicari generica tanquam habens relationem ad formam instrumenti donationis, Vnde merito tale depositum tanquam conditionale non poterat aliquem effectum operari, cum debeat esse purum, & simplex *Alex.conf.26. lib.6.alias 88. viso et diligenter ponderato.col.vlt.in prin.vers. quinto quia dicta protestatio.lib.5.Iaf.cōs.9.col. penult.post med.vers. quinto quia depositum. n. 15.lib.1.Rimin.Iun.conf.523.n.21.lib.5.Menoch.de arbitr.cas.232.in addit.n.47.vers. nono & vltimo oblatio.Grat.conf.93.n.75.lib.1.Aym. conf.502.n.9.*

Ex prædictis alias Dixi non suffragari similem depositionem, de qua in casu mihi proposito, cum non fuerit facta pure, simpliciter, & expe-
8 dite,† sed cum conditione, vt fiat instrumentum iuxta formam laudi, ad quod de iure non poterat cogi stante nullitate d. laudi continentis condemnationem ad faciendam generalem quietantiam, quasi tunc ista liberatio generalis dicatur captiosa, quam non tenetur creditor inuitus facere, sed solum de datis, & rece-
9 ptis † *l.pluries.C.de fid.instrum.* & in specie declarat *Bar.in l.est aquiliana.in verb.ex quo potes.ff.de transact.& est tex.in l.3.§.contrarium. ff.de contrar.& vtil.act. tut. Roman. conf.155. præmissum.* & ibi late *Mandos. in verb. quietationem. Idem Roman.conf.403.n.8.Felin.in c.significauit.41.col.vlt.in princ.vers.pro quo facit. n.8.in fin.de testib.Alex.conf.11.viso ac vt oportet.col.3.in princ.vers.& ideo secundum eum n.9.lib.2.cum alijs per Tiraq.in l.si unquam.in præfat.n.116.post med.vers.ideo nemo cogendus. C.de reuoc.donat.*

Amplius neque obstaret, quod non fuerit contradictum huiusmodi deposito, & protestationi,
10 quamuis enim tacendo videatur præstitus consēsus *l.si filius.ff.ad maced.Glos.in l.si fideiussor. in princ.ff.qui satisd.cog.* Tamen si prius nō fuit facta approbatio protestationis in partibus fa-
11 cientibus contra debitorem, † non est necesse aliud opponere in termino præfixo ad opponendum, quia sciebat debitor ius suum saluum esse ex priore contradictione *l. sicut. §. non ui-*
12 *detur.ff.quib.mod.pign.uel hypoth.soluit.* † & in specie ita concludit *Alexan.conf.88.in fin.vers. nec prædictis obstat.n.31.lib.5.* Omisso quod etiā præsens protestationi, & non contradicens non
13 semper videtur consentire, † de quo per *Doct. in c.cum m.ferrarien.9.de constit.* cum in actu oneroso tacens nō dicatur cōsentire, ideo requi-
14 ritur expressus consensus, † vt ibi notat *Felin. col.20.in prin.n.34.in 4.conclus.Abb.in c.cum a nobis.de elect.Bart.in l. 1. C. de lit. contest. & in l. non solum.§.morte.ff.de nou.oper. nunciat.* Ma-
15 xime † quando ageretur de magno præiudicio, prout in casu, de quo agimus *l.penult.ff.de furt.* Quidquid sit in modico damno *l.quam tuberonis.§.sunt quidam.ff.de pecul.l.labeo.de aqua pluu. arcend. Bart. in l. qua dotis. 34. ff. solut.*
16 *matrim.*† Præsertim cum tractetur de obliganda persona præsentis, & tacentis, Quidquid aliud sit in reali, quando potuit impedire & non impediuit, latè *Barbos. in d. l. qua dotis. n. 159.uers.tertia limitatio.ff.solut.matrim.*

Adde depositum, de quo agimus fuisse factum in parte de moneta, quæ non erat expendibilis tē-
17 pore depositionis, † quo casu tanquam de ea, quæ non est in vsu, non debet suffragari, cum oblatio, & consignatio debeat fieri de tota summa integra, Itaut ne nummus quidem debeat deficere *l.grege.§.penul.de pignor.Rip.in l.quod te.n.22 ff.si cert.pet.* cum alijs *per Tiraq.de re-*
18 *tract.conuen. §.4.glos.6.n.23. & 24.* † Cum pecunia reprobata non liberet soluentem *l.elegāter.§.qui reprobos.de pignor.act.* Vnde depositū vt afficiat, debet esse de pecunia currenti, & vsuali *Dec.conf. 668. secundum ea. per tot.* latè *Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloss.20.n.14.& 15.*

Immo neque valeret depositum, aut oblatio pecu-
19 niæ, quæ licet adhuc non sit reproba, † tamen de proximo esset reprobanda sciente ipso debitore *Bald.in l.acceptam.q.17.in fin.col.penult.n.28.C.de usur.Neuiz.conf.49.n.16.Gabr.*

concl.

concl, 2. n. 24. de solut. cum alijs per Menoch. de
20 arbitr. cas. 232. n. 35. & 36. † Vbi etiam de venditore vini, qui scit vinum certo tempore corrumpi, tenetur enim de periculo, nisi vitiū ipsi emptori detexerit *l. si vina. de pericul. & cōmod.*
21 *rei venait.* Et de venditore frumenti, † qui sciebat eius æstimationem minuendam esse statim post venditionem, qui etiam tenebitur ei, cui debebat istud vitium latens detegere *Bart. in l. cōtra. in fin. ff. de legi. & in l. quaero. de act. emp. Rom. sing. 286. nūquid si sum. magnus. n. 1. Fel. in c. 1. col. 5. in 2. limit. in fin. vers. & pro hac li-*
22 *mitatione facit. de constit.* † Et de sciente fœminam peperisse dissimulato partu, si prouocauit aliquem ad sponsionem, quod teneatur in eo, quod interest, non quaerendo, an deceptio sit vltra dimidiam iusti pretij, itaut etiam possit puniri crimine stellionatus *Strac. de sponsion. in fin. vers. item quaero vincentius lucreti 3. m. n. 2. et*
23 *3. fol. 120.* † Et de festinantibus ad delinquendū quia sentiunt pacem, seu remissionem de proximo promulgandam, & in similibus casibus *Bart. in l. 1. in prin. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuerit. in vlt. notab. Neuiz. cons. 49. n. 17. ad med.*

Nec facit alia oblatio, & depositio secundo loco facta, quasi permissum sit in qualibet parte iudi-
24 cij illā denuo facere, † si prima fuerit inualida, aut nulla *Corn. cons. 85. n. 8. lib. 4. Menoc. de arbitr. cas. 232. in fin. n. 48. in addit.* Quia etiā ista secunda deficit in multis, prout prima ex supra allegatis; Vltra quod in hoc secundo deposito neque potest fieri aliquod fundamentum, cum
25 fuerit factum sine auctoritate Iudicis, † cum lex mandet consignatū esse deponendū in publico, & hoc publicum intelligi oportet, vel sacratissimas ædes, vel vbi competens Iudex super ea re aditus deponi disposuerit, quasi scilicet aliter depositio fieri nō possit, quā in sacris ædibus, vel alibi iussu iudicis *l. acceptam. C. de vsur. Alex. cons. 75. in causa & lite. col. 3. ad med. vers. secundo respōdeo. n. 7. lib. 7. & in addit. ad Bart. in l. si solutus ff. de solut.* Et quidquid alij contrarium sentiant, hanc opinionem tanquam verissimam sequendam dicit *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. n. 11. Bald. in l. si reus paratus ante med. de procur. & ibi Castr. col. 1. in fin.*
26 licet † in extraiudiciali deposito aliud esset, in eo enim deponens eligit locum, quem voluerit, quia de illo, quod deponitur non est controuersia *l. itaut. in prin. ff. de administr. tutor. l. debitor. ff. de neg. gest.*

Neque sufficeret, quod iudicis copia haberi non potuerit, nisi etiam debitor protestetur coram honestis viris faciendo de his rogari notarium, Ita in specie declarat † *Castr. in l. acceptam. 19.*
27 *col. 6. in prin. in 2. artic. in fin. n. 13. vers. & si nō potest habere. per tex. in l. fin. de his. qui per met. iudic. non appell. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi praetori. ff. de nou. oper. nunc. sequitur Menoc. de arbitr. cas. 232. in 6. requisit. in fin. n. 39.* Et fa-
28 cit, quod diximus de appellatione, † quæ fit coram honestis viris stante absentia, seu metu iudicis, coram quo non possit appellari, quæ quādo habeant locum dixi *sup. c. 10. per tot.*

EPITOME.

Dominium quando sit probandum per mutuantem, qui agit ad repetitionem mutui, tam contra debitorem, quam aduersus alium possessorem non habētem vllam causam ab eo. ¶ Et an tertius prætendens se dominum possit impedire restitutionem rei mutuatæ, commodatæ, depositæ, & precario concessæ. ¶ Et quid in mutuo consumpto, an admittatur exceptio, quod res mutuata erat aliena, & hoc mutuans fateatur, vel potius tanquam mutuum reconciliatum sit restituendum. ¶ Tertius an impediat executionem sententiæ iam latæ, & quando is, pro quo facienda est executio, debeat cauere de restituendo rem illi tertio opponenti, in casu in quo vincat. ¶ Agens hypothecaria an teneatur probare dominium, vel possessionem. ¶ Filijs agentibus contra parentes transeuntes ad secunda vota an sufficiat probare bona ad eos peruenta fuisse apud defunctum coniugem, vel potius requiratur probatio dominij; & quo casu talis exceptio contra eos opponatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de dominio alieno quando valeat, & sit admittenda. n. 5. & 6.*
2 *Contractus de re aliena valet, & ex eo datur actio.*
3 *Possessor nullam habens causam possidendi rem detentam an sit absoluendus, si actor volens illam vendicare non probet eam esse suam. Intellige vt n. 4.*
7 *Translatio dominij est de substantia mutui.*
8 *Agens certi condictione ex mutuo an teneatur probare se esse dominum rei mutuatæ. & n. 10. 13. 18. & 20.*
9 *Rei vendicatio, & actio personalis ex mutuo aequiparantur ad effectum, vt admittatur exceptio de dominio tertij. Distingue vt n. 14.*
11 *Translatio dominij ab vtraque parte est de substantia permutationis.*
12 *Præsumitur rem esse permutantis, donec constet de contrario.*
15 *Confessio tacita nocet, donec probetur contrariū.*
16 *Contractus substantia est spectanda, non origo pecuniæ, quæ mutuatur.*
17 *Mutuum præsumitur esse eius cuius nomine mutuatur.*
19 *Qualitas dominij in libello expressa est probandā per articulantem.*
21 *Agens ex mutuo habet præsumptionem pro se circa probationem qualitatis dominij.*
22 *Non probans illud, ad quod se adstrinxit, perdit causam, quando non haberet intentionem fundatam ex præsumptione iuris.*
23 *Possessio ad præsumptionem dominij sufficit, quando illud venit in iudicium incidenter.*
24 *Exceptio quod pecunia mutuata sit aliena non admittitur, quamuis mutuans hoc fateatur, si mutuum fuit consumptum tanquam sit reconciliatum.*

Actio

25 *Actio ex mutuo, vel condictio sine causa an competat stante consumptione mutui.*

26 *Tertius prætendens se dominum an possit impedire restitutionem rei mutuatæ, commodatæ, depositæ, & precario concessæ. & n. 27.*

28 *Tertius an impediat executionem sententiæ iam latæ, & quando is, pro quo est facienda executio debeat præstare cautionem de restituendo rem illi tertio opponenti in casu, in quo vincat.*

29 *Mutuans agens contra tertium possessorem non habentem causam ab ipso actore tenetur probare se esse dominum.*

30 *Agens hypothecaria quando debeat probare possessionem, vel dominium.*

31 *Filij, qui agunt contra parentes transeuntes ad secundas nuptias, debent solum probare bona ad eos peruenta fuisse apud defunctum coniugem, neque secundo nubens poterit contra eos opponere exceptionem dominij. Declara vt n. 32. 33. & 34.*

35 *Verba relaxari & restitui significant rei vendicationem.*

CAPVT CCLXI.

Reum non potuisse excipere de dominio alieno, Dixi verius esse in casu, de quo agebamus. 1 † Nam ex actis constabat, quod idem reus tenebatur rem restituere ratione contractus, prout d. actione ex contractu fuit conuentus ad eandem rem restituendam, Vnde sequitur, quod exceptio, quod res sit aliena, non concludit, cum etiam contractus celebratus super re aliena mero iure valeat *l. rem alienam. 28. de contrahend. empt.* 2 † & per consequens tanquam ex contractu valido orietur actio, qua conuentus tenebitur rem restiture, & exceptio dominij alieni non erit admittenda, cum etiam si esset probata non releuaret, prout declarat *Glos. in l. ita vt si fur. 16. ff. commod.* sequitur *Bart. in l. commodare. 15. n. 2. post princ. vers. aut ego volo opponere. ff. eod. & in l si alienam. 12. col. 1. ad fin. vers. quandoque non requiritur quod actor. ff. solut. matrim. in princ. & ad med. vers. tunc ergo quia non agitur mulier. n. 4.* & tanquam solemnem doctrinam approbat ibidem *Alex. in prin. vers. nam hoc solemniter limitat.*

Non obstat *l fin. C. de rei vendic.* vbi auditur possessor quamuis nullam habeat causam possidendi rem detentam, 3 † sed solum neget illam esse eius, qui vult vendicare; Immo absoluitur, nisi actor probauerit rem quam petit suam esse, vnde multo magis erit audiendus, quando non solum allegauit rem non esse petentis, sed etiam dixit esse in dominio alterius *Glos. in l. cum seruum. 6. in verb. opponit. C. de seruis fugit. Thesaur. decis. 4. n. 1.*

Quoniam prædicta procedunt, quando quis non conuenitur ex contractu ad rem restituendam, 4 vt in casu, de quo agimus, † sed quando actor tanquam dominus rei illam rem vendicat, Nam tunc admittitur exceptio de dominio alieno, cum enim tunc agatur aduersus possessorem etiam habentem causam ab actore, prætendit actor se esse dominium, & pro tali postulat se declarari *l. ex diuersis. §. 1. de rei vendic.* vnde vt obtineat, meritò debet probare dominium *l. venic. C. de alien. iudic. c. examinata. de iudic.* 5 & consequenter † est admittenda exceptio, quod res sit aliena, cum si fuerit probata, concludat eam actionem vendicanti non competere, quia si alius est dominus, agens non potest habere dominium eiusdem rei *l. si vt certo. §. fin. ff. commod.* 6 † Et sic in hoc casu ista exceptio perimet ius agentis, cum etiam tunc non dicatur proprie exceptio, sed negatio intentionis agentis, Ita in specie explicat *Socin. in l. 2. n. 6. col. 2. post princ. vers. ex prima quæstione elicitur. ff. de except. rei iudic.* Et distinguit etiam *Bar. in l. si alienam. 12. col. 1. ad med. vers. primo casu sub distingue. ff. solut. matrim.* & voluit *Glos. in l. nec creditores. 9. in verb. dominium. C. de pignorat. action.*

Minus obstat, quod eramus in mutuo, de cuius 7 substantia est translatio dominij, † idest quod de tuo fiat meum *l. 2. §. appellata. ff. si cert. petat.* Vnde cum mutuans agit certi condictione ex mutuo debet admitti exceptio de dominio tertij, cum ex ista exceptione concludatur mu- 8 tuum non valuisse, † & consequenter non competere eam certi condictionem mutuanti, qui tenebitur probare se fuisse dominium rei mutuatæ, si id negetur *Cyn. in l. 2. C. si cert. petat.*

Quia licet rei vendicatio, & actio personalis ex 9 mutuo æquiparentur quo ad effectum, † vt admittatur exceptio de dominio tertij *l. nam & si fur. 13 ff. si cert. petat. Bart. in l. commodare. n. 2. ff. commod.* Tamen aliud est in probatione dominij; Nam agens rei vendicatione debet pro- 10 bare dominium etiam aduersus eum, † qui ab illo causam habet *l. fin. C. de rei vendic. l. nec creditores. C. de pignor. action.* Quod nõ est in agente certi condictione ex mutuo, cui non incumbit istud onus probandi se esse dominum rei mutuatæ, sed spectabit reo excipienti illum non 11 fuisse dominum. † Prout dicimus in permutatione, de cuius substantia licet requiratur translatio dominij ab vtraque parte *l. 1. de rer. permut.* Tamen quandiu res non euincitur, permu- 12 tatio est valida, † Quasi præsumatur res esse permutantis, donec constet contrarium *Glos. in l. 1. in verb. præstitutum. C. de rer. permut.* & in spe- 13 cie de mutuo ita concludit † *Bart. in l. si alienam. 12. col. 1. ad med. vers. ratio quia talis exceptio. ff. solut. matrim.* & est verior opinio, Quidquid *Cyn.* ex aduerso allegatus contrarium sentiat, vt testatur *Ias. in l si à furioso. in princ. col. vlt. ad fin. vers. tamen est communis conclusio. n. 7. ff. si cert. petat. Bart. in l. nam & si fur. n. 3. ff. eod. Fab. in §. sequens. instit. de action. Bald. in l. 2. C. si cert. petat. & in l. 2. §. appellata. ff. eod. tit. Ang. in l. non vnde. C. eod. Ias. in §. sequens. n. 12. institut. de action.*

Ratio differentiæ est, quia agens rei vendicatione agit contra habentem causam ab eo, tanquam aduersus quemlibet possessorem *l. de eo. 12. §. fin.*

14 *12.§.fin.ad exhibendum*; † Quare tenetur probare iatentionem suam iuxta *l.2. de probation.* Aliud quando agitur actione ex mutuo aduersus eum, qui illud accepit, non enim ista actio intentatur, sicut contra quemlibet possessorem, sed tanquam aduersus illum, qui à me causam habuit, vnde cum mutuauerim tanquam dominus, & ille tanquam à tali acceperit resultat, quædam tacita confessio accipientis, per quam fatetur me esse dominum rei mutuatæ,

15 quæ † tacita confessio ei debet nocere, donec contrarium probetur *l.publia. §.final.ff.deposit. l.generaliter.C.de non num.pec. Bart.in l.falsa. ad fin. vers. fallit in ecclesia. n. 8. C. de iuris & fact.ignorant.& in l.nam & si fur.n.3.ff.si cert. petat. Dec.in l.si à furioso.ad fin. ff. eodem tit. &*

16 *est tex.in l. vnde.7. C.si cert. petat.* † Vbi debet spectari contractus substantia, non origo pecuniæ, quæ mutuatur. Quare non est quærendum, vnde mutuans illam habuerit, sed tantum an fuerit mutuata tanquam propria, idest suo no-

17 mine, † tunc enim præsumitur sua, & statim nascitur cōdictio *Glos.in d.l.non vnde. in verb. si vt propriam. C.si cert.petat.* si enim mutuatur nomine alieno, quæretur actio illi, cuius nomine fuit mutuata *l.si absentis. C. si cert.petat. l.certi condictio.§ si nummos. ff.eod.tit.*

Nec facit, quod repetens mutuum debet articula-

18 re se esse dominum rei mutuatæ, † quia alias illi non competeret actio ex mutuo *l.2.§.appellata.ff.si cert.petat. Ias.in §.sequens.n.12. instit. de action.* Vnde ista qualitas dominij in libello

19 expressa erit probanda per articulantem † *l. prætor. §.docere. de vi bonor. rapt. l.denunciasse.§.quid tamen. de adult. Bart.in l.1. §.item quæsitum. de aqu. quotid. æstiu. & in l. is qui reus.q.12.de publ.iudic. Bald.in l.1.q.27.& 28. C.qui accusar. non poss.*

Nam quamuis teneatur mutuans allegare se esse

20 dominum, † non tamen habet necesse probare dominium, cum præsumatur dominus, vt concludit *Ias.in §.sequens.n.12. vers.subdit etiam. post Fabr.ibid.instit.de action.* Nam alias agens ex mutuo vix obtineret, cum enim habeat præ-

21 sumptionem pro se † sufficit istam qualitatem dominij præsumptiuè probari *Ias.in l.si à furioso.in fin.princ.vers.nam ex verbis. ff. si cert. petat.* Vbi etiam, quod tunc perdit causam, qui non probat illud, ad quod se adstrinxit, quando non haberet fundatamam intentionem ex præ-

22 sumptione iuris † *Salic. in l.cum virum. C.de fideicom.* cum etiam hic dominium deducatur incidenter, quia principaliter non est quæstio dominij, sed contractus, quare sufficiet posses-

23 sio ad præsumptionē dominij, † quādo illud venit in iudicium incidenter *l.titio. ff.de solut. l.1. C.de priuil.fisc. l.ob maritorum. C.ne vxor pro marit.l.1.C.fam.ercis.* & notat in specie *Bald.in l.2.§.appellata.col.1.ad fin.vers.præterea hic dominium deducitur.ff.si cert.petat.*

Quibus adde, quod si res mutuata fuerit consumpta non debet admitti exceptio, quod pecunia esset aliena, quamuis etiam hoc fateretur mu-

24 tuans; † Ideò, non poterit se liberare à restitutione is, qui mutuum accepit, licet enim à principio tale mutuum non valuerit tanquam de re aliena, tamen per consumptionem reconciliatur, quod à principio non valuit, & pro eo incipit competere vtilis actio ex isto mutuo reconciliato, quod dicitur ad similitudinem eius, qui tanquam reconciliatus ad primæuum statum reducitur, cum ista consumptio afferat tantam vtilitatem, quantam si à principio fuisset factus dominus, Vnde meritò de æquitate tenebitur *Bald. in l.2. §.appellata. col.1. ante med. vers. opponitur ad idem. ff. si cert. petat.*

25 Quamuis † enim secundum alios stante ista consumptione videatur potius competere condictio sine causa, vel illa, de qua *in l. si me & titium.ff.si cert.petat.* Tamen verius est dari actionem ex mutuo, vt de magis communi testatur *Purpur. in d.l.2. §.appellata.col.3. ad fin.vers. non tamen est recedendum.n.14. ff.si cert.petat.*

Amplius neque tertius prætendens se dominum

26 posset impedire restitutionem huius rei, † Vnde si locator obtineat ius possessionis, vt quia commodauerit, deposuerit, vel etiam concesserit precario, & ob id experiatur possessorio aduersus denegantem eiusdem rei restitutionem, non erit retardanda executio huius iudicij possessorij ex eo quod tertius prætendat se dominum eiusdem rei, cum satis sit huic tertio esse iura sua salua aduersus illum, qui obtinue-

27 rit in iudicio possessorio, † Dummodo tamen tertius non vellet probare incontinenti suum dominium, quia tunc impedietur d. restitutio: Quamuis enim spoliatus ante omnia sit restituendus non obstante exceptione dominij spoliatoris, quia dixit sibi ius propria auctoritate, vnde in eius odium, & pœnam indistinctè ei denegatur audientia; tamen ista ratio cessat in tertio rem vendicante, qui audiendus est, si velit suum dominium incontinenti probare, vt per *Doctor.in c.veniens.il 2.de testib. Boer.decis. 79. n.1.* & latè declarat *Barbos. in l. si alienam.12.n.9.& 10.ff.solut.matrim.* vbi ita intelligit *l. bona fides. ff.deposit.* de qua etiam *Bald. & alij.in l penult.& in auth.sed iam. C. eod.* &

28 dicam infra *in cap.particulari*, † Vbi etiam quando tertius possit impedire executionem sententiæ iam latæ, & quando is, pro quo est facienda executio, debeat præstare succumbenti cautionem de restituendo rem illi tertio opponenti in casu, in quo vincat iuxta *l.is à quo fundus.ff.de rei vendic.* de qua latè *Felin. in c. cum super.col.3.in fin.de re iudic.& in c.veniens.38. de testib.Couarr.pract.quæstion.c.6.n.3.& c.14. Ruin.& Ias.in l.à diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudicat.Put.decis.326. & 513. p.2. Franc. decis.261.Osas. decis. 37. Mising. obseruat. 73. cent.3, Boer.decis.79.Zasius Castr. & alij in l.si alienam.12.ff.solut.matrim.Ias.& Dec.in l.nam & si fur.ff.si cert.petat.*

Item adde, quod quando mutuans agit contra tertium possessorem non habentem causam ab

29 ipso actore, † tunc tenetur probare se esse do-

minum

minum, cum tertius reus conuentus opponere possit exceptionem dominij contra ipsum actorem; Contraria autem procedunt, quando ageretur contra mutuatarium ad restitutionem mutui, cui in hoc casu non competet dicta exceptio dominij *Salic. in l. non unde. in 1. opposit. C. si cert. petat.* de communi *Menoch. cons. 626. in fin. n. 68. lib. 7. post Bald. cons. 486. lib. 1.*

Exemplo agentis hypothecaria contra debitorem, 30 vel eius hæredem, † quo casu satis habet actor, si probet rem sibi hypothecatam fuisse possessam à debitore tempore ipsius contractæ obligationis, Quidquid aliud sit quando ageretur contra tertium possessorem, tunc enim est probandum dominium, neque sufficiet probatio possessionis *Soc. cons. 112. n. 7. lib. 4.*

Idem dicimus de parentibus transeuntibus ad se- 31 cundas nuptias, contra quos sufficit filijs, † vt probent bona peruenta ad eos secundo nubentes fuisse apud defunctum coniugem, qui ea reliquit, non enim qui secundo nupsit poterit opponere aliquam exceptionem dominij contra dictos filios, opponendo, scilicet quod coniux, qui sibi legauit, vel aliter dedit non erat dominus illius rei sibi datæ, quasi receperit tanquam ab eo, qui erat dominus, satis enim erit, quod habens causam a testatore possit probare bona sic possessa fuisse a defuncto, atque ita extitisse 32 in eius bonis; † Aliud est quando prædicti filij agunt contra tertios possessores, qui dicuntur emisse ab illo secundo nubente, tunc enim deberent probare, quod petita per eos a tertijs possessoribus fuerunt in dominio ipsius alienantis, & consequenter quod illarum rerum dominium transierat ad eosdem filios post secundas nuptias *Menoch. cons. 626. col. fin. n. 67. & 68. & cons. 207. n. 31.*

Amplius contra dictos tertios possessores in prædicto casu alienationis factæ per secundo nu- 33 bentes † non competeret, nisi sola actio rei vendicationis secundum opinionem *Menoch. d. cons. 626. n. 60. cum seq. lib. 7. post Io. Nicol. Arelat. in l. generaliter. n. 143. C. de secund. nupt.* Quamuis secundum alios daretur etiam condictio ex *l. fœmina. C. eod. tit.* vel condictio sine causa, vel hypothecaria, vt per *Rip. & alios in d. l. fœmina.*

Quando tamen filij agentes restrinxissent se ex verbis libelli ad actionem rei vendicationis, 34 tunc † non esset dubitandum debere probari dominium, vt si dictum esset relaxari, & restitui, cum ista verba significent rei vendicatio- 35 nem, † *Alex. cons. 96. n. 3. lib. 5. Dec. cons. 62. n. 1.* & idem in alijs clausulis denotantibus intentatam esse rei vendicationem, de quibus modo non est quæstio, & alibi, Deo dante, dicendum erit, & ponit *Speculat. de restitut. spoliat. §. 1. vers. & nota. Feder. cons. 253. Bald. in l. penult. C. si a non compet. iudic. Alex. cons. 184. col. fin. lib. 6.* attendendo tamen in istis verbis conclusionem, non narrationem libelli *Dec. d. cons. 62. n. 1.*

EPITOME.

INteresse ad effectum exhibitionis, & existentia rei, cuius exhibitio petitur, quomodo probetur, & de quo tempore de illo debeat constare, & quo casu detur actio ad exhibendum, & quando ad hoc requisitus possit admitti ad iuramentum circa amissionem scripturarum. ¶ Et quid in eo, qui tenetur ad illarum custodiam, & in tertio, notario, eorumq. successoribus. ¶ Et de differentia inter eum, qui tenetur actione, vel officio Iudicis ad d. custodiam. ¶ Nobilitas, & vitæ honestas an consideretur circa iuramentum, quod scripturæ sint deperditæ. ¶ Delictum, aut damnum quando præsumatur factum ab eo, qui habet interesse. ¶ Cedula producta in officio an sit de actis. ¶ Et notarius, seu eius successor teneatur ad illius exhibitionem. ¶ Et an possit dici constare de interesse, si aliunde creditum probetur. ¶ Et an sit considerabile præiudicium, quod tollatur via executiua per non productionem d. cedulæ, quamuis possit ordinarie agi.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad exhibendum quarum actionum sit praparatoria, & cui sit danda, & de quo tempore debeat constare de interesse. n. 4.*

2 *Petens exhiberi rem debet dicere eius signa, si potest scire.*

3 *Sufficit responsio velle stare libris, prout iuris fuerit quando petuntur exhiberi.*

5 *Interesse ad effectum exhibitionis an probari possit iuramento.*

6 *Existentia rei, cuius exhibitio petitur, est probanda, vt quis possit cogi ad exhibendum. & de tempore litis motæ. n. 7. & 10. Declara vt n. 12. 13. & 15.*

8 *Probatio vt non concludat, sufficit quod aliquid sit possibile.*

9 *Tempus est probandum pracise, quando de eo controuertitur.*

11 *Agens rei vendicatione contra possessorem debet probare possessionem tempore litis contestata, secus si agat contra habentem causam ab eo.*

14 *Praparatorium est de connexis ipsius praparati.*

16 *Exhibitio scriptura petitur, vel incidenter in causa principali, vel ad praparationē alterius.*

17 *Acta sunt edenda in qualibet parte iudicij.*

18 *Requisitus ad exhibendum potest admitti ad iuramentum ad probandam amissionem scripturarum. Intellige vt n. 19. & 20.*

21 *Amissio instrumenti non probatur, donec existit imbreuiatura notarij, qua dicitur originale.*

22 *Originalia duo instrumentorum possunt fieri.*

23 *Iuramentum super amissione scriptura magis admittitur in eo, qui ad illius custodiam non tenetur. n. 28. & 53. Declara dummodo concurrant coniectura, & quales debeant esse. n. 29.*

24 *Actio magis obligat, quàm officium Iudicis.*

25 *Habenti officium Iudicis non ita succurritur, sicut ei, qui habet actionem.*

26 *Obligatus actione cõstituitur in mora per interpellationem, quod non est in eo, qui tenetur officio Iudicis, in quo requiritur litis contestatio.*

27 *Iuramento notarij an stetur super amissione instrumenti. & n. 54.*

30 *Vsurarius non admittitur ad iuramentũ super amissione scripturarum, & quid in eius harede.*

31 *Nobilitas, & vita honestas non consideratur in causa graui, & magni praiudicij circa iuramentum super amissione scripturarum. n. 33. & quando contra talem nobilem, & bona fama adesset aliqua suspicio, & coniectura, vel prasumptio iuris. n. 36. & 38. & qualis debeat esse. n. 37.*

32 *In actione sũmaria ad exhibẽdũ quãdo sufficiat iusiurandum, quod scriptura fuerunt amissa.*

34 *Ratione magni commodi prasumitur quis perpetraturus.*

35 *Iuramentum in supplementum denegatur in causa magna.*

39 *Delictum, aut damnum prasumitur factum ab eo, qui habet interesse.*

40 *Laceratio scripturarum prasumitur prouenisse ab illo, qui commodum sensit.*

41 *Coniectura sufficiunt in probando delictum difficilis probationis.*

42 *Tertius quando possit cogi ad exhibitionem scripturarum, & qua requirantur; & quid si originalia sunt deperdita. n. 43.*

44 *Edictum de edendo habet locum in successoribus vniuersalibus, non singularibus, ad quos tantum recurritur in subsidium.*

45 *Acta publica sunt edenda vnicuique habenti interesse.*

46 *Tertius quo casu admittatur ad iuramentum amissionis scripturarum, qua petuntur per eum exhiberi. n. 47.*

48 *Dolus & iuramentum in litem cessat probata amissione eorum, qua petuntur exhiberi.*

49 *Dolus eo ipso prasumitur, quod denegatur exhibitio illius, quod quis aliquando habuit.*

50 *Amissio est quid facti, & est probanda.*

51 *Cedula producta in officio est de actis.*

52 *Successor notarij tenetur ad custodiam cedula in actis exhibita, neq; excusabitur volens probare amissionem per iuramentum. n. 55.*

56 *Interesse circa depositum cedula quomodo probetur contra notarium illam non exhibentem, & quid si aliunde posset creditum probari.*

57 *In connexis non potest vna partita approbari, & alia respui.*

58 *Praiudicium, & interesse probatur, si agenti tollitur via executiua, quamuis possit ordinarie agere.*

CAPVT CCLXII.

Actio ad exhibendum est præparatoria aliarum actionum realium, quibus agere quis intendit, † & potissimum rei vendicatione *l. 1. & l. 3. §. est autem ff. ad exhibend.* Antequam tamen quis cogatur exhibere rem, debet actor dicere signa rei, quam petit exhiberi, † si verisimiliter illa scire potuit, nam alias non tenetur *l. 3. §. si quis noxali. ff. ad exhibend.* Et sufficit responsio velle stare libris, prout iuris fuerit, quando † petuntur exhiberi *Aym. de antiq. temp. p. 1. §. vidimus abunde. n. 24. & 108.* quem sequitur *Rot. coram* Card. *Seraphin. 23. Maij.* 1576.

Datur autem ista actio cuilibet prætendenti aliquo modo sua interesse rem exhiberi, † quamuis non sit dominus, vel quasi, quod summarie cognoscet Iudex *d. l. 3. ad exhibend.* itaut duobus temporibus debeat doceri per agentem de hoc interesse, videlicet tempore litis contestationis, & tempore sententiæ ferendæ, quidquid sit in personalibus, quæ non sunt scriptæ in rem, in quibus satis est vel primo tempore, vel secundo interesse *l. 1. C. de in lit. iur. l. qui autem. §. fin. ff. si quis caution. l. inter omnes. in princ. de furt. l. tigni. 7. in fin. & ibi Glos. in verb. ibidem. ff. ad exhib. Ias. in §. praterea. col. 11. ante med. vers. & vos addite. n. 45. instit. de action.* Vbi etiam *n. 46.* † quod interesse ad effectum exhibitionis probari potest solo iuramento *l. thesaurus. ad exhib. l. vltim. C. de fid. instrum. Bart. in l. 1. n. 5. C. quemadmod. testam. aper. Rot. coram R. P. D.* Caualerio. *Valentina illegitimitatis. 9. decembris.* 1609. *in princ. vers. in hoc casu.*

Vt autem quis cogi possit ad exhibendum, non solum debet probari interesse petentis, vt dictum est, † sed etiam requiritur existentia rei, cuius exhibitio petitur, itaut etiam probetur dicta existentia de tempore motæ litis, iuxta *Glos. in l. nõ ignorabit. 4. in verb. fuisse.* C. *ad exhib. Abb. in c. cum ad sedem. 15. col. 7. ad fin. vers. si vero allego me non possedisse, n. 15. in fin. de restit. spoliat.* † cum non sit consequentia necessaria, quod habuerit ante, ergo etiam de dicto tempore *l. non hoc. C. vnd. legit.* sufficit enim quod aliquid sit possibile, † vt probatio non concludat *Bart. in l. celsus. in fin. ff. de vsucapion. Corn. cons. 181. col. 4. ad fin. lib. 3. Rot. coram* Card. *Pamphilio. Casaraugustana de Maella. 8. nouembris.* 1599. dixi *supra c. 144. n. 24. cum alijs per Aym. cons. 151. n. 14.* Ex quo enim hoc est fundatum in certo, & determinato tempore, illud præcise debet probari siue affirmatiue, siue † negatiue *Ang. cons. 297. visis actis pradictis. ad med. Caputaq. decis. 247. n. 8. p. 3. Rot. coram R. P. D. Ludouisio. Parmen. status. 24. Ianuarij.* 1607. † & in specie de tempore exhibitionis, de qua agimus ita concludit *Rot. coram R. P. D. Caualerio. Valentina pratensa illegitimitatis. 9. februarij.* 1609. Si enim ago contra illum, qui à me non habet causam, puta rei vendicatione tanquam contra possessorem, † & probo, quod aliquando possedit, ipse vero asserit se non possidere, præsumitur, quod non possideat, nisi tempore litis contestatæ possidebat, Quidquid sit in eo, qui à me causam habuit, videlicet contra commodatarium, depositarium, aut creditorem, cui pignoraui, aut similes, Nam tales præsumuntur hodie habere, ex quo semel habuerunt, prout distinguit *Castr. in l. non ignorabit. 4. n. 3. in glos. penult. C. ad exhib.* † Dummodo existentia rei non probetur de recenti paulo ante litem motam, quod sufficeret

ficeret secundum *Salicet. in d. l. non ignorabit. n.4.verſ.ego diſtinguo.*

Iſta tamen debent intelligi, quando principaliter
agеretur pro vendicatione rei exhibendæ, non
autem quando pendente cauſa principali ſuper
13 ſucceſſione, † legitimitate, aut ſimilibus pete-
retur exhibitio alicuius inſtrumenti pro fundan
do iure petentis, tunc enim iſta petitio eſſet in-
cidens tanquam de re neceſſaria ad cauſam
principalem, & non faceret litem nouam, ſed
iudicaretur de ea tanquam de connexis, & de-
14 pendentibus à cauſa principali, cum † præpa-
ratorium ſit de connexis ipſius præparati *l. or-
dinarij. verſ. ab eodem iudice. C. de rei vendic.*
& præparatorium ac præparatum dicuntur ad
inuicem continentia *l.nulli.C.de iudic.c.1. de
ſequeſtr.poſs.*& ita in ſpecie exhibitionis decla-
15 rat † *Alex.conſ.58.circa primum quæſitum. ad
fin. verſ. quo ad vltimum dubium. n. 7. lib.* 1.
quem ſequitur *Rot. coram R. P. D. Caualerio.
Valentina illegitimitatis. 9. decembris.* 1609.
16 *verſ. nam placebit reſponſio.* † Cum exhibitio
ſcripturæ ſemper petatur, vel incidenter in ca-
ſu principali, vel ad præparationem alterius
Bald.in l.1.in vlt. col. C. de edend. & ſic ſemper
erit de dependentibus ab ipſo principali *Alex.
17 d.conſ.58.n.7.ad fin.lib.*1. & in qualibet parte
iudicij acta edi debent *Dec.in c.1.n.251.de pro-
bat.& in l.2.n.18.C.de edend.*

Verum eſſet, quod requiſitus ab exhibendum poſ-
ſet admitti ad iuramentum ad probandum
18 amiſſionem ſcripturarum † *Gloſ.in l. ſicut.5. in
verb.illud.C.de fid.inſtrum.& in l. fin. in verb.
ſacramentum.C.eod.tit.Caſtr.conſ.360. circa
primum videtur. in princ.in 2.dub.lib.2. Guid.
Pap.q.244.quiſpiam in cauſa.n.1.poſt Specul.de
edit.inſtrum. §.poſtquam. verſ.illud autem no-
19 tandum.* † Probato tamen caſu amiſſionis per
plenas probationes, tunc enim ſtabitur iura-
mento de ſcripturis, & alijs rebus deperditis
*Grat.reſp.23.n.19.lib.1.Rimin.conſ.95.n.4. in-
ter reſponſa eiuſdem* Grat.*lib.2.Aym.conſ.286.
ad fin.dub.4.*latè *Seraph.priuil. iuram.57.n.3.
20 cum ſeq.*† Vbi etiam *n.9.*requirit probationem,
quod ſcriptura deperdita fuerit in loco, vbi ca-
ſus amiſſionis contigerit concludendo de in-
ſtrumento originali, quod ſi non fuiſſet deper-
21 ditum, † non diceretur amiſſum inſtrumentum,
cum illud poſſet haberi ex imbreuiatura nota-
rij, quæ dicitur originale *Ruin. conſ. 179. n.5.
lib.* 1. Et niſi proponeretur fuiſſe ſcripta duo
22 originalia, † quod fieri poteſt *l.ſempronius pro-
culus.de leg.2.*& notat *Seraphin. d.priuileg. 37.
n.9.ad med.verſ.quod etiam rurſus.*

Magis prædicta haberent locum, quando quis non
teneretur ex aliquo contractu, aut obligatione
curam habere ſcripturæ, quæ petitur exhiberi,
23 nam † tunc admittetur ad iuramentum, quod
quis offerret præſtare, quod huiuſmodi ſcriptu-
ras tranſmiſit ad aliquem locum, & quod fecit
diligentias pro earum recuperatione, nec eas
potuit retrahere *Bald. in l.fin. n.9. in gloſ.vlt.
C.de fid.inſtrum. Felin. in c.accepimus. ad fin.
n.16.verſ.non obſtat.eod.tit. Burſat. conſ. 285.
n.13.lib.3.* ſequitur *Rota coram R.P.D.Orano.
Roman.mercium.14.Octob.1588.& coram R.
P.D. Caualerio. Valentin. prætenſæ illegitimi-
24 tatis. 9. februarij.* 1609. † Et eſt ratio, quia per
actionem quis dicitur magis arcte obligatus,
quam per officium Iudicis *l. qui per colluſio-
nem. §.fin.ff.de act. empt.l.quintus. de ann. leg.
25 Grat.reſponſ.21.ad fin.lib.1.*† Vnde non ita ſuc-
curritur habenti officium Iudicis, ſicut ei, qui
habet actionem, cum per eam dicatur efficacius
quæſitum ius, quàm per officium Iudicis *Go-
zad.conſ.103.n.18.Dec.in l.1.de iuriſd.omn.iu-
26 dic.* Ideo obligatus actione † conſtituitur in
mora per interpellationem *l.mora. de vſur. l. ſi
ex legati.de verb.obligat.* quod non eſt in eo, qui
tenetur officio Iudicis, quia requiritur litis con-
teſtatio *Corn.conſ.206.col.penult.in princ.lib.2.
poſt Bart.& alios in l.cum poſtulaſſem.in prin.
27 de dam.infect.* † Quare non ſtabitur iuramento
notarij ſuper amiſſione inſtrumenti, cum tenea
tur iure actionis *Io. de Amic. conſ. 101. in fin.
Bald.in l. vltim. C. de edend.Innoc.Io.Andr.
Abb.& alij per Seraphin. priuil. iuram.37.n.8.
28 in fin.*† Quod non eſt in eo, qui tenetur ad eden-
dum officio Iudicis *Bero.conſ.19.n.5.lib.3. cum
alijs per Burſatt.conſ.285.n.13. lib.3.*

Ad effectum tamen admittẽdi aliquem ad tale iu-
ramentum, vltra prædicta, debent concurrere
29 aliquę coniecturę, † & veriſimilia, de quibus per
Bald.in l.vltim.in fin. n. 25. C. de edend. Vnde
conſiderabitur qualitas honeſtatis perſonæ
30 *Guid. Pap. deciſ. 244. n. 2.* † etiam in hærede
eius, qui ſucceſſit ei, qui non erat bonæ famæ, vt
in herede vſurarij, aut ſimilis, quidquid ipſi vſu-
rario hoc negaretur, qui non deberet admitti
ad huiuſmodi iuramẽtum *Laurent.de Rodulph.
in tract.de vſur.q.152.p.2.tom.7.fol.37.*

Declarando tamen prædicta, quando ageretur de
re exigua, & modici præiudicij, ſecus in graui
cauſa, vbi ageretur de maxima ſucceſſione, &
31 magno præiudicio, quia nobilitas, & famæ ho-
neſtas non conſideranda eſſet *Gloſ.in l.vlt. in
verb.ſacramentum. verſ.item creditur.C.de fid.
inſtrumen.Becc.conſ.47.n.30.Iaſ.in §.præterea.
n.53.inſtit. de act.* Vbi non ſolum requirit par-
uum præiudicium, ſed etiam cauſam ſumma-
32 riam, † Vnde ſi in iſta actione ſummaria ad ex-
hibendum veniret tranſlatio poſſeſſionis iuxta
l.celſus. §. iulianus. ff. ad exhib. vel per illam
damnaretur reus, non ſufficeret iſta ſemiplena
probatio per iuramentum *Bart. in extrauag.
ad reprimendum.in verb.ſummarie. verſ. circa
33 modum probandi.* † Et ſtante magno præiudi-
cio, quod non attendatur iuramentum, & bona
fama, & nobilitas iurantis ſuper amiſsione ſcri-
pturarum ſeruat *Rot.coram R.P.D. Caualerio.
Valentina illegitimitatis. 9. decembris.* 1609.
verſ.verum quia dominus raymundus. & bene
declarat *Caſtr.conſ.360.circa primum videtur.
in princ. in 2. quæſit.in fin. verſ. ſed vbi agere-
tur. lib.2. per tex.in l.ſi creditor. de pignor. act.
Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§. fin.ff.de edend.*

Specul. de pignor. §. 1. verf. & nota quod si creditor. Aym. conf. 947. n. 6. † Quasi præsumatur quis ratione magni commodi peieraturus *Becc. conf. 47. n. 30.* Prout dicimus de iuramento in supplementum, quod denegatur in causa magna *Alex. conf. 39. vertitur lit. n. 10. lib. 5.*

Minus esset dubitandum, quod non sit locus præfato iuramento, quando contra talem bonæ opinionis, nobilitatis, & famæ adesset aliqua suspicio, † vel coniectura *Castr. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de edend. Put. decis. 65. n. 4. lib. 2.* Vnde alias *Rot. coram R. P. D. Caualerio. Valentina legitimitatis. 9. decembris. 1609.* Recedendo a decisione prius facta *in eadem causa. 9. februarij. 1609. coram eodem.* Dixit denegandum esse istud iuramentum etiam nobili viro, & bonæ conditionis, † qui prætendebat per iusiurandum probare amissionem dispensationis, quæ dicebatur fuisse registrata in libro existente in eius domo, in quo libro aderant aliqua folia lacerata, inter quæ deficiebat d. cta dispensatio, licet non probaretur hanc lacerationem ab eo fuisse factam, cum oriatur ex hoc aliqua suspicio rat one deficientis scripturæ, cuius interesse spectabat ad ipsum, contra quem agebatur de magna successione, & præiudicio. Quamuis in d. libro reperirentur lacerat æ aliæ dispensationes, in quibus aliæ personæ poterant habere interesse, & quamuis non probaretur fuisse factam lacerationem, dum libri existerent in d. domo, & quod potuerit illa fieri antea, vel post, & licet libri fuerint delati in domum, quam ipse inhabitabat ab alijs, qui ibidem insimul cum eo habitabant, etiam quod non constaret, quod ipse sciuerit hos libros adesse in dicta domo, stante quod agebatur de causa maxima, quæ facit vt denegetur d. iuramentum *Iaf. in §. præterea. n. 53. instit. de act. cum alijs supra allegatis.* Præsertim † vbi adest præsumptio iuris contra aliquem *Bart. in l. inter omnes. 47. §. recte. col. 1. in fin, verf. quæro circa voluntatem. n. 2. vsque ad n. 4. ff. de furt. Put. decis. 65. n. 4. lib. 2.*

Et faciunt quę dicuntur de præsumendo delictum, aut damnum datum ab eo, qui habet interesse, & † commodum sentit absque alia probatione *Bart. in l. fin. n. 5. de quaest.* Et de laceratione, aut subtractione scripturarum, quod præsumatur facta ad instantiam partis contrariæ, quę commodum sentiebat, † *ex Rot. & alijs* dixi *in add. ad decis. 84. n. 3. vsque ad n. 7. Gonzal. ad reg. 8. cancell. in proœm. §. 7. n. 161.* Et de probando delictum quando ciuiliter agitur per coniecturas, † maxime in his, quæ sunt difficilis probationis, vt falsitas, laceratio, & similia *Caputaq. decis. 4. part. 2. Boer. decis. 319. n. 15. ad fin.*

Quod etiam est in sigillo, contra quod cum opponeretur continere depressiones, & nomen deletum, & litterarum circulum depressum, Tamen verius est hoc non obstare, quando istud potuit procedere ab eo, penes quem vltimo loco fuit antequam in actis produceretur ad notata per *Bald. in l. si vnus. n. 7. vbi Alex. C. de testam.* Quæ præsumptio magis videtur vrgere, si alteratio similis sigilli potuit illi soli prodesse *Curt. Sen. conf. 55. in fin. verf. sic etiam ex persona producentis. Surd. conf. 512. n. 6. Rot.* quæ omnia supradicta sequitur in specie sigilli *coram R. P. D. Caualerio. Vratislauien. matrimonij. 12. iunij. 1612.* Vbi etiam, quod in omnem euentum talis retentio operatur, vt huiusmodi vitium non possit imputari litiganti cum eo ex adductis per *Bald. in l. 1. n. 4. verf. quæro hic loquitur. C. de fid. instrument. Felin. in c. ex litteris. n. 15. verf. nota quarto. eod. tit.*

Vltimo notandum est, quod respectu tertij non habebunt locum, quæ supra dicta sunt de exhibitione scripturarum, † Nam ad hoc, vt possim petere cogi tertium ad illarum exhibitionem requiritur, quod fuerint per eum confectæ me mandante, Non enim tunc sumus in casu, in quo petens exhiberi scripturas, velit illis vti contra eundem tertium, sed contra alium, Vnde tertius poterit edere si vult, non autem cogitur, si illas non confecit mandato eius, qui petit editionem fieri, vt declarat *Glos. in l. in fraudem. 45. §. a debitore. in verb. edi. ad fin. ff. de iur. fisc. Abb. in c. 1. col. 6. in princ. verf. vnde dico quod contra hoc dictum. n. 23. de probation.*

Quod etiam ampliatur in scriptura ab initio originaliter facta me mandante, dummodo aliunde posset haberi, si enim notarius fuerit à me rogatus de certo contractu, & talis scriptura quomodocunque perueniisset ad tertium, tunc talis tertius non poterit cogi ad illius exhibitionem, si adsit hæres notarij, † Quidquid aliud sit, quando essent deperdita originalia, vel aliunde non posset haberi, quia tunc etiam tertius cogendus esset exhibere, vt in specie concludit *Alex. conf. 58. circa primum quæsitum. ad fin. verf. nisi originalia. sub n. 3. lib. 1.* † Edictum enim de edendo habet locum in successoribus vniuersalibus, licet non sint eiusdem professionis, non autem in successoribus singularibus, cum ad eos tantum recurratur in subsidium vtili actione, & sic successor notarij tenebitur edere protocolla, sicut ipsemet notarius, cum hæres omnino debeat fungi iure defuncti *Bart. in l. quædam. §. nihil interest. in princ. ff. de edend.* † Quamuis aliud sit in actis publicis, in quibus est speciale, vt illa edi debeant vnicuique, cuius interest *Glos. in l. 2. §. diuus. il 1. in verb. agitur. de iur. fisc. Cyn. in l. 2. C. de edend. Io. Andr. ad Speculat. in rubr. de instrum. edit.*

Ex quo sequitur, quod in casibus, in quibus posset agi contra tertium ad exhibendum actione mandati, vel alia actione, non sufficeret, quod tertius † vellet per suum iuramentum probare amissionem scripturæ, quæ petitur exhiberi, tunc enim requirerentur probationes manifestissimæ *l. si creditor. C. de pignor. act. Alex. d. conf. 58. col. penult. in princ. n. 5. lib. 1.* Quidquid † aliud sit, quando quis non teneretur ad exhibendum iure actionis, sed officio Iudicis ex

ex edicto prætoris de edendo, ex quo oritur officium Iudicis *l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ff. de edend. l.* 1. *C. eod. tit.* Tunc enim posset solo sacramento probari amissio rei *Glos. in c. cum olim. il 1. in verb. sine reprehensione. de priuileg. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. penul. de*
48 *edend. & in l. huiusmodi. §. si ita. de leg.* 1. † Adeo vt probata amissione tam per iusiurandum, quàm per alias probationes, cessare debeat dolus, & per consequens etiam iuramentum in litem *l. si quando. C. vnde vi. c. fin. quod met. caus. Alex. cons.* 58. *n.* 5. *col. vlt. in princ. vers. & per*
49 *prædicta. lib.* 1. † licet si non esset probata amissio scripturæ, præsumeretur dolus eo ipso, quod denegatur exhibitio illius, cum enim aliquando habuerit, creditur apud eum extare, ideo tenetur ad exhibitionem *l. si procuratorem. §.*
50 *fin. ff. mandat.* † Quasi amissio non præsumatur tanquam quid facti, vnde erit probanda *l. non ignorabit. C. de edend. Castr. cons.* 301. *ad bene examinandum. n.* 5. *super* 4. *dub. ad fin. lib.* 1. *Aym. cons.* 112. *n.* 17. *Natt. cons.* 166. *n.* 12. *late Surd. cons.* 109. *n.* 9. *lib.* 1.

Alia in materia similium exhibitionum adduxi supra *c.* 71. quibus addendum est circa ea, quæ dicta sunt de notario, quod alias conclusum fuit illum teneri ad exhibitionem cedulæ in actis exhibitæ, statim enim quod est producta
51 in eius officio est de actis † *l.* 1. *vbi Cagnol. n.* 53. *C. de edend.* Vnde ratione sui officij tenebatur custodire, & partibus exhibere, alias ad inte-
52 resse *Dec. in c.* 1. *n.* 47. *&* 53. *de probat.* † Quod ampliatur etiam in successore officij, qui tenetur ad eandem custodiam, ad quam prædecessor *l. si quis ex argentarijs.* 6. *§. cogentur. ff. de edend.* Neque eum excusabit iuramentum, fuisse d. cedulam deperditam, & quod facta diligenti inquisitione non adsit inter alias scripturas iuxta *l. fin. § fin autem. C. de iur. deliber.* cum multis de quibus per *Aret. cons.* 120. *n.* 2. *post Glos. in c. cum olim. il* 1. *quod est* 12. *in verb. sine reprehensione. ante si. vers. dic quod per iura-*
53 *mentum. de priuileg.* † Quia ista procedunt quando exhibitio petitur officio Iudicis ab eo, qui non tenetur custodire acta; Nam aliud est in notario, qui ad huiusmodi custodiam tenetur, vnde non excusabitur, nisi plene probet
54 amissionem aliter quam per iuramentum, † ita vt stante obligatione custodiæ potius culpa, & occultatio præsumatur *Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. an & hæredi. n.* 2. *ff. de edend. Grat. cons.* 23. *n.* 19. *lib.* 1. *Gez. ad cons.* 17. *n.* 11. cum
55 alijs, de quibus supra *n.* 27. † Et ita in specie cedulæ resoluit *Rot. coram Cardin. Pamphilio, Romana depositi.* 9. *Iunij.* 1595.

De interesse autem in d. casu constabat, quia non poterant recuperari a Monte Pietatis pecuniæ, ad quas non tenebatur mons, nisi ex cedula, & vigore mandati Iudicis in calce cedulæ describendi iuxta formam suæ obligationis *l. vbi.* 8. *vbi Alex. ff. de edend.* Itaut neque cesset inte-
56 resse, † quamuis aliunde creditum posset probari, Nam ex libris montium, vbi fuit factum depositum non potest satisfieri, cum debeat etiam acceptare solutiones huius crediti de-
57 scriptas in d. libris tamquam connexas, † quas creditor redarguit velut falsas, & solutas vigore mandatorum falsorum *Bart. in l. quadam. n.* 2. *in fin. §. nummularios. ff. de edend. Aym. cons.* 275. *n.* 4.

Et quatenus probaretur creditum, non adest via executiua contra montem depositarium, quæ
58 aderat vigore d. cedulæ, † vnde satis dicitur adesse præiudicium, cum alias deberet agi via ordinaria per tres conformes, vltra quod in cedula annotantur solutiones, & mandata, ex quibus facilius potest cognosci falsitas, & cuius culpa processerit, vt per *Rotam coram Cardin. Pamphilio. Romana depositi.* 5. *iunij.* 1595.

EPITOME.

Prædia, parietes, & similia, quæ sunt in medio quando præsumantur esse illius, cuius sunt extremitates. ¶ Ex fenestra existente in muro quo casu colligatur dominium parietis. ¶ Sententia lata secundum relationem periti communiter electi, vel per Iudicem an admittat appellationem. ¶ Peritorum dicta quando possint corrigi, & ab illorum relatione detur restitutio in integrum. ¶ Appellatio an prohibeatur in casibus, in quibus non esset admittenda stante notoria iniustitia, & nullitate. ¶ Relatio periti, & sententia Iudicis iuxta consilium alterius an valeat. ¶ Ratione notorij an possit omitti iudicium peritorum, quamuis statutum prohibeat sine illis iudicari.

SVMMARIVM.

1 *Parietes dicuntur liberi, & proprie eius, qui habet fenestras, tigna, & alia transforantia totum murum.*
2 *Murus existens intra parietes proprios an censeatur etiam esse eius, cuius sunt parietes.*
3 *Paries communis in extremitatibus præsumitur esse etiam communis in medio.*
4 *Media dicuntur esse illius, cuius sunt extrema.*
5 *Prædia sunt præsumenda feudalia, si ea, quæ sunt circumcirca sunt talia.*
6 *Paries contentiosus coniunctus alteri parieti quando credatur proprie esse illius, cuius est non contentiosus.*
7 *Nemo potest in alieno pariete aliquid immittere.*
8 *Seruitus non præsumitur.*
9 *Ex fenestra existente in muro contentioso colligitur signum dominij d. muri. Intellige vt n.* 10. 12. *&* 13.
11 *Vsus parietis in quo consistat.*
14 *Sententia lata secundum relationem periti communiter electi an admittat appellationem. & n.* 16. *Et quid in iudicio peritorum assumpto a Iudice. n.* 15.
17 *Retractatio per viam querelæ semper datur, etiam in casibus, in quibus nō potest appellari.*
18 *Iudex non impeditur dicta peritorum corrigere*

interrogando peritiores. Declara vt n. 19.

20 *Periti an sint Iudices, vel testes.*

21 *Imperitia iudicis, vel periti quādo possit corrigi.*

22 *Approbans testem dicitur personam, non dictum approbare.*

23 *Probatio peritorum est fallax, & debet exquiri certitudo maior, quàm haberi possit.*

24 *Restitutio in integrum an sit danda à relatione peritorum.*

25 *Relatio periti iuxta iudicium alterius quando sit nulla. Et quid in sententia iuxta consilium ab alio ferendum. n. 26.*

27 *Appellatio est admittenda etiam in casibus, in quibus de iure alias illa prohiberetur stante notoria iniustitia, & nullitate.*

28 *Ratione notorij potest omitti iudicium peritorum, quamuis statutum prohiberet iudicari, si non adhibeantur periti.*

CAPVT CCLXIII.

IN proposita facti specie sunt firmandæ infrascriptæ conclusiones, quarum prima est, 1 quod † parietes dicuntur liberi, & proprij ipsius, qui habet fenestras, tigna, trabes, & alia transforantia totum parietem, quæ cum facta reperiuntur, debent præsumi esse in casu licito, & permisso, ac in re propria, cum alias non licuisset illa facere, vt notatur in *l. quidam hiberus. de seruit. urban. prædior.* & declarat *Castr. cons. 334. incipiendo à secundo, n. 1. & 2. lib. 2. Paris. cons. 126. n. 10. lib. 4. Ruin. cons. 55. n. 6. lib. 2.*

Secunda conclusio. Murus existens intra tales pa- 2 rietes proprios, † & liberos alicuius, censetur etiam esse proprius illius, si est factus eodem tempore cum dictis domibus, & parietibus, & ex eadem materia, & recta linea inter præfatas domos, & parietes, Cum enim extremitates sunt propriæ, censendum est etiam parietem, qui est in medio illarum, esse proprium, & censeri eiusdem naturæ, cuius sunt extrema, & de 3 ea participare, † prout etiam dicimus, quando paries esset communis in extremitatibus, præsumi quoque esse communem in medio, vt concludit *Socin. cons. 44. in causa augustini. col. 2. post princ. vers. sed hic superest difficultas. n. 7. lib. 4. Sim. de Prat. cons. 73. n. 18. Surd. cons. 126. n. 12. vsque ad n. 15. lib. 1. Menoch. præsumpt. 73. n. 19. lib. 6. Honded. cons. 80. n. 23. lib. 1.* Et gene- 4 rale † est, vt media præsumantur esse illius, cuius sunt extrema *Menoch. cons. 1101. n. 5. lib. 11.* Vbi etiam de prædijs, quæ præsumentur feu- 5 dalia, † quando constat ea, quæ sunt circum circa esse feudalia *Idem Menoch. præsumpt. 91. n. 63. lib. 3.* Prout etiam quando paries contentiosus est coniunctus alteri parieti alicuius pro- 6 prij eadem magnitudine, † quam grossitiem appellant, creditur esse proprius illius, cuius est non contentiosus *Crot. cons. 153. n. 17. & 18. lib. 2. Menoch. præsumpt. 73. n. 18. vers. duodecimum est signum. lib. 6.*

Et prædictis confert, quia si in huiusmodi casu 7 murus non esset proprius † dicendum esset illas iuncturas, & colligationes factas iusse iure seruitutis, cum alias nemo possit quidquam immittere in alienum *l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad leg. aquil. l. qui vtitur. §. ad iunctam.* 8 *ff. quod vi aut clam. Boer. cons. 5. n. 14.* † Vnde cum seruitus non præsumatur, potius credendum est iniunctionem fuisse factam iure proprio, & murum etiam esse eius, qui est dominus aliorum parietum, quibus iste fuit hinc inde colligatus, & iniunctus *Surd. in specie cons. 126. n. 14. lib. 1.*

Tertia conclusio: Ex fenestra existente in muro 9 contentioso † colligitur signum domini d. muri ad fauorem ipsius *Cepoll. de seruit. urban. præd. c. 40. n. 15. tom. 6. p. 1. f. 195.* Intelligendo tamen, dummodo non simus in domo solita locari, & in casu, in quo non adest perforatio totius muri, Tunc enim non potest præsupponi aliqua 10 notitia ipsius domini domus, † Vnde cum potuerit illa fenestra haberi clam, & ignorante vicino, non probatur ex hoc dictum parietem esse proprium habentis talem fenestram; Ma- 11 xime, quia in ea non stat vsus parietis, † sed in sustentatione onerum ferendorum, & tignorum immittendorum *l. sicut. §. 1. ff. si seruit. vendic.* 12 & in terminis ita declarat † *Castr. cons. 334. incipiendo à secundo. ante fin. vers. & sic patet responsio. lib. 2.* sequitur *Menoch. præsumpt. 73. n. 12. in fin. lib. 6. Surd. cons. 126. n. 2. & 3. lib. 1.* Præsertim, quando talis fenestra non perforans 13 totum murum non est antiqua, † neque facta eodem tempore, quo paries ipse fuit fabricatus, Tunc enim magis præsumitur, quod fuerit constructa clam, & inscio domino *Idem Surd. d. cons. 126. n. 24. & 25. lib. 1.*

Quarta conclusio. Sententia lata secundum rela- 14 tionem tertij periti communiter electi, † non admittit appellationem, ita vt amplius non possit retractari *Abb. in c. propositis. de probation. Ias. in repetit. l. admonendi. n. 43. col. 13. post med. vers. ex istis ego infero. & ibi Purpur. col. 8. ad med. vers. nec huic rationi n. 46. de iur. iur. Rimin. Iun. cons. 71. n. 31. lib. 1.* Quasi tunc probationes priuilegiatæ procedant de mera voluntate partium, quibus est imputandum, 15 Quidquid † aliud sit, quando iudicium Peritorum assumeretur à Iudice inuitis litigantibus, tunc enim tales probationes priuilegiatæ non facerent præiudicium, sed semper posset retractari sententia per peritiores, nulla habita consideratione rei iudicatæ *Idem Rimin. Iun. cons. 212. n. 19. lib. 3. Marant. in prax. act. 1. p. 6. n. 131. Niconit. in l. qui romæ. §. duo fratres. n. 105. ff. de verb. obligat.*

Verum contrariam opinionem tamquam magis 16 communem sequitur † *Dec. cons. 287. non leuis perplexitas. in fin. n. 12. Roman. cons. 228. pro plena discussione. ad fin. n. 15. Affred. decis. 241. incip. interlocutoriam. Aret. cons. 10. clarissimus. col. vlt. in princ. vers. sed redeo. Io. de Amic. cons. 102. n. 6. Andr. Barbat. de cardin. legat. de later. q. 2. n. 11. tom. 13. p. 2. folio 35. Menoc. cons. 343. n. 27. & 30. lib. 4.*

lib.4.late Felin. in c. propoſuiſti.4.col.penult.ad med.n.10.vſque ad n.12.de probat. † Cum ſemper etiam in caſibus, in quibus non poteſt appellari, detur retractatio per viã querelæ oſtendendo iniquitatem periti *Ang. in l.1. in fin. C. ſenten.reſcind.non poſſ.* † Et nunquam iudex impeditur dicta peritorum corrigere interrogando peritiores *Bart. in l. arbitro. ad med. n.4. verſ.committitur enim nonnunquam.ff.qui ſatiſd.cogant.Felin.in d.c.propoſuiſti.in fin.verſ. facit quod notat. de probation.* † vbi tamen intelligit dummodo iudex vtatur moderamine in adhibendo peritiores, quia eius officium eſt reſecare infinitatem *c. cum in multis.de reſcrip. in 6.ſecundum Anan.in c.ſignificaſti.il 2.col.7. in princ.n.20.de homicid.* † Vbi etiam quod iſti periti ſunt quaſi Iudices, non proprie teſtes *l. certi iuris. C. de iudic. c. quia iudicante.de præſcript. Surd.conſ.452.n.30.lib.4.* † Vnde eorum imperitia poterit ſemper corrigi per magis peritum, ſicut imperitia veri Iudicis *l.1. de appellat.* & late explicat *Io. de Amic.conſ.102.n.16.* Exemplo approbantis teſtes, qui dicitur illos approbare quo ad eorum perſonam, non autem quo ad teſtimonium *Pariſ. conſ.88.n.84.lib.3. Menoch.conſ.343.n.38.lib.3.*

Maxime quando ſumus in probatione, quæ de ſui natura eſt fallax, † vt iſta peritorum, quaſi tunc debeat exquiri certitudo maior, quam haberi poſſit, & diligentior, quam alias; Itaut Iudex ſemper debeat laborare in probatione, quæ fit per peritiam, vt poſſit habere maiorem certitudinem *Aret.conſ.142.col.antepenult.in princ. n.21.verſ.iſta concluſio probatur.*

Vnde ſemper quando iuſta cauſa allegatur, ex qua argui poſſit imperitia, † & iniuſtitia ex relatione peritorum, poterit peti reſtitutio in integrum, quæ à Principe eſt concedenda, cui in tali caſu videtur poteſtas reſeruata *Abb. in c. 2. de purgat.vulg.Alber.in prohem.digeſt. in princ.& in prima conſtit.Cod.Dec.in c.propoſuiſti.col.vlt.in princ.verſ.ſi tamen iuſta.q.3.in fin.de probat.*

Quinta concluſio. Relatio periti eſt nulla, quando ſe refert ad iudicium illius, † qui non fuit electus à partibus, cum etiam in caſibus, in quibus valeret ſententia iuxta conſilium, ſeu iudicium ferendum ab aliquo, ſemper illa eſſet nulla, ſi prius idem conſilium non eſſet productum in actis, cum debeat liquere Iudici id, ſuper quo vult ſe fundare ad ſententiam promulgandam, quidquid † aliud ſit, quando deberet iudicari ſecundum conſilium ſapientis infra certum diem, & ſapiens nimis prorogaret, quo caſu poſſet ad euitandam pœnam ferri ſententia iuxta conſilium ferendum etiam non productum in actis, vt late declarat *Alex. conſ.185. viſo titulo quæſtionis.col.fin. in princ.verſ. quo ad vltimum dubium.lib.2.poſt Salic.in l.cum iudex.de ſenteat.& interlocutor.omn.iud.Bald. in l.1.col.2.n.3.in gloſ.2.C.de ſentent.ex breuic. recitand.Butr.in c.quia venerabilis. §.quia vero. in princ. de exception. Imol. in l.1.§. ſi quis ita.n.40.cum ſeq.ff. de verb.obligat.*

Ex iſtis colligitur conſtare de euidenti iniuſtitia relationis periti, dum declarauit parietem non eſſe eius, cuius ſunt extremitates, cum obſtent ea, quæ ſupra dicta ſunt *in prima, & ſecunda concluſione*. Ita vt non poſſit dicta relatio iuſtificari ex prætenſa feneſtra, quæ tanquam de recenti, & non perforans totum murum, & facta in domo ſolita locari non probat aliquod dominium, *vt in tertia concluſione*. Adeo vt etiam ſit concedenda appellatio, ſeu recurſus à relatione eiuſdem periti quamuis communiter electi, *vt in quarta concluſione. verſ. verum contrarium*. Cum præſertim dicta relatio non fuerit omnino perfecta tanquam ſe referens ad definitionem, & conſcientiam, & conſilium Iudicis, *vt in quinta concluſione* dictum fuit. Et quatenus poſſet dubitari an ſit locus appellationi iuxta adducta *in quarta concluſione. in princ.* † Tamen in caſu noſtro non erit ambigendum, cum conſtet de notoria nullitate relationis, & ſententiæ in ea ſe fundantis tam ex viſione loci, quam ex alijs in actis productis, quibus ſtantibus erit admittenda appellatio etiam in caſibus, in quibus alias de iure illa prohiberetur etiam ad vtrumque effectum *Alex.conſ.77.in caſu & lite vertente.col.penul. lib.2. Natt.conſ.51.n.21. Bald. in l.vnic. col.2. verſ.denuo quæro. C.ſi de moment. poſſeſſ. & ibi Contard.limit.9. Menoch.de adipiſc.remed.4.n. 850.* cum alijs, quos adduxi *ſupr.c.41.n.7.& 31. & deciſ.202.n.4.* † Itaut etiam ratione notorij omitti poſſit iudicium peritorum, quamuis ſtatutum prohiberet iudicari, ſi non adhibeantur periti *Bald.in l.1.oppoſ.4.in fin.verſ.ex hoc pono duas concluſiones. C.vt quæ deſ.aduocat.Felin.in c.propoſuiſti. 4.in fin. verſ.vltimo in hac materia.de probation.*

EPITOME.

HÆres promittens ſoluere legata an cenſeatur renunciare beneficio inuentarij. ¶ Et quid ſtante clauſula, inſolidum, obligatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, promiſsione de indemnitate, vel de integre ſatisfaciendo cum renunciatione iurata, & omni legum auxilio, & ſimilibus clauſulis. ¶ Verba quando ſint intelligenda ſecundum diſpoſitionem iuris, vel naturam rei. ¶ Heres promittens ſoluere, vel ſoluens vnum ex legatis inutilibus, vel ante diem an teneatur ad ſolutionem aliorum, & quid reſpectu loci. ¶ Approbatio actus, ſeu teſtamenti, vt valeat in vim pacti, quid debeat continere, & an requiratur præſentia partis. ¶ Et quando noceat hæredi reſpectu perſonarum incapacium quibus relictum eſt. ¶ Et an debeat eſſe actus non omnino nullus, vt confirmatio operetur. ¶ Et an poſt approbationem ſemel factam detur amplius reprobatio. ¶ In iudicio poſſeſſorio, quando ſit permiſſum opponere incapacitatem hæredis, vel teſtatoris. ¶ Exceptio dominij an admittatur in poſſeſſorio ſaluiani. ¶ Executio

cutio instrumenti an retardetur per exceptionem simulationis, & enormissimæ læsionis. ¶ Defectus legitimitatis quando sit reseruandus in iudicio petitorio. ¶ Filius institutus tamquam legitimatus an debeat immitti in possessionem, & sufficiat ei ostendere priuilegium legitimationis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij remissio an censeatur facta per promissionem hæredis de soluendo legatum. Intellige vt n.7.& 18.*
2 *Promissio absoluta continet omnes conditiones à iure inductas.*
3 *Promittens restituere dotem, intelligitur salua sua portione per statutum delata. Declara vt n.13.14.& 17.*
4 *Verba sunt intelligenda secundum dispositionem iuris, & naturam rei.*
5 *Approbans testamentum non prohibetur vti beneficio inuentarij.*
6 *Promissio simplex, & indefinita non tollit priuilegium sibi competens.& n.23.*
8 *Promittens soluere legata cum clausula insolidum, non iuuatur priuilegio inuentarij. Idem in obligatione omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum. n.9. Intellige vt n. 15.*
10 *Exceptio inuentarij tollitur, si hæres promittat integre satisfacere.*
11 *Hæres promittens soluere integra legata dicitur renunciare falcidiæ.*
12 *Faciens mentionem de integris fructibus non deducit expensas.*
16 *Certa scientia in dubio non præsumitur.*
19 *Hæres promittens de indemnitate, vel obligans bona propria, seu renuncians omni legum auxilio, vel iurans promissa præstare, videtur renunciare exceptioni inuentarij.*
20 *Promittens certam quantitatem legatam soluere non habet beneficium inuentarij.*
21 *Debitum hæreditarium reformatum ex noua conuentione hæredis tollit priuilegium inuentarij. Declara dummodo agatur ex contractu reformato. n.28. & 29.*
22 *Promittens soluere non videtur renunciare priuilegio, ne conueniatur, nisi in quantum facere potest.*
24 *Hæres adeundo non videtur consentire se teneri nisi quatenus lex disponat.*
25 *Hæres promittens soluere, vel soluens vnum ex legatis inutilibus, non cogitur ad solutionem aliorum.*
26 *Soluens aliqua legata ante diem, non tenetur alia soluere. Et an idem sit respectu loci. n.27.*
30 *Promissio, & approbatio hæredis quando ei noceat respectu personarum incapacium, quibus relictum est.*
31 *Approbatio actus vt valeat in vim pacti debet continere omnia necessaria ad validitatem conuentionis, & an requiratur præsentia legatarij circa approbationem legati ad eius fauorem factam. n.32.*
33 *Confirmatio hæredis, vt valeat, requiritur, quod actus non sit omnino nullus, & quod dispositio non sit captatoria.*
34 *Per approbationem semel factam ab hærede non datur amplius reprobatio etiam in alia causa, & inter diuersas personas. & n. 35.*
36 *Approbatio testamenti facta per hæredem quando prosit absentibus, & requiratur præsentia. n.37.& 38.*
39 *In iudicio possessorio est permissum opponere incapacitatem hæredis. Intellige in ea, quæ potest incontinenti probari. n.40.*
41 *Immissio in possessionem impeditur, si excipiatur testatorem non potuisse testari, si talis probatio incontinenti offeratur.*
42 *Exceptio dominij probati incontinenti, vel probandi admittitur in possessorio saluiani.*
43 *Executio instrumenti non retardatur, quamuis fuerit exceptum de enormissima læsione. Declara vt n.44.*
45 *Simulatio clara retardat executionem instrumenti.*
46 *Immissio in possessionem an sit concedenda filio hæredi instituto in testamento, in quo pater illum tanquam legitimatum instituit. Et an sufficiat hæredi ostendere priuilegium legitimationis. n.47.49.& 50.*
48 *Quod non accipit robur ex ipso testamento liquidè probandum est, neque habet executionem, prout testamentum.*
51 *Defectus legitimitatis quando sit reseruandus in iudicio petitorio. n.52.& 53.*

CAPVT CCLXIIII.

PRomissio hæredis de soluendo legatum non 1 operatur remissionem inuentarij, † quasi illa obligatio sit intelligenda, prout de iure, & saluo beneficio sibi competente, absq; eo quod actio antiqua fuerit nouata, iuxta doctrinam *Bal. in l.fin. n.2. C.ad leg. falc. Affl.decis.399.n.13.* cum alijs, quos adduxi *supra c.34.n.28.vsq; ad n.34. Cuman.cons.109.col.penul.n.2.*

Adde, quod omnis promissio quantumuis absoluta continet omnes conditiones à iure inductas, 2 & † perinde tacite intelliguntur, ac si expresse forent insertæ, Vnde nun mirum, si promittens soluere legata non prohibeatur detrahere falcidiam, vt dictum est, prout etiam iurans stare sententiæ, & laudo, intelligitur quatenus iustè feratur, alias potest reclamare *Surd. cons. 3 506.n.8. vsque ad 11. lib. 4.* † Idem in promittente restituere dotem, qui intelligitur salua sua portione per statutum delata *Ruin. Alex. & alij in l.post dotem.ff.solut. matrim. Natt. cons. 416. n. 5.* vbi multis similibus comprobat, 4 quando † verba debeant intelligi secundum dispositionem iuris communis, & secundum naturam rei *Tiraq. in l.si vnquam. in fin. n. 1. vsque ad n.10.C.de reuoc.donat.Surd.cons.522. 5 n.12.lib.4.* † vbi etiam de approbante testamentum, qui non prohibetur vti beneficio inuentarij *Cuman. cons. 109. n.3.* Requiritur enim promis-

promissio specifica, & relata ad quantitatem certam, vt videatur renunciatum beneficio 6 competenti, Nam alias si sit simplex, † & indefinita, vel indeterminata non tollit priuilegium sibi competens secundum distinctionem *Bart. in l. quod nomine. ff. de condict. indebit. Phanuc. de inuent. p. 6. n. 112.*

In casu tamen mihi proposito aliud dixi statuendum 7 esse. † Etenim vltra promissionem de soluendo legatum aderat obligatio bonorum ipsius hæredis cum clausula, insolidum, quæ facit, vt quis non iuuetur beneficio inuentarij quamuis in instrumento fuerit dictum, quod obligauit se, vt hæres cum beneficio inuentarij, quasi tunc illa verba censeantur apposita demonstratiue, ita in puncto concludit *Aym. cons. 214. n. 7.* quod etiam voluit *Corn. cons. 31. col. 3. post med. vers. quod & clarius demonstratur. n. 11. lib. 3. Phanuc. de inuent. p. 6. n. 113.*

Ratio diuersitatis est, quia quando hæres simpliciter promisit soluere, censetur reseruasse sibi 8 beneficium inuentarij, † quod non est in promissione facta in solidum, tunc enim cessat priuilegium inuentarij, quod nihil aliud operatur, quam vt hæres non teneatur in solidum *l. fin. §. si vero. & §. fin autem. C. de iur. deliber.* Vnde si in solidum promisit, non possumus interpretari, quod sibi reseruauerit beneficium 9 inuentarij, † Maxime quia etiam obligauit omnia bona sua præsentia, & futura, & sic non sensit de bonis hæreditarijs, Quare ista obligatio non cadit in eo, qui habet beneficium inuentarij, cum hæres possit impetrare separationem bonorum suorum à bonis hæreditarijs *l. 1. §. sciendum. l. creditores. de separat. bono. Bald. in l. fin. §. & si præfatam. & §. in computatione. C. de iur. deliber.*

Idem esset, quando hæres promitteret integre satisfacere, tunc enim tollitur exceptio inuenta-10 rij † *Rim. Sen. cons. 584. n. 1. in fin. vers. comprobatur secundo. lib. 3 Vrsill. ad Afft. decis. 399. n. 6.* Exemplo hæredis promittentis soluere inte-11 gra legata, † qui videtur renunciare beneficio legis falcidiæ, & de faciente mentionem de integris fructibus, qui non deducit expensas, 12 Et † de marito promittere totam, & integram dotem restituere, qui videtur renunciare bene-13 ficio † statuti dantis quartam partem viro, Et de patre stipulante integram dotem restitui, qui intelligitur stipulatus fuisse absque dedu-14 ctione facienda marito vigore statuti, † prout omnes supradictos casus cum multis alijs similibus late explicat *Alex. cons. 133. super quæsitis. col. 1. post med. vers. pro hoc etiam bene facit. n. 4. vsque ad 9. lib. 5.* & latissime comprobat *Menoch. cons. 374. n. 5. vsque ad n. 15. & per* 15 *tot. lib. 4.* † Intelligendo, quando ex certa scientia promisit, non autem simpliciter, aut per errorem, quia tunc non censeretur d. beneficio renunciatum, Itaut in dubio ista certa scien-16 tia non præsumatur, vt declarat *Natt. ad Alex. d. cons. 133. in verb. non per errorem. lib. 5. post Glos. in c. 1. §. præterea. quibus mod. feud. amitt. Alex. cons. 87. accurate pro viribus. col. penult. in princ. vers. non obstat etiam prædictis. n. 14. lib. 6. Iaf. cons. 159. col. vlt. in princ. vers. quarto principaliter confirmando. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 20.* 17 *in fin. n. 9. & 10.* † Et multas declarationes, quando maritus promittendo dotem restituere censeatur renunciasse lucro sibi per statutum delato, & quæ scientia requiratur *Idem Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 8. n. 15. vsque ad n. 16.*

Prout quoque idem esset, si per alia verba æquipollentia posset constare de mente hæredis, quod promiserit soluere legata absque priuilegio in-18 uentarij, † vt declarat *Add. ad Alex. cons. 133. in verb. integrum. lib. 5. post Castr. cons. 28. in causa quæ vertitur. n. 2. lib. 2. & cons. 77. visa facti narratione. col. 2. ad med. vers. ad aliud dum quaeritur. n. 3. eod. lib.* Verba autem æquipollentia sunt non solum, quando se obligasset hæres in 19 solidum, vt dictum est, † sed etiam quando promisisset de indemnitate, vel obligasset propria bona pro obseruatione contentorum in promissione, vel renunciasset omni legum auxilio, vel iurasset promissa præstare, vel aliquo alio modo renunciasset exceptioni inuentarij, prout supradictos casus declarat *Phanuc. de inuent. p. 6.* 20 *n. 114. cum seq. Surd. decis. 132. n. 24.* † Vbi de promittente certam quantitatem legatam soluere, qui videtur renunciasse beneficio inuentarij *Corn. cons. 36. col. 1. in fin. vers. his tamen non obstantibus. & col. 3. in fin. vers. non enim* 21 *obstat. n. 5. lib. 4.* † Quasi tunc debitum hæreditarium sit reformatum ex noua conuentione facta cum hærede. Tunc enim si hæres conueniatur pro tali debito reformato, non habebit dictum beneficium inuentarij, cum non agatur contra eum immediatè ex causa hæreditaria *Aret. cons. 148. in quæstione proposita. Ang. in l. cum hæreditas. ad trebell. & cons. 31. dominus philippus. Dec. cons. 496. in causa domini operarij. col. 3. in fin. n. 12.*

Ex quibus non obstant contraria, quia procedunt in simplici approbatione testamenti, & simplici promissione soluendi legata, quæ continet tacitam reseruationem beneficij sibi competen-22 tis, † prout de promittente soluere, qui sibi non præiudicat quo ad priuilegium ne conueniatur nisi in quantum facere potest *Ruin. cons. 159. n. 5. in fin. vers. & facit quod notat. lib. 3. post Bald. in l. quod nomine. ff. de condic. indeb.* 23 & tam † in exceptione inuentarij, quàm similium quod illi non censeatur renunciatum per simplicem approbationem, & promissionem hæredis latè concludit *Surd. decis. 132. per tot. & decis. 53. n. 18. cum seq. post Bart. Bald. & alios in* 24 *l. non dubium. C. de testam.* † Vnde etiam hæres adeundo hæreditatem, non videtur consentire se teneri, nisi quatenus lex disponit, cum ea lege videatur adire, & ea forma præsumendum sit illum consensisse, & quasi contraxisse *Bald. cons. 184. municipali lege. col. 2. ad med. vers. bene concedo quod licet testator. lib. 5. Peregrin. de fideicom-*

commiss. art. 36. n. 86. Aym. cons. 200. n. 5. post med. vers. ad idem.

Circa tamen huiusmodi approbationem, & pro-
25 missionem hæredis sunt aliqua † adnotanda. Primò quod hæres promittens soluere, vel soluens vnum ex legatis inutilibus non est obligatus ad solutionem aliorum *l. lucius. la 2. §. sed cum testator. de legat. 2. Glos. in l. 2. in verb. præstiterunt. C. de fideicommiss. Bald. in l. non dubium. opposit. 5. C. de testam.*

Quæ procedunt etiam quando plura legata sunt
26 eidem personæ, † prout etiam quando sumus in tempore, si enim legata sunt in diem relicta hæres, qui aliqua soluit ante diem, non cogitur
27 alia soluere, sed dies erit expectandus; † Quidquid aliud fit respectu loci, in quo tenetur perseuerare solutionem in eodem loco, prout omnes supradictos casus explicat *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 22. n. 13. vsque ad n. 16.*

Secundo vt hæres ex promissione soluendi legatum teneatur, opus est agere ex pacto, non ex
28 legato, † cum enim dicatur nouus contractus, agendum est ex confirmante, non ex confirmato *l adoptio. de adopt. Paris. cons. 3. n. 40. lib. 4. Ias. in l. more. n. 30. de iurisd. omn. iudic. Bart. & alij in l. si quis priore. ad trebell.*
29 † Et in specie legati de quo agimus notat *Surd. de alim. priuil. 22. tit. 8. n. 24.* Quasi illud sustineatur iure pacti, non testamenti, aut legati *Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. c. 20. in fin. n. 10.*

Tertio. Ista approbatio, seu promissio hæredis ei nocebit etiam respectu personarum incapa-
30 cium, † possunt enim approbari relicta filijs naturalibus per prolem legitimam, quando tamen expresse fieret approbatio. Quia non censeretur tacite approbatum, quod lex prohibet, itaut neque sufficeret expresse approbari simpliciter, nisi etiam hoc fieret solemniter præsente prole illegitima, & stipulante, vel nisi fieret approbatio realiter per solutionem legatorum, prout in terminis concludit *Aym. cons. 200. col. vlt. in princ. vers. posito igitur. n. 9.* Vbi etiam declarat *Roman. cons. 43. in 3. dub. & ibi Mandos. in verb. quod sic. Surd. decis. 53. n. 7.*

Et facit, quia approbatio alicuius actus, vt valeat
31 in vim pacti, debet continere omnia, † quæ sunt necessaria ad validitatem pacti, vt simultaneum consensum, & quod instante aliquo ex legatarijs testamentum approbetur, præiudicabit enim hæredi respectu illius, Nam cum approbatio sit facta in præsentia legatarij transit in
32 vim pacti, † Quidquid alias stante absentia non oriretur actio, sed resoluetur in simplicem pollicitationem, & nudum pactum, quod non obligat late *Surd. decis. 132. n. 12. vsque ad n. 17. & decis. 53. n. 18. vsque ad n. 23. & cons. 136. n. 53. lib. 1. cum alijs per Ias. cons. 82. col. vlt. in princ. vers. sed illis non obstantibus. lib. 3.*

Quarto. Confirmatio hæredis, vt valeat, requiri-
33 tur, quod actus non sit omnino nullus, † vnde non posset per eum approbari dispositio captatoria tanquam ipso iure nulla, & repugnans bonis moribus, & velut deceptoria, & auferens liberam facultatem testandi, & carens propria voluntate, cum præsertim in similibus dispositionibus consideretur publicus, non priuatus fauor, cui non possunt derogare partes, à quarum voluntate non pendet validitas, seu nullitas testamenti latissime *Surd. decis. 53. per tot.*

Quinto. Per istam approbationem semel factam ab hærede non dabitur amplius reprobatio,
34 cum † consensus semel præstitus non possit reuocari *l. in diem. ff. de aqua plu. arc. Aym. cons. 24. n. 10. & cons. 276. n. 6. ad fin. vers. immo contractus. post Bart. in l. iulianus. §. si quis. de act. empt.*
35 † Itaut semel approbatum non possit amplius impugnari etiam in alia causa, & inter diuersas personas *Alex. cons. 133. stantibus. col. penult. ad fin. in 6. dub. in fin. n. 14. lib. 7. Aym. cons. 188. n. 5. Becc. cons. 6. n. 19.*

Amplius ista approbatio testamenti facta per hæredem proderit omnibus etiam absentibus,
36 quando † actus tenderet principaliter ad declarandam voluntatem agentis. Quidquid aliud sit, quando tenderet principaliter ad se obligandum, tunc enim requireretur præsentia illius, cui acquirenda esset obligatio *Socin. cons. 105. visis testibus. n. 10. vers. quinto etiam adducimus. lib. 4.*
37 † Maxime quando non præcessit contractus, sed incipit obligatio ab ipso actu, nam si præcessisset contractus præsente eo, cui deberet acquiri, vel illius procuratore, & solum restaret declaratio voluntatis alterius absentis, cuius nomine actus est gestus an velit obligari, tunc sufficeret talis declaratio volun-
38 tatis etiam parte absente. † Nam partis præsentia requiritur, solùm vt constet de illius consensu, de quo cum apparuerit, semelque actui interuenerit, ad quem retrahitur ratificatio, non est quod vlterius ipsius præsentia desideretur *Mascard. conclus. 347. n. 89. vsque ad 92. post Aym. de antiq. tempor. p. 1. n. 47. §. viso de verbis enunciatiuis. fol. 58.* vbi de communi opinione testatur.

Quo ad aliud dubium an in iudicio possessorio permissum sit opponere incapacitatem hæredis,
39 Verior † est opinio affirmatiua, fundamentum enim personę prius est considerandum, vt quodcunque iudicium etiam summarium rectè fundetur, si enim persona est perpetuò prohibita differtur in aliud iudicium, & est mera declinatoria *Bal. in l. fin. col. 10. ad fin. vers. octauo studeat reus. & vers. secundo consideret mixta fundamenta. sub n. 42. C. de edict. diui adr. toll. Igneus. in authent. ex causa. 90. C. de liber. præt.* quem refert, & sequitur *Lader. Imol. cons. 122. n. 2. col. 2. post princ. vers. idque confirmatur. Achill. Personal. de adipisc. n. 65.* cum alijs late per *Rim. Iun. cons. 494. n. 10. lib. 5.*

Ista tamen sunt intelligenda, si incapacitas potest
40 incontinenti probari, † secus si altiorem indaginem requireret, prout declarat *Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. n. 753.* cum alijs per *Pereg. de fideicomm. art. 48. n. 29. vsque ad n. 32.*

O ſaſe.

41 *Osas.decis.26.n.2.& 21.vers.ex promissis.* † Prout etiam econtra dicimus immissionem in possessionem impediri, quando excipitur testatorem non potuisse testari, si talis probatio incontinenti offeratur, quasi tunc obstet agenti possessorio exceptio dolo facis &c. Ita in specie declarat *Ang. cons.* 135. *bauctus masiiuoli. ad fin.vers super secundo dico.* quem sequitur *Menoch.d.remed.4.de adipisc.possess.n.*746.q.87. *in*

42 *fin.* † Vnde etiam exceptio dominij probati incontinenti, vel probandi admittitur in possessorio saluiani *Put.decis.55. lib.* 2. *& decis.* 233. *lib.3.Rot.coram R.P.D............viterbien. bonorum.17.nouembris.*1586.

Ita etiam in executione instrumenti, quæ non retardatur, quamuis fuerit exceptum de enor-

43 missima læsione † *Gallesi.de oblig.camer.* 4. *p.q.* 1.*n.17. Rot.coram R.P.D.Orano.Romana executionis de anguillara.6. martij.* 1592. Vbi tamen intelligit, dummodo d. enormissima læsio

44 non probaretur incontinenti, iuxta *cons. Bero.* 277.*lib.*1. non obstante *decis. Io.Pauli.* 65. quæ fundatur super stylo illius temporis, vt per *Ora-*

45 *num ibidem*, subdens illud de simulatione, † quę quando est clara, ita vt non egeat disputatione retardat etiam d. executionem *Canar. de execut.q.*13.

Ex quibus alias Dixi non esse concedendam huiusmodi immissionem in possessionem filio hæ-

46 redi instituto in testamento, † in quo pater illum tanquam legitimatum instituerat, Ex ipso enim testamento apparebat incontinenti probatio incapacitatis, nam quamuis pater faciat mentionem de legitimatione, tamen in hoc nulla fides ei adhibetur, Ex quo non pendet ab eius sola voluntate, & potestate, iuxta *l. si forte. de castren. pecul. Oldrad. cons.* 226. *col.penult. Aret.cons.*18. *Dec. in l. si donatione. col.*4. *C.de donat.*& in specie ita concludit *Menoch.de adipisc.remed.*4.*n.*759. *Ladereb. Imol. cons.*122.*&* 123.*n.*2.*& per tot. Grat.cons.vlt.n.* 32.*lib.*1.

Immo neque sufficeret hæredi ostendere priuile-

47 gium suæ legitimationis, † qui ex hoc non esset immittendus, etenim vbi extrinsecus aliquid deducitur in remedio *l.fin.C.de edict.diui adrian. toll.* quod non accipiat robur ex ipso

48 testamento, liquide probandum est, Nam † priuilegium, vt statim fiat immissio, conceditur solum testamento, quod ex se ipso sit tale, vt prima figura nullum vitium contineat, secus est quando aliunde recipere debet confirmationem, prout in hoc casu ista confirmatio daretur ex d. legitimatione, quæ tanquam extra testamentum non debet habere eandem execu-

49 tionem, † Ita in terminis concludit *Grat.cons. vlt.n.*30.*vsque ad n.*35.*lib.*1. *Paris. cons.*11.*n.* 10. *cum seq. lib.* 2. Quidquid contrarium sentiat *Ruin.cons.*87.*in fin.lib.*3.*et Socin.Iun.cons.* 97.*n.*45.*&* 46. *lib.* 2. *cum alijs per Peregr. de*

50 *fideicommiss.art.* 48. *n.*29. † Quia contra eos est verior opinio, vt late per *Ladereb. Imol. cons.* 122. *&* 123. *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *n.* 759. vbi contrariam sententiam admittit, quando istæ exceptiones altiorem indaginem requirerent, vt quia essent facti probandi, vel iuris valde difficilis *Rol.cons.*22.*n.*36. *vsque ad n.*39. *lib.*3.

Et quidem secundum præfatam distinctionem

51 prædicta sunt intelligenda, † An videlicet defectus legitimitatis requirat disputationem notoriam, vel exigat altiorem indaginem, Nam si talis exceptio est notoria, statim cognoscitur, neque reseruatur in iudicio petitorio, prout esset reseruanda, quando requireret altiorem indaginem, cum præsertim etiam spurij sint capaces possessionis *Paris. cons.*96. *n.*4.

52 *lib.* 4. † Ideo exceptio legitimitatis respicit petitorium, & per consequens etiam legitimatus institutus in testamento, & à patre nominatus erit immittendus in possessionem iuxta *l.fin.C.*

53 *de edict. diui adria. toll.* † prout ita distinguendo concludit *Rot.perCaputaq.decis.*342.*p.*1. Vbi ampliat ad bona feudalia. Quod etiam voluit *Rum.Iun.cons.*392.*n.*63.*vsq; ad n.*70.*lib.*4.*cum alijs per Osas.decis.*26.*n.*2. vbi mulia, quod potest impediri incapax immitti in possessionē bonorum feudalium, si incontinenti hoc probet *Ias. cons.* 138. *col.fin. lib.*4. *Goz.ad. ad cons.* 12. *nu.* 9.

EPITOME.

IVs excipiendi competens principali quando transeat ad singularem successorem etiam sine clausula cessionis. ¶ Hæres pendente conditione fideicommissi an possit alienare res fideicommissarias, & quando causa detractionis trebellianicæ, & legitimæ sit considerabilis pro confirmatione alienatorum. ¶ Priuilegium non imputandi fructus in legitimam, & trebellianicam, an competat nepotibus. ¶ Et in quibus nepotes, & filij æquiparentur. ¶ Differentia, quæ sit inter detrahere trebellianicam, ac aliquid in eam imputare, & inter eligere rem in trebellianicam imputandam, illamque alienare. ¶ Alienatio ob causam trebellianicæ an valeat, si hæres alienans percepit tot fructus, qui implerent d. trebellianicam. ¶ Et quando illius detractio sit facienda in vna re, vel in singulis rebus hæreditarijs. ¶ Filius grauatus quo casu possit detrahere trebellianicam, & legitimam ante conditionis euentum. ¶ Tutor emens nomine pupilli prædia ex pecunia hæreditaria quando dicatur elegisse legitimam, & trebellianicam in d.pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio competens principali datur quoque singulari successori, etiam sine clausula cessionis. n.*2.

3 *Hæres & defunctus censentur vna, & eadem persona.*

4 *Ius excipiendi personale an transeat ad successorem.*

Ex-

5 *Exceptio detractionis legitimæ, & trebellianicæ competit ad commodum emptorum pro confirmatione alienationis in eos facta.*

6 *Deductio trebellianicæ, & legitimæ quando detur in vna re stante alienatione bona fide facta.*

7 *Hæres pendente conditione fideicommissi an sit dominus, & possit alienare res fideicommissarias. & n. 28.*

9 *Filius grauatus non cogitur expectare conditionis euentum, & ante eam potest detrahere trebellianicam, Et ob prædictam rationem valet alienatio. n. 10. 11. & 12. Et ita seruatur in praxi. n. 14. Non obstante contradictione fideicommissarij. n. 15. Intellige vt n. 19. & 21.*

13 *Tabelliones Bononienses faciunt se magnos legistas.*

16 *Tutor emens ex pecunia hæreditaria prædia nomine pupilli, quando dicatur elegisse legitimam, & trebellianicam in d. pecunia.*

17 *Res permutata quando assumat naturam eius, cum qua permutatur, itaut subiaceat restitutioni fideicommissi.*

18 *Creditor, & Executor vendens rem debitoris, quando imputet in suum creditum.*

20 *Electio legitimæ debet fieri in re mediocri, ne fideicommissarius defraudetur.*

22 *Dolus arguitur in vendente meliora seruante deteriora, vel minori pretio, quam res valeret. & n. 23.*

24 *Alienatio ob causam trebellianicæ valet, quamuis hæres alienans percepisset postea tot fructus, qui implerent dictam trebellianicam. Declara vt n. 25. 29. & 47.*

26 *Fructus quando imputentur in trebellianicam. & n. 43.*

27 *Liberi primi gradus detrahunt trebellianicam ex corporibus hæreditarijs nulla facta imputatione fructuum; secus in extraneo. n. 28.*

30 *Priuilegium non imputandi fructus in legitimam, & trebellianicam competit nepotibus, qui mortuo patre eius locum sunt ingressi. & n. 34. & in quibus nepotes, & filij assimilentur. n. 31. 32. & 33.*

35 *Trebellianica an debeatur antequam veniat casus restitutionis. & n. 41.*

36 *Differentia inter detrahere trebellianicam, ac aliquid in ea imputare, & inter eligere rem in trebellianicam imputandam, illamq. alienare. & n. 42.*

37 *Alienatio rei subiectæ fideicommisso quando prohibeatur. & n. 38.*

39 *Quarta trebellianica quo casu sit detrahenda in vna re, vel in singulis rebus hæreditarijs.*

40 *Alienatio legitimè facta non potest ex aliquo euentu impugnari.*

44 *Fideicommissum non debet fraudari hærede non existente soluendo, & inhabili ad illud reintegrandum. Intellige vt n. 45.*

46 *Alienatio malitiosè facta non dicitur, si adest causa detractionis trebellianicæ, solutionis debitorum testatoris, & alimentorum.*

CAPVT CCLXV.

OMnes exceptiones, quæ competunt principali venditori, dantur etiam singularibus successoribus habentibus causam ab eo, 1 mediante venditione illis facta, † Cum ius excipiendi transeat in singularem successorem *l. etiam. ff. de iur. iur. Bart. in l. si tertius. §. si quis prius. n. 6. ff. de aq. plu. arc. Aym. cons.* 148. *n.* 1. 2 Etiam † sine clausula cessionis *Bertazol. cons. ciuil.* 75. *n.* 27. Quasi emptor & venditor censeantur vna persona ex vi successionis, sicut hæres & defunctus in iuribus realibus, quæ rei cohæ-3 rent, eamq. concomitantur, late *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 130. in fin. vsque ad n.* 132. Quamuis etiam in iure excipiendi personali, quod transeat ad successorem conclu-4 dat † *Aret. cons. 70. in causa quæ vertitur. col. 2. post med. vers. non obstat quod istud ius.*

Ob istam rationem, alias *decis.* 54. Dixi exceptio-5 nem detractionis legitimæ, † & trebellianicæ competere ad commodum emptorum pro confirmatione alienationis in eos facta, quam ex æquitate Iudex ob huiusmodi causam debet ratam habere iuxta *l. marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell.* & notat *Rol. cons. 78. n. 19. & 20. lib. 1.* 6 *Surd. cons. 576. n. 41. lib. 4.* † Cum enim res non est integra, quia facta est alienatio bona fide, datur ista deductio trebellianicæ, & legitimæ in vna re, cum alias sequeretur, quod neque particulam posset filius alienare, quia minutæ particulæ non inuenirent emptorem, quod esset valde absurdum, vt declarat *Bald. in l. 2. in princ. vers. aut est rogatus. C. ad leg. falc. & in l. potest autem hæres. 27. ff. de leg. 1. & cons. 217. quæritur vtrum filius. post med. vers. alij dicunt quod si res. lib. 1.*

Et facit, quia hæres pendente conditione fideicom-7 missi est dominus, † & possessor, & interim potest alienare res fideicommissarias *l. seruo legato. §. si testator. de legat. 1. l fin. §. sin autem sub conditione. C. commun. de leg.* Itaut fideicommissarius conditionalis non possit inhibere 8 venditionem, † cum ante aduentum conditionis agere nequeat, neque sub prætextu fideicommissi possit recusari executio contractus, & pretij exhibitio per emptorem cum declarationibus, de quibus per *Peregr. de fideicommis. art. 40. n. 8. & 9. f. 358.*

Vnde etiam filius grauatus non est cogendus ex-9 pectare conditionis euentum, † cum omni casu trebellianica sibi debeatur, quasi ius suum non debeat esse in suspenso, prout staret, si teneretur expectare euentum fideicommissi, neque propter incommoditatem, & corruptionem patrimonij debet vendere quartam cuiuslibet rei *l. meuius. §. 2. de legat. 2.* & in specie declarat *Rip. in l. in quartam. col. 19. ad med. vers. primo* 10 *casu aut quæritur. n. 96. ad leg. falc.* † Vbi, quod ob prædictam ratione valet huiusmodi alienatio, & concludunt omnes in *l. marcellus. §. res quæ. ad trebell. Alex. cons. 3. col. penul. ad med. n. 6. lib. 3. Dec. cons. 201. vt præsens consultatio. col. 5.*

in

11 *in fin.n.8.*† Vbi quod ista opinio est verior, cum profit filio, & fideicommissario non noceat, prout etiam considerat *Bald. in l. filium quem habentem.24.col.10.ad fin. n. 28. vers. vlterius quaritur de tali quæstione. & vers. in contra-* 12 *rium videtur expressum.C.fam. ercifcun.* † Vbi etiam quod hoc potius procedit de æquitate, quàm de rigore, & magis ex tuitione prætoris quàm de subtilitate iuris, & quod ita tenent Tabelliones Bononiæ, qui se faciunt magnos 13 legistas † *Aret.Socin.Iun.Rimin.& alij* de quibus latè *Peregr.de fideicommiss.art.39.n.3. et 4.* 14 vbi quod ita seruatur in praxi † *Cephal. cons. 624.n.7.lib. 5.* non obstante contradictione fideicommissarij, qui non erit audiendus stante dicta causa detractionis legitimæ, vt post 15 *Angel.*† concludit *Alex.in l.in quartam. n. 13. col.8.vers.addit etiam.ad leg.falc.Bertaz. cons. ciuil.75.n.26.Bertr.& alij per Bologn. in l. in quartam.n.237.ad leg.falc.*

Quod etiam est in tutore, vel curatore minoris, 16 & pupilli, † qui nomine eius emens prædia ex pecunia hæreditaria dicitur elegisse suam legitimam, seu trebellianicam in hac pecunia, & ad illius commodum emisse dicta prædia *Menoch. cons. 213.n. 83.* Hæres enim grauatus restituere hæreditatem, si alienauit rem vnam 17 hæreditariam, seu permutauit, † illa res ex permutatione recepta non subiacet restitutioni fideicommissi; Quidquid aliàs res permutata assumat naturam primæ, cum in hoc casu distrahendo illam rem potius censeatur eam eligere in trebellianicam, seu legitimam, & in hanc causam eidem computatur *Socin. cons. 36. n. 2. lib. 3. per l. marcellus. §. res qua. ad trebell.*

Quæ magis procedunt in alienatione bona fide facta, & non malitiose, quando videlicet rem alienasset, quæ multo pluris valeret, quam tre- 18 bellianica secundum ea, † quę in creditore vendente rem debitoris, & executore, qui vendit bona hæreditaria ponit *Bar.in l.alio.9.col.4. ad med.vers.sed ille qui rem magni pretij.n. 13. in fin.ff.de alim.& cibar.legat.& in l.creditoris.8.* 19 *q.2.ff.de distra.pignor.* † Et in specie trebellianicæ, & legitimæ ita concludit *Aret. cons. 18. visa & discussa.col.vlt.n.5.& 6.Dec.cons.235. non parua.n. 17.& 18.* Ideo etiam electio debet 20 fieri in re mediocri, † ne fideicommissarij commoda defraudentur, dum enim filio satis cauendum existimamus, alteri præiudicium non est inferendum *l. fin. §. sed & si quis. C. commun. de legat. l. legato generaliter. de legat.1.*& notat *Bald. in l.filium quem habentem.24. col. 11. in princip.vers.item dicit.n. 28. C. famil. ercifcund.*

Itaut non solum prædicta habeant locum, quan- 21 do alienatio fuit fraudolenta re, † & consilio, sed etiam re tantum, cum æquiparetur dolus re ipsa dolo ex proposito *l.si quis cum alter.ff.de verb. obligat. l. si quis sine. de except. doli.* & declarat *Rip. in l. in quartam* 22 *n.98.ad leg.falcid.*† vbi exemplificat de vendente meliora, seruando deteriora, vel existentia in loco tuto retinendo prædia subiecta corrosioni, & inundationi aquarum, & de alienante bona, quæ erant apud honestos vicinos, cōseruando alia apud rixosos, & contumeliosos, & in alijs casibus, ex quibus posset argui dolus, & fraus *Bologn. in d. l.in quartam.n.238.* 23 prout † etiam quando venderetur res minori pretio, quam valeret tempore alienationis, quod erit probandum *Bertazol. cons. ciuil. 75.n. 26.*

Amplius etiam similes alienationes valerent, quamuis hæres, qui alienauit percepisset po- 24 stea tot fructus, † qui implerent eius trebellianicam, quasi tunc teneatur reintegrare fideicommissum, Cum enim fuerit alienatio legitime facta antequam fructus sint percepti, non consideratur, quod postea hæres vixerit, & perceperit fructus, cum ex aliquo euentu, quod rite gestum est non debeat impugnari, Quidquid teneatur hæres ex quantitate diminuta fideicommissario de fideicommisso, Ita in puncto concludit *Crot.in l.filiusfamilias.§. diui. n. 20.in 4.notab.de legat.1.* quem licet non sequatur *Pereg.de fideicommiss.art. 39. n. 5.* Tamen non est recedendum ab opinione *Croti.* quam seruat *Rot.per R.P.D.Caualerium.Roman.domus.de Vsaggis.5.martij.1608.*

Verum esset, quod quando hæres percepisset fru- 25 ctus ante alienationem, † ex quibus fructibus quarta impleretur, alienatio non valeret, tunc enim cessat causa alienationis, Nam quamuis pendente conditione venditio valeat, tamen postea existente conditione reuocabitur, & bona alienata restitui debent fideicommissarijs, quasi tunc non possit agi de imputatione, cum fructus sint percepti, & imputari in quartam etiam contra voluntatem hæredis, Nam ad hoc vt venditio rei subiectæ fideicommisso sit valida, requiritur, vt sit facta antequam grauatus aliquos fructus perceperit, tunc enim emptor non potest inquietari, & habet exceptionem imputationis in trebellianicam, prout habebat grauatus, qui alienauit, cum aliud sit in alienatione facta post perceptionem fructuum, prout distinguit *Crot.in l.filiusfamilias. §.diui. n.20.de legat.1.* & cum hac distinctione transit *Rot.coram R.P.D.Caualerio Romana domus. de Vsaggis.5.martij 1608.col.1.in fin.vers. quibus præsuppositis.* & declarat *Bolognet. in l. in quartam.n.239.limit.4.ad leg.falcid.*& ibi *Rip.* 26 *n.203.vers.sexto declaratur.* † Vbi etiam quod veritas istius quæstionis dependet ab illo articulo, an fructus imputentur in trebellianicam inuito hærede volente restituere pretium, de quo *Idem Rip.in l.in fideicommissariam.ad trebell.* & quod tales fructus imputentur in trebellianicam est magis communis opinio; vt testatur *Peregr.de fideicommiss.art.49.n.6.*

Ista tamē distinctio nō cōsiderabitur in filijs siue liberis primi gradus, cū illa solū habeat locū in hæredibus extraneis, Et ratio diuersitatis est, 27 quia † liberi primi gradus detrahūt trebellianicam

cā ex corporibus hæreditarijs nulla facta imputatione fructuum, etiam si pater iusserit *l. iubemus. C. ad trebell. Rip. in l. in fideicommissariam. col. 4. in princ. vers. quarto declara. n. 28. ff. eod. tit.* † Quod non est in hæredibus extraneis, qui imputant fructus perceptos in trebellianicam *l. mulier. §. si hærede. l. ita tamen. §. heres. ex asse. ad trebell. l. quod de bonis. §. fructus. ad leg. falcid.* † Ideo, quidquid sit in extraneo, postquam fructus percepit, valebit alienatio facta per filium tàm ante, quàm post fructuum perceptionem, & in vtroque casu imputabitur in trebellianicam, ità vt emptor sit securus stante dicta causæ detractionis, prout dixi *decis. 54.* vbi eramus in filio, Ideo in illo casu non potest cadere dubitatio, quidquid alij contrarium sentiant, prout etiam distinguendo inter hæredes extraneos, & filios, ita resoluit *Rota coram R. P. D. Caualerio. Romana domus. de Vsazzis. 5. martij. 1608. Bolognet. in l. in quartam. n. 239. ff. ad l. falcid.* Quamuis etiam *Rot. in d. decis. in fin.* videatur idem concludere in extraneo.

Immo etiam priuilegium non imputandi fructus in legitimam, & trebellianicam competit nepotibus, † qui mortuo iam patre eius locum sunt ingressi, cum mens *l. iubemus. §. vlt. C. ad trebell.* non fuerit excludere nepotes, sed omnes alios, quam liberos, quibus iure naturæ legitima non debetur, Nepos enim iam præmortuo filio, nempe patre suo, personam eius ingreditur, eiusque commoda, & priuilegia consequitur, † Vnde in successionibus ab intestato patre iam defuncto concurrit cum patruo, prout etiam in successione fideicommi si relicti ab ascendente, & talis nepos dicitur suus ipsi auo, & ei debetur legitima, sicut filio etiam honorabili titulo institutionis, & venit appellatione filij, † quando tenet primum locum ob præmortuum patrem, & dicitur de liberis primi gradus, & sicut filius grauatus restituere intelligitur si decesserit sine liberis, ita etiam nepos ex iam præmortuo patre intelligetur si sine filijs decesserit, † Vnde etiam non imputabit dictos fructus in legitimam, & trebellianicam sicut non imputat filius, prout per prædictas, & similes rationes late concludit *Menoc. cons. 681. n. 18. vsq. ad n. 31. lib. 7. & cons. 982. in fin. n. 24. vers. cæterum lib. 10. & de arbitr. cas. 256. n. 32. & 36. Pic. in l. in quartam. n. 111. ad leg. falcid. Rip. in l. fideicommissariam. n. 28. ad trebell. Bellapert. in l. iubemus. C. eod. tit.* † Et est verior opinio, quamuis forsan altera contraria multis videatur receptior, quod tamen modo non est opus firmare, cum hæc dicta sint ex abundanti. Et de dicta opinione *Gabr. cons. 122. n. 8. lib. 1. Roland. cons. 30. n. 2. lib. 1. Decian. cons. 120. n. 25. lib. 3. Bart. Ang. & aly in d. l. iubemus. C. ad trebell.*

Neque obstat, quod non debeatur trebellianica, antequam veniat casus restitutionis † *Bart. in l. quamquam. C. ad leg. falcid.* Quia aliud est detrahere trebellianicam, & aliquid in eam imputare. Aliud eligere rem in trebellianicam imputandam, † & illam alienare, primum enim fit tempore restitutionis fideicommissi, secundum autem potest fieri ante dictum casum restitutionis, videlicet, quando hæres voluerit stante causa solutionis æris alieni, vel similis, cessante fraude, aut dolo, vt supra dictum est, cum per suspensionem conditionis non debeat hæres impediri alienare portionem ad se spectantem *l. quod de bonis. §. fructus. ad leg. falcid. Bologn. in l. in quartam. n. 237 post med. ff. eod.* & late declarat *Rot. in d. Romana domus. corā R. P. D. Caualerio,* cuius decisionis tenorē volui infra subijcere, vt ex ea magis appareat veritas eorum, quæ scripsi *decis. 54.* licet quibusdam non fuerit visa tuta opinio per me ibidem firmata, Immo contra eam in eadem causa iudicatum per Iudices tamen, quibus conueniunt quæ dixi supra *c. 186.* & quidem seposito omni affectu a prædicta sententia non erat recedendum propter rationes superius adductas, & auctoritatē sacræ Rotæ Romanæ, quæ sola sufficeret.

R. P. D. Caualerio. Romana domus de Vsazzis. Mercury 5. Martij 1608.

IAcobus Vsazzus in suo vltimo testamento instituit sibi hæredē vniuersalem Iacobum iuniorem ipsius ex sorore pronepotem, cui quandocunque decedenti sine filijs legitimis substituit quo ad domos Confraternitatem S. Iacobi, in reliquis verò Petrum ipsius hæredis Patrem, & in eodem testamento reliquit vsufructuarıam omnium suorum bonorum Elisabettam vxorem,

Finito deinde per obitum Elisabettæ vsufructu, hæres antequam aliquos fructus ex hæreditate prædicta percepisset vendidit domum hæreditariam q. Iacobo Scagno, & in ipsa venditione declarauit, quod in euentum in quem dicta domus esset alicui fideicommisso subiecta, illā ad bonum computum suæ trebellianicæ alienabat, quam ex tunc detrahere ad effectum validitatis ipsius alienationis intendebat, & cum postea per plures annos fructus dictæ hæreditatis percipiendo vixisset, tandem decessit; Eo defuncto eius filij in conditione positi, & consequenter vocati ex dispositione Statuti Vrbis *lib. 1. c. 142.* egerunt contra tertios possessores pro recuperatione domus tanquam fideicommisso obnoxiæ, & causa in Rota mihi commissa, cum pro parte creditorum emptoris, qui possidebant, exciperetur de retentione pro quarta trebellianica spectante ad Iacobum hæredem grauatum, qui eam alienauerat.

Dubitaui, an exceptio detractionis trebellianicæ suffragaretur in casu, & ad effectum de quo agebatur.

Et domini concorditer responderunt suffragari & in primis duo præsupposuerunt, vnum quod simus in hærede, qui alienauit antequam aliquos fructus ex hæreditate perceperit, Secundum præsuppositum fuit, quod hodie disputatur de validitate huius alienationis respectu empto-

emptoris, ita vt esset videndum, an ille esset tutus ex alienatione domus electæ ab hærede pro sua quarta trebellianicæ, non autem agebatur de actione competente fideicommissario contra hæredem, qui domum alienauit, & in ea elegit deductionem trebellianicæ.

Quibus præsuppositis Domini censuerunt veram esse opinionem, & distinctionem *Croti in repetitione l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat.* 1. *n.* 20. quod scilicet venditio rei subiectæ fideicommisso facta per grauatum, antequam aliquos fructus perceperit, sit valida, itaut emptor non possit inquietari.

Et quamuis alienatio rei subiectæ fideicommisso regulariter prohibeatur per *text. in l. vlt.* C. 37 *com. de legat.* † hoc tamen non procedit quo ad quartam trebellianicam, cum quo ad illã alienatio teneat, vt expressè docet *Vlpianus in l. marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell.* his verbis Res quæ ab hærede alienatæ sunt in quartam imputantur hæredi, quæ imputatio ex eo fit, quia alienatio tenuit, *& iste tex.* indistinctè loquitur de hærede absque differentia inter hæredem extraneum, & filios primi gradus, prout Doctores ibi eundem tex. intelligunt, & satis clare *Bar. n.* 2. cum loquatur de fructibus computandis, qui à solo hærede extraneo computantur *iuxta tex. in l. in fideicommissariam. l. mulier. §. si hæredi. l. ita tamen. §. hæres ex asse. ff. ad trebell. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad leg. falcid.* non autem computantur in filijs primi gradus *l. iubemus. C. eod.*

Vnde licet bona obnoxia restitutioni sub conditione, illa pendente, possint alienari, & adueniente conditione alienatio reuocetur, vt dicit *tex. in d. l. vltima. § sin autem. C. comm. de legat.* 38 hoc † tamen intelligitur, quatenus alienatio sit vltra quartam, nam intra illam remanebit firma *Imol. in d. §. res quæ. n.* 10. *vers. in eadem glos. ibi prima placet.* vbi etiam dicit hoc procedere in fideicommisso vniuersali puro, & dicit *Bolognet. in l. in quartam. ff. ad l. falcid. n.* 237. quod per *text. in §. res quæ.* poterit res subiecta restitutioni alienari vsque ad quartam, etiam non expectata purificatione fideicõmissi, cum interim hęres sit Dominus omnium bonorum, & ipsius quartæ, & licet postea purificetur conditio fideicommissi non poterit alienatio reuocari, nisi excedat quartam, immo semper firma manebit, & per suspensionem conditionis non debet hæres impediri alienare portionem ad se spectantem, & ibi *Bolog.* testatur de 39 communi. † Et hoc in tantum est verum, quod etiam si quarta non possit detrahi in vna re, sed in singulis rebus hæreditarijs iuxta *tex. in l. linea margaritarum. & l. plautius. ff. ad l. falcid. & l.* 2. *C. eodem.* tamen id procedit quoties res inuenitur penes grauatum, non autem quando deductio quartæ est facta, vt notat *Bart. in l. in quartam. n.* 9. *ff. ad leg. falcid. Imol. in d. § res quæ. n.* 10. *vers. in eadem glos. ibi in vna re. & Bologn. vbi supra n.* 235. quæ procedunt etiam fideicommissario inuito, vt dicunt *Bart. & Imol. in locis præallegatis. & Bologn. n.* 236.

Ex quibus Domini concluserunt, quod cum hæc alienatio fuisset facta antequam grauatus aliquos fructus percepisset, propterea erat valida, & firma, itaut adueniente conditione fideicommissi, & tempore detractionis emptor non valeret inquietari, vt dicit *Crot.* non obstante, quod hæres postea vixerit, & plures fru-40 ctus ex hæreditate perceperit, † quia cum talis alienatio fuerit legitime facta, non potest ex aliquo euentu impugnari, per *tex. in l. sancimus. C. de administr. tut. l. nec enim. ff. de itin. actuq. priuat.* quamuis hæres teneretur fideicommissario pro quantitate ex fideicommisso diminuta ratione alienationis, de qua modo non quæritur.

Hanc eandem opinionem tenuerunt etiam *Ripa*, qui dicit esse de mente *Bart. in l. in quartam. n.* 103. *ff. ad l. falcid. Ceph. cons.* 392. *in fin. lib.* 3. facit *Surd.* cum ibi per eum adductis *cons.* 576. *n.* 41. *lib.* 4.

Nec obstare dixerunt plurima, quæ per informantes ex aduerso allegabantur, & præcipue quod trebellianica non debeatur, nec possit detrahi antequam aduenerit casus restitutionis fi-41 deicommissi, † cum trebellianica sit quarta eius, quod per fideicommissum vniuersale restituitur *§. sed quia. inst. de fideicom. hæredit. ad Bart. in l. quanquam. C. ad leg. falcid. & Bald. in l. scimus. n.* 4. *C. de inoff. testam.* ex quo inferunt quod hæres extraneus in nostro casu grauatus de restituendo vniuersali, & conditionali fideicommisso non potuerit ante casum restitutionis detrahere trebellianicam, nec ex illius causa domum alienare, cum eius spes esset conditionalis, & dubia, prout euentus per fructuum imputationem declarauit, & sic conditione pendente suspensum erat ius detractionis.

Quia respondebatur distinguendo, aliud esse detrahere quartam trebellianicæ, & aliquid in eam imputare, aliud eligere rem in trebellianicam imputandam, & illam alienare, pri-42 mum † enim verum est, quod debet fieri tempore restitutionis fideicommissi, & in hoc procedit ratio informantium, licet non procedat consequentia, secundum vero potest fieri ante casum restitutionis fideicommissi, nempe quando hæres voluerit, cum *tex. in d. §. res quæ.* absque vlla temporis præfixione concedat hæredi facultatem prædictam alienandi, vnde licet tempore restitutionis fideicommissi sit facienda deductio trebellianicæ, & bona alienata in trebellianicam sint imputanda vsque ad quartam, non tamen impeditur hæres per prædictæ rei alienationem illius electionem facere, ad hoc vt postea tempore debito illam imputet in trebellianicam, & cum hac distinctione, si considerentur Doct. allegati facile conciliantur, & cessat omne dubium, & ex his apparebat informantes pro fideicommissarijs æquiuocare.

Item non obstat, quod *tex. in §. res qua*. quamuis dicat, quod res ab hærede alienatæ imputentur ei in trebellianicam, † non propterea negat fructus ab hærede perceptos esse computandos in eandem, iuxta *tex. in alleg. l. in fideicommissariam*.

43

Quia patet responsio, nam eo ipso *quod d. §. res qua*. admittit in dicta alienatione detractionem trebellianicę, satis negare videtur, quod iterum fructus percipiendi ab hærede sint imputandi in dictam trebellianicam, quæ semel iam fuit in alienatione detracta, an autem hæres teneatur fructus, quos alias in trebellianicam fuisset imputaturus fideicommissario restituere, hoc non est præsentis inspectionis.

Neque obstat, quod si liceret hæredi grauato per fideicommissum conditionale statim alienare quartam, & deinde fructus percipere ex dodrante, sæpe contingeret fideicommissum fraudari hærede existente non soluendo, † & inhabili ad reintegrandum fideicommissum, quod esset contra legis propositum, quæ non aperit viam fraudibus.

44

Nam respondebatur, quod facta semel alienatione bonorum per hæredem vsque ad quartam, quatenus postea teneretur de fructibus percipiendis restituere fideicommissario quantum quarta trebellianica capit, de quo modo non disputatur, si fuerit effectus non soluendo, hoc non præiudicat emptori, qui recte, † & lege concedente, nempe *d. §. res quæ*. domum emit & cum ipsius emptio fuerit valida ex supradictis, non est ex superueniente culpa hæredis rescindenda ex notatis *à Croto, & à Surd. in d. conf. 576, n. 41*.

45

Cætera, quæ subtiliter deducuntur, cum in ijs nihil noui dicatur, sed potius in corroborationem eorum, quæ antea dicta sunt tendant, facile tolluntur, tum ex supradictis responsionibus, tum etiam distinguendo cum *Bar. in d. §. res quæ, n. 2*. † vt scilicet procedant in casu, quo alienatio malitiose facta fuit, cessante autem malitia, & fraude *Bart.* expresse tenet, quod etiam fideicommissario inuito alienatio computatur in quartam, nos autem non sumus in alienatione malitiose, & fraudulenter facta, sed ex causa pro soluendis debitis testatoris, & pro alimentis, vt in instrumento venditionis exprimitur; & ideo cum talis fraus, & malitia non præsumatur *l. merito. ff. pro socio. cum simil.* nec aliquo modo probetur, non est habenda in consideratione, nec potest dici hæc alienatio facta in fraudem, quia nemini fraudem facit, qui iure suo vtitur, & hæres alienando vtitur iure sibi competente *ex d. §. res qua. cum alijs supra adductis*.

46

Tandem non obstant responsiones datæ ad Doctores allegatos pro opinione Rotæ, quod scilicet loquantur in filijs primi gradus, nam plures ex prædictis Doctoribus loquuntur in hærede extraneo, † aliqui vero in filijs primi gradus, prout casus illis euenit, & in specie *Ripa in d. l. in quartam. ff. ad leg. falcid.* expresse loquitur in hærede *Bal. conf. 185. lib. 4. Paul. de Montepic. in repetit. d. l. in quartam. n. 117. Cephal. conf. 392. lib. 3. Bologn. in eadem l. in quartam. n. 237. & sequentibus*, qui testatur de communi *Bertran. conf. 91. lib. 1. n. 9. & alij*.

47

Ex quibus conclusum fuit exceptionem detractionis trebellianicæ suffragari in casu, & ad effectum, de quo agitur.

EPITOME.

Verba plene, & integre posita in sententia saluiani interdicti an faciant mixturam, vel intelligantur solum ad effectum possessorij. ¶ Aegidiana an habeat locum in quacunque instantia. ¶ Sententia an sit appellabilis, in qua pronunciatur actorem esse hæredem hæredis. ¶ Saluianum interdictum an detur pro rebus cuiussuis debitoris. ¶ Appellatio an admittatur à sententia de associando in possessionem, stante clausula, illam ingrediendi auctoritate propria. ¶ Immissio auctore prætore an idem operetur, quod expulsio violenta quo ad perdendam possessionem. ¶ Hæredis appellatione quando veniant omnes in infinitum. ¶ Sententia lata sine probationibus an sit nulla tam in criminalibus, quam in ciuilibus. ¶ Suspenso petitorio an remaneat Iudex solum in possessorio, itaut non sit opus reuocare sententiam primam, a qua fuit appellatum. ¶ Mandatum de manutenendo, quando possit dari, non obstante possessione aduersa ij antiquiori. ¶ Laudes Rotæ Romanæ ex diuersis auctoribus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur in possessorio, stante Aegidiana, quæ habet locum in quacunque instantia.*
2 *Executio sententiæ non potest differri in casu, in quo appellatio non admittitur.*
3 *Verba plene, & integre, posita in saluiano intelliguntur ad effectum possessorij tantum, & non faciunt mixturam.*
4 *Plenum, & integrum dicitur, cui nihil potest addi. Intellige vt n. 5.*
6 *Hæres hæredis in materia restringibili quando veniat. Et quid in sententia, & in remedio saluiani interdicti. n. 7.*
8 *Hæredis appellatione veniunt omnes in infinitum. Declara vt n. 9.*
10 *Sententia lata sine probationibus an sit nulla tam in criminalibus, quam in ciuilibus.*
11 *Iudex in criminalibus tenetur quærere defensiones rei.*
12 *Sententia est nulla lata pendente dilatione ad probandum.*
13 *Sententia nulla non eget reuocatione.*
14 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati.*
15 *Secunda sententia contra primã notoriè iniquã, valet sicut valeret contra primam nullam.*

Suspenso

16 *Suspenso petitorio an remaneat Iudex solum in possessorio, itaut non sit opus reuocare sententiam primam, à qua fuisset appellatum.*
17 *Mandatum de manutenendo, quando possit dari non obstante possessione aduersarij antiquiori. & n. 18.*
19 *Immissio auctore prætore idem operatur quod expulsio violenta quo ad perdendam possessionem.*
20 *Interdictum saluianum an detur pro rebus eiusuis debitoris. & n. 21.*
22 *Rotæ Romanæ est multum deferendum, quidquid de ea male alij sentiant. n. 23.*
24 *Rota Romana laudes ex diuersis auctoribus. n. 25. & 26.*
27 *Sententia an sit appellabilis, in qua pronunciatur actorem esse hæredem. & n. 28.*
29 *Appellatio non datur à sententia de associando in possessionem stante clausula illa ingrediendi auctoritate propria.*
30 *Permissa appellatione an veniat effectus tam suspensiuus, quàm deuolutiuus.*

CAPVT CCLXVI.

POssessionem, de qua in casu mihi proposito, Dixi non potuisse dici attentatã, quamuis captam pendente tempore ad appellandum; 1 Quia † cum fuerit pronunciatum in mero possessorio, intrat Ægidiana excludens appellationem, quæ Ægidiana habet locum in quacunque instantia *Contard. in l. vnic. q. 4. n. 8. & 9. C. si de momentan. possess. Rot. diuers. decis. 201. lib. 2. p. 3.* dixi *decis. 74. n. 6. & decis. 204. n. 5.* cum alijs per *Rot. coram R. P. D. Caualerio Assisien. hæreditatis. 30. ianuarij. 1609.* 2 † Cum igitur non detur appellatio, frustra differtur executio sententiæ, neque potest dici de attentatis *Paris. cons. 108. n. 20. vsque ad 23. lib. 1. Lancell. de attentatis pendent. tempor. ad appell.*

Neque obstat prætensa mixtura propter illa verba plene, & integre, de quibus in sententia, 3 Quia † sunt verba solita poni in saluiano, & propterea intelliguntur ad effectum possessorij tantum, vt in specie concludit *Rota coram R. P. D. Cantuccio Roman. seu Amerin. domus. 25.* 4 *Octobris. 1587.* † Quamuis enim plenum, & integrum dicatur, cui nihil potest addi *c. apostolica. de præbend. in 6. Rol. cons. 85. n. 53. lib. 4.* Tamen illud procedit, quando talia verba proferuntur absolute, tunc enim inducunt proprietatem, 5 & possessionem, † secus si respectiuè, quo casu debent accipi, & restringi ratione subiectæ materiæ *Ruin. cons. 137. n. 8. lib. 2. Menoch. cons. 21. n. 26. lib. 1. Bald. Alex. Felin.* & alij de quibus late supra *c. 46.*

Minus obstat nullitas sententiæ, tanquam in ea non fuerit nominatus hæres principalis, sed hæ- 6 res hæredis illius, † qui in materia restringibili, vt est sententia, non venit *l. antiquitas. C. de vsufruct. Castr. cons. 45. videtur dicendum. in fin. lib. 2.* Quia verius est, quod appellatione hæredis veniat tam hæres defuncti, quam hæres hæredis illius, etiam in conditionalibus, & dispositionibus stricti iuris, prout est sententia, itaut hoc etiam procedat ex propria significatione vocabuli *Aret. in l. paterfamilias. ad fin. de vulg. & pupill.* cum alijs late per *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. n. 29. vsque ad 23.* 7 Et in specie saluiani, de quo agimus, vt valeat sententia tam in hærede defuncti, quam in hæredibus hæredum concludit *Rota coram R. P. D. Cantuccio Amerin. domus. 15. martij. 1587.* quæ est inter *decis. Rot. diuers. decis. 47. n. 1. lib. 2.* cum non debeat considerari, quod in libello, vel sententia quis petat aliquid tanquam heres alicuius, licet postea probetur se esse hæredem hæredis illius, cum hoc sufficiat ad obtinendum 8 in causa, † quasi per nomen hæredis veniant omnes in infinitum non solum primi, sed vlteriores, etiam per multas successiones *Cyn. in l. vlt. C. de hæred. instit. Bart. in l. si quis filiumfamilias. §. vlt. de æq. hæredit. Corn. in l. amita. C. commun. de success. Ias. in l. paterfamilias. de vulg. & pupill.* 9 † Quidquid aliud sit in casibus specialibus, qui ratione quadam priuata non transeunt ad vlteriores hæredes, nisi de eis fiat specifica mentio, vt declarat *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. n. 23.*

Alia quæ dicuntur de nullitate sententiæ non obstant, cum interim non debuerit retardari executio, & immissio in possessionem ex supra al- 10 legatis, † Quamuis enim admitteretur, quod sententia esset lata sine probationibus, non tamen poterit dici nulla in ciuilibus, quidquid aliud sit in criminalibus, in quibus probationes sunt de substantia *Ruin. cons. 68. n. 6 lib. 5. Soc. Iun. cons. 38. n. 28. & 29. lib. 2.* & est decisio *Rota per R. P. D. Cantuccium Romana notariatus. 16. decembris. 1585.* de qua per *Farinac. cons. 5.* 11 *n. 106. Gabr. de sent. conclus. 9. n. 16.* † Et facit ratio, quia Iudex in criminalibus tenetur quærere defensiones rei *l. 1. §. fin. de quæstion. l. si non defendatur. de pœn. Ruin. cons. 68. n. 6. col. 4. post princ. vers. & potest esse. lib. 5.*

Amplius neque retardabitur huiusmodi immissio, quamuis prætenderetur sententiam, de qua agimus fuisse nullam, quasi in ea non reuocetur sententia præcedens, à qua fuerat appella- 12 tum, † quando illa esset notorie nulla, vt quia lata pendente dilatione concessa ad probandum, vel in similibus casibus *l. siue pars. C. de dilation.* dixi *decis. 144. n. 38.* 13 † Cum sententia nulla non egeat reuocatione *Castr. in l. 1. n. 2. col. 2. post med. vers. item requiritur quod prima. C. quando prouocar. non est necess. Surd. cons. 160. n. 49. lib. 2. Rot. coram Card. Seraphin. Gadicen. statutorum. 19. nouembris. 1580.* quam sequitur in specie possessorij, de quo agimus *Rot. coram R. P. D. Caualerio Assisien. hæreditatis. 30. ianuarij. 1609. vers. præterea respondetur.*

Quæ etiam habent locum, quamuis prima sententia non esset nulla, sed manifeste, & eviden- 14 ter iniqua, † cum notoria iniustitia æquiparetur nullitati *Innoc. in c. cum bertoldus. de re iud. c.* Vnde valebit secunda sententia contra pri-

primam notorie iniquam, sicuti valeret contra
15 primam nullam † *Felin. in c. inter monasterium. limit. 10. de re iudic. Contar. in l. vnic. limit 9. C. si de moment. possess. Vant. de nullit. tit. quot & intra. quod tempus. n. 4.* cum alijs per *Surd. cons. 160. n. 50. lib. 2.*

Et magis prædicta procedunt, quando esset suspen-
16 sum petitorium, † tunc enim cum remansisset Iudex solum in possessorio, non erit opus reuocare sententiam primam, ne, fieret mixtura vnde non poterit dici nulla ista sententia, quamuis per eam non reuocaretur sententia præcedens, à qua fuisset appellatum *Rot. coram R. P. D. Caualerio Assisien. hereditatis. 30. ianuarij*
17 *1609. vers. dum vero dicebatur.* † Vbi etiam quod poterit dari mandatum de manutenendo ei, qui fuit immissus in possessionē vigore istius sententiæ, & mandati illius vigore expediti, cum dicatur iuste possidere *l. qui vniuersa. §. item eum prætor. ff. de acq. possess. Ang. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. n. 2. in fin. ff. eod. tit.*
18 Non obstante, † quod possessio aduersarij esset antiquior, cum per mandatum in vim illius sententiæ relaxatum, fuerit priuatus possessione *Ferret. cons. 18. n. 20. Alex. in d. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. n. 2. de acq. possess. Mobed. decis. 86. alias. 4. n. 4. de restit. spoliator.* Quamuis
19 non adfuerit expulsio colonorum, † cum immissio auctore prætore idem operetur, quod expulsio violenta quo ad perdendam possessionem tam ciuilem, quam naturalem, quando præsertim esset iustus iussus prætoris *Compostell. in c. transmissa. ad fin. de elect. & ibi Card. col. 3. in princ. vers. dicit etiam, Anchar. cons. 2. vers. secundo requiritur. n. 3. Honded. cons. 10. n. 18. lib. 1.* cum declarationibus, quas late adduxi *decis. 11. & ibi in addit. n. 1. vsque ad 10.*

Non obstat, quod saluianum non detur pro rebus
20 cuiusuis debitoris, † sed solum pro rebus coloni, & inquilini causa pensionis rei conductæ iuxta opinionem *Cyn. Petri de Bellapert. Fabr. & aliorum*. quos late adducit *Menoch. cons. 195. n. 13. & per tot.* quam etiam multis comprobat, & defendit *Idem Menoch. de adipiscen. possess. remed. 3. q. 3.* cum alijs per *Sarmient. de reddit. ecclesiast. p. 3. c. 2. n. 19.*

Quia contraria opinio est verior, & magis recepta
21 præsertim in foro ecclesiæ supposito, † prout sequitur *Rot. coram R. P. D. Rubeo Romana fructuum. 4. martij 1577.* quæ est inter *decis. Rot. diuers. 44. n. 4. p. 1. & decis. 34. n. 24. p. 2.* à qua non esse recedendum dicit *Menoch. cons. 736. n. 2.* Vbi quod hodie ista est magis recepta opinio, & seruanda propter auctoritatem *Rot. Romanæ*, ob quam ipse se retractat discedendo ab opinione, quam alias tenuit, Adeo vt non sit amplius arguendus, & allegandus pro contraria
22 sententia, † cum immo idem *Menoch. cons. 1141. n. 20.* dicat multum deferendum esse decisionibus Rotæ, quæ solent esse duodecim iurisconsultorum ex primioribus, & sapientioribus totius reipublicæ christianæ, quorum auctoritas est omnium maior, & opinio ab eis re-
23 cepta dicitur communis, † Quidquid de ea male senserint *Marian. in c. 1. col. antepenult. de lit. contestat. Neuiz. in silu. nupt. lib. 5. n. 62. Galless. de exercit. iur. perit. lib. 3. n. 56.* cum nimis audacter loqui, ideo non probandos dicat *Idem Menoch. cons. 1050. n. 37. & 38. & cons. 295. n.*
24 *25.* † vbi etiam affirmat semper, & nostra hac ętate sedisse in ea viros integerrimos, & sapientissimos, prout etiam attestatur late *Surd. cons.*
25 *403. in fin. n. 83. & 84.* † Vbi quod dicta Rota omnibus est anteferenda propter grauitatem Auditorum, & præcellentem doctrinam, & eorum conclusiones magistrales, adeo vt earum decisionum lectione nunquam exsatiari possit, tanta in eis grauitas, tam resoluta doctrina, tam firma scientia cum verborum pondere
26 emicat, † De cuius etiam Rotæ laudibus *Imol. & Barbat. in c. si olim. de lit. contestat. Grauat. ad Vestr. lib. 2. c. 17. n. 3. Mandos. form. 1. commiss. n. 7. in verb. causarum auditoribus. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. delegat. n. 20. Gomes. in proœm. reg. cancell. q. 2. Menoch. præsumpt. 71. lib. 2. n. 13.*

Vltimo non obstat sententiam, de qua agimus esse appellabilem ad vtrunque effectum deuoluti-
27 uum, & suspensiuum † cum sit pronunciatum actorem esse hæredem hæredis, quasi tunc illa quæstio, quæ tribuit substantiam iudicio, respiciat causam proprietatis *Menoch. de adipiscen. remed. 3. n. 188. vsque ad n. 191.* Quia illud procedit, quando super d. exceptione, an quis hæres sit, nec ne disputatur, & controuertitur, tunc enim necesse habet ipse actor plene pro-
28 bare se esse talem, † & à tali sententia lata super ipso possessorio habente annexam prædictam causam, permittitur appellatio, quod non est in casu nostro, in quo de prædicta qualitate non fuit discussum, prout in specie declarat *Menoc. cons. 736. n. 4. lib. 8. post Rot. diuers. decis. 34. n. 20. in fin. p. 2.*

Recte igitur fuit concessa executio ex supra allegatis, quæ neque poterat retardari stante clausula ingrediendi possessionem auctoritate
29 propria, † per quam facultatem efficitur, vt à sententia de associando in possessionem lata, neque sit permissa appellatio, cum per tale remedium intentatum ex dicta licentia censeatur actum Saluiano *Menoch. cons. 736. in princip. lib. 8.* Itaut etiam in casu, in quo esset permissa appellatio secundum aliquorum opinio-
30 nem, † illa tamen non operetur effectum suspensiuum, sed solum deuolutiuum *Abb. cons. 55. col. 2. in princ. lib. 2. & in c. cum ad sedem. n. 30. de restit. spoliat. Paris. cons. 108. n. 20. lib. 1. Afflict. decis. 269. n. 3.* cum alijs per *Osasc. decis. 25. n. 19.*

EPITOME.

IVs filiationis, & seruitutis quando amittatur, si pater, & patronus filios, & seruos exponunt. ¶ Et quo casu agnitio de eis postea facta operetur possessionem d. filiationis etiam

secuta-

secuta thori separatione inter coniuges. ¶ Natus ex vxore post diuortium, quando præsumatur filius mariti, & ab eo sit alendus. ¶ Parricidij reatus, an consideretur in filio exposito occidente patrem. ¶ Legitimatio an valeat, quamuis non probetur certa mater legitimati. ¶ Expositi an habeantur pro vulgo quæsitis, vel legitimis, & an sint capaces ordinum, successionum, ac dignitatum. ¶ Et quid stante statuto, quod ad beneficia non admittantur, qui descendunt ex Iudæis, vel Mauris, aut sunt aliqua macula infecti. ¶ Agnitio patris facta de filio, quando constituat illum in quasi possessione filiationis etiam contra illos sic tractantes patre vita functo. ¶ Mater an iudicetur in quasi possessione maternitatis mortuo filio. ¶ Posthumus an præsumatur filius ex solo nomine patris. ¶ Dotandi necessitas an expiret in patre exponente filiam quamuis non habeat patriam potestatem. ¶ Alens seruum, vel filium expositum, quando repetat à patre, vel domino alimenta, & alias expensas factas pro illo erudiendo. ¶ Natus in domo ex vxore, an præsumatur filius mariti non obstante assertione parentum in contrarium. ¶ Expositi antiquitus vbi alerentur.

SVMMARIVM.

1 *Patria potestas an amittatur, si pater filium exponit, vel consensit alteri exponenti. n.4. & quid in dominis, patronis, & similibus. n.2.*
3 *Parricidij reatus non est considerabilis in filio exposito occidente patrem.*
5 *Exponentes filios æquiparantur homicidis.*
6 *Pater exponens filium in hospitali, vt alatur, quando perdat ius filiationis. n.7. & 8.*
9 *Expositi antiquitus alebantur in loco per Traianum ædificato.*
10 *Columna lactearea dicta in qua infantes alendi deferebantur.*
11 *Expositi an considerentur tanquam vulgo quæsiti, vel legitimi, & sint capaces ordinum, successionum, & dignitatum. n.22. Et quid stante statuto, quod non admittantur ad beneficia, qui descendunt ex iudæis, vel mauris, vel sunt aliqua macula infecti. n.24. & 26.*
12 *Expositus præteritus à patre, quando possit testamentum illius irritare, & quid in præteritione matris. n.13.*
14 *Parentes possunt agnoscere expositos pro filijs, qui tunc censebuntur legitimi, & sui hæredes.*
15 *Vulgo conceptus, quando habeatur pro filio.*
16 *Legitimatio valet quamuis non probetur certa mater legitimati.*
17 *Agnitio patris facta de filio constituit illum in quasi possessione filiationis etiam contra illos sic tractantes patre vita functo. n. 18. & 20. Secus contra eos, qui d. tractationi non consenserunt. n.19.*
21 *Mater quando iudicetur in quasi possessione maternitatis mortuo filio.*
23 *In dubio iudicandum potius pro legitimitate.*
25 *Statutum contra ius commune non debet extendi.*
27 *Possessio filiationis in exposito dicitur turbata, quamuis recuperetur si à parentibus fuerit postea agnitus.*
28 *Posthumus an præsumatur filius ex solo nomine patris. n.29.*
30 *Agnitio filij expositi operatur possessionem filiationis etiam secuto diuortio inter coniuges, & facta inter eos thori separatione.*
31 *Natus ex vxore post factum diuortium, quando præsumatur filius mariti, & ab eo sit alendus, & qua denunciatio sit necessaria.*
32 *Natus in domo ex vxore præsumitur filius mariti, ita ut assertio patris, & matris incontrarium ei non noceat.*
33 *Præsumptio insurgens ex natiuitate in domo est potentior, quam nominatio, vel tractatus.*
34 *Dotandi necessitas expirat cessante patria potestate. Fallit in patre exponente filiam, qui tenetur illam dotare, quamuis amittat patriam potestatem. n.35. & 38.*
36 *Pœna non debet esse causa præmij.*
37 *Banditi perdunt ius ciuitatis quo ad sui commodum, non quo ad damnum. Idem in similibus delinquentibus. n.39.*
40 *Excommunicatus non est exemptus à recitatione officij, & priuatus à loco capituli non est priuatus quo ad onera.*
41 *Alens seruum, vel filium expositum repetit à patre, & domino alimenta, & quid in expensis pro illo erudiendo. n.42.*
43 *Pater tenetur facere erudire filium, & in quibus artibus. n.44.*
45 *Solonis lex de non præstandis alimentis per filios patri, si artium nullam essent edocti.*
46 *Ignobilis habebatur antiquitus, qui parentem non alebat.*
47 *L. Ostius primus patrem occidit.*

CAPVT CCLXVII.

Patronus, & Pater amittunt ius filiationis, & seruitutis, cum filios, vel seruos exponunt, † atque illos ita derelinquunt *Bald. in l.2. C. de infant. expos. Card. Paleot. de noth. & spur. c.63. n.6. tom.8. p.2. f.73. Menoch. de arbitr. cas. 396. n. 11.* Vbi ampliat ad dominos, qui perdunt ius vasallagij, cum dimittunt vasallos periclitantes, † & ad ciues, qui amittunt ius ciuilitatis, cum deserunt suam ciuitatem, itaut stante amissione iuris filiationis in exposito, non esset considerandus reatus parricidij, si per eum talis pater interficeretur, † *Petr. Sanct. sing. 2. tu scis quod in præcedenti. n.9. Plaz. in epit. delict. c.22. n.27. in fin. vers. alius subijcitur casus. Decian. lib.9. c.8. n.9. & c.11. n.29. Farin. q.120. n.164. Carrer. in § homicidium. n.143. Menoch. de arbitrar. in addit. ad cas. 356. n.39.* Siue † pater exponat filium, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, quia idem est quo ad perdendum ius patriæ potestatis *c.1. & ibi Abb. n.1. & 2. & Io. de Anan. in princ. de infant.*

5 *infant. expos.* † Cum etiam tales exponentes æquiparentur homicidis *Io. à Capistr. in specul. conscient. n. 297. tom. 1. fol. 365.*

Amplius quamuis non posset imputari patri, si 6 exponeret filium in hospitali, † vt alatur, quasi sufficiat ei, qui tenetur alere, vt procuret illi alimenta quoquomodo *Glos. in l. necare de liber. agnos.* quod appellat mirabile *Io. de Anan. in c. 1. col. 3. ad med. vers. colligit etiam n. 14. de* 7 *infant. expos.* † Tamen quando essemus in persona honesta, cui esset dedecus viuere in hospitali, aliud statueretur, quia illud intelligitur, quando deberet ali vilissimus, qui sine dedecore ibi commoraretur, vel quando pater non posset illum sustentare, aut propter nobilitatem hospitalis hoc permitteretur, vt declarat *Rebuff. priuil. schol. 54. n. 3.* Vbi allegat. *Boer. in addit. ad Benedict. de Plombi. in l. cassij caij* 8 *de fideicommiss. libertat.* † Quod etiam voluit *Io. de Anan. in d. c. 1. n. 14. post Bald. in l. vnic. §. sed scimus. ad med. n. 2. C. de latin. libert. tol-* 9 *len.* † Et de expositis, qui alebantur antiquitus in loco per Traianum ædificato *Franc. Mun-* 10 *noz. de ratioein. c. 25. n. 46.* † Vbi etiam de columna lactearia, quia ibi infantes lacte alendi deferebantur.

Ex istis dicebatur talem expositum, quamuis præteritum à patre non posse eius testamentum 11 irritare, † Expositi enim considerantur tanquam vulgo quæsiti, qui nullum certum patrem habent *Bald. in l. vulgo. in prima lectura. in princ. vers. in eadem glosa. ff de stat. homin. Paleot. de noth. & spur. c. 63. n. 2. Put. decis. 435. n. 2. lib. 1.*

Contrarium tamen dixi in casu mihi proposito per *tex. in l. vxorem. 29. ff. de manumiss. testam.* 12 vbi † si habens vxorem prægnantem illam repudiauit accipiendo aliam, & prima vxor filium, quem peperit, exposuit, nihilominus talis filius postea ab alio educatus, & nomine patris vocitatus vsque ad tempus vitæ illius tanquam præteritus rumpet testamentum, si mortuo patre alter instituatur, firma remanente libertate data seruis in eodem testamento, qui amplius non reuocabuntur in seruitutem, si per 13 quinquennium fuerunt in libertate, † Quidquid aliud sit in præteritione matris *ad tex. in l. si instituta. §. final. de inoffic. testam.* vt notat *Glos. in d. l. vxorem. 29. in verb. non valere. ff. de manumiss. testam.*

Neque obstat, quod talis expositus habeatur pro 14 vulgo quæsito, † Quia non ex hoc impeditur, quod parentes, vt in casu de quo agimus, non possint agnoscere expositos pro filijs, sequuta enim agnitione censebuntur legitimi filij, & 15 sui hæredes patris, † cum non sit interdictum etiam vulgo conceptum ex inditijs vocare filium, & amplecti eum, vt filium *c. michael. de filijs presbyt.* & ita in puncto concludit *Bald. in l. si qua illustris. 5. n. 3. ad fin. vers. nec per matrimonium nec per principem. C. ad orphic.* quem 16 sequitur *Rot. per Put. decis. 435. in fi. lib. 1.* † Vbi etiam ex hoc tenet, quod valeat legitimatio, quamuis non probetur certa mater legitimati, cum sufficeret quod pater illum agnouisset tanquam filium, ex quo tantum de eius præiudi- 17 cio agebatur, † cum ista agnitio patris facta de filio constituat illum in quasi possessione filiationis ex doctrina *Bart. in l. quod senatus. §. item per contrarium. ff de liber. agnosc. Ancbar. in clem. si summus. de sent. excommunic. Doctor. in c. transmissa. qui filij sint legit. Ias. cons. 106. in* 18 *princ. vers. & primo dico. lib. 1.* † Itaut etiam patre vita functo, si ab alijs talis filius tractaretur tanquam filius illius, ex hoc dicatur constitutus in possessione filiationis contra illos sic tractantes, vt late declarat *Menoc. præsump. 53. n. 23. lib. 6. & de arbitr. cas. 89. n. 77. Paleot. de noth. & spur. c. 22. in fin. post Ang. in l. libero-* 19 *rum. in princ. ff. de his qui notant. infam.* † Quidquid aliud sit contra eos, qui illi tractationi non consenserunt *Alex. cons. 25. in fin. n. 12. lib. 4.* quem ita intelligit *Menoch. d. cas. 89. n. 72.* & de veriori opinione testatur *idem Menoch. d. præsump. 53. n. 24.* contra *Petr. de fideicomm. q. 11.* 20 *n. 318.* † Et quod detur ista quasi possessio post mortem patris late defendit *Alex. cons. 90. in causa & lite. col. 2. in fin. vers. nec refert si dicatur. n. 5. lib. 6. Barbos. in rubr. ff. solut. matrimon. p. 1. n. 22. in fin. vers. & hanc in prædictis termi-* 21 *nis.* † Prout econtra dicimus de matre, quæ iudicabitur esse in quasi possessione maternitatis mortuo filio *Glos. in l. non ignorat. in verb. probauerit. C. qui accusar. non poss.*

Et facit, quia expositi non sunt propriè vulgo quæ- 22 siti, cum habeantur potius pro legitimis, † ideò sunt capaces successionum, ordinum, & dignitatum *Felin. in c. eum deputati. n. 3. de iudic. Card. Paleot. de noth. & spur. c. 63. n. 3. & 7.* 23 cum alijs quos adduxi supra *c. 135.* † Quasi in exposito licet non sit certa origo, tamen est dubia, qua dubitatione stante iudicandum est potius pro legitimitate *Put. decis. 2. lib. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 43. n. 71.*

Quare etiam dicimus, quod si per statutum solum requiratur, quod non descendant ex iudæis, 24 vel mauris, † vel sint aliqua macula infecti, qui debent admitti ad aliquod beneficium, vel quid simile, per hoc tamen non excluderentur expo- 25 siti, † Nam cum statutum sit contrarium iuri *c. eam te. de rescript.* debet restringi *Bar. in l. omnes populi. n. 56. de iust. & iur. Roland cons. 21. n. 21. lib. 1.* Et non debet extendi vltra illud, quod exprimitur *l. si vero. §. de viro. ff. solut.* 26 *matrim.* † Vnde cum non reperiatur in expositis macula, quam statutum excludit, sunt admittendi, Quidquid aliud sit, quando adijceretur qualitas, quod sit ex notis parentibus, aut puri sanguinis, tunc enim non deberent admitti, quasi non possit per eos probari talis qualitas, Ita in specie de expositis distinguit *Perez. de anniuersar. & cappellanijs. lib. 2. c. 4. n. 39. vsque ad n. 42.*

Quibus adde in casu nostro constare de matrimonio legitimo, & filium esse in possessione fi- 27 liationis constitutum, † licet enim talis posses-

sio

sio videatur turbata, cum filius fuisset expositus, tamen recuperatur, si à parentibus fuerit postea agnitus, & vocatus filius, vt dicitur in d. l. vxorem. 19. de manum. testam. Vbi Iacob. de Aren. in fin. tribuit hoc agnitioni per tex. in l. etiam matris. 16. & ibi Glos. in verb. probari. ff. de probat. & clarius voluit Ias. in l. neque professio. col. 1. in fin. vers. aduerte etiam quod vbi posthumus. n. 3. ad fin. C. de testam. Catell. Cott. in verb. nobilitas. col. penul. ad med. vers. & ideo si posthumus. Vbi etiam allegat Ias. in rub. ff. solu. matrim. col. 3. in fin. n. 16. 28 † licet alij amplius velint ex nomine solo, quo pater vocabatur, præsumi posthumum eius filium per tex. in d. l. vxorem. de manumiss. testam. quem ad hoc dicit mirabilem Bald. in c. tuam. col. vlt. in princ. vers. in secundo casu. de ordin. cognit. Petr. Sanct. sing. 75. magnum est pulchrum. n. 2. Benedict. de Plumbi. Alciat. & alij per Neuiz. cons. 34. n. 39.

29 Quamuis † hoc non sit tutum, cum ex supradictis constet in d. l. vxorem. non solum nomen adesse, sed etiam agnitionem Alex. cons. 88. omissis tribus. col. 4. in prin. vers. unde dicit quod magis præsumitur. n. 10. in fin. lib. 7. Niconit. in rubr. ff. solut. matrim. n. 64. ad fin. & ibi Barbos. p. 1. n. 16. Vbi etiam allegat Fortun. in l. gallus. in princ. n. 117. de liber. & posthum. & Bald. in c. ex transmissa. n. 4. de restit. spoliat. & in c. per tuas. n. 1. ad med. de probat.

Item adde, quod huiusmodi agnitio filij expositi operabitur possessionem filiationis, etiam secuto diuortio inter coniuges, 30 † seu facta inter eos thori separatione, & consequenter eius præteritio irritabit testamentum patris, cum ille solus filius annullet dispositionem paternam, qui est in quasi possessione filiationis l. lucius. 82. ff. de condit. & demonstrat. Barbos. in rubr. ff. soluto matrim. p. 1. n. 20.

Verum esset, quod natus ex vxore post factum diuortium præsumitur mariti filius, 31 † & pater tenetur eum agnoscere, & alere tanquam filium, quando prius mulier intra triginta dies computandos a die diuortij denunciaret marito se esse ex eo prægnantem, tunc enim si maritus non contradiceret dictæ denunciationi, tenebitur talem natum post diuortium, vt filium agnoscere, nam alias stante contradictione mariti huiusmodi denunciatio non prodesset vxori, nec maritus talem teneretur alere, donec plene cognoscatur causa filiationis l. 1. in princ. de liber. agnoscen. Specul. qui filij sint legitimi. n. 4. Bart. in l. non solum. §. morte. in fin. n. 67. de nou. oper. nunciat. cum alijs per Barbos. in rubr. ff. solut. matrimon. p. 1. n. 18. 32 † Quidquid aliud sit in nato in domo ex vxore, qui adeo præsumitur filius mariti, vt nec assertio patris, aut matris in contrarium noceat, cum illa præsumptio, quæ insurgit ex natiuitate in domo sit potentior, quam nominatio, vel tractatus;

33 Quia † in natiuitate agitur de proprietate filiationis, in nominatione autem, & tractatu agitur de quasi possessione, & proprietas præualet, vt in specie declarat Dec. in c. per tuas. n. 4. col. 3. in princ. vers. quarto ex dictis. de probat. post Abb. ibid. in 4. notab. Alex. in l. neque professio. C. de testam. Menoch. de arbitr. cas. 89. n. 27. & præsumpt. 53. n. 6. lib. 6. Mascard. conclus. 788. in princ.

Vltimo addendum est, quod cessante patria potestate expirat necessitas dotandi, 34 † quæ ab illa descendit l. fin. C. de dot. promiss. Glos. in l. cum post. §. gener. in verb. placuit. de iure dotium. Hoc tamen non procedet in patre exponente filiam, qui licet perdat patriam potestatem 35 Abb. † in c. 1. de infant. expos. Clement. de patria potest. c. vlt. n. 96. cum alijs supra allegatis, Tamen non per hoc eximitur ab onere dotandi, nam solum perdit patriam potestatem quo ad ea, quæ sunt sibi vtilia, non circa sibi onerosa, & damnum afferentia, cum enim quis propter odium consideratur, vt diuersa persona, procedit quo ad honores, non quo ad incommoda l. in actione. §. item qui societatem. ff. pro socio. 36 quasi † pœna non debeat esse causa præmij l. siue hereditaria. de neg. gest. Socin. cons. 59. visis priuilegijs. n. 10. lib. 1. Vbi de bannitis, qui perdunt iura suæ ciuitatis ad sui commodum 37 sciencia; † non relaxantur tamen ea, quæ eorum damnum concernunt Nell. de bannit. in 1. p. 2. temporis. q. 5. Doctor. in l. 1. C. de heredib. instituen. 38 Et in † specie dotis, quod ad eam teneatur pater exponens filiam concludit Surd. de alim. tit. 6. q. 18. n. 19. vbi vsque ad n. 32. multis similibus comprobat, quando quis propter delictum perdat sibi vtilia, 39 † non autem incommoda Bart. in l. 1. n. 92. C. de dignitat. lib. 12. late Felin. qui multa etiam similia ibi adducit in c. intelleximus. 7. col. 1. de iudic. 40 † Vbi etiam de excommunicato, qui non est exemptus a recitatione officij, & de priuato loco capituli, qui non est priuatus quo ad onera Card. in clem. 1. col. 3. post med. opposit. 7. n. 7. de regularib. cum nemo ex delicto reportet commodum l. 2. §. nemo. de capit. diminut. odium enim non debet prodesse Io. Andr. in c. intelleximus. de iudic. Card. in c. ioannes. de testibus.

Item etiam alens seruum, vel filium expositum 41 repetit a patre, vel domino alimenta, † Si enim datur repetitio ei, qui aluit non expositum, multo magis dabitur illi, qui præstitit alimenta exposito, ne sit melioris conditionis pater iniquus, & de filio male meritus quam pius, & bonus, cum declarationibus tamen, de quibus late Surd. de alim. tit. 6. q. 19. n. 3. cum seq. vbi 42 etiam † n. 7. quod repetentur quoque a patre impensæ factæ pro filio exposito erudiendo in aliqua arte Glos. in c. fin. 86. distinct. Abb. in c. 1. in fin. de infant. exposit. Cum etiam ad hoc 43 teneretur pater, † qui debet facere impensam necessariam pro erudiendo filio in artibus liberalibus Bart. in l. de bonis. §. non solum. de carbon. edict. Et de quibus artibus intelligatur 44 declarat † Surd. de alim. tit. 6. q. 19. n. 10. licet quando facultates patris suppetunt, teneatur pater erudiri facere filium in scientia legali, vel in arte medicinæ, aut simili, non in-

gram.

grammatica tantum, vt late contra *Bar.* concludit *Menoch.conf.*501.n.12. † Ideo etiam Solon sanxit non debere filios alimenta parentibus, si artium nullam essent edocti, cum alias *Idem* statuerit ignobilem, † & obscurum esse, si quis parentem non enutrisset *Cel. Rhodig.lib.*1. *c.*17. Vbi etiam multa de occisoribus parentum, † & quod L. Ostius post 600. annos ab vrbe condita primus patrem occidit.

45

46

47

EPITOME.

Temporis antiquitas in transumptis quando faciat praesumere interuenisse citationem, & alias solemnitates. ¶ Et an requiratur illarum enunciatio. ¶ Et quo casu debeant esse triginta, vel centum anni. ¶ Et quid in praesumendis solemnitatibus sententiae, seu decreti. ¶ Inualiditas transumpti an possit a Iudice opponi ex officio. ¶ Clausula generalia contra, quid operetur, & an habeat vim oppositionis in specie. ¶ In possessorio quando requirantur plenae probationes, vel sufficiant leuiores. ¶ Immissio in possessionem vigore *l.fin. C.de edict. diu.adr.toll.* an detur vigore transumpti. ¶ Notario transumptanti scripturas alienas an sit fides adhibenda. ¶ Solemnitas extrinseca in antiquis an praesumatur contra minorem, & quando agitur de substantia actus. ¶ Copia, & scriptura informis iunctis adminiculis an probet, & qualia debeant esse tam in probando matrimonio, quam in similibus casibus. ¶ Praesumptiua probatio in antiquis an sufficiat, si vigore statuti debeat esse plena, & perfecta. ¶ Exemplum sumptum in vim compulsoriae an probet sine citatione, quando pars fuit citata in Curia Romana ad videndum decerni compulsorias ad partes pro extrahendis iuribus. ¶ Legata, & testamenta ad pias causas, per quem notarium debeant exemplari, & coram quo Iudice. ¶ Laicus an possit esse Vicarius Episcopi. ¶ Instrumentum, & testamentum probatum per testes an habeat executionem paratam, & priuilegium immissionis in possessionem. ¶ Varij casus, in quibus transumpta probant sine citatione, & solemnitatibus, quae pro illorum validitate requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Diuturnitas temporis facit praesumere solemnitates.*
2 *Transumptum probat sine citatione stante diuturnitate temporis.*
3 *Probationes leuiores sufficiunt in antiquis.*
4 *Praesumptio quae oritur ex diuturnitate temporis tollitur si in actu exhibito appareat requisita non interuenisse. Intellige vt n.5.*
6 *In exemplatione instrumenti an sit opus enunciare solemnitates in antiquis, Et quomodo hoc procedat. n.7.*
8 *Tempus antiquum in materia exempli dicitur spatium triginta annorum.*
9 *Solemnitas extrinseca non praesumitur minori spatio triginta annorum in praeiudicialibus. & n.11. Et quo casu requirantur centum anni. n.10.*
12 *Exemplum vt valeat quae debeant interuenire.*
13 *Citatio non requiritur in transumptis, si de consuetudine illa non adhibeatur.*
14 *Enunciatio aliquarum solemnitatum in exemplo arguit alias non enunciatas non interuenisse.*
15 *Oppositio partium requiritur, vt exemplum non probet, Et in qua parte iudicij illa sit facienda. n.18.*
16 *Defectus solemnitatis exempli an possit opponi à Iudice ex officio. Et an hoc cogatur facere, & detur appellatio. n.17.*
19 *Iudex quã probibeatur agere, si pars nõ opponat*
20 *Clausula generalia contra, reseruat ius opponendi quocunque tempore, & per eam censentur impugnari instrumenta tanquam non bona, & habet vim oppositionis in specie. n.21. & 22.*
23 *Probationes leuiores, seu plena quando requirantur in possessorio. & n.24.*
25 *Causa possessorij dicitur magna, & de multis commodis possessionis. n.26.*
27 *In sententia de antiquo praesumuntur solemnitates interuenisse, quamuis non sint enunciata, & sufficient decem, vel viginti anni arbitrio Iudicis. Et de ratione. n.28.*
29 *Praesumptio maior est pro sententia, quam pro decreto Iudicis.*
30 *Immissio in possessionem iuxta l.fin. C.de edict. diu. adr.toll. quando detur vigore transumpti. & n.31.*
32 *Solemnitas extrinseca non praesumitur etiam spatio longissimi temporis contra minorem.*
33 *Priuilegium vnius suffragatur alteri in casibus communibus.*
34 *Fides an sit adhibenda Notario transumptanti scripturas alienas, quae ab eo non custodiuntur.*
35 *Notario attestanti se legisse instrumentum alienum, aut proprium non creditur.*
36 *Solemnitas non praesumitur ex antiquitate temporis, si agatur de substantia actus. Declara, vt n.37. & 38.*
39 *Acceptatio donationis quando praesumatur stante diuturnitate temporis.*
40 *Copia copia à pluribus notarijs confecta, non facit fidem. Limita stantibus adminiculis. n.41.*
42 *Transumptum probat concurrentibus praesumptionibus, & coniecturis.*
43 *Probationes leuiores sufficiunt in matrimonio incidenter probando ad effectum legitimationis, & successionis filiorum. & n.45. Intellige vt n.44.*
46 *Transumptum cum recognitione supremi Magistratus, quãdo probet concurrente confessione procuratoris pro adminiculo. n.47. & 49.*
48 *Confessio procuratoris potest reuocari etiam non docto de errore.*
50 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam super matrimonio deseruiunt pro adminiculis.*
51 *Scriptura informes, licet per se non probent, tamen deseruiunt pro adminiculis.*
52 *Praesumptiua probatio sufficit in factis antiquis quamuis*

quamuis lex requireret plenam, & perfectam probationem. n. 53.

54 Exemplum sumptum auctoritate regia, seu pontificia fidem facit, & in alijs casibus vt n. 55.

56 Transumptū extractum ab eo, qui nō suspicatur futurum aduersarium, sed timore, ne illud authenticum amitteretur, probat sine citatione.

57 Citatio generalis, vel specialis an requiratur in transumptis.

58 Exemplum sumptum in uim compulsoriæ quando probet sine citatione, si pars fuit citata in curia romana.

59 Legata ex testamento ad pias causas per quem notarium debeant exemplari, & coram quo Iudice. n. 60. & 61.

61 Appellatione ordinarij ecclesiastici uenit Vicarius Episcopi.

63 Laicus an possit esse Vicarius Episcopi.

64 Clericus in minoribus Vicarius potest excommunicare, & absoluere.

65 Instrumentum deperditum si probetur per testes an habeat executionem paratam.

66 Testamentum non redactum in scriptis, sed probatum per testes quando habeat priuilegium immissionis in possessionem. n. 67.

CAPVT CCLXVIII.

SOlemnitates omnes ex longo tempore præsumuntur *l. si filius. C. de petit. hæred. l. cum de in rem verso. de vsur. Alex. cons. 113. super primo. ad fin. vers. ex his infero. n. 5. lib. 1. Afflict.* 1 *decis. 305. n. 13.* † Ex quo dicebatur transumptum in casu, de quo agebamus, probare, quāuis non appareat de citatione partis, quasi illa sit præsumenda stante diuturnitate tempo- 2 ris † *Aret. cons. 36. casus talis est. n. 5. & 6. Ias. in auth. si quis in aliquo fall. 9. n. 5. ad fi. C. de eden. Paris. cons. 104. n. 55. lib. 1.* Quorum ratio est, quia in antiquis propter difficultatem proba- 3 tionis sufficiunt leuiores probationes, † nec plenæ necessario exiguntur *l. penult. de probat. c. cum causam. eod. tit. Soc. cons. 187. col. 6. vers. secunda ratio. lib. 2. Dec. cons. 42. n. 2.*

Contrarium tamen Dixi verius esse, quoniam eramus in exemplo sumpto per notarium absque vlla solemnitate, & eius enunciatione, 4 quo † casu antiquitas non operatur plenam fidem, Præsumptio enim quæ oritur ex antiquitate tollitur per ipsum exemplum, quod exhibetur, in quo apparet requisita non interuenisse, prout in puncto notat *Castr. cons. 81. alias 48. in causa quæ vertitur inter reuerendum. col. 3. ad fin. vers. et si dicatur propter antiquitatem. n. 3. lib. 2. & cons. 202. in causa confinium. col. 3. in princ. vers. nos vero sumus. n. 4. ad med. lib. 1.* sequitur *Alex. cons. 1. col. penult. in fin. vers. præterea ex inspectione. n. 21. lib. 4. & ibi Natt. in addit. in verb. ex antiquitate. Dec. cons. 36. pro tenui facultate. col. 4. ad med. vers. sed in casu isto constare videtur. n. 5. in fin. & cōs. 164. in causa magnificorum. col. 3. post med. uers. quia ad hoc potest responderi. n. 13. & cons. 445. col. penul. ad med. n. 68. vers. quia considerandum est. & in auth. si quis in aliquo. col. 7. ad med. uers. septimo fallit. C. de edend. & in l. 1. col. 4. in fin. vers. confirmatur hoc. n. 7. C. qui admitti & ibi Ias. col. 5. vers. quinto limita. n. 15. Idem Ias. cons. 176. ad fin. vers. quarto & ultimo. lib. 2. & cons. 140. col. 2 in fin. uers. nec ex diuturnitate. n. 4. & col. 3. in princ. vers. item ex inspectione. n. 5. lib. 4. Imol. cons. 110. in causa quæ vertitur. in prin. vers. nec obstat si dicatur. Afflict. decis. 107. n. 5. vers. quia respondetur. et ibi Vrsill. n. 10. ad med. vers. et insuper etiam. Idem Vrsill. ad decis. 305. in fi. n. 13. late Surd. cons. 28. n. 113. lib. 1. Siluestr. Aldobr. cons. 83. n. 45. ad med. vers. sed quia ad h[?]c dici posset. Osas. Godaz. Ruin & aly. de quibus ate* 5 *Menoch. præsump. 131. n. 79. lib. 3.* † Quidquid aliud fit in solemnitate, quæ potuit ante, vel post actum adhiberi, ista enim præsumitur adhibita ex spatio longissimi temporis, Quamuis ex sola inspectione actorum probetur illam non interuenisse, late *Surd. decis. 334. n. 20. p. 2.*

Neque obstat, quod non sit opus in exemplatione 6 instrumenti enunciari solemnitates, † quando sumus in antiquis *Aret. cons. 36. col. fin. Aym. de antiq. tempor. p. 3. §. uidimus. n. 18. fol. 172. Felin. in c. sicut. n. 33. uers. septimo & ultimo declara. de re iudic.*

Quia prædicta procedunt concurrente possessione longissimi temporis triginta annorum cum scientia & patientia partis de tali exemplo, 7 tunc † enim istis concurentibus non erit necessaria enunciatio, quasi tunc non sit verisimile, quod tanto tempore pars tacuisset, prout declarat *Couar. pract. quæst. c. 21. in 3. casu. col. 2. post med. uers. uerum quia. n. 7.* quod etiā voluit *Aym. in d. §. uidimus. de antiq. temp. n. 18. uers. ego puto quod talis enunciatio. Felin. in c. sicut n. 33. col. 20. ad fin. uers. & hoc puto sustentabilius. de re iudicat.* quos sequitur *Menoch. cons.* 8 *924. n. 30.* † Vbi quod tempus antiquum in materia exempli dicitur spatium triginta annorum *Idem Menoch. præsumpt. 80. n. 7. lib. 2.* Prout etiam de triginta annis loquitur *Anchar. cons. 136. ex consilys. n. 2. uers. præterea dictum monasterium. Alex. cons. 79. circa primum. n. 4. & 5. lib. 1. Aldobrand. cons. 54. Ias. cons. 114. col. 3 in princ. n. 3. lib. 1.* & delarat *Aleiat. præsumpt. 10. reg. 3. n. 7. uers. quod tamen non procederet.*

9 Et est ratio † quia tunc agitur de magno præiudicio alterius, quo casu solemnitas extrinseca non præsumitur minori spatio 30. annorum *Alex. cons. 1. n. 20. lib. 4. Gabriel.* qui de veriori opinione testatur *cons. 36. n. 51. Felin. in c. sicut. 16. n. 31. uers. secūdo aduerte. de re iudic. & in c. illud. 9. col. penult. post prin. uers. secundo est aduertendum. n. 6. de præsumpt. & in c. albericus. 43. in fin. uers. quod limita accurate. n. 5. de testib.* vbi quod non est tradendum obliuioni *Aldobran. cons. 1. n. 142. late Surd. cons. 28. n. 98.* 10 *lib. 1. & cons. 181. n. 1. lib. 2.* † Quidquid aliud fit cessante possessione, & patientia, ac scientia partis de tali exemplo, quo casu non sufficerent 30. anni, sed requireretur tempus centum annorum

annorum, quando non essent enunciatæ solemnitates *Aym. de antiq. temp. §. vidimus. n. 18. vers. cessante autem. Couar. pract. quæst. c. 21. col. penult. in princ. vers. immo erit necessaria. n.* 11 7. Et † quod etiam concurrente patientia vnius & possessione alterius semper requirantur 30. anni, cum de magno præiudicio agitur, testatur esse veriorem sententiam *Gabr. d. cons. 36. n. 51. lib. 1.*

Ex quibus colligitur, quod cum in casu nostro constet solum elapsos esse 23. annos, non potest fieri aliquod fundamentum in antiquitate temporis quo ad præsumendam solemnitatem 12 citationis, † & per consequens exemplum non valebit tanquam transumptum absque aliqua vocatione partis, & sine alijs requisitis, de quibus *per Doctor. in auth. si quis in aliquo. C. de edend. late Menoch. cons. 7. n. 1. & cons. 732. n.* 13 *4. lib. 8.* † Quidquid aliud sit vbi de consuetudine talis citatio non adhiberetur in huiusmodi exemplis, cum illa esset seruanda *Guid. pap. decis. 2. ad fin. vers. sed de stylo. Aym. de antiquit. temp. §. vidimus. n. 19. Mascard. conclus. 711. n. 20.* cum alijs per *Menoch. cons. 7. n. 7. lib. 1. & cons. 745. n. 6. lib. 8.*

Et magis hæc suadentur in casu, de quo agimus; Nam in huiusmodi exemplo apparet enunciatas fuisse alias solemnitates, prout consensum Iudicis, & similes, nihil autem fuit dictum 14 de citatione, † Vnde colligitur, quod illa non interuenerit, satis enim verisimile est, quod si citatio praecessisset, illa fuisset enunciata, & descripta, sicut apparet de enunciatione aliarum solemnitatum, argumento *l. 1. §. sin autem ad deficiendum. C. de cad. toll.* & in puncto ita concludit *Imol. cons. 110. in causa quæ vertitur. col. 2. in prin. vers. nec obstat si dicatur. Goz. ad. cons. 84. n. 9. Afin. de execut. §. 5. c. 15. in prin. fol. 128. Decian. cons. 24. n. 28. lib. 1.*

Nec facit, quod non constet de oppositione partis 15 quæ requiritur ad hoc, † vt exemplum non probet *Socin. in d. auth. si quis in aliquo. n. 17. & ibi Purpur. n. 32. Mascard. conclus. 711. n. 79. Aym. cons. 150. n. 2. Menoc. cons. 924. n. 34. lib. 10.* 16 *& cons. 165. n. 31.* † itaut si talis defectus non opponitur a parte, Iudex ex officio non possit illum allegare, aut opponere *Gomes. in specie. tom. 2. var. resolut. c. 11. de qualit. contract. n. 17. ad fin. vers. item adde quod licet solẽnitas. Simõcel. de decret. minor. lib. 7. tit. 7. inspect. 3. n. 35.* 17 cum † etiam si Iudex posset opponere, non cogeretur hoc facere, neque ab eo posset appellari, quasi in eius facultate hoc consistat vt late dixi supra c. 116. Immo neque sufficiet opponere in allegationibus iuris, cum opponi debeat in processu, cum distinctione tamen, 18 de † qua per *Bart. in l. eum qui ita. 55. §. qui ita stipulatur. n. 4. de verb. oblig. Aym. cons. 150. n. 2. in prin. vers. simile videmus Guid. Pap. decis. 221 ad fin. vers. item videmus quod non valet gros-* 19 *satio. n. 6.* † Vbi etiam multa similia adducit, quando Iudex non possit aliquid facere, si pars non opponat, & an oppositio sit necessaria in productione scripturæ non probantis *Bald. in l. fin. C. si cert. petat.*

Quia respondetur satis esse, quod fuerit opposi-20 tum cum clausula, generalia contra, † per quam reseruatur ius ad opponendum, & excipiendum quocumque tempore etiam post terminum citationis *Caput. decis. 323. n. 1. p. 1. Put.* 21 *decis. 119. p. 2.* † cum per eandem clausulam censeantur impugnari instrumenta tanquam non bona *Granut. theoremat. 28. n. 23. Put. decis. 72. lib. 3.* dixi *in addit. ad decis. 89. n. 5. & ad decis. 122. n. 3.* Itaut habeat vim oppositions in spe-22 cie † iuxta *decis. Rot. per Card. Seraph. Romana domus. 29. martij. 1574.* prout etiam dixi *in addit. ad decis. 15. n. 3.*

Minus obstat, quod simus in possessorio, in quo 23 videntur sufficere leuiores probationes † *Dec. cons. 56. n. 1. & in l. vlt. n. 15. C. de edict. diu. adrian. toll.* Quia cũ simus in possessorio plenario, quod ordinatur ad finem perueniẽdi ad sententiam definitiuam super petitorio, requiritur plena probatio tanquam simus in re grauis 24 præiudicij, † Quidquid aliud sit in possessorio summario, quod ordinatur, ne partes deueniant ad arma, vel ad aliud simile *Cagnol. in l. in pari. n. 6. de reg. iuris. Aym. cons. 158. n. 12.* dixi *decis. 192. n. 3. cum seq.* & latius *in addit. n. 1. Menoch. de recup. remed. 15. n. 408. & 413. late Surd. cons. 73. n. 38. & de alim. tit. 1. q. 112. n. 23.* 25 *Afl. decis. 364. n. 5. & ibi Vrsil. n. 11.* † Vbi etiam quod causa possessorij dicitur magna, non autem modici præiudicij *Aym. cons. 258. n. 3.* 26 *Bellam. cons. 29. in fin.* † & multa commoda possessionis late adducit *Tiraquel. de primog. q. 17. opin. 11.*

Nec aduersatur, quod dicitur de sententia, in qua præsumuntur solemnitates interuenisse, 27 quãuis † non fuerint enunciatæ quando sumus in antiquis, ita vt in hoc sufficiant decem, seu viginti anni, vel stetur arbitrio Iudicis iuxta opiniones *Doctorum*, de quibus *per Aret. cons. 36. col. 3. ad fin. n. 6. Mascard. conclus. 104. n. 11.* 28 *Boer. decis. 124. n. 18.* † Quia in istis extraiudicialibus non tantum præsumitur quantũ in iudicialibus, cum magis sit fauendum Iudici, qui habet maiorem præsumptionem in actu iudicij, vt in specie declarat *Alex. cons. 218. consideratis narratis. col. 3. ad fi. vers. non obstãt etiam notata. n. 5 lib. 5. & cons. 94. repetitus in causa. col. vlt. post. prin. vers. præterea non mirandum. n. 7. ad fin. lib. 7. Aym. de antiq. tempor. p. 3. §. vidi-* 29 *mus. n. 18. post med. vers. nec isto casu.* † Ita vt etiam magis præsumatur pro sententia, quam pro decreto, cum in foro contentioso, prout est sententia, Iudex habeat maiorem timorem reuocationis actorum per appellationem, quod non est in his, quæ sunt fori voluntarij, vt est decretum, in quibus nil aliud quæritur, quam concordia partium, ideo in iudicialibus magis deliberate procedunt Iudices, quam in extraiudicialibus, Vnde etiam plus est fauendum quo ad sententias, quam quo ad decreta, vt in specie concludit *Aym. de antiq. temp.*

p. 2.

p.2.n.17. vers.sed contra istam differentiam.

Ex prædictis videtur deneganda immissio petita 30 ex remedio *l.fin. C.de edict. diu.adr. toll.* † cum ad talem possessionem concedendam non sufficiat exhibere exemplum ipsius instrumenti, sed requiratur originale, in quo possunt adesse cancellationes, & alia quæ retardent huiusmodi immissionem. Quidquid aliud sit in exemplo sumpto manu eiusdem notarij, quod est loco 31 originalis, † quasi lex multum confidat in eisdem notarijs, quos verisimile est sumpsisse exemplum authenticum ab originali, prout iacet, & per consequens mentionem fuisse factam de vitio, & cancellatione, si in eodem originali extitisset, late *Menoch.de adipis. poss. rem. 4. q.74.n.651. usque ad n.656. Mascard.conclus.* 32 *711.n.7.* † Cum etiam prætendetur immissio contra Fratres reos conuentos, quorum vnus est minor, quo casu non præsumitur solemnitas extrinseca, etiam longissimi temporis cursu in præiudicium minoris *Menoch. præsumpt. 132.n.86. lib. 3.* Quasi in causis communi- 33 bus priuilegium vnius suffragetur alteri † *Ias. in l. si emancipati. col. 2. in fin. n. 5. usque ad n.24. C. de appell.* cum alijs, quos adduxi supra *c.115.n.7.*

Verum quia de solemnitate præsumenda in exemplis, & transumptis locuti sumus, placuit addere aliqua notabilia in prædicta materia. Pri- 34 mo, † Quando constat originalia solum fuisse ostensa notario, & quod incontinenti fuerunt restituta, & tractatur de scripturis, quæ non custodiebantur ab ipsis notarijs, non adhibetur fides tabellioni transumptanti, cum ex sola prædicta assertione non debeat facere fidem quo ad scripturas alienas, prout voluit *Rot.coram R.P.D.Caualerio. Meliten.habitus. 2. iunij.1608.* vbi allegatur *Felin. in c.ult. n. 13. de* 35 *fid.instrum.& Boer.decis.36.n.4. & 5.* † Et facit quoniam non creditur notario, quamuis dicat se vidisse, & legisse instrumentum alienum, Immo neque si deponat de instrumento proprio a se confecto, etiam si agatur de re, quæ fuerit per eum recenter gesta, nam taliter asserendo deponit vt testis, Ideò tanquam vnicus, & non iuratus non probat, vt per *Ias.in auth.si quis in aliquo. n.7. & ibi Dec.n.33,C.de edend.* Et singulare, ac multum notandum dicit *Surd. decis.231.n.3.*

Secundò licet solemnitas præsumatur ex antiquitate temporis, tamen hoc non habet locum in 36 substantia actus principalis, † quando videlicet in instrumento fieret mentio de contractu inter aliquos celebrato, nunquam enim præsumeretur talis contractus ex quocunque temporis cursu, Nam illa, quæ nihil habent commune cum certo actu, nunquam præsumuntur propter diuturnitatem temporis decursi post illú actum factum, licet quo ad ipsas partes faceret fidem, Vnde si in instrumento antiquo reperiretur, quod tale castrum est de comitatu Bononiæ, non per hoc præsumeretur dictum castrum esse de dicto comitatu; Quia tunc non tractatur de

37 solemnitate actus, sed de substantia, † Quidquid aliud sit, quando essent plura instrumenta antiqua, quia tunc illa probarent ita se habere communem opinionem, quæ in antiquis præsumptionem inducit, & transfert onus probandi contrarium in partem aduersam, Ita in specie declarat *Alex.cons.50.in causa & lite.col.3. post princ. vers. sed posito. n.6. & 7.lib.5. Dec. cons.342.in causa in qua molestatur. col.5. in* 38 *princ.n.22.Surd.decis.231.n.8.* † vbi *n.30.* limitat, quando alia adessent, quia tunc etiam substantia actus præsumeretur, vt per *Aym. de antiq.temp.p.3. §.1. n.22. & 23. fol.165.* & de non præsumenda acceptatione donationis, 39 quamuis † donatio esset antiqua, si facta fuit absque stipulatione notarij, quasi dicta acceptatio sit de substantia, & separata à contractu principali donationis concludit *Addit. ad Alex.cons.50.in verb.substantia. lib.5.*

Tertio. Quamuis copia copiæ non faciat fidem, etiam si à pluribus notarijs fuerit confecta, 40 iuxta † opinionem *Decij in auth. si quis in aliquo. n.8. C.de edend.* Tamen aliud seruatur concurrentibus adminiculis, coniecturis, & indicijs sufficientibus ad inducendum animum Iu- 41 dicis ad credendum d. copiæ, † cum probationes sint arbitrariæ, tunc enim talis scriptura plenè probat, & habetur pro concludenti probatione, prout non obstante opinione *Decij* ita seruari testatur *Caputaq.decis.234.p.1.* quem sequitur *Rota coram R. P. D. Caualerio. Vratislauien. matrimonij. 27. nouembris. 1609.* Quemadmodum regulare est, vt simplex tran- 42 sumptum, † quod per se non probat, si adsunt adminicula, faciet fidem *Alex. cons. 101. super primo dubio. col.3.in fin.n.11.lib.7. Menoc.cons. 924.in fin.n.35.lib.10.post Aym.cons.411.n.5.*

Quarto. Magis ex transumpto iunctis adminiculis probaretur aliqua dispositio, si tractatur 43 de ea incidenter, † Prout dicimus in matrimonio, in quo si agitur de probatione incidenter ad effectum legitimationis sobolis, & successionis filiorum sufficiunt leuiores probationes præsumptæ videlicet & coniecturales, iuxta *consil.Gemin.27. super dubijs. n.7. in fin.* Quod sæpe fuit a Rota approbatum, vt per *R. P. D. Cantuccium Roman. seu Amerina domus.8.iunij.1576.* quæ est in impressis *diuers.decis.34.n. 19.p.2.& coram R.P.D. Augustino. Parmen. status.6. martij.1556. & coram Card. Seraphino.in eadem Parmen. status. 6. martij. 1592.* 44 vbi † loquitur in casu, quando constabat de malo initio, videlicet de concubinatu præcedente, licet tunc requirantur plures coniecturæ, & fortiores, prout in casu simili per *Rot. coram R. P. D. Caualerio. Vratislauien. ma-* 45 *trimonij. 27. nouembris. 1609.* † & sufficere leuiores probationes, quando agitur de probando matrimonio incidenter, vt dictum est, late etiam declarat *Paris.cons.57.n.42.lib.4.post Prapos. in c. peruenit.in 2. notab. in fin. & in c. ex tenore. in 5. notab. qui filij sint legit. Dec. cons.152.in effectu quæritur.col.2.& 3.Bald.in*

*l.filium. in 2. lect. col. 2. de his qui sunt sui vel alien.iur.*cum alijs per *Ferre.cons.49.in princ.*

Adminicula autem in causa similis matrimonij approbauit *Rota coram R. P. D. Caualerio. d. Vratislauien.* † quando exhiberetur transumptum cum recognitione supremi magistratus, in quo contineretur fuisse contractum matrimonium per parochum cum benedictionibus, & alijs requisitis,coram testibus &c. quod transumptum quamuis non probet de per se, tamen probabit, † quia concurrebat pro adminiculo confessio procuratoris in libello, in quo narrabat dictum matrimonium, quod concordabat cum dicto transumpto; Itaut hoc procedat, quamuis dicta confessio procuratoris fuerit reuocata, † quæ licet potuerit reuocari etiam non docto de errore *Caputaq. decis. 198. p. 1.* Tamen confessio, quæ de sui natura non præiudicat, attenditur, si est verisimilis, & inseruit pro adminiculis † *Dec.cons.96.col.2.in fin. vers. neo obstat quod talis confessio. Aym. cons. 202. n.48. Rot.coram Card. Blanchett. Regien.bonorum.23.iunij.1578.* quæ est in impressis *diuers. decis.496. p.1.*

Desumptum fuit etiam in eadem causa adminiculum ex depositionibus testium instrumentariorum examinatorum ad perpetuam rei memoriam super huiusmodi matrimonio contracto, qui † licet fuerint examinati sine citatione partis, tamen faciunt adminiculum stante præsertim testimonio magistratus, & recognitione transumpti cum sigillo, & subscriptione secretarij. Nam quamuis pars non fuerit citata, tamen resultat adminiculum, quod transumptum non erat tentum in occulto *Put. decis. 359. n. 3. lib. 2.* vbi etiam adducuntur similia adminicula ad effectum, vt transumptum probet.

Quæ etiam procedunt, quamuis iura non sint in forma probanti,† cum scripturæ quoque informes, licet per se non probent, tamen inseruiant pro adminiculo *Bald.cons.204.longum thema. ad fin.n.7.lib.3.Rota coram R.P.D.Caualerio. d.Vratislauien.matrimonij.27.nouembris.1609. ad fin. vers. & licet opponeretur. & in eadem causa.28 februarij.1611.coram eodem. vers. & simili modo respondetur.Caputaq.decis.234.p.1. Rot.diuers.decis.vlt.p.1.per tex.in l.instrumenta domestica.C.de probation.*Et quando deducitur aliquid, ex quo induceretur plena probatio, si formiter probaretur, tunc non est necessaria probatio, vt faciat adminiculum *Rot. coram Card.Pamphilio.Veneta illegitimitatis.26.aprilis.1602.& coram R.P.D.Caualerio.d.Vratislauien.matrimonij.28.februarij.1612.* Vbi etiam ampliantur prædicta procedere, quamuis talia iura exhibita non fuissent recognita, si in prima instantia non fuit oppositum; Iudex enim sic pronunciando saltem tacite super illis se fundauit; Vnde hodie non poterit amplius opponi de non recognitione iuxta distinctionem *Soc. in auth.si quis in aliquo.in fin. C.de edend.de qua per Put. decis. 119. lib. 2. Caputaq. decis.5.p.3.* Non obstante etiam, quod postea fuisset oppositum generalia contra,quia hæc protestatio erat facienda in prima instantia, non in posteriori, ideo non releuat *Put.d.decis.119.lib.2.*Maxime quando talia iura fuerunt producta in prima instantia in loco, vbi essent nota sigilla cancellariæ, ac vicinarum ciuitatum, in quibus transumptum fuit confectum, tunc enim non erat necessaria alia recognitio, prout in casu *d. decisionis coram R. P. D. Caualerio.* & voluit *Felin. in c. post cessionem. n. 17. vers. quarto requiritur. de probat. Vestr. in prax. lib.6.c.1.n.9.*

Quinto. Idem erit in factis antiquis, in quibus non requiritur exacta, & plena probatio, vt exigitur † in factis nouis, & recentibus, ita vt sufficiat adminicularis, & præsumptiua probatio *l.census & monumenta. de probat. Alex. cons. 187. n. 3. lib. 2. Socin. cons. 266. n. 31. lib. 2. Paris. cons. 104.n.42.lib. 1.* Adeo vt prædicta procedant, etiam in casu, in quo lex requireret plenam, & perfectam probationem, quia † in antiquis sufficiet probatio coniecturalis tanquam à iure approbata,maxime quando coniecturæ sunt expressæ in iure, non autem si venirent ex facti contingentia, vt latè per *Mascard.conclus.103. n.12. vsque adn.21. post Menoch.de arbitr.cas.115.n.7.*

Alias declarationes ad materiam transumpti quando valeant ponunt *Doct.in auth.si quis in aliquo.C.de edend.* † Inter quas præualet illa,si exemplum fuerit sumptum auctoritate Regia, seu Pontificia, quo casu fidem faciet, prout etiam si esset transumptum ex authentico producto in actis, vel quando fuit registratum, & in actis relatum de verbo ad verbum, † vel quando apparent plura exempla,cum simul iuncta plenam probationem faciant, vel si super exemplo fuerit iudicatum, & obseruatum, vt late explicat omnes supradictos casus *Menoch. cons. 924. n. 23. vsque ad n. 25.* Et de transumptione facta per Senatum cum appositione sui sigilli, quod non sit necesse adhibere notarium, nec illius manum ita conclusum fuit *per Rot. coram R. P. D. Caualerio. Vratislauien. matrimonij. 13. iunij. 1612.* Cum Senatus, qui ipsum Principem repræsentat, suppleat omnem defectum, vt de exemplatione facta auctoritate Principis, vel ordinarij, quod in ea non requiratur partis citatio *Felin. in c. vlt. n. 9. vbi Host. & Imol. de fid. instrumen.* Et de extractione facta per Magistratum, vt non sit necessaria manus notarij *Ossasc. decis. 69. n. 5. vers. his accedit.* Quibus adde idem esse quando fuit extractum non ad instantiam alicuius, qui suspicaretur sibi aliquos futuros aduersarios, sed solum † ea de causa, quia verebatur, ne quandoque illud authenticum amitteretur, tunc enim non erit necessaria alicuius citatio *Bal.in l.nec quidquam.§.vbi decretū.col.6.ad med.ver. & est argumentum quod futuri aduersarij.ff.de offic.procon. & legat.Menoc.cons.745.n.6.lib.8.* Et an sufficiat generalis, † vel specialis citatio

Rota

Rota decis. 1. de fid. instrum. in nou. Et quando exemplum fuit sumptum in vim compulsoriæ
58 an probet etiam sine citatione, † si pars fuit citata in curia romana ad videndum decerni compulsorias ad partes pro extrahendis iuribus *Bellam. decis. 15.* vbi quod probat de æquitate *Io. Baptista Ferret. in c. quoniam contra n. 148. de probat. tom. 3. fol. 379.*

Obseruandum est etiam, quod ad notarium Episcopi, qui ex priuilegio actitat, pertinet exem-
59 plare legata pia, † quæ ex vetustate, vel ex alia causa exemplantur coram Iudice ordinario iuxta *c. fin. de fid. instrum.* Nam ista legata, & testamenta ad pias causas non possunt exemplari coram Iudice laico, sed coram Ecclesia-
60 stico, † cum illius intersit, quod legata pia adimpleantur *Felin. in d. c. vlt. col. 1. ante fin. n. 3. vers. potest autem exēplatio. Rot. coram R. P. D.*
61 *Gipsio Calaguritana. 10. maij 1592.* † Itaut appellatione ordinarij ecclesiastici intelligi possit etiam de Vicario Episcopi, qui habet potestatem ordinariam *Glos. in c. 2. de offic. ord. in 6.* Quidquid secus sit in Vicario Foraneo *Glos. in*
62 *c. 2. in verb. foroneo. de rescript.* † Et ita in exemplis notat *Abb. in d. c. vlt. & ibi Felin. col. 1. in fin. vers. & appellatione. n. 4. de fid. instrum.* Ideo neque d. exemplatio fiet coram Vicario laico, cum secularis non debeat iudicare de pertinentibus ad clericos, & pia loca *Felin. in c.*
63 *2. n. 6. de iudic.* † Vbi quod Vicarius non potest esse laicus *Abb. in c. quoniam. 14. n. 3. vers. credo tamen. de offic. ord.* Nisi episcopus haberet iurisdictionem temporalem, quo casu posset esse Vicarius laicus *Addit. ad Abb. in d. c. quoniam.*
64 *Felin. in d. c. 2. col. 3. vers. quinto.* † Posset tamen clericus in minoribus Vicarius Episcopi hoc facere, cum talis possit excommunicare, & absoluere *Glos. in c. canonica. de senten. excommun. D. Thom. in 4. distinct. 18. art. 2. q. 4.*

Insuper addendum est, quod instrumento deper-
65 dito, si illud postea probetur per testes † si habebat clausulam guarentigiam, vel erat publicum, ita quod posset executioni demandari secundum formam statuti, Tamen hoc instrumentum ita probatum non habebit executionē paratam contra debitorem *Bart. in l. 1. §. vlt. in fin. ff. de his quæ in testam. delent. Felin. in c. sicut. 16. col. 4. in princ. vers. est necesse quod priuatim. n. 4. de re iudic. Marsil. in rubr. C. de probat. n. 338. & 339. Suarez. in l. post rem iudicatam. in declarat. reg. declarat. 3. ff. eod. tit.*

Nec obstat *Ang. in l. fi. n. 3. C. de edict. diui adrian. toll.* vbi quod testamentum non redactum in
66 scriptis, † sed probatum per testes habebit priuilegium missionis in possessionem *Glos. in d. l. fin. in verb. depositionibus.* Quia procedit quoties perdito instrumento, & eius tenore probato cum partis citatione, denuo aliud fuit confectum ex tenore dictorum testium, tunc enim executio fieri poterit, prout quando testamen-
67 tum fuit factum coram testibus, † & testes deponunt de eius tenore, & eorum dicta rediguntur in publicā formam testamēti, quia habebit locum d. executio, prout ita concordandas opiniones dicit *Bellon. cons. 22. n. 8. cum seq. Morla in empor. p. 1. tit. 11. de fid. instrum. n. 17. q. 1. post Villalob. in verb. executio. n. 246.* de quo tamen alibi latius Deo dante dicam *in capite particulari.*

E P I T O M E.

Soluens pro debitore quando habeat actionem personalem, & hypothecariam competentem illi creditori, cui fuit solutum. ¶ Et quid in fisco, & tertio omnino non extraneo, sed creditore debitoris quamuis posteriore in tempore. ¶ Conuentio vt transeat hypotheca qualis debeat esse, & an requiratur, vt Iudex actiones transferat. ¶ Ius excipiendi, seu retinendi an acquiratur sine aliqua conuentione emptori, cuius pecunia ad priorem creditorem peruenit, & ei qui credidit debitori pecuniam, quam nullo pacto intercedente ipse debitor soluit priori creditori. ¶ Et an si cadat à possessione pignoris retenti possit illud recuperare à possessore sine excussione. ¶ Prohibita petitione an prohibeatur retentio. ¶ Hæres soluens debita hæreditaria an acquirat iura creditorum, & prælationem, itaut excludat legatarios. ¶ Emptor quando dicatur factus dominus rei emptæ, ita vt hoc respectu non possit res sua sibi esse obligata. ¶ Ius retentionis an transeat ad singularem successorem sine cessione tam in prophanis, quàm in beneficialibus. ¶ Bona hæreditaria empta per hæredem à creditoribus an subiaceant oneri hypothecæ, si alij posteriores velint illa petere.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca, seù actio personalis competens creditori quando transeat in eum, qui simpliciter illi soluit pro debitore. & n. 2. Et quid in fisco. n. 3. Et quid in tertio omnino non extraneo, sed creditore debitoris quamuis posteriore in tempore. n. 4. & 5.*

6 *Actum quando dicatur vt transeat hypotheca, & an sit necesse quod Iudex actiones transferat. n. 7.*

8 *Ius excipiendi, seu retinendi acquiritur sine vllo pacto emptori, cuius pecunia ad priorem creditorem peruenit. Et ei qui credidit debitori pecuniam, quam nulla conuentione intercedente ipse debitor soluit priori creditori. n. 10. 11. & 12. & ita seruatur in Rota. n. 13. 38. 39. & 40.*

9 *Exceptio quæ oritur ex æquitate legis debet præualere.*

14 *Retentio rei datur quando illa res ad manus alicuius deuenisset occasione illius debiti, pro quo vult quis retinere.*

15 *Retentio facilius datur quàm petitio.*

16 *Prohibita petitione, quando prohibeatur retentio.*

CAPVT CCLXIX.

Actio personalis competens creditori trāsit in eum, qui simpliciter illi soluit pro de-
1 bitore, † cum enim succedat in ius, ergo etiam in actione personali *§. 1. instit. de action. l. 1. §. nunc tractemus. de tut. & ration. distrab.* & de magis communi opinione testatur *Rip. in l. si ventri. §. eorum. n. 2. ff. de priuileg. creditor. Petr. Greg. syntag. iur. lib. 23. c. 12. n. 2.*

Aliud est in hypotheca, quæ competens illi creditori, cui fuit solutum, non transibit in soluen-
2 tem, † nisi expresse de hoc actum sit *l. aristo. 3. ff. quæ res pignor. oblig. poss. l. 1. C. de his qui in*
3 *prior. creditor. Gabr. cons. 82. n. 3. lib.* . † Quamuis creditor, cui fuit solutum quod debebatur sit fiscus *l. 3. C. de priuil. fisc.*

Quæ etiam procedunt non solum quando aliquis tertius omnino extraneus soluit creditori,
4 sed etiam † si soluens esset creditor debitoris licet posterior in tempore, qui non videtur successisse in ius hypothecæ competens potiori creditori, si nihil actum sit, nisi quando secundus creditor soluens priori haberet ex sua persona hypothecam, quasi tunc suam hypothecam corroboret, vt scilicet tanquam potior consideretur, quamuis de hoc non sit conuentum, Nam si illam ex persona sua non haberet, neque ex persona primi creditoris ad eum transiret hypotheca illi competens, nisi de hoc actum esset *Bald. in l. 1. n. 1. C. de his qui in prior. creditor. loc. succed. Petr. Borbos. in l. post*
5 *dotem. 41. n. 61. ff. solut. matrim.* † vbi de magis communi opinione testatur contra *Aym. cons. 582. n. 2. & cons. 706. n. 2. lib. 4. & Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 23. c. 12. n. 2.*

Dicetur autem tunc actum esse, vt transeat hypotheca, si creditor potior recipiens solutio-
6 nem constituat soluentem loco sui, † & ei cedat actiones, Quamuis enim videatur requiri, quod Iudex dictas actiones transferat *l. fin. C. de priuil. fisc. Oldrad. cons. 186. n. 1. in fin.* Tamen hoc intelligitur, quando Iudex id con-
7 stituit supplens defectum partis, † Nam alias sola conuentio partium sufficeret *Barbos. in d. l. post dotem. 41. n. 61. in fin. ff. solut. matrim. post Glos. in l. 1. in verb. iure. C. de his qui in prior. credit. loc. succed.*

Quo verò ad ius excipiendi, seu retinendi aliud
8 dicendum est, † illud enim acquiritur sine vllo pacto emptori, cuius pecunia ad priorem creditorem peruenit, vel etiam ei, qui credidit debitori pecuniam, quam nullo pacto intercedente ipse debitor soluit priori creditori, Ista enim exceptio oritur ex æquitate legis,
9 quæ † debet præualere *l. qui æquitate. ff. de dol. mal. exception.* Vnde talis emptor, seu mutuans possidens pignus erit tutus aduersus posteriores creditores, quamuis non habuerit cessionem à primo creditore, cui soluit, neque tenebitur relaxare rem, nisi à secundo creditore ei offeratur pecunia soluta primo creditori,
10 Quidquid † aliud sit, quando vellet agere, quo casu cessio, & pactum esset necessarium, vt habeat actionem hypothecariam, vt dictum est, & latius hanc conclusionem firmaui *decis. 66.*
11 *per tot.* † Ad cuius comprobationem, quia per aliquos dubitabatur de eius veritate, & per alios etiam contrarium fuit iudicatum, placuit vltra adductos in *ead. decis.* addere quod idem voluit *Alberic. in l. cum prior. ff. de distrac. pignor.* vbi *Fulgos.* dicit esse æquiorem, & hu-
12 maniorem sententiam † *Petr. de Bellapertic. in l. si potiores. in fin. C. de his qui in prior. creditor. loc. succed. Rot. Bononiens. per Benitend. decis. 50.* quam simpliciter refert, & sequitur *Molignat. de retention. Magon. decis. Rot. Florent. 59. n. 3. Capic. decis. 43. n. 5. Neguss. de pignor. m. 3. p. 5. n. 3. Cost. de iur. & fact. ignor. cent. 2. distinct. 63. n. 8.* & ita etiam conclusum fuit per *Rotam Roman. coram Card. Mantic. Placentina saluiani interdicti. 16. iunij. 1589.* quā adduxi *in addit. ad decis. 125. in fin.* cuius etiam meminit *Idem Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 29. n. 6. lib. 11.* vbi etiam quod pro hac opinione consuluit antequam esset consecutus insignia doctoratus corrigendo *Bellapert. in d. l. si potiores.* qui vitio impressorum est mēdosus; Quamuis in eo non sit facienda vis, cum *Idem*

Bella-

Bellapertic. cõtrarium expresse senciat *in l.cum* 13 *ex causa. C.de remiss.pignor.* † Eandem decisionem simpliciter nihil addito confirmauit *Rot. coram R.P.D.Pamphilio.Spoletana saluiani interdicti.2.aprilis.1607.& coram eodem 23.iunij 1608.in ead.causa.* quod etiã voluit *Surd.cons.* 183.*n.*18. *lib.*2. & est verior sententia, & magis æqua, quidquid contrarium late comprobet *Siluestr. Aldobrand.cons.7.per tot.* vt testatur *Card.Mantic.de tacit. & ambig.conuent. d.tit.* 29.*lib.*11. vbi respondet omnibus, quæ in contrarium adducuntur, quorum repetitio est superflua, quibus adde *Glos.in l.cum ex causa.in verb hac mente. C. de remissi. pignor.* vbi, quod soluens potest retinere pignus, si habet penes se, licet quando alij tradidisset, non reuocaret, quia tunc obligatio semel extincta non reuiuiscit *Bald. in d.l. cum ex causa . & ibi Salic. ad* 14 *med.vers.quærit.n.*1. † Et regulariter datur retentio rei, quando illa res ad manus alicuius deuenit occasione illius debiti, pro quo vult retinere *Bart.in l.si non sortem.§. si centum. in fin.ff.de condict. indeb. Castr. cons. 166. ad fin. vers.tũ ex eo quia occasione. n.3.lib.2.post Cyn.* 15 *in l.fin.C.commod.* † Cum facilius detur retentio, quam petitio, & multa honeste retinentur, quæ inhoneste petuntur, Itaut prohibita petitione non prohibeatur retentio, præcipue quan- 16 do sine vitio res peruenit † late *Surd cons.*253. *n.*22. *lib.* 2. Quidquid aliud fit, quando cum vitio peruenit res, vt in occupante propria auctoritate rem legatam, quo casu retentio non datur *Idem Surd.cons.4.n.40. lib.*1.

Et facit *tex. in l.si potiores. C. de his qui in prior.* 17 *creditor. loc. succed.* † vbi debitor habens duos creditores obligauit illis eandem rem, quam si postea vendidit, & ex pretio fuit primus creditor satisfactus, emptor succedit in locum istius primi creditoris, Adeo vt quemadmodum ille poterat se tueri quo ad alios posteriores, ita etiam hoc ius se defendendi dabitur emptori, 18 Et † quamuis *Siluestr.Aldobrand.cons.7.ad fin. n.* 13. intelligat hunc tex. dummodo adsit pactum, & cessio supplendo *ex l.1.C.de his qui in* 19 *prior.credit. loc.succed.* † Tamen ista suppletio repugnat *d. l. si potiores. C.eod. tit.* prout simpliciter illam intelligit *Glos. ibid. in verb. successisti. & ibi Cyn. ad fin. vers. & sic secundum eum.* Vbi solum requirit cessionem, & pactum, quando non possidet, vt possit habere hypothecam, illo enim possidente habet retentionem, 20 Idem† sequitur *Iacob.de Aren.in d.l.si potiores. in fin.vers.si vero accipiat pecuniam. per tex. in l.qui à debitore.* alias incip. *eum qui à debitore. ff.qui potior.in pignor. habeant.* Quamuis enim emptor sit factus dominus rei emptæ, itaut 21 hoc respectu † non possit esse sibi res sua obligata *l. neque pignus. de regul. iur.* Tamen illud est verum, quando plene, & incommutabiliter factus est dominus, quod non est in casu nostro, in quo poterat conueniri à sequentibus creditoribus, & eo respectu, quo potest aueli, non potest dici res sua, & sic pignus tenet *l.ex sextante.§.Iatinus.de exception. rei indicat.* 22 & † in specie ita respondet *Cyn.in d.l.si potiores. ad med. vers.non obstat regula iuris. & ibi Iacob. de Aren.in fin. vers.nam expedit magis.C. de his qui in prior. creditor. loc.succed. Salic.in l.qui a debitore. ad med. vers.solutio. ff. qui potior. in pignor. habeant.* & bene declarat *Bald. in l.1.ad fin. vers.oppono contra vltimum.n.* 2. *C.si antiq.credit.pign.vendid.*

Ista autem non solum habebunt locum in ipsomet 23 soluente, & eius hærede, † sed etiam in singulari successore, cum ad eum transeat ius retentionis sine cessione, quidquid aliud sit in actione *l.hoc iudicium. §.impendia. vers. sed si is qui a me emerit. ff. comm.diuid. Roman.sing.*177.*tu scis quod faciens. Socin. cons.* 158. *visis processu sententijs.col.penult.in princ. n.* 28. *lib.*2. *Aym. cons.*148.*n.*1.*&* 2.*Cephal.cons.*299.*n.*35. *lib.* 2. 24 *Tiraq.de retract.conuent.§.7.glos.1.n.*15. † siue simus in prophanis, siue in beneficialibus *Abb. in c.de multa.n.*14. *col.*4. *de præbend.* cum alijs per *Surd. cons.*183.*n.*6. *Magon.*in specie *decis. Rot.Florent.*59. *n.*4.

Amplius non tantum in casu prædicto dabitur re- 25 tentio pignoris ipsi creditori, † sed etiam, si ab illius possessione caderet, posset a possessore illud recuperare, quamuis casu, vel culpa sua cecidisset *Bal. in l. fin. C. de prætor. pignor. & ibi Cyn.& Salic.in princ. Bellapert.n.*1. *Azo.ad med. Neguf. de pignor. m.*1.*p.*8. *n.*18. *vers. &* 26 *pro ea.in fin.* † Vbi etiam, quod hoc casu non requiritur excussio, argumento eius, quod dicimus de pignore prætorio, a quo si immissus in possessionem ceciderit, non est opus excussione *Bald.in l.1.ad med.vers.sed ego quæro.n.*4. 27 *C.de reuoc.his quæ in fraud.creditor.*† Nam eodem imperio, quo missus est in possessionem, debet in ea conseruari *l. si postquam. ff. vt in possess.legator. l. non erit. & l. si quis missus. de iureiur.*

Magis ista retentio daretur, quando ipsemet primus creditor emeret pignus sibi, & alijs obli- 28 gatum ab eodem debitore, † erit enim tutus a posterioribus creditoribus, cum non sit sublatum vinculum pignoris, quasi videatur ab illo discessisse, si irreuocabilis esset datio sibi a debitore facta, quia sua diligentia ei non debet obesse argumento *l.si debitor. de separat. l.si prior. C.qui potior.in pignor.habeant.*& in specie ita declarat *Glos.in l.si a debitore.18.in verb. eum qui.ff.eod.tit.& ibi Salic. ad fin. n.* 2. *vers.* 29 *quæro. & Butrigar.n.*2. † vbi intelligit, siue primus creditor exprimat se ita velle pignus reddere, si res fiat sua reuocabiliter, siue hoc non expresserit, quia semper hoc intelligitur actum, ne eius diligentia sit sibi damnosa, & est tex. *in l.1.vbi Glos.in verb.obtulerit.ad med.* 30 *C.si antiq.credit.pign.vendid.*† Quamuis non ex hoc prohibeatur secundus creditor offerre primo creditori ementi a suo debitore, poterit enim illum primum conuenire hypothecaria oblato debito, Et hic est vnus casus, in quo creditor secundus auditur contra primum, qui

31 tanquam emptor, † seu in solutum accipiens non est tutus contra posteriores creditores, sed erit securus tanquam creditor iuris primi contractus, & ideo in isto iure primi contractus sublato efficaciter posterior creditor intentat hypothecariam per oblationem debiti *Bald. in l.1.n.1.vers.nota quod emens.* C. *si antiq. credit.*

32 Quæ † potestas reuocandi videtur data secundo ex quadam æquitate, vt notat *Salic. in d.l.1, oppos.3, in fin. vers. vel tertio. n.2.*

An autem prædicta procedant, vt detur retentio solum quando titulo donationis in solutum, vel pignorationis res peruenit ad eum, qui vult retinere, dicam Deo dante *in alio capite particu-*

33 *lari*, † Cum secundum aliquos huiusmodi retentio concedatur tantum in dictis duobus casibus pignorationis, & dationis in solutum, vt per *Castr. in l. petenti.27.in fin.n.3.vers. sed contra eam determinationē.de pignorat.act. Neguſ. de pignor.m.4.p.5.n.4.vers. intellige tamen.*

Quando autem essemus in debitore soluente, & etiam cum pecunia emptoris satisfaciente cre-

34 ditoribus suis, † non haberent locum ea, quæ supra dicta sunt de retentione, cum illa procedant in emptoribus, qui soluunt d. creditori *Fulgos. in l.1.in princ.ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Rot. Florent. per Magon. decis.59. ad*

35 *fin. vers. & allegata.n.14.* † Vnde etiam si hæres inconsultò adiret, & debita hæreditaria solueret, non nanciſceretur iura creditorum, & prælationem, ita quod legatarios excluderet, Nam præsumptione legis creditur eum soluisse de ære hæreditario, & sic fecisse illud, ad quod tenebatur, non autem quod sic hæres voluerit, sed quia lex semper præsumit adesse de bonis defuncti, quamuis occultatis per hæredem, vt in specie concludit *Rot. Florent. per Magon.*

36 *decis.59.n.13.& 14.* † vbi etiam, quod si hæres bona hæreditaria emisset à creditoribus, eodem modo d. bona subintrant oneri hypothecæ, si alij etiam creditores posteriores vellent petere eadem bona cum illis remaneant obligata *Bero. q. 63.*

Alia ad huiusmodi materiæ comprobationem adduxi *decis.66.* cum hæc solum addiderim, vt omnis dubitatio tollatur propter dissensum aliquorum, qui contrarium defendunt, cum etiam sufficeret pro hac opinione fuisse indicatum per sacram Rotam Romanam, vt in supra allegata decisione, cuius tenorem placuit hic inserere ad commodum eorum, qui illius copiam habere desiderant.

Placentina Saluiani interdicti coram Cardin. Mantic-Veneris. 16. iunij. 1589.

FVit resolutum Gregorium posse retinere domum, de qua agitur, atque ita placuit Dominis recedendum esse a decisis in hac parte, quia saluianum interdictum non competit contra creditorem habentem anteriorem hypothecam, vt sæpius fuit resolutum, Constat autem Gregorium esse creditorem Belloni anteriorem quam sit Croppalus; Nam hypotheca Croppali est de anno 1590. Gregorius autem successit in locum creditorum, qui habebant hypothecam de anno 1568. vt constat ex instrumento depositi facti sibi die 12. ianuarij. 1568. ad fauorem Io. Baptistæ, qui cessit Gulielmo, cui postea pecuniæ fuerunt à Gregorio solutæ ex pretio domus sibi venditæ a Bellono, Idemq. apparet ex alio instrumento mutui sub die 29. martij. 1586. ad fauorem Abraham hebræi, cuius hæredibus a Gregorio similiter fuerunt soluta scuta quindecim, quod instrumentum fuit nouissimè productum.

Neque vero de credito, nec de solutione dubitari

37 potest, Quia extant publica instrumenta, † quæ faciunt manifestam probationem *c. cum dilecti, & ibi not. Abb. n.2. de donation. Bald. in l. imperator. col.1. de stat. homin. & in l. interest. n.2. C. de solution. Dec. cons. 423. n. 10. & seq. Socin. Iun. cons.27.n.10.lib.3.*

Non obstat, quod ad hoc, vt quis succedat in lo-

38 cum anterioris creditoris requiritur, † quod hoc actum sit, & quod cessio fuerit facta antequam per solutionem sublata fuerit obligatio *Rip. in l. si ventri. §. eorum ratio. n.8. & 9. ff. de priuileg. creditor. cum alijs allegatis.* Quia hoc locum habet quo ad effectum agendi hypothecaria, diuersum est autem quo ad effectum excipiendi, & retinendi, tūc enim sufficit pretium rei emptæ peruenisse ad potiores creditores

39 absque † alia conuentione, & cessione *l. qui à debitore. ff. qui potior. in pign. habeant. l. si potiores. & ibi Glos. C. de his qui in prior. creditor. loc. succed. Glos. in l.1. in princ. in verb. desiderabit. ff quib. mod. pignor. vel hypoth. soluit. & ibid. Bart. & Salic.* & ita etiam tenet *Alber. post Guid. de Suzar. in l. cum prior. ff. de distract. pi-*

40 *gnor.* † & hanc opinionem sequitur *Neguſ. de pignor. m.3. p.5. princ. n.3.* quam etiam humaniorem, & æquiorem profitetur *Fulgos. in d. l. cum prior.* & tanquam benigniorem, & magis communem amplectitur *Rot. Bononien. vt per Benintend. decis.50. in fin.* Et ita dicebant Domini fuisse sæpius resolutum.

Nec ad rem facit, quod huiusmodi credita anteriora non absumant pretium omnium bonorum, quia nunc agitur solum de retentione domus, cuius pretium adscendit ad creditum prędictorum anteriorum creditorum.

Neque etiam refert, quod Gregorius hodie non possideat, Quia perinde habetur ac si possi de-

41 ret, † si quidem pendet appellatio interposita, quæ suspendit rem iudicatam *c. venientes. de iureiur. c. pastoralis. §. præterea. de offic. delegat. Abb. in c. vltimo. n.6. de sequestrat. possession. & fruct. & in rubr. de appellat. n.4. & ibid. Felin. etiam n.4.*

EPITOME.

EPiscopus in ecclesia cathedrali regulari, quando sit loco Abbatis monachorum, & habeat iurisdictionem in eos priuatiue, & possit illorum excessus punire absque Abbatis consilio, & consensu. ¶ Archiepiscopus Montis Regalis

fium

locum creditorum, qui habebant
de anno 1568. vt constat ex instru-
siti facti sibi die 12. ianuarij. 1568.
Io. Baptistæ, qui cessit Gulielmo,
ecuniæ fuerunt à Gregorio solutæ
omus sibi venditæ à Bellono, Idemq.
alio instrumento mutui sub die 29.
6. ad fauorem Abraham hebræi,
dibus à Gregorio similiter soluti
quindecim, quod instrumentum
ne productum.
credito, nec de solutione dubitari
extant publica instrumenta, † quæ
festam probationem c. cum dilecti,
b. n. 2. de donation. Bald. in l. impe-
stat. homin. & in l. interest. n. 2. C.
Dec. cons. 423. n. 10. & seq. Socin.
210. lib. 3.
d ad hoc, vt quis succedat in lo-
is creditoris requiritur, † quod
, & quod cessio fuerit facta ante-
utionem sublata fuerit obligatio
trt. §. eorum ratio. n. 8. & 9. ff. de
iter. cum alijs allegatis. Quia hoc
t quo ad effectum agendi hypothe-
sum est autem quo ad effectum ex-
retinendi, tūc enim sufficit pretium
peruenisse ad potiores creditores
a conuentione, & cessione l. qui à
ui potior. in pign. habeant. l. si potio-
los. C. de his qui in prior. creditor. loc.
in l. 1. in princ. in verb. desiderabat.
l. pignor. vel hypoth. soluit. & ibid.
hc. & ita etiam tenet Alber. post
ar. in l. cum prior. ff. de distract. pi-
inc opinionem sequitur Negus. de
5. princ. n. 3. quam etiam huma-
niorem profitetur Fulgos. in d. l.
anquam benigniorem, & magis
mplectitur Roc. Bononien. vt per
cis. 30. in fin. Et ita dicebant Do-
nus resolutum.
t, quod huiusmodi credita ante-
sumant pretium omnium bono-
nc agitur solum de retentione do-
etium ascendit ad creditum præ-
eriorum creditorum.
ert, quod Gregorius hodie non
uia perinde habetur ac si possi de-
m pendet appellatio interposita,
t rem iudicatam c. venientes. de
scralis. §. præterea. de offic. delegat.
mo. n. 6. de sequestrat. possessum. &
br. de appellat. n. 4. & ibid. Fulm.

PITOME.

in ecclesia cathedrali regulari
ic loco Abbatis monachorum, &
ctionem in eos priuatiuā, potest
as punire absque Abbatis conti-
1. ¶ Archiepiscopus Montis Re-
galis

galis, quam iurisdictionem habeat in monachos monasterij Montis Regalis. ¶ In ecclesijs cathedralibus regularibus Clerici seculares an teneantur interesse diuinis officijs simul cum monachis, & illis se conformare. ¶ Et qualis sit ista conformatio. ¶ Et an Episcopus possit mutare statum, & ritum monachorum circa diuina officia, & facere choros separatos inter clericos, & monachos. ¶ Commissio causæ per Papam monacho habenti administrationem in ecclesia Cathedrali an valeat, si de monachatu non fiat mentio. ¶ Monachus, Episcopus, seu Canonicus Ecclesiæ cathedralis an possit esse delegatus Papæ. ¶ Iurisdictio, seu donatio iuris præsentandi quando censeatur cumulatiue, vel priuatiue. ¶ Fundator beneficij nominans extraneum in patronum an præsumatur cum nominasse cum se ipso, & proprijs suis hæredibus. ¶ Vnio an sit declaranda sine præiudicio tertij, & iurisdictionis alterius. ¶ Mensa separata monachorum, canonicorum, vel sæcularium an inferat ad non iurisdictionem Episcopi ¶ Dispositio Concilij sess. 21. c. 8. an comprehendat monachos canonicos. ¶ Verba, debet, oportet, secundum voluntatem, insimul, vna cum, & similia quomodo intelligantur. ¶ Choragus, & Choragium quid significet. ¶ Et quomodo chori antiquitus erant diuisi in duas partes. ¶ Taciturnitas quando habeatur pro consensu. ¶ Statuta monachorum an possint reuocari per Episcopum.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia cathedrali regulari Episcopus est loco Abbatis monachorum, & monachi sunt loco canonicorum, & faciunt vnum corpus cum Episcopo. Intellige vt n. 2.*

3 *Episcopus secularis dicitur praesse monachis. Declara vt n. 4 & 5.*

6 *Monachi canonici ecclesiæ cathedralis an possint esse delegati Papæ. Amplia quamuis talis monachus esset canonicus ex dispensatione. n. 7. Limita in Prælato Monacho Episcopo. n. 8.*

9 *Causa si committatur per Papam monacho habenti administrationem in ecclesia cathedrali, valet commissio, quamuis de monachatu non fiat mentio.*

10 *Episcopi ecclesiæ cathedralis regularis an habeāt priuatiue iurisdictionem in monachos canonicos illius Ecclesiæ. Et quid si Ecclesia cathedralis non sit regularis. n. 11. Et quid si monachi eximerentur tantum à iurisdictione Episcopali quo ad instituta regularia. n. 12.*

13 *Iurisdictio in dubio censetur data cumulatiue, non priuatiue. Intellige vt n. 17. & 18.*

14 *Lex concedens exercitium iuris alieni intelligitur cumulatiue dare cū eo, qui illud ius habet.*

15 *Patronus donans ius præsentandi, intelligitur donasse cumulatiue, non priuatiue.*

16 *Fundator beneficij nominans extraneum in patronum, censetur nominasse cum se ipso, & proprijs suis hæredibus.*

19 *Consilium, & consensus monachorum non requiritur in puniendis eorum delictis, quando sumus in Ecclesia cathedrali regulari, sed liberè punitio spectabit ad Episcopum. & n. 20. Non obstante, quod d. monachi sint loco canonicorum. n. 21. & 23.*

22 *Monachi non habent nec velle, nec nolle.*

24 *Abbas an debeat prius audiri pro puniendis excessibus monachorum quàm Episcopus. n. 25. 27. & 28.*

26 *Nomen Abbatis est potius solicitudinis, quàm honoris.*

29 *Monasteria, & Abbates subijciuntur Episcopo de iure communi.*

30 *Archiepiscopus Montis Regalis quam iurisdictionē habeat in monachos monasterij d. Montis Regalis, qui sunt loco canonicorum. & n. 31.*

32 *Verba prout, & similia an sint intelligenda conditionaliter, aut causatiue.*

33 *Vnio debet declarari sine præiudicio tertij, & quod per eam non sit derogatum iurisdictioni Archiepiscopi.*

34 *Prior alicuius monasterij non exempti an possit conueniri coram Ordinario.*

35 *Mensa separata monachorum canonicorum, vel sæcularium non infert ad non iurisdictionem Archiepiscopi.*

36 *Monachis canonicis an suffragetur dispositio Concilij sess. 21. c. 8.*

37 *In ecclesijs cathedralibus regularibus clerici sæculares tenentur interesse diuinis officijs, & monachis se conformare. Et qualis sit ista conformatio. n. 38.*

39 *Quilibet debet se conformare moribus Ecclesiæ, in qua conuersatur.*

40 *Verbū debet, seu oportet, an inducat necessitatē.*

41 *Archiepiscopus ecclesiæ cathedralis regularis an possit mutare statum, & ritum monachorum circa diuina officia. n. 43. & 66.*

42 *Verba secundum voluntatem quomodo intelligantur.*

44 *Facultas addendi non inducit mutationem præcedentis status, sed secundum illum regulatur. n. 45.*

46 *Augumentum debet esse illius naturæ, cuius est principale.*

47 *Diminutio est eiusdem iuris, sicut augumētum.*

48 *Per facultatem diminuendi non datur potestas in totum tollendi.*

49 *Episcopus quando possit disponere contra monachos in casibus, in quibus ad eorum fauorem adest ius commune. n. 50. & 51.*

52 *Clerici à monachis quando possint separari in choro ab Episcopo.*

53 *Verba vna cum, denotant congregationem simultaneam. Idem in verbis insimul. n. 54.*

55 *Mos antiquus est ecclesiæ, vt clerici conueniant in vnum ad laudes Deo porrigendas.*

56 *Nomen Dei reuerenter est laudandum in hymnis, & canticis, & in tali laude debet esse charissima vnio.*

57 *Monachi simul cum clericis diuina celebrare debent.*

In

CAPVT CCLXX.

QVando agitur de Ecclesia cathedrali regulari Episcopus est caput, & loco Abbatis monachorum, & ipsi monachi 1 sunt loco canonicorum, & conuentus, seu capitulum canonicorum, vel monachorum facit vnum corpus cum Episcopo, Vnde omnia communiter expediuntur per Episcopum, & conuentum, & tales monachi appellantur canonici, cum ætimologia vocabuli non contradicat, quasi canon idem sit quod regula, seu forma viuendi, vt omnia prædicta explicat *Abb. in c. causam quæ. il 1. col. 3. in fin. vers. sed oppono. n. 8. de iudic.* 2 † Intelligendo in casu, in quo Episcopus esset secularis, Nam si esset regularis, & religiosus nihil repugnaret, quia etiam diceretur Abbas, quamuis enim appelletur Episcopus, potest etiam dici Abbas, 3 † ex quo in tali Episcopo concurrunt ea, quæ requiruntur in Abbate, Vnde poterit dici Abbas, & Episcopus, cum vtraque potestas in eo adsit, Ita vt possit actum expedire simpliciter, neque erit opus, vt dicat hoc facio, vt Abbas, vel vt Episcopus *Dec. in d. causam quæ. n. 4. in fin. col. 3. in fin. vers. subsequenter. de iudic.*

Ex istis sequitur, quod Episcopus etiam secularis dicitur immediate præesse monachis, licet enim Abbas, & prior debeant imponere regulares disciplinas, Tamen Episcopus debet punire illa, quæ exigunt maiorem animaduersionem, 4 Vnde † Episcopus Ecclesiæ cathedralis regularis, exceptis his, quæ concernunt instituta regularia, habet omnimodam iurisdictionem in monachos cathedralis regularis *Glos. in c. nullus. 28. in verb. regularibus. ad med. vers. vt episcopus etiam secularis. de elect. in 6.* quam sequitur *ibid. Franc. ad fin. n. 3. Gemin. col. vlt. post princ. vers. in eadem glos. ibi præsit monachis. n. 7. ad fin. Rot. coram R. P. D. Oradino. Perusin. iurisdictionis. 27. februarij.* 1558. de qua *per Cottam decis. 56. & per R. P. D. Coccinum. Montis regalis iurisdictionis. 8. martij.* 1604. 5 † Vbi quod de prædictis non est dubitandum, cessantibus indultis, & consuetudinibus alicuius loci, quo casu illæ essent attendendæ, iuxta cons. *Corn. 193. n. 5. lib. 2.*

Tales tamen Monachi canonici ecclesiæ cathedra- 6 lis non poterunt esse delegati Papæ, † prout sunt canonici seculares, cum qualitas canonicatus habeat admixtam qualitatem inseparabilem a monacatu, quod magis debet attendi, & illum excludere à iudicijs, & delegationibus, quamuis enim tales monachi canonici parificentur canonicis secularibus, tamen non sunt æquiparati in omnibus, Vnde non est arguendum de vno casu ad alium, prout late in specie concludit *Felin. in c. causam quæ. il 1. n. 4. col. 2. in fin. vers. vtrum monachus. de iudic. post Calder. Archid. Aret. & alios ibi per eum allegatos*, licet in puncto iuris contrariam opinionem dicat veriorem *Dec. in d. c. causam quæ. col. penult. n. 4.*

Quæ etiam procedunt, quando talis monachus esset canonicus ecclesiæ cathedralis ex dispensa- 7 tione † Nam talis dispensatio non videtur posse extendi, vt videatur habilitatus ad delegationem causarum, quæ non dicitur esse ex consecutiuis necessarijs dispensationis, Quid- 8 quid † aliud sit in prælato monacho Episcopo, qui etiam in religione est habilis, vt notat *Felin. in d. c. causam quæ. col. 3. ad med. n. 5. vers. sed quæro quid si monachus. de iudic.* 9 Quamuis † si committeretur per Papam causa tali monacho habenti administrationem in ecclesia cathedrali, valeret commissio, Maxime in litteris gratiæ, licet de monachatu non fiat mentio, quia ex quo litteræ transeunt per cancellariam, videtur ex hoc approbari commissio secundum *Rot. decis. 8. alias 109. de rescript. in antiq.*

Secundo ex prædictis sequitur, quod Episcopi ecclesiæ cathedralis regularis habeant priuatiue 10 iurisdictionem † in monachos canonicos illius ecclesiæ cathedralis non cumulatiue, cum enim sint loco Abbatum monachorum, vt dictum est, censentur subrogati quo ad omnia non excepta *Abb. in d. c. causam quæ. n. 10. de iudic.* & habent omnimodam iurisdictionem in dictos monachos *Franc. in c. nullus. 28. ad fin. n. 3. de elect. in 6. cum alijs supra allegatis.* 11 Quando † enim proceditur in figura iudicij Episcopi habent iurisdictionem priuatiue, etiam quod ecclesia cathedralis non sit regularis, vt sæpe resoluit *Rot. coram R. P. D. Orano. Cæsaraugustana exemptionis. 13. nouembris. 1581. & 28. martij. 1588. & 12. februarij. 1590. & coram R. P. D. Coccino. Montis Regalis iurisdictionis. 8. martij. 1604. & 27. nouembris. 1606.* & late declarat *Guid. Pap. decis. 559. incip. ad quem pertineat correctio. Doctor. in c. cum persona. de priuil. in 6.*

Et Magis priuatiua iurisdictio intelligeretur; si monachi eximerentur tantum à iurisdictione 12 episcopali, † quo ad regularia instituta, Nam ista exceptio firmaret regulam in casibus non exceptuatis, & tunc magis constaret de mente concedentis, quo casu iurisdictio censetur data priuatiue, non cumulatiue late *Ferret. cons.*

conſ.142.n.15.cum alÿs per Mădoſ.ad Roman. conſ.193.in verb.accumulatiue.Felin.in c.paſtoralis.11.col.2.in princ.limit.1.de offic.ord.& in c.cæterum.n.4.de iudic.

Nec aduerſatur, quod in dubio iuriſdictio cen-
13 ſeatur data cumulatiue, † non priuatiue iuxta ſententiam ſacræ congregationis concilij, de qua per *Rot.coram Card.Plat. Piſcien. iuriſdictionis.15. iunij.1590.*& voluit *Aneb.conſ.164. de iuribus & efficacia.col.penult.poſt med.verſ. nec ex eo quod populus.Grat.conſ.71.n.11.lib.2. Dec.conſ.3.n.3.Iaſ.in l.quod in rerum.§.fin.col.*
14 *vlt.de legat.1.late Roland.conſ.80.lib.2.* † Ideo dicimus quod in dubio quando lex mortua, aut viua concedit aliquod ius, vel exercitium ipſius, aut aliquis priuatus ſe immiſcet alicui iuri alteri competenti, intelligitur concedere, & immiſcere cumulatiue, non priuatiue cum eo qui iam habet illud ius *Dec.conſ.3.n. 3. Rot. diuerſ.deciſ.385.n.8.p.1.Gõzal.ad reg.8.cancellar.§.2.in probem.n.33.* Vbi multa ſimilia adducit, quando iuriſdictio cẽſeatur data cumulati-
15 ue, † Et de patrono donante ius præſentãdi, qui intelligetur donaſſe accumulatiue, non priuatiue *Rot.d.deciſ.385.n.8.p.1.* Vbi etiam de fundatore beneficij nominante extraneum in patro-
16 num, † talis enim nomi:atio erit accumulatiua cũ ſe ipſo, & hæredibus proprijs, non priuatiue, ne cenſeatur ſe, & ſuos hæredes exclu:ere *Anchar. conſ. 81. n. 3.* cum alijs adductis *per Gonzal.d.§.2.n.20.vſque ad n.40.*

Quia hæc concluſio intelligitur reſpectu illius,
17 qui habet iuriſdictionem, † tunc enim ſi concedatur alteri, cenſetur conceſſa cumulatiue, niſi appareat de contraria mente concedentis, ſecus in caſu noſtro, in quo Epiſcopi ſunt ſubrogati loco Abbatis monachorum, qui habebant iuriſdictionem, & prop:erea iuriſdictio potuit dari priuatiue tantum, quia non aderat cum quo daretur cumulatiue, vt in ſpecie reſoluit *Rot.in d.cauſa* Montis *Regalis iuriſdictionis coram R.P.D. Coccin.27.nouembris.1606.in fi.*
18 *verſ.præterea licet in dubio.* † Quaſi tunc Epiſcopus ſit immediatus dominus, quo caſu potius correctio ſpectat ad eum, quam ad alium mediatum, & non ita proximum *Curt. Iun. conſ.2.col.2.in princ.verſ.ex quibus reſultat. n. 5.lib. 1.Roland.conſ.48.n.32.lib.2.*

Amplius neque requireretur conſilium, vel conſenſus monachorum in puniendis delictis illorum
19 cum † enim talis eccleſia ſit cathedralis regularis, epiſcopus reſpectu monachorum non dicitur Epiſcopus, ſed loco Abbatis, & quidquid erat explicãdum per Abbatem explicatur per ipſum *Panorm.in c.cauſam quæ.il 1.n.9.de iu-*
20 *dic.* Vnde † neque in eorũ delictis puniendis aliud conſiliũ requireretur, prout neque requiritur, quãdo ipſe Abbas regularis procedit *Gloſ. in c.nullam poteſtatẽ.9.in verb.tota.18.q.2.Roman.conſ.375.n.1.Franc.in c.ad noſtram.3.n.2. in vlt.notab. de appellat. Panormit. Bellam. &*
21 *alÿ in c.reprehenſibilis.eod.tit.* † Itaut non obſtet quod tales monachi ſint loco canonicorum, quia hoc intelligitur in materia monachis adaptabili, ſecus in ea, quæ ad illos non adaptatur, prout eſt quod Epiſcopus, qui eſt loco Abbatis non poſſit libere exereere iuriſdictionem, hoc enim repugnat renunciationi propriæ voluntatis, cum monachi ſuſcipiendo religionem renuncient facultatibus, & voluntati propriæ, & ſe ipſos penitus ſubijciant alio-
22 rum poteſtati, & imperio, † adeo vt neque habeant velle, aut nolle *c.2.de teſtam.in 6.c. non dicatis.12.q.1.Abb.in c.ex reſcripto.n.1.de iureiur.* Vnde in conſequentiam ſpectabit libera correctio ad talem Epiſcopum in iſtos mona-
23 chos canonicos † tanquam ſubrogatum loco Abbatis ſine alicuius conſilio, & aſſenſu *Franc. in d.c.ad noſtram .n.2.de appellat.* & in ſpecie reſoluit *Rot.coram R.P.D.Coccino.Montis Regalis iuriſdictionis 25.iunij.1607.*

Neque aduerſatur, quod indiſtincte prius debeat
24 audiri Abbas, † non Epiſcopus, licet agatur in figura iudicij pro puniendis exceſſibus monachorum iuxta opinionem, de qua per *Abb. in c.quãto.7.col.2.ad med.in gloſ.in verb.ſi præ*
25 *lati.n.4.de off.ordin.Roman.conſ.375.* † Quia verior eſt opinio, quod quando agitur in figura iudicij, & de his, quæ ſunt delicta quo ad omnes, vt furtum, homicidium, & ſimilia, tunc ad ſolum Epiſcopum ſpectat cognitio, &
26 correctio, † quia nomen Abbatis potius eſt nomen ſollicitudinis, quam honoris *c. tuam. de ætat.& qualit.* ſed eſſe iudicem eſt honoris *l.fin.*
27 *C.quand.prouoc.non eſt neceſſ.* † Prout in ſpecie declarat *Cap.Tholoſ.deciſ.309.item an correctio.ad med.verſ.aut agitur.n.2.* quem ſequitur *Rot.coram R.P.D.Robuſterio Auguſtana.iuriſdictionis. 27. maij. 1573.* quæ eſt in impreſſis
28 *diuerſor.deciſ.78.p.1.* † vbi teſtatur de magis vera, & recepta ſententia *Rot. coram R.P.D. Orano Ceſaraguſtana exemptionis.13.nouẽbris 1587.& 28.martij.1588.& 12.februarij.1590.* Et concludunt *omnes Doctor.in c.quanto. de offic. ordin.* Vbi *Innoc.ad med. verſ. hoc autem bene credimus.n.2.Hoſtienſ.col.3.in prin.verſ. ſi autem monachus criminaliter.Anchar.n.6.ad med.verſ.cauſas autem criminales.Bellam. n.4. Butr.n.20.Henric.Boic.n.4.Firman.de epiſcop.*
29 *lib.4.p.2.q.35.n.81.* † Cum etiam monaſteria, & Abbates ſubijciantur Epiſcopo de iure communi *Dec.in c.tua nobis. in 4.notab.n.4.de confirmat.vtili vel inutil.*

Et in prædicta materia eſt notanda deciſio *Rot. coram R.P.D.Coccino Montis Regalis iuriſdi-*
30 *ctionis 8.martij.1604.* † Vbi concluditur, quod non ſolum de iure communi, ſed etiam ſecundum conſtitutionem Pauli III. Archiepiſcopus Montis Regalis habet omnim.dam iuriſctionem in omnibus caſibus, exceptis his, quæ concernunt regularia inſtituta in monachos monaſterij Montis Regalis, qui ſunt loco ca-
31 nonicorum, † Prout d. Archiepiſcopus loco Abbattis, Quamuis in verbis d.Bullæ, ſeu conſtitutionis adſit clauſula, prout ſunt, cum :on ſit intelligenda conditionaliter, ſed cauſatiue

tum

tum quia Archiepiscopus habet dispositionem iuris communis ad sui fauorem, tum etiam quia d. verba sunt prolata ab habente potestatem disponendi in dispositione certa, † & ideo inducunt causam, non conditionem *Fel. in c. 2. col. 2. ad fin. vers. scias etiã quod aliquando. n. 10. de rescript. Rot. coram R. P. D. Cantuccio. Cauriensis iurisdictionis 5. nouembris. 1576.* quæ est in impressis *diuers. decis. 36. n. 9. p. 2.* Itaut neque in dicto casu obstent priuilegia congregationis Cassinensis, cui fuit vnita congregatio Sicula Montis Regalis, † cum d. vnio intelligatur sine præiudicio tertij, & sic per eam non censeatur derogatum iurisdictioni Archiepiscopi *Rebuff. de erect. in collegiat. vers. & in hac erectione. ad med. Put. decis. 264. n. 3 lib. 2.* Cum etiam in bulla congregationis Siculæ adsit clausula sine præiudcio iurium Archiepiscopi, Vnde d. priuilegia non poterunt suffragari monachis, dum degunt in monasterio Montis Regalis subiecto iurisdictioni Archiepiscopi, † cum etiam exemptus si efficiatur Prior alicuius monasterij non exempti possit tanquam Prior illius monasterij conueniri coram ordinario *c. 1. §. fin. vbi Franc. n. 2. de priuil. in 6. Capic. decis. 59. in fin.* Adeo vt neque sit considerandum, quod dicti monachi habeant mensam separatam, † quia ex hoc non infertur ad non iurisdictionem Archiepiscopi, Vt dicitur in capitulis secularium ecclesiarum, quæ habent mensam, & negotia separata, non tamen eliditur iurisdictio Episcoporum *c. edoceri. 21. de rescript. Rot. coram R. P. D. Coccino. d. Montis Regalis iurisdictionis 8. martij. 1604. in fin. vers. nec facit.* † Vbi etiam quod d. Monachis nõ suffragatur dispositio *Concilij Triden. sess. 21. c. 8.* quia loquitur de monachis existentibus in locis exemptis a iurisdictione ordinarij, quales non sunt degentes in d. monasterio Montis Regalis.

Insuper est etiam obseruandum, quod in supradictis Ecclesijs † clerici seculares tenentur interesse diuinis officijs, & monachis se conformare *Glos. vlt. in fin. de stat. monach. Vital. in clem. vlt. n. 52. & 53. de celebrat. missar.* Quæ † conformatio, est vt diuina officia celebrentur secundum regulam monachorum, cum enim Ecclesia est cathedralis regularis monachi debent officiare iuxta ritum, & morẽ illius *c. de ijs. §. abbatibus. & ibi Archid. n. 2. Aegid. Tur. Cremat. & alij 12. distinct. Summa Tabien. in verb. hora canonica. n. 11.* & sequitur *Rot. coram R. P. D. Coccino Montis Regalis iurisdictionis 24. maij. 1604.* † Prout generaliter quilibet se debet conformare moribus Ecclesiæ in qua conuersatur *Glos. in c. recolentes. in verb. cooptet. de stat. monach. Albert. de Ferrar. de horis canon. n. 36. Card. in clem. fin. n. 1. de celebrat. missar.* Et si debent se conformare, Ergo de necessitate hoc est faciendum, † cum ex d. verbo, debent, inducatur necessitas *Bart. in l. 3. n. 3. C. de pignor. post Glos. in clem. attẽdentes. in verb. debeant. de stat. monach.* Quamuis alias huiusmodi verba non inducerent necessitatem vt de verbis, oportet, & similibus, de quibus dixi supra *c. 146. n. 19.*

Immo neque Archiepiscopus huius ecclesiæ cathedralis regularis posset mutare talem statum, quamuis † enim *in c. de ijs. 12. distinct.* dicatur quod debeat celebrari secundum ritum suæ Ecclesiæ iuxta voluntatem sui Episcopi, Tamen ista verba intelliguntur, quod videlicet Episcopus ita debet velle, non quod formam huius rei dare debeat *Card. Tur. Cremat. in d. c. de ijs. in verb. abbatibus. & ibi Archid. in fin.* vbi † etiam declarat dicta verba secundum voluntatem esse intelligenda secundum voluntatem requisitam, & si non habitam, argumento *c. duæ. 19. q. 2. & c. licet. 18. de regular.* & sequitur *Rot. in d. Montis Regalis. 24. maij. 1604.* † Vbi subdit idem esse, quamuis Archiepiscopus haberet facultatem a Summo Pontifice addendi, seu minuendi, quia per eam non posset alterare in totum, & tollere d. statum, † cum additio non inducat mutationem præcedentis status, sed potius continuationem *l. si proprietate. & l. etiam. C. de iur. dot. Decian. cons. 11. n. 23. lib. 1.* † Immo regulatur secundum præcedentem statum *Socin. cons. 296. n. 5. in princ. col. 3. in fin. vers. confirmatur ista opinio. lib. 2.* cum augumentum debeat esse eiusdem naturæ cuius † est principale, & idem de vtroque iudicetur *l. inter socerum. §. cum inter. de pact. dotal.* Prout etiam est diminutio, quæ est eiusdem iuris, sicut augumentum † *l. scribit. ad trebel.* Ita vt concessa facultate diminuendi, non censeatur data potestas in totum tollendi *l. 2.* † *C. de precib. imp. offer. Fulgos. cõs. 210. in fin.* Stante præsertim, quod dicti monachi habent dispositionem iuris communis ad eorum fauorẽ, quod † facit, vt Episcopi non possint in contrarium disponere *c. quod super his. 9. & ibi Felin. col. 1. ad med. vers. quotidie allegatur. n. 2. de maior. & obed. post Alber. de Rosat. de statut. p. 1. q. 7. vers. sed quid si statutum.* † Quidquid aliud sit quando Episcopus statueret contra canones, & ex causa vrgenti, & verisimiliter non prouisa *Rot. decis. 5. col. 1. in fin. vers. quod intelligerem. de iure patro. in nou. Abb. in c. fin. de consuetud. Felin.* † qui etiam alias declarationes adducit *in d. c. quod super his. col. 2. in fi. vers. fallit. primo. n. 4. de maiorit. & obedient.*

Ex quibus etiam alias fuit declaratum, quod Episcopus non posset separare clericos a monchis † statuendo chorum separatum a choro clericorum, Cum enim clerici debeant se conformare monachis in diuinis, vt supra dictum est *in vers. insuper.* Ita quoque debent interuenire in eodem choro, vt late declarauit *Rot. coram R. P. D. Coccin. Montis Regalis iurisdictionis. 5. iulij. 1604.* Vbi quod magis hoc procedit in dictis monachis stãte bulla *Pauli III.* quæ † loquitur per verba, vna cum, quæ denotant congregationem simultaneam *l. fin. vbi Bald. n. 11. oppos. 6. C. de impub. cum alijs per Paris. cons. 79. n. 21. lib. 3.* † Vbi etiam de verbis insimul

insimul, quæ æquiparantur verbis vna cum, & important connexitatem, & habent naturam congregandi ad suum subiectum *c.1.de consuet. in 6.l.3.in princ.ff.fam.ercisc.*

Et facit, quia est antiquus mos Ecclesiæ, vt clerici conueniant in vnum ad laudes Deo porrigen-
55 das, † iuxta modum alternatim canendi *Guliel. Durand.in rat.diuin.offic.lib.1.c.1.n.18.Silu.de benefic.q.5.n.44.* Prout etiam hymnis, & canti-
56 cis nomen Dei reuerenter, † & deuote laudari debet *Concil.Trident.sess.24.c.12.* Vnde nulla in eo laudando debet esse dispersio, sed carissima vnio *Cassiodor.in psalm. 149. Io. Stephan. Durant.de ritib.eccles.cathol.lib.1.c.17.* Cum non
57 repugnet iuri, † quod monachi, & alij religiosi simul cum clericis diuina solemniter celebrent
58 *Card.in c.1.n.4.de celebr.miss.* † Et in choris antiquitus canebant masculi cum fœminis, quod hodie non seruatur *Marcell. Donat. ad Suet.*
59 *Tranquill.in Cesar.August. c. 70. fol.340.* † Et vsque ad tempora Apostolorum chori erant diuisi in duas partes canentes psalmos *Nicephor.*
60 *Calix.lib.13.c.8.* † Et Choragus, cui mandabatur cura chori, & vocatur etiam Princeps, & conductor cœnæ, & choragium pro apparatu
61 cuiuslibet rei, † de quibus *Bud.lib.5. de asse. & in l. si vt certo. §.interdum.ff.commodat.*

Nec obstat, quod rationi non congruat, vt homi-
62 nes disparis professionis, † vel habitus simul socientur in eisdem monasterijs etiam respectu clericorum secularium *clem.1. de elect.* Quia ex hoc non prohibetur, quod clerici seculares iun-
63 gantur monachis, † quando habent exercitium curæ populi *Capr.in repet.clem.1. de elect. n.28.* quem sequitur *Rot.coram R.P.D.Coccino.in d. Montis Regalis iurisdictionis.5.iulij.1604.vers.*
64 *nec est verum.* † Vbi, quod tunc clerici seculares debent se conformare monachis *Vital. in clem. vlt.n.52.& 53. de celebr.miss.cum alijs supra allegatis.*

Immo neque obstaret, quod monachi consenserint prædictæ separationi ob taciturnitatem, quia
65 respectu † diminutionis taciturnitas non habetur pro consensu, prout etiam quando ageretur de tollenda actione alicui competenti *l.inuitum.de seruit.vrb. præd. l.in eo.§.penult. de rit.*
66 *nupt.* laté *Surd. decis. 302.* † & in specie similis separationis *Rot.coram R.P.D.Coccino. d.Montis Regalis iurisdictionis.5.iulij.1604.* vbi etiam quod procedit in illis Monachis propter eorum
67 statuta, † quæ licet possint per Episcopum reuocari *Dec.in c. cum accessissent. n. 8. de constitution.* tamen intelliguntur, quando adesset legitimus consensus Monachorum, quasi considerentur tanquam personæ, quæ interuenerunt, & authorizarunt d.statutum *Glos.in c.1.in verb.constitutum. de his quæ fiunt à maior. part. cap.*
68 *Ruin.cons.130.n.5.lib.5.* Cum † etiam prædicti monachi debeant considerari tanquam tertij, quibus ex d. statuto fuit ius quæsitum, quod facit cessare authoritatem Episcopi quo ad illius reuocationem; Quidquid alias illam haberet *Felin.in c.cum accessissent.n.4.de constitut.Rot. coram R.P. D. Sacrato. Vicentina iurisdictionis. 28. maij. 1601. & coram Card. Seraphino. Gerundien. anniuersariorũ.5.nouembris.1582.*
69 Præsertim † si adesset confirmatio Papæ, quæ facit, vt statutum non dicatur amplius Episcopale, sed Papale, & ligat successores, & magis stante clausula de nouo statuimus, & ordina-
70 mus, † quæ habet vim nouæ concessionis, & simplicis dispositionis Apostolicæ *Ias.in l. more maiorum.n.13.ff.de iurisd.omn. iud.* Vnde non
71 daretur mutatio per Inferiorem à Papa † *Roman.cons.325.n.5.Doctor.in c.quod super his.de maiorit.& obedient.& in c.inferior.distinct.21.*

E P I T O M E.

HAereditas paterna, legitima, supplementum, legatum, & similia iura quando possint repudiari in præiudicium creditorum, & fisci. ¶ Et quid in foro conscientiæ. ¶ Et an huiusmodi debitores, & illis talia consulentes peccent mortaliter. ¶ Legitima ante petitionem an transmittatur, & publicatis bonis filij publicetur. ¶ Ius adeundi an veniat in generali obligatione, & transeat ad creditores, vel ad fiscum, & pro eo competat saluianum interdictum. ¶ Filius suus, & in potestate an transmittat hæreditatem non aditam ad quoscunque extraneos hæredes. ¶ Pater an possit in præmium emancipationis remittere vsumfructum filio ex bonis aduentitijs sibi debitum in præiudicium creditorum. ¶ Et an tale dominium acquiratur patri ignoranti, & inuito. ¶ Renunciatio iuris quærendi connexi cum quæsito an admittatur.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum an possit renunciari in præiudicium creditorum.*
2 *Repudiatio hæreditatis paternæ, seu legitimæ an possit fieri per filium familias in fraudem creditorum.n.5.6.9.& 12.*
3 *Hæreditas acquiritur hæredibus suis statim patre mortuo, etiam ignorantibus, secus in alijs.*
4 *Legitima, & ius agendi ad supplementum acquiritur filio ipso iure.*
7 *Legitima ante petitionem transmittitur.& n.14*
8 *Publicatis bonis filij quando publicetur legitima.*
10 *Acquisitio hæreditatis in suis hæredibus est reuocabilis, quamuis illa transeat ipso iure, prout est in legato. n. 11.*
13 *Legitima, & eius supplementum præsupponit ius quæsitum quoad reiectionem grauaminis, secus ad effectum acquisitionis realis, cuius respectu requiritur petitio, alias datur repudiatio, & præscriptio.*
15 *Filius monachus transmittit ius legitimæ in monasterium quamuis ignorauerit.*
16 *Filius suus & in potestate quando transmittat ad quoscunque extraneos hæredes hæreditatem non aditam.n.17.& 19.*
18 *Monasterium est loco sui hæredis.*

Repu-

CAPVT CCLXXI.

REnunciari quando possit legatum, aut quid simile in præiudicium creditorum multa adduxi *supra c.* 132. 1 † Quæ tamen dicebantur non obstare in casu iterum mihi proposito, cum essemus in filiofamilias, qui est hæres suus, Vnde non videtur æquū illum posse repudiare in fraudem creditorum, 2 † quasi tunc ista repudiatio non sit circa bona quærenda, sed iam quæsita, cum hæredibus suis adhuc ignorantibus statim mortuo patre ipso iure acquiratur hæreditas *l. si fratris.* 3. *C. de iur. deliber. l.* 1. *§. qui sunt in potestate.ff. si quis omis. caus. testam.* 3 † quod est speciale in filijs, quidquid sit in alijs, vt notat *Glos. in d. l. si fratris. in verb. successionem. per tex. in l.* 1. *C. de his qui ant. aper. tabul. & l. vnic. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend.*

Quæ magis procederent in legitima, quæ ipso iure quæritur filio absque eius facto, 4 †prout etiam ius agendi ad supplementum *l. sancimus.* C. *de inoff. testam. l. omnimodo.* C. *eod. tit.* prout in specie legitimæ concludit 5 † *Anchar. conf.* 101. *col. vlt. in princ. vers. potest responderi. n.*8. vbi, quod si requireretur factum filij adesset grauamen contra *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.* Vnde 6 † merito non tenet in ea repudiatio in præiudicium creditorum tanquam de iure delato, & sic hæc actio, & condictio poterit per creditores moueri argomento *l. in fraudem in princ. & l. idemque iuris. C. de iur. fisc.* Quod etiam in legitima voluit *Peregr. de fideicommis. art.* 3. *n.* 131.

Et facit, quia legitima ante petitionem transmit- 7 titur, & sic est debita eo tempore, † cum non transmittantur ea, quæ non sunt debita, prout iura conditionalia, Vnde ius petendi legitimam est in bonis nostris, etiam antequam sit petita, quasi ad eius acquisitionem non sit necessaria petitio, sed sufficiat sola agnitio, Ideo etiam legitima continetur sub generali hypotheca bonorum, Et publicatur statim quod filius deliquit mortuo patre, priusquam illam petat, 8 † Quidquid aliud sit, quando filius delinqueret viuente patre, quo casu publicatis bonis filij, non publicaretur legitima ei debita post mortem patris, quasi ipso viuente non habeat filius aliquod ius radicatum in bonis illius, licet enim habeat spem probabilem, Tamen istud ius futurum non veniret in confiscatione, cum non dicatur proprie ius, quod in materia stricta non venit, prout omnes supradictos casus latè comprobat *Menoch. conf.* 77. *per tot. lib.* 1.

9 Quod † etiam voluit *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 38. *n.* 19. Vbi, quod renunciatio filij viuente patre iuri supplementi legitimæ non poterit a creditoribus reuocari, cū debeatur post mortem, Quamuis daretur reuocatio, si post obitum patris renunciaretur per filium dicto supplemento iuxta *conf. Anchar.* 101. *n.* 6. quem etiam ita intelligit *Bero. conf.* 43. *n.* 1. *lib.* 1.

Non est tamen recedendum à superius firmatis, non obstantibus prædictis, Etenim illa acquisi- 10 tio hæreditatis est reuocabilis, † & quasi sub conditione, nisi hæres repudiare velit, quæ repudiatio retrotrahitur, sicut dicitur de legato, quod quamuis transeat ipso iure in legatarium, tamen illa acquisitio dicitur imperfecta, & reuocabilis ante acceptationem, & sub tacita 11 conditione, nisi repudietur, † vnde cum postea repudiatur, fingitur non esse quæsitum dominium *l.* 1. *vers. vtrum autem. ff. si quid in fraud. patron. Glos. in l. qui autem. in verb. legatum. & ibi Bart. in princ. ff. de his quæ in fraud. credit. Ias. in §. item si quis in fraudem. col. penul. ad med. vers. aliud & secundo nota. n.* 121. *instit. de action.* & declarat *Bart. in l. pomponius. col.* 3. *vers. quandoque actio est in pendenti. n.* 3. *C. de neg. gest. Castr. in l. si ita legatū. §. illi si volet. de legat.* 2. *Socin. conf.* 78. *n.* 6. *lib.* 4. *Natt. conf.* 408. 12 *n.* 16. † Et in specie hæreditatis, de qua agimus, quod possit repudiari per filiumfamilias in præiudicium creditorum concludit *Sances de matrimon. lib.* 6. *disput.* 4. *in* 7. *illat. n.* 8. *ad fin. vers. tandem alij limitant.*

Nec faciunt quæ dicta sunt de legitima, ac eius 13 supplemento, † quia licet in eis videatur præsupponi ius in esse productum, & iam quæsitum, Tamen intelligitur quo ad refectionem grauaminis, cuius respectu repletio, & acquisitio fit ipso iure per legem, sed quo ad effectum acquisitionis realis, & incommutabilis requiritur declaratio, & petitio, sine qua non est aliquod ius quæsitum, & ideo datur repudiatio, & præscriptio, cum alijs similibus effectibus *Gomes. de testam. tit.* 11. *de success. contra testam.*

testam. n.23. vers. item quæro an filius. Roder. Soarez. in l. quoniam in prioribus. limit. 3. n. 2. & 3. f. 294. & ampl. 10. fol. 209. C. de inoff. testam.
14 dixi *decis. 4. n. 22. vsque ad n. 30.* † Vbi etiam quod omnes Doctores, dum præsupponunt non requiri petitionem in legitima, & eius supplemento, loquuntur ad effectum transmittendi ad hæredes, ad quos fit transmissio, quamuis sint extranei, etiam nulla præcedente petitione *Aym. cons. 312. ad fin. n. 5. Cephal. cons. 56. n. 21.*
15 *lib. 1. Menoch. cons. 77. n. 8.* † Vbi etiam de filio monacho, qui transmittit istud ius ad monasterium, quamuis ignorauerit *Boer. decis. 250. n. 4. Castr. cons. 34. ego paulus. ad fin. n. 4. lib. 1.*

Quod etiam est in hæreditate, quam hodie filius suus, & in potestate transmittit ad quoscunque
16 extraneos ex potentia suitatis, † quamuis non adiuerit, licet enim habeat ius abstinendi concessum a iure prætorio, quod est inductum principaliter in fauorem filij ad tollendam illam necessitatem, per quam tenebatur præcise succedere in hæreditate paterna, & ad tollendam suitatem in casu, in quo damnum illi afferret, Non tamen hoc procedit, vt eidem conferatur suitas, & virtus, quando tractatur de commodo ipsius filij, Vnde cum sit maxima vtilitas transmissionis, merito etiam illa habet locum in prædicta hæreditate, nulla habita consideratione, quod aliquando non sit fauor transmittere, si videlicet hæreditas esset damnosa, cum illa non transmittatur, vt adita, sed vt adeunda, Ita omnia prædicta declarat *Gomes. var. resolut. c. 9. tom. 1. n. 23. vers. secundo principaliter quæro. col. 28. vsque ad 31. post Bar. & alios in l. si filius qui patri. 12. de vulg. & pupill. & in l. ventre præterito. de acquir. hæred. Surd. decis.*
17 *140. n. 14. vsque ad* 18. † & de communi testatur *Ias. in l. filio pater. 89. col. 3. ad med. in 5. notab. n. 16. de legat. 1. Castr. cons. 34. ad fin. vers. transmittitur namque. lib.* 1. Vbi, quod magis
18 procedet in monasterio, † quod loco sui hæredis habetur *§. sed hoc præsenti. auth. de sanct. episcop.* late *Molin. de iust. & iur. to. 1. disp. 179. & 180. tract. 2. fol. mihi 690.* † Vbi quod aliud est, quando illam hæreditatem dum viueret re-
19 pudiauit † *l. apud hostes. C. de suis & legit. l. si fratris. C. de iur. deliber. Cost. in c. si pater. p. 1. in verb. habens. n. 18. de testam. in 6.*

Amplius etiam admittetur repudiatio hæredita-
20 tis, de qua agimus in præiudicium fisci, † si enim hoc conceditur contra creditores, multo magis aduersus fiscum, quasi causa creditorum sit potior, tanquam tractantium de damno vitando, cum fiscus quo ad pœnam agat de lucro
21 captando, † & creditor priuatus est potioris conditionis, quam fiscus pœnam exigens *l. 1. C. de pœnis fiscal. credit. præfer. lib.* 10. Vnde ante sententiam condemnatoriam conceditur repu-
22 diatio † *Rim. Iun. cons. 136. præsens casus. lib. 1. Peregr. de iur. fisc. tit. 1. lib. 5. n. 191. Dec. cons. 445. in casu ad me transmisso. n. 65. col. penult. in fin. vers. & vlterius considerandum. Franc. de-cis. 101. n. 5. ad fin. cum alijs per Sances. de ma-*
23 *trim. disput. 4. lib. 6. n. 8. ad med.* † Quidquid sit in crimine commisso per reum, cui interdicitur administratio bonorum, aut quando bona ipso iure publicantur, quo casu non poterit repudiare sibi delata etiam ante condemnationem, vt dixi *supra c. 132. n. 14.*

Immo quoque hoc idem habebit locum in foro conscientiæ, secundum quem licebit debitori
24 repudiare † ista iura sibi delata in præiudicium creditorum, ita vt in eis succedant filij, qui alias successuri erant, & possideant tuta conscientia, cum hæc non sit donatio, nec alienatio, vt posit a creditoribus reuocari, sed non acquisitio, & quamuis repudians contra iustitiam delinquat, Tamen successor in hæreditate non fuit particeps illius iniustitiæ, cum nihil consuluerit, neque aliquid capiat à repudiante, quasi solum tollatur obstaculum, quo sublato succedit ille, qui alias successurus erat *Couar. super 4. decretal. p. 2. c. 7. §. 1. n. 12. f. 209.* & latius declarat *Sances de matrim. disput. 4.*
25 *lib. 6. n. 9.* † Vbi tamen defendit verius esse quo ad repudiantem, mortaliter illum peccare quo ad iustitiam, quasi eadem lege teneatur adhibere media, vt soluat, qua tenetur soluere debita, & medium est necessarium in eo, qui non potest soluere, vt acceptet hæreditatem, quando est lucrosa, & expediens, cum etiam sit delictum contra charitatem, secundum quam quilibet tenetur obuiare damno proximi, si facile potest, maxime si eius causa damnum illud patiatur, prout etiam hanc sententiam defendit *Molin. de iust. & iur. tract. 2. tom. 2.*
26 *disput. 435. ad fin.* † Ita vt etiam causidici, & consulentes debitoribus, vt repudient, peccent, cum ex eorum consilio debitores efficiantur impotentes ad soluendum, licet bona fides excusaret non habentem rem, neque ex ea factum locupletiorem *Sances de matrim. lib. 6. disput. 4. n. 9. in fin.*

Quibus adde, quod neque ius adeundi transit ad creditores, quibus non competet saluianum
27 interdictum, † quod datur solum ad bona obligata per debitorem, & quæ constat debitorem possedisse *Menoch. de adipisc. rem. 3. n. 160. Surd. decis. 140. n. 4.* Vnde non sufficiet, quod debitor cuncta sua bona obligauerit, & quod omnia iura sibi competentia sint inclusa in dicta ge-
28 nerali obligatione, † Quia debet probari per creditorem, quod debitor possederit bona ad quæ agit, & quod adiuerit explicite hæreditatem, quia ius illud adeundi non fuit transmissum in creditorem, tanquam non esset in bonis debitoris, cum sit potius facultas, & potentia adeundi, quam merum ius, quod etiam est quid mere personale, quod creditor non potest exercere, nisi prius sit plene debitori quæsitum per aditionem, aut voluntatis declarationem, prout etiam neque fiscus apprehendit hæreditatem delatam condemnato, qui numquam
29 adiuit, nec illud ius adeundi exercet, † Vnde si

ius adeundi non transit in fiscum, qui est vniuersalis successor, & loco hæredis, multo minus transibit in creditorem, qui est successor singularis, Quasi debitor possit hæreditatem sibi delatam repudiare in præiudicium sui creditoris, & hoc modo non acquirere, quod generale est in quocunque iure, & in lucro delato à statuto, & in similibus nominibus debitorum, cum requiratur, quod plene sint debitori quæsita, ad hoc vt creditor possit illa exercere, tanquam suo debitori competentia, Quia alias non poterit agere ad bona pro eo iure, vel occasione
30 illius obligata, † & magis, quia hoc ius adeundi non venit in generali obligatione bonorum, Ita omnia prædicta late comprobat *Surd. decis. 140. n. 3. vsque ad n. 10.*

Quæ tamen sunt intelligenda, dummodo non pro-
31 betur tacita aditio, † non enim requiritur, quod quis explicite adiuerit hæreditatem, quasi sufficiat, quod bona penes se retinuerit, quia non alio iure potuisset penes se retinere *Natt. cons. 74. n. 10. Ruin. cons. 111. in fin. lib. 2.* Vnde
32 filius † censetur adijsse, quando diu bona possedit *l. qui in alieno. §. sed si non adierit. de acquir. hæred.* Et in hoc casu quemadmodum adeundo hæreditatem potuisset filius dotes maternas consequi in bonis paternis, Ita etiam hoc licebit eius creditori, cui obligauit omnia
33 sua bona, & iura, † cum in generali obligatione veniant etiam nomina debitorum *Bald. in l. 3. C. de hæredit. act. Surd. cons. 4. n. 30.*

Idem est in patre, qui emancipauit filium, & in præmium emancipationis remittit ei vsumfructum ex bonis aduentitijs sibi debitum, Non
34 enim † intelligitur hoc fecisse causa fraudandi creditores, Vnde non poterit reuocari *Rolan. de lucr. dot. q. 40. n. 12. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 38. n. 14. post Bero.*
35 *cons. 43. n. 6. lib. 1.* † Quando tamen ius quærendum esset connexum quæsito, non daretur renunciatio iuris quærendi *Corset. sing. 160. incip. de natura legit. n. 2. Rebuff. priuil. schol. 106.*
36 *n. 18. tom. 18. f. 53.* † Vbi multa similia quo ad connexa adducit.

Nec oberit, quod non videatur posse repudiari
37 per patrem, seu dominum vsusfructus, † cum illi acquiratur etiam ignoranti, & inuito ministerio serui, vel filijfamilias *§. item nobis. instit. per quas person. nob. acquir. Doct. in l. 1. C. qui admitt.* Quia hoc est verum quo ad com-
38 mutabilem, † seu reuocabilem acquisitionem, sed non acquiritur irreuocabiliter, seu incommutabiliter *Surd. cons. 116. n. 78. lib. 1. post Aret. in d. §. item nobis. inst. de action. Cagnol. in l. in initio. n. 13. ff. de reg. iur.*

E P I T O M E.

IVs accrescendi tam legale, quam conuentionale an habeat locum in emphyteusi, & illius renouatione. ¶ Et quid in concessione facta a Principe, seu Inferiore ab eo. ¶ Et post ius alteri quæsitum. ¶ Et stantibus verbis, quod pars præmorientium ad superstites superueniat. ¶ Vel vsque in tertiam generationem, & cuiuslibet ipsorum. ¶ Vel pro se, & hæredibus ex ipsis, seu eorum altero. ¶ Vel post mortem ipsorum, & cuiuslibet ipsorum. ¶ Vel post obitum aliorum, & nepotum. ¶ Vel pro se, filijs, & hæredibus, & in similibus dispositionibus. ¶ Emphyteuta vno renunciante, quando alius consequatur portionem illius. ¶ Laudemium an debeatur ab illis, qui sunt comprehensi in contractu. ¶ Et an pro eo competat tacita hypotheca, sicut pro tributis. ¶ Patronus an possit donare suum ius patronatus compatrono sine consensu Episcopi. ¶ Simplex relatiuum eorum an addat, vel tollat ius accrescendi, nisi adijciatur verbum, omnium. ¶ Dictiones distributiuæ quando vnicuique rem distribuant. ¶ Donatarius, cui fuit donatum post mortem, an possit petere cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. ¶ Et an requiratur mors amborum. ¶ Et an talis donatio post mortem comprehendat bona futura.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca tacita an competat pro laudemio. n. 2. 3. 5. & 8.*
4 *Actio personalis non sequitur rem.*
6 *Dominus directus non tenetur inuestire secundum emptorem, nisi soluto laudemio sibi debito per antecessores.*
7 *Possessor potest conueniri pro tributis præteritis.*
9 *Hypotheca est onus reale transiens cum ipsa re in quemcumque possessorem.*
10 *Laudemium non debetur ab illis, qui sunt comprehensi in contractu.*
11 *Emphyteuta vno renunciante, alius quando consequatur eius partem, & habeat locum ius accrescendi.*
12 *Patronus potest donare suum iuspatronatus compatrono sine consensu Episcopi.*
13 *Emphyteusis recepta per patrem pro se, filijs, & hæredibus dicitur paterna, & frater alteri succedit, neque portio reuertitur ad Ecclesiam, & in ea habet locum ius accrescendi.*
14 *Emphyteusis concessa duobus, itaut post mortem eorum filiorum, & nepotum reuertatur ad ecclesiam, non est ad eam deuoluta, donec aliquis illorum existit. n. 15. & 22. Intellige vt n. 23.*
16 *Ius accrescendi tam legale, quam conuentionale, quando habeat locum in emphyteusi. & n. 21.*
17 *Ius accrescendi an admittatur post ius alteri quæsitum.*
18 *Pluralitas resoluitur in singularitatem etiam in contractibus.*
19 *In concessione facta à Principe, & Inferiore ab eo datur ius accrescendi. n. 20.*
24 *In emphyteusi concepta post mortem eorum an sufficiat mors alterius pro portione sua.*
25 *Simplex relatiuum eorum non addit, neque tollit*

sit ius accrescendi nisi adijciatur verbum omnium. Contrarium est verius. n.26.

27 *Ius accrescendi habet locum in emphytheusi pro se, & haeredibus ex ipsis, seu eorum altero. Vel post vitam amborum. n.28. Vel post mortem ipsorum & cuiuslibet ipsorum. n.29.*

30 *Dictiones distributiuae cuiuslibet & similes rem vnicuique distribuunt. Intellige vt n.34.*

31 *Portio deficiens in emphytheusi ad alterum superstitem pertinet, si ex verisimili mente contrahentium hoc tacite colligatur.*

32 *Verba emphytheusis vsque in tertiam generationem & cuiuslibet ipsorum an inducant ius accrescendi inter ipsos fratres. & n.33.*

35 *In donatione viri & vxoris post mortem requiritur obitus amborum.*

36 *Donatarius, cui fuit donatum post mortem, non potest petere cautionem de vtendo arbitrio boni viri.*

37 *In reuocatione emphytheusis habet locum ius accrescendi, sicut in prima inuestitura. Declara vt n.38.*

39 *In emphytheusi quod pars praemorientium ad superstites superueniat admittitur ius accrescendi.*

40 *Donatio bonorum post mortem non comprehendit bona futura. & n.41. Intellige vt n.42.*

CAPVT CCLXXII.

PRo Laudemio an competat tacita hypotheca, omissa disputatione, *Surd. decis. 31.* 1 concludit † negatiue non competere, cum res non sit obligata pro laudemio, quod etiam voluit *Marin. Frecc. de feud. lib. 2. tit. de auctor. baron. auth. 3. n. 4. f. 235. Petrus Iacob. in tit. de act. in re pro re emphyt.* quem refert *Tiraq. de retr. lignag. §. 29. glos. 2. n. 8.* vbi quod actio 2 quae † competit domino feudali, aut emphyteotico ad laudemia est personalis, nec sequitur fundum, aut tertium possessorem, vt etiam concludit *Guid. Pap. cons. 46. in facto praesupponitur. col. vlt. vers. & videtur quod nullo. et cons. 126. de anno domini. in 3. dubio. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 72. ante fi. vers. limitatur quinto. C. de bon. mater. fol. 192.* 3 † Vbi quod non datur hypotheca, nisi in oneribus realibus publicis ex lege, vel indictione superioris, secus in oneribus ex conuentione, vt in pensione soluenda ab emphytheuta, qui rem alienauerit, non enim datur domino ius agendi ad pensionem, nisi conueniat cum eo, cum quo fit alienatio, vel trans- 4 latio, † quia est actio personalis conuentionalis quae non sequitur rem iuxta reg. *l. fin. §. vlt. ff. de contrah. empt.* & notat *Castr. in l. in venditione. 42. n. 2. ff. de act. empt.* cum alijs de quibus per *Neguf. de pignor. p. 2. memb. 4. n. 127. vers. sed dubitatur.*

Contrarium quod detur hypotheca tenet *Vinc.* 5 *de Franc. decis. 430. n. 1.* † vbi testatur de communi, & quod ita solus iudicauit, Idem voluit *Amod. de Pont. de laudem. q. 45. Franc. Salson. eod. tit. col. 1. n. 9. & 12. Menoch. cons. 444. n. 21. et cons. 297. n. 1. & 34. Io. Pap. arrest. 4. lib. 11. Cassan. in cōsuetud. Burg. rubr. 11. tit. des. censes. §. 1. in princ. n. 9. vers. quia istud ius cōcomitatur rem. col. 2. post med. f. 1369.* Et ita seruari testatur *Tiraq. de retr. lignag. §. 29. glos. 2. n. 8. in fin. vers. quamquam scio hic aliter.* quod etiam sequitur *Mar. Mut. super consuetud. panormit. c. 26. n. 194.* vbi etiam allegat *Maurum Burgium. de laudem. p. 1. inspect. 9. per tot. Costa de portion. rata. q. 112. n. 9. & de subsidiar. remed. 52. n. 11. Garf. Mastrill. decis. 171. in fin. n. 15. p. 2.*

6 Vbi † quod ita fuit iudicatum, concludens quod si priores emptores, qui non soluerunt laudemium, non fuerunt inuestiti de emphyteusi tunc dominus directus non tenetur secundum emptorem inuestire, nisi soluto laudemio suorum praedecessorum actione hypothecaria, 7 iuxta *d. decis. Franc. 430. n. 1. & 2.* † Prout dicitur de tributis praeteritis, pro quibus potest possessor conueniri *l. praedijs. §. fin. de iur. fisc. l. vlt. C. de censib. lib. 11. Francisc. de Alfar. de iur. fisc. glos. 16. n. 87. & 88.* quē refert & sequitur *Ma-* 8 *strill. d. decis. 171. in fin. p. 2.* † Quamuis *ibidem. n. 7.* loquatur in casu, in quo ageretur vigore instrumenti publici continentis hypothecam bonorum facti a primo emphyteota, qui illa hypothecauerat pro canone, in qua hypotheca erat inclusum etiam dictum praedium emphyteoticum *Bart. in l. qui fundus. ff. locat.* Vn- 9 de † cum hypotheca sit onus reale transit cum ipsa re in quemcunque possessorem *Glos. in clem. 1. de censib. Afflict. decis. 95.*

Quidquid tamen sit de praedictis, in casu de quo agimus non est quaerendum de aliqua hypotheca, cum verius sit non deberi laudemium, 10 Etenim † sumus in illis, qui sunt comprehensi in contractu, ita vt ex vi illius, alio renunciante, alter consequatur eius partem, & sic est locus iuri accrescendi, quo casu respectu partis alter emphytheota non est omnino extraneus, 11 prout esset † quando istud ius accrescendi non daretur inter eos, Vnde videtur potius esse quaedam renunciatio, quam translatio, ita vt non possit dici nouus emphytheota, ideo etiam qualibet alienatio inter eos permittitur neque est necessaria susceptio, & approbatio domini, cum a principio quilibet insolidum fuerit admissus, & approbatus, & per consequens non debebitur laudemium *Rip. in l. qui romae. §. duo fratres. n. 87. ad fin. col. 19. in princ. vers. iuxta praemissa dubitatur. ff. de verb. oblig.* vbi allegat *Io. de Anan. cons. 90. quia dubium. n. 2.* & sequitur *Gabr. cons. 84. n. 6. vers. primus est lib. 1. Alex. in l. si domus. 74. §. fin. col. vlt. post princ. vers. concludo quod aut nos loquimur. n. 7. ff. de legat. 1. per tex. in c. 1. de alienat. feud. pater. Felin. in c. qua in ecclesiarū. 7. col. 40. in fi. vers. octaua declaratio. n. 89. de constitut.* 12 † Vbi etiam dat exemplum de Patrono, qui potest donare suum ius patronatus alteri compatrono sine consensu Episcopi, qui alias requireretur *c. ex insinuatione de iur. patronat. Glos. in clem. 2. in verb. libere. eod. tit. & in c. nemini. 16. q. 7.*

Neque est dubitandum in hoc casu esse locum iuri accrescendi, † cum simus in emphytheusi recepta per patrē pro se, filijs, & hæredibus, quæ dicitur paterna, & frater alteri succedit, neque portio reuertitur ad ecclesiam, cum concessio sit in persona patris inter viuos, filij verò demum capiunt patre moriente, & sic in eorum persona est mortis causa capio, in qua est locus iuri accrescēdi *l.thais.§.fitibus seruus. de fideicommiss.libertat.* prout late declarat *Bart.in l.si mihi & titio. 110. col.2 in princ. vers.quaero si emphytheusis est concessa. n. 5. ff. de verb.oblig. Alex.in l.si domus.74.§.fin.col.vlt.ad fin. vers. concludo.n.7.ff.de legat.1, & cons. 136. viso & examinato processu.col.2. in prin.vers. secundo ad probandum.lib.1.* (13)

Ex prædicta ratione iuris accrescendi aliàs Dixi non fuisse locum deuolutioni, † nisi post mortem omnium in emphytheusi, de qua agebatur, quia erat concessa duobus, ita vt post mortem eorum filiorum, & nepotum reuertatur ad ecclesiam, quæ verba operantur, vt donec aliquis eorum existat, non sit admittenda ecclesia secundum opinionem *Specul. de emphyt. q. 69.n.89.* quam comprobat *Roman.cons.19.in casu quæstionis. n.1.& 2.* & de communi, & magis vera sententia testatur *ibi Mandos.in verb. ità decidit.* Quidquid contrarium senserint *Alex.cons. 20. cōsideratis verbis. lib. 2. & Clar. in §. emphytheusis.q.39.in fin.* † Quia contra eos est verior opinio, vt latè declarat *Hondeā.cons.54. n. 26.lib. 1. Gabr. cons.66.n.12.lib.2.* sequitur *Rot. coram Card.Seraphino Anconitan.retractus.23 Ianuary.1572.& coram Card. Mantic.Bononien.bonorum.17.May 1596.Ruin.cons.154.n. 9.lib.1.Ias.& alij in l.si mihi & titio.ff de verb. oblig.Bursat.cons.181.n.7.lib.1.* (14, 15)

Nec facit, quod in emphytheusi non habeat locum ius accrescēdi † *Bald.in auth.si quas ruinas.C. de sacros.eccles.& in l.vnic.n.27.q.11.C.quand. non petent.part.* Quasi post ius, & emolumentum alteri quæsitum hoc non admittatur † *l.1.§. interdum.de vsufruct.accresc.Ancbar.cons.245.n. 2.* Ita vt etiam hoc casu pluralitas soleat resolui in singularitatē, etiam in contractibus *Castr. in l.* † *Lucius.§ caio.de vulg.& pupill.Imol.in l. vlt.§.filia.de legat.2.* Quidquid aliud sit in concessione facta à supremo Principe, in qua ius accrescendi locum habet † *l.1. C.si liberal. imper.socius.lib.10.Grat.cons.4.n.14.lib.1.Aldobr. cons.1,n. 285. Card.Mantic.de tacit.& ambig. conuent.lib.22.tit.34 n.11.* † Vbi etiam extēdit ad inferiorem à Principe, cuius contractus similiter debet censeri bonæ fidei *Dec.cons.4. col. 2. vers.& præsertim.Purpur.cons.18,n.48.* (16, 17, 18, 19, 20)

Quia illud procedit in iure accrescendi legali, nō autem conuentionali, † cum ex vi pacti etiam in contractibus post emolumentum quoque quæsitum sit illi locus, prout est in casu nostro, in quo saltem tacitè videtur initum pactū ex partium mente, & conuentione, vt requiratur omnium obitus, antequam ad Ecclesiam reuertatur emphytheusis † *Alex.cons.17.cōsideratis his,* (21, 22) *qua in themate.n.9.vers.nec etiā obstat id quod notat.lib.2.Roman.cons.19.in fin.Bursat.cōs.181. n.7.vers.nisi expresse.lib.1.Thob.cons.6.n.6. Aemilianus.cons.32.Gabr.cons.88.n.8.lib.1.et cons. 66.n.13.lib.2.Decian.cons.73.n.28.lib.1. Corn. Curt. Sen. & alij per Card. Mantic. de tacit. & ambig.cōuent.lib.22.tit.34.n.30.& n.34.ad fin. vers.sed & si tale pactum.* † Vbi etiā quod aliud erit è conuerso, quando diceretur, vt post mortem vnius, vel pars præmorientis reuertatur ad dominum; tunc enim ius accrescendi excluditur, sicut è contrario illud habet locum, quando dictum est, vt post mortem omnium reuertatur ad dominum *Alciat.cons.16.n.3.lib.1.* (23)

Nec obstat, quod quando dictum est post mortem eorum sufficiat mors alterius pro portione sua *l.fin.* † *§.filiā.de legat.2.l.lucius §.caio.ff.ad trebell. cum alijs per Euerad. in loco à vi numeri. 97.col.7.in fi.vers.quinto istud facit.n.9.ad med* Et † sic simplex relatiuum eorum nō addit, neque tollit ius accrescendi; Quidquid aliud sit quando adijceretur verbū omnium, vt declarat *Addit.ad Alex.cons.204.in verb.omnibus.lib.2* (24, 25)

Quia verius est, quod debeat expectari mors omnium, quamuis simpliciter dictum fuerit post mortem eorum † absque eo quod adsint verba illa omnium, prout ita loquitur *Specul.de locat. §.nūc aliqua.q.69.n.89.* licèt male allegetur ab alijs, dum volunt illum loqui post mortem omnium, vt aduertit *Ias.in l.si mihi et titio.col.4.ad fin.n.11.ad med.vers.similiter in praecedenti est dictio.ff.de verb. oblig. cum alijs per Gabr. cons. 66.n.18.lib.2.& cons.88.n. 6. lib.1. Ruin. cons. 154. circa id de quo quaeritur. n.10. lib.1.Curt. Iun.de feud.p.2.ad fin.n.75. vers. tertio limitat regulam dictam.* (26)

Quod etiam erit in verbis æquipollentibus, de quibus per *Abb.cons. 103.lib.2.* † Vnde si dictū sit pro se, & hæredibus ex ipsis, seu eorum altero, tunc erit locus iuri accrescendi *Bald. cons. 119.lib.1.* alias est *cons.251.considerandū est lib. 2. Addit.ad Alex.d.cons.204. in verb.omnibus. in fin.lib.2. Alciat.in d.l.si mihi et titio.n. 25.ff. de verb.oblig.* † Prout etiā si diceretur post vitā amborum possessio pleno iure debeat redire ad ecclesiam, tunc enim actum est, quod altero viuente nihil possit peti ab Ecclesia, & consequenter, quod inter eos habeat locum ius accrescendi, quasi dictio amborum hoc videatur significare *l.penul.vers.vtrumque. de impub. & alijs subsstit.Ias.in d.l.si mihi & titio.n.11.vers.similiter si in emphytheusi concessa.ff. de verb. oblig.* (27, 28)

Magis esset si diceretur post mortem ipsorum, & cuiuslibet ipsorum, quia per ista verba fit, † vt vno decedente res alteri accrescat, nec sit locus dispositioni, nisi post mortem amborum *Alex. cons.30.quoniam.col.4.in princ.vers.tertio considero.n. 8.lib.1. Menoch.cons.464.n.2.vers.tertio vrget.lib.1.* Quod approbauit *Rot. coram R.P.D.Penia.Romana.de Capisuchis.13. Decembris.1600.* † Istæ enim dictiones distributiuæ, rem ipsam vnicuique ipsorum distribuūt *l. hoc articulo.ff.de hæred.instit.* quasi videatur insolidum (29, 30)

dum concessa emphyteusis ex verisimili contrahentium voluntate, quamuis verba deficiant, 31 & sic semper intelligetur actum, † vt altero deficiente portio deficiens pertineat ad alterum superstitem *Socin. conſ. 50. n. 2. lib. 1. Bald. in c. 1. §. filia. in fin. de ſucceſſ. feud. Alex. in l. ſi mihi & titio. n. 18. ff. de verb. oblig.* Quidquid aliud sit, quando in concessione emphyteusis fratres 32 per copulam sunt coniuncti, † quia tunc illa verba, vsque in tertiam generationem, & cuiuslibet eorum, non possunt ad ipsos fratres referri, sed ad generationem, à qua istud nomen cuiuslibet regitur, & ideo in hoc casu non habebit locum ius accrescendi inter ipsos fratres, nam quod nō venit ex natura dispositionis, non potest tacitè intelligi, sed casus omissus remanet in dispositione iuris communis, prout in specie concludit *Anchar. conſ. 245. n. 4. Aldobr. conſ. 1. n. 284. cum ſeq. Alex. conſ. 13. perſpectis bis quæ in themate. col. vlt. poſt med. verſ. tamen hoc non obſtante. n. 14. lib. 5. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 34. n. 29.* 33 † Quasi tunc dicta verba sint apposita respectu descendentium, quo casu non porrigunt vires ad principales nominatos, & inuestitos, vnde non inducent ius accrescendi inter ipsos. Quia tunc illa dictio cuiuslibet non stat in vim distributi- 34 ui, † sed collectiui vniuersalis, & quando distributiua illa eos nō respicit, nihil operatur, prout late declarat *Aldobr. d. conſ. 1. n. 296. poſt Rip. in l. re coniuncti. col. 36. in quinta declaratione. in fin. verſ. & ideo infertur quod ſic inueſtitura. n. 165. de legat. 1.*

Idem est in similibus dispositionibus, prout quan- 35 do vir, † & vxor donant post mortem, requiritur enim mors amborum; Ita vt donatio non sortiatur effectum, saltem quo ad exactionem, aut executionē, nisi secuta morte *Oldrad. conſ. 139. ad habendum. n. 1. Menoch. conſ. 358. n. 24. lib. 4.* dixi supra. Adeo vt donatarius, cui fuit 36 donatum post mortem, † non possit petere cautionem de vtendo arbitrio boni viri, cum enim donans conueniatur ex sui liberalitate, ad illam non tenetur *Socin. in l. omnes. de except. Dec. conſ. 264. in inſtrumento. col. vlt. in princ. & in l. diuus. n. 2. de reg. iur. Gozad. conſ. 95. n. 10. Corn. conſ. 267. col. 5. lib. 4. Io. Fab. in §. ſunt præterea. verſ. ſed & ſi quis. inſtit. de action.*

Amplius etiam prædicta procedent, quamuis esset facta renouatio emphyteusis inter descenden- 37 tes, † per illam enim non excluditur ius accrescendi, si ex antiqua inuestitura possit competere, vt in casu nostro competebat; Vnde si emphyteusis paterna rursus sit concessa duobus fratribus, verba contractus erunt intelligenda secundum formam primæ inuestituræ, & ideo quilibet sibi, & filijs intelligitur stipulari emphyteusim, cum omnia censeantur repetita in hac noua concessione, quæ continebantur in prima inuestitura *Bart. in l. ſi mihi & titio. n. 7. de verb. oblig. Alex. conſ. 30. n. 6. lib. 1. Roman. conſ. 315. n. 1. Decian. conſ. 73. n. 35. in fin. lib. 2.* Et ita seruat *Rot. coram R. P. D. Bubalo. Ariminen. bonorum. 27. Octobris. 1586. verſ. vltimo* 38 *etiam. Caſtr. conſ. 191. n. 4. lib. 2.* † Intelligendo dummodo in renouatione non sit adiecta aliqua noua qualitas, tunc enim censeretur etiam esse noua concessio *Ferret. conſ. 103. n. 5.* prout *dictam Rot. deciſ.* declarat *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 34. n. 37.*

Prout idem erit, si dictum sit, quod pars præmo- 39 rientium ad superstites superueniat; † nam debet intelligi, vt etiam habeat locum ius accrescendi inter descendentes à primis inuestitis, ita vt portio huius lineę extinctæ accrescat descendentibus alterius *Rot. coram R. P. D. Bubalo. d. Ariminen. bonorum. 27. Octobris. 1586. verſ. non obſtat ſi diceretur.* quam sequitur *Card. Mantic. d. lib. 22. tit. 34. n. 31.*

Quæ autem dicta sunt de donatione bonorum post mortem collata, an comprehendat bona futura, 40 verior † est opinio negatiua, vt ad futura non extendatur, cum debeat solum intelligi de bonis præsentibus; ita vt post mortem sortiatur effectum suum, neque enim illa verba post mortem accipiuntur secundum tempus verbi, sed solum respiciunt executionem ipsius donationis, ideo eius substantia, & natura non est mutanda *Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. n. 56. de verb. oblig. Cyn. in l. vlt. n. 6. & ibi Bart. n. 1. Purpur. n. 231. C. de pact. Aym. conſ. 139.* 41 & † de veriori, & magis communi testatur *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 30. n. 6.* Intelligendo tamen, vt habeat locū dicta opinio, quādo actum est, vt donatio sit inter viuos, 42 vel † quod nō possit reuocari, alioquin intelligeretur donatio causa mortis *Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. n. 14. ad fin. ff. de verb. oblig.*

EPITOME.

IN dubio an intelligatur potius depositum, quàm mutuum. ¶ Et quæ actio competat contra mercatorem exigentem pecunias alicuius, & illas in suo banco deponentem. ¶ Depositi priuilegium an cesset, si mihi dederis pecuniam, eamq. apud te deposuerim. ¶ Et an tali casu detur retentio & compensatio. ¶ Obligatio vnius correspectiua ad obligationem alterius quando corruat prima deficiente. ¶ Pecunia deposita ad emptionem prædiorum an habeat priuilegium depositi. ¶ Cessio accessoria ad contractum nominatum an requirat solemnitates, quæ debēt interuenire in actu principali. ¶ Et quando dicatur cessio accessoriè facta. ¶ Procurator non restituens instrumenta sibi tradita, qua actione teneatur. ¶ Contractus secundus accedens primo an sit nouus, vel informatio ipsius prioris. ¶ Gabella debita ex omnibus contractibus, excepto deposito, an sit soluenda, si quis deposuerit cum pacto, vt pro eo aliquid facias. ¶ Societas an dicatur diuersa à prima facta per filium in potestate, si in ea perseueret post emancipationem. ¶ Et quid in societate arrogati, vel serui. ¶ Mandatum an dicatur, vel depositum si committa-

tur seruari rem ab alio eius nomine receptam. ¶ Contractus an assumat nomen a donatione in eo admixta. ¶ Et quando insinuatio requiratur in donationibus factis in contractibus venditionum, aut similium. ¶ Episcopus an possit habilitare spurium ad canonicatum, quamuis in eo possit esse præbenda habens annexam ecclesiam parochialem, cuius est incapax. ¶ Dignitas, quæ habet parochialem annexam accessorie an requirat examen concursus. ¶ Permutatio an dicatur, vel venditio, si pro fundo empto detur alter fundus, & pecunia. ¶ Statutum, quod non petens suum creditum non audiatur post certum tempus, an habeat locum in credito calculato. ¶ Donatio an egeat insinuatione, si testator legat cum promissione non reuocandi, & casu quo reuocaret ex nunc donat inter viuos. ¶ In eodem testamento an possit disponi, quod non reuocetur legatum. ¶ Donatio causa mortis quando sit similis legato, & vltimæ dispositioni, & reuocetur per pœnitentiam. ¶ Depositum ob causam mutui, quo casu reguletur secundum naturam mutui, & intellectus *l. fin. C. deposit.* cum alijs, quando initium contractus sit spectandum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum in dubio intelligitur, si non apparet ex qua causa fuerit tradita pecunia, etiam si fuisset numerata. n. 2. Et quid in paupere. n. 3. Et stantibus coniecturis. n. 4.*

5 *Mandati actio competit non depositi, si fuit data res Titio, vt perferatur ad Seium, qui si non recipiat idem Titius custodiat, cum Titius non receperit. & n. 6.*

7 *Actus mandati datur contra Mercatorem, qui exegit pecunias alicuius, easq; in banco deposuit. Et quid si alius pro Mercatore deposuisset. n. 8.*

9 *Gestum debet tribui causæ præcedenti.*

10 *Inter depositarium, & deponentem debet esse differentia.*

11 *Depositi priuilegium cessat, si mihi mutuo dederis pecuniam, eamque apud te deposuerim. & datur retentio, & compensatio. n. 13. & 26.*

12 *Priuilegium depositi non datur in pecunia deposita ad redemptionem prædiorum.*

14 *Compensatio non admittitur in deposito.*

15 *Obligatio vnius correspectiua ad promissionem alterius quando corruat prima deficiente. n. 17. & 18.*

16 *In correspectiuis, quod inest vni censetur inesse alteri.*

19 *Executio obligationis cameralis retardatur per non adimplementum, & datur inhibitio. n. 20.*

21 *Cessante causa, pro qua quis se obligauit, debet cessare eius obligatio.*

22 *Promissio soluendi correspectiua ad appaltum gabellæ, intelligitur quatenus appaltus duret.*

23 *Donatio correspectiua ad matrimonium cessat illo non secuto.*

24 *Remissio crediti correspectiua ad promissionem indemnitatis non sustinetur, si promissio corruit.*

25 *Retentio est magis priuilegiata, quam compensatio*

27 *Depositum factum ob gratiam mutui regulatur secundum naturam mutui.*

28 *Intellectus l. fin. C. depos.*

29 *Cessio accessoria ad contractum nominatum non requirit solemnitates, quæ secundum statutum debent interuenire in actu principali.*

30 *Cessio quando dicatur accessorie facta.*

31 *Mandatum dicitur, non depositum, si committatur seruari rem ab alio eius nomine receptam.*

32 *Initium contractus est considerandum.*

33 *Procurator non restituens instrumenta sibi tradita, tenetur actione mandati, non depositi.*

34 *Contractus secundus accedens primo quando dicatur nouus, vel informatio illius prioris.*

35 *Gabella debita ex omnibus contractibus, excepto deposito, non erit soluenda, si quis deposuerit cum pacto, vt pro eo vadat ad Vrbem, Et qua actione sit agendum.*

36 *Societas non dicitur diuersa à prima facta per filiumfamilias in potestate, si in ea perseuerauit post emancipationem. Et quid in societate arrogati, vel serui. n. 37.*

38 *Contractus assumit nomen ab actu principali, non à donatione in eo admixta.*

39 *Insinuatio an requiratur in donationibus factis in contractibus venditionum, aut similium. & n. 40.*

41 *Mixtum quando comprehendatur sub simplici.*

42 *Donatio non eget insinuatione, si testator legat cum promissione non reuocandi, & casu quo reuocaret, ex nunc donat inter viuos.*

43 *Testator an possit disponere in eodem testamento, quod non reuocetur legatum. & n. 44.*

45 *Donatio causa mortis est similis legato, & vltima dispositioni. & reuocatur per pœnitentiam. Declara vt n. 46.*

47 *Episcopus potest habilitare spurium ad canonicatum, quamuis in eo possit esse præbenda habens annexam ecclesiam parochialem, cuius est incapax.*

48 *Dignitas, quæ habet parochialem annexam accessorie, non requirit examen concursus.*

49 *Propositum principale contrahentium est semper inspiciendum.*

50 *Permutatio an dicatur, vel venditio, si pro fundo empto detur alter fundus, & pecunia.*

51 *Statutum, quod non petens creditum suum non audiatur post certum tempus an habeat locum in credito calculato. & n. 53.*

52 *Statutum mandans salarium præscribi per aliquod temporis spatium, intelligitur de salario principali, non de calculato.*

CAPVT CCLXXIII.

IN dubio potius intelligitur depositum, cum non apparet ex qua causa fuerit alicui tradita pecunia, † & non constat an fuerit data numerata, vel in sacculo *Cyn. in l. incendium. in fin. C. si cert. petat. Alex. cons. 28. carissime domine.*

mine.ad med. vers. tertio respondeo. n.4.lib.7. & ita seruat Rot.coram R.P.D. Rubeo Romana census 21.februar.1570.quæ est in impressis diuers.decis.375.n.14.p. 1.& coram R. P. D. Gypsio Roman.depositi.13.iunij.1584.de quibus Card. Mant. de tacit. & ambig.conuent.lib.10. tit.3.n.21. 2 †Quæ etiam procedunt, quando fuisset pecunia numerata, quia præsumeretur quoque depositum Alciat. in l. cum quid.ff.si cert.petat. Add. ad Alex. d. cons.28. in verb. depositum.lib.7. cum alijs, quos adduxi sup.c.174.n.7.

3 Quidquid † aliter dicendum sit in indigente Purpur.in d.l.cum quid.n.136. Vel quando non adessent coniecturæ, quod pecunia fuerit data 4 ob causam depositi, † cum etiam in huiusmodi casibus præsumptiones multum operentur Alex.cons.184. viso processu.col.2.in princ.vers. pratera quando sumus.n.5.lib.7.

Prædicta tamen recipiunt plures declarationes, quas ponunt Doctor.in l.cum quid.ff.si cert.pet. & in l.incendium. C.eod.tit. Verum quo ad casum nostrum notandum est potius præsumendum esse mandatum, non autem depositum, 5 Etenim † fuit data res Titio, vt perferatur ad Seium, qui si non recipiat, idem Titius custodiat, cum socius non receperit, mandatum potius intelligitur, quasi initium contractus sit inspiciendum l.1.§.si te rogauero.vbi Glos.in verb. 6 custodia. in fin. ff. depos. per quem tex. † dari actionem mandati, non depositi contra Argentarium decisum fuit per Rot. coram Card. Seraphin. Romana pecuniaria.20. octobris. & 12. nouembris.1595. quam sequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.30 tit.3.n.8.

Idem erit, quando mercator exegisset pecunias alicuius, illasque deposuisset in banco, tunc 7 enim datur actio mandati, non depositi † cum contractus mandati sit principalis, custodia autem veniat in consequentiam, & tanquam accessorium, quasi semper censeatur aliquid actum ex causa potentiori, & magis principali Bald.in l.non vere.in fin.ff.ex quib.caus.maior. in integr. Et est tex. in l.1. §.quod si rem. ff.de-8 pos. & dixi supr. c.174.n.9. & 11. † vbi etiam ampliaui, quamuis alius pro mercatore deposuisset, dummodo quando fuit constitutus procurator, eius persona fuisset contemplata tanquam mercatoris Aym. cons.284. n.4. ad med. videlicet quando fuerunt exactæ pecuniæ per 9 officiales banchi, † quasi tunc gestum semper debeat tribui causæ præcedenti l. quadam mulier. 76. de rei vendicat. Præsertim quia debet esse differentia inter depositarium, & deponen-10 tem, † Vnde in d. casu nulla potest competere actio depositi d. l.1. §. quod si rem. ff. deposit. Quod etiam in specie Mercatoris resoluit Rot. coram Card. Seraphin. Romana pecuniaria 13. nouembris 1595.

Prout etiam si mutuam mihi dederis pecuniam, eamq. apud te deposuerim, cessat priuilegium 11 depositi, † quasi hoc depositum debeat sequi naturam mutui, ex quo descendit l.si eum.§.fin. & l.qui iniuria.ff.si quis caution. & in specie ita concludit Bald. cons.315. alias 317. ad euidentiam pramittendum est quod si mutuas.ante fin.vers.accedit alia ratio.lib.3.& cons.384.duo sunt videnda.in fin.vers.solutio.lib.1. & sequitur Card. Mant. de tacit. & ambig.conuent.lib. 12 10.tit.10.n.17. † vbi etiam n.16. quod idem esset quando pecunia deposita fuisset ad redemptionem prædiorum, tunc enim cessabit priuilegium depositi, quasi tunc debitum ex causa dicti depositi sit in aliud versum, & ex tacito pacto agi debet actione præscriptis verbis l. si oleum.ff.de dol. Quæ actio in locum actionis depositi non succedit Bald. d. cons. 317. ante fin. vers.considerandum est.lib.3.

Quibus adde Rot.coram R.P.D.Coccino Parmen. datij 27.iunij 1612.vbi in specie sequitur Bald. 13 d.cons.317. lib.3. † dum concludit illud depositum pendere à mutuo ratione correspectiuitatis, & connexitatis contractuum, Ideo admittetur in illo casu compensatio, Quidquid alias in deposito talis exceptio non esset admitten-14 da † §. in bona fidei. vers. excepta sola depositi actione. instit.de action. l. si quis vel pecunias. C.deposit.l.fin.C.de compensat.

Et ob eandem rationem ibidem Rot. concludit, 15 quod corruit obligatio Marchionis, † de qua in casu d. decisionis de accollando ratam montis ad fauorem Montistarum pro pretio Datij empti, cum fuerit correspectiua ad promissionem factam per Cardinalem Marchioni, quod Datium erat liberum ab omni fideicommisso purificato, & purificando, Et quia promissio eiusdem Cardinalis non valuit ob detectum fideicommissum, Neque debet valere obligatio Marchionis ad fauorem Montistarum ex defe-16 ctu non adimplementi Cardinalis, † Nam in correspectiuis, quod inest vni, censetur etiam alteri inesse, itaut dicatur esse vnicus actus, quamuis sint plures diuersæ naturæ, cum vnus dependeat ab altero iuxta d.cons. Bald.317.lib. 3. Et quamuis non implementum Cardinalis 17 non possit nocere Montistis, † Tamen secus est in casu quo obligatio Marchionis dependet ab obligatione Cardinalis, Adeo vt de istis obligationibus sit iudicandum, non secus ac si esset tantum vna Signor. cons.1.n.5. & cons.2. n.13. 18 Vnde † sublata vna obligatione, necesse est aliam tolli, & vna correcta aliam quoq; corrigi etiam respectu tertij, cui fuit promissum Aym. cons. 461. n.30. in fin. Et cum appareat de liquida 19 exceptione non adimplementi, † quæ obstat Montistis, consequens est, vt retardetur etiam executio cameralis obligationis ad fauorem Montistarum Corn. cons.297. & 291. n.7. & 8. lib.3. Galles. de obligat. camer. q.1.n.1. & 7. Et ideo fuit conclusum absoluendum esse Marchio-20 nem, & Montistis inhibendum, † ne vigore d. obligationis amplius illum molestent Mandos.de inhibit.q.49.n.5.Rot.in d.caus. Parmen. datij coram R. P. D. Coccino. 27. iunij. 1612. Vbi etiam consideratur ratio, quod cessat causa, pro qua se Marchio obligauit, cum venditio fuerit resoluta, ex quo Datium est suppositum fidei-

fideicommisso contra promissionem vendentis
21 & † propterea debet cessare eius obligatio tanquam sine causa remaneat inefficax, & inualida *Bald. in l. si pupillus. la 2. de acquir. haredit. Ancbar. conf. 330. n. 11. Rot. coram R.P.D. Coccino Camerinen. dotis. 28. maij. 1601. & per Card. Millinum. Camerinen. pecuniaria. 3. aprilis.*
22 1598. † Vbi de promissione soluendi correspectiua ad appaltum gabellæ, quæ intelligitur quatenus appaltus obseruetur, & duret.

Et facit quod dicitur de donatione facta tertio, quæ colligebatur correspectiua ad matrimo-
23 nium contrahendum, † ex quo enim erat facta incontinenti non sustinebatur, quia matrimonium non fuerat secutum *Aym. conf. 461. n. 39.*
24 *lib. 3.* † Vbi etiam *n. 63.* addit simile de remissione crediti, quæ censebatur correspectiua ad promissionem indemnitatis factam à tertio, quę non sustinetur, quia d. promissio corruebat *Rot. coram R.P.D. Ludouisio Roman. censuum scutorum 18. millium. 2. iunij. 1606. & coram R.P.D. Coccino in d. Parmen. datij.*

Et si in prædicto deposito descendente ex mutuo admittitur compensatio *ex supra allegatis*.
25 Multo † fortius dabitur retentio tanquam magis priuilegiata, & fauorabilis *Aym. conf. 148. n. 2. post Castr. conf. 93. in causa qua vertitur. col. penult. in princ. lib. 2.* cum alijs, de quibus *infra. c. 356. vers. ex istis videbatur.* Vnde si mutuo tibi pecuniam, quam postea apud me deponis, si repetis depositum, potero retinere, quasi tunc illud depositum descendat ex mu-
26 tuo, † quod tanquam principale debet attendi, & capere eius naturam, & sic causa originalis istius debiti fuit ex causa mutui, non depositi, Vnde illa causa præualebit, non alia accidentalis *Socin.* late *conf. 143. dici profecto. col. 6. in princ. vers. & quod hoc sit verum. n. 14. lib. 1. post Bald. conf. 384. duo sunt videnda. in fin. vers. solutio. lib. 1. & conf. 315. ad euidentiam. lib. 3.* sequitur *Dec. in c. significasti. in fin. in glos. vlt. n. 14. de elect. Menoch. de arbitrar. q. 54.*
27 *n. 32.* † Et de deposito facto ob gratiam mutui, quod reguletur secundum naturam mutui *Bart. in l. si quis nec causam. 4. in princ. n. 3. vers. hoc probatur. ff. si cert. petat. & in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testam. lib. ess. iuss. fuer. Gomes. in §. fuerat. col. 19. ad fin. vers. quinto limitatur. n. 13. in-*
28 *stit. de action.* † Quæ sunt notanda ad intellectum *l. fin. C. deposit.* de qua etiam *Corn. conf. 62. n. 17. col. 10. in princ. vers. nihilominus respondere potest. lib. 3.*

Vlterius idem videmus in cessione, quæ quando
29 est accessoria ad contractum nominatum, † non requirit solemnitates, quæ secundum statutum debent interuenire in contractu principali, cum debeat attendi origo, & quod principaliter geritur, Itaut tollantur omnes coniecturæ, & præsumptiones simulationum, quando fit cessio iurium accessorie ratione contractus præcedentis; quidquid alias in contractu principali possint considerari tales simulationes *Menoch. præsumpt. 129. in fin. n. 43. lib. 3. & conf. 1095. n. 15. lib. 11. post Bald. in l. per diuersas. q. 3. & ibi Salic. q. 8. C. mandat. Alben. conf. 207. n. 20. lib. 2.*
30 Tunc † autem dicetur cessio facta accessorie, quando fit ad contractum principalem, si videlicet vendo, vel dono fundum, & cedo iura & actiones, quas habeo super eodem fundo, ex quo enim deseruit ipsi donationi, & venditioni, non debet iudicari cessio principalis, sed accessoria, prout quando fieret pro defensione, non autem pro consecutione rei *Salic. in l. per diuersas. q. 8. C. mandat. Menoc. conf. 1095. n. 15. lib. 11.*

Simile est in eo, qui mandauerat, vt seruet rem ab
31 ab alio eius nomine receptam, † Nam si hoc fecerit, potius mandatum intelligetur contractum, quam depositum *l. 1. §. idem pomponius. in princ. ff. depos.* Quasi primus contractus sit mandatum, non custodia, quæ accessorie venit, &
32 sic initium est considerandum † *l. si id quod. 59. §. si filius. in princ. ff. pro soc. l. 3. §. si quis cum minore. in fin. vers. scit etiam illud. ff. de minorib.*

Quod etiam est in procuratore, qui si non reddat instrumenta sibi data, tenetur actione mandati,
33 non depositi, † cum sit spectandum initium contractus vna cum causa ipsius *l. si procuratorem. 8. in princ. ff. mandat. l. filiusfamilias. §. diui. de legat. 1. l. si pariter. de liberal. caus. l. si in aliena. de rei vendic. l. cum hi. §. in causa. de transact.*

Quemadmodum etiam quando præcedit contractus perfectus, cui licet adijciatur conuentio,
34 quæ potest cadere in nouum contractum, † Tamen attenditur primus, itaut magis inducatur informatio illius prioris, quam nouus contractus *Salic. in l. 1. §. si te rogauero. in princ. ff. depos.* quod etiam voluit *Bald. in rubr. C. eod. tit.*
35 *n. 7. q. 7.* † Vbi ex hoc concludit, quod si de omnibus contractibus debeat solui gabella excepto deposito, si quis apud te deposuerit centum pacto apposito, vt pro eo vadas ad Vrbem, non erit soluenda gabella pro ista conuentione, nam licet ex ea resultet contractus innominatus, tamen quia pręcessit contractus perfectus, ille tanquam primus attenditur argumento *l. 1. §. quod si rem. ff. deposit.* Quamuis cautius sit agere actione depositi informata, quam præscriptis verbis *Bald. in d. rubr. C. deposit. n. 7. in fin.*

Ita etiam dicimus in societate facta per filiumfamilias, dum erat in potestate, in qua si perse-
36 uerat post emancipationem, † non tamen ista continuatio facit, vt dicatur diuersa societas à prima, cum sit eadem, ratione initij, quod debet inspici in huiusmodi contractibus, Ita tamen vt detur duplex actio, & contra patrem, & filium dum fuit in potestate, & contra filium solum post emancipationem *l. si id quod. 59. §. filiusfamilias. ff. pro soc.* Quidquid aliud sit in seruo contrahente societatem, Nam ob alienationem eiusdem serui extincta est societas, & si perseueret negotiando, ex integro altera inchoatur, nulla habita consideratione initij contractus *l. si id quod. §. si seruus. ff. pro soc. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. n. 9.* Vbi

etiam

etiam *n.* 10. quod idem erit in filio arrogato
17 *l.actione. §.societas.ff.pro socio.* Et ratio differentiæ est, quia in seruo non possumus inspicere principium, cum nunquam obligetur, quod secus est filio, in quo post eiusdem emancipationem est eadem societas, quæ erat antea, quasi idem sit consensus sociorum, & personæ illæ sint etiam ipsæmet cum eadem facultate contrahendi *Menoch. conf.* 121, *n.* 59. *&* 67. *lib.* 2,

Quare etiam si contractui venditionis, aut similis sit admixtum aliquid ad donationem per-
38 tinens, † contractus tamen assumit nomen ab actu principali contrahentium, & eorum intentione, nempe a venditione, nõ a donatione, quasi præcipua intentio sit, & totus scopus, vt emant, aut vendant, absq; eo quod mente concipiãt aliquã gratuitã donationẽ *l.si quis nec causam.ff.si cert.petat.l.fundi partẽ.de contrah. empt.Couarr.lib.2.var.resolut.c.4.n.8.cum seq.* vbi
39 ex hoc † concludit non requiri insinuationem in similibus donationibus, quæ fiunt in contractibus venditionum, quasi non possit dici largitio gratuita, & principalis contractus non sit ad donandum Calder.*conf.2.de empt.& vendit. Fabian.eod.tit.q.8.prin.q. 4.vers.quarto quaro,*
40 *n.19.tom.6.p.1,fol.66.* † Quamuis contrarium concludat *Socin. conf.* 215. *visa prædicta facti contingentia.col.2.in princ.n.1.lib. 2, Put.decis.* 230.*n.8. lib.*1. cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1.glos.18.n. 15. & in l.si vnquam.in verb. donatione largitus. n.* 4. C. *de reuocand. donat.* & de eadem quæstione *Rot. coram Cardin.Seraphino Romana compromissi 19.decem-*
41 *bris.1572.* Et facit etiam pro prædictis, † quod mixtum non comprehenditur sub simplici in materia stricta, & continente præiudicium tertij, quidquid aliud sit, quando militaret eadem ratio, vel maior, late *Surd. decis.* 174. *n.13.vsque ad n.17.*

Adde quod licet de iure communi donatio excedens quingentos solidos debeat insinuari *l.*
42 *sancimus.& l.fin.C.de donat.* † Tamen quando testator legat promittendo non reuocare, & casu quo reuocaret, ex nunc donat inter viuos, donatio illa non eget insinuatione, cum vltima voluntas non sit insinuanda *Bart.in l.fin. C. de donat.caus.mort.* quasi debeamus inspicere primam originem legati, non donationis inter viuos, in quam transiuit legatum, præsertim, quia inspicitur, quod naturaliter fuit relictum, non quod accidentaliter donatur, vnde considerata huius actus natura, non accidente, insinuatio non debet fieri, prout in terminis concludit *Crot.in l.stipulatio hoc modo concepta n.10.de verbor.obligat.* quam opinionem dicit veriorem *Honded.conf.44.in fin. n. 107. vsque ad n.110.lib.2.*contra *Alciat.& Bologn.in d.l. stipulatio.*& sequitur etiam *Rimin.Iun.in §. 1. instit. de donation. n. 507.vsque ad n.510.in 14. casu.*

Nec oberit quod testator legans aliquid non possit in eodem testamento disponere, quod non
43 liceat reuocare d.legatum † *l. si quis in principio testamenti. de leg.* 3. Quia hoc procedit, quando testator per se solus ita disposuit, & sua dispositio remanet in finibus vltimæ voluntatis, si videlicet poneret clausulam derogatoriam, per quam voluit cogi ad non reuocandum legatum, tunc enim non potest restringi illius potestas respectu reuocationis legati, quia poterit reuocari vna cum testamento,
44 Aliud est, quando testator per viam contractus promisit non reuocare legatum, Et in casu reuocationis illam rem legatam donauit legatario, quia tunc valet dispositio, quasi transfundatur in donationem inter viuos egrediendo fines vltimæ voluntatis, prout declarat *Paris.conf.26.n.108.lib.2.Honded. conf. 44. n.*
45 84, *lib.* 2. † Exemplo donationis causa mortis, quæ est similis legato, & vltimæ dispositioni *l. fin. C. de reuocand. donation.* & reuocatur per pœnitentiam *l. non omnis. ff. si cert. petat. l.*
46 *seia.in fin.de donat.caus.mort.* † Et tamen quando fit cum promissione non reuocandi transit in donationem inter viuos, & fit irreuocabilis *l. vbi ita donatur.ff.eod.tit.late Rimin.Iun.instit. de donation.in princ.n.13.Natt.conf.104. n. 6. Dec.conf.305.Gomes.de contract.c.4.n.22.*

Hinc etiam Episcopus potest habilitare spurium ad canonicatum, in quo licet possit esse præbenda habens ecclesiam parrochialem anne-
47 xam, cuius spurij sunt incapaces † *c. super eo. de præbend.in 6.* Tamen illa non considerabitur, vt ecclesia curata in canonico, cum attendatur quod principaliter confertur *Gambar.de auctorit.legat.de later.lib.7.n.161. vsque ad n.167.tom.13.p. 2.f.* 205. vbi de communi post *Io.Andr.Franc.& alios in c.1.de filijs præsbyt.in 6. Oldrad. conf.215.puncta breuia. n.1.*
48 Vnde † etiam neque erit necessarium examen concursus in dignitate, quæ habet parochialem annexam accessorie, & non principaliter, non obstante *c.18.sess.24.Conc.Trident.* prout Congregatio eiusdẽ concilij declarauit, de qua per *Germon. de indult. cardinal. §.quibusuis. n. 7.*

Et generale est, vt semper inspiciendum sit prin-
49 cipale propositum contrahentium † *l. rogasti. in princ.& l.si quis nec causam.ff.si cert. petat.* cum alijs late per *Tiraq. in l.si vmquam. in verb.donatione largitus.n.4.C.de reuocand.do-*
50 *nation.* † Vbi etiã, quod quã do pro fundo empto do alterum fundum, & pecuniam, erit permutatio, non venditio, si principaliter hoc intenditur fieri *Abb. in c. ad quæstiones. de rer. permut. Bart. in l. aristo. de donat.* dixi *supr. c.* 206.

Vnde etiam, sicut non auditur creditor non petens suum creditum post sex menses stante statuto
51 ita disponente, † ita neque audietur super eodem credito quamuis calculato, quasi attendendum sit principium, & origo debiti, non autem computum ex eo proueniens, Quamuis hoc non sit tutum, Nã verius est, vt in hoc casu

duret

duret petitio salarij, seu alterius debiti cal-
52 culati. † statutum enim mandans salarium præscribi per aliquod spatium temporis intelligitur de debito principali, non autem de eo quod est calculatum inter partes, quasi tunc sit dati, & accepti ratio consummata, facta computatione, & conclusione, quantum debeatur, † Neque enim hoc casu amplius consideratur principium, & origo debiti post
53 rationes computatas, & conclusas, & sic non intrabit præscriptio iuris, seu statuti siue de dicto calculo constet per scripturam, seu per testes, vt in terminis concludit *Rebuff. de mercatorib. minutat. vendent. art. 1. glos. 20. n. 1. vsq. ad n. 5. tom. 2. f. 218. & de famul. salar. glos. 13. in princ. tom. eod. f. 246.*

EPITOME.

Legatum quando censeatur relictum animo compensandi cum debito testatoris tam voluntario, quam necessario. ¶ Et de varijs coniecturis ad inducendam talem compensationem. ¶ Et quando potius dicatur computatio, quàm compensatio. ¶ Et an illa sit admittenda, quamuis legatum fuisset factum cum onere restituendi. ¶ Mandatum cum clausula quod possit extendi à quocunque notario cum alijs facultatibus procuratori benè visis an sit generalissimum, & perinde ac si esset apposita clausula pro expressis. ¶ Procurator constitutus ad causas in Romana Curia deuolutas an intelligatur etiam ad deuoluendas. ¶ Et quando verba ad causas meas posita in mandatis comprehendant tàm lites præsentes quàm futuras.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ sufficiunt ad probandum animum compensandi legatum cum debito testatoris. Et quales debeant esse. n. 2.*
3 *Verba pro omni, & toto quod legatarius petere posset inducunt præsumptionem compensantionis. & n. 4.*
5 *Compẽsatio quãdo inducat vim computationis.*
6 *Prohibitio plus petendi quam significationem habeat.*
7 *Testator prohibens legatarium nihil petere posse de bonis ipsius an dicatur prohibere compensationem. & n. 9.*
8 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
10 *Filia instituta in re certa et iussa plus nõ petere de bonis patris an possit cõsequi dotes maternas*
11 *Confessio superat omnes alias probationes.*
12 *Prohibitio de non petendo aliud vltra legatum non debet esse superflua.*
13 *Cõpensatio præsumitur, vt minus grauetur hæres. n. 14. Et in dubio pro ea est iudicãdũ. n. 15.*
16 *Hæredi magis est fauendum tanquam tractanti de damno, quam legatario, qui agit de lucro captando.*
17 *Compensatio an admittatur, si legatum fuisset factum cum onere restituendi.*
18 *Mandatum intelligitur generalissimum, si fuit constitutus procurator cum clausula, quod illud possit extendi à quocũque notario, & perinde est ac si adesset clausula pro expressis.*
19 *Mandatum restrictum ad causas in Romana Curia deuolutas an extendatur ad deuoluendas. & n. 20.*
21 *Tempus præsens confusum refertur sæpe ad præterita & futura.*
22 *Constitutio procuratoris ad causas suas comprehendit præsentes, & futuras, sine distinctione an constituens tempore mandati haberet causas præsentes, nec ne.*
23 *Obligans bona sua intelligitur etiam bona futura obligasse.*

CAPVT CCLXXIV.

Animus compensandi legatum, cum debito testatoris etiam voluntario plenè pro-
1 batur coniecturis, & præsumptionibus † *Aym. cons. 131. in fin. n. 17. Gabr. cons. 106. n. 8. lib. 1. Menoc. cons. 56. n. 19. Hõded. cons. 50. n. 12. lib. 2.*

Quo stante Dixi quantitatem pecuniarum, de quibus agebamus fuisse relictam per vxorem eius viro animo compensandi cum debito, de
2 quo in actis, † Etenim summa legata conuenit cum quantitate debita, & illam excedit, quo casu præsumitur animus compensandi etiã cum debito voluntario *Aym. cons. 301. in fin. lib. 1. post Castr. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrim. Menoc. cons. 56. n. n. 25. Honded. cons. 50. n. 23. lib. 2.*

Secundo, quia fuit factum legatum pro omni eo, &
3 toto, quod legatarius petere posset, † ex quibus verbis colligitur præsumptio compensantionis cum debito persoluendo per testatricem *Abb. cons. 81. in fin. vers. reliquit enim. lib. 1. Castr. cons. 193. super isto puncto. col. 3. in princ. vers. sic cessant leges. lib. 2. Aym. cons. 149. n. 3.*

Quasi talia verba prohibitoria non habeant aliam
4 vim, quàm compensationis, † & excludant legatarium ab omni alio suo iure, & quauis obligatione *Bal. in l. si adulta. 6. n. 2. vers. sed pone. C. de hæredit. action. per tex. in l. cum ab vno. ff.*
5 *de leg. 2.* † Cum etiam possit dici hanc non esse propriè compensationem, sed computationem, relinquendo vnã rẽ pro alia, itaut quis plus petere nõ possit *Castr. d. cons. 193. col. 2. in fin. vers.*
6 *sed ad prædicta respondetur. lib. 2.* † Adeo vt in dubio ista prohibitio plus petẽdi cẽseatur quędam prouisio facta hęredi vniuersali, quam late debemus interpretari, sicut prælegatum, & sic quod fuerit facta animo compensandi, quasi sit interpretatio extensiua verborũ testatoris, quæ sunt plenius accipienda *Bald. in l. liberti libertæque. 10. col. penult. ad fin. vers. si autem res in obscuro est. n. 28. C. de oper. libertor. per tex. in l. cogi. in princ. ff. ad senatus cons. trebellian.*

Maxime, quia in casu nostro verba non fuerunt restricta

restricta ad id quod legatarius petere posset de bonis ipsius testatoris, † cum tantum dictum sit pro omni eo, & toto, quod possit peti, quasi per illam adiectionem de bonis testatoris videatur reiecta compensatio, quia petendo legatarius creditum suum non dicitur petere de bonis ipsius testatoris, † cum bona intelligantur deducto ære alieno *l. subsignatum. §. fin. ff. de verb. signific. l. prætor. §. emancipati. ff. de collat. bon.* & in specie multis comprobat † *Surd. cons. 112. n. 81. & 82. lib. 1.* ad notata *per Bart. in l. vt iuris iurandi. §. si liberi. in fin. ff. de oper. libert.* vbi de filia instituta in re certa, & iussa plus non petere de bonis patris, quæ etiam poterit præter legatum consequi dotes maternas, † quamuis legati vires transcendant legitimam *Bald. in l. liberti, libertæq. n. 28. C. de oper. libert.*

Præterea constat legatarium non potuisse prætendere in bonis testatricis, nisi debitum, de quo agebamus, vt ex confessione eiusdem legatarij ita declarantis in responsionibus, de quibus in actis, † ex qua nulla maior probatio potest insurgere tanquam superans instrumentum, & depositiones testium *Bald. cons. 192. col. 2. lib. 2. Socin. cons. 24. n. 8. lib. 3. Surd. cons. 60. n. 1. lib. 1.*

Vnde † testator videtur de huiusmodi debito sensisse, ne alias prohibitio aliquid aliud petendi sit otiosa, & superflua, vt in terminis concludit *Idem Surd. cons. 115. n. 83. vers. & non obstat. lib. 1.*

Tertio magis præsumenda est talis compensatio, vt minus grauetur hæres, † quam sit possibile, & sic vt non teneatur nisi ad præstationem legati, non autem alterius debiti, prout hanc coniecturam prouidendi hæredi, & præsumendi compensationem admittit *Aym. cons. 149. n. 15. Honded. cons. 50. n. 27. cum seq. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 393. n. 30. lib. 4.* † Et est tex. in specie *in l. titia. §. qui inuita. ff. de leg. 2.* per quem ita etiam concludit *Menoch. cons. 56. n. 23. lib. 1.*

Quarto licet ex prædictis appareat de compensatione, † Tamen quatenus etiam non constaret, in dubio pro ea est iudicandum, cum agatur de liberatione à debito, ad quam debemus esse proniores *Ang. in l. arrianus. ff. de action. & obligation.* Vltra quod legatarius agit de lucro captando, † hæres autem de damno, cui magis subueniendum est, quàm illi *Bart. in l. cum mulier. ff. de damn. infect. Menoc. cons. 236. n. 21. & 23. lib. 3.*

Amplius etiam admittetur compensatio, quamuis legatum fuisset factum cum onere restituendi, † quando restitutio non esset facienda incontinenti, quidquid aliud sit, si statim deberet fieri, quasi tunc nihil emolumenti consideretur remansurum esse apud legatarium ex tali legato, & perinde est, ac si res non fuisset relicta, postquam apud eum non debet permanere, quod non est in grauato restituere post aliquod tẽpus, vel sub conditione, cum ob interusurium medij temporis, vel ob deficientiam conditionis legatarius sit consecuturus emolumentum ex legato, cuius respectu locus est compensationi *Dec. in auth. præterea. col. 10. in princ. in 3. limit. vers. & ista conclusio. n. 12. & ibi Ias. col. 9. in fin. vers. tertio limitat. C. vnd. vir. & vxor. Anchar. q. 41. n. 7. p. 2. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. n. 173. ad med. C. de reuocan. donat. Honded. cons. 50. n. 35. lib. 2. Menoch. præsumpt. 109. n. 53. ad fin. vers. cæterum solet ambigi. lib. 4.*

Neque obstabunt ea, quæ dicuntur de mandato, quia procurator fuit constitutus generaliter, cum clausula quod d. mandatum possit extendi à quocunque notario, cum alijs facultatibus eidem procuratori bene visis, tunc enim mandatum intelligitur generalissimum, & perinde est ac si fuisset apposita clausula, quod habeatur pro expressis, & mens ipsius mandantis potissimum inspicitur, vt resoluit *Rot. coram R. P. D. Robusterio Valentina præpositura. 16. maij. 1582.* quę est inter *Rot. diuers. decis. 257. p. 2.* quam refert & sequitur *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 16. n. 28.*

Prout neque oberit, quod mandatum fuerit restrictum ad causas in Romana Curia deuolutas, Quia † licet secundum opinionem aliquorum non deberet extendi ad causas deuoluendas, nisi esset expressum, quasi verbum deuolutas respiciat solum tempus præsens, non futurum *c. ad hæc. de rescript.* † Tamen verior est contraria opinio, vt verbum deuolutas referatur non solum ad causas motas, sed etiam mouendas, & postea deuoluendas, quia tempus præsens quando est confusum non tenet vsum præsentis temporis, † & sæpe refertur non modo ad præsentia, sed etiam præterita, & futura *Rot. de procurat. in nou. decis. 3. n. 3.* à qua non esse recedendum concludit *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 16. n. 45.*

Immo etiam si procuratorem constituam ad causas meas, ista oratio indefinita æquipollet vniuersali, † & quidquid alias talis sermo non comprehendat tempus futurum, in proposito tamen ad illud trahetur, comprehendendo tam lites præsentes, quam futuras sine vlla distinctione an constituens tempore mandati haberet causas præsentes, nec ne, cum simpliciter seruetur etiam de futuris *Put. decis. 37. lib. 3.* quem sequitur *Card. Mant. d. tit. 16. in fin. n. 46.* vbi etiam adducit *Peregr. decis. 57. lib. 1. in manuscript. Alex. ad Bart. in l. damni infecti. §. si is qui. in verb. causas futuras. ff. de damn. infect.* † Quasi hoc sit modici præiudiej, exemplo eius qui bona sua simpliciter obligauit, intelligetur enim de bonis futuris sensisse, & illa quoque obligasse *l. vlt. C. quæ res pignor. oblig. poss.*

EPITOME.

INstitutus in re certa an sit loco legatarij, vel hæredis. ¶ Substitutio pupillaris quando extendatur de persona ad personam, & de casu ad casum. ¶ Et quid stantibus coniecturis, & quales debeant esse. ¶ Et quando adsunt verba tunc, & eo casu, in hæreditate, & bonis, vel in alijs bonis aut similibus. ¶ Vel

¶ Vel si ageretur de priuanda matre à successione filij. ¶ Vel de conseruãda agnatione. ¶ Legatum pro dote an transmittatur si legataria decedat ante nuptias tam si fuerit factum ab extraneo, quam pro legitima. ¶ Hæres vniuersalis an dicatur institutus in bonis exceptis. ¶ Mater quando excludatur per substitutionem pupillarem à legitima.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio non consideratur, si casus illius non euenerit.*

2 *Institutus in re particulari, & certa an sit loco legatarij, vel possit dici hæres. n. 3. & 6.*

4 *Verba non sunt accipienda impropriè, si agatur de excludenda matre ab hæreditate filij.*

5 *Hæredum appellatione veniunt tam masculi, quam fœminæ.*

7 *Substitutio pupillaris an extendatur de persona in personam. n. 8. & 9.*

10 *Legata, & fideicommissa facilius inducuntur ex coniecturis, quam institutiones, & substitutiones directa.*

11 *Ratio agnationis conseruandæ an attẽdatur ad inducendam multiplicationẽ substitutionum.*

12 *Substitutio est præcisè probanda per illum, qui ex ea vult succedere, & an sufficiat tacita mens testatoris, vel identitas rationis. n. 13.*

14 *Verba in substitutionibus, tunc, & eo casu, restringunt depositionem itaut à casu, & à persona non sit recedendum.*

15 *Mater per pupillarem substitutionem an excludatur à legitima. & n. 27.*

16 *Substitutio non extenditur de persona ad personã, neq; de casu ad casum, si induceretur pœna.*

17 *Coniectura ad inducendam substitutionem directam pupillarem debet elici ex verbis expressis in testamento, non extrinsecus sumi. n. 18.*

19 *Substitutio in hæreditate, & bonis quomodo intelligatur. & n. 20.*

21 *Legatum pro dote an transmittatur, si legataria decesserit ante nuptias.*

22 *Onus nuptiarum reijcitur à legato, quod debetur loco legitimæ.*

23 *Legatum pro dote factum ab extraneo an sit conditionale, vel purum.*

24 *Mater in dubio non debet excludi à luctuosa filij successione.*

25 *Matri magis fauendum quàm substituto. n. 26.*

28 *Substitutio in reliquis bonis hæreditatis an trahatur ad dotem prius relictam filiæ tanquam separatam, & exceptam.*

29 *Hæres vniuersalis quo casu dicatur institutus in bonis exceptis.*

30 *Persona facilius excluditur, quã casus, proutecõtra magis cõprahenditur casus, quam persona.*

31 *Extensio vnius personæ ad alias quando detur.*

CAPVT CCLXXV.

Adsunt duæ institutiones in testamento, de quo agimus, quarum vna est de hæredibus masculis posthumis, quibus fuit substitutus frater testatoris vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; Altera institutio est de eodem fratre, quatenus dicti posthumi masculi non nascantur, qui cum non extiterint, factus est locus successioni ad fauorem dicti fratris, nulla 1 habita consideratione substitutionis, † de qua non est quærendum, cum illius casus non euenerit *Aym. conf. 161. in fin. Socin. Iun. conf. 63. col. 9. ad med. n. 14. lib. 3.*

Quo stante, cum de hoc dubitaretur, Dixi verius esse quod mater debeat succedere filiæ posthumæ postea defunctæ in pupillari ætate, non enim fuit instituta hæres vniuersalis in dicto testamento, itaut intret aliqua substitutio ad fauorem fratris, sed solum ei fuit particulariter relicta dos scutorum 3500. quo casu habetur lo- 2 co legatarij, † cum adsit frater hæres vniuersaliter institutus *l. quoties. C. de hæred. institut. Menoch. de adipiscen. remed. 4. n. 132. Honded. conf. 83. n. 28. lib. 1. Crass. in §. hæreditas. q. 3.* 3 *n. 7.* † Cum etiam in casu, in quo institutus in re certa posset dici hæres, Tamen hoc erit ex lata quadam, & impropria significatione *Bald.* 4 *in d. l. quoties. n. 7. & ibi Ias. n. 3.* † Adeo vt verba non sint accipienda impropriè, cum in casu nostro agatur de excludenda matre ab hæreditate filij, sed strictissime, & propriè *Ruin conf. 110. n. 8. lib. 3. post Bald. in c. 1. in princ. de succ. feud. Dec. conf. 466 n. 1. & 9.*

Non obstat, quod appellatione hæredum in vltimis 5 voluntatibus † veniant tam masculi, quam fœminæ *Alex. conf. 55. in fin. lib. 3.* Quia cum testator expresserit de hæredibus masculis, sumus in claris, itaut non sit quærendum an comprehendantur fœminæ, quæ neque possunt comprehendi, cum in dubio appellatione hæredum veniant 6 vniuersales, non particulares in re certa, † Quidquid aliud sit, quando instituerentur in quota *Bal. in l. quadam. §. nihil interest. in princ. ff. de edend. Aym. conf. 186. n. 2. Alex. cõs. 124. n. 6. lib. 5.*

Minus obstat, quod quemadmodum fuit facta substitutio posthumis masculis, Ita etiam credendum est testatorem voluisse substituere fœminæ 7 cum ex verisimili, † & præsumpta illius mente substitutio pupillaris etiam extendatur de persona ad personam *Parif. conf. 50. n. 54. lib. 3.* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 65. n. 34. lib. 4. Surd. conf. 241. n. 36. & conf. 96. n. 42.*

Quia verior est opinio non esse locum extensioni 8 in substitutione pupillari, † quæ cum sit directa difficilius inducitur coniecturis, & præsumptionibus, ideo verbis expressis fieri debet latè *Honded.* qui de cõmuni *conf. 51. n. 65. 66. & 87. lib. 2. Menoch. conf. 97. n. 48. lib. 1. & conf. 486. n. 5. Surd. conf. 463. n. 5. & 12. vsque ad n. 14. Cardin. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 5.* 9 *tit. 1. n. 16.* † Etiam quod verisimiliter testator sic disposuisset *Gabr. conf. 111. n. 13. lib. 1.* vbi de communi, & vera opinione *Idem conf. 113. n. 67. lib. 2. Surd. decis. 319. n. 2.* late *Ias.* qui de communi *conf. 66. col. 8. ad med. vers. tertio principaliter moueor lib. 3. Rimin. Iun. conf. 80. n. 14.*

vsque

10 vsque ad n. 18. lib. 1. † Quidquid fit in legatis, seu fideicommissis, quæ facilius ex coniecturis inducuntur, nam institutio, & substitutio directa non dat hæreditatem, nisi expressis verbis Castr. in l. penul. n. 3. C. de impuber. Socin. in l. si is qui ducenta. §. item si pater. in princip. de reb.

11 dub. † Cum etiam neque ratio agnationis conseruandæ considerata à testatore debeat attendi in casibus nõ expressis, quasi illius fauore nõ sint addendæ, neque multiplicandæ substitutiones vltra dispositionem testatoris Card. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 15. n. 6. Sim. de Prat. cons. 90. n. 26. Socin. cons. 155. n. 10. vers. nec quidquam. lib. 2. Honded. cons.

12 78. n. 49. lib. 1. † Adeo, vt qui vult ex substitutione succedere, debeat illam præcisè probare, cum sufficiat dicere non inueniri in testamento scriptam Menoch. cons. 522. n. 2. in fin. Surd. cons. 10. n. 19. lib. 1. & cons. 44. n. 1. Aym cons. 161. n. 16. Becc. cons. 143. n. 72. lib. 2.

13 Non † habita consideratione tacitæ mentis testatoris, aut identitatis rationis Honded. cons. 51. n. 62. lib. 2. & cons. 48. n. 52. vsque ad n. 63. eod. lib.

Præterea etiam admissa illa opinione, quod detur

14 extensio de persona ad personam, † Tamen in casu nostro illa non est admittenda, cum in substitutione, de qua agimus, adsint pluries verba illa, tunc, & eo casu, quæ tanquam restrictiua excludunt omnem extensionem, & efficiunt, vt à casu, & persona expressa recedere non liceat, vt de communi testatur Menoch. cons. 532. n. 7. lib. 6. & cons. 106. n. 326. Præsertim stante geminatione dictorum verborum, prout in casu nostro Surd. cons. 274. n. 19. & 20. & decis. 37. n. 6. & decis. 207. n. 17. latè Rimin. Iun. cons. 117. n. 40. & 41. lib. 2. & cons. 199. n. 216. vsque ad n. 229. eodem lib. Roland. cons. 59. n. 10. lib. 3. cum alijs per Mandos. ad Rom. cons. 131. in verb. tunc & eo casu. Gabr. cons. 111. n. 14. lib. 1.

Maximè, quia extendendo substitutionem induceretur pœna priuationis matris ab hæreditate

15 filij, † quæ per istam pupillarem esset exclusa etiam à legitima Surd. decis. 273. n. 3. Menoch. cons. 551. n. 31. Gabr. cons. 130. n. 4. lib. 1. Vnde, ne inducatur ista pœna, non debet fieri extensio substitutionis de persona ad personam,

16 neque † de casu ad casum Paris. cons. 86. n. 77. lib. 2. Decian. cons. 1. n. 163. lib. 1. Menoch. præsumpt. 65. n. 30. lib. 4.

Immo dato etiam, quod directa substitutio pu-

17 pillaris induceretur ex coniecturis; † Tamen intelligitur quando coniecturæ, & præsumptiones eliciuntur ex verbis expressis in testamento, secus si extrinsecus, prout sunt illæ, quæ ex aduerso considerantur, tunc enim verior est opinio, quod tales coniecturæ non sufficiant ad inducendam substitutionem pupillarem Aret. in l. potest. col. 3. vers. sed ista differentia. ff. de vulgar. & pupill. Menoch. præsumpt. 64. n. 4. lib. 4. Honded. cons. 51. n. 88. lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. p. 3. in fin. n. 76. ff. ad trebell.

Quæ adeò vera sunt, vt neque sufficiant conie-

18 cturæ extrinsecus sumptæ † ad inducendam directam substitutionem, quamuis alioquin testamentum corrueret Menoch. d. præsumpt. 64. lib. 4.

Confirmantur prædicta ex illis verbis in hæredi-

19 tate, & bonis præfatis, † ex quibus colligitur testatorem substituisse solum hæredibus, quibus reliquerat hæreditatem, non autem fœminæ nasciture, quam solummodo particulariter instituit in scutis 3500. substitutio enim decla-

20 ratur ex institutione, † & intelligitur solum de bonis in ea contentis Honded. cons. 71. n. 24. lib. 2. & cons. 69. n. 32. eod. lib. Surd. cons. 456. n. 40. & cons. 487. n. 42.

Non obstant alia, quæ adducuntur de huiusmodi

21 legato pro dote, † quod non fuit transmissum, cum legataria decesserit ante nuptias, quasi illud non esset debitum ante dictum tempus Roman. cons. 134. col. 2. ad med. n. 2. vers. quinimmo posito. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11.

22 tit. 18. n. 21. † Quia cum simus in casu, in quo debetur legitima filiæ, reijcitur istud onus nuptiarum, quasi eius loco succedat Alex. cons. 55. n. 5. col. 3. vers. tamen istis non obstantibus. lib. 2. Gabr. de legitim. conclus. 1. n. 13. vers. nono amplia. dixi decis. 4. n. 62. vsque ad n. 67. Socin. cons. 192. n. 8. lib. 1. Couar. c. 3. n. 11. de testam. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. vnic. n. 54. post Bart. & alios in l. titio centum. §. titio genero. ff. de con-

23 dition. & demonstrat. † Quamuis etiam neque legatum pro dote factum ab extraneo esset conditionale, sed purum, & transmitteretur, quando dicta verba pro dote non essent adiecta substantiæ legati, sed executioni, & illius præstationi Bald. cons. 286. super primo puncto. n. 4. in 3. dub. lib. 3. Aym. cons. 101. per tot.

Vlterius magis prædicta debent admitti, ne mater excludatur à luctuosa filij successione, quod

24 semper † in dubio debemus interpretari l. fin. C. de instit. & substit. Ceph. cons. 433. n. 12. lib. 3.

25 Socin. Iun. cons. 23. n. 11. lib. 1. † Cum etiam matri magis faueatur l. qui duos. §. 1. ff. de reb. dub. l. vlt. C. de institut. & substitut. Et in specie de directa substitutione, quod in dubio debeamus excludere illam interpretationem,

26 quæ † matri præiudicium afferret Menoch. cons. 144. n. 7. lib. 2.

Item aduertendum est, quod quamuis daretur ista extensio pupillaris substitutionis, non tamen hoc casu esset excludenda mater à legitima,

27 à qua solum excluditur, † quando esset pupillaris expressa, non tacita per huiusmodi extensionem Gabr. cons. 120. n. 14. lib. 2. de quo tamen multa Surd. cons. 212. lib. 2.

Accedat, quod substitutio, de qua agimus, est facta solum in reliquis bonis hæreditatis ip-

28 sius testatoris, † Vnde non potest trahi ad dotem prius relictam filiæ tanquam separatam, & exceptam; si enim substituit in alijs, ergo in

bonis alteri relictis non potest dici substituisse. *Ruin. cons. 90. in fin. n. 10. lib. 2. Cephal. cons. 625. n. 23. lib. 5.*

29 † Quamuis enim hæres vniuersalis censeatur institutus in bonis etiam exceptis *l. cogi. §. item quæritur. ff. ad trebell.* Tamen hoc intelligitur, quo ad effectum, vt de manu illius dicta bona sint capienda, itaut solum cætera præter alteri relicta, apud eundem hæredem remaneant irreuocabiliter *Oldr.* in specie *cons. 158. factum tale est. in fin. vers. non obstat institutio facta. n. 5.* & late dixi supra *c. 87. Surd. decis. 269. n. 11.*

Adde, quod semper facilius, & procliuius est excludi

30 personas, quam casus, † prout econuerso facilius est comprehendi casus, quàm personas *Ias. in l. gallus. §. & quid si tantum vtrumque. col. 5. ff. de liber. & posthum. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. libertis. n. 28. C. de reuocand. donat.*

31 † Vbi, quod quamuis ex verisimili mente disponentis fiat extensio, tamen non procedit in extensione vnius personæ ad alias, sed de casu ad casum *Idem Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. n. 9. post med. Dec. cons. 210. subtilis casus. col. penult. in princ. n. 5. Aym. cons. 98. n. 13.*

EPITOME.

PEr obitum vnius ex socijs quando societas expiret, vel transeat ad hæredes, & eorum hæredes. ¶ Et quid in societate vectigalium & similium rerum publicarum. ¶ Et stante conuentione iurata de continuanda societate cum hæredibus. ¶ Dispositio mixta quando comprehendatur sub simplici. ¶ Fideiussor, qui accessit societati ad sex menses an possit conueniri, si fuerit disdicta infra dictum tempus. ¶ Solutio an possit fieri vni soli, si mandetur fieri duobus. ¶ Ius accrescendi quando habeat locum in diuersis hæreditatibus. ¶ Compendium perceptum ex re communi, quando post finitam societatem sit communicandum. ¶ Conductio pro certa fructuum quantitate an dissoluatur morte, vel transeat ad hæredes. ¶ Per obitum fideiussoris an sit extincta societas. ¶ Electio sociorum an debeat fieri de voluntate locatoris, & cum præsentia ipsius. ¶ Pactum inter socios, vt capitale non possit repeti intra triennium an intelligatur, si interim per mortem alicuius socij non sit finita societas. ¶ Hæres socij an debeat perficere negotium cœptum cum defuncto, & lucra ex eo communicare. ¶ Iurisdictio Vicarij an expiret per obitum Episcopi quo ad causas cœptas. ¶ Et quid in potestate tutoris, & actoris finita tutela. ¶ Officia Romanæ Curiæ an transmittantur ad hæredes, & priuilegia concessa ratione dictorum officiorum tam personalia, quam realia expirent per obitum officialis. ¶ Et quomodo indicentur talia.

SVMMARIVM.

1 *Societas finitur morte vnius socij, & non transit in hæredes.*
3 *Per obitum fideiussoris non dissoluitur societas.*
3 *Pactum an valeat, vt hæres succedat in societate. & n. 5.*
4 *Inuitus quis non potest effici socius.*
6 *Societas super certo negotio potest ex pacto ad hæredes transire.*
7 *Conuentio iurata de continuanda societate cum hæredibus alterius prædefuncti sociorum an valeat. n. 8. & 9.*
10 *Societas vectigalium, & similium rerum publicarum an transeat ad hæredes. n. 11. & 12. & quando dicatur talis. n. 17. & an stricte debeat intelligi. n. 15. Et an vadat ad hæredem hæredis. n. 20. 22. & 23.*
13 *Societas super banco & mensa nummulariorum habet publicam auctoritatem.*
14 *Societas continens vtilitatem priuatam pro maiori parte dicitur potius priuata, & non publica, & non transmittitur ad hæredes.*
16 *Dispositio mixta quando comprehendatur sub simplici. n. 18 & 19.*
21 *Hæredum appellatione veniunt tam primi, quàm cæteri.*
24 *Societas rerum publicarum vt transeat ad hæredes, quæ requirantur. & n. 25.*
26 *Electio sociorum an debeat fieri de voluntate locatorum, & cum præsentia ipsorum.*
27 *Conductores plures vectigalium non possunt diuidere administrationem sine consensu domini.*
28 *In conductione rerum publicarum admittitur societas plurium.*
29 *Societas vectigalium contracta ab vno, non est transitoria ad hæredes, si per conductorem illa communicetur cum alijs. Amplia vt n. 30.*
31 *Societas ad certum tempus potest contrahi, non tamen transmittitur ad hæredes durante illo tempore. n. 32.*
33 *Pactum inter socios vt capitale non possit repeti intra triennium intelligitur, nisi interim per mortem alicuius socij non sit finita societas. Idem si dictum fuerit in perpetuum & semper. n. 34. & 35.*
36 *Fideiussor, qui accessit societati ad sex menses, & non vltra, an possit conueniri, si illa fuerit disdicta infra sex menses.*
37 *Finita societate per mortem vnius ex socijs, si alter nomine proprio conducat eadem vectigalia an teneatur communicare lucra hæredi socij mortui. n. 38. & 39.*
40 *Conductio facta pro hæredibus sociorum quomodo sit intelligenda.*
41 *Hæres socij debet perficere negotium cœptum cum defuncto. Et quomodo hoc casu lucra communicentur. n. 42.*
43 *Per mortem vnius socij non finitur mandatum alterius quo ad negotia iam cœpta.*
44 *Potestas tutoris, & actoris an expiret finita tutela quo ad negotia inchoata.*

Iurisdi-

CAPVT CCLXXVI.

REquisitus quid sentiam in casu societatis mihi proposito. Dixi ex infrascriptis distinctè constare posse veritatem eorum, de quibus dubitatur.

Primo Morte vnius socij finitur societas, & non 1 transit in hæredem † *l. actione. §. mortem. ff. pro soc. l. nemo. ff. eod. tit.* Quidquid aliud sit in fideiussore, per cuius obitum non dissoluitur societas, nisi hoc specialiter fuerit expressum, quamuis simus in societatibus officiorum, in quibus 2 magis spectantur fideiussores, † quàm officia, super quibus contrahuntur *Rota coram Card. Blanchetto Romana societatis. 24. iunij. 1575.* quam sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. in fin. n. 37.*

Quæ adeò vera sunt, vt neq; possit pacisci per par- 3 tes, quod hæres succedat in societate, † Quidquid aliud sit quo ad effectum actionis, & obligationis, quę transmittitur, cum hæres quamuis non sit socius, tamen est successor commodi, & incommodi latè *Rimin. Iun. cons. 711. n. 1. vsque* 4 *ad 7. lib. 6.* † Neque enim quis inuitus potest effici socius, præsertim quia societas non potest contrahi cum persona incerta, & si demonstraretur persona certa, socius ex pacto deberet talem hæredem instituere, quo casu tolleretur li- 5 bera facultas testandi, quod est prohibitum tanquam inducens votum captandæ mortis, vt latè explicat *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 24. lib. 6. n. 12. vsque ad n. 19.*

Intelligentur tamen prædicta, vt libera facultas testandi non possit tolli in totum respectu vniuersalis successionis poterit tamen restringi re- 6 spectu aliquorum bonorum, † Vnde quando societas est super certo negotio poterit ex pacto ad hæredem transire *Surd. cons. 20. n. 22. Honded. cons. 44. n. 82. & 83. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 234. n. 208. & 209. lib. 3.* stante præsertim iuramento, quod efficit, vt transeat societas in hære- 7 des, † Vnde valebit pactum iuratum de continuanda societate cum hæredibus alterius prædefuncti sociorum *Surd. cons. 20. n. 19.* & multis comprobat *Seraph. priuil. iurament. 57. per tot.* 8 licet † *in fin.* dicat esse durum, & difficillimum in iudicijs hoc obtinere, Et verè iuramentum non facere, vt societas transeat ad hæredes concludunt magis communiter *Doct.* de quibus per *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit.* 9 *20. n. 19.* † cum tale iuramentum tanquam contra bonos mores non sit obligatorium, vt latè per *Curt. Sen. cons. 52. n. 10. Aym. cons. 875. n. 2. in fin. Grat. cons. 15. n. 27. lib. 1.*

Secundò. Societas vectigalium ad hæredes potest transire, si ità expresse fuerit conuentum inter 10 socios, † itaut in tali casu mihil operetur iuramentum, cum etiam sine eo detur ista transmissio ad hæredes *Seraph. priuil. iuram. 57. in fin. vers. illud autem interea.* Et est tex. *in l. adeo. ff. pro soc. Corn. cons. 121. & 122. lib. 1. Ruin. cons.* 11 *90. col. 2. n. 2. lib. 1.* † Ratio est, quia tales societates rerum publicarum postquam sunt contractæ, sunt necessariæ, & non pendent à libera voluntate, idcò ad hæredes transeunt *Bald. in d. l. adeò. in fin. vers. ratio exceptionis. ff. pro soc. & in l. nemo. la 1. in fin. ff. eod. tit.*

Tertio. Non solum societas vectigalium transit ad hæredes, sed etiam similium rerum publicarum, 12 licet † enim iura loquantur de vectigalibus, tamen illud est per modum exempli, quod non restringit regulam *c. 1. ne cleric. vel monach.* Ideò extendetur dispositio ad societates omnium rerum publicarum, quæ ad hæredes transibunt *Dec. cõs. 212. visis his qua accuratè. col. 2. ad med. vers. nec vlterius obstat. Bal. in d. l. adeò. in fi.* Vbi quod est notandum pro illis, qui se associant ad emendum communantias ciuitatis Perusinæ, vt fructus lacus, vel clusij, vel gabellarum, vel simi- 13 lia *Rim. Iun. cons. 711. n. 12. lib. 7.* † Vbi de societate contractæ super banco, & mensa nũmulariorum, quæ publicam habet auctoritatem *l. quadam. §. nummularios. de edend.* dicetur enim causa publica propter pecunias erogãdas indigentibus, *vt per Rim. Iun. ibid. n. 12. & 13.*

Quarto. Si pro maiori parte societas contineret vtilitatem priuatam, iudicaretur potius priua- 14 ta, † & non publica *argumento l. quæritur. de stat. hom. Bart. in l. aristo. de donat.* Vnde in hoc casu non daretur transmissio ad hæredes, vt in puncto declarat *Dec. cons. 212. n. 1. ad fin. vers.*

primo quia prout narratur. col.2.post med.

Quinto. Dispositio quæ permittit societatem re-
15 rum publicarum transire ad hæredes † est con-
tra regulas iuris, ideo debet strictè intelligi so-
lum in casu simplici, vbi agitur de publica vti-
litate, secus si ageretur tam de ea, quam de
16 priuata, † tunc enim tanquam dispositio mix-
ta non comprehenderetur sub simplici *Bart. in l.5. in princ. de verb. oblig. Alex. cons. 82. viso processu. lib.3. Roman. cons. 294. hac confessio. ad fin.* Et in specie societatis ita concludit *Dec. cons.212. col.2. ad fin. vers. secundo quia iste*
17 *casus. n.2.* † vbi addit, quod talis societas re-
rum publicarum transit ad hæredes, si ita con-
uentum fuerit inter partes *l.adeo.ff.pro soc.* Vn-
de huiusmodi conuentio non debet extendi ad
18 aliam similem, † cum in contractibus non com-
prehendatur mixtum sub simplici *Alex. cons. 140. circa primum dubium. col. 2. in princip. n.4. lib.5.* licet quando in mixto adesset eadem
ratio, vel maior, quam in simplici, tunc de
vno fieret extensio ad alium *Dec. cons.333. n.2. Surd.decis.174.n.15.Tiraq.in tract.le mort.sai-*
19 *sit.p.2.declarat.4.n.7.& 8.f.80.* † Prout quando
de vtroque simplici facta esset expressa dispo-
sitio, quia tunc mixtum contineretur sub simpli-
cibus *Ias.in l.2.in princ.n.5.de verb.oblig.Surd. decis.53.n.27.*

Sexto. Non solum ad hæredes transibit societas
rerum publicarum, sed etiam ad hæredem hæ-
20 redis, † In contractu enim, & dispositione me-
re transitoria ad hæredes semper comprehen-
duntur omnes hæredes in infinitum. Quid-
quid aliud fit in ea, quæ non est transitoria, ta-
lis enim solum restringetur ad primos hæredes
prout in puncto concludit late *Guter. de contract.iurat.c.48.n.8.& 9.tom.6.par.2.f.93. post Bald.in l.nulla.ad med.ff. pro socio. & ibi Salic.ad fin.vers. quod nota quia non videtur si-*
21 *mile.* † Et quod appellatione hæredis veniant
tam primi, quam cæteri late *Tiraq. de retract. conuent.§.1.glos.6.n.17.& in l.boues.§.hoc sermone.n.75.de verb. signific.*

Nec obstat quod *Glos. in d.l. nulla.* teneat contra-
rium, vt solum intelligatur de primo hærede,
22 & sequitur † *Franc. Lucan. de fisco & eius priuil. ad fin. vers. trigesimonono quæritur. n.38. ad med.tom.12.f.17. Addit. ad Bart. in l.adeo. in verb.ad hæredem.ff.pro soc.Corn.cons.121.col. penul.in princ. vers. pro quo facit quia denominatio.lib.1.*

Quia procedit, quando fauor rei publicæ esset, quod
23 non transiret ad hæredem hæredis, † prout è
contra, si idem fauor publicus suaderet, vt fie-
ret transmissio, nam tunc magis venirent hære-
des hæredum, puta quia non expediret reipu-
blicæ societatem dissolui tempore mortis socij,
& illius hæredis, vt notat *Petr. de Vbald. de duob.fratrib.p.11.n.82.q.13.tom.6.p.1.f.169.*

Septimo. Vt societas rerum publicarum transeat
ad hæredes multa requiruntur, videlicet quod
24 sit facta mentio hæredum, † & hæres sit ido-
neus, & quod sic conduxerint, vt hæredes suc-
cedant in conductione, & societate, & quod ip-
si socij non tantum cum locatore vectigalium,
sed etiam inter se paciscantur, quod hæredes
in societate succedant, istis enim omnibus non
concurrentibus non dabitur transmissio ad hæ-
redes, quamuis essemus in societate vectiga-
lium, & rerum publicarum *Glos.in l.adeo.60.in verb.adscripta. ff. pro socio.Ruin.cons.90.n.11. col.7.& 8.lib.1.Dec.cons.212.col.5.ad med.*

Ex quibus sequitur, quod non sufficiet actum fuis-
se inter partes, vt societas transeat ad hære-
25 dem, † Nam etiam requiritur, vt cum domino
& locatore vectigalium hoc agatur, & cum eo
paciscantur conductores, quod talis societas,
& conductio ad hæredes transmittatur, cum
sit necessaria voluntas locatoris *Ruin. cons.90. col.7.in fin. vers. & dato etiam millies. n.11. ad med. lib.1. & cons.91.n.8.col.3. ad med.eod.lib. Dec. cons.212.n.7. col.5. post med. vers.item requiritur. Surd.cons.20.n.5.ad med.vers.& subdit vltra prædicta.*

Et facit, quia electio sociorum debet fieri de vo-
26 luntate locatorum, & in præsentia eorum, † cum
ex ea electione possent lædi, quasi intersit eis
habere magis vnum conductorem, quam alium.
Quidquid sit quando non posset considerari læ-
sio, quo casu electio personarum potest fieri in
absentia, vt in casu, in quo eligitur aliquis, cui
fuit relictum à testatore, cuius electio poterit
fieri absente, & ignorante hærede, qui ex illa
electione non læditur *l.nulli.§.cum autem.C.de episcop. & cleric. l.vnum ex familia. de legat.2. Bart.in l.1. ad fin. vers.quæro extra glosam.ff.*
27 *eod.tit. Ruin. cons.90. n.9. lib.1.* † Ideo etiam
conductores plures vectigalium possunt diui-
dere administrationem sine consensu domini,
itaut alius pro altero non teneatur, quamuis si
fieret diuisio de eiusdem consensu periculum, &
lucrum esset proprium cuiusque in parte sua.
Franc. Lucan. de fisco. in fin.n.38.ad med.vers. trigesimonono quæritur.tom.12.f.17.

Octauo. In conductione vectigalium, seu rerum
28 publicarum admittitur societas, † plures enim
possunt conducere gabellam, vel quod simul so-
diant aurum, vel argentum, aut quid simile,
itaut faciant vnum corpus in tali societate *Glos. in l.1. §.vectigalium.ff.quod cuiusque vniuers. nomin.per tex.in l.adeo.60.ff.pro soc.Firman.de gabel.p.3.in fi.vers. septimo quæro.n.11.& 12.f.59.*

Vnde si vnus tantum conducat publica vectigalia,
& postea super re conducta contrahat cum alijs
29 societatem, † non erit huiusmodi societas
transitoria ad hæredes, quamuis actum esset,
vt ad illos hæredes deberet transire, requiritur
enim quod omnes conducant, & super re con-
ducta societatem ineant, Ideo cum vnus tan-
tum conducit, in illo solum subsistit, & in alijs
deficit *Ruin. cons.90. n.11.col.7.in princ. vers. & per prædicta etiam declaratur.lib.1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.6. tit. 24.n.27.*

Amplius neque obstabit, quod socij vtantur ver-
bis significantibus societatem duraturam
quous-

quousque durat locatio, quia non ex hoc fiet transmissio ad hæredes, quando solum vnus conduxit, Intelliguntur enim illa verba, rebus permanentibus in eodem statu *l. quod seruius. de condict. ob caus.* Et sic donec vixerint dicti socij, prout est de natura societatis, vt in specie declarat *Ruin. d. cons. 90. n. 11. col. 7. ad med. vers. nec obstant illa verba. lib. 1.*

Prout dicimus de societate contracta vsque ad
31 certum tempus, † quæ potest contrahi *l. 1. ff. pro socio.* Quia non ex hoc actum intelligitur, quod durante illo tempore transeat ad hæredes, quasi voluntas deficiat, cum ex natura contractus
32 videatur actum, vt duret rebus sic stantibus † *l. actione. §. morte. ff. pro soc. l. quaero. §. inter locatorem. ff. locat.* Vnde si inter socios conuentum fuerit, vt capitale societatis non possit repeti intra triennium, hoc tamen intelligitur, nisi interim per mortem alicuius socij non sit fini-
33 ta societas, † Nam ea sublata corruunt omnia pacta ibi apposita *Alex. cons. 34. viso instrumento. n. 4. lib. 2.* late *Ancbar. cons. 310. dubium est in hoc. n. 11. vers. contrarium de iure. Surd. cons. 20. n. 11. Dec. cons. 212. in princ. vers. vnde
34 etiam inter socios. ante. n. 1.* † Quod admittitur etiam in societate facta per verba in perpetuum, Nam hoc perpetuum intelligitur dum viuunt ipsi socij *Glos. in l. 1. ff. pro soc. Menoch. cons. 989. n. 28. lib. 10. Ruin. cons. 143. n. 10. lib.
35 4.* Vbi idem si dictum fuerit semper & in † perpetuum, cum sit inculcatio verborum *Glos. in l. 2. in princ. ff. ad leg. aquil.* Et ratione subiectæ materiæ fiet interpretatio, dum viuitur *l. & in perpetuum. & ibi Glos. de procuratorib.*

Quod etiam erit respectu fideiussorum, qui accesserunt societate durante ad beneplacitum cum
36 disdicta quindecim dierum, † quamuis enim accesserint ad sex menses, & non vltra, tamen poterunt conueniri, si eadem societas infra sex menses fuerit disdicta, quando præsertim se obligassent tanquam principales, quia per consequens videntur obligati ad omnia, ad quæ tenebantur d. principales, qui etiam disdicta societate poterunt conueniri infra sex menses, ergo etiam licebit agere contra fideiussores *Put.* in specie *decis. 58. p. 3. post Bald. in l. si vltra. 22. in princ. C. de fideiuss.*

Nono. Finita tali societate per mortem vnius ex
37 socijs, † si alter postea nomine proprio conduxerit eadem vectigalia, non tenebitur lucra communicare hæredibus socij mortui, quasi illa habeat ex nouo contractu, prout neque debebit dicta lucra communicare alteri socio superstiti, cum morte vnius socij intelligatur finita societas quo ad omnes alios socios superstites *§. soluitur. instit. de societ. l. actione. §.
38 morte. ff. pro soc.* † Et ita in specie de reconducente rem post mortem socij concludit *Dec. cons. 212. col. 2. in princ. vers. idcirco cum finita tali societate.*

Immo neque hæredes socij prædefuncti essent vo-
39 cati, quamuis iste socius, † qui reconduxit vectigalia illa accepisset pro se, hæredibus, & successoribus, & vice, ac nomine sociorum, quia ista verba solum referuntur ad hæredes, & successores ipsius conducentis, non ad hæredes dicti socij prædefuncti, quasi illa verba respiciant solum personam eius, qui conduxit, cum sint duæ clausulæ separatæ vna per verba ablatiui casus, altera genitiui, ita vt prima non possit recte concordari cum secunda, vt latè declarat *Dec. cons. 212. col. 3. vsque ad 7.*
40 Vbi † etiam, quod quatenus esset conductio facta pro hæredibus sociorum, tamen contractus conductionis transiret in hæredes, non societas, quæ per mortem extincta fuit, Cum etiam quamuis in contractu locationis sit facta mentio de hæredibus sociorum, non propterea videtur actum, quod societas transeat ad hæredes, sed solum vt ipse contractus seruandus sit ab hæredibus, ita quod teneatur actiue & passiue ad illius obseruantiam *Corn. cons. 121. col. 1. ad fin. vers. his tamen non obstantibus. lib. 1. & cons. 122. col. 1. ante med. vers. nec videtur obstare. eod. lib.*

Decimo. Hæres socij debet perficere negotium
41 cœptum cum defuncto, † nam quæcunque geruntur prioris negotij explicandi causa, nihil refert, quo tempore consumentur, sed quo tempore inchoarentur *l. nam & seruius. §. si viuo. ff. de neg. gest. l. hæres socij. eod. tit. Dec. cons. 5. n. 11.
42 lib. 2.* Adeo † vt in societate vectigalium non solum debeatur lucrum, quod percipitur ex negotio antea gesto, sed etiam in lucro postea de nouo prouenìente *l. verum. 64. §. in hæredem. ff. pro soc. Surd. cons. 20. n. 17.* latè *Ruin. cons. 216.
43 col. 1. n. 1. vsque ad 4. lib. 1.* † Neque enim per mortem vnius socij finitur mandatum alterius quo ad negotia iam cœpta, quæ etiam illo mortuo possunt perfici, prout est potestas tutorum, & curatorum, quæ non expirat quo ad causas cœptas, quamuis tutela sit finita, Quidquid se-
44 cus sit in actore † *Franc. Marc. decis. 55. n. 1. p. 1.* cum alijs, quos adduxi supra *c. 71. n. 12. cum sequent.* Quidquid etiam aliud sit in Vicario, cuius iurisdictio dicitur extincta, etiam quoad negotia cœpta statim per obitum episcopi, cum se habeat ad iurisdictionem Episcopi per modum
45 accessorij, † Vnde cum extinguatur iurisdictio ordinaria Episcopi, quæ apud eum erat in concreto, per consequens extinguetur in personam Vicarij, qui eandem iurisdictionem ordinariam habebat etiam quo ad causas cœptas, quamuis alias iurisdictio ordinaria non expiret morte concedentis re integra, prout late explicat *Barbos. in l. quia tale. 14. n. 93. ff. solut. matrim. post Alex. in l. more. n. 4. de iurisd. omn. iudic. Couar. pract. quæst. c. 4. n. 4.*

Et quamuis etiam solutio non possit fieri vni so-
46 li, si est mandatum, † quod soluatur duobus *l. si debitorem. de nouation. Castr. in l. qui vsumfructum. in fin. ff. de verb. oblig.* Tamen hoc fallit, si vnus est socius, & habet complementum
47 rationis bancariæ † *l. 1. & 2. C. de institor. Rot. coram Card. Arigonio. Romana depositi 27. maij. 1596.* Vbi ampliat, quamuis societas esset

finita, dummodo tunc temporis reputaretur
48 societas durare, † & quod ille haberet d. complementum *l. 3. ad maced. l. 2. C. eod. tit. Tiraq. de leg. connub. l. 16. glos. 8. n. 146.*

Ista tamen intelliguntur, vt tunc compendium de-
49 beat communicari, † quando perceptum est post finitam societatem ex re communi *Bart. in l. titium & meuium. §. altero. in princ. ff. de administr. tutor. Alberic. & Fulgos. in l. actione. 66. §. morte. ff. pro soc. cum alijs per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. n. 34.* Vn-
50 de † si lucrum est perceptum post mortem socij ex re societatis, vt fructus, mercedes, vel vecturæ equorum communium, vel ex pretio rerum venditarum, tunc tale lucrum est communicandum, Aliud tamen erit in lucro percepto extra rem, vt quia pretium rerum venditarum fuit conuersum per socium in aliquam negotia-
51 tionem, † tunc enim non tenetur istud lucrum communicare, cum ad hoc vt illud communicetur debeat esse ex re communi perceptum *Ruin. cons. 216. n. 8. & cons. 91. n. 11. col. penul. ad med. vers. item non obstat quod finita. lib. 1. Gabr. cons. 78. n. 3. lib. 2. Petr. de Vbald. de duobus fratrib. p. 11. n. 25.*

Quare si vnus tantum fuit conductor, & solus re-
52 mansit in conductione, † quia vel alij non conduxerunt, vel eorum conductio non habuit effectum, perceptiones fructuum post societatem finitam, & lucrum inde proueniens non erit contribuendum, quasi tunc ab vno fiat perceptio proprio nomine, non communi, & ex propria pecunia, Itaut habeatur pro diuerso & se-
53 parato negotio, † Tunc enim compendium quæsitum debet contribui post finitam societatem, quando illa adhuc durante erat præparatum, aliud est in lucro percepto ex locatione, quod habet tractum successiuum, & non momentaneum, quod non potest dici præparatum respectu temporis futuri, cum non sit aptum quæri momento, nec habuerit initium respectu annorum sequentium etiam durante societate,
54 quamuis † contractus locationis præcesserit, & sic ius non est quæsitum plene pro rata ipsis socijs, latè *Ruin. cons. 216. col. penul. in princ. vers. & hoc est quod voluit. lib. 1.* Ideo etiam quamuis omnes conduxissent vectigalia, tunc lucrum
55 erit conferendum hæredi socij præmortui, † si actum sit, vt ei debeat conferri, quasi cessante ista conuentione non sit quærendum de huiusmodi lucro *Glos. in l. adeo. 60. in verb. ascripta. in fin. ff. pro soc.*

Vndecimo. Quemadmodum societas vectigalium finitur morte, & non transit ad hæredes, nisi de illis cum locatore fuerit conuentum, vt supra
56 dictum est, † Ita etiam hoc erit in locatione vectigalium, quæ per mortem expirabit, nisi de hæredibus expresse pactum sit, quando inter plures in conducendo fuit inita societas, vel quando à pluribus tanquam socijs fuit facta locatio, quasi tunc talis conductio sit vnita cum societate, & ab ea recipiat hanc naturam, vt finiatur eo modo, quo finitur societas *Ruin. in specie cons. 91. n. 8. col. 3. ad med. vers. & non*
57 *tantum per mortem. lib. 1.* † Prout dicimus de actione personali vnita cum reali, quæ ratione vnionis eius naturam assumit *Bart. in l. 4. §. cato. opposit. 3. col. 2. in princ. vers. quid dicemus.*
58 *n. 2. de verb. oblig.* † Exemplo iuris accrescendi, quod propter vnionem, quam habet cum substitutione pupillari trahitur ad bona impuberis *l. qui patri. 59. de acq. hæred.* Quidquid alias ius accrescendi simplex, & non vnitum non habeat
59 locum in diuersis hæreditatibus, † siue deferatur ex vno, siue ex diuersis testamentis *l. si sub conditione. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 2. C. de testam. milit. Bart. in d. l. qui patri. n. 2. vers. sed extra glosam oppono. de acquir. hæred.*

Et ita intelligitur, quod dicunt *Doctores* locationem, & conductionem pro certa fructuum quan-
60 titate non dissolui morte, sed ad hæredes transire, quasi ista locatio non sit proprie societas, nam colonus partiarius non est proprie socius *l. si merces. §. vis maior. vers. quasi iure societatis. ff. locat.* quæ dictio quasi inducit improprieta-
61 tem *l. 2. ff. de inoff. testam.* † Vnde non mirum si transit ad hæredes *Bald. in l. certi iuris. n. 6. C. locat. & in l. 1. n. 15. C. de fruct. & lit. expens. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6.*
62 *tit. 24. n. 30.* † Quod non est in locatione vnita societati, de qua iudicatur, vt de societate *ex supra allegatis*, licet *Abb. cons. 86. visis capitulis. lib. 2.* concludat, quod quamuis sit extincta societas, tamen locatio transibit ad hæredes, non obstante, quod insimul facta fuerit, & sequitur *Dec. cons. 212. sub n. 7.*

Duodecimo Officia Romanæ curiæ sunt persona-
63 lia, & ad hæredes non transmittuntur, † cum solum concedantur ad vitam ementis, Ideo mortuo officiali ad R. Cameram redeunt *Bald. in l. fin. §. sed & si quis. n. 8. in princ. C. commun. de legat. Alex. in l. diem functo. n. 3. de off. asses. Franc. Marc. decis. 617. in fin. & decis. 626. n. 8. p. 1. Gabr. cons. 63. n. 15. & 17. lib. 2. & cons. 78. n. 1. lib. 1. Barbos. in l. qui tale. 14. n. 38. ff. solut. ma-*
64 *trim.* † Vbi infert ad concessionem officij factam per Papam vsque ad decennium, quod non transmitteretur ad hæredem pro tempore, quod superest, si Princeps decesserit infra decennium, cum in re non transmissibili ad hæredem expressio temporis nihil operetur *l. vxori. ff. de vsufruct. legat.* & in specie declarat *Bald. in c. cum venissent. n. 5. de iudic.*

Ex qua conclusione sequitur, quod non solum societates contractæ super talibus officijs extin-
65 tinguuntur morte † *§. soluitur. instit. de societ. Curt. Sen. cons. 52. Corn. cons. 127. lib. 1.* sed etiam omnia priuilegia concessa ratione d. officij expirabunt per obitum d. officialis, cum etiam
66 priuilegia non transeant ad alios, † quando sunt personalia *l. 3. in fin. & l. forma. §. quamquam. de censib. l. 1. §. permittitur. de aqua quot. & estiu.* Quamuis essent concessa rei, & loco, ratione, & contemplatione personæ, Talis enim concessio
67 censebitur personalis, † & cum persona extinguetur *Aym. cons. 239. n. 4. Luc. de Penn. in l. sordidorum.*

diderum. ad med.C.de excuſ. mun. lib. 10. Iaſ. conſ.89.col.2. ad fin. lib. 3. Quando tamen perſona fuiſſet cauſa proxima, & immediata conceſsionis,tunc enim non attenditur,† quod verba ſint relata ad res,nam alias priuilegium cenſebitur reale, & contemplatio perſonæ habebit ſe per modum cauſæ impulſiuæ, quæ tanquam remota non conſiderabitur, late *Barboſ.* qui ita concordat opiniones in *l. quia tale*. 14. *n.* 25. *verſ. neque obſtant ſupra adducta. & n.* 27. *verſ. non obſtat tertia ratio. ff. ſolut. matrim.* (68)

(69) Vbi † ita declarat conceſsionem factam Regi Francorum tanquam Duci Mediolani, vt ciues Mediolanenſes eius ſubditi non trahantur ad Curiam Romanam; Nam tale priuilegium diceretur extinctum ſtatim quod fuit amiſſus ducatus, cum ibi verba ſint relata ad Ducem, non ad ciues Mediolanenſes, & perſona Regis fuit cauſa immediata, & finalis illius conceſsionis *Boſs.in prax. tit.de princip. n.* 343. (70) Nam† alias non extinguitur conceſsio per mortem illius, cuius contemplatione alicui facta eſt *l.fin. C.de vſufruct. l. ſi poſt mortem. §. vlt. de bonor.poſſeſ. contra tab.* cum enim ſemel ſit ius acquiſitum, quamuis ex perſona alterius, tamen durat, licet eadem perſona moriatur *l.illud.§.fin. ff.eod.tit.* Et in ſpecie priuilegij notat *Io. Arze. de nobilitat.hiſpan.p.4.c.8.n.2.tom.6. f.*259.

Decimotertio. Societas quemadmodum non tranſit ad hæredem *l.verum.§.in hæredem.ff.pro ſoc.* (71) Ita etiam† multo minus poteſt tranſire ad eum, qui ſuccedit in officio, cum iura non permittant, vt quis ſocius inuitus efficiatur *l.actione. §.morte. ff.pro ſoc.* Vnde mutatione perſonæ, in quam tranſit officium, finitur ſocietas, cum de vna in aliam non transferatur *l.qui admittitur. & l.nemo.ff. pro ſoc. Gabr. conſ.* 63. *n.* 17. *Honded.conſ.*85*.n.*19*. lib.*1.

Ex prædictis omnibus ſequitur ſocietatem, de qua agimus, non tranſiſſe ad hæredes, cum per mortem tam vnius, quam alterius ſocij expirauerit, *vt in prima concluſione* dictum fuit, quamuis ſimus in ſocietate vectigalium, aut rerum publicarum, quæ licet in hoc æquiparentur, & tranſeant etiam ad hæredem hæredis, vt *in 2.3.& 6.concluſione*. Tamen non fuit actum inter partes, & cum locatore, vt ad illos tranſmitteretur, prout requirebatur, *vt in 7. concluſione.* Maxime, quia vnus tantum ſocius accepit negotium rerum publicarum, de quibus agimus, & poſtea admiſit alios ſocios ad communionem dicti negotij, *vt in 8. concluſione.* Itaut neque aduerſetur, quod finita ſocietate per mortem vnius, alter poſtea illud iterum conducat, cum habeat ex nouo contractu, *vt in 9. concluſione*. Non obſtante, quod negotium fuiſſet inchoatum, cum non fuerit perceptum lucrum ex re communi, neque ſit præparatum, ſed acquiſitum a noua perſona nomine proprio, ex nouo contractu, & ex propria pecunia, *vt in 10.& 13.concluſione.* Præſertim, quia facultas perficiendi negotium cœptum expirauit, cum officio vacante per mortem ſocij, cuius officij ratione aderat priuilegium illud exercendi, quod tanquam perſonale dicitur extinctum ſublato officio, *vt in 12. concluſione*. Quæ magis procederent, quando non eſſet ſocietas publica, ſed mixta, vel plus participaret de priuata vtilitate, *vt in 4.& 5.concluſione*. Quamuis eſſet inſimul facta conductio, & ſocietas, cum ratione vnionis attendatur natura ſocietatis, *vt in 11. concluſione* dictum fuit.

EPITOME.

Exceptio amicitiæ, affectionis, intereſſe, **paupertatis, ludi, affi**nitatis, & ſimilium **inhabilitatum quando** repellat teſtes. ¶ Pro**batio per rei euidentiam** an ſufficiat, quamuis teſtes **non concludant.** ¶ Repetitio teſtium ad declar**andum eorum** depoſitiones, quando poſſit fieri. ¶ Dictio, incirca, quo caſu referatur **ad modicam quantitatem,** vel ad paruum tempus, & ſtetur arbitrio Iudicis. ¶ Depoſitio teſtium per verba plus, vel minus, circa, fere, vltra, cum ſimilibus, quando valeat. ¶ Et quid ſeruetur in materia liquidationis. ¶ Et an libellus continens d. verba ſuſtineatur.

SVMMARIVM.

1. *Amicitia ſola non repellit teſtem.*
2. *Intereſſe, & affectio teſtis pro ſua opinione comprobanda tollitur per proteſtationem, quod non vult præiudicare partibus, niſi quatenus ius aſſiſtat.*
3. *Clericus admittitur in teſtem, non obſtante affectione.*
4. *Paupertas non excludit aliquem à teſtificando, quando ſumus in perſona honeſta.*
5. *Exceptio ludi quando repellat teſtem.*
6. *Inhabilitas teſtium eſt ſpecialiter probanda de tempore iuramenti, & examinis illius.*
7. *Probatio per rei euidentiam ſufficit, quamuis teſtes non concludant.*
8. *Affinitas non repellit teſtes in cauſa ciuili, quando eſt tranſuerſalis, multum tamen diminuitur de fide. n.9.*
10. *Teſtes deponentes per verbum incirca, plus, & minus non probant, Idem in verbis ferè, vltra, & ſimilibus. n.11.12.& 13.*
14. *Probatio, quod ſcholaſticus ſtuduerit quinquennio, vel circa, non admittitur.*
15. *Alternatiua, vel, facit vt teſtis nihil probet, & quid in copulatiua, & n. 16.*
17. *Dictio plus, & minus non vitiat libellum, niſi opponatur à parte.*
18. *Dictio, circa, quantum tempus debeat comprehendere.*
19. *Teſtis deponens per verbum, circa, poteſt repeti per Iudicem, vt ſe declaret.*
20. *Repetitio teſtium ad declarandum eorum diſpoſitionem quando poſſit fieri.*
21. *Teſtes deponentes per verba, parum, plus, vel minus, probant in materia liquidationis, & ſumenda eſt media interpretatio. n.22.& 23.*

Dictio,

24 *Dictio, incirca, aliquando refertur ad modicam quantitatem, vel paruum tempus. Intellige dummodo non agatur de probatione certa temporis, & quantitatis. Et ita concordantur decisiones Rotæ contrariæ. n. 25. & 26.*

CAPVT CCLXXVII.

Contra examen testium, de quo in casu mihi proposito exceptiones multæ opponebantur, quas tamen dixi non esse attendendas ad effectum, de quo agebatur, Etenim circa prætensam amicitiam, verius est ex ea sola non repelli testem, † cum amicus non præsumatur velle, nisi bonum, & honestum pro amico, & amicitia quæ corruptionem inducit, non charitatiua excludit amicum à testificando *Alex. cons. 88. n. 14. lib. 5. per tex. in l. sciendum. 21. vbi Glos. in verb. adhibendos. de vsur. Bald. in l. eos. 4. n. 1. C. de testib. & cons. 50. ad med. vers. & cum isti fantelli. lib. 2. Natt. cons. 95. n. 13.*

Secundum quo ad interesse prætensum, & affectionem pro sua opinione comprobanda non obstat, † quia idem testis expresse protestatur nolle aliquod præiudicium oriri partibus, nisi quatenus ius assistat, ex quibus verbis tollitur omnis suspitio, & conualidatur eius dictum *Aym. cons. 73. n. 29. Mascard. conclus. 1357. n. 57.* † Maxime cum simus in clerico, & persona fide digna, & legali, qui magis admittitur non obstante d. prætensa affectione, & interesse *Bursat. cons. 87. n. 38. lib. 1. Ancbar. q. 32. n. 5. lib. 1.*

Tertium, quod secundus testis sit pauper, non aduersatur, quia sola paupertas non excludit aliquem à testificando in ciuilibus, † si alias sit persona honesta, & nõ suspecta *Bertazzol. cons. 68. n. 6.* late *Claud. ad Eund. Bertazzol. cons. 210. vers. sane in re principali. & vers. nec diminuitur de fide. Ruin. cons. 158. n. 27. lib. 5. Dec. cons. 162. in causa. col. 4. post princ. vers. sed ad ista respondetur. n. 6.*

Quartum, quod idem testis sit lusor, neque debet attendi, quia hoc solum non sufficit ad illum repellendum, † cum requiratur probatio, quod sit consuetus ludere, & frequentare ludos, Nam si de ista frequentia non constat, talis exceptio nihil oberit *Dec. cons. 163. col. 9. in princ. vers. ex his enim patet. n. 19. Bald. in rubr. C. de constit. pecun. in fin. Menoch. de arbitr. cas. 399. n. 21.*

Præsertim, quia non sufficit probare testem esse lusorem, nisi etiam probetur, quod fuerit lusor tempore depositionis, † de quo non apparet in casu nostro, Vnde ista exceptio nihil releuat, Prout generaliter dicimus de inhabilitate testium, quæ specialiter est probanda de tempore iuramenti, vel examinis testium *l. 3. §. dua causæ. de carbon. edict. Alex. cons. 133. n. 1. col. 2. in princ. lib. 1. Roland. cons. 41. n. 43. lib. 1.* Et in specie de exceptione ludi ita concludit *Dec. cons. 162. n. 20. col. 9. vers. quarto non deponit. Mascard. conclus. 995. n. 6.*

Accedat probatio per rei euidentiam, cum ex inspectione loci constet confines non potuisse poni in loco, de quo controuertitur, † quæ sola probatio sufficeret, quamuis testes non concluderent, cum probatio per rei euidentiam sit optima, & superlatiua omnium probationum, ita vt nulla legis virtus possit illam excludere *Bal. in rubr. C. de probat. n. 1. vers. redeo igitur ad primum. & in l. contra negantẽ. C. ad leg. falcid. post Azon. in sum. ff. eod. tit. Arnald. Alberti. de assertionib. catholic. q. 35. n. 3. tom. 11. p. 2. f. 117. Mascard. conclus. 860. in fin.*

Ex quibus cum constet de probatione legitima ad fauorem rei conuenti, non est facienda vis in testibus pro actore examinatis, † cum probetur affinitas, quæ licet non repellat testes in causa ciuili quando est transuersalis *Ang. cons. 194. n. 2. Paris. cons. 87. n. 27. lib. 3. Rot. coram R. P. D. Sacrato. Romana cottimi. 4. Februar. 1604.* † Tamen multum diminuit de fide *Natt. cons. 32. n. 10. Idem Sacrat. in eadem causa. 29. Martij 1604.* vbi attestatur recessum fuisse à prima decisione.

Et quatenus d. exceptio affinitatis non obstaret, Tamen intentio actoris non est probata, quia omnes testes loquuntur per verbum, incirca, & † plus, & minus, quo casu non dicuntur certe, & constanter deponere, sed indeterminate, vnde non probant, nec concludunt *Corn. cons. 59. n. 5. lib. 4. Alex. cons. 183. n. 7. lib. 7.* vbi, quod est menti tenendum secundum *Butr. in c. fin. de desponsat. impuber.* & sequitur *Rot. corã R. P. D. Ludouisio. Parmen. status. 3. Decembr. 1607.*

Et facit, quia cum testis adiecit dictionem, vel circa, apparet, quod non habuit pro constanti, quod esset cõpletum illud, de quo deponit, quia dictio circa, denotat diminutionem, & non videtur de certo affirmare, sicut dicimus de dictione, ferè, † Ita vt in teste adijciente dictionem, circa, reddatur probatio illius omnino incerta, & dubia, adeo quod non possit dici illum probare de aliqua re, seu tempore, vt late declarat *Alex. cons. 29. clarissime doctor. col. 3. n. 6. lib. 7.* † Vbi etiam idem addit in dictione plus, vel vltra prolata à teste, quæ facit, vt nihil probet, quidquid alias tales dictiones consueuerint comprehendere modicum *l. hac adiectio. ff. de verbor. significat. Bart. in l. celsus. col. vlt. ff. de vsucap. Imol. cons. 105. in fin.*

Et de huiusmodi dictionibus, quod reddant probationem dubiam, † ita vt contra producentem debeat fieri interpretatio, & quod non excusent a petitione pluris *Guid. Pap. q. 290. libello. n. 1. Rebuff. in l. cæterorum. 160. col. 3. post med. vers. communiter. ff. de verb. significat.* † vbi etiam de probatione facta per scholasticum studuisse quinquennio, vel circa, aut possedisse triginta annis, seu circa, quod non valeat per *tex. in l. celsus. ff. de vsucapion. Idem Rebuff. de nomination. q. 11. in fin. & in prax. beneficial. tit. de dispensat. ration. ætat. col. 2. in fin. vers. vnde hæc dictio. n. 5*

Maxime, quia in casu nostro adest illa alternatiua, vel, quæ facit, vt testis nihil probet, † cum dicendo plus, vel minus non dicatur certe, & constanter deponere *Rot. coram R. P. D. Ludouisio.*

Marginal numbers in the two columns: 1–15

uisio. Parmen. statns.3. decembris.1607. per doctrin im *Bald. in l. ab hostibus.§. quod simpliciter. col.2. ante med. ff. quib. ex cauf. maior.* vbi quod testis loquens alternatiue, quod talis possedit nouem annis, vel plus, non probat, quia alternatiua accipitur in eo, quod minus est *l. inter stipulantem. §. si stipulanti. ff. de verb. obligat.*

16 Quidquid † aliud sit, quando loquitur copulatiue nouem annis, & plus, tunc enim probat de modico tempore plus *Bald. in d. §. sed quod simpliciter. col.2. ad med. post Cyn. & Iacob. de Aren. in l. si quis in suo. C. de inoffic. testam.*

Et cum constet de oppositione partis, magis prae-

17 ualebit huiusmodi exceptio, † vt de dictione plus, & minus, quae non vitiat libellum, nisi opponatur à parte *Ias. in l. si post tres. n.16. ff. si quis caution.* & de similibus clausulis plus, & minus positis in libello quid operentur *Bart. in l. in actione. 19. vbi Add. in verb. nihil operatur.*

18 *ff. de furt. Guid. Pap. decis.290.* † Et quod de iure non sit determinatum quantum tempus dictio circa debeat comprehendere *Abb. in c. fin. de desponf. impuber. Ranchin. in addit. ad Guid. Pap. decis.290.*

Verum esset, quod quamuis non probet testis per

19 dictionem circa, vt dictum est, † poterit tamen repeti per Iudicem, vt depositionem suam declaret *§. illud. auth. de testib. Ias. in l. & si post tres. n.16. ff. si quis caution.* Vbi etiam quod non solum ijdem testes, sed alij possunt induci ad istam declarationem faciendam *c. cum causam*

20 *quae inter aeconomum. de testib.* † Non repetentur tamen ijdem testes ad declarandum, quod obscure dixerunt, nisi quando adeo est obscurum eorum dictum, vt nullum habeant intellectũ, si enim potest intelligi, sed diuersis modis, tunc si quod dictum est ex consuetudine recipit interpretationem, illam habebit, alioquin in benigniorem partem, vel contra introductorem *Innoc. in c. cum clamor. 53. in fin. de testib.* Verum quia haec nō est materia nostra super praedictis videndi sunt *Felin. & alij in d. cum clamor.*

Obseruandum est tamen, quod si agatur de liquidatione, huiusmodi rigor non approbatur,

21 quando † testes dicerent parum, plus, vel minus, quamuis enim similia verba reddant incertum dictum testis, in modico tamen verificantur, & intelliguntur, & eorum depositio coadiuuatur benigne cum eis agendo, vt ita seruari per *Rot.* testatur *Caesar de Graff. decis.19. n.6. de testib.*

22 vbi † etiam de aliquibus testibus, qui deponebant de octo millibus, alij de nouem, alij de nouem, vel decem, cum clausula plus, vel minus, tunc enim sumetur media interpretatio, Nam quamuis non attendatur minor summa, quando adsunt testes in maiore summa *Alex.*

23 *cons.64. n.8. lib.2.* † Nihilominus hoc intelligitur, si testes assertiue ponerent dictam summam maiorem, sed dicendo parum, plus, vel minus non videntur omnino certe deponere, vnde recte sustinebitur talis depositio in minore summa, in qua alij conueniunt *Caesar de Graff. decis.10. n.7. & 8. de testib.* Haec autem dicta sint per transennam, cum egeant longiore discussione, quam Deo dante latius adducam *in alio capite particulari,* vbi multa exempla, & quaestiones ponentur circa istas dictiones circa, vel, plus, minus, forte, fere, & similia.

Solum addendum est, quod in casu nostro testes, de quibus agimus, non probant aliquo modo intentionem actoris, quia vt dictum est, loquuntur

24 per dictionem in circa, † quae dictio licet aliquando referatur ad modicam quantitatem, vel paruum temporis spatium ex adductis supra *in vers. addendum. ad med.* Tamen hoc intelligitur quando non est vis in tempore, aut quantitate

25 praecisa, † secus est, si agatur, prout in casu nostro, de probatione certae, & determinatae mensurae, tunc enim tales testes nihil probant, neque attenditur quod huiusmodi dictio possit referri ad modicam quantitatem ex iudicis arbitrio declarandam, & ita concordantur opiniones Doctorum in huiusmodi materia, prout etiam sic intelligitur decisio *Rot.* supra allegata *coram R.P.D. Ludouisio Parmen. status.3. decembris.* 1607. vbi agebatur de probatione praecisi tem-

26 poris. † Adeo vt cum ista distinctione non aduersabitur decisio *Eiusdem Rot.* superius etiam adducta *Caesar. de Graff. decis.10. n.6. de testib.* vbi loquitur de quantitate non praecisa, quemadmodum etiam vult *Glos. in c.1. §. fin. in verb. circa. de offic. ordin. in 6. & in c. vltim. in verb. circiter. de desponsat. impub. Menoch. de arbitr. cas.46. n.4. Ruin cons.130. n.5. & 6. lib.4. Alex. cons.183. ad fin. n.7. lib.7. & cons.184. viso processu inter Spectabilem. n.11. eod. lib. Rebuff. de dispensf. ration. aetat. in verb. seu circa. n.3.*

EPITOME.

VNiones de beneficijs reseruatis, quando possint fieri per Ordinarium, & Inferiorem à Papa. ¶ Et praesumantur factae in fraudem Sedis Apostolicae. ¶ Et ex quibus talis fraus colligatur. ¶ Possessio decennalis beneficij an deseruiat pro titulo. ¶ Defectus consensus Capituli in vnionibus per quem possit opponi. ¶ Vicarius, & Archidiaconus an valide vniant beneficia. ¶ Et an talis prouisus ab eis agat spolio. ¶ Praebendae an debeant esse distinctae, vt valeant vniones factae per Episcopum, & quae requirantur pro illarum validitate. ¶ Minor fraus an consideretur in beneficio affecto vnito ratione personae, quam in reseruato. ¶ Prohibitio generalis an tollat vniones vigore Concilij. ¶ Et propter augmentum Ecclesiae, & cultus diuini. ¶ Beneficia reseruata, quando possint vniri Seminario ante illius erectionem, & receptionem scholarium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia reseruata non possunt vniri ab Ordinario, neque ab alio Inferiore à Papa.*

2 *Vnio facta per Papam de beneficio reseruato absque mentione reseruationis est nulla.*

Impe-

3 *Impetratio de beneficio vnito reseruato, quando valeat.*

4 *Titulus & possessio cessat stante reseruatione.*

5 *Vniones beneficiorum reseruatorum vigore Concilij Tridentini, quando possint fieri.*

6 *Prohibitio generalis non tollit vniones factas iuxta Concilium Tridentinum, & propter augumentum cultus diuini. n.7. & 8. & ita seruatur in Ecclesia Mediolanensi. n.9.*

10 *Papa non censetur derogare decretis Concilij respectu vnionum, nisi fiat specialis mentio.*

11 *Episcopus cogitur vnire beneficia causa subsistente*

12 *Facultas conferendi beneficia reseruata extenditur ad ea, quæ sũt reseruata ex duplici capite.*

13 *Potestas dispensandi debet latè interpretari.*

14 *Vnio facta per Episcopũ seu Legatum de beneficijs reseruatis caret effectu, donec Papa cõtulerit, & dimissio beneficio sumet robur, nisi Papa vtatur reseruatione, quo casu suspendit. n.16.*

15 *Vnio concernit proprietatem beneficij, collatio autem, quæ fit per reseruationem concernit fructus illius.*

17 *Vniones de beneficijs reseruatis non valent tanquam factæ in fraudem Sedis Apostolicæ, & quomodo talis fraus dicatur cessare, vt illa possint valere. n.20.22. & 24.*

18 *Effectum perimit causa perempta suum.*

19 *Fraus censetur excepta in omni dispositione.*

21 *Ignorans & dubitans excusatur à fraude.*

23 *Possessio decennalis, quando deseruiat pro titulo, itaut quis non teneatur illum exhibere in visitatione.*

25 *Vtilitas est causa doli & fraudis.*

26 *In vnionibus factis per Ordinariũ minor fraus consideratur, quando sumus in beneficio affecto ratione personæ, quam in reseruato. n.27.*

28 *Reseruatio est consumpta, si semel habuit effectum per prouisionem, quamuis non esset apprehensa possessio corporalis.*

29 *Permutatio beneficij affecti, & reseruati quando valeat facta mentione vnionis etiam sine derogatione regulæ de iure quæsito.*

30 *Vnio confirmata habet maiorem auctoritatem.*

31 *Defectus consensus Capituli in vnione non potest opponi, nisi per eum, non per alium.*

32 *Cõsensus capituli potest interuenire post vnionẽ.*

33 *Præbẽdæ debent esse distinctæ, vt valeat vnio facta per Episcopũ, & quæ alia requirãtur. n.34.*

35 *Vnio facta per Vicarium, vel Archidiaconum an sustineatur. n.36. & 38.*

37 *Prouisus per vnionem factam à Vicario potest agere spolio.*

39 *Vniones, quæ fiunt futuro Seminario de beneficijs reseruatis, quando valeant ante erectionem illius, & receptionem scholarium. n.40. & 41.*

42 *Dispositio ad fauorem Collegij, seu Ecclesiæ construendæ valet.*

CAPVT CCLXXVIII.

PRæsupponendæ sunt conclusiones infrascriptæ, vt cognoscatur validitas vnionis de qua agebamus. Prima igitur sit conclusio, quod reseruata beneficia non possunt vniri ab Ordinario, † nec ab alio inferiore à Papa, nec ante, nec post vacationem, cum inferiores habeant manus ligatas, nec facere possint, quod reseruatio non habeat locum *c. cum inferior. de maior. & obed. c. vt nostrum. 56. de appellat. Cæsar. de Graff. decis. 1. n. 11. de reb. eccles. non alien. Gonzal. ad reg. 8. cancellar. glos. 5. §. 7. n. 136. & glos. 52. n. 7.* & est tex. *in extrauag. ad romani. §. romani. de præbend. inter commun.* cum alijs per *Menoch. cons. 194. n. 5. lib. 3.*

Immo etiam vnio facta per Papam de beneficio reseruato absque mentione reseruationis est nulla, † sicut dicitur de impetratione, & dispensatione propter eius odium *Felin. in c. postulasti. 27. n. 3. col. 8. in princ. vers. potest etiam inferri ad dubium. de rescript. Calder. cons. 13. de reb. eccles. non alienand.* † Ideo impetrans illud tanquam reseruatum non facta mentione vnionis bene impetrat *Felin. in c. nostra. 32. col. 17. post princ. vers. item scias quod vnio. n. 24. de rescript.* Itaut † stante reseruatione non solum cesset titulus, sed etiam possessio propter decretum irritans *Rot decis. 3. n. 2. de restit. spoliat. in antiq. Cassador. decis. 1. eod. tit. Rot. coram R. P. D. Seraphino Auersana beneficij 3. iulij. 1608.*

Secunda conclusio. In vnionibus factis vigore *Concilij Tridentini* aliud est dicendum, † illæ enim sunt validæ de beneficijs reseruatis, & affectis siue generaliter, siue specialiter, cum fiant ab Episcopis tanquam sedis Apostolicæ delegatis, vel pro erectione Seminarij, *vt in eodem Concilio sess. 23. c. 18. de reformat.* Vel ratione tenuitatis præbendarum, *vt in sess. 24. c. 15.* Vel ob alias causas, de quibus *sess. 21. c. 5.* † Itaut nunquam generalis prohibitio tollat vniones factas vigore d. Concilij *Paris. de resignat. beneficiorum. lib. 2. q. 9. n. 18.* Prout neque comprehenderet eas, quæ fiunt in augmentum cultus diuini *Rot. diuers. decis. 1144. lib. 3. p. 3.* † Cum Summus Pontifex reseruando simpliciter beneficia nunquam videatur velle impedire dispositiones, quæ fiunt ob vtilitatem, & necessitatem ecclesiæ *Bellam. in clem. 2. n. 35. cum seq. de reb. eccles. non alienandis.* † Ideo cum ista qualitas affectionis, & reseruationis sit sublata per Concilium valebunt vniones in prædictis casibus *Cæsar. de Graff. decis. 132. in fin. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 16. n. 9.* † Quod etiam seruatur in ecclesia Mediolanensi, vt in eius *Actis lib. 2. f. 119. in fin.* Adeo, vt non sit derogatum decretis Concilij, nisi fiat per Papam mentio specialis, † vt in specie vnionis late *Menoch. cons. 194. n. 11.*

Quæ adeo vera sunt, vt etiam Episcopus cogatur similes vniones facere, si causa subsistente nollet talia beneficia vnire † *Mandos. ad reg. 12. cancellariæ. q. 6. n. 4. Fusc. de visitat. lib. 2. q. 26. n. 20. in fin.* Itaut facultas conferendi beneficia reseruata extendatur ad ea, † quæ sunt reseruata duplici reseruatione, vel capite *Rot.* de qua per *Aegid. decis. 425.* quem sequitur *Simonett. de reseruat. q. 83. Gonzal. ad reg. 8. cancellar. glo. 22. in fin. n. 101.* & voluit prius *Felin. in c. in-*

nostra

nostra.32.col.14.post princ. vers.& nota quod si 13 *par. 2.corollar.6. n.15.de rescript.* † Exemplo facultatis dispensandi, quam large interpretantur *Idem Felin.in c.postulasti. eod.tit. 10. Andr.in c. fin.de simon.*

Tertia conclusio. Quamuis Episcopus, seu Legatus de latere non possit vnire beneficia reseruata, 14 Vnio † tamen caret effectu, donec Papa contulerit, sed ex quo contulit illo dimittente beneficium, vnio habet robur, Vnde vnio simpliciter tenet, nisi Papa vtatur reseruatione conferendo beneficium, quia si vtitur tenet collatio, & vnio suspenditur, Ita ex *Rot.* declarat *Cardin.in clem. 2.in princ.col.vlt ad med.q.9.n.13.& ibi Bellam. n.35.cum seq. de reb.eccl. non alien.* Reseruatio enim non impedit vnionem faciendam per or- 15 dinarium, † quasi vnio concernat proprietatem beneficij *Petr.de Perus.de vnion.eccles.c.2. n.11. Menoch.cons.294. n.4. lib.3.* Collatio autem, quæ fit per reseruationem concernit fructus illius, Et sic vnio tenet, & illius necessitas, & effectus differtur ad tempus, non in perpetuum ex facto Principis, Quare valebit vnio de beneficio reseruato, cum effectus illius suspendatur donec prouisus à Papa de beneficio reseruato 16 cedat, vel decedat in mense ordinario, † & quamuis vnio sit facta ob causam necessariam, Tamen non est absurdum, vt talis necessitas differatur ad tempus, non in perpetuum *Rot. decis.1. alias 19. de reb.eccles.non alienand Felin. in c.in nostra.n.23.corollar.27.de rescript. Mandos.reg.12.q.5.n.3.*cum alijs per *Gonzal.ad reg. 8.cancellar.glos.5 §.7.n.136.*

Quarta conclusio. Non valent vniones de beneficijs reseruatis, quasi fiant in fraudem prouisio- 17 nis Apostolicæ, † *vt in decisione coram R.P.D. Sacrato. Auersana beneficiorum. 3. iulij. 1608. Io.Franc.Leon.in thesaur for.ecclesiast.p.2.c.31. n.22.& 23.* Vnde si talis fraus cessaret, non ob- 18 staret huiusmodi prohibitio, † iuxta illud effectum perimit causa perempta suum *Glos. in c. ita quorundam. 6.in verb.ferrum. de iudic. Tiraq.cessant.caus.in princ.n.11.* Prout generale est, vt in omni dispositione censeatur excepta 19 fraus † *c.imperialem §.1.de probibit. alienat.per federic.Surd.cons.457. n.54. lib.4. Afflict. decis. 111.n.3.*

Constaret autem fraudem cessare, quando ordina- 20 rius ignorasset beneficium reseruatum, seu † affectum, ob quam ignorantiam excusaretur à dolo, & fraude *l. quicunque. 4. §. quod si seruus. C.de seru. fugitiu.Glos.in l.1.in verb.latrones. in fin. de receptator. l. ex maleficijs. §. longe minus. de act.& obligat. Aym.cons.8. n.10.* vbi 21 etiam † quod nec dubitanti imputatur fraus, cum dicatur esse in bona fide *Ias. in l. si per errorem. col.2.in princ. de iurisd. omn. iudic. post Bald.in l.leges sacratissimæ. C. de legib. Corn. cons.139.col.2.lib.4.*

Quæ ignorantia magis excusaret, si beneficium, 22 quod prætenderetur affectum, † seu reseruatum fuisset possessum per spatium multorum annorum, Itaut ex hoc non teneretur quis titulum exhibere, Tunc enim cessat præsumptio, quod Episcopus censeatur habere notos titulos beneficiorum ratione visitationis, quasi in hoc de- 23 cennalis possessio deseruiat pro titulo. † quando sumus in persona capaci, & cui ius non resistit, Quidquid aliud sit in non capace, & cum titulo dispensationis *Abb.& Felin.in c.licet heli. de simon. & in c. illud. de præsumpt. late Florez Diaz var.quæst.lib.3.q.23.n.54.cum seq.*

Magis hæc procederent, si vnio fuisset facta, non solum de beneficio affecto, & reseruato, sed etiam de pluribus alijs non affectis, & reserua- 24 tis, † sed ad collationem Episcopi libere spectantibus, quasi tunc non posit colligi aliqua fraus, prout colligeretur, si solum vnisset beneficia reseruata, & affecta, Tunc enim omnia censerentur facta in fraudem. Vnde valebit vnio, si tam vnum, quam aliud fuisset vnitum, vt alias resoluit *Congregatio Concilij*, prout in decretis, quæ circumferũtur ad *Idem Concil. c.18.sess.23.*

Et facit, quia ex tali vnione Episcopus priuat se omni commodo conferendi plura beneficia, quæ 25 pertinent ad eius dispositionem, † quod cum redundet in eius præiudicium, non potest colligi aliqua fraus, quam nullus præsumitur committere sine commodo, & vtilitate, & multo minus cum eius damno, quasi vtilitas sit causa doli, & fraudis *Cardin. cons.125. ad fin. Bald. cons. 382. in quæstione. n. 10. in fin. lib.5. Alex. cons.127.visa inquisitione. n.12 lib.4. Imol.cons. 129. in fin. late Aym.cons.75.n.17. & cons.319. n.13. Marsil.cons.77.col.2.*

Quinta conclusio. Quando sumus in beneficio affecto ratione personæ minor fraus potest considerari in vnionibus factis per ordinarios. Qua- 26 si † tunc minus iudicetur de huiusmodi affectione, quam iudicaretur de beneficio, quod tempore vnionis vacauerat in mense reseruato, Cum in isto fiat certum præiudicium Sedi Apostolicæ, ex quo vnitur beneficium indubitanter reseruatum, quod non est in illo, quamuis enim 27 sit affectum tempore vnionis, † Tamen potest desinere esse tale, cum illud obtinens posit resignare certæ personæ, per quam resignationem consummatur affectio, & suspenditur vnio pro illa vice, & sic potest euenire casus, quod collatio similis beneficij spectet ad ordinarium, & vacet in vno ex quatuor mensibus non reseruatis, vnde ex tali vnione priuaretur Episcopus collatione d. beneficij vacantis per obitum resignatarij, cum sit consumpta reseruatio, 28 quæ † semel fuit assecuta suum effectum per prouisionem, quamuis etiam non fuisset apprehensa possessio corporalis, cum in istis iuribus non requiratur, Itaut amplius reseruatio non reconualescat sine noua voluntate Papæ *Rot. decis.283. alias 24. de præbend. in antiq. & decis.553. alias 31. in fin. eod. tit. Cassador. decis.4. n.4. de caus.possess.& proprietat. Gonzal. ad reg. 8.cancellar glos.5.§.7.n.142.*

Et passim tales prouisi resignant, & permutant similiter beneficia affecta, & reseruata facta 29 mentione vnionis, † quod Summus Pontifex

admittit

admittit, cum sit valida collatio, quamuis non sit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo, Quia potest contingere, quod resignatarius præmoriatur resignanti,& sic suspendendo effectum vnionis non dicitur facere præiudicium considerabile, quidquid aliud sit non facta mentione illius *Paris. de resignat. benefic. lib.2.q.9.n.8. vsque ad n.16.*

Ex istis colligitur, validam esse vnionem, de qua agebamus,tanquam factam auctoritate Concilij, & ex causis necessitatis Ecclesiæ, *vt in secunda conclusione*, Non obstante, quod vnum ex beneficijs vnitis esset reseruatum, cum cesset omnis suspitio fraudis ob decem alia vnita spectantia ad liberam collationem Episcopi, Maxime quia eramus in beneficio affecto, de quo minus iudicatur, quam de reseruato, vltra ignorantiam affectionis propter antiquam possessionem prouisi, *vt in quarta, & quinta conclusione*. Quidquid aliud sit in vnionibus factis sine auctoritate Concilij, quorum effectus suspenditur, *vt in prima, & tertia conclusione* dictum fuit. Cum etiam accesserit confirmatio sacræ Congregationis Concilij, cui per Episcopum talis vnio fuit notificata pro huiu modi

30 confirmatione habenda, † Ita vt ex hoc sit iudicanda maioris auctoritatis, neque de eius inualiditate possit opponi *Natt.cons.669. n.16. Paris. cons.3. n.40. lib.3.* Præsertim,quia omnes causæ fuerunt verificatæ *Boer.decis.345.n.1.* Et adfuit consensus omnium, de quibus in

31 Concilio, † quamuis neque de nullitate vnionis posset opponi ob defectum consensus Capituli, cum hæc exceptio illi soli concedatur *Rot. decis. 133.n.10.p.2. post Oldrad. cons.162.*

32 *in fin.* † licet etiam talis consensus posset post vnionem interuenire *Boer. decis.345. n. 3. Rot. diuers.decis.133.n.9.in fin.p.2. Gabr. cons. 200. col.2. lib.1.*

Accedat, quod vnio est facta per Episcopum, qui singulis præbendis separatim beneficia vniuit

33 ex causa, † & non omnibus simul præbendis vnum, aut plura beneficia, sed separatim, & distincte cuique præbendæ aliquid, hoc enim casu, quamuis vnio fiat singulis præbendis canonicorum, Tamen non dicitur vnio fieri ipsi Capitulo, requiritur enim, vt in ecclesia præbendæ sint distinctæ, nam si non essent tales, vnio non valeret, & necesse est, vt cuncta beneficia non vniantur omnibus præbendis, quia tunc singuli Canonici essent prælati omnium beneficiorum vnitorum, quod esse non potest, Prout neque vnum beneficium debet omnibus vniri, quia vnius ecclesiæ vnus tantum prælatus

34 esse debet, † sed debent vniri singulæ singulis, Ita enim recte vnio procedet, quia tunc scitur cui beneficio facta sit vnio, & quodlibet beneficium habet suum prælatum distinctum, & vtilitas est singulorum,non capituli *Gabr.* qui omnia prædicta declarat *cons.178.n.3.vsque ad n. 5. lib.2.* vbi ita intelligit *c.15.Concil.Tridentin. session 24 de reformat.* vt scilicet singulis præbendis singula beneficia vniantur,non omnibus simul indistincte vnum, aut plura *Vitalin. in clem si vna.2.§.quod si.col.2.ante med.vers.quod intelligo de præbenda.n.15.de reb.eccles.non alienand. Gonzal.ad reg.8. cancellar.glos.5.§.7.n.*

35 *73.in secunda editione.* † Quæ vnio erit facienda per Episcopum, non autem per Vicarium, cum vnire sit alienare,& habeatur pro re graui, & reseruata,Ideo non venit hæc facultas in generali mandato Vicarij,sed requiretur speciale prout in terminis concludit *Rebuff.in prax.beneficial.de form.vicariat.archiepisc.& alior.collat.n.102.p.1.& in tit.de vnion.beneficior.n.37. Paris. cons.40. in princ. lib. 4.* cum alijs per *Sbrozz.de off.vicar.q.115.lib.2.Geminian.cons. 38. pro clariori decisione. col. vlt. ad med.n.10.*

36 Quamuis † contrarium, quod Vicarius habeat facultatem faciendi vniones concludat *Rot. per Mobed.decis.337.incip.vicarius calaguritanus. ad med.* quam sequitur *Gabr.cons.vlt.n.3.lib.1.*

37 Ideo † talis prouisus per vnionem factam a Vicario aget spolio, cum huiusmodi titulus ab eo habitus sit coloratus ad interdictum recuperandæ possessionis, & *Innoc.* de quo per *Gemin.d.cons.38.n.10.* loquitur in Archidiaco-

38 no,qui non potest vnionem facere, † cum aliud sit in Vicario generali *Mobedan.d. decis. 336. post med.*

Quibus adde idem esse in vnionibus, quæ fiunt futuro Seminario, illud enim debet esse prius ere-

39 ctũ, & scholares debẽt actualiter adesse,† vt tales vniones subsistant, nam si fierent ante, non tenerent, vt per *Congregationem Concilij in causa Giennen.præstimonij*, & voluit *Rot. in eadem causa coram Cardin. Blanchetto.17.aprilis.1594.& coram R.P.D.Litta.Corduben.præstimonij.7.febr.1601.* de quibus per *Gonzal. de alternat.glos. 5. §. 7. n. 68. in 2. edit.* vbi etiam multas adducit rationes ad prædictorum comprobationem, cum alijs per *Mandos.ad reg.3. cancell.q.7.*

Quæ tamen intelliguntur, quando colligeretur aliqua suspitio, vel fumus fraudis in vnione

40 facienda Seminario futuro, † prout contingit *in d.causa Giennen.* vbi post factam vnionem, si beneficia vnita vacabant in mense ordinarij per eum illa conferebantur suis familiaribus, & nepotibus sub prætextu, quod vnio esset nulla, si vero vacabant in mense reseruato prætendebatur illius validitas, Itaut non posset fieri prouisio per Sedem Apostolicam, quod non erat faciendum per Episcopum in præiudicium Apostolicæ reseruationis, vt per *Sacram Congregationem Concilij in causa Auersana beneficiorum de mense maij.1606.* de qua per *Rot.in eadem causa coram R. P. D. Sacrato. 3. iulij, 1606.* non obstante *Concil. d.c. 18.* quod intelligitur in vnione facienda de tempore habili antequam constet de effectuali reseruatione, & affectione, secus si iam constaret, vt esset oc-

41 casio fraudis, † Nam alias illa deficiente valerent vniones futuro Seminario, quamuis nec domus esset empta, nec fabrica constructa, nec scholares essẽt actualiter admissi, dummodo sem-

per

per continuetur in perficienda fabrica,& in erigendo cũ effectu Seminarium, aut Collegium, & dummodo redditus nõ conuertantur in alios vsus, quàm seminarij cũ alijs requisitis per Cõcil.c.18.seſſ.23.vt per Gonzal.ad reg. 8. cancell. gloſ.5.§.7.n.75.et 76.et n.111.in 2.edit.fol.171. 42 vbi † etiã multa quando valeãt diſpoſitiones ad fauorẽ Hoſpitalis, Collegij, & loci conſtruendi, Maxime quia iſtæ vniones fiũt ab Epiſcopis auctoritate Apoſtolica, & Concilij Tridẽtini *Caſ. de Graſſ.decif.1.n.21.de reb.eccleſ.non alien.*

E P I T O M E.

SOcius quando poſſit obligare conſocium inſolidum, & cum obligatione camerali, & ſimilibus clauſulis. ¶ Et an talis obligatio intelligatur tantum pro rata eius portionis, quã habet in ſocietate. ¶ Et an ſit probandum merces quarum occaſione fuit contractum, eſſe verſas in vtilitatem ſocietatis. ¶ Pupillus quãdo poſſit obligari per tutorem etiam perſonaliter, & in forma cameræ. ¶ Confeſsio facta ad alium finẽ non animo obligandi an præiudicet. ¶ Productio tituli inualidi quando excludat producentem, vt poſsit allegare alium titulum validum. ¶ Approbatio an inducatur ex productione iurium, & capitulorum in eis contentorũ. ¶ Impugnans iura contra ſe producta an poſsit ſe ex illis iuuare. ¶ Et an Iudex valeat ſe fundare ſuper probatione impugnata ad fauorem impugnantis. ¶ Appellatione pendente ſuper excuſatione tertiæ tutelæ, ſi appellans eligatur ad quartam tutelã an poſsit ſe excuſare ex tertia, quam impugnauit. ¶ Obligatio minoris exercentis mercaturã an valeat ſine ſolemnitatibus. ¶ Et præſumatur in dubio contractum in cauſam mercaturæ, & quod ſit in eã verſum. ¶ Appellatio an prohibeatur tam quando Iudex cõmittit executionem, quàm ſi pronunciat eſſe exequendum. ¶ Inter Mercatores an attendatur diſcuſsio. ¶ Socius an obligetur ſolum pro quantitate poſita in ſocietate. ¶ In negotio ad vnum ſpectante quando correus videatur interceſsiſſe tanquam fideiuſſor.

S V M M A R I V M.

1 *Socius poteſt obligare conſocium etiã inſolidum, & cum obligatione camerali, & cum ſimilibus clauſulis.n.2.& 4.Amplia vt n.14.& 44.*

3 *Procurator poterit apponere pœnam, pacta, & alia apponi ſolita in obligando dominum.n.5.*

6 *Pupillus poteſt obligari per tutorem etiam perſonaliter, & cum obligatione camerali, prout Ciuitas per adminiſtratorem.n.7.*

8 *Socius non obligatur niſi pro rata eius portionis, quam habet in ſocietate. Intellige vt n.9.& 12.*

10 *In negotio ad vnum principaliter ſpectante correus videtur intereſſe tanquam fideiuſſor. Declara vt n.11.*

13 *Inter mercatores non attẽditur diſcuſſio et n.45.*

15 *Socius ad hoc vt teneatur, probandum eſt merces, quarum occaſione fuit contractum, eſſe verſas in vtilitatem ſocietatis. Intellige vt n.17. 18.19.& 20.*

16 *Nomen in libris ſocietatum non deſcriptum facit præſumptionem debitum non fuiſſe contractum occaſione illius.*

21 *Producens inſtrumentum etiam in parte et partibus approbat omnia in eo contenta. Limita vt n.22.& 23.*

24 *Confeſſio facta ad alium finem, non animo obligandi, non præiudicat. Idẽ in productione.n.32*

25 *Productio non nocet in eo, quod quis expreſſe impugnauit, & n.26. Amplia vt n.28.*

27 *Producens ſententiam poſt appellationem non dicitur eam approbare.*

29 *Productio tituli inualidi quando excludat producentem, vt non poſſit allegare alium titulum validum.n.30.31.& 33.*

34 *Approbatio non inducitur ex productione per compulſum.*

35 *Impugnans iura contra ſe producta nõ poteſt ſe ex illis iuuare. Intellige vt n.36.37.& 41.*

38 *Litis euentus eſt dubius.*

39 *Appellatione pendente ſuper excuſatione tertiæ tutelæ, ſi appellans eligatur ad quartã tutelam poteſt ſe excuſare ex tertia, quam impugnauit.*

40 *Quæſtio prius mota ſuper tutela quãdo ſit præiudicialis ad ſecundam.*

42 *Iudex poteſt ſe fundare ſuper probatione impugnata in fauorem impugnantis.& n.43.*

46 *Obligatio minoris exercentis mercaturam valet ſine ſolemnitatibus, et præſumitur in dubio cõtractum in cauſam mercaturæ, & quod ſit in eam verſum.n.47.*

48 *Appellatio prohibetur in executiuis, & a decreto de exequendo, & nihil refert, quod Iudex committat executionem, vel pronunciet eſſe exequendum.n.49.*

50 *Socius an teneatur ſolum pro quantitate poſita in ſocietate.*

C A P V T CCLXXIX.

PRæſuppoſita ſocietate, de qua agebamus Dixi firmandas eſſe infraſcriptas concluſiones, ex quibus ſine aliqua difficultate poterunt dubia excitata decidi.

Prima concluſio. Vnus ex ſocijs poteſt alterum obligare etiam inſolidum, ne in plures diſtin- 1 guatur, † qui cum vno contraxit, & quia omnes inuicem videntur præpoſiti ſocietati totius *Bald.conſ.263. initium contractus. ad fin. n.3.verſ.illud etiam aduertendum.lib.5.& in l. cum te in gallia.9.ad fin.verſ.aut propria voluntate.& ibi etiam Salic.in fin.C.ſi cert. petat. Pariſ.conſ.93.n.4.vſque ad n.7.lib.1.*

Quæ etiam procedunt in obligatione camerali, 2 quæ poteſt apponi per vnum ex conſocijs. † ad effectum, vt alius in forma cameræ obligetur, ſocius enim dicitur habere mandatum, & tacitũ conſenſum ad obligãdum alium in his, quæ ſpectant ad ſocietatem *Bart. in l. nemo ex ſo-* 3 *cijs.ff. pro ſoc. Alex.conſ.186.nix.lib.2.* † Vnde tanquam procurator poterit apponere pœnam, pacta, & alia apponi ſolita *Bald.et Ang.in l.be-*

ne à zenone. C. de quadrien. præscript. Iaf. in l. 1. §. si procurator. col. vlt. ad med. versi immo di- 4 *cunt. n. 19. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* † & in specie societatis *Surd. decis. 213. n. 4.*

Quia etiam procurator pro obseruantia contractus obligat Dominum, & omnia eius bona, & potest apponere pœnam, & alias clausulas ad executionem mandati pertinentes, & omnia 5 alia pacta, vt vulgo dicitur emptionalia, † licet hoc non habuerit in mandatis, cum cæteris clausulis, & pœnis secundum morem regionis; Quod etiam est in curatore pupilli non habentis tutorem ad litem exercendam, qui poterit in iudicio obligare ipsum pupillum, si talis obligatio venit ex sequela litis, vel sit antecedens ad ipsam litem, & in omnibus, quæ sunt de sub-6 stantia, & esse illius, † prout quoque officiales abundantiæ, Priores ciuitatum, & similes, qui possunt obligare ciuitatem, & alia facere, quæ ad negotium eis commissum pertinent, cũ permisso consequenti omnia videantur demandata, quæ ad consequens antecedunt, & è contra, Ita in omnibus prædictis casibus, & similibus late concludit *Felin. cons. 15. n. 6. vsque ad n. 18.*

7 Et † de pupillo quod possit obligari per tutorē, & cum obligatione camerali, & personaliter dicam infra *in capite particulari.* Pupillus enim obligatur ex contractu tutoris, cuius nomine fuit celebratus, non secus ac si ipsemet contraxisset *l. apud iulianum. §. penult. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Paris. cons. 99. n. 38. lib. 1. Surd. decis. 297. n. 5.*

Secunda conclusio. Socius non obligatur nisi pro 8 rata eius portionis, † quam habet in societate *Rot. diuers. decis. 132. n. 5. p. 1.* Hoc tamen intelligitur respectu ipsorum sociorum, vnus enim tenetur alteri pro sua tantũ parte, Aliud est respectu cõtrahentium cũ socijs, quo casu in solidum obligatio procedit, prout ita distinguendum, 9 & cõcordãdas † esse opiniones dicit *Castr. cons. 243. videndũ. col. 1. in fin. vers. cæterum cũ separatim. & col. 2. in prin. vers. quod autẽ dixi quẽlibet. lib. 2. Ang. cons. 286. quoniã in facto. col. 1. post med. vers. & si inter dictos gerentes. Rot. coram R. P. D. Robusterio Romana pecuniaria seu massa. 8. Februarij 1585. de qua per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 22. n. 7. in fin. Rot. Ianuens. decis. 76. n. 8. & decis. 97. n. 7. & 8.* & bene declarat *Menoc. cons. 410. n. 42. & n. 54. in fi. vers. dixi inquam hoc procedere. lib. 5.*

Hinc dicimus, quod vbi negotium ad vnũ princi-10 paliter spectat, † tunc alij quãuis correi videntur intercessisse pro illo tamquam fideiussores *Aym. cons. 91. n. 2.* Tamen hoc intelligitur inter ipsos reos, vt scilicet illi, ad quos non spectat negotium, nõ possint agere tamquam fideiussores contra illos, quorum negotium gestum 11 est, vt consequantur ab eis indemnitatẽ, † Nam aliud est quo ad creditores, quorum respectu omnes habentur tamquam principales, non vt fideiussores, quasi quilibet ipsorum intendat se principaliter obligare, nisi expresse actum sit, vt etiam respectu creditorum sint fideiussores *Natt. cons. 51. n. 6. Surd. cons. 20. in fin. n. 27.*

Præterea conclusio illa, quod socij obligentur singuli pro contingẽti portione ad solutionẽ æris 12 alieni, † procedit vt teneantur pro sua parte, vt rei principales, non autem tamquam fideiussores, cum socij ad inuicem dicantur fideiubere ad effectum, vt vnus pro alio insolidũ obligetur, Itaut neque hoc casu requiratur discusio, 13 quæ † inter mercatores non attenditur, prout declarat *Menoch. cons. 410. n. 45. vsque ad 49. & n. 54. ad fin. vers. præterea in tertio argumento. lib. 5. post Bald. in rubr. C. de instit. act. in fin. n. 14. vers. item intellige. Roncagal. in l. eandem. in prin. n. 187. vers. secunda est limitatio. de duob. reis. & in l. reos. in princip. n. 36. & 37. eod. tit.*

14 Adeo † vt etiam ista obligatio insolidum procedat, quãdo societas exercetur per complemẽtariũ, seu institorem *Menoc. cons. 410. n. 50. lib. 5.*

Tertia conclusio. Probandum est merces, quarum occasione fuit contractum, fuisse versas in vtili-15 tatem societatis, † ad hoc vt socius teneatur *l. iure societatis. ff. pro soc.* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 55. n. 3. lib. 3.* Itaut ex eo, quod non 16 est descriptum nomen in libris societatis, † colligatur debitum non fuisse contractum nomine societatis, neque pecuniam fuisse conuersam in causam illius *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 22. n. 6. post Rot. coram Card. Seraphino Roman. pecuniaria. 4. Maij 1580.*

Prædicta tamen habent locum inter eosdẽ socios, 17 cum illa distinctione, † quod in societate particulari sit probanda versio, non in vniuersali *Menoch. cons. 375. n. 47. & 31. lib. 4. Roland. cons. 91. n. 49. lib. 1. Dec. cons. 66. de duobus quæritur. col. penult. ante med. vers. non obstant iura. n. 5.* vbi ita declarat *l. iure societatis. ff. pro socio. Rot. coram Card. Seraphino Roman. pecuniaria. 10. Nouẽbris. 1578. & 4. Martij 1580.* Aliud erit quando essemus in extraneo cõtrahente cum socijs, 18 qui non tenetur probare istam versionem, quasi nemo debeat esse sollicitus, quod res conuertatur in commodum illius, cum quo cõtraxit, nisi in casibus specialibus, quorum nullus est casus societatis, de quibus per *Cardin. in c. præsentium. col. 1. oppos. 2. de pignorib. Roman. cons. 440. ad med. Rot. corã Card. Seraphino. Anconitana terrarũ. 13. Iunij. 1578. Surd. decis. 156. per tot.*

19 vbi † approbat istam distinctionem versionis in vtilitatem societatis, quãdo sumus inter socios, non respectu extranei contrahentis *l. 1. §. nunc autem. ff. de exercit. act.* Contraria autem procedunt, quando socius non obligasset expresse bona socij, tunc enim illa non censerentur taci-20 te, & ipso iure obligata. † Diuersum est quando socius illa expresse obligasset, & ita loquitur *Alex. cons. penult. n. 14. lib. 7.* prout declarat *Surd. decis. 213. ad fi. vers. doctrina autem. Mar. Mut. super consuetud. Panormit. c. 46. n. 37.*

Quarta conclusio. Per productionem instrumenti societatis cẽsentur approbata omnia, de quibus in eodẽ instrumento, vnde si in eo appareat debita eiusdem societatis esse persoluenda solum 21 ab vno ex socijs, † non ab alijs, non posset producens tale instrumentum agere, nisi contra eum, qui ad huiusmodi debita secundum conuentio-

uentiones, & pacta ibi apposita, quamuis etiam productio fieret in parte, & partibus, quia nihilominus ista protestatio non operaretur *Dec. in l. fin. col. vlt. C. de edend. Aym. conf. 81. n. 7.* & latius *de antiquit. tempor. p. 1. §. viso de verbis enunciatiuis. n. 72. & 73.*

Ista tamen debent intelligi non habere locum, quando productio fuisset facta solum ad finem, 22 vt constaret de societate, † non autem ad effectum approbandi alia capitula in ea contenta, Tunc enim non posset inferri illorum approbatio, cum voluntas, quæ colligitur ex actu non extendatur vltra, quam ex eodem actu de necessitate infertur *l. 1. §. si quis hoc interdicto. vers. quousque ingressus est. ff. de itiner. actuq. priuat. Natt. conf. 177. n. 14.* cum alijs per *Surd.* 23 *conf. 52. n. 73. lib. 1.* † Et in specie similis productionis ita concludit *Idem Surd. decis. 267. n. 4. ad fin. vers. alterum fundamentum.*

Et facit, quod dicimus de confessione ad alium finem facta, non animo obligandi, & de simili-24 bus dispositionibus etiam iuratis, † quæ non præiudicant, neque ex eis datur aliqua actio *Salic. in l. 1. n. 24. vers. tertio quia multi. C. de confess. Tiraq. res int. alios acta. limit. 1. in fin. vers. & id quidem vsque. Surd. decis. 250. n. 6. Marsil. in rubr. de probat. col. 17. in princ. n. 88.*

Hoc autem magis procederet, si p. r actorem fuisset facta declaratio, quod vellet satisfieri de eius credito, & pro eiusdem crediti satisfactione ageretur contra vnum ex socijs, Tunc enim producendo instrumentum ad finem probandi societatem, non poss t dici, quod approbauerit exemptionem concessam vni ex socijs per alterum consocium a debitis societatis, cum hoc impugnauerit agendo contra eum, 25 Neque enim † productio nocet in illo, quod quis expresse reprobauit *Natt. conf. 101. n. 12. post Bart. in l. procurator. la 2. §. 1. oppos. 1. ff. rem rat. haber.* Et ita in specie huiusmodi pro-26 ductionis concludit † *Surd. decis. 267. n. 3. in fin. vers. reuocauit tamen.* vbi multis similibus comprobat. Nam semper in talibus productionibus attenditur animus producentis, Itaut productio non noceat, quando fieret, vel ad alium effectum, vel animo impugnandi, vel post impugnationem, vt de producente sententiam 27 post appellationem, † quam ex hoc non censetur approbare *Aym. conf. 175. col. vlt. in princ. vers. secundo respondeo. n. 7.* quem sequitur *Rot. coram R. P. D. Cantuccio. Bononien. terrarum. 19. maij. 1579.* quæ est inter decis. *Rot. diuers. 104. n. 11. p. 2. Rimin. Iun. conf. 18. n. 174.* 28 *lib. 1.* † Adeo vt non consideretur, quod quis se iuuauerit ex huiusmodi instrumento producto, Nam hoc iuuamen probationis non includit approbationem, siue non excludit impugnationem *Rot. diuers. d. decis. 204. n. 11. ad med. vers. nec dicatur. p. 2.*

Et ex hoc declaratur illud de productione tituli 29 inualidi † ad excludendam præsumptionem alterius tituli validi, iuxta tradita per *Aegid. conf. 10. col. 10. in princ. vers. item & aliter respondeo. Aym. conf. 134. n. 44.* Hoc enim procedit in productione voluntaria facta coram Iudice a parte, quæ præsumitur meliorem titulum pro-30 ducere, † vt dicunt *Doctores supra allegati*, & voluit *Rot. in causa Cremonen. pensionis. 3. decembris. 1582.* de qua inter *decis. diuers. 731. n. 19. p. 1.* Non autem in editione coacta, quæ fit 31 parti ad effectum parendi Iudici, † ex qua propterea non debet cessare præsumptio alterius tituli, tum quia ista editio valde differt a pro-32 ductione *Doct. in l. 1. §. editio. ff. de edend.* † Tum etiam quia productio facta ad vnum finem non præiudicat quo ad aliũ, & diuersum *Grat. conf. 14. n. 17. lib. 1.* Cum productio non inferat necessario approbationem, quando de necessitate ad illam non trahitur, iuxta *Surd.* supra allegatum *decis. 267. n. 4. vers. alterum fundamentum,* quem sequitur *Rot. coram R. P. D. Pamphilio. Valentina prætensæ illegitimitatis. 16. martij. 1612. ad fin.* Vbi etiam in specie concluditur, 33 quod † productio tituli inualidi facta ad alium effectum, quam in eo se fundandi, non excludit producentem, vt non possit allegare alium titulum *Rot. coram R. P. D. Ludouisio. Pampilonen. decimarũ. 14. maij. 1610.* † Et de productio-34 ne per compulsum, quod non operetur approbationem *Caputaq. decis. 193. n. 5. p. 1. Rot. in d. Valentina prætensæ illegitimitatis. in fin.*

Quinta conclusio. Impugnans instrumentum contra se productum, non potest ex illo se iuuare, 35 neque † ex aliquibus capitulis in eo contentis *l. post legatum. ff. quib. vt indign. Aym. de antiquit. tempor. p. 1. §. viso de verbis enunciatiuis. n. 55.* Ita tamen, vt non sufficiat, quod quis simpliciter actum impugnet ad hoc, vt ex illo sic impugnato non possit commodum percipe-36 re, † Cum etiam requiratur, quod pars aduersa acceptauerit impugnationem *Glos. in c. cum venissent. 3. in verb. obtulit. vers. dicas quod aduersarius. de eo qui mitt. in possess. caus. rei seruan. Ruin. conf. 21. n. 6. lib. 1. Felin. in c. capitulũ. 30. col. 15. in princ. vers. confirmatur. in 6. limit. n. 13. de rescrip. Cephal. conf. 152. n. 42. lib. 2. Rot. corã Card. Lancellotto. Romana releuationis à* 37 *molestijs. 11. maij. 1601.* † Immo impugnãs actum poterit se iuuare ex actu impugnato in casu, in quo adhuc pendet impugnatio, & super eo non 38 est facta declaratio, † quia cum euentus litis sit dubius *l. quod debetur. ff. de pecul.* si non posset se ex materia impugnationis fundare, sequeretur, quod succumbens postea in impugnatione grauaretur etiam pro secundo *Compostell. Io. Andr. Abb. & alij per Felin. in d. c. capitulũ. col. 10. ad med. lim. 11. 1. n. 9. de rescript.* sequitur *Rot. in d. causa releuationis à molestijs.* Prout 39 dicimus, † quod pendente appellatione super excusatione tertiæ tutelæ, si ille qui appellauit eligatur ad quartam tutelam, potest se excusare ex tertia, quam impugnat, quia si succumberet in illa, remaneret postea oneratus quarta tutela, vnde expectatur finis illius appellationis *l. diximus. 4. in prin. de excus. tut. Archar. cõs. 16. viso processu facto. in fin. vers. nõ obstat quod nõ possit.*

41 Vbi, † quod illa quæstio primo mota est præiudicialis ad istam. Quare potest quis se fundare in certa pendentia litis, licet eam impugnauerit, quando pendet iudicium super impugnatione *Imol. in c. ex parte decani. il 3. de rescript. & in d. c. capitulum. col. penult. post med. vers. sed*
42 *aduerte. n. 10. eod tit.* † Cum Iudex quoque posset, si vellet, se fundare super probatione impugnata etiam in fauorem impugnantis *Bart. in c. cum dilectus. de consuetud. Bald. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduocat. col. 2. in princ. vers. ex*
43 *hoc pono. n. 5.* † quod tanquam multum notandum, quia sæpe vidit de facto occurrere sequitur *ibid. Castr. col. 2. in fin. vers. & ex hoc dicit. n. 5.* & late declarat *Felin. in c. capitulum. n. 10. limit. 10. col 12. ad med. de rescript.*

Sexta conclusio. Obligatio in solidum non solum procedit inter socios, quando illi gerunt actus sociales per institores, iuxta *l. si tamen plures.*
44 *ff. de exercit. act.* † sed etiam quando per ipsos, tunc enim quoque socij obligantur in solidum respectu contrahentium, non pro rata tantum, Quia eadem ratio militat in vtroque casu, Nam ad similitudinem institoris vnus socius obligat alium insolidum, cum censeatur præpositus inuicem societati totius, & vnus est institor alterius, & tanquam fideiussor obligatur insolidum
45 nulla facta discussione, † quæ non requiritur inter mercatores *Menoch. cons. 410. n. 45. vsque ad n. 49. lib. 5. Rot. Ianuens. decis. 15. n. 10. Bald. cons. 263. initium contractus. ad fin. n. 3. lib. 5.* late *Ludou. Bologn. cons. 52. col. vlt. in princ. vers. tunc sic arguo. n. 7.* Contraria autem procedunt quando contraheret nomine proprio, non societatis *Natt. cons. 567. n. 1. & 3.*

Septima conclusio. In minore exercente mercaturam non attenditur, quod eius obligatio fue-
46 rit absque solemnitatibus, † cum etiam sine illis sit valida, Tales enim minores præsumuntur industrij, & non indigent adminiculis conscientiæ consanguineorum *Roman. cons. 318. n. 2. ad med.* Itaut in dubio, quamuis non constet, quod sit contractum tanquam cum mercatore,
47 Tamen † hoc præsumatur, & quod etiam hoc sit versum in mercantijs *Bald. in l. vlt. ad fin. vers. in contrarium videtur. n. 6. C. ad macedon.*

Ex prædictis colligitur bene fuisse actum insolidum contra vnum ex socijs, cum valuerit talis obligatio, siue fiat per institores, siue per eosdem socios, etiam cum clausulis, pœnis, & alijs obligatione camerali firmatis, etiam vltra ratam portionis positæ in societatem, cum simus inter contrahentes, non inter socios, *vt in prima, secunda, & sexta conclusione* dictum est, quamuis non fuerit probata versio in vtilitatem societatis, cum hoc non requiratur, *vt in tertia conclusione*. Nulla habita consideratione productionis instrumenti societatis tanquam facta non animo approbandi, sed impugnandi, & ad alium finem, & quamuis simus in minore, *vt in quarta, & septima conclusione*. Vltra impugnationem factam de iuribus productis, licet hoc sit ex abundanti, cum impugnatio, vt obstet, non habeat requisita, de quibus in *quinta conclusione*, Adeo vt ex superius allegatis appareat de iustitia mandati, in quo neque erit concedenda appellatio, cum simus in executi-
48 uis, in quibus illa prohibetur, † sicut etiam a decreto de exequendo, quasi nihil referat, quod Iudex committat executionem, vel pronunciet esse exequendum *Surd.* qui de magis communi opinione testatur *cons. 358. n. 12. lib. 3. post Alex. cons. 95. visis processibus. n. 4. lib. 2.*
49 *Aym. cons. 273. n. 14.* † & ita seruari secundum communem stylum palatij dicit *Rot. diuers. de-*
50 *cis. 100. n. 13. p. 1.* † An autem socius teneatur solum pro quantitate posita erit particulariter videndum, & ponit *Surd. decis. 213. Menoch. cons. 410. n. 54. lib. 5.*

EPITOME.

Fideicommissum an inducatur per prohibitionem alienationis sine causa tam respectu rei, quàm temporis, & respectu exceptionis, & liberationis, & quid si fuerunt plures prohibiti alienare. ¶ Verba nullo modo, & similia quando inducant præceptum, seu consilium. ¶ Prohibitio alienationis habens causam annexam, quod bona remaneant in familia quando sit extendenda, & debeat respicere fauorem certæ personæ, vel sufficiat solus fauor testatoris. ¶ Ex prohibitione alienationis rerum de sui natura prohibitarum an colligatur tacita causa, quæ vestiat ipsam prohibitionem. ¶ Diuisio quando possit a testatore prohiberi ad tempus. ¶ Prohibitio nuda an inducat fideicommissum, & habeat in se tacitam causam fauore filiorum, vel si possit colligi ex verbis testamenti, quod fuerit facta contemplatione alicuius. ¶ Alienatio rerum prohibitarum quando valeat stante consensu eius, cuius fauorem prohibitio continet. ¶ Onus appositum in legitima an valeat respectu temporis appositi ad commodum filij. ¶ Confessio, obligatio, dispensatio, & similis dispositio an sine causa sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis sine causa est inefficax, neque inducit fideicommissum. n. 3. Et quando dicatur talis. n. 2. Et quid si fuerint plures prohibiti sine causa alienare. n. 14. 15. & 16.*
4 *Confessio, obligatio, dispensatio, cum similibus non valent sine causa. Intellige, vt n. 5.*
6 *Confessus in iudicio sine causa, & informiter, habetur pro condemnato.*
7 *Libera testandi facultas conceditur à lege.*
8 *Hæres potest renunciare fauori suo.*
9 *Hæres per aditionem efficitur dominus.*
10 *Administratio bonorum suorum non est alicui auferenda.*
11 *Dispositio incerta est nulla.*
12 *Alienatio reuocatur per eum, de cuius interesse agitur.*

Verba

13 *Verba, nullo modo, aut similia, quando inducant praeceptum, seu consilium.*

17 *In prohibitione de non alienando non praesumitur causa, nec quod sit facta alicuius contemplatione.*

18 *Prohibitio alienationis habens causam annexam, quod bona remaneant in familia, quando sit extendenda, & debeat respicere fauorem certa persona, vel sufficiat solus fauor ipsius testatoris. n.19. & 20.*

21 *Affectio sola testatoris an inducat fideicõmissum*

22 *Ex prohibitione alienationis rerum, quae de sui natura sunt prohibitae, an colligatur tacita causa, quae vestiat ipsam prohibitionē. n.23. & 24.*

25 *Fideicommissum absolutum an inducatur ex prohibitione alienandi vestita à causa.*

26 *Prohibitio nuda an inducat fideicommissum. & habeat in se tacitam causam fauore filiorum. n.27. & 28.*

29 *Alienatio rerum prohibitarum quando valeat si contingat alterum ex prohibitis consentire, vel cum, cuius fauorem prohibitio continet. & n.30.*

31 *Praeceptum nudum non continens causam an valeat quo ad exceptionem, vel liberationem parandam.*

32 *Prohibitio alienationis dicitur habere causam, si ex verbis testamenti constaret alicuius contemplatione esse factam.*

33 *Vocatus per fideicommissum dicitur ille, cuius contemplatione prohibetur alienatio.*

34 *Prohibitum ad tempus, censetur post illud admissum.*

35 *Prohibitio alienandi circa tempus sine causa non valet, quemadmodum illa circa res. Et de ratione. n.36.*

37 *Onus appositum in legitima non valet, etiam respectu temporis.*

38 *Alienatio ad tempus prohibita filio, an comprehendat legitimam, si sit fauorabilis. n.39.*

40 *Diuisio potest à testatore prohiberi ad tempus, & quomodo hoc intelligatur. n.41.*

CAPVT CCLXXX.

NOn potuisse impediri venditionem locorum montiũ Dixi in casu, & ad effectum, de quo agebamus. Quamuis enim illa fuerint expresse prohibita alienari per testatorem, Ta-
1 men prohibitio est sine aliqua causa, † Vnde non tenet, & est inefficax *l. filiusfamilias. 118. §. diui. il 2. de leg. 1. l. pater filium. 36. §. iulius agrippa. & l. lucius. 91. in princ. de leg. 3. Grat. cons. 21. in*
2 *princ. lib. 2.* Dicitur † enim tunc prohibitio nuda penitus, vt quia testator non dixit, quod talia bona remaneant in familia, vel ad suos posteros, & descendendentes perueniant, vel si poena aliqua non fuit apposita, tunc enim non solum non inducitur fideicommissum in casu mortis, sed neque alienationis, cum prohibitio non
3 valuerit † *Eugen. cons. 81. n. 48. & 49.* Prout generale est in confessione, obligatione, instrumento, quietatione, libro rationum, legitimatione
4 dispensatione, † & similibus actibus, quae sine causa nullum impedimentum, & effectum producunt *Seraph.* qui late omnes praedictos casus explicat *priuileg. iuram. 94. n. 1. vsque ad 10. post Marsil. in l. 1. §. praeterea. n. 99. de quaest.*
5 Quidquid † aliud sit in instrumento guarentigiato, in quo non requiritur causa, cum adsit ibi praeceptum Iudicis chartularij factum in confessum, quod videtur gestum in iudicio *Bal. in l. sicut maior. 4. in princ. vers. & est argu-*
6 *mentum. C. de repud. & abstin. haered.* † cum confessus in iudicio, & sine causa, & informiter habeatur pro condemnato *Barbat. ad Bald. in d. l. sicut maior. in verb. quod confessus.* Et notatur *in l. si donatione. C. de collat.* Cyn. *in l. 1. C. de confess.*

Nec facit, quod si non pareatur huiusmodi praecepto testatoris tolleretur libera testandi facul-
7 tas, † quae à lege conceditur *l. 1. C. de sacros. eccles. l. verbis legis. de verb. signif.* Quia cum prohibitio sit nuda a causa, & a persona, non est praeceptum, sed potius consilium, quod effica-
8 citer non obligat, † est enim fauor haeredis, cui potest renunciare *l. cum pater. §. mando. de leg. 2.* Praesertim quia haeres scriptus per aditionem haereditatis fuit factus dominus rerum *l. sti-*
9 *chum. §. aditio. de solut.* † Vnde sine causa non est ei auferenda libera facultas, & administratio bonorum suorũ *l. dudum. de contrah. empt.*
10 Effectus † enim dominij non debet impediri haeredi, cum nulli prosit haec prohibitio, & alteri obsit *Alciat. cons. 130. tom. 3. lib. 9. ad med. vers. secundo dico n. 2. f. 250. per tex. in d. l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1.* vbi etiam *Idem Alciat.* hoc notat *sub n. 6. vers. vnde ante.*

Vlterius neque potest dici hoc esse contra voluntatem defuncti, Nam cum nulla exprimitur persona, aut causa, ob quam testator ita prohibue-
11 rit, remanet dispositio incerta, † & per consequens nulla *l. paulus. ff. de reb. dub.* itaut in casu contrauentionis non adsit aliquis, cui possit per fideicommissum acquiri, & cui haeres contraueniendo obligetur, prout faceret si adesset persona certa *l. ex maleficijs. §. haeres. de act. &*
12 *obligat.* † Talis enim posset reuocare alienata, quasi agatur tunc de eius interesse *Bart. in l. pater filium. §. fundum. de leg. 3.*

Amplius haec etiam procedunt, quamuis testator expresse, & efficaciter prohibuisset alienationem adijciendo verba, nullo modo, aut similia, & illam infirmando, quatenus alienatio ab hae-
13 rede fieret, † quia ista verba non inducunt praeceptum, sed solum consilium cessante legitima causa, aut persona, ob quam prohibitio fieret *l. lucius titius. 91. in princ. vers. nec vllo modo. de leg. 3. l. pater filium. 36. §. iulius agrippa. vers. aut vllo modo. eod. tit. Berret. cons. 75. n. 5. Peregr. de fideicom. artic. 14. n. 1. in princ. vers. etiam quod testator.*

Neq; obstat, quod in casu nostro erant plures prohibiti alienare, quasi tunc non requiratur cau-
14 sa, † quia prohibitio videtur facta cõtemplatione aliorũ non alienantiũ *Glos. in l. codicillis. 91.*

*§.instituto. in verb.filijs. de leg.*2. quam multum commendat *Imol.ibid.n.5. vers. item nota diligenter. Grat. cons.21.n.13. lib. 2. Alex.in l.qui roma.§.cohæredes. col.4.ad med.vers.adde quod pro illa opinione. ff. de verb. oblig.* vbi, quod est multum notandum, quia ex hoc videtur iniunctum inuicem fideicommissum, cum censeatur prohibitio vestita eo ipso, quo est facta pluribus *Corset.* qui dicit notandum tanquam mirabile *sing.363.in verb.testator in testamento. in fin. vers.pro quo dicto.* Curt Sen.*cons.48.n.14.lib.1. & cons.144.n.25.eod. lib.*

Quia respondetur veriorem opinionem esse, quod etiam in prohibitione alienationis facta pluri-
15 bus requiratur causa; † Nã illa cessante non potest sumi coniectura, quod adsit reciprocum fideicommissum, prout de magis communi, quidquid supra allegati contrarium sentiant, testatur *Gabr.cons.140.n.45.& 46.lib.1. post Glos.in l. filiusfamilias. 118. §. diui. il 2. in verb. eos. vers.& pone casum.ff.de legat.1.vbi Alex.in fin. Ias.in 1.lect.col.3.ad med.n.19.& 20. Alciat.col.3.ad fin.vers.quod si nihil prohibitioni.n.9. Rip. col.7.in princ.vers.tertio nota. n.33. Socin. Sen. col.5. in princ.vers.aut est facta prohibitio.n.12. Soc.Iun.n.50.Bero.cons.66.n.2 lib.2.& q.42.n.4.vers.quinimmo duo. Alex.in l.qui roma.§.cohæredes.col.3.in fin.vers.in quantum tam̃. n.4. in fin. Ias.cons.96.col.2.post med.vers.assumo primũ.lib.4.* Quod etiam voluit *Glos.in l.quoties. 11.in verb.ab omnibus.C.de fideicommiss.& ibi Salic ad med.vers.pro ista diuersitate. n.2. cum alijs per Odd.* qui de veriori opinione testatur *cons.66.n.40.& cons.67.n.8. Card. Mantic. de coniect. vlt.volunt. lib.7. tit.5. n. 16. post princ. vers. sed dubitat. Surd.decis.238.in fin. n.18.*

Ratio autem est, quia quilibet videtur prohibitus tantum sui contemplatione, cum vnusquisque singulariter de sua parte censeatur prohibitus,
16 & potius † videtur gratia suorum liberorum, vel hæredum prohibitus, ad quos post eius mortem talis res est peruentura, dummodo tamen non reperiatur alienata *Ias. cons.96. col.2. post med.vers.assumo.lib.4.post Salic.in d. l. quoties. la 1.n.2.C.de fideicommiss. Cephal. cons.401.n.*
17 *47. lib. 3.* † Itaut in prohibitione de non alienando non præsumatur causa, nec quod sit facta alicuius contemplatione, quasi huiusmodi prohibitio reputetur odiosa *Alex.cons.59.attentis verbis. col. penul. in fin. n.20. lib.3. Rip.in l. filiusfamilias.§.diui.n.34.vers.nota ergo.col.7. in princ. de legat.1.*

Quæ etiam procedunt, quamuis talis prohibitio
18 haberet annexam causam, † quod bona remanerent ad perpetuam memoriam testatoris, quo casu licet prohibitio videretur extendenda propter adiectionem causæ, Tamen intelligitur quando causa illa respicit fauorem certæ personæ, cuius intersit, seu quæ sit vocata in euentum alienationis, puta ne de nomine testatoris exeat, vel vt remaneat inter descendentes, aut in familia, secus autem si causa respiciat solum fauorem ipsius testatoris, quia tunc præceptum est nudum, cum non subsit aliquis, qui reuocet talem rem alienatam, & in eum casum sit vocatus; quidquid alias prohibitio de re, ad quam testator habebat affectionem, duret perpetuò, & censeatur realis, & transeat ad hæredes hæredum, quamuis personaliter facta esset, vt late concludit *Alciat.cons.129.per tot.lib.9.tom.3.f.350.* vbi ita declarat *Bart.in l.pater filio.36. §.*
19 *fundum.& §.iulius agrippa. de legat.3.* † Oportet enim, quod testator disponat in alterius vtilitatem, & commodum, vt fideicommissum inducatur per prohibitionem alienationis *l.quintus. de annuis legat.* Vndè affectio ipsius testa-
20 toris non sufficiet, vt *in d.§.iulius agrippa.* † vbi aderant sepulcra, & reliquiæ maiorum suorum & tamen prohibitio alienationis tanquam nuda non valet, prout etiam non esse considerandum fauorem patris, & illum non sufficere dicit *Bart.in d.§.iulius agrippa. ad med. vers. &*
21 *hoc intellige verum. n. 1.* † & quod sola affectio testatoris non sufficiat, concludit etiam *Rimin. Iun.cons.632.n.113. lib. 6.* Debet enim esse ratio expressa a testatore nõ omnino tacita, vt vestiatur prohibitio alienãdi *Surd.decis.238.n.16.*

In quo tamen aduertendum est, quod aliquando
22 ex prohibitione alienationis rerum, † quæ de sui natura prohibita sunt, colligitur tacita causa, quæ vestit ipsam prohibitionem, puta si prohiberetur alienatio turris, castri, vel pulchri palatij, domus maiorum suorum, vel similis rei, quasi tunc præsumatur causa splendoris familiæ, vel refugij suorum agnatorum *Rip.in d. §.diui.n.4. Decian.cons.31.n.100.lib.1. Eug.cõs. 81.n.44.vsq; ad n.47. Dec. cons.38. circa primũ. col.2.ad fin.vers.quinto ex qualitate.n.2. Rolan. cons.23.n.24. lib.4. Simon de Prat.interpret. 2.*
23 *lib.1.solut.5.n.12.f.62.* † Dummodo tamen testator adiecerit, quod talis res remaneat in familia, vt per *Tiraq.in præfat.de retr.lign.n.50.* Debet enim esse ista ratio expressa a testatore,
24 secus enim quando est omnino tacita, † tunc enim non vestitur prohibitio alienandi, vt declarat *Surd. decis.125. n. 8.* Et quando ex prohibitione alienandi vestita a causa inducatur
25 absolutum fideicommissum, late † *Idem Surd. decis.238.n.16. Rim.Iun.cons.632.n.110.vsque ad n.118.lib.6. Sim.de Prat. interpret. vlt. volunt.lib.3.sol.10.n.8.fol.283.*

Prout etiam neque ista nuda prohibitio induceret
26 fideicommissum, † quamuis esset facta pluribus filijs, non enim habet in se tacitam causam personalem fauore filiorum, argumento *l. volun-*
27 *tas. C. de fideicommiss.* † Quidquid aliud sit, quando testator expresisset causam, dicendo, volo filios meos fundum habere, & possidere, tunc enim esset illorum fauor considerandus,
28 iuxta *l.pater.36. §.quindecim.de legat.3.* † & in specie ita declarat *Rip.in l.filiusfamilias. §.diui.col.7.in princ.n.33.de legat.1. Crot. cons.61. in princ. & n.24. lib.1.*

Præterea in casu nostro tollitur omne dubium, quia omnes hæredes prohibiti alienare consen-
29 tiunt, vt in facto constat; † Vnde quamuis etiam

etiam inter eos censeretur inductum reciprocum fideicommissum per talem prohibitionem factam pluribus, Tamen intelligitur habere locum prohibitio, quando contingeret alterum eorum sine alterius consensu alienare, prout declarat *Imol.in l.codicillis. §.instituto. in Glos.in verb.filijs suis.n.5. de legat.2. Alex.in l.qui roma. §.cohæredes. col.3.ad med. vers. addo quod*

30 *pro illa opinione.de verb.oblig.* † Prout generale est, vt permittatur alienatio rerum prohibitarum interueniente consensu eorum, quorum fauorem prohibitio continet, cum paria sint, vel alienare, vel alienanti consentire quo ad impediendam reuocationem *Ias.in l.quoties.la 1.n.1. & 3. C.de fideicomm. Surd.cons.349.n.26.lib.3.* Et quando esset dissensus vnius ex cohæredibus non attenderetur, quod præceptum nudum non

31 contineret causam; † Valeret enim ad excipiendũ, non enim requiritur causa quò ad exceptionem, vel liberationem parandam, vt dicimus de diuisione, quæ si petatur potest conuentus excipere, quod testator prohibuit diuisionem ad tempus, neque obstabit quod præceptum testatoris fuerit nudum, & sine causa, vt declarat *Bald.cons.72.factum super quo petitur. ad fin. vers. & posito quod esset.lib.2.per.tex.in l.tale pactum.in princ. ff.de pact.l.si conuenerit.ff.pro soc.l.non solum.§. si liberis.de liberat.legat.*

Verum si ex aliquibus verbis testamenti constaret, quod alicuius contemplatione esset facta

32 prohibitio, † tunc præceptum diceretur habere causam, quasi tunc appareat persona, cui testator voluit prospicere, quæ poterit reuocare *Bald.in l.quoties.la 1.n.9 vers.quæro quid est dictum. C.de fideicommiss. Socin.in l.qui roma. §.cohæredes. col.5.ad med. vers.quod verum intelligas. n.12.in fin.de verb.obligat. Surd.decis. 238. n.18. in princ. vers. vbi tamen intelligit.*

33 Prout † regulare est, vt quando prohibitio alienationis sit contemplatione certę personæ, semper illa censeatur per fideicommissum vocata *l. peto. §. fratre. de legat.2.* cum alijs per *Surd. cons.11.in fin.n.9.*

Neque obstat, quod prohibitio alienationis locorum montium, de quibus agimus, fuerit solum

34 ad tempus duodecim annorum, † quasi post illud censeatur permissa *l.imperator. §. fin.de legat.2. Surd.decis.75.n.7. & cons.264.n.6.lib.2.* Quia sicut non valet prohibitio circa res sine

35 causa, vt dictum est, † ita neque valebit circa tempus, cum valeat argumentum, non licet in rebus, ergo neque in tempore *l. miles ita. §. & quia diximus. de testam. milit. Bald.in l.1. opposit.27.col.6. in fin. vers. respondeo cum subrogatur.n.27.in fin. C.qui admit. Ias.in l. si idem cum.eadem.col.3.in princ. vers.tu potes tenere contrarium.n.7.de iurisd.omn.iud. Euerard.loc.*

36 *argum.86. de re ad tempus. n.1.* † Vnde militat eadem ratio, quod tam in vno casu, quam in alio possit renunciari fauori suo, vt in puncto de prohibitione ad tempus quod sit nulla, & inducat potius consilium, quam pręceptum, & illi possit per hæredes renunciari tanquam ad eorum commodum facti concludit *Crot.cons.61.in princ. & n.24.* quem refert & sequitur *Petra.de fidei-*

37 *commiss.q.1.n.32.* † Ideo dicimus quod quemadmodum non valet onus appositum in legitima, ita etiam non valebit respectu temporis, quamuis enim multi teneant, quod alienatio ad tempus prohibita filio comprehendat etiam legitimam, tanquam sit fauorabilis prouisio ad commodum illius *Alex.cons.77.col.1.* cum alijs late

38 per *Surd.cons.394.n.6.lib.3.* † Tamẽ non ex hoc oberit filijs ista prohibitio, vt non possint alienare quatenus eorum legitima capit, cum enim sit in eorum vtilitatem, & commodum, permit-

39 tetur illis huic fauori renunciare, † vt late declarat *Menoch. cons.57.n.12. vsque ad 17.* dixi in addit. ad *decis.76.n.1. Aret.cons.19.n.5.*

Hinc etiam videmus, quod diuisio potest à testa-

40 tore prohiberi temporaliter † *Bart.in l. quintus.de annuis legat. Alex.cons.18. visis capitulis.*

41 *in princ.lib.2.Bald.in l.4.de condit.instit.* † Non tamen ex hoc præcepto impedietur diuisio, si cohæredes omnes velint sponte diuidere, quasi liceat communi consensu recedere ab eo, quod ad illorum commodum per testatorem dispositum est *Oldrad.* in specie *cons.241. factum tale est.per tot. Bald.cons.72. factum super quo petitur. ad fin. vers. potest ergo inter consentientes. lib.2. Io. Dilect.de art.testand.tit.de var. testat. præcept.caut.8.n.5.vers. sed notandum est.to.6. p.1.f.139. Dec.* qui dicit multum notandum *in l. cum proponas.la 1.n.3.& 4.in glos.1.C.de pact.*

EPITOME.

Actiones quæ insolidum sunt apud cedentem, quando debeant etiam insolidum cedi fideiussori soluenti. ¶ In remissione pignoris quo casu requiratur expressus consensus. ¶ Et quando remissio hypothecæ debeat extendi ad alias res, & personas. ¶ Et quid in muliere remittente. ¶ Fideicommissarius consentiens alienationi rei per fideicommissum relictæ an sibi pręiudicet in pretio, vel ęstimatione illius. ¶ Fideiubens in venditione an censeatur consentire contractui, pro quo fideiussit. ¶ Et quid in minore consentiente cum iuramento, & in contractu conditionali. ¶ Pater fideiubens pro filio an dicatur satisfecisse statuto prohibenti filium non posse obligari sine consensu patris. ¶ Promittens de euictione non potest euincere, quidquid aliud sit in hærede illius.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor satisfaciendo pro confideiussoribus vtiliter eorum negotia gerit.*

2 *Actiones quæ insolidum sunt apud cedentem, insolidum cedi debent fideiussori soluenti. Declara, vt n.3.& 4.*

5 *Pignus an censeatur remissum per simplicem fideiussionem, vel requiratur expressus consensus.n.6.*

7 *Remissio pignoris an intelligatur ad fauorem*

illius

illius tantum, cui remittitur, vel etiam respectu aliorum.

8 *Remissio hypothecæ facta respectu vnius rei non extenditur ad aliam.*

9 *In iudicialibus qui consensit quo ad vnum in cæteris sibi non præiudicat.*

10 *Per renunciationem vnius an censeatur renunciatum alteri, quando alicui duo competunt.*

11 *Fideicommissarius consentiens alienationi rei per fideicommissum relictæ non sibi præiudicat quo ad æstimationem ipsius rei.*

12 *Consensus interpositus ad præferendum vnum tantum non debet præiudicare respectu alterius post illum venientis.*

13 *Actus in dubio non infert nisi consequens sibi necessarium.*

14 *Fideiussores simul promittentes debent ad inuicem communicare periculum etiam eius, quod aliàs non divideretur.*

15 *Remissio pignoris in dubio non restringitur ad personã. Limita in muliere renunciante. n.16.*

17 *Fideiubens an dicatur consentire contractui pro quo fideiussit, & quid in minore consentiente cum iuramento. n.19. & contractu conditionali. n.20.*

18 *Statutum prohibens filium non posse obligari sine consensu patris an sit adimpletum, si pater pro eo fideiubeat.*

21 *Promittens de euictione non potest euincere. Fallit in hærede fideiussoris. n.22.*

CAPVT CCLXXXI.

1 Fideiussor dicitur gerere vtiliter negotium fideiussorum soluendo eorum ratam, † & satisfaciendo tam pro se, quàm pro eis *Glos. in l.2. in verb. iurare. ad fin. C. de duob. reis. Bal. in l. si in rem communem. 12. in princ. C. si cert. pet. Cuman. in l. modestinus. n.12. ff. de solut.* Quare dixi concedendum esse mandatum pro solutorum repetitione, cum agnitio debiti, pro quo idem fideiussor fuit exactus insolidum non debeat ei præiudicium aliquod afferre propter aliorum moram, præsertim quia non agebatur ex iure suo, sed ex iure cedentis, apud quem

2 cum actiones essent insolidum, † easdem etiam potuit, & debuit insolidum cedere *l. 2. C. de fideiussor. Cyn. in l.1. ad fin. vers. quarto & vltimo C. de duobus reis. Bar. in l. modestinus. 76. ad fin. vers. quarto iuxta hoc pone. n.10. & ibi Ang. n.6. de solut. Imol. in l. vt fideiussor. 40. in princ. de fideiussor.* & latè declarat *Matth. Coler. de pro-*

3 *cess. execut. p.2. c.2. n.16. vsque ad n.21.* † Maxime quando alij confideiussores sunt idonei, & sufficientes ad soluendum, si enim non essent tales, pars deficientis simul respiceret onus primi soluentis ad hoc, vt portiones sociorum, & confideiussorum adæquentur *l. verum. 63. §. cum tres socij. ff. pro soc. l. fideiussores. 26. in fin. cum l. seq. in princ. ff. de fideiussor. Coler. d. c.2. n.20.*

4 Vbi † etiam n.19. intelligit excludendam esse summam, quæ fideiussori contingit tanquam primo soluenti, pro qua non habebit exactionem insolidum, sed solum pro residuo ad eum non spectante *Glos. in l. creditor. in verb. iurare. de duob. reis.*

Neque obstabit prætensa remissio pignoris, & hy-

5 pothecæ per actum fideiussionis in censu, † de quo agebatur *l. exceptione. 11. C. de euiction. l. si debitor. 4. §. 1. l. si consenserit. 7. l. sicut. 8. §. si voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.9. n.139. fol.108. Gabr. cons.155. n.12. lib.1.* & multa similia de talibus consentientibus, quod sibi præiudicent *Ludouic. conclus.7. col.1. & 2. cum seq.* Quia verior est opinio, quod per simplicem fideiussio-

6 nem non censeatur remissum pignus † cum requiratur expressa remissio, & expressus consensus *Bart. in l. sicut. §. non videtur. n.2. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Negusant. de pignor. p.6. m.3. n.23. Surd. decis.302. per tot.* cum alijs quos adduxi *supr. c.38. n.19. vsque ad n.23.*

Et quamuis etiam iste tacitus consensus sufficeret propter actum positiuum fideiussionis, Tamen in casu, de quo agebamus talis fideiussio fuit expresse facta solum pro securitate illius, ad cuius fauorem est impositus census, Vnde iste con-

7 sensus remissionis pignoris, † qui ex d. fideiussione elicitur, debet solum intelligi quo ad talem personam, non respectu confideiussorum *Glos. in l.3. in verb. non læsit. in fin. C. de remiss. pign. & in l. paulus. 14. in verb. remisisse. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Bart. in l. sicut. 8. §. debitor forte. ff. eod. tit. Ias. in l. si vnus. §. ante omnia. in princ. ff. de pact. Bece cons.74. n.23.*

Exemplo remissionis factæ respectu vnius rei, quæ

8 non extenditur ad aliam † *Castr. cons.70. breuiter in casu præsenti. in prin. lib.2 Aym. cons.243. col.4. in fi. vers. sed vt dixi ista renunciatio. n.6.*

9 Quamuis † essemus in iudicialibus, in quibus consentiens quo ad vnum actum non sibi præiudicat in cæteris *Glos. in clem. sæpe. ad fin. in verb. partibus. de verbor. signific. Abb. in c. quoniam contra. 11. in fin. vers. & pro hac opinione ego adduco. n.37. de probat. Surd.* qui multa similia adducit *cons.313. n.24. & 25. lib.4.*

Et facit conclusio, quod quando duo mihi compe-

10 tunt, per renunciationem vnius, † non videor renunciare alteri, nisi vnum esset accessorium alterius *Castr. cons.431. in fin. lib.1. Alex. in l. suum. C. de iur. deliber. Seraphin. priuil. iuram. 95. n.6.* vbi addit simile de fideicommissario, qui si consensit alienationi rei sibi per fideicommissum restituendæ, licet sibi præiudicet quo ad

11 ipsam rem, † quam non poterit vendicare, non tamen facit sibi præiudicium, quodam possit petere pretium, seu æstimationem ipsius rei *l. si fundum per fideicommissum. de leg.1. Corn. cons.3. col. penult. post med. vers. insuper consentiens alienationi. lib.3.*

Quæ magis procedunt in casu, de quo agimus, cum per huiusmodi cõsensum solum fuerit remissum

12 ius probationis, † non pignus, talis enim consensus fuit interpositus ad præferendum vnum tantum, vnde non debet præiudicare respectu alterius post illum venientis, quasi solum sit con-

contemplatus ille, cuius intuitu quis se facit po-
13 steriorem, † cum actus in dubio non inferat, nisi consequens sibi necessarium, quod in casu nostro non est, nisi prioritas temporis, vt scilicet ille præferatur cæteris, cum nil aliud præter hoc ei deficiat, vt late declarat *Salic. in l. 3. ad med. vers. ad hoc adduco. & in fin. vers. confirmo prædicta.* C. *de remiss. pignor.*

Maxime, quia cum isti fideiussores simul promiserint, debet etiam inter eos periculum inuicem
14 communicari, † quasi ratione eiusdem societatis fiat diuisio periculi, etiam eius, quod aliàs non diuideretur *Bal. in l. si in rem communem.* 12. *in fin. vers. ista non est causa.* C. *si cert. petat. post Bart. in l. modestinus. 76. in fin. n. 10. vers. attamen. ff. de solution. per tex. in l. verum. 63. §. si cum tres. ff. pro soc. & in l. si plures. ff. de administr. tutor.*

Ex istis colligitur non constare de aliqua remissione pignoris, aut hypothecæ, quæ impediat, vt non possit agi ad repetitionem solutorum, Itaut non opus sit quærere, an consensus præstitus alienationi extendatur ad aliam personam, quia vt dictum est, sumus in consensu clare limitato respectu vnius, qui non prodest alteri,
15 Quamuis † si de hoc non constaret, in dubio remissio pignoris non restringeretur ad personam, iuxta *Glos. in l. creditor. §. fin. & ibi Bart. ff. qui potior. in pignor. habeant.* Quidquid aliud sit, quando essemus in muliere renunciante, cuius renunciatio non extenditur ad alium,
16 quam † ad eum, pro quo renunciatur ex speciali fauore mulieris, iuxta *l. iubemus.* C. *ad velleian. vbi Bart. in* 1. *oppos. Negus. de pignor. 3. m. 6. p. n. 13. & n. 32. vers. duodecimo fallit. Ias. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Bart. in l. fin. vers. secundo casu.* C. *de remis. pignor. cum alijs per Surd. cons.* 513. *n.* 23. *lib.* 4. & multa adducam infra *c.* 292.

Prout neque est etiam quærendum, an fideiubens in contractu venditionis censeatur illi consentire, cum hic nulla fuerit facta venditio, & fideiussio est quo ad aliud negotium, & diuersam personam, vt dictum est, Quamuis si de hoc con-
17 staret, esset vera conclusio, † quod fideiubens dicitur consentire contractui, pro quo fideiussit *l. 1. §. sed etsi serui. ff. quod iussu. Bald. in l. exceptione.* C. *de euiction. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 273. f. 134.* Vbi ex hoc infert ad statutum prohibens filium non posse obligari sine
18 consensu patris, illi enim erit satisfactum, † si ipse pater pro filio fideiubeat, cum id faciens videatur consentire *Bal. in margar. in verb. statutum. Alex. in l. is qui hæres. §. vlt. col. 1. ff. de acquir. hæredit. Socin. cons. 80. col. 3. vers. capio pri-*
19 *mum. lib.* 4. Quod ampliatur † ad minorem consentientem cum iuramento contractui per alium celebrato *Surd. cons.* 114. *in fin. n.* 26. & 27. vbi addit idem esse in contractu conditio-
20 nali, † cum pendente conditione talis consensus operetur, & ab eo interim non licebit recedere *Glos. in l. necessario. §. si ita. ff. de peric. & comm. rei vendit. Tiraq. de retract. lignag. §. 1.*
21 *glos. 2. n. 27.* Et generale est, vt qui pro euictione promisit non possit euincere *l. exceptione.* C. *de euiction.* Quidquid speciale sit in hærede fi-
22 deiussoris, † qui poterit euincere *l. fin.* C. *eod. tit.* vbi *Bart. & Bald.* dicunt notandum, & mirabile *Ias. in l. legatarius. n. 2. ff. de leg. 1.* vbi, quod est singulare *Alex. in l. si mihi & tibi. in fin. princ. ff. eod. tit.* cum alijs per *Surd. cons.* 114. *n.* 23. & 24. *lib.* 1.

EPITOME.

Cura delata à Iudice præsente adulto an faciat præsumere petitionem illius præcessisse. ¶ Curator quando possit confirmari inuito adulto. ¶ Durante tutela, seu cura, an possit agi ad reddendam rationem administrationis. ¶ Et quid si agatur pro emendatione damni particularis. ¶ Tutor de facto administrans an incurrat in pœnas statuti loquentis de tutore. ¶ Fideiussor promittens pro custode castri ad tempus, an teneatur de custodia post d. tempus. ¶ Contractu principali sublato an accessoria cum quarantigia, & pacto executiuo tollantur. ¶ Declaratio an requiratur, quod quis non sit tutor, antequam possit agi ad reddendam rationem contra eum tanquam tutorem putatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Curator an possit confirmari inuito adulto, si fuerit à patre datus. & n. 2. Et quid in minoribus habentibus iurisdictionem. n. 4.*
3 *Gesta per curatores non confirmatos ad petitionem minorum sunt nulla, etiam concernentia commodum ipsorum.*
5 *Præsentia cū taciturnitate an inducat consensū.*
6 *Factum à coniuncto, cui reuerentia debetur, an sit validum.*
7 *Idem iudicatur, quod quis petat, vel sponte recipiat quod petere debebat.*
8 *Cura delata à Iudice præsente adulto facit præsumere petitionem illius praecessisse.*
9 *Notarius enuncians testem iuratum non probat fuisse factum examen cum iuramento. Fallit. n. 10.*
11 *Curator non potest cogi ad reddendam rationem durante cura. Intellige vt n. 12.*
13 *Tutor tam verus, quàm putatiuus, quando debeat reddere rationem administrationis ante finitam tutelam. Et quid si agatur pro emēdatione damni particularis. n. 14. 15. & 16. Et quid in curatore agente contra collegam. n. 17.*
18 *Declaratio requiritur, quod non sit tutor antequam possit agi ad reddendam rationem administrationis contra tutorem putatiuum.*
19 *Decisio Doctoris in terminis etiam sine lege est attendenda.*
20 *Dispositio loquens de curatore non habet locum in eo, qui officium de facto administrat.*
21 *Mater tutrix transiens ad secunda vota non reddita ratione perdit successionem mariti, Et quid*

quid in ea, qua administrauit non suscepta tutela. n. 22.

23 *Mater minor potest esse tutrix, & si de facto administrat, non subijcitur pœnis secundo nubentium. Declara vt n. 25.*

24 *Minor datus tutor administrans, non tenetur nisi de dolo.*

26 *Datum rei, vel nomini cessat extincto nomine.*

27 *Qualitas nominis limitat obligationem.*

28 *Fideiussor promittens, quod alius seruabit castrum ad tempus an liberetur lapso tempore, si ille remanserit in custodia post d. terminum.*

29 *Verba uniuersalia restringuntur ad ea, quæ sunt de natura actus.*

30 *Promissio sub nomine emphyteuta restringitur ad tempus, quo durat emphyteusis.*

31 *Obligatio soluendi Prælato non obligat cum eo, qui est intrusus.*

32 *Hypotheca an detur contra protutorem, vel eum qui ratione coniunctionis administrat.*

33 *Impugnans non potest se iuuare ex actu impugnato.*

34 *Reprobanti contractum non datur amplius actio ex eo.*

35 *Resoluto contractu principali resoluuntur accessoria.*

36 *Pactum executiuum, & guarantigia redditur nulla, si annulletur actus principalis.*

37 *Actio negotiorum gestorum an detur contra eum, qui se gessit tanquam curator.*

38 *Qualitas curatoris an possit reprobari acceptando factum & causam.*

39 *Datio tutoris, quæ non valet in modum curæ resoluitur in administrationem bonorum.*

40 *Clausula omni meliori modo facit, vt actus non restringatur ad modum expressum.*

CAPVT CCLXXXII.

CVram minoris, de qua agebamus, & confirmationem illius dicebatur esse validam sequendo opinionem aliquorum Doctorum, 1 qui volunt, † quod possit confirmari curator, etiam inuito adulto, quasi requiratur petitio eiusdem adulti solum in illis curatoribus, qui dantur à Iudice, non autem in eis, qui à patre postea per eundem Iudicem confirmantur, prout erat casus noster *Odoffr. Dyn. & Cuman. in l. 1. C. de confirm. tut.*

Sed quidem Dixi ista non esse tuta, Quia omissa disputatione, verior est sententia, & in praxi seruatur, quod necesse est, vt adultus petat istam confirmationem curatoris à patre dati, 2 cum non detur nisi petenti, † neque possit pater directè aliquid disponere de rebus minoris vltra pubertatem, postquam amplius eius potestas non extenditur, cum adultus tunc possit sibi prospicere, Itaut hoc procedat tam de iure ciuili, quàm canonico, secundum quod omnia gesta per tales curatores non confirmatos ad petitionem minorum sunt nulla, etiam 3 concernentia fauorem, † & commodum ipsorum, quasi deficiat consensus ex parte minorum, vt latè omnia prædicta declarat *Gabr. cons. 35. n. 9. vsque ad n. 20. lib. 2. post Corn. cons. 81. col. 2. lib. 4.* Quidquid aliud sit in minoribus ha-4 bentibus iurisdictionem, † qui etiam inuiti absque petitione accipiunt curatorem, & ob publicam vtilitatem æquo animo hoc ferre debent *Corset. de potest. regia. p. 3. in princ. q. 17. & 18.* latè *Caldas. de restit. in integr. in verb. hunc contractum. n. 45. vsque ad n. 49.* & multa adduxi supra *c. 225.*

Ex alia tamen ratione dicendum est validam esse præfatam curam, cum præsupponatur in facto fuisse confirmatos curatores præsente ipsa adulta, sciente, & non contradicente, quasi tunc agamus de commodo filiæ, & de ipsius vti-5 litate siue vera, siue præsumpta, † quo casu semper præsentia cum taciturnitate inducit consensum, qui magis præsumitur, cum agatur de actu procedente à voluntate patris, cui propter affectum paternum credendum est filiam consentire, vt explicat *Bald. in l. sine voluntate. 5. n. 4. q. 1. C. ad velleian. Felin. in c. non ne. 5. col. 6. ante med. vers. vbi agitur de commodo. n. 19. de præsumption.* per tex. *in l. 2. §. voluntate. ff. solu.* 6 *matrim.* † Itaut neque obstet, quod simus in facto à coniuncto cui reuerentia deberetur, Quia intelligeretur, dummodo causa cognita constet, quod reuerentia fecerit quem tacere, quasi aliàs sola præsentia non induceret sufficientem effectum reuerentiæ *l. 1. §. quæ onerandæ. in verb. causa cognita. ff. quar. rer. act. non dat.* & notat *Felin. in d. c. non ne. col. vlt. post med. vers. sed intellige aduertenter. n. 22. post Abb. ibid. col. 4. post med. vers. hoc vltimum limitat. de* 7 *præsumpt.* † Cum etiam pro eodem habeatur, quod quis petat, vel sponte recipiat, quod petere debebat *Bart. in l. amplius non peti. ad fin. vers. quæro pro declaratione. n. 7. ff. rem rat. hab. Dilect. de art. testand. tit. de legat. caut. 61. n. 1.*

Præsertim, quia cura fuit delata à Iudice præsente adulta; Vnde præsumendum est petitionem 8 ipsius præcessisse, † & omnia solemniter acta, quæ loco, & tempore instrumenti potuerunt peragi, quamuis de dicta petitione notarius non fecerit in instrumento mentionem *Doct. in l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Innoc. in c. quoniam contra falsam. de probat. & in c. innotuit. de eo qui ordin. furtiu. suscep.* 9 Prout † dicimus de notario enunciatiuè asserente, dicendo testis iuratus, quod licet non sufficiat ad probandum examen præstito iuramento *Alex. cons. 42. n. 9. lib. 4.* Tamen quando testes fuerunt examinati coram Iudice, colligitur præsumptio tales testes iurasse tactis scri-10 pturis, † præsumendo per eum fuisse seruata seruanda *Bald. in l. iurisiurandi. col. 1. n. 2. vers. sed pone quod reperitur. C. de testib. Alciat. in rubr. ext. de iureiur. in fin. vers. primus est. Menoch. cons. 114. n. 17. lib. 2.* & multis decisionibus, & auctoritatibus comprobaui supra *c. 60. n. 11. vsque ad n. 16.*

Stante igitur validitate huiusmodi curæ, sequitur quod

11 quod illa adhuc duret.† Vnde curatores non possunt cogi ad reddendam rationem administrationis *l.2.et l.rationes.C.de administr.tutor.* Cum in curatore certum sit quantum debeat

12 expectari, & cura finiri, † Quidquid aliud sit in curatore furiosi, vel prodigi, vel eo, qui datur bonis absentis, aut similibus, in quibus non adest ista certitudo, ideo competit actio ad reddendam rationem *l.nisi.§.fin.& ibi Bart.n.1.ff.de tutel.& ration.distrab.Ruin. cons.89. in fin.n.14.lib.5.*

Idem in tutore, contra quem non potest agi, nisi finita tutela, tunc enim stipulatio rem pupilli

13 saluam fore committitur non prius, † tam pro reddenda ratione administrationis generalis, quàm pro emendatione alicuius damni particularis, quidquid aliud sit contra eum, qui non est verus tutor, aduersus quem poterit agi pro vtroque, neque expectatur finis tutelæ, cum illa non adsit, & per consequens non cadit impedimentum natiuitatis actionis, vel exercitij. Et quidquid etiam aliud sit in curatore, contra quem licet non agatur pro reddenda ratione administrationis generalis durante cura, vt di-

14 ctum est, Tamen pro emendatione damni particularis poterit agi nondum cura finita, & pro illa stipulatio rem pupilli committitur, prout omnia prædicta declarat *Castr.in l.non quasi.4.§.hanc stipulationem.& §.illud secus.ff.rem pupill.salu.for.* Et quod in putatiuo curatore statim agatur etiam pro administratione totali,

15 prout in procuratore† voluit etiã *Salic.in l.aduersus.col.1.ad med.vers.secundo casu.C.de administr.tutor.*per tex.*in l.1.§.finito.de contrar.iudic.tutel.* In quibus tamen videnda sunt quæ ponit *Siluestr.in §.si inter.n.12.vsq.ad n.15.in-*

16 *stit.de auctorit.tut.f.201.*† vbi multos casus distinguit concordando *tex.in l.cum curatore.ff.de administr.tutor.et l.2.C.eod.tit.*in quibus videbantur cõtraria disponi circa actionem dan-

17 dam contra curatorem durante cura; † Quando enim curator vult agere contra collegam, & tunc non potest quandiu communis administratio durat *l.actus.ff.de administr.tutor.l.cum plures.eod.tit.*& ita procedit *d.l.2.C.de administr.tutor.* Aut adultus vult agere, & tunc respectu totalis administrationis non poterit, non enim redditur ratio, nisi finita administratione; quamuis alia ratione erit danda actio, vel propter causam præcedentem curam, vel superuenientem extra causam curæ, vel ex ipsa cura; dummodo non petatur ratio administrationis *Siluest.in d.§.si inter.n.14.ad med.vers. vnde ita distinguerem.instit.de auctor.tutor.*

Immo etiam in casibus, in quibus diceretur aliquẽ non esse tutorem, si fiat petitio redditionis ra-

18 tionis vniuersalis, debet prius declarari, quod non sit tutor, quo declarato, compellitur rationem reddere, alias non facta declaratione, non posset agi, nisi pro vna specie, non pro toto *Salic.in l.aduersus.2.in prin.oppos.4.C.de administr.tutor.* & quamuis nihil alleget, † tamẽ

19 decisio Doctoris in terminis etiam sine lege

fundata tollit omnem dubitationem *Menoch. cons.73.n.17.vers.reuocantur in dubium. lib.1.*

Et quatenus etiam talis cura non subsisteret, tamen non poterat agi vigore obligationis, de qua in instrumento producto, quia cum illa fuerit restricta ad administrationem faciẽdam, tanquam à veris, & legitimis curatoribus, non debet extendi ad alium actum administrationis, qui de facto sequitur tamquam non conformem obligationi, & per consequens non debet nocere fideiussoribus, qui se obligarunt sub

20 dicta forma, † quasi dispositio loquens de curatore non habeat locum in eo, qui officium de facto, & minus legitimè administrauit, cum alia actio detur *Dec.cons.591. n. 4.* & late declarat *Surd.cons.460.n.64.vsque ad n.68.lib.4.*

Quæ magis procedunt in pœnalibus, in quibus lex loquens de tutore, non extenditur ad protuto-

21 rem, † vnde matèr tutrix transiens ad secunda vota nõ reddita ratione, & nõ restitutis reliquis licet perdat successionem, & priuetur relicto, ac alijs habitis à marito *l. omnem. vbi Abb. & alij. C.ad tertull.Socin.Iun.cons.8. n. 1. cum seq.lib.1.Surd.cons.175.n.13.Bursat.cõs.210.n.*

22 *21.lib.2.*† Tamen mater, quæ tutelam non suscepit, & administrauit, & secundo nupsit non reddita ratione nihil perdit, nisi successionem filij, neque patitur alias pœnas *Bald.in l.cum oportet. §. sed cum tacitas.n.4. C.de bon. quæ liber.Dec.cons.490.textus in lege.n.4.& 5. Socin. Iun.cons.9.n.2.lib.1.Surd.cons.175.n.34.& 35. lib. 2.* vbi late respondet ad omnia, quæ adducuntur per *Castrens.* contrarium sequentem *cons.154.pro ista domina.ad med.lib.2.*

Prout in matre minore, quę non potest esse tutrix, & si de facto administrauit suscipiendo tutelam

23 non † subijcitur pœnis secundo nubentiũ *Bald. in l.omnem. C.ad tertullian.* & si fuerit datus tutor minor in testamento non admittitur, nisi factus maior, & si administrauit de facto, non

24 tenetur nisi de dolo, † quia imputatur hæredi fatuitas defuncti, qui gubernacula commisit imbecillitati *l.sed si quis meam.7.in fin.ff.de institor.action.Ang. cons.102. testator adultũ minorem.n.1.Boer.decis.124.n.8.Ruin.cons.97.n.6.ante med.vers.& prædicta confirmãtur.lib.5.*

25 *Surd.cons.218.n.17.lib.2.* † Quidquid aliud sit quãdo ex consuetudine mater minor posset habere tutelam liberorum, vt in Francia, vbi reputatur maior per contractum matrimonij. *Boer.cons.124.n.7.*

Et facit quia datum rei, vel nomini cessat extincto nomine *Salic.in l.fi.n.2. C.de inoffic.testam.*

26 cum † qualitas nominis determinans verbum, à quo dispositio sumit effectum, limitet obligationem *Bart.in l.ex facto.col.2.de vulg. et pupil.*

27 *Felin.cons.25.n.23.*† late *Surd.* qui multis similibus comprobat *cons.106.n.34.vsque ad n.38. lib. 1.*

Ita etiam dicimus de fideiussore promittẽte, quod

28 alius seruabit castrum ad tempus, † qui liberatur lapso tempore, etiam si ille remanserit vltra tempus in custodia, quidquid aliud sit, quando

do dictũ esset quod restituet *Bart. in l. lucius titius curator. 47. §. paulus. de administr. tutor. Alex. Ias. et alij in l. lecta. ff. si cert. petat. Marsil. in rubr. de fideiussor. n. 89. Surd. cons. 460. n. 61.* Vbi ampliat quamuis adessent verba quandocunq. & similia, quia intelliguntur respectu eorum, quæ fuerunt administrata in tempore iustæ & 29 canonicæ electionis, † cum etiam verba vniuersalia restringantur ad ea, quæ sunt de natura actus, & dispositionis *Aym. cons. 144. n. 7. Roland. cons. 74. n. 54. lib. 1.*

Quod etiam est in promissione facta alicui sub nomine emphytheutæ, quæ restringitur ad tēpus 30 quo † durat emphytheusis, non autem eo lapso *Felin. cons. 25. n. 27.* Et de obligatione soluendi Prælato, quæ tantummodo obligat cum eo, qui sit canonice institutus, nō autem intrusus *Abb.* 31 *in c. ego enim. de iuretur.* † cū alijs per *Surd.* qui etiam multa similia adducit *d. cons. 460. n. 59. vsq. ad n. 68. lib. 4. et cons. 106. n. 34. cū seq. lib. 1.*

Vnde mater, si non fuit tutrix, nec gessit negotia 32 vt protutrix, sed ratione coniunctionis, † & amicitiæ, bona nō sunt hypothecata *Ruin. cons. 94. n. 1. lib. 5.* quidquid alias in protutore detur tacita hypotheca *Glos. in l. pro officio. C. de administr. tutor. & in l. dabimus. 4. in princip. in verb. priuilegia. ad fin. de priuileg. creditor. Socin. cons. 85. viso compromisso. col. penult. ad med. lib. 1. Neguf. de pignor. 2. p. 4. m. n. 7. Aret. cons. 29. diligenter & mature. in princ. n. 1. Capic. decis. 129. n. 3.*

Vlterius quatenus etiam essemus in casu redditionis rationis contra fideiussores, Tamen 33 actio intentata non competebat † ob impugnationem factam de instrumento curæ tanquā nullo, quod operatur, vt impugnans non possit se iuuare, neque ex aliquibus capitulis ibi contētis *l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. Aym. de antiq. tēpor. p. 1. §. viso de verbis enun-* 34 *ciatiuis. n. 55.* † Reprobando enim contractum non datur actio amplius ex eo *l. dispensatorem de solution. Bald. in l. si absentis in prin. n. 1. vers. contra istud est impossibile. C. si cert. petat.* Quod magis est in accessorijs, quæ resoluuntur, & an-35 nullantur resoluto, † & annullato contractu principali *Bald. in l. ex testamento. 29. in fin. C. de fideicommis. Alex. in l. 1. §. si vir. C. de aquir. possess. Aym. cons. 299. n. 3.* Et in proposito quarantigiæ, & pacti executiui, quod sit nullum tanquam accessorium annullato contractu prin-36 cipali concludit † *Socin. cons. 78. licet pendeat. col. 1. post princ. vers. secundum probatur. n. 3. lib. 3. per Glos.* quam dicit notabilem *in l. si patronus. 3. §. patronum. in verb. fautana. in fin. ff. si quid in fraud. patron.*

Maxime quia cum prætendatur curam non subsistere, non tamen poterat agi actione intentata, si enim isti curatores absque petitione valida, non ad petitionem minorem se ingesserunt non dicuntur se gessisse tamquam curatores, 37 sed † tamquam negotiorum gestores, Vnde tamquam tales debebant conueniri *l. curator. 6. C. de negot. gest. Socin. Iun. cons. 79. n. 3. lib. 2.*

De quorum tamen veritate, & quando vna actio concurrat cum alia, & possit cumulari 38 dicam infra *in capite particulari,* † Vbi etiam an qualitas curatoris potuerit reprobari, acceptando factum, & cautam, vel potius sit approbandus cōtractus cum sua qualitate *Surd. cons. 52. n. 19. lib. 1.* Prout etiam quando non valeret datio tutoris in modum curæ, quod resoluatur in administrationem bonorum, itaut 39 debeat sustineri actus eo modo, † quo potest non solum quando defectus est in dante, sed etiam in eo, cui datur tutela, & cura, late cōcludit *Idem Surd. cons. 428. n. 22. vsque ad n. 25 lib. 3.* stante præsertim clausula omni meliori 40 modo, quæ operatur, vt actus non debeat restringi ad modum expressum *Bald. in l. vnum. col. 3. in fin. vers. item ideo peto. ff. si cert. petat. Curt. Iun. cons. 169. n. 6. lib. 1.* & in proposito tutelæ *Surd. cons. 428. n. 19. & 20.*

EPITOME.

Distributiones quotidianæ an veniant appellatione fructum, & redditum. ¶ Residentia ficta quid operetur, & an fingat in præiudicium iuris alteri quæsiti. ¶ Dispositio loquens de fructibus quando comprehendat futuros. ¶ Decretum irritans an liget ignorantes, tollat possesionem, ac titulum, consuetudinem præteritam, aut futuram, & præscriptionem. ¶ Priuilegium absentiæ causa studiorū an cōprehendat distributiones quotidianas. ¶ Clerici studentes in iure ciuili, vel similibus scientijs an percipiant fructus beneficiorum, vel requiratur, vt insudant studio Theologiæ, seu Canonum. ¶ Possessorium an possit omitti, & pronunciari super petitorio stante decreto irritanti. ¶ Dispensationes de non residendo occasione studij etiam per sedem Apostolicam concessæ an valeant sine consensu ordinarij loci, in quo beneficia consistunt.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio generalis loquens de fructibus comprehendit etiā fructus futuros. Amplia vt n. 2.*
3 *Decretum irritans annullat actum in contrarium factum siue scienter, siue ignoranter. Intellige vt n. 25.*
4 *Vniones, & applicationes distributionum, quæ fiunt ab episcopis, non debent tollere factum superioris aliter disponentis.*
5 *Possessio, aut titulus non consideratur stante decreto irritanti, & n. 22.*
6 *Manutentio, non datur, nisi vltra exercitium iuris probetur, quod exercens intendebat vti iure suo.*
7 *Rescriptum est surreptitium non expressis his quæ concedentem reddidissent difficiliorem in multiplicandis dispensationibus.*
8 *Verba debent aliquid operari.*
9 *Distributiones quotidianæ an veniant appellatione fructuum, & redditum. n. 10. & 11.*

Dispensa-

12 *Dispensationes de non residendo, & percipiendo fructus beneficiorum occasione studij etiã per Sedem Apostolicã cõcessa nõ valēt sine cõsensu Ordinarij loci, in quo similia beneficia cõsistūt.*
13 *Residentia ficta non debet operari plusquã vera.*
14 *Inhabilis qui non potest admitti vere ad aliquid acquirendum, neque admittetur per fictionem.*
15 *Fictio nunquam fingit in praeiudicium iuris alteri quaesiti. Et de ratione. n. 16.*
17 *Concessio Principis declaratur, vt non repugnet illius menti, & intentioni.*
18 *Interpretatio stricte est facienda in correctorijs iuris communis.*
19 *Priuilegium absentiae causa studiorum non comprehendit distributiones quotidianas.*
20 *Breue subreptitiū nullam meretur executionem.*
21 *Subreptio vitiat ipso iure litteras Papae.*
23 *Decretū irritās tollit quãcunq; cõsuetudinē praeteritã, et futurã, et quemlibet iuris effectū. n. 26.*
24 *Praescriptio censetur sublata per clausulam decreti irritantis.*
27 *Possessorium potest omitti, & pronunciar. super petitorio stante decreto irritanti.*
28 *Qualitas requisita a statuto est praecise probãda.*
29 *Clerici studentes non percipiunt fructus beneficiorum, nisi incumbāt studio Theologiae, seu Canonum. Et an sufficiat, vt quis studeat in iure ciuili, & in similibus scientijs. n. 30.*

CAPVT CCLXXXIII.

Dignitas Archidiaconatus, de quo agebamus, fuit reddita incapax distributionum quotidianarum, vt in bulla erectionis factae per Summum Pontificem, in qua expresse prohibetur, vt nullus Archidiaconus illas recipiat, & cū hac conditione fuit concessum, vt huiusmodi Archidiaconatus sit de iure patronatus familiae de qua agitur, Vnde verius esse dixi, quod talis prohibitio comprehendat omnes distributiones tunc existētes, & futuras constituendas tum ob generalia verba decreti, tum propter rationem identitatis, quasi Summus Pontifex censuerit talē dignitatem esse sufficienter dotatam, Ideo noluit alijs dignitatibus, & canonicis praeiudicare, prout praeiudicaretur, si de futuris distributionibus Archidiaconus aliquid perciperet, cum integrè ad ipsos canonicos pertinerent, si
1 talis noua dignitas nõ fuisset erecta, † Et regulare est, vt priuilegium, & dispositio generalis loquēs in fructibus comprehendat etiam futuros *Alex.* in specie *cons. 178. in occurrēti casu. col. 3. in prin. n. 12. vsq; ad n. 16. lib. 2. Natt. cons. 160. n. 23.*
2 *cum seq.* † Praesertim quãdo sumus in dispositione negatiua, prout est casus noster, cum illa magis omnia comprehēdat, quàm affirmatiua, Ita vt etiam porrigatur in infinitū *Oldr. cõs. 3. vers. nec in hoc multum. Castr. in l. hoc genus. de condit. & demonstrat. Natt. cons. 397. n. 6.*

Neque applicatio distributionum facta per Episcopum vigore vnionum ex decreto *Concil. Trident. sess. 24. c. 15.* extendetur ad fauorem dicti Archidiaconi, qui cum fuerit prohibitus acquirere etiam in futurum distributiones quotidianas non iuuabitur huiusmodi vnione, quae solum habebit locum in alijs dignitatibus, & canonicis, quibus non interdicitur huiusmodi
3 acquisitio, † stante enim decreto irritanti apposito a Papa, quod aliter factum fuerit annullatur nulla habita consideratione scientiae, vel ignorantiae *Rot. diuers. decis. 178. n. 3. p. 1.* Maximè quia huiusmodi vniones, & applicationes distributionum, quae fiunt vigore *d. Con-*
4 *cil. Trident. c. 15. sess. 24.* † siuè fiant ab ordinarijs, tanquam ab Episcopis, siuè tamquam à Sede Apostolica delegatis, non debent tollere factum superioris aliter disponentis *Felin. in c. quod super his. 9. col. 2. post princ. vers. ex quo inferunt. n. 3. de maior. & obedient.* Valebit igitur vnio, & applicabuntur distributiones alijs dignitatibus, & canonicis, non prohibitis illas percipere, non autem acquirentur Archidiacono ob incapacitatem, de qua in erectione praedicta.

Vnde stante d. decreto irritanti, non est conside-
5 randa aliqua praetensa possessio, † aut titulus *Socin. cons. 67. eodem die. col. penult. in fi. n. 9. lib. 3. Caputaq. decis. 15. n. 1. p. 3.* Praesertim cum non potuerint canonici praeiudicare successoribus, quidquid alias possent in eorum praeiudicium permittere, quod dictae distributiones perciperentur per Archidiaconum antecessorē cum etiam deberet probari, quod fuerint per eum receptae tamquam sibi debitae, non praeca-
6 rio, aut simili modo, † quasi vltra executionem iuris requiratur, vt exercens intendat vti iure suo ad effectum manutenendi in quasi possessione, Itaut hoc sit remittendum arbitrio Iudicis *Abb. in c. cum ecclesia sutrina. n. 15. de caus. poss. & propriet. Affl. decis. 67. n. 2. & 3.*

Accedat quod indultum de percipiendo distributiones in absentia causa studij non suffragatur
7 nec vllam meretur executionem, † cum fuerit subrepetitium tamquam in eo non fiat mentio de primo indulto, in quo prohibetur locus in choro, & vox in capitulo, donec Archidiaconus vigesimum primum annum attigerit, quod erat exprimendum in secunda gratia postea impetrata, quam difficilius cõcessisset Summus Pontifex, ne tot dispensationes multiplicarentur *c. si motu. de probat. in 6. c. postulante. de rescript. Felin. in c. super litteris. 20. col. 6. in fin. n. 8. eod. tit.*

Nec facit quod secundum indultum fuerit impetratum ad maiorem cautelam, cum sufficeret primum, in quo etiam datur facultas percipiendi fructus, & redditus, in quibus quoque
8 includuntur distributiones, † vt aliquid d. verba operentur *l. si quando. de legat. 3. Gonzal. de*
9 *alternat. glos. 7. probem. n. 193.* † Quia verior est opinio, quod appellatione redditūum, & fructuum non veniant distributiones *Boer. decis. 340. n. 4. Cesar. de Graff. decis. 5. n. 1. & 9. de prabend. Oldr. cons. 118. ex virtute. n. 1. Gonzal. d. glos. 7. probem. n. 205. vers. breuiter*
10 *ego. & vers. in primo enim casu.* † vbi quod distributiones, quae singulis horis nocturnis, & diurnis dantur interessentibus sunt proprie di-

stributiones, & non veniunt appellatione redditvum, prouentuũ,& fructuũ, quidquid aliud sit in illis, qui diuiduntur in fine anni, † Vnde neque primum indultum de acquirẽdo fructus, & redditus in absentia comprehendet istas distributiones *Couar. lib. 3. var. resolut. c. 13. n. 2. post med. vers. sic quamuis princeps. post Glos. in c. vnic. in verb. adfuerint. & ibi Prob. n. 50. de cleric. non resid. in 6. Cassador. decis. 1. eod. tit.*

Præsertim quia istæ dispensationes de non residendo, & percipiendo fructus beneficiorum, aut distributiones occasione studij tam hactenus concessæ, quam concedendæ, tam per signaturam, & pœnitentiariam, quam per sedem Apostolicam, non valent, † nec in aliquo suffragantur sine consensu ordinarij loci, in quo similia beneficia consistunt, de quo consensu in casu nostro non constat, immo de contrario apparet, vt in processu, quod quidem cum ratione statutum fuit, quasi de qualitatibus personarum huiusmodi indulta impetrantium non possit haberi ita plena notitia, prout per dictos ordinarios haberetur ad tollendam omnem fraudem, & circumuentionem, quæ oriri posset in huiusmodi dispensationibus *vt in cõstitutione Pij Papæ Quarti*, de qua in bullario *n. 113. fol. 832. p. 1.* Inhærendo dispositioni *Sacri Concilij Tridentini sess. 23. n. 1. de reformat.*

Sequitur itaque ex prædictis, quod indultum impetratum de percipiendo distributiones ob causã studij erit intelligendũ quatenus illæ deberentur, & non fuisset impetrãs prohibitus eas percipere, ne plus operetur residentia ficta, † & interpretatiua, quam vera, quod esset absurdum *l. filio quem pater. 23. de liber. & posthum. l. si filius ff. si cert. petat. Glos. in auth. de sanctiss. episco. ad fin. §. si vero contiñte. in verb. mulieris.* Cũ etiã habilitas consideretur, ita vt si quis non potest admitti vere ad aliquid acquirendum, † neque hoc cõcedatur per fictionem, quidquid aliud sit quãdo ageretur ad vindictã publicam, quo casu inhabilitas non esset consideranda *Alberic. de Rosat. de statut. p. 1. q. 180. in fi. Ias. in d. l. si filius n. 4. cũ seq. Bal. in l. 1. C. de sacros. eccl. et ibi Salic. col. 6.* † Cum etiã fictio nũquam fingat in præiudicium iuris alteri quæsiti *Rosell. de legitimat. lib. 1. tit. de caus. fin. & effect. legitimat. n. 28. ad med. vers. decimo probatur.* Quia esset fingere quod res vnius sit alterius, † quod non est permittẽdũ tãquam contra ius *Neg. de pign. m. 2. p. 5. n. 39. post Salic. in l. licet. ante fin. vers. ego istã partẽ. C. qui pot. in pign. habeãt.* Prout neq; credendũ est Summũ Pontificẽ concessisse d. distributiones, si notitiam habuisset, quod vere ei non deberentur *c. super litteris. 20. vbi Felin. n. 8. col. 6. in fi. de rescript. Glos. in c. dudũ. in verb. nõ facientes. de priuil. c. si motu de præbend. in 6.*

Maxime quia sumus in materia correctoria iuris communis exorbitanti, & odiosa, † Vnde quatenus alium lædit stricte est interpretanda *c. super eo. de offic. delegat. Dec. cõs. 443. n. 6. Gabr. cons. 157. n. 5. lib. 1.* Ideo neque priuilegium absentiæ causa studiorum, † obtentum a Sede Apostolica comprehenderet distributiones *c. licet. de præbend. Couar. lib. 3. var. resolut. c. 13. n. 2.* & sæpius ita resoluit *Sacra Congreg. Concilij*, vt per *Gõzal. de altern. §. 7. probem. n. 178. et 179*

Stante igitur subreptione breuis, de quo agimus dicendum est nullam mereri executionem, † *c. si super gratia. de offic. delegat. in 6. Rot. coram Card. Lancellotto Vallisoletan. scholastica. 5. iulij. 1599. & corã R. P. D. Litta Astoricen. prioratus. 9. decembris. 1599.* cum alijs per *Gonzal. de alternat. in probem. §. 7. n. 240.* Itaut subreptio vitiet ipso iure in litteris *Io. Andr. in c. 2. de filijs presbyt. in 6. Gambar. de auctoritat. legat. de latere lib. 5. in princ. n. 87. Bald. in c. super litteris. 20. de rescript.*

Et quamuis prædecessor præsentis Archidiaconi perceperit per aliquot annos distributiones post bullam erectionis, Tamen hoc non obstabit, cum in ea adsit clausula decreti irritantis, vt etiam supra dictum est, † per quam inficitur titulus, & possessio *Bisign. decis. 1. n. 6. ad. med. vers. & esto quod sufficeret. de restit. spoliator. Caputaq. decis. 15. n. 1. p. 3. Gomes. de annal. reg. 14. n. 15. vers. postremo. Cassador. decis. 11. n. 5. super regul.* cum alijs per *Socin. cons. 67. eadem die. col. penult. ad fin. n. 9. lib. 3.*

Quare stante dicto decreto tollitur quæcunque consuetudo tam præterita, quam futura *Ruin. cons. 102. col penul. in fin. vers. & clarius comprobatur. lib. 3. Gabr. de clausul. concl. 3. n. 39. vsque ad n. 44.* vbi etiam, quod per illud censetur sublata præscriptio † *Felin. in c. cum accessissent. 8. col. 17. in princ. vers. quarto limita. n. 30. de constit. Prob. in c. tibi qui. n. 7. de rescript. in 6.* Cum idem decretum liget quoque ignorãtes, quando est appositum a Papa respectu nullitatis, quidquid aliud sit quo ad pœnam *Glos. in c. 1. de concess. præbend. in 6.* latè *Couar. pract. quæst. c. 9. n. 7.* cũ alijs per *Rot. diuers. decis. 578. n. 3. p. 1.* † Et de decreto irritanti, quod tollat quemlibet iuris effectum, & inficiat omnem possessionem *Rot. corã R. P. D. Iusto Vlisbonen. declarationis concordiæ 5. maij. 1599. & coram Sãctiss. Pãpilonen. Parochialis. 21. octobris. 1575*

Adeo vt quamuis suspendatur petitorium, si agatur possessorio dumtaxat, † Tamen stante decreto irritanti possit pronunciari in petitorio omisso possessorio *Rot. coram R. P. D. Robusterio. Siracusana quarta. 20. iunij. 1586. & in eadem causa coram Card. Blãchetto. 24. maij. 1585.*

Vlterius indultum fuit concessum, vt detur opera studijs Theologiæ seu Canonũ, † Vnde erat precisè probanda ista qualitas *Alex. cons. 88. n. 2. lib. 4. Dec. cõs. 125. n. 6.* Quod etiã est de iure cõmuni, secundum quod clerici studentes nõ percipiunt fructus, † nisi incũbant studio Theologiæ, seu Canonum *Card. in clem. 1. in fi. princ. de magist.* Quamuis posset etiam sustineri opinio illorum, qui volunt de iure sufficere, vt quis studeat in iure ciuili, vel similibus scientijs, † dummodo non prohibitis *Lap. Abb. in c. 2. ad fin. de priuil. in 6. & ibi Domin. etiã in fin. n. 9. vers. tamen studẽs. Panorm. cons. 88. col. vlt. in prin. ver. tertio quia etiã hic cessãt ib. lib. 1.* Et late cõprobat *Horat. Luti. priu. schol. 100. col. 3. et 4. to. 18. f. 86.*

EPI-

EPITOME.

HOnor an consistat in salutatione, & quando in ea sit deferendum Administratoribus Ciuitatum, Nobilibus, Iudicibus, Principibus, Mulieribus, & similibus. ¶ Et de pœna contrafacientium. ¶ Honoratorum appellatione, qui veniant. ¶ Omittens salutare, quando præsumatur inimicus. ¶ Et an talis causa sit iusta recusandi Iudicem. ¶ Salutationes an sit appetendæ, & petendæ. ¶ Et quo casu sint prohibitæ. ¶ Exempla varia indignationis ob honorem salutationis, & similis obsequij non exhibitum. ¶ Prout econtra spretus, & contemptus illius. ¶ De more antiquo salutandi Magistratus, ac Potentes viros, admouendi manum ori, assurgendi, & descendendi de curru, & quid hodie seruetur. ¶ Pater, quando debeat salutare filium, & econuerso. ¶ Vestes pulchræ quibus conueniant, & quis honor illis debeatur. ¶ Consuetudo nautica, qualis sit circa salutationem nauium inuicem occurrentium. ¶ Subrogatus, quādo assumat qualitatem principalis in honore, & reuerentia. ¶ Osculandi mos pro salutatione vnde introductus. ¶ Detecta capita an sint firmiora contra vim algoris, & caloris. ¶ De varijs modis salutandi apud diuersas gentes. ¶ Et de Nomenclatore quare antiquitus habito. ¶ Sternutantes ob quam causam salutabantur, & illis genua flectebantur. ¶ Et vnde hoc originem sumpserit. ¶ Reuerentia an sit exhibenda etiam ab exemptis. ¶ Salutis augurium & templum apud Romanos, quale fuerit. ¶ Modus salutandi per verba Deo gratias à quibus inuentus. ¶ Salus & Apostolica benedictio à quo primo posita in præfationibus. ¶ Salutatio in litteris quibus non sit danda. ¶ Et cur à multis fuerit omissa, & inter præsentes denegata. ¶ Princeps quem honorem exhibeat Iuris peritis, & suis Consiliarijs, ac Officialibus. ¶ Doctores quando debeant sedere cum Iudicibus.

SVMMARIVM.

1 *Administratores ciuitatum, & prouinciarum repræsentant Principem, & sunt honorandi sicut Princeps. n.8.*
2 *Honor consistit in multis signis, & præcipue in salutatione. n.3.*
4 *Dignitates omnes procedunt à Principe.*
5 *Princeps adoratur regia subiectione.*
6 *Consiliarij Principis, & Iudices sunt reuerenter salutandi. n.7.*
9 *Subrogatus assumit qualitatē principalis etiam in honore. & reuerentia. Intellige, vt n.10.*
11 *Princeps honorat suos officiales aliquantulum eis assurgendo.*
12 *Carolus Quartus Imperator Cardinali Columnæ cum visitanti in totum assurgebat.*
13 *Pœnam quasi sacrilegij incurrunt non honorantes officiales Principis.*
14 *Dubitans an electus per Principem sit dignus punitur pœna quasi sacrilegij.*
15 *Iudices debent salutare honoratos viros, & illos ad sedendum inuitare. n.18. Intellige, vt n.16.*
17 *Honoratorum nomine qui veniant.*
19 *Honor debet esse correspectiuus tam ex parte inferiorum, quam superiorum. Et de hoc varia exempla, & prouerbia. n.20.*
21 *Senes debent venerari Iuuenes.*
22 *Munus iudicandi efficit nobiles.*
23 *Infames repelluntur ab officio iudicandi.*
24 *Nobilibus defertur in salutatione.*
25 *Honor debetur Iudicibus propter curā reipublicæ gubernādæ, & de legibus Charōdæ circa hoc.*
26 *Omittens salutare, quādo præsumatur inimicus.*
27 *Per salutationem censetur remissa iniuria.*
28 *Inimicitia leuis an sufficiat, vt Iudex, & testis possint recusari, & an omissio salutationis sit causa iuridica.*
29 *Salutationes an sint appetendæ, & petendæ, & quid seruetur tam inter præsentes, quàm absentes in litteris. n.30.*
31 *Salutare bonum est, & contrarium malum.*
32 *Salutatio quando sit vetita, & ex quibus causis, & quomodo intelligantur diuersa loca scripturæ n.33. & 35.*
34 *Dignitates affectantes vocantur spudarchæ.*
36 *Exempla varia indignationis ob honorem salutationis, & similis obsequij non exhibitum.*
37 *Pater quando debeat salutare filium, & econtra, & de diuersis sententijs circa hoc, & exemplum de Q. Fabio Maximo. n.44.*
38 *Consuetudo orandi tecto capite, & quid acciderit oratori Italo volenti hanc consuetudinem seruare.*
39 *Honor salutationis & obsequij datur potius vestibus, quam personæ, & quid de hoc senserint Gasparus Bruschius, & Io. de Lignano. Et quibus hodie cōueniat habere pulchras vestes. n.40*
41 *Pileo in hasta erecto honor antiquitus exhibebatur.*
42 *Hadriani Quarti indignatio propter salutationem male positam in litteris.*
43 *Ecclesia Rauennatensis quam ob causam subdita Romanæ Sedi.*
45 *Magistratus contemnitur dum nimium seruatur humilitas.*
46 *Nauticus mos circa salutationem cum naues inuicem in mari occurrunt.*
47 *Spretus salutationum, & reuerentia, & varia de hoc exempla.*
48 *Ephestio salutatus pro Alexandro Magno, & de eius responso.*
49 *Pompeius Magnus victus à Cesare quid populo eum salutanti, & obuiā procedenti dixerit.*
50 *Tiberij responsum Magistratui Rhodiorum ob omissam in litteris salutationem.*
51 *Maximinus Imperator nusquam ad oscula pedum quemquam admisit.*
52 *Diuus Hilarius in synodo locum sibi debitum non habens humi sedere voluit, cui terra in altum elata miraculose sedem præbuit.*
53 *Socrates non resalutatus cum alium salutasset, quid responderit amicis id ægre ferentibus.*

CAPVT CCLXXXIIII.

HAbentes gubernationem, & administrationem Ciuitatum, & Prouinciarum inter Comites primi ordinis gaudent priuilegio Vicariatus, repræsentant enim personam Principis, Vnde omnes debent ei parere, reuerētiam, 1 & honorem exhibendo, † Cum etiam Delegatus sit honorandus, sicut Delegans plus, & minus secundum locum illius, cuius legatione fungitur, vt bene declarat *Cassan. in catalog. glor. mundi. p.2. considerat. 10. per tot. post Speculat. de legat. §.1. n.2. Luc. de Penn. in l. vnic. C. de comitib. qui prouinc. reg. lib. 12.*

Verum quia honor consistit in multis signis, quæ late enumerat *Cassan. in d. catalog. glor. mundi. p.1. considerat. 12. cum pluribus sequentibus.* 2 Omissis alijs, † de quibus modò non quæritur, solum agendum erit de salutatione in gratiam amici hoc iubentis, occasione aliquorum, qui denegabant Iudices, & Magistratus salutare, cum honor etiam præcipuè consistat in saluta- 3 tione, † ex qua dicitur fieri reuerentia, & subiectio *l. fin. C. de offic. diuers. iudic. l. peculium. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. Iacob. Rebuff. in l. in sacris. C. eod. tit. Cassan. in catalog. glor. mund. p. 1. considerat. 26. in princ.*

Et quidem breuiter firmanda est conclusio, quod honores, priuilegia, & dignitates, quæ alicui debentur sunt ei obseruandæ tam in consisto- 4 rio Principis, quam extra, † Nam cum omnes dignitates procedant à Principe, qui etiam nouas potest constituere, & dare alijs facultatem illas constituendi *l. 1. C. de metropol. berit. lib. 11. Tiraq. de nobilit. c. 7. n. 5. in fin. Doct. in l. 1.* 5 *C. de dignitat. lib. 12.* † Merito Princeps debet facere, vt vbique terrarum quis illis possit gaudere; Vnde post Principem, qui adoratur non adoratione, quæ Deo debetur, sed regia subiectione; eius Ministri, & Consiliarij salutantur, 6 ita probat † *tex. in l. 1. vers. nostra serenitate. & ibi Glos. in fin. in verb. adoranda. & Io. de Plat. post med. vers. comites. C. de silentiar. lib. 12. l. 1. C. de domestic. & protector. C. eod. lib. l. 1. in fin. vers. aut reuerentia. C. de proxim. sacr. scrinior. lib. 12. Io. de Plat. in l. primicerium. 2. in fin. vers.*

nam

nam adorantur. C. de fabricensib. lib. 10. cum alijs per Nicol. Boer. de ordin. graduum vtriusq; fori. §. praterea etiã & fortius. n. 48. tom. 16. f. 271. Mar. Muta. super consuetud. panormit. c. 8. n. 13.

7 Et † de Iudice reuerenter salutando Cassan. in catalog. glor. mund. considerat. 26. in princ. p. 1.

Quorum ratio est, quia tales personę repręsentant 8 Principem † l. item eorum. §. decuriones. ff. quod cuiusque vniuersitat. nomin. l. municipibus. ff. ad municipal. Signorol. cons. 108. col. 1. in prin. vers. quarto ex iurium. n. 1. Et tanquam subrogati assumunt qualitatem principalis etiam in ho- 9 nore, † & reuerentia Glos. in c. de causa. in verb. quidquid. 2. q. 4. Abb. in c. mandata. 6. col. 1. ad med. de praesumpt. Anchar. in c. grandi. notab. 5. de supplend. neglig. praelat. in 6. Maxime in sub- 10 rogato ab ipso Priucipe, † quidquid aliud sit in eo, qui substituitur ab ipsomet principali Felin. in c. cum olim. il 2. in princ. de offic. delegat. Purpurat. in l. 1. n. 631. de offic. eius. Cardin. in clem. 1. n. 2. opposit. 6. de offic. vicar. cum alijs, quos adduxi supra c. 106. n. 14. vsque ad n. 39.

Immo magis debetur iste honor salutationis hu- 11 iusmodi Officialibus, † & Consiliarijs, cum illos ipsemet Princeps honoret aliquantulum eis assurgendo Ang. in l. 1. ad med. vers. in textu ibi processisset. C. de sentent. pass. vbi etiam de Carolo Quarto Imperatore, qui Cardinali Colum- 12 næ cum visitanti in totum assurgebat, † quod etiam sequitur Felin. in rubr. de maiorit. & obedient. col. 7. in princ. n. 8. Barbat. de praestant. cardinal. q. 1. col. 22. in fin. vers. quinimmo bellissime. Boer. de ordin. graduum vtriusque fori. vers. praeterea etiam. n. 49.

Ideo nou honorantes Officiales Principis incur- 13 runt pœnam quasi sacrilegij, † cum contemnant eos, quos ipse assumit & eligit, Adeo vt non sit dubitandum, an per eum electus sit dignus, necne, cum pro hac dubitatione incurratur etiam dicta pœna, ex quo statim per talem electionem 14 censetur cum indigno dispensatum, † Ita omnia prædicta declarat Io. de Plat. in l. 1. ad fin. C. de domestic. & protector. & in l. 1. in princ. C. vt dignitat. ord. seruet. & in l. ductitij. n. 1. C. de decurion. & filijs eor. lib. 10. Boer. vbi sup. d. n. 49. post princip. & late explicat Cassan. in catalog. glor. mund. p. 1. considerat. 4. in fine.

Talis autem honor in salutatione debet esse correspectiuus, cum non solum sit debitus Iudicibus, 15 & Officialibus, vt dictum est, † sed etiam Iudices econuerso debent reuerenter salutare Honoratos viros non denegando etiam eis societatem cum illis sedendi sub pœna ternarum librarum auri contrafacientibus imponenda l. vlt. C. de offic. diuersor. iudic. Felin. in rubr. de maiorit. & obedient. col. 7. post med. vers. & adde 16 quod iudex. n. 9. † Quidquid aliud sit, quando tales personæ vadunt ad Iudicem horis iuridicis, quia tunc non sedebunt secum l. quisquis. in fin. C. de postul. l. 1. & ibi Glos. in verb. panduntur. 17 C. de offic. ciuil. iudic. † Itaut sub nomine istorũ Honoratorum veniãt hi, qui Palatinam quidem dignitatem habent, administratione abstinent, & quod Ausonius ait Muneris exortes, nomine participes, prout etiam in hoc significatu capitur apud Amian. Marcellin. vt per Alciat. lib. 1. praetermissor. in verb. honorati. fol. 144. Et mentionem Honoratorum habemus in l. parabolani. 18. C. de episcop. & cleric. l. 1. vbi Glos. in verb. omnes. C. de honorator. vehicul. lib. 11. & Cod. Theodos. quib. & quor. vsus. & in auth. vt ordi- 18 nar. praefectur. vrban. & praetorian. † Et de Doctoribus, quod debeant à Iudicibus salutari Christophor. Lanfranchinus in quaest. an praeferend. sit doctor vel miles. n. 17. tom. 18. fol. 22.

Honor enim non solum semper, & indeterminate 19 ab inferioribus debetur superioribus, † sed etiã econuerso l. potioris. §. 1. C. de offic. rector. prouinc. c. esto. 95. distinct. Cur enim te habeam in Principem, cum tu me non in Senatorem, vt dicebat Domitius Orator, de quo D. Hieronym. ad Nepotian. Glos. in c. frustra. de re iudicat. in 6. Vn- 20 de etiam illud L. Crass. Senatoris, † Non es mihi Philippe Consul, quia nec tibi ego Senator sum Valer. lib. 6. c. 8. Cicer. lib. 3. de Orator. Quare etiam Plato ad Dionysium Siracusanum. Si nostra tibi placẽt, nos quoque honorare debes: Nunc autem tanquam ab initio tu ducas, Ego sequar, honoratus enim a te, & te honorabo, nõ honoratus autem conquiescam. Et Plutarc. lib. 21 de praecept. nuptialib. refert, † quod Senes hortabatur Plato, vt Iuuenes venerarentur, vt & illi erga ipsos verecundiam conseruarent, vbi enim in Iuuenes pudorem Senes abijciunt, nulla in eis verecundia Iuuenibus residet Cassan. in catalog. glor. mund. p. 1. considerat. 21.

Erit quoque deferendum Iudicibus in honore salutationis, cum per munus iudicandi efficiantur 22 nobiles † Bart. in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. Cassan. super consuetud. burgund. tit. des enfans. §. 4. glos. entre gens nobles. & in catalog. glor. mund. p. 8. considerat. 11. Itaut Doctores dicantur constituti in dignitate, quasi ius habeant iu- 23 dicandi, † à quo infames repelluntur tanquam incapaces dignitatum, vt late per Tiraq. de nobilitat. c. 28. n. 1. & 2. Vnde velut nobiles sunt salutandi, prout generaliter in huiusmodi actu 24 salutationis, † sedis assignationis, & similium nobilitati defertur Cassan. in catalog. glor. mund. p. 8. considerat. 38. in princ. per tex. in l. fin. §. sedendi. C. vbi senator. vel clarissim. l. 2. & 3. C. de officio diuersorum iudicum.

Maxime propter præcipuam, quam habent Rei- 25 publicæ gubernandæ curam, † ob quam semper Iudicibus, ac alijs Magistratibus a Maioribus nostris honor haberi consueuit c. vt debitus. de appell. l. semper. in prin. de iur. immunitat. l. 3. §. 1. vers. iure honoris. ff. quod met. caus. l. vltim. in princ. C. quand. prouocar. non est necess. vbi omnis honor saluus Iudicibus reseruatur l. si cui muneris. de munerib. & honorib. Bald. in l. 1. in princ. C. si rect. prouinc. Tiraq. de nobilitat. c. 28. n. 3. & 5. vbi etiã de Charonda, qui in suis quoque legibus hanc sanciuit, vt Ciues obtemperent, obediantque Magistratibus, atque eos colant, diligantque. Cuius etiam rei meminit

Cicer.lib.3.de legib. Qui cultus,& dilectio,reuerentia,& honor nō poterit dici adesse ob omissam salutationem, † quasi differens aliquem salutare præsumatur eius inimicus c.adrianus.63. distinct. Glos. in l. ad hoc. C. de appellat. Guid. Pap.de præsumpt.n.40.Ias.in l.apertissimi col.2. C. de iudic. Quando tamen prius esset solitus salutare, vel si fuerit salutatus nolit respondere Felin. in c. cum super. 23.n.5. de offic. deleg at.

27 Prout econtra † per salutationem censebitur remissa iniuria Innoc.in c. olim. de iniur. Bald.in l.in ipsius. 5. ad med. C. famil.ercifcund. cum distinctione tamen, de qua per Felin.in c.repellantur.7.col.fin.in princ. vers. vltimo tangit. de

28 accusation. † Immo in Iudice sufficit inimicitia leuis, vt possit suspectus recusari, neque enim requiritur, quod sit capitalis, quidquid sit in teste Franc. in c.postremo.n.20. de appellation. Aym.cons.6.n.31.cum alijs per Carol.de Grass. de exception. c.24.n.31. & 32. Et ad hunc effectum datur exemplum, quia se inuicem recusauerint salutari, prout antea solebant Gars. Mastrill.decis.151.n.46.p.2.

Amplius licitum erit appetere salutationes, Im-

29 mo eas petere, si quis non salutat, † cum ex hoc possimus cogitare illum aduersarium nobis, & nostra interest, quod omnes signa amicitiæ ostendant, & nos omnibus ostendamus, Ideo semper salutationes consueuerunt fieri in voce quo ad præsentes, per litteras vero quo ad absentes, sic Cicer. in epistolis pluries modo salutem nunciare, modo dicere, modo referre, modo mittere, modo accipere, & absolute salutare, consalutare, & persalutare solet, Quod

30 non † accedentibus tantum, sed abeuntibus quoque tribuitur, sic etiam in omnibus Epistolis D. Pauli in principio, vel in fine Salutatio apponitur, Cum etiam Apostoli nos instruxerint salutare, vt ad Roman. c. 12. Honore vos inuicem præuenientes, hoc est salutatione, quæ ad honorem pertinet, vt quisque nitatur alium præuenire in salutando, quod est cum honorare, salutare enim idem est, quod Barbari dicunt facere reuerentiam, Vnde salutare Deum pro venerari Cicer. pro sex. Roscio. Cum Deos salutatum aliqui venerint. & Martial. lib. 12. Multis Deum precibus Iouemq. salutat, sic Angelus ad Beatissimam Virginem Aue gratia plena Luc. 1. sic iste erat interdum modus salutandi per Dominum, cum dixit Mulieribus venientibus de sepulcro Auete, & tenuerunt pedes eius Matth. c. 28. vt late declarat Tostat.ad eundem Matth.c.23. q.52. Et quo ad absentes in epistolis ad preloquium pertinere videbatur vetus ordiendi formula S.V. B.E.E.V. quæ in priuatis litteris frequens, in publicis perpetuo etiam posteriore æuo. Concipi solet & his notis S.V. G. E. V. idest, si vales gaudeo, ego valeo. Iustus Lipsius in institutione epistolica.c.3. in fin. vbi etiam quod hoc introductum ex colloquiorum more, quo in occursu statim salutamus.

Et ipse Dominus, ac Redemptor noster iussit salu-

31 tationes fieri Matth.10.& Luc.10. † Vnde salutare bonum est, & contrarium malum, Immo salutatio est licita, meritoria, & valde conueniens, & dicitur communis gratiæ vsus, sic inferiores superiorum sibi fauorem conciliare consueuerunt, sic omnes cum Christianis habent huiusmodi officiorum commercia D.Ambros. Luc.c.10.lib.7.

Quamuis enim alias salutatio fuerit vetita 4.Reg.

32 4. & Luc. 10. † Tamen ibi prohibitio est personalis, vel propter celeritatem negotij, ne quid ex salutatione posset emergere, quod moraretur, Vel quia sic conueniebat illis ratione officij, ad quod mittebantur, vel ex alijs causis particularibus, de quibus Tostat.in Matth.c.2. q.7.& Eliseus dum prohibet seruo, ne per viam aliquem salutet, festinato iubebat ad puerum contendere, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuij mandato reflecteretur à munere. Ergo non salutationis officium, ac sedulitas aufertur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur, vt quando diuina mandantur, paulisper sequestrentur humana, Pulchra est salutatio, sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinorum, quæ per moram sæpe trahit offensam, Ideo autem & honesta prohibentur, ne solemnis gratia obrepat officij, & impediat ministerium, cuius mora culpa sit D. Ambros.Luc.10.lib.7.

Nec etiam oberit, quod Idem Dominus noster redarguerit Scribas, & Phariseos tanquam ap-

33 petentes salutationes Matth. 23. † Quia illas volebant ad inanem gloriam, Vnde in foro salutari cupiebant, & erat salutatio prima, idest maxima cum quatuor circumstantijs temporis, vocis, corporis, & loci, vt per Io.Chrysostom.in Matth.& per Tostat.ibid.c.23. q.50. & q.52. in fin. Quærebatur enim per eos salutatio, non solum ante alios, sed etiam cum maioribus laudibus, & verbis significantibus excellentiam potiorem, quam in alijs, præsertim in corpore, vt flexis capitibus eis homines incuruarentur, Vnde reprehenditur a Domino non salutatio, sed inordinatus ille appetitus honoris, & elationis, ac inanis gloriæ ardentis, itaut non posset esse sine peccato Tostat. in Matth. c. 23. q. 50. 51. & 52. Nimis enim anxie dignita-

34 tes affectabant, † & quamuis homines essent, etiam pro Dijs adorari cupiebant, & honores quoque diuinos conquirebant, prout tales dici a Græcis Spudareas notat Cel.Rhodigin.lect. antiq. lib. 3. c. 5. vbi etiam refert illud de Psaphon, qui captas auiculas instruit, vt articulate loquerentur, magnus Deus Psaphon, quas postea emisit, quæ cum id canerent, diuinitus audientes putarunt commenti nescij, & illum tanquam Deum sunt venerati.

Quare etiam istos inordinatos appetitus honoris, & salutationis seponant Iudices, & Magistra-

35 tus, † quia in eis quoque cadet huiusmodi reprehensio, cum sit melius prosperari moribus, quam verbis, vt notat in specie Speculat. de aduocat.

notat.§.hic dicendum. in princ.n.1. Cum honores ita prosequi possimus, dummodo ambitionem declinemus, neque enim ambulandum est in vanitate sensus sui *ad ephes.4.Cassan.in catalog.glor.mund.in præfat.col.3.in princ.*

Et multa adsunt exempla indignationum ob honorem salutationis, 36 † vel similis obsequij non exhibitum, prout de *Aman*, qui impetrauit à Rege, vt omnes Iudæi iuberentur interfici, cum Mardocheus seruus iudæus non salutaret eum, quem ingenui Persæ adorabant *Ester.3. Ioseph. antiquitat.lib.11.*

Et de *Laurentio Celso Duce Venetorum*, cui pater numquam voluit occurrere capite aperto, quasi 37 † patria auctoritate indignum videretur ita salutare filium domi sedentem, Ac ne filius quidem domi hoc plurimum exquirere debuisset, etiam si aliquid de sua dignitate adimi crederet, Tandem illud adinuentum est, vt cornu suo Dux iusserit affigi in fronte crucem auream, cui pater omnem honorem dicaret *Egnat. lib.9.c.5.* Quamuis hæc controuersia posset dirimi ex his, quæ scribit *Aul. Gell. lib. 2. noct. atticar. c. 1.* vbi narrat historiam de clarissimo Præside Cretæ prouinciæ, qui cum ipse, & eius pater Athenas ad visendum, cognoscendumq. Taurum philosophum adijssent, ac inter eos disceptaretur, quis potius sederet, ac obtineret potiorem locum, hanc *Taurus* tulit sententiam; In publicis locis, atque muneribus, & actionibus patrum iura cum filiorum in magistratu existentium potestatibus collata interquiescere paululum, & conniuere; sed cum extra Rempublicam in domestica re, atque vita sedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari discumbatur, Tunc inter filium Magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare, & naturales exoriri conuenit, quod etiam refert *Cassan.in catalog. glor. mund. p.7. consider.24.col.3. in fin.* Vnde Episcopus patri reuerentiam exhibere debet, quamuis postea in Ecclesia illum præcedat, cum ex diuersis respectibus quis maior, seu minor dicatur *Host.in c.indecorum. de ætat. & qualit. Cassan.in catalog.glor.mund.p.7. consid.39.* Et multa similia adducentur infra *c.*

Oratorem Italum crudeliter fuisse interfectum asserit *Albertus Granzius in sua Vandalia*, quod coram Principe Moscouitarum verba facturus 38 caput suum non nudarat; † Cum enim orator patriæ suæ consuetudinem allegaret, qua nullius dignitas, vel maiestas tecto capite orantis offendi putatur, efferus Princeps, vel potius Tirannus, ferreo clauo pileum cranio affigi iussit, asserens se ritum huiusmodi tali modo non violaturum, sed confirmaturum *Olaus lib.11.c.11. sept. histor.*

Gasparus Bruschius poeta Laureatus Basileæ in arce Oporiniana viuens tenui re familiari à vicinis Abbatibus, stipe corrogata, nouis vestibus 39 ornatus in publicum prodierat. † Plebecula more suo splendorem vestitus admirata, exhibuit honorem homini exurgendo, salutando, & caput operiendo; Tum ille animaduertens hunc honorem salutationis non sibi deferri, sed vestibus, indignatus partim illas concidit, partim deturpauit, accusans eas tanquam improba mancipia præripientia gloriam Domini sui.

Idem fertur de *Io. Lignano Iurisconsulto clarissimo*, quem ad nuptias inuitatum Choragus iusserat considere in loco parum honorifico, tanquam minus ornate indutum, ex veste hominem iudicans; At ille propere iussit famulum petere domo vestem splendidiorem, eamq. suo loco depositam, vestem voluistis, vestem habetote exclamans cum indignatione discessit ex *Barbat.* refert *Bartholom. Bolognin.in auth.habita.C.ne 40 fili.pro patr.* † vt probet hodiernis temporibus maxime necessarium esse pulchras habere vestes. Et quoniam vestibus pretiosioribus honor adhibetur *Cassan.in catalog.glor.mund.p.1.considerat.23.in princ.* Aduocati, & Iudices debent habere vestes pro grauitate, & maiestate officij sui *Speculat.de aduocat. §.sequitur videndum. de vestibus.col.2.* Vnde chlamys militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, cuculla Monachum, toga Aduocatum demonstrat *Glos. in l.1.C.nulli licer.in fren. lib.11. Bald. in c. causam. de probat.* Et de honore consistente in habitu, & vestibus, & quando sint ad gloriam, & decorem, & ex quibus vestimentis quis commendetur, loquendo tam de Aduocatis, quàm alijs, quia non est materia nostra, sat erit se referre ad *Cassan.* qui latissime omnia prædicta explicat in *Catalog. glor. mund. p.7. considerat. 44.& p.12.consider.96.*

Griselerus etiam Suitensium præfectus in vincula 41 conijcit *Gulielmum Tellum*, † quia pileo suo in hasta erecto honorem non exhibuisset, Magna quidem ambitio, & detestanda, quid enim actum putamus, si ipsimet honor non fuisset exhibitus, Cauendum certe hoc est, ne virtutis specie decipiat nos vitium, mediam viam eligendo *Glos.in c.2.in verb. modum. de offic. custod.* Iuxta illud. Inter vtrumque vola, medio tutissimus ibis. Et iterum. Cum media semper gaudebam ludere forma, Maior enim medijs gratia rebus inest.

Hadrianus quoque summus Pontifex eius nomi- 42 nis quartus indignissime tulit, † quod Fridericus Barbarossa litteris ad eum missis, Fridericus Hadriano scripsisset, & non potius Hadriano Fridericus. *Nauclerus.*

Theodorus Episcopus Rauennas cum a Clero suo in die Natiuitatis Domini non esset pro more 43 ad Ecclesiam deductus, † & associatus propter suæ disciplinæ seueritatem, talem iniuriam vlturus ad Agathonem Romanum Pontificem se contulit re deliberata cum Exarchio Olimpio, & in inuidiam sui Cleri Rauennatensem ecclesiam Romanæ Sedi subdidit Anno Christi 679. vel 681. *Blond.lib.9.decad.1.*

Q. Fabio Maximo Populus Romanus cum alios habuit eximios honores, tum filium eius Con- 44 sulem designauit, † Cum inijsset ille magistratum, & esset intentus in negotio quodam ad

bellum

bellum pertinente, Pater vel præ senio, & imbecillitate, vel tentandi gratia filij, per appellantes, & circumstantes Consulem equo aduehebatur, Quod Iuuenis, vt vidit, non tulit, sed misso lictore iussit, vt pater ex equo descenderet, & si quid Consulem vellet pedibus accederet. Fabius confestim desiliens citato gradu properauit ad filium, complexusque eum, & data salute, Macte consilio inquit, & virtute fili es, Sentis quibus imperas, & quam ingentem suscepisti Magistratum, His artibus nos quoque & Maiores Rempublicam auximus dum parentibus liberisque priorem Reipublicæ dignitatem habemus *Plutarc. in Fabio. Valer. Max. lib. 2. c. 2. Gell. noct. atticar. lib. 2. c. 2. Cassan. in catalog. glor. mund. p. 7. considerat. 24. col. 4. in princ.* Contemnitur enim Magistratus, † ac regendi auctoritas frangi solet, dum nimium seruatur humilitas *c. quando. 86. distinct.* Ideo ex ingenio augendus est status dignitatis, & illius auctoritas, ne contemptibilis videatur *l. obseruandum. de offic. præsid. l. nec quidquam. §. circa. de offic. proconsul. & legat.* cum alijs per *Cassan. in catalog. glor. mund. in præfation. col. 2 in fin.*

45

Mos etiam est nauticus, vt qui plus pollent aut viribus, aut dignitate, † velint, vt naues, quæ sibi occurrerint, intermittant velificationem, demittant antennas tum honoris sui causa, tum vt possint, si quid velint, ab illis petere, aut quærere, Id qui abnegant ius est bello cogere, vt faciant, sæpeque accidit, vt ea de causa maximæ pugnæ existant, & plurimorum cædes consequantur *Bemb. lib. 4. Venet. histor.*

46

Quidam tamen nedum non sunt indignati ob non exhibitum honorem salutationis, vel similis obsequij, aut reuerentiæ, † sed potius neglexerunt, & parui fecerunt, vt legitur de *B. Petro*, qui cum introisset Cæsaream, obuiam venit ei Centurio, & coram illo procidit, At Petrus surge, Et ego ipse homo sum, ait *Actor. 10.*

47

Alexander Magnus victo ad Issum Ciliciæ Dario cum eius Matrem Sisyngambrim, vxorem, & liberos cæpisset, † assumpto Ephestione ad eas visendum intrauit, Sisyngambris supplex adorauit Ephestionem rata eum Regem, cum vterque similem vestitum haberet, & magnitudine, & specie Ephestio Regi præstaret. His vero, qui adstabant nutu, ac digito indicantibus, qui nam esset Alexander, ob errorem commissum pudore affecta mulier venerata est Alexandrum repetita salutatione, Cui Rex, nihil est inquit ò mater, quod sollicita sis, Hic enim est etiam Alexander. *Diodorus. lib. 17.*

48

Gneus Pompeius Magnus pharsalica acie victus à Cæsare cum postero die Larissam intraret, & † vniuersus populus illius oppidi obuiam ei processisset, Ite inquit, & istud officium præstate Victori. Dignum eum non indignus, qui vinceret, nisi à Cæsare esset superatus, Certe modestus in calamitate, Nam quia dignitate sua vti non poterat, vsus est verecundia *Valer. lib. 4. c. 5.* [illegible]

49

Cum Rhodiorum Magistratū vocasset Tiberius, quod litteras publicas sine subscriptione ad se dederant, † ne verbo quidem insectatus est, sed tantummodo iussus subscribere remisit *Suetonius*. Addit tamen *Dio in Tiberio* litteras ad Imperatorem datas fuisse, sed in extrema Epistola omissam salutationem, & Legatos dimissos posteaquam vota, quæ deerant subscripsissent.

50

Maximinus Senior Imperator nunquam ad oscula pedum quemquam admisit, dicens. † Dij prohibeant, vt quisquam ingenuorum pedibus meis oscula figat. *Capitolinus*.

51

Leo Papa Romanus post Felicem secundum Arianus Synodum coegit, ad quam, cum D. quoque Hilarius venisset, † vel non vocatus, vel tardius, quam par esset, Leo prohibuit, ne quis ei aduenienti assurgeret, aut signa honoris, & salutationis daret: Hilarius cum videret nullum sibi dari locum inter Episcopos, humi sedere voluit, inquiens, Domini est terra, & plenitudo eius: Mox ergo terra in altum elata miraculose Hilario sedem præbuit. Leo iratus; Tu ne ergo Hilarius Gallus es? At ego sum Leo Romanus; Modeste respondit Hilarius se Gallum non esse, sed Episcopali munere in Gallia fungi; Hoc tamen se quoque scire eum Leonem esse, verum non de tribu Iuda. Id responsum Leo indigne ferens, Cum stomacho, inquit, Me Leonem esse cum rediero re ipsa tibi ostendam, Mox torminibus correptus ad cloacam abijt, & ibi effusis intestinis, vt Arius perijt *Conradus Halberstadensis, & Hermannus Gigas*.

52

Salutatus quidam à Socrate non resalutauit; sed hoc nequaquam moleste tulit Socrates. † Amicis autem admirantibus, & ob hominis inciuilitatem indignantibus dixit; si quis nos præteriret peius affectus corpore, quam nos sumus, nequaquam ei succenseremus; Cur igitur illi succenseam, qui peius affectus est animo, quam nos sumus *lib. 3. apoph.*

53

Cato etiam non solum huiusmodi salutationes, sed maiores quoque honores spreuit. † Vnde aliquando interrogatus, cur statuam inter multos nobiles non haberet? Malò, inquit, bonos ambigere, quamobrem id non meruerim, quam quod est grauius, cur impetrarim mussitare *Donat. ad Sueton. in Augusto. c. 31. in fin.* Et quidem iniuria non delati honoris quandoque locum facit maiori gloriæ; Vnde illud *Tacit. lib. 3. ad fin.* In funere Iuniæ C. Cassij vxoris, & M. Bruti sororis sub Tiberio viginti clarissimarum familiarum imagines ante latas, in quibus præfulgebant Cassius, atque Brutus eo ipso, quod effigies eorum non visebantur.

54

Non est tamen omittendum, quod antiquitus assurgendum erat Magistratibus, † caput aperiendum, equo descendendum, & curru, præterquam cum vxoribus mariti ibant, sedentes enim cum coniugibus viri in vehiculis descendere non cogebantur; Fruticem enim, quem verberando equo gestabant, eam virgam in læuam manum transferunt, Itaque expedita manu adeunt,

55

adeunt, & salutant, Ferrum siue gladium ponebant *Iust. Lipsius elector. c. 23. lib. 1.* Vbi etiam de ritu Peregrinorum, qui cincti non admittuntur, nisi gladio ad vaginam funiculo aliquo iuncto.

Quod etiam hodie videmus seruari in occursu summorum virorum, quibus defertur in salutando, iuxta illud *Ecclesiastici c. 4.* Magnato humilia caput tuum; & sistitur Currus donec transeunt Principes, præterquam si viri cum mulieribus in vehiculis sedēt, Quasi tūc sit casus mixtus, qui non comprehenditur sub simplici *Alex.*

56 *in l. si extraneus. in fin. ff. de condict. ob caus.* † Vel quia ex priuilegio vnius alter eximitur, & gaudet eius prærogatiua, quidquid aliàs ex se consequi non posset *l. si communem. in prin. ff. quemadm. seru. amitt. Bal. in c. penul. de appellat. Ias. in l. si emancipati. C. de collation. & cons. 185. col. 4. post med. vers. confirmatur & secundo. lib. 2.*

57 Cum † etiā honor sit deferendus mulieribus in assurgendo, in via eis cedendo, & illas sedibus præponendo, quod à *Veturia Coriolani matre* habuerunt; Nam cum antiquitus nullus, vel modicus honor vsque ad tempora Veturiæ eis præstaretur, sancitum fuit à Romanis propter ingens beneficiū Ciuitati factum per *Veturiam* ne ingratitudine arguerentur, vt mulieribus semper homines assurgerēt, & in vijs cederent, vt per *Valer. lib. 5. tit. de gratis. Philipp. Bergomens. lib. 5. anno mundi 4700. Cassan. in catalog.*

58 *glor. mund. p. 2. considerat. 37. in princ.* † Vbi etiam quod Mulieres æquiparātur grauibus personis, quod etiam faciet ad honorem eis exhibēdum *Abb. in c. cum inter vniuersas. 18. in fin. de elect.* vbi refert cōsilium datum *Io. Calderino* per suam vxorem, an debeat mitti hora prandij ad inuitatos, vt veniant, de qua quæstione etiam *Bald. in proœm. Gregorian. in verb. rex pacificus. col. 7. ad med. vers. quæro quidam scholaris. n. 37. Tiraq. leg. 11. connub. n. 27. Calder. in c. vlt. de renunciat.* Et facit *l. optimam. de contrah. stipulat.* vbi comparātur Mulieres excelsis dignitate viris; Cum etiam illæ inter personas egregias numerentur *Bald. in l. si quis testium. C. de testib.* Et vocantur clarissimæ, ac Reuerendissimæ, & Dominæ, vt per *Cassan. in catalog. glor. mund. considerat. 37. col. 1. p. 2.* & latius *considerat. 31. & 41. p. 2. Tiraq. leg. connub. 5. n. 14.* Et de varijs præheminentijs mulierum, & in quibus eis deferatur multa adducit *Idem Cassan. considerat. 29. vsque ad considerat. 41. p. 2.*

In consuetudine quoque positum est, vt in salutandis potentibus, aut in honore eis habendo soleamus nostram ipsi manum ori admouere,

59 quod genus inepte adulandi, † vt alia pleraque fertur excogitasse seruilia recentiorum aulicorum ingenia, Sed potius dicendum est hoc quoque a veteribus factitatum esse, eumq. morem vsque ad impia illa, & ridicula antiquorum, qui multos Deos colebant superstitione ductum ac propagatum videri, Solebant enim illi cum præterirent aliquod fanum, aut aspicerent lignum, seu lapidem, in quo diuinitatis aliquid esse opinarentur, Neque enim vilior illis temporibus vllius rei, quam deorum annona erat, manum ad os referre, & tenui murmure præcari illos ligneos, & lapideos Deos, vt sibi fauerent, prout notat *Muret. var. lect. lib. 10. c. 1.* Vbi, quod nos hodie in colendis potentibus ac fortunatis viris eodem gestu vtimur, quo Veteres Dijs suis honorem exhibebant. Vnde *Apuleius apologia 1.* Nam vt audio percensentibus ijs, qui istum nouere, nulli Deo ad hoc æui supplicauit, nullum templum frequentauit si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. *Et Minutius felix in Octauio* Cecilius simulacro Serapidis denotato, vt vulgus superstitiosus solet, manum ori admouens, osculum labijs pressit. *Et Ouidius.*

Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla.
Ara vetus stabat tremulis circumdata cannis.
Restitit & pauido, faueas mihi murmure dixit.
Dux meus, et simili faueas mihi murmure dixit.

Sed parum esset huiusmodi honores potentibus exhibere, cum omnes norint passim hæc fieri etiam inter priuatos, in quorum salutatione & manum ori admouere solitum est, & alia facere quæ risum excitant, adeo in dies magis inepta crescit adulatio.

Addendum est etiam, quod studiorum labor probitas, & scientia, quam principaliter respicit munus iudicandi, meretur hunc honorem salu-

60 tationis, † Vnde etiam Princeps ob hanc causam reuerentiam exhibet Iuris peritis, & ob finem meritum, ac honorem scientiæ *l. 1. de assessor. l. quidquid. C. de aduocat. diuersorum iudiciorum. l. si pure. de fideicommissar. libertatib. Cassan. in catalog. glor. mund. considerat. 72. in fin. p. 1.* Ob quam scientiam, & probitatem debentur illis aliæ prærogatiuæ, de quibus per *Doct. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. Bald. in l. 1. in prin. col. fin. de iust. & iur. Natt. cons. 537. Cephal. cons. 70. n. 7. Cagnol. in l. diem functo. de offic. assessor.* dixi *decis. 102. n. 20. & decis. 201.* & ibi latius *in addit.* cū alijs, de quibus supra *in prob. disceptat.* Immo etiam apud Gentiles adeo honorabantur, vt Apollo requisitus de iustis Magistratibus, responderit se nescire, vtrū Deorū numero, an hominum aggregari deberēt, vt refert *Valerius.* Ita enim hoc exercitiū apud eos illustre fuit, vt illud omni potentatui præferrēt; Quid etenim teste *Cicerone* præclarius, digniusque inter mortales excogitari potest, quam vnū hominem in Republica reperiri, qui communi vtilitati seruiat, qui communia pro suis, sua pro cōmunibus habeat, qui velit, & sciat personam ciuitatis gerere, dignitatem, decusque sustinere, Vnde merito honorantur qui faciunt iudicium, & iustitiam in omni tempore *Psal. 105.* & acquirunt nobilitatem ex munere iudicandi *Bart. in l. iudices. C. de dignitat. lib. 12.* Et quibus Iudicibus intelligatur debitus huiusmodi honor, & de alijs modis illos honorādi, quia nō est præsens indagatio, latè explicat *Cassan. in catalog. glor. mund. p. 7. considerat. 24. col. 3. & 4 post*

Roder.

Roder. in suo specul. vit. human. lib. 1. c. 13.

Quemadmodum hoc etiam erit ratione subiectionis, ob quam subditi Prælatos revereri debent illis effectum dilectionis impendendo, † eis communicando, & subsequendo *c. esto. & c. cum oportet. 93. distinct.* Fidem, & reuerentiam seruando etiam Prælato inutili, quandiu sustinetur *c. si fortassis. 16. q. 6.* Cum dignitas non sit vituperanda, quamuis quis non bene viuat *c. neque. 24. q. 6.* Itaut talis reuerẽtia debeatur quoque ab exemptis *Bald. in l. fin. C. de bon. libert.* vbi etiam quod neque poterit pacto remitti *Cassan. in catalog. glor. mund. consider. 72. post med. p. 1.* cum alijs quos adduxi *in addition. ad decis. Marcb. 232. n. 6. & 7.* Vbi etiam quod neque ius reuerentiale poterit præscribi *Gomes. in §. pœnales. col. 14. institut. de action.* Et in generali exemptione semper dicitur reseruatum ius reuerentiale *Abb. in c. cum venerabilis. de censib. Felin. in c. cum inter. de re iudic. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 20. n. 22.* Quidquid aliud sit in exẽptione plena, ob quam non tenerentur exempti ad hanc reuerentiam, & ita procedit *decisio Put. 115. lib. 3.* prout tenuit *Rot. coram Card. Seraphin. Salisburgen. exemptionis præpositura. 10. Martij. 1593.* Quamuis *Bald. in l. 1. in 2. lect. in fin. C. de reuocand. donat.* contrarium sequatur, videlicet quod etiam pleno iure exemptus teneatur præstare reuerentiam per *tex. in l. 1. §. fin autem socius C. de commun. seru. manumiss. Innocen. in c. veniens. ad fin. de verbor. significat. in 6.*

Obseruandum est quoque varios esse modos salutandi, Aegyptij enim loco compellandi se mutuo in vijs adorant genutenus demissa manu. *Herodat. lib. 2.* Turcarum † legati Draculæ Valachiæ Principi caput non aperiunt.

Alijs erat mos salutandi osculo, de quo *Polidor. de inuentor. rer. lib. 4.* vbi etiam, quod cæteri Præsules dextram manũ auersam adeuntibus osculandam porrigunt, & viri dextram dextræ iungere solent salutationis causa *Cassan. in catalog. glor. mund. p. 1. considerat. 26. in fin.* Vnde illud *Virg.* Quid natum toties crudelis tu quoque falsis ludis imaginibus? Cur dextræ iungere dextram non datur? verasq. audire, & reddere voces? *& alibi.* Congressi iungunt dextras, medijsq. residunt ædibus, & licito tandem sermone fruuntur, de quo meminit *Felin. in c. repellantur. 6. in fin. de accusation.* † vbi etiam quod per tactum manus præsumitur dilectio *Glos. in c. fundamenta 18. in verb. dexteras. de elect. in 6.* & ibi *Io. Andr.* quod per dextram pignus pacis, & testis fidei soleat dari, tamquam signum concordiæ, quo se inuicem conferebant antiqui. Vnde illud dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. *Paul. ad Galat. 2.* Et maiorum hanc fuisse salutationem dicit *Varro* Callimachum secutus, asserens omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute, ob quam rem hac se venerabantur corporis parte *Seruius ad Virg. aeneid. 1.*

Et de Romanis scriptum est, quod cognatas mulieres osculo salutare consueuerunt; † Cuius rei causa ponitur, quod mulieribus Romanis interdictus erat vsus vini, iccirco hæc osculandi consuetudo introducta, ne bibentes laterent, sed domesticorum congressu redarguerentur *Plutarch. in problem. & de clar. mulier. c. 1.* Additur etiam altera causa, quod Mulieres Troianæ cum ad Italiæ litus accessissent, & viri ad vnum omnes ascendissent, naues incenderunt, quia iam diuturni laboris pertæsas maris tæderet, quæ metu dein e virorum pauidæ osculando, ac blande appellando eorum animos mitigassent, sibiq. reconciliassent. Hinc mansit postea consuetudo, vt hac inter se comitate vterentur, fuitq. præcipuum cognationis signum, post cognatorum connubia lege prohibita. Quod nunc vbique gentium seruatur, & præsertim apud Anglos, quorum mulieres non cognatos modo, sed quoscunque generatim osculo salutant, resalutantq. & illud quidem prioribus, vt dicitur, labris, tam decentissime, quàm honestissime faciunt. Quæ autem regio sunt sanguine editæ non oscula inferioribus libant, sed manum auersam porrigunt, perinde ac viri inter se salutationis causa solent dextram iungere dextræ *Polidor. de rer. inuentor. c. 13.*

Græci salutationem vocant in genere; Propriè tamen videntur eum salutandi morem exprimere, † quando dextris iunctis amicum ad nos extrahimus, quod trahere, vel stringere significat, quo salutandi more Germani frequentius vtuntur; Cum etiam Græci religiosius putarint salutare non proprio, sed officij nomine, aut muneris, quod gerebant, si qui tamen præcipua dignitate, & honoribus fulgerent illos proprijs salutare nominibus decorum videbatur *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.*

Persæ si notis, & æqualibus in via occurrant, eos osculantur, † si honoratioribus adorant *Strab. lib. 15. & Herod. lib. 1.* Persæ, inquit, si in via sibi inuicem occurrant, salutationis loco sese mutuo osculantur. Quod si alter fuerit humilior paulo, genas osculantur dũtaxat, sin autem fuerit alter multo ignobilior prostratus adorat honoratiorem. Idem apud Medos, & Indos, quos salutando, & adorando Reges, & Principes toto corpore procidere inuenimus. Quod Romanis lõge est habitum nephas; nisi quod C. *Caligula* cum Cesares salutarentur prius se adorari iussit capite velato vt Deum, Mox *Diocletianus* secordia intollerabilis idem exequi ausus fuit contra instituta Maiorum. Apud exteros vero *Ciro Persarum Regi* primum delatum adorandi cultum scribit *Arrianus*; cui proximum Dijs Immortalibus honorem decreuere, quod mox Indi, & posteri Reges magno studio exequi curauerunt. Id quod *Octau. Augustus*, *& Alexander Seuerus* præcipue detestati sunt. Nam si quis inter salutandum flexisset caput, aut blandius assentaretur foras detrudi, atque exigi iusserunt *Alex. lib. 2. c. 19.* In adorando tamen, cũ hoc contingeret, veteres Romani dexteram ad osculum referebant, totumq. corpus circum-

circumagebant, quod in læuam Galli maiore cũ religione se facere putabãt *Plin. lib. 28. c. 2.* Veteres autem, si quem reuerebantur, aut hono- 67 re dignum putabant, † ad omnem occursum caput reuelare, & assurgere, ac de via decedere solebant, scilicet existimantes nudo, & aperto capite in exhibendis honoribus esse oportere, veluti omnia nostra patefaciamus: Quamuis hoc etiam esset valetudinis causa, vt *Varro* significat apud *Plin. lib. 28. c. 6.* Quod ad fidem proxime accedit; Nam detecta capita haud dubie firmiora sunt contra vim algoris, & caloris, & ad valetudinem proficiunt; Ideo *Aegyptij* habentur firmiores, quod sint capite detecto; *Persæ* vero debiliores, quod cum mitra, & pileo. Adeo vt leui ictu capita offendantur. Quare *Anibal, D. Iulius, & alij summi Duces* incesserunt semper detecto capite, veluti contra frigora, tempestatesque obdurato, seu Sol, seu imber esset. *Massinissa* quoque *Rex Numidiæ* nullo frigore, aut imbre abduci potuit, vt caput tegeret; Quod de *Hadriano, & Seuero Principe* traditur tantæ firmitatis fuisse, vt semper aperto capite incesserit hieme sæua & gelida per niues, & frigora *Alex. lib. 2. c. 19.* Quod tamen hodie male seruari videmus, vel temporum iniuria, vel ob nimias delitias, etiam in vilibus personis, ne dum in Magnatibus.

Inoleuit etiam vsus apud Gentiles, vt sternutan- 68 tem quemlibet salutarent † *Plin. de natur. hist. lib. 28. c. 2. Apuleius in metam. Marcell. Donat. ad Sueton. in August. c. 31. Theocritus in Talysiis, & in epithal. Helenæ, & Propert. eleg. 3. lib. 2.* Hunc tibi nascenti primis mea vita diebus, Aridus argutum sternuit omen amor. Immo & *Tiberius Cæsar* tristissimus omnium, vt constat hominum, in sternutatione exigebat salutationem, vt illius precatione dirum, & infandum auerteret *Plin. lib. 28. c. 2.* Vnde *Aristotel.* signũ augurale sternutamentum tradit. 33. *sect. problemat. 7. & 9.* huius rei causam docens, de qua *Marcell. Donat. ad Sueton. in Cæsar. August. c. 31.* Neque solum sternuentes salutabantur, sed 69 & genua illis flectebantur, prout refert † *Athenæus. lib. 2. c. 17. in fin.* vbi Caput, inquit, sacrum æstimabatur, quia Antiqui per ipsum iurabant, & comprobationes etiam capitis nutu confirmabantur; sic Iuppiter apud Homerum capite annuisse scribitur, vnde sternutationibus à capite prouenientibus tamquam sacris genua flectebantur.

Ex quo confutandus est error, qui nulla Veterum 70 testificatione vulgo iactatur, † cum pestis ingrueret, & homines morbo tacti sternutando mortui caderent, pie introductum, vt sternutantem quemlibet salutemus, Cum vt dictum est, longe antea eiusmodi vsus esset. Accidisse tamen certum est, vt aliter illi, quam nos talem salutationem impertirent, Deos inuocando, nos Deum *Cardin. Baron. ann. Christ. 590. Tom. 7. fol. 658.*

Romani de mane aue, de sero salue dicebant *Iustus Lipsius in institution. epistolic. c. 3. Marcel.* 71 *Donat. ad Sueton. in August. c. 31.* † Vnde illud *Dionis. in Claudio* prolatũ à reis damnatis decertaturis in prœlio nauali; Salue Imperator, pereuntes salutamus te. Et apud eosdem Romanos id longe præstantissimum fuit suis nominibus quemque salutare, & reuereri, salu- 72 tantibusq. reddere salutem; † Ideo habuerunt Nomenclatorem, qui nomina suggereret, si autem nomen non succurreret, illum honoris causa Dominum appellabãt *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.* Vnde *M. Crassus* infimi ordinis homines singulos semper proprijs nominibus salutasse dicitur *Plutarcus in Crasso.*

Quamuis *Alexander Macedo*, postquam profli- 73 gato *Dario* Magnus est cognominatus † nulli litteris salutem dederit, nisi *Antipatro, et Phocioni*, teste *Plutarco, & Aeliano lib. var. histor. & Iust. Lips. in institution. epistolica. c. 3. ad fi.* vbi etiam notat, quod apud Reges quasi per maiestatem hæc interdum in epistolis omitte- 74 bantur, † Prout etiam *Demetrius* præter se, & Antigonum patrem Regem, nec nominauit quemquam, nec salutauit. Quemadmodum *Nero Cæsar* ne dum salute, sed nec resalutatione quidem aliquem impertiuit. Et *Reges Numidarum* pro maiestate habebant nulli morta- 75 lium impartiri osculum, nec salutem. † Cum etiam *Anibal* eo insolentiæ processisset post victoriam ad Cannas, vt nulli Ciuium suorum, nisi per interpretem responsum, aut salutem 76 dederit. Et *Pallas Claudij libertus* † eius proteruiæ fuit, vt non modo nulli ministrorum salutem impartiuerit, sed ne vocem quidem cum 77 familiari communicarit, † Et de *Persarum Regibus*, qui neminem in conspectum admiserunt, nisi prius ante pedes eorum procubuisset, quam consuetudinem cum sciret *Ismenias Thebanus*, qui missus erat Legatus ad eos à Thebanis, veniens in Regis conspectu annulum de industria ad pedes cadere permisit, quem se flectendo collegit; Atque hoc modo, & Græcorum dignitati, & Regis superbiæ satisfecit. *Aelianus de var. histor.*

Et sicut Romani nullum negotium serium aggredi cõsueuerant, nisi prius augurium captassent, 78 Ita etiam† soliti erant futuræ salutis augurium capere, ex quo salutem portenderent, prædicerent, ac præmonstrarent, vel mortem imminentem, aut futuram ægritudinem, vt facilius eas possent præcauere; Vnde etiam Romæ fuit 79 templum *Salutis Deæ*, † vt notat *Festus Pompeius. lib. 17. & Varro. lib. 4.* Hasce salutis ædes *C. Iunius Bubulcus Censor*, locauit, quas Cõsul bello Samnitum vouerat *Liuius. lib. 9. & 10.* 80 Ab † hoc salutis sacello vrbis Romæ salutaris dicta, eo quod illi propinqua: Et ob eandem causam ager salutaris in quirinali appellatus. Et de augurio salutis meminit *Tacit. lib. 12.* dũ 81 loquens de *Claudio Imperatore* inquit, † salutis augurium quinque & viginti annis omissum repeti, ac deinde continuari placitum. Et *Dion. lib. 55.* ab Augusto pace terra, mariq. parta Ianum clausum, neque non salutis augurium factum,

ctum, quod antea multis de causis fuerat omissum *Idem Dio. lib. 37.* Tum vero salutis augurium quod appellant longo interuallo fecerũt, 82 Est † autem modus augurij quispiam, vt si Deus permittat salutem populo poscant, quasi ne salutem quidem petere à Dijs fas, ni prius hoc Dei concesserint.

Laudetur *Cletus Summus Pontifex* qui primus 83 posuisse dicitur salutem, † & Apostolicam benedictionem loco præfationis; quem salutandi modum Pontifices, qui secuti sunt, seruarunt. *Christus* & suum salutationis genus Pax vobis aut huic domui exhibere consueuit, quemadmodum Greci chere, Latini salue, vel salutem. Hebræi vero Pax tibi. Hanc salutationem nunc Episcopi vt peculiarem vendicant *Polidor. de inuentor. rer. lib. 8. c. 2.*

Istæ tamen salutationes præfigi consueuerunt in communicatorijs, ac pacificis litteris inter Catholicos communicatione catholica cõiunctos 84 in concordiæ symbolũ *August. epist. 162.* † Quare dolendum est vehementer hominibus extra christianam religionem errantibus, quibus scribendum esset salutationibus intercisis iubente id potissimum Domino *Matth. 18.* vt qui Ecclesiam non audierit, sit nobis tãquam Ethnicus, & Publicanus, Et *Ioannes epist. 2.* id vetat facere, & cum eo omnis simul Ecclesia quod indignos salutatione iuste iudicet eos, qui non communicantes Romanæ Ecclesiæ omnis penitus sint salutis expertes. & *Apostolus ad Ephes. 4.* commonet, vt omnes in Ecclesia Catholica sint vnum corpus, & vnus spiritus; sicut vocati sunt in vna spe vocationis, extra quam connexionem, & vnitatem nulla cuiquã poterit esse salus, sed lugenda semper absque redemptione damnatio, Et ob hanc causam *Card. Baron.* docet talibus errantibus scribendum esse sine salutatione in principio, & sine valete in fine litterarum, non quod hoc sit symbolum odij, cum nil magis præcipiatur, quam inimicorum dilectio; sed quia ecclesia accepit a Deo charitatem ordinatam, vt quæ sunt Dei ipsa diligat, & peccata, quæ sunt extra, & contra Deum odio prosequatur *2. cantic.*

Multa alia possent adduci ad huiusmodi materiam salutationis pertinentia, quæ consulto omit-85 to, ne longior sim. † Sat erit huic capiti finem imponere faustissima, & felicissima illa salutatione, qua *Gabriel Angelus* Beatissimam Virginem allocutus est, ab omnibus Christianis summæ consolationis loco assidue repetenda, quod per benedictum illum fructum maledictio om-86 nis fuit exterminata *Lucæ. 10.* † Et bene *Gabriel* a salutatione incepit, qui vt *D. Augustinus ait* salutem in lingua portauit. Addantur etiam admirandæ salutationis vires, quas eadem Sanctissima Virgo impertiuit Elisabethã 87 Cognatam, † quæ vt primum salutantis vocem exaudiuit, Infans quem vtero gestabat, præ gaudio subsilijt, vt cuius olim præcursor futurus esset, eum in vtero etiam num existens quo poterat honoris gestu exciperet *Luc. 1.*

De modis autem, & generibus resalutandi, quæ seruabãtur ab eis, quos salutabamus, alibi Deo 88 dante dicendum erit, † Et inter alia obseruandum est gratissimum inuentum illud Deo gratias, & a Religiosis viris vsurpatissimum, & a Beatissima Virgine repertum, vt per *D. Bonauentur. 3. meditat.* vbi quod ne forte Virgo a Dei laudibus tolleretur in salutatione sua, si quis eam salutabat illa pro salutatione sua Deo gratias respondebat. Et *D. Anton. 4. p. summ. theolog. tit. 6. §. 2.* Virgo, ait, cum vocabatur respondere solita erat Deo gratias, vt illud modicum verbum non esset sine laude Dei.

EPITOME.

Fideicommissum reciprocum, vel vulgaris substitutio quando inducatur inter descendentes. ¶ Et quid in vocatis per compendiosam verbis communibus, seu collectiuis. ¶ Proximior vltimo defuncto, vel testatori an præferatur in fideicommisso, feudo, & emphyteusi. ¶ Fideicommissum expressum quando colligatur, & quod debeat dici reale, vel in personam. ¶ Vocatio masculorum cum exclusione fœminarum quo casu dicatur facta, vt bona conseruentur in familia, & inducant fideicommissum, & tractum successiuum etiam inter descendentes. ¶ Conseruatio bonorum apposita in prima instituti ne an sit referenda ad substitutos. ¶ In relictis singularibus an sit differentia, vt ponãtur verba directa, vel obliqua. ¶ Fideicommissum quando ad omnes propagetur, si fuerit relictus fundus posteris, descendentibus, liberis, agnatis, coniunctis, consanguineis, & similibus.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes licet censeantur vocati per fideicõmissum respectu primorum vocatorum, non tamen inter ipsos inducitur fideicommissum reciprocum, sed solum vulgaris substitutio, & vno descendentium admisso, fideicommissũ expirat.*

2 *Vocatio concepta per compendiosam verbis communibus, scilicet, transire, & peruenire inducit fideicõmissum, quãuis dicatur, quod hæres curet quod possint bona ad alios peruenire. & n. 3.*

4 *Verbum collectiuum descendens quãdo stat per se comprehẽdit omnes vocatos ordine successiuo per fideicommissariam substitutionem.*

5 *Verba denotantia realitatẽ inducunt fideicommissum reale, secus si testator loquatur in personã, et non in rem. n. 6. & quid si verba dirigantur in personam, & adijceretur causa. n. 7.*

8 *Fideicommissum expressè colligitur quando testator voluit, quod bona essent subiecta fideicommisso non solum in casu alienationis, sed etiam decedentia cuiusque vocatorum.*

9 *Verbum cuiuslibet quid operetur.*

10 *Testator grauans proprios descendentes, vt conseruent bona ipsius, censetur multo magis voluisse grauare descendentes ex illis.*

Vocatio

11 *Vocatio masculorum cum exclusione feminarum intelligitur facta, vt bona conseruentur in familia, & inducitur fideicommissum, & tractus successiuus etiam inter descendentes. Et conseruatio apposita in prima institutione refertur etiam ad substitutos. n. 12. Et quid si amba substitutiones non regerentur ab eodem verbo, sed noua inciperet oratio. n. 13.*

14 *Fideicommissum ad omnes propagatur, si relinquatur fundus posteris, seu descendentibus, liberis, familiæ, proli, vel similibus; Secus si diceretur agnatis, cognatis, coniunctis, vel consanguineis. n. 15.*

16 *Fideicommissum vnius rei singularis magis inducitur, itaut testator voluerit illam conseruari in familia.*

17 *In relictis singularibus non est differentia an ponantur verba directa vel obliqua.*

18 *Substitutio facta per nomina collectiua, cui adijcitur aliquid futurum significans tempus successiuum, vt de gradu in gradum, de hærede in hæredem, vel simile, intelligitur non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum. Et quid in clausula in infinitum. n. 19. & 20.*

21 *In fideicommisso succedit, & præfertur proximior vltimo defuncto, non autem proximior testatori. Et quid quando tractatur de primo gradu substitutionis, vel fideicommissum esset restituendum collateralibus testatoris, vel personis iam natis, & certis, vel in similibus casibus. n. 22. Et quid in feudo, vel emphyteusi relatiue. n. 23.*

CAPVT CCLXXXV.

PRædia, de quibus in testamento, de quo agimus, fuerunt relicta per testatorem, vt perpetuo debeant remanere in filios suos, & descendentes masculos, & deficiente linea masculina eiusdem testatoris fuerunt vocati descendentes masculi simpliciter; Vnde sequitur

1 verius esse, quod d. † descendentes censeantur vocati per fideicommissum respectu primorum vocatorum, non autem inter ipsos, qui solum vocabuntur per vulgarem substitutionem, non tamen per fideicommissum reciprocum, itaut vno descendentium admisso, fideicommissum expiret. Neque enim illud nomen collectiuum, familia, descendentes, & similia ex sui proprietate intelligitur gradatim, nec operatur actum successiuum, quasi in fideicommissis stricta fiat interpretatio, ideo non est præsumendum onus continuari; Nam descendentes sunt eiusdem gradus eodem tempore, nec est necesse, quod illi alijs restituant, cum sufficiat si primis descendentibus bona delata fuerint, ita in specie concludit *Cuman. in l. cum ita legatur. 33. §. in fideicommisso. n. 4. ff. de legat. 2. & in l. peto. 71. §. fratre. n. 5. ff. eod. tit. & in l. si cognatis, 20. ff. de reb. dub. Cephal. cons. 88. n. 34. & 35. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 11.* Quidquid contrarium sequatur *Torniel. in l. gallus. §. quidam recte. n. 72. ff. de lib. & posthum. Decian. cons. 41. n. 91. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 19. n. 28.* Quia contra eos est verior opinio, vt testatur late *Menoch. cons. 85. n. 53. & 67. lib. 1. Ruin. cons. 92. n. 5. lib. 2.* cum alijs per *Surd. cons. 315. n. 13. vsque ad n. 17.* vbi allegat *Arigonium, Carasium, Bisetam, & Ruuilium. Idem Surd. cons. 370. n. 1. & 2. lib. 3. Rim. Iun. cons. 371. n. 72. & n. 149. vsque ad n. 158. lib. 4. & cons. 50. n. 39. lib. 2. Aym. cons. 131. n. 5. & 6. Alex. cons. 13. visis & perlectis verbis. n. 7. col. 2. in fin. & ibi* Caccialup. *in cons. seq. 14. lib. 4. Alciat. in d. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. col. vlt. ff. de legat. 2. & in l. gallus. §. quidam recte. n. 32. & 35. & ibi Rub. n. 64. de lib. & posthum. Simon. de Pret. interpret. vlt. volunt. 3. lib. 3. dub. 4. sol. 3. n. 37. solut. 342* & latius *cons. 303. n. 24. vsque ad n. 32. Molin. de primog. hispan. lib. 1. c. 5. n. 27.*

Notandum tamen est, vt aliquid ad praxim vtile adducatur, quod à prædicta communi opinione aliquando receditur ex multis, prout recessit *Rot. in causa Florentina fideicommissi. 7. Fe-*

2 *bruarij. 1607. coram R. P. D. Iusto.* † Vbi vocatio fuit per compendiosam conceptam verbis communibus, scilicet transire, & peruenire, quæ inducunt fideicommissum, quando adiunguntur rei singulari, inspecta mente testatoris potius, quam natura ipsorum verborum *Bart. in l. fideicommissa. 11. §. hæc verba. ff. de*

3 *legat. 3. post Glos. ibi in verb. continere.* † Quamuis dicatur, vt hæres curet quod possint bona ad alios peruenire, istud enim verbum, potest, trahitur ad necessitatē, cum non verificetur in sola patientia, vt sufficiat, quod res possit peruenire, requiritur enim actus, vt perueniat *l. 3. §. si quis sic acceperit. ff. de stat. liber. Bart. in l. 1. ff. de iniust. testam.* Maxime quando testator non fuit vsus solum verbo transire, quod forsan posset verificari in actu momentaneo, sed dixit transire, & peruenire, quæ geminatio addit vim, & magis mentem disponentis indicat *l. balista. ad trebell. Decian. cons. 33. n. 100. lib. 1.*

Secundo, quia de natura verbi collectiui descendentes stantis non adiectiue, sed per se, venit, vt

4 omnes † censeantur vocati ordine successiuo per fideicommissariam substitutionem *Natt. cons. 417. n. 3. Decian. cons. 33. n. 101. lib. 1. Alex. cons. 25. in causa vertente. col. 1. n. 1. lib. 4. Dec. cons. 184. visa prohibitione. col. 1. ad fin. vers. secundo principaliter. n. 6. Rot. coram Card. Seraphin. Bononien. fideicommissi de Felicinis. 18. februarij. 1581. & coram R. P. D. Litta Perusina fideicommissi de Bigazinis. 14. nouembris. 1605.* & concludunt omnes *in l. gallus. §. quidam recte. de liber. & posthum.* cum alijs, de quibus per *Socin. cons. 12. præsens consultatio. n. 12. & 13. col. 4. ad med. lib. 3.*

Tertio. Quando testator vtitur verbis denotan-

5 tibus realitatem, non personaliter autem, puta si prohibuisset fundum alienari, huiusmodi

enim prohibitio est realis *Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. col. 13. in princ. vers. ista cautela videtur. n. 66. de legat. 1. Castr. in l. voluntas. 4. ad fin. vers. breuiter aduerte. C. de fideicommiss. Alex. in l. 1. col. penult. in fin. vers. posset etiam aliter respondert. n. 88. ff. de offic. eius. per tex. in l. peto. 71. §. fratre. de legat. 2. Becc. cons. 24. n. 24.* Prout etiam quando idem testator voluisset bona perpetuo remanere, & transire, & peruenire ad descendentes, ex istis enim verbis inducitur fideicommissum reale, & sic d. bona debent peruenire cum onere restitu-6 tionis, † cum aliud sit, quando descendentes vocantur, vt debeant venire ad hæreditatem, & bona testatoris perpetuo, continue, & de gradu in gradum; tunc enim loquitur in personam, & non in rem, cum dirigantur verba in personas honoratas, & nullum onus censetur impositum; sed illæ personæ censentur solum vocatæ in supraordinato casu fideicommissi actiue, non autem passiue, vt sit sensus, quod adueniente casu d. fideicommissi, descendentes omnes succedant in quocunque gradu reperiantur, prout quisque eorum erit in gradu proximior, ita distinguit *Surd. cons. 325. n. 20. col. 8. in princip. vers. ad id autem quod dicitur. lib. 3.* quem sequitur *Rot. coram R. P. D. Iusto Florentina fideicommissi. 7. februarij. 1607. ad med. vers. quam etiam ex institutione. Cephal. cons. 478. n. 45. lib. 4. Paris. cons. 37. n.* 7 *22. lib. 2.* † Adeo, vt quod dictum est de prohibitione reali procedat etiam, quando prohibitio dirigeretur quidem in personam, sed adijceretur causa, quia bona vult perpetuo remanere in familia, cum debeat attendi ratio prohibitionis, itaut onus dicatur reale, & rebus hæreditarijs iniunctum late *Becc. cons. 24. n. 25. post Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. n. 42. de legat. 1.*

Quarto. Si adessent verba, quia testator voluit dicta bona esse subiecta fideicommisso nedum 8 in casu alienationis, † sed etiam decedentiæ cuiusque vocatorum, ex istis satis colligitur expressum fideicommissum, itaut illud verbum cuiuslibet tribuat, & distribuat singulis supra-9 positis, † & separatim versetur per omnes, & ipsos comprehendat distributiue, & separatim *Bart. in l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr. Roland. cons. 70. n. 45. lib. 3.* Vnde non est credendum testatorem ita fuisse sollicitum, vt bona conseruarentur inter proprios descendentes ad effectum, vt transirent ad alios descendentes, & statim ac peruenissent ad aliquem ex ipsis, voluisse illa habere libera ab omni onere, sed potius dicendum est, quod habuerit eundem respectum ad omnes pro conseruatione illorum bonorum particularium 10 in familia; immo multo magis grauando proprios debemus intelligere voluisse grauare descendentes ex alijs, vt in specie stantibus huiusmodi verbis declarat *Rot. coram R. P. D. Iusto Florentina fideicommissi. 7. februarij.* *ad med. vers. adsunt denique verba.*

Quinto. Si vocatio est cum qualitate masculini-11 tatis, & cum exclusione fœminarum † colligitur non posse dici hoc factum alia ratione, quàm vt bona conseruentur in familia, Vnde inducetur fideicommissum ex mente testatoris, & tractus successiuus etiam inter descendentes, vt per *Rot. in d. causa Florentina fideicommiss. & coram R. P. D. Ortemberg. Viterbien. fideicommissi. 24. nouembris. 1603. Mandell. cons. 51. n. 8. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 11. post* 12 *princip. vers. sed si fideicommissum.* † Itaut ista perpetua conseruatio apposita in prima institutione descendentium ex se referatur etiam ad substitutionem immediate continuatam, cum propter coniunctionem orationis, & propter continuationem debeat intelligi repetita *Bald. cons. 17. præteritio matris. in fin. vers. tertio puncto. lib. 2.* Quid-13 quid † aliud sit, quando ambæ substitutiones non regerentur ab eodem verbo, & adesset repetitio, quia tunc non videretur onus repetitum, puta si inciperet noua oratio, & dispositio, quæ non stat repetitiue, sed inceptiue, & continuatiue *Menoch. cons. 111. n. 9. & 34. lib. 2. post Alex. cons. 66. viso testamento. col. 2. post princip. vers. confirmantur prædicta. n. 6. lib. 3.* vbi ita declarat *Bart. in l. seia. §. caio. de fund. instruct. Paris. cons. 38. n. 26. lib. 2.*

Sexto. Si relinquatur fundus posteris, seu descendentibus, aut liberis, familiæ, de prole, de 14 progenie, † de posteritate, de stirpe, de sanguine, de prosapia, de linea, vel de generatione alicuius, vel similibus, hoc casu fideicommissum ad omnes propagatur, Quia ista nomina habent implicitum tractum temporis designando filios, nepotes, pronepotes, abnepotes, & vlteriores, & plures diuersorum graduum 15 & temporum; † Aliud si diceretur agnatis, cognatis, coniunctis, consanguineis, propinquis, agnationi, aut cognationi, tunc enim fideicommissum non complectitur nisi eos, qui agnati erant tempore testamenti, aut mortis testatoris, vel tempore existentis conditionis seruata inter eos potioritate gradus, Nam postea nati non continebuntur, quasi non habeant iura cognationis, & agnationis, & consequenter neque debeant habere implicitum tractum temporis, nisi testator voluntatem suam extendisset ad vlteriores, vt late declarat *Peregrin. de fideicommiss. art. 19. in fin. n. 33. & art. 22. n. 27.*

Septimo. Magis fideicommissum induceretur, si agatur de fideicommisso vnius rei singula-16 ris † *Bart. in l. fideicommissa. 11. §. hæc verba. ff. de legat. 3. Rot. coram R. P. D. Iusto Florentina bonorum. 7. Februarij. 1607. in fin.* Quasi in ea præsumatur affectio testatoris, itaut voluerit illam conseruari in familia, & sic prohibitio alienandi ex ratione, & causa effici-

efficitur perpetua, & transgreditur personas prohibitas, quando tractatur de bonis conseruandis in familia, quæ videntur grauata quocunque vadant, latè *Paris. cons. 72. n. 84. cum seq. lib. 4.*

Et facit, quia in relictis singularibus nulla est differentia, an ponantur verba directa, vel obliqua, 17 † tunc enim non tractatur de institutione hæredis, & per consequens quando substitutio facta est in certa re, vel quota, remanentibus alijs portionibus hæredi scripto, semper est fideicommissaria, & nunquam trahitur per institutionem directam *Bart. in l. centurio. n. 36. de vulg. & pupill.* quem ab omnibus approbari testatur *Decian. cons. 41. n. 78. & 79. lib. 1.*

Octano. Substitutioni factæ per nomina collectiua, si adijceretur aliquid futurum significans tempus successiuum, 18 † vt de gradu in gradum, de hærede in hæredem, aut quid simile, tunc operabitur, vt substitutio non solum intelligatur per vulgarem, sed etiam per fideicommissum *Dec. cons. 38. circa primum. col. 2. in fin. n. 4. Surd. cons. 370. n. 2. vers. nec me turbat. lib. 3.* Subdens *n. 8.* aliud esse in clausula in infinitum, 19 † quæ debet intelligi quo ad vulgarem, vt scilicet primi succedant, & illis non extantibus alij remotiores vsque in infinitum, non autem, quod vbi vnus successerit, illi postea decedenti succedat alius, retinendo semper propositum thema *Ruin. cons. 102. n. 11. & 12. lib. 2. Cephal. cons. 17. n. 9. & 10.* 20 † Quasi illa clausula sequens veniat illatiue ad præcedentem, & sic ad illius interpretationem intelligi debeat secundum dispositionem interpretatam *Bart. in l. 2. in princip. de coniung. cum emanc. liber.*

Nono. In casibus, in quibus esset inductum fideicommissum ex supra allegatis, erit præferendus, qui vltimo defuncto est proximior, 21 † cum attendatur proximitas grauati, non testatoris, cum enim fuerint vocati descendentes, talis fuit habitus respectus non ad proximitatem propriam, sed grauati, ne aliàs pro habenda regula successionis, opus sit reuoluere mille annos, prout esset faciendum, si testatoris proximitas deberet attendi, Maxime, quia cum fideicommissum progreditur in infinitum, veniunt etiam nati post mortem testatoris, qui tamen ei non poterant succedere, Vnde non est credendum, quod testator voluerit suam successionem attendi *Roland. cons. 100. lib. 1. Purpur. cons. 422. per tot. lib. 2. Natt. cons. 674. n. 12. Socin. cons. 149. col. 18. n. 21. ad fin. lib. 2.* & de communi testatur *Rot. diuers. decis. 72. p. 1.* cum alijs latißimè adductis *per Surd. cons. 370. n. 10. vsque ad n. 14. lib. 3. post Tiraquell. de retract. consang. §. 11. gloss. 1. n. 20. Rota coram R. P. D. Cotta. Romana de Comitibus. 3. martij. 1564. & coram R. P. D. Penia. Firmana de Pisellis. 27. aprilis. 1598.* 22 † Quidquid aliud sit quando tractaretur de primo gradu substitutionis, itaut vno admisso, alter expiret, vel quando fideicommissum esset restituendum à grauato non descendentibus immediatè, vel mediatè ab ipso primo hærede grauato, sed collateralibus testatoris ex ipso primo originem trahentibus, tunc enim videretur testator voluisse præferre proprios propinquos, & consequenter erit attendenda eius proximitas, vel quando fideicommissum non est successiuè relictum, nec personis incertis, aut nascituris, sed iam natis, & certis, vel vbi sumus in vulgari substitutione, seu quando extarent coniecturæ, vel in similibus casibus, de quibus latè *Gabr. cons. 112. per tot. lib. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 20. n. 11. cum seq.* 23 † Et quid in feudis, & emphyteusi *Idem Peregr. art. 51. n. 59. Cephal. cons. 313. n. 25. Alexan. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad trebell. Gabr. cons. 86. per tot. lib. 1. Rolan. cons. 100. n. 12. lib. 1. Dec. cons. 516. col. 9. n. 13.*

EPITOME.

CEssio post solutionem, & ex interuallo quando posit fieri, & sit valida pro pretio non confessato, non interueniente pecunia. ¶ Intellectus l. per diuersas. C. mandat. & in qua cessione locum habeat. ¶ Fideiussores plures dati in executionem promissionis prius factæ an dicantur fideiussisse contemplatione mutui periculi, & obstet exceptio cedendarum. ¶ Confessio creditoris de recepta pecunia a fideiussore an sufficiat, vt detur actio contra debitorem. ¶ Cedens creditum quando debeat consignare iura, & scripturas, quæ in instrumento enunciantur. ¶ Et quid in legato nominis debitorum. ¶ Et an sufficiat indicare notarium. ¶ Et cuius sumptibus sint tradenda talia instrumenta. ¶ Fideiussor soluens quando posit contra alios confideiussores agere, & pro qua portione.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores plures dati in executionem promissionis prius facta, licet intercedant diuersis temporibus, dicuntur fideiussisse contemplatione mutui periculi, & obstat exceptio cedendarum, sicut si fuissent simul dati. & n. 3. Secus si vnus intercessit non sperans alios accessuros. n. 2.*

4 *Cessio post solutionem, & ex interuallo fieri potest, quando fideiussor soluit suo proprio nomine. Amplia etiam si dubitaretur cuius nominè fuisset facta solutio. n. 5. & quid si solueretur nomine debitoris, vel de pecunijs ipsius. n. 6. & de ratione. n. 7.*

8 *Fideiussor primus videtur fideiussisse contemplatione secundi, & habet locum beneficium diuisionis, & cessionis, si fuit actum de dando secundum, & primus hoc sciuerit.*

9 *Cessio pro pretio confessato, & non interueniente*

pecunia est inualida. Limita quando iui cedentis esset indubitatum propter obligationem Cameralem cum susceptione censurarum, & mandati executiui. n. 10. Vel ubi lapsum est tempus excipiendi de numeratione. n. 11.

12 Confessio creditoris de recepta pecunia à fideiussore sufficit, vt ille possit agere contra debitorem, & aequiparatur vere solutioni.

13 Cessio facta per creditorem fideiussori per publicum instrumentum, quod continet solam confessionem, sufficit.

14 Dispositio l. per diuersas. C. mandat. non habet locum in cessione ex causa necessaria.

15 Fideiussores, qui simul promiserunt debent periculum inter eos inuicem communicare, & si vnus ex fideiussoribus satisfecit tam pro se, quam pro alijs, stante cessione datur actio contra alium pro consecutione portionis ad eum spectantis. & n. 16.

17 Cedens creditum pro parte pretij domus, vel similis debet consignare iura, & scripturas, quae in instrumento enunciantur: idem in legato nominis debitoris. n. 18. Nec sufficit indicare notarium, penes quem sunt iura. n. 19. & declaratione. n. 20. Cuius autem sumptibus sint tradenda talia instrumenta. n. 21.

CAPVT CCLXXXVI.

OFficialis societatis, cuius respectu fuit facta fideiussio, de qua agimus, promisit omnes fideiussores accessuros. Vnde cum de hoc quaereretur, Dixi verius esse, quod fideiussio † postea subsecuta in executionem dictae promissionis dicatur facta per fideiussores contemplatione mutui eorum periculi; Quando enim ab initio conuentum est, vt alius daretur, tunc omnes fideiussores videntur simul dari, & obstat exceptio cedendarum, sicut quando dantur simul Bart. in terminis in l. si stipulatus esses à me. 16. §. si ex duobus. ante fin. vers. qua vera est. n. 3. ad med. ff. de fideiussor. & ibi Castr. in fin. vers. secus si fuisset actum de secundo. in quarto casu. Negus. de pignor. 3. m. 5. p. col. 15. fall. 5. vers. quod tamen intellige & declarame 6. ad fin.

Non obstant contrarium sequentes; Quia debent intelligi, quando a principio vnus solus interuenit, non sperans alios intercessuros, † & per consequens non sperans periculum communicare cum alio, talis enim non habet beneficium diuisionis, prout loquitur *Rot. coram R. P. D. Litta. Auximana fideiussionis. 1. iunij. 1598. Salic. in l. 2. col. 2. in princ. vers. quintam solutionem. C. de fideiussor.* † Aliud est in casu nostro, in quo non consideratur, quod ex interuallo vnus post alium accipiatur, Quia sufficit, quod fuerit actum a principio, vt plures deberent dari; tunc enim habetur ratio mutui periculi, vt declarat *Imol. in l. si plures. 28. in princ. vers. sed tu dic quod dictum aliorum. n. 1. ff. de fideiussor.*

Nec facit, quod cessio, de qua agimus, fuerit facta ex interuallo post solutionem, per quam omnes alij iam erant liberati l. 2. & ... §. fin. de duob. reis. Quia † cum fideiussor soluerit suo proprio nomine, non consideratur, an cessio fiat ante, vel post solutionem, tunc enim non censetur extincta, aut sublata obligatio debitoris, quasi soluens eo casu dicatur emptor nominis eiusdem debitoris; Vnde possunt, & debent cedi actiones quandocunque *Bart. in l. modestinus. 76. col. 1. post med. vers. aut soluit nomine ipsius soluentis. n. 4. ff. de fideiussor.* & declarat late *Menoch. praesumpt. 143. n. 3. vers. secundus est casus. lib. 3.* cum alijs per *Matth. Coler.* qui de communi *de process. execut. p. 1. c. 10. n. 418. vsque ad n. 429. Gabr. cons. 63. lib. 2.*

Quae etiam procedunt, quando dubitaretur cuius nomine facta fuisset solutio; † Quia cum agatur de pluribus obligatis principaliter ex eadē specie obligationis, & ex eodem contractu, vel quasi, valet cessio etiam ex interuallo, si fuerit facta conuentio cedendi ante, vel post solutionem, vel in ipso actu solutionis; Nam pactum efficit, vt cessio censeatur facta eo tempore, quo initum fuit pactum cedendi, vel quia mediante pacto creditor dicitur retinuisse actionem contra debitorem, non autem illam remisisse *Alber. Comens. & alij per Menoc. praesump. 143. n. 4. lib. 3.*

Contraria autem habent locum, quando solueretur nomine debitoris, aut de pecunijs ipsius, 6 tunc † enim per talem solutionem essent extinctae actiones creditorum, & nulla poterit interuenire cessio, & ita loquitur *Rot. coram R. P. D. Iusto. Romana Saluiani interdicti. 19. aprilis. 1609. & coram R. P. D. Pento. Romana Saluiani interdicti. 11. iunij 1609. post Bart. in d. l. modestinus. n. 4. & Castr. etiam n. 4. vers. licet principaliter. de solut. Menoch. d. praesumpt. 143. n. 1. lib. 3.* † Et est ratio, quia tunc liberatus fuit debitor per solutionem factam ipsius nomine; Vnde nulla superest actio, aut obligatio, quae cedi posset, cum iam fuerit sublata per solutionem *l. papinianus. ff. mandat. instit. quib. mod. tollit. obligat. in princ.*

Minus obstat, quod non satis fit fuisse actum de dando secundum fideiussorem tempore, quo 8 fuit datus primus, † cum etiam requiratur, quod primus hoc sciuerit, quasi tunc videatur fideiussisse contemplatione secundi, nam vno ex istis deficiente neutrum locum habebit, vt in puncto declarat *Castr. in l. si plures. 28. in princ. col. 1. post med. vers. ideo dico esse verum. ff. de fideiussor. Salic. in l. 2. col. 2. in princ. in 5. solut. vers. si ideo sciuit. n. 5. post med. C. eod. tit.* Quia in casu nostro constat de huiusmodi scientia, cum fideiussor se obligauerit iuxta conuentionem officialis de dando omnes istos fideiussores, & sic actus censetur factus in executionem praecedentis obligationis *l. quedam. ff. de rei vendic. Menoch. praesumpt. 143. n. 8. lib. 3.*

Vltimo non obstat inualiditas cessionis tanquam factae non interueniente pecunia, † sed

tantum

tantummodo pro pretio confessato contra dispositionē *l. per diuersas. 22. C. mandat. late Menoc. praesumpt. 129. lib. 3.* Quia cum in casu, de quo agimus, ius cedentis sit indubitatum propter obligationem cameralem cum susceptione censurarum, & mandati executiui, † non habent locum praedicta, neque consideratur aliqua nullitas cessionis, quamuis non appareat pretium vere, & realiter fuisse numeratum, sed solum cedens fassus fuerit se illud recepisse, quasi tunc cesset ratio prohibitionis ob calumniam, & redemptionem litium, non secus ac si adesset confessio iudicialis, ac res iudicata, vt in terminis concludit *Gabr. cons. 67. n. 7. & 8. & per tot. lib. 1. Crescent. decis. 10. alias. 207. n. 2. & 3. de sent. & re iudic. Aret. cons. 136. col. penult. in princ. vers. & isto casu.*

Accedat quod contraria procedunt, si tempus excipiendi de numeratione lapsum non sit, † secus, prout in casu nostro, quando sunt decursi triginta dies, tunc enim sufficit, vt solutio pretij probetur confessione, quasi post lapsum termini ad excipiendum ista confessio dicatur vera solutio, cum enim totum pretium cedens confiteatur habuisse, necesse est fateri, aut vere aut saltem praesumptiue probari actualem pretij solutionem post triginta dies, Vnde valebit cessio, vt de veriori opinione testatur *Gabr. cons. 67. n. 3. ad med. & n. 6. lib. 1. Fulgos. cōs. 205 col. 2. in princ. vers. illud etiam adnotandum est. & cons. 217. col. ult. post med. vers. ad quartum scilicet. n. 2. post Bald. in l. 2. col. 3. ad med. n. 5. C. ne lic. potentior.* Prout generale est, † quod sufficiat sola creditoris confessio de recepta pecunia à fideiussore, ad hoc vt ille possit postea agere contra debitorem, quia saltem interpretatiue ista confessio aequiparatur verae solutioni, Vnde eo modo conceditur repetitio fideiussori pecuniae solutae interpretatiue, sicut vere, quia pecunia aeque dicitur ei abesse, vt concludit *Alex. cons. 90. viso instrumento. col. 2. ad med. vers. veritas tamen est in contrarium. n. 3. lib. 1. post Bart. cons. 160. titius promisit. lib. 1.* cum alijs late per *Mascard.* qui de veriori opinione testatur *conclus. 373. in princ. p. 1. f. 189. Ceuall. q. 699. n. 6. vers. sed his non obstantibus.*

Adde quod sumus in cessione facta per creditorē fideiussori, † in qua sufficit, quod publicum documentum contineat solam confessionem eiusdem creditoris de solutione, non autem realem numerationem, quasi talis cessio fiat ex necessitate *Fulgos.* in specie *cons. 205. col. 2. in princ. vers. nec huic obstat. n. 1. post Glos. in l. per diuersas. in verb. et ijs. C. mandat.* Et generale est, † quod in omnibus cessionibus, quae fiunt ex causa necessaria, non voluntaria, non consideretur dispositio *d. l. per diuersas.* cum nō possit dici redemptor litis, qui talem recipit cessionem de conscientia legis, vt in casu *l. modestinus. de solution.* & in similibus exemplis declarat *Bald. in l. 2. in fin. vers. vltimo dic quod vbicunque. n. 8. C. ne liceat. potent. Socin. cons. 170. in praesenti cōsultatione. col. 3. ad med. n. 3. in fin. lib. 2. Gabr. de action. conclus. 5. limit. 6. n. 11.* & voluit *Bart. in d. l. per diuersas. col. 3. in fin. vers. vnde hunc textum generaliter. n. 19. & ibi Castr. Ang. Salic. & alij. C. mandat.*

Cum igitur isti fideiussores simul promiserint, debet etiam periculum inter eos inuicem communicari, † quasi ratione cuiusdam societatis fiat diuisio etiam eius, quod alias non diuideretur *Bald. in l. si rem communem. 12. in fi. vers. ista non est causa. C. si cert. petat.* Et satis est quod vnus ex fideiussoribus gesserit vtiliter negotium confideiussorum satisfaciēdo tam pro se, quam pro eis *Glos. in l. 2. in verb. iurare. in fin. C. de duob. reis. Cuman. in l. modestinus. n. 12. de solutione.* † Quod facit, vt stante cessione detur actio cōtra alium pro consecutione portionis ad eum spectantis *l. vt fideiussor. 40. de fideiussor. l. cū alter. 11. C. eod. tit. Negus. de pignor. p. 5. memb. 3. limit. 2. n. 35. vers. addo insuper. Vinc. de Franc. decis. 55. in princ.*

Circa alterum de cessione, Concludendum est quod si fuerit contra aliquem cessum creditum pro parte pretij domus, vel similis rei † debent consignari iura, & scripturae, quae enunciantur in instrumento *l. cum seruus. 81. in fin. de condit. & demonstrat. Caputaq. decis. 104. incip. cessio. p. 1.* † Prout dicimus de legato nominis debitoris, in quo est consignandum legatario creditum, & illius instrumentum *Bald. in l. si instrumenta. 24. n. 5. C. de fideicommiss.*

Immo neque sufficiet indicare notarium, penes quem adsunt instrumenta, quia in cessione nominis debitoris cum effectu sunt consignandae scripturae † *Rot coram R. P. D. Penia Romana pecuniaria. 4. iulij. 1594.* Vbi quod magis in eo casu hoc procedebat, quia domus vendita fuit tradita, Vnde stante actu correspectiuo etiam econtra scripturae sunt realiter tradendae, Adeo vt qui non dederit instrumentum, teneatur de culpa sua, prout etiam teneretur de culpa deputatorum ab eo, quos imprudenter elegerit *l. nam & seruus. ff. de negot. gest. Caputaq.* in specie *decis. 104. p. 1.*

Et facit ratio, quia legatarius alias non posset petere debitum, Tale enim instrumentum videtur esse idem cum re legata, † Ita vt instrumentum, & ius debiti, quod in eo continetur sint connexa visu, & intellectu *Bald. in l. instrumenta. n. 5. & ibi Castr. n. 3. C. de fideicōmiss. per tex. in l. serui. filij. 46. §. cum qui. ff. de legat. 1. l. chirographis. de legat. 3.* & notatur *in l. labeo de pact.* † Cuius autem expensis sint tradenda talia instrumenta *Add. ad Bald. in l. instrumenta. 24. in verb. nomen. C. de fideicōmiss.* cōcludit, quod in legato nominis debitoris, debeant dari sumptibus legatarij, quidquid aliud sit quando legatur chirographum, prout loquitur *tex. in l. seruum filij. 46. §. cum qui chirographum. ff. de legat. 1.* de quo tamen Deo dante alibi dicetur *in capite particulari.*

EPITOME.

Acta in vna causa contra vnum quando noceant tertio, & quo ad alias personas. ¶ Recognitio & calculum an idem sit quod confessio. ¶ Sententia contra Aduocatum quo casu præiudicet parti. ¶ Confessio in causa criminali quando noceat in ciuili. ¶ Impugnans instrumentum an possit se fundare in impugnatione, & in qua instantia, & cũ quibus personis. ¶ Renunciatio iudicialis an prosit, & præiudicet parte absente. ¶ Recognitio priuatæ scripturæ, quando probet contra tertium respectu temporis, quamuis procurator illam confecisset, & de ea re conficienda appareret anterius mandatum per publicum documentũ. ¶ Probationes receptæ in iudicio summario an iuuent & noceant in plenario. ¶ Generalis & tacita renunciatio quando referatur ad aliã instantiam. ¶ Sententia lata contra auctorem quo casu præiudicet successori.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio est confessio, quæ vt noceat recognoscenti, vel confitenti acceptari debet.*
2 *Calculus est quædã confessio inter partes emissa.*
3 *Recognitio facta in vna causa, & inter certas personas non nocet quo ad alias.*
4 *Acta facta contra vnum nocent etiam tertio quando fiunt ad præparationem Iudicij. Intellige vt agi possit contra alium, non vt illi noceat, vel tertius condemnetur. n. 5.*
6 *Setentia lata contra Aduocatum an noceat parti scienti causam tractari cum Aduocato. et n. 8*
7 *Sententia lata contra præuaricatorem aperit viam contra accusatum.*
9 *Acta nocent, cui sententia præiudicat.*
10 *Sententia lata contra auctorem nocet successori. Declara si fuit lata ante ius translatum in successorem. n. 11.*
12 *Confessio cedentis non præiudicat cessionario, cui antea fuerat ius quæsitum.*
13 *Recognitio scripturæ non nocet post ius alteri quæsitum.*
14 *Confessio, seu recognitio facta in causa criminali, non obest in ciuili inter diuersas personas. Secus inter easdem. n. 15.*
16 *Acta non præiudicãt alteri quando agitur de effectu facti, quia sunt sine processu.*
17 *Confessio, aut dispositio alicuius facta in vno iudicio certo modo, videlicet, quia deposuisset tanquam testis nõ ei noceret in alio iudicio tanquã parti. Et quid si cõcurrãt alia adminicula. n. 18*
19 *Impugnatio non præiudicat nisi inter illos, inter quos emanat.*
20 *Impugnans instrumentum si succubuit non potest se fundare ex impugnatione in eadem instantia, & cum eodem aduersario, secus contra extraneũ, et in alia instãtia. Intellige vt n. 23.*
21 *Renunciatio iudicialis prodest, & nocet etiam parte absente, quo ad partes, quæ debent esse in iudicio, quarum personas repræsentat iudex.*
22 *Tacita, & generales renunciationes non referuntur ad aliam instantiam.*
24 *Probationes, seu attestationes receptæ in iudicio summario non nocent, vel prosunt in plenario. Declara vt n. 25. & 26.*
27 *Recognitio est quædam confessio, & nocet confitenti, non tertio.*
28 *Recognitio priuatæ scripturæ non probat contra tertium respectu temporis. Etiam si procurator d. scripturam confecisset, et de ea re conficienda appareret anterius mandatum publicum. n. 29.*

CAPVT CCLXXXVII.

Recognitio est confessio, & ideo debet acceptari, vt noceat recognoscenti, seu con-1 fitenti, † cum debeat concurrere simultaneus consensus, vt concludit *Surd. cons. 135. n. 114. in fin. lib. 1.* ex adductis per *Salic. in l. vnic. col. antepenul. in princ. vers. est enim confessio. n. 24. op-2 posit. 15. C. de confess. post* Cyn. *ibid. q. 9.* † Quod etiam est in calculo quod nihil aliud est, quàm confessio quædam inter partes emissa *Surd. decis. 256. n. 7. in fin. vers. quarto calculus.*

Vnde cum fuerit dicta recognitio facta in vna causa, & inter certas personas, Dixi verius esse cum de hoc dubitaretur, quod non probabit in 3 alia, † & inter diuersas personas, tanquam res inter alios acta *Io. Andr. in c. per inquisitionem. de electione.* ex regula generali quod confessio non nocet quo ad illos, quibus facta non fuit *Natt. cons. 94. n. 7. Rot. per Bisignet. decis. 2. in fin. vers. pro hoc etiam faciunt. de confessis.* alias est *decisio. 4. eod. tit. in antiq. Surd. cons. 135. n. 117. lib. 1. & decis. 309. n. 4.*

Neque obstat, quod acta facta contra vnum noceant etiam tertio, quando fiunt ad præpara-4 tionem iudicij contra alium † *Felin. in c. causam quæ. il 2. n. 25. de testib.* Quia verũ est istud procedere ad hoc vt agi possit contra alium, nõ vt illi noceant, vel ex illis tertius condemne-5 tur † *Bald. in l. 1. ad fi. vers. vel dic quod in illa. n. 9. C. de aduocat. diuers. iudicior.* Vbi quod licet fuerit pronunciatũ contra aduocatum, adhuc oportebit cõstare de præuaricatione cõtra litigantes, Quamuis enim *in l. 3. de præuaric.* 6 sententia lata contra aduocatum noceat parti scienti causam tractari cum aduocato, Tamen 7 illud est ratione ordinis ibi traditi à iure; † Vnde sententia lata contra præuaricatorem aperit viam contra accusatum, non vt conuincat eum de crimine principali, Sed tanquam seruato ordine deueniatur ad inquisitionem veritatis super crimine, & sic aufertur reo beneficium sententiæ, non autem beneficium defensionis *Bald. in d. l. 1. in fi. C. de aduocat. diuersor. iudicior.* sequitur *Surd. decis. 256. in fin. n. 18.* Quod etiam voluit *Idem Bald. in l. 2. in 3. notab. C. de fid. in-8 str.* Vbi quod præiudicat circa præiudiciũ ordinis, non autem quo ad præiudicium conuentionis, aut decisionis *Felin.* qui alios adducit *in c. causam quæ. il 1.* quod est *11. col. 8. post med vers. fallit quarto. n. 25. de testibus.*

Nec

Nec facit quod acta nocent, cui sententia praeiu- [9] dicat † *Bald. in l. 2. col. 3. ad med. n. 18. C. de edēd. Felin. in c. vlt. in fin. vers. per rationem firmam.* [10] *de praescript.* † & tamen sententia lata contra auctorem nocet successori *Innoc. in c. quamuis. de re iudic. Paris. cons. 28. n. 16. lib. 1.* Quia procedit quando fuit lata antequam aliquod ius [11] esset translatum in successorem, Tunc enim illi praeiudicat *l. si superatus. ff. de pignor. Capic. decis. 20. in fin. n. 30. Socin. cons. 82. super quaestionibus. col. 2. ante med. vers. sicut probationes. n. 4. lib. 3. Surd. decis. 256. n. 17.* Exemplo confessionis auctoris, quae non nocet successori, in [12] quem ius antea erat translatum, † vt de confessione cedentis, quae non praeiudicat cessionario, cui antea fuerat ius quaesitum *Rol. cons. 85. n. 9. lib. 2.* cum alijs *per Surd. d. decis. 256. n. 8.* [13] & in † specie recognitionis scripturae, quod non praeiudicet post ius alteri quaesitum *Castr. cons. 134. in causa ser Ludouici. col. 1. post med. vers. sed postquam nullo istorum. n. 2. lib. 1.*

Adde quod ista confessio, seu recognitio est facta in causa criminali, quae non praeiudicat in ciui- [14] li inter diuersas personas; † quidquid alias prosit inter easdem partes *Abb. in c. causam quae. il 1. quod est 11. col. 4. ad fin. vers. aut probationes sūt factae in criminali. n. 6. & ibi Butr. col. 3. post med. vers. ex his infertur. n. 8. de testib. Caputaq. decis. 207. n. 4. p. 2. Surd. decis. 309. n. 4.* Con- [15] traria autem procedunt † inter easdem personas, Nam confessio facta in iudicio criminali probat in ciuili contra confitentem *Salic. in l. si quis ad se fundum. ad fin. vers. è contra facta in criminali. n. 15. in fin. C. ad leg. iul. de vi publ. Purpur. in l. 2. in fi. n. 142. vers. quinto vt confessio. C. de edend. Mascar. conclus. 351. n. 2. Ruin. cons. 4. n. 5. et 6. lib. 4. Florian. in l. inde neratius. 23. §. si solo.* quem repetit *in l. ait lex. 21. in fin. vers. è contra autem facta in criminali. ff. ad leg.* [16] *aquil.* † Quando enim agitur de effectu facti, tunc acta non praeiudicant alteri, quia sunt sine processu quo ad illum tertium, qui neque fuit citatus, cui neque prodessent, vnde nec debent nocere *Bald. in l. 2. col. 3. post med. vers. si vero est quaestio de effectu. n. 18. C. de edend.*

Magis erit si confessio, aut dispositio alicuius es- [17] set facta in vno iudicio certo modo, † quia videlicet deposuisset tanquam testis, non enim noceret sibi in alio iudicio tanquam parti *Rot. per Bisignet. decis. 2. de confess. alias est decis. 4. vel 485. quidam agebat. ad fi. vers. in oppositum. eod. tit. in antiq.* ex notatis *per Innoc. in c. inter dilectos. in ver. inter alios. de fid. instrum.* Quidquid aliud senserit *Grat. cons. 141. lib. 2.* cum contra eum sit verior opinio, vt testatur *Surd. decis. 309. n. 5. & cons. 135. n. 117. lib. 1.* post *Capic. decis. 52. in fin. n. 4.* Et opinio *Grati* posset subsistere quando alia adminicula concurre- [18] rent, † cum saltem non possit negari, quod illa confessio non faciat plenam probationem quo ad ipsum, quamuis quo ad extraneos faceret vehementem praesumptionem, & indiciū, & semiplenam probationem, quae etiam erit habilis ad deferendum iuramentū in defectum probationis plenae; Maxime in casu habente connexitatem cum illo, in quo confitens deposuit *Grat. d. cons. 141. n. 7. vers. secundo pro nūc principaliter. Surd. decis. 309. in fin. n. 17. vers. cum verò in hanc partem.*

Idem est in impugnatione, quae non praeiudicat [19] nisi inter illos, inter quos emanat, † cum talis impugnatio habeat vim confessionis *Felin. in c. capitulum. 30. col. 10. in fin. vers. secunda limitatio. n. 9. de rescript.* Vbi quod si impugnatur gratia alicuius in iudicio contra eum moto, tamen potest allegari contra secundum impetratorem, velut personam extraneam à primo [20] iudicio, † Prout dicimus de eo qui impugnat instrumentum, & succubuit; licet enim non possit se fundare ex impugnatione in eadem instantia, vel cum eodem aduersario, tamen poterit hoc facere contra extraneum in alia instantia, cum enim ille esset absens, talis confessio oriens ex tacita renunciatione non operatur quo ad eum, quidquid aliud sit quo ad easdem personas, quibus praeiudicaret, neque enim posset vti eodem instrumento in alia instantia qu› ad eosdem; Et quamuis renunciatio tanquam iudicialis deberet prodesse, & [21] nocere etiam absente parte; Tamen hoc intelligitur quo ad partes, quae debent esse in iudicio, quarum personas repraesentat Iudex licet absentes, secus quo ad extraneos, qui per eum non repraesentantur, & pro quibus non sedet, quasi istae tacitae, aut generales renunciationes nunquam referantur ad aliam instantiam, [22] sed † ad illam tantum limitentur *Innoc. in c. cum venissent. ad fin. de testib.* Et ita in specie declarat late *Butr. in c. cum olim. col. 6. in prin. vers. quapropter posset prima facie. de censib. Curt. Iunior. cons. 153. ad fin. n. 18. vers. confirmantur etiam praemissa. lib. 2. Caputaq. decis. 207. n. 4. p. 2.*

Intelligendo quando impugnatio fuit reprobata per sententiam, quia tunc fundans in eo, quod impugnauit habet pro se auctoritatem senten- [23] tiae, † Prout etiam quando sententia fuit talis, secundum quim instrumentum, aut alia dispositio non remanet impugnata, nec approbata per sententiam, vt in casu in quo poterat decidi absque approbatione, vel reprobatione instrumenti impugnati. Quemadmodum etiam quando actus impugnationis penderet, Alias si super impugnatione esset lata sententia, & pronunciatum super nullitate actus, quem quis impugnabat, tunc non posset se amplius fundare super illo actu iudiciali annullato per sententiam; Quidquid aliud sit quando esset impugnata tantum solemnitas actus, & non ipse actus, quia tunc posset etiam allegari actus per ipsum impugnantem. Ita omnia praedicta declarat *Felin. in c. capitulum. 30. col. 11. post prin. vers. & ista procedunt. n. 9. de rescript.*

Quibus adde quod probationes, aut attestationes receptae in iudicio summario non nocent, [24] aut prosunt in plenario, † quia nec prodesset,

aut

aut noceret sententia *c.venient. il 2. de testib. l. penult. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Declarando tamen quando ex modo procedendi læ-
25 ditur probatio, vel ex hoc agitatur † vt est probatio testium, aut instrumentorum, quæ sunt efficacioris probationis, & fortius examinantur in iudicio plenario, quam in summario; Aliud autem esset vbi non læderetur probatio, vt est illa per confessionem, tunc enim secus est, quia talem habet effectum producta in plenario; qualem habet in summario, quasi confessio de se non exigat telam iudicij, sed solum sit contenta calore iudicis, Vnde habet suam perfectionem tam si fiat pendente tela
26 iudiciali, quam si ex abrupto. † Intelligendo quando probationes summariæ sunt receptæ in iudicio summario, secus si plenarie recipiantur quo ad substantiam probationis, & quo ad modum procedendi, prout omnia prædicta explicat *Bald. in d. c. causam quæ. il 2. col. 3. in prin. vers. hæc vltra quam ex modo procedendi. n. 7. de testib.*

Sequitur etiam ex prædictis, quod cum recognitio sit quædam confessio, nocebit quidem con-
27 fitenti, nõ tertio, † *l. duobus. §. 1. de iureiur. Affl. decis. 245. n. 1. Roland. cons. 58. n. 14. lib. 2. Surd. cons. 81. n. 21.* Neque enim priuatæ scripturæ est standum in præiudicium tertij, Ideo recognitio non nocebit siue fiat in positione iurata, siue sit facta tamquam a teste, quia vni soli non creditur *l. iurisiurandi. C. de testib.* Et declarat *Castr. cons. 134. n. 1. lib. 1.* cum alijs *per Surd.*
28 *cons. 81. n. 24. lib. 1.* † Prout neque dicta recognitio aliquid probabit respectu temporis contra tertium propter suspitionem, quæ posset cadere in scribendo vnum tempus pro alio, quod vulgo dicitur antidata *l. scripturas. C. qui portior. in pignor. habeant. Castr. cons. 295. n. 3. Abb. in c. 2. de fid. instrum.*

Quæ adeo vera sunt, vt procedant, quamuis procurator eam scripturam priuatam confecisset, & appareret anterius mandatum publico documento confectum de ea re conficienda, Ne-
29 que † enim ob id tollitur suspitio fraudis de prælato die, seu antidata, neque in hoc operabitur, quod faciens talem apocham habuisset dictum mandatum sic faciendo, cum aliud sit obligare; & mandatum de obligando, & aliud contrahere, & mandatum de contrahendo, oritur enim actio ex actu, qui sequitur, non ex mandato præcedenti, Nam obligatio habet consequentiam contingentem, non necessariam ad instrumentum publicum mandati, sed solum ad apocham postea factam, consideratur enim effectus secutus, non præambulum, & quemadmodum non præiudicat scriptura facta ab ipsomet principali, ita neque oberit si confecta sit a procuratore, qui non habet maiorem potestatem, quam dominus, Cum etiam sicut non staretur voci viuæ ipsius procuratoris deponentis se dicta die contraxisse in præiudiciũ tertij, Ita neque ipsius priuatæ scripturæ, Ideo quemadmodum de mandato procurationis debet plene constare, ita etiam debet plene liquere ipsum tanquam procuratorem contraxisse ad hoc vt tertio præiudicet; Ita per prædictas, & similes rationes late concludit *Anchar. cons. 28. per tot.* cui se subscripserunt *Calder. in fin. & Franc. de Rampon. in cons. sequent.* Et est verior opinio, quam sequitur etiam *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. n. 43. ad med. Surd. cons. 81. n. 21. ad med. lib. 1. Felin. in c. 2. col. 5. post med. vers. vltimo limita. n. 16. de fid. instrum. Rip. in l. priuilegia. n. 24. ff. de priuil. creditor.*

EPITOME.

Vulgaris substitutio vt habeat locum quæ requirantur, & an facta per negatiuam neque, aut copulatiue, vel simpliciter, intelligatur in tota hæreditate. ¶ Verba si hæredes non erunt an possint resolui in singularitatem. ¶ Plures simul instituti quando simul censeantur vocati. ¶ Pupillaris tacita an excludat matrem. ¶ In substitutione facta cum aliquo onere, si deficiant aliqui ex institutis, an admittantur alij, vel potius veniant substituti. ¶ Natura verbi collectiui descendentes an sit vt omnes vocentur ordine successiuo per fideicommissum. ¶ Substitutio facta pluribus indefinite, & coniunctim an debeat intelligi in defectum totius corporis. ¶ Et si fiat in casu voluntatis, an extendatur ad impotentiam. ¶ Et quando Vulgaris expiret per aditionem vnius ex pluribus hæredibus. ¶ Et vna deficiente an euanescant aliæ, quæ subsecuntur, ac dependent ab ea. ¶ In institutione plurium diuersorum graduum quando detur simul concursus omnium in eodem tempore, & fideicommissum inducatur. ¶ Substitutio an valeat cum certus de incertis est vocatus. ¶ Subrogatus in litem & ius defuncti an subrogetur ad possessionem, & prosecutionem spolij. ¶ Instituens hæredem monasterium ædificandum an dicatur incertum instituisse. ¶ Et quid si requireretur specialis determinatio, & proprium nomen personarum, vt in priuilegijs Fabricæ S. Petri. ¶ Ex conditione assumendi nomen & arma familiæ an sit inductum fideicommissum. ¶ Et quando intelligatur de primogenito.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta pluribus indefinitè, coniunctim et collectiue videlicet si hæredes non erunt, dicitur facta in defectum totius corporis, & substitutus non admittitur nisi omnibus institutis deficientibus. & n. 7.*
2 *Vulgaris substitutio in casu voluntatis extenditur ad casum impotentiæ.*
3 *Vocati alternatiuè intelliguntur solum per vulgarem, & succedente prima parte alternatiua, expirat substitutio.*
4 *Substitutio præcedens vbi deficit, euanescunt omnes sequentes, quæ dependent ab illa.*
5 *Substitutio si neque Titius, nec Seius sint hære-* des

des expirat quando vnus eorum adiuit.

6 *Vulgaris substitutio facta per negatiuã neque, aut copulatiue, vel simpliciter intelligitur in tota hæreditate ex verba, si hæredes non erunt non poterunt resolui in singularitatem.*

8 *Substitutio vulgaris ordinatur in fauorem testatoris, & cessat eo ipso quod adiuit hæreditatem vnus ex pluribus hæredibus. Et quid in substitutione fideicommissaria. n.9.*

10 *Vt habeat locum substitutio vulgaris requiritur, quod institutus non sit hæres, nec adsit aliqua spes, quod possit esse, & quod alium hæredem non fecerit.*

11 *Pater, & filij, si simul instituantur, intelliguntur, vt filij concurrant cum patre simul, & eodem tempore.*

12 *Instituti plures, inter quos cadit ordo charitatis per dictionem copulatiuam admittuntur simul. Aliud est in institutione ex ordine cuiusdam necessitatis, in qua censentur vocati successiue. n.13.*

14 *Onus accipiendi nomen, cognomen, & insignia testatoris concernit honorem, & commodum ipsius.*

15 *In substitutione facta cum aliquo onere, si deficiant aliqui ex institutis, non admittuntur alij, sed habet locum substitutio ex præsumpta voluntate testatoris. & n.17.*

16 *Pupillaris tacita excludit matrem, quando ex coniecturis apparet de mente testatoris.*

18 *In institutione plurium diuersorum graduum per nomen collectiuum, nõ possunt omnes simul eodem tempore concurrere, sed vnus post alium censetur vocatus, & vno per institutionem admisso, cæteri censebuntur per fideicommissum vocati. Præsertim stante clausula codicillari per verba futuri temporis. n.19. Et tanto magis addita clausula, omni meliori modo. n.20.*

21 *Natura verbi collectiui descendentes est, vt omnes censeantur vocati ordine successiuo per substitutionem fideicommissariam. Quid si fuerint vocati descendentes per verbum directum, instituo. n.22. Et quid si vltra verbum, instituit, adsint alia verba communia. n.23.*

24 *Verbum, succedat, est commune.*

25 *Substitutus in defectum filiorum, & descendentium succedit, cum non est amplius spes de illis.*

26 *Cognominis, & armorum delatio memoriam domus, & agnationis testatoris conseruat.*

27 *Ex conditione assumendi nomen, & arma familiæ, fideicommissum inducitur.*

28 *Substitutio valet, cum certus de incertis fuit vocatus, secus si relinquitur incerto de incertis.*

29 *Substitutio incerta sustinetur, vbi ex aliqua verisimilitudine posset declarari.*

30 *Testator volens arma sua portari per substitutũ, licet essent duo filij, intelligitur de primogenito.*

31 *Subrogatus ad litem, & ius defuncti, non censetur subrogatus ad possessionem, & prosequutionem causæ spolij. Et quid si lis erat solum super possessorio, aut spolio. n.32.*

33 *Spes alit dicitur nominatio, quando clausula generalis in vno tantum verificatur.*

34 *Incertitudo cessat quando potest aliquo modo verificari.*

35 *Instituens hæredem monasterium ædificandum suis sumptibus, quod non erat in rerum natura, non dicitur incertam personam instituisse. Etiam vbi requireretur specialis determinatio, & proprium nomen personarum, vt in priuilegijs fabricæ Sancti Petri. n.36.*

37 *Verba in dubio stãt demonstratiue, nõ taxatiue.*

38 *Incerta non dicuntur quæ ab executoribus, & hæredibus per electionem certificantur, vt de puellis nubendis.*

CAPVT CCLXXXVIII.

IN testamento, de quo agimus, instituitur, relinquitur, & nominatur, & vult testator, quod sit hæres vniuersalis Andreas, & sui filij, & descendentes masculi legitimi, & naturales non legitimati, & si non existeret d. Andreas, nec sui filij legitimi, & naturales, vt supra, vocatur, & instituitur hæres vniuersalis primus puer Masculus, qui nascetur ex prima puella, de qua latius in eodem testamento, Ex quibus verbis colligitur, quod sumus in substitutione vulgari, & per consequens cum Andreas adiuerit hæreditatem, quamuis decesserit sine filijs, non est locus substituto, qui regulariter non admittitur, nisi omnibus institutis deficientibus, aut repudiantibus, cum ad illum excludendum sufficiat, vt vnus ex hæredibus nominatis adeat hæreditatem, 1 † Ista enim substitutio facta est pluribus indefinite, idest, si hæredes non erunt, & sic sub conditione, quæ diuidi non debet, cum dicatur facta in defectum totius corporis, quod non deficit, cum vnus institutorum adit hæreditatem, videtur enim datus substitutus, non vt singulis personis, sed vt vniuerso gradui, adeo vt substitutus admittatur non quibusdam de gradu deficientibus; sed demum toto proximo gradu infirmato; quando substitutio fuit facta coniunctim & collectiue, prout in casu nostro; Quidquid aliud sit quando fieret cuilibet separatim per se, Ita per prædictas, & similes rationes concludit *Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad med. vers. solutio ibi loquitur in substitutione vulgari. n.4. ff. ad trebell. & in l. hoc articulo. 29. n.2. ad fin. vers. vel dic quod fauor filiorum. ff. de hæred instit. Bal. in l. penult. n.4. & 5. col. 2. ante med. vers. oppono & videtur quod ex persona. C. de impub. & alijs substitut. Rip. in l. 1. col. 36. ad med. n.188. cum sequent ff. de vulg. & pupill. Paris.* qui de communi *cons. 44. n.9. & 10. lib. 3. Gomes. var. resol. tom. 1. c. 3. de subst. vulg. in fin. n.35. Crass. in §. substitutio. q. 15. n.2.* Quidquid contrarium sequãtur *Ias. in d. l. 1. in fin. prin. n.68. & Polit. de vulg. subst. part. 3. n.57. & Imol. in d. §. cum ita. n.2.* Quia contra eos est verior opinio, vt testatur *Spin. de testam. glos. 22. princip. n.21. & 25. Corn. cons. 298. col. penult. in fin. vers. quãdo enim substitutio. n.8. lib. 4. Rip. in d. §. cum ita. n.94.* & ibi *Zanch. in repet. p.8. n.74. & 78. Soc. cons.*

cons.194. pro clariori intelligentia. n.17. & 18. lib.4. Itaut substitutio vulgaris facta in casu voluntatis† extendatur ad casum impotentiæ, cum paria sint nolle, vel non posse *l.1.§.vsus.ff. de procurat.* & declarat *Guald. de art. testan. tit.5. caut.5.n.2.10 n.8.p.1.f.120. post Doctor. in l.gallus.§.& quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Ias. cons.201. lib.2. Bart. in l.1.n.14. & ibi Rip. n.89.ff. de vulg. & pupill. Surd. cons.232.n.9.& cons.250 n.13.lib.2.*

2

Idem erit, quando aliqui fuissent alternatiue vocati, tunc enim intelligitur solum per vulgarem Itaut † succedente prima parte alternatiuæ, & agnita hæreditate, expiret substitutio *Soc. cons. 113. suprascripti insignes. col.4. in fin. vers. quarto hanc opinionem. n. 17. lib 1. Ruin. cons.159. n.20. lib.2. Menoc. præsumpt.71.n.5. lib.4. Surd.* qui etiam loquitur in legatis *decis.319.n.5. post Alciat. cons.83.n.11. cum seq. & cons.89.n.4 lib. 9. tom.3. f.234.*

3

Adeo, vt vbi præcedens substitutio deficit, euanescant sequentes omnes, † quæ dependent ab illa *l. cum in testamento. in princ. ff. de hæred. instit. Ias. in l. si mater. §. fin. in 2. notab. de vulg. & pupill. Paris. cons.86.n.5. lib.2.* Quando deficeret ob defectum conditionis adiectæ *Imol. in l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. Bald. cons. 162. lib.1. Surd. decis.144.n.14. Menoch. cons. 325.n.48. lib.4.*

4

Nec obstat, quod in casu nostro fuerit facta substitutio, si institutus, nec filij existerent, quasi per illam dictionem, nec, non sufficiat aditio vnius. Quia † verius est, vt etiam expirauerit substitutio facta pluribus hoc modo si neque Titius, nec Seius sint hæredes, quando vnus eorum adiuit; Istæ enim dictiones neque, vel nec, aut similes habent inclusam copulam, & sic copulatiue negant *Glos. in l. si filia. 10. in verb. nec nuptijs. C. de donat. ante nupt. l. si ita quis stipulatus fuerit decem. 129. ff. de verb. oblig.* † Vnde substitutio vulgaris facta per negatiuam, neque, aut copulatiue, vel simpliciter, intelligetur in tota hæreditate, & sic illud verbum, si hæredes non erunt, plurale non potest resolui in singularitatem *l. quidam testamento. ff. de vulgar.* & per consequens non admittetur substitutus vno repudiante, † adhoc enim vt admittatur, necesse est vtrumque hæredem non esse *Rip. in l.1. col.36. in fin. n.192. & 193. ff. de vulg. & pupill. post Soc.* per eum allegatum *cons.94. alias est 194. pro clariori intelligentia. lib.4. per tex. in l. si is qui ducenta. 14. §. item si pater. ff. de reb. dub.*

5

6

7

Et facit, quia vulgaris substitutio ordinatur in fauorem testatoris intendentis habere scriptum hæredem. † Vnde non mirum, si illa debet cessare eo ipso quod adiuit hæreditatem vnus ex pluribus hæredibus scriptis, quibus datus est substitutus vulgaris, cum propter ius accrescendi appareat, quod testator habiturus est omnino illud, quod desiderat, scilicet hæredem ex testamento; † Quidquid aliud sit in fideicommissaria substitutione, in qua cessat ratio prædicta, quasi illa locum habeat post aditam hæreditatem, & sit onus ipsorum hæredum, quibus fuit facta substitutio, quoniam sufficit quod in persona vnius verificetur conditio substitutionis fideicommissariæ *l. lucius. §. caio. ff. ad trebell.* & declarat *Alex. cons.38. viso themate. col.2. ante med. vers. vel potest responderi. n.3. lib.1. post Bald. in l.1. ante fin. vers. alia lex dicit quod si testator. n.5. C. de condit. insert.*

8

9

Quæ etiam procederent non solum, quando institutus fit hæres, sed etiam si hæres non fiat, sed alium hæredem fecerit, † antequam enim substitutio vulgaris locum habeat, requiritur, quod institutus non sit hæres, nec adsit spes aliqua, quod iure communi possit esse hæres, & vlterius quod alium hæredem non fecerit, nam si illum faciat, cessat vulgaris, & omnino excluditur *l. si paterfamilias. ff. de hæred. instit. l. cum proponas. C. eod. tit. Guliel. in c. raynutius. in verb. absque liberis. il 2. n.64. & 65. de testament. Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. dub.1. fol.5. interpretat. 2.n.11. f.233. Surd. cons. 529.n.6. lib.4.*

10

Accedat, quod similes institutiones de patre, & filijs intelliguntur, vt filij concurrant cum patre simul, † & eodem tempore, non autem post obitum illius ordine successiuo. Quidquid enim *Bart.* contrarium sentiat in *l. gallus. §. quidam recte. n.4. ff. de liber. & posthum.* Verior est distinctio, † quod quando plures, inter quos cadit ordo charitatis, fuerunt instituti per dictionem copulatiuam, prout in casu nostro, admittuntur simul, non ordine successorio; Quamuis aliud esset in institutione facta ex ordine cuiusdam necessitatis, † in qua censentur vocati successiue, ne alioquin vitio præteritionis corruat testamentum *Imol. & Ias. in d. §. quidam recte Gabr. cons.130. col.2. in fin. vers. secunda quæstio. n.9. lib.1. Cardin. Mantic.* qui de communi *de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 7. n.19. Couar. Dec. Boer.* & alij, quos adduxi supra *c.70. n.20. cum seq. Cæsar de Grass. decis.2. de testam.*

11

12

13

Hæc videntur multum facere contra substitutum, ad cuius tamen fauorem poterat considerari, quod † substitutio, de qua agimus, est facta cum onere accipiendi nomen, cognomen, & insignia testatoris, quæ cum concernant honorem, & commodum ipsius *Anchar. cons.113. n.4. Molin. de hispan. primogenit. lib. 2. c.14. n.5. & 6.* Consequens est, vt ex præsumpta mente testantis † videatur potius habere locum substitutio, quàm quod deficientibus aliquibus ex institutis, alij admittantur *Alex. cons.38. viso themate. col.2. post med. vers. præterea dato quod esset. n.3. lib.1.* vbi ita declarat opinionem eorum, qui tenent, quod substitutio vulgaris facta duobus institutis non habeat locum, nisi vtroque deficiente, non autem quando vnus solum repudiat, & adducit notata per *Ang. in l. precibus. 8. col.2. C. de impub. & alijs substit.* † Vbi quod licet substitutio pupillaris tacita non excludat matrem *l. fin. C. de instit. & substitut.* Tamen fallit, quando ex coniecturis contrarium appareret de mente testatoris, vt quia

14

15

16

age-

ageretur de commodo, & honore ipsius, tunc
enim excluderet matrem, quasi verisimile sit,
quod illũ potius dilexerit *Castr. in d. l. preeibus.
col. 8. post princ. vers. item dicit. n. 4.* Vbi quod est
perpetuo notandum *Alex. cons. 92. super eo de
quo quæritur. col. vlt. ad fin. vers. bene facit. n. 12.
lib. 3. & cons. 12. n. 25. eod. lib.*
17 † Et quamuis Doctores supra allegati exemplificent in cõmodo
concernente animam testatoris, Tamen est per
modum exempli, quod non restringit regulam,
Vnde idem erit in similibus concernentibus honorem
defuncti, Prout regulariter substitutus
admittitur ad partem deficientis ex præsumpta
mente testatoris *Bart. in l. hæredes. §. cum ita. ad
finem. vers. item fallit si superest. n. 6. ad trebell.
per tex. in l. penult. C. de impub. & alÿs substit.
l. si is qui. §. item si pater. ff. de reb. dub.*

Præterea in casu, de quo agimus, fuit vocatus Andreas;
& filij, & descendentes, & sic per nomen
collectiuum plurium personarum diuersorum
18 graduum, † quod facit vt per huiusmodi nomina
implicitum tractum temporis habentia omnes
simul, & eodem tempore non possint concurrere.
Ideo vnus post alium videtur vocatus.
Vnde vno per institutionem admisso, cæteri iure
directo capere nequeunt, & censebuntur vocati
per fideicommissum, itaut quo ad tales
substitutio directa obliquetur *Bald. cons. 305.
non est dubium. lib. 3. Ias. cons. 108. col. 5. in
princ. lib. 4. Aym. cons. 22. n. 6 Curt. Iun. cons. 48.
præsupponitur. n. 5.* cum alijs per *Peregrin. de
fideicom. art. 18. n. 5. post* Castr. *in l. gallus. §. quidam
recte. ff. de liber. & posth.*
19 † stante præsertim
clausula codicillari per verba futuri temporis,
ob quam facilius institutio resoluitur in fideicommissariam,
tanquam continens compendiosam
*Socin. cons. 12. præsens consultatio. col. penult.
post princ. vers. ideo soluitur clare. n. 16.
lib. 3. Ruin. cons. 174. n. 13. lib. 2. Aym. cons. 22. n.
8. Decian cons. 84 n. 9 lib. 3. Peregr. de fideicommis.
art. 18 n. 6.*
20 † Vbi indubitanter hoc tenet,
quando addita esset clausula, omni meliori modo,
per quam suppletur defectus formæ *Bald.
in l. quoties. C. de hæredib. instit. Rimin. Iun.
cons. 23. n. 147. Thob. cons. 43. n. 7.*

Et generale est, quod de natura verbi collectiui
descendentes stantis non adiectiue, sed de per se
21 veniat, † vt omnes censeantur vocati ordine
successiuo per fideicommissariã substitutionem
*Natt. cons. 437. n. 3. Alex cons. 25. in causa vertente.
col. 1. n. 1. lib. 4. Dec. cons. 184. visa prohibitione.
col. 1. ad fin. vers. secundo principaliter. n. 6.*
sequitur *Rot. coram Card. Seraphino. Bononien.
fideicommissi de Felicinis. 18. februarÿ. 1581. &
coram R. P. D. Lutta. Perusina fideicommissi de
Bragaginis. 14. nouembris. 1605.* & concludunt
omnes *in l. gallus. §. quidam recte. ff. de liber. &
posth.* cũ alijs, de quibus *per Socin. cons. 12. n. 12.
& 13. col. 4. ad med. lib. 3. Dec. cõs. 33. n. 101. lib. 1.*

Verum est, quod secundum alios, non sufficit ista
vocatio per nomen collectium, quando, prout
in casu nostro, fuerunt vocati descendentes per
22 verbum instituit, † quod tanquam mere directum
non conuenit fideicommisso, neque illi potest
adaptari, Vnde tunc potius dicendum est,
quod solum vocentur per vulgarem, ex quo
enim potuit valere iure directo à principio,
non est dicendum, quod possit obliquari, quasi
contraria procedant, quando esset verbum commune,
vt substituo, cum similibus. Ideo cum
fuerit adita hæreditas per Andream, qui postea
decessit, non succedent descendentes, & alij
vocati per testatorem ex fideicommisso, prout
latissime de veriori opinione docet, & multis
comprobat *Rimin. Iun. cons. 50. n. 31. vsque ad
n. 42. lib. 1. & cons. 535. n. 15. cum sequent. lib. 5.
Dec. cons. 205. & 384. Aret. in l. gallus. §. quidam
recte. col. penult. & ibi Socin. & alÿ. ff. de liber.
& posthum.*

Tamen omissis multis, quæ possent dici, satis est in
casu, de quo agimus, vltra verbum directum
instituit, adesse etiam alia verba communia,
23 prout † reliquit, succedat, & similia, quæ tanquam
non directa resoluuntur in fideicommissum,
vt de verbo, reliquit, concludit *Bart. in l. his
verbis. n. 3. ff. de hæred. instit. & in l. centurio. 15.
n. 33. ff. de vulg. & pupill. substit. Bero. in c. rainutius.
n. 53. de testam.* & de communi testatur
24 *Crass. in §. institutio. q. 5. n. 16.* † Et de verbo, succedat,
quod sit commune, est *tex. in l. non tantum.
in princ. ff. de fideicommis. libertat. l. restituta
§. fin. ff. ad trebell. c. rainaldus. de testam. Paris.*
qui de communi *cons. 18. n. 15 lib. 2.*

Stante igitur fideicommissaria substitutione erit
locus substituto, qui in casu, de quo agimus, vocatus
fuit in defectum filiorum, & descenden-
25 tium masculorum D. Andreæ, † cum per ipsius
obitum non sit amplius spes de illis, Vnde intrat
substitutio eorum, qui eis deficientibus vocati
sunt *l. lucius titius qui fratrem. 85. de hæred.
instituend. l. ex facto. 17. § si quis autem. ff. ad
trebell. Bart. in l. liberorum. col. vlt. in prin. vers.
quæro quid si in aliqua dispositione. n. 18. ff. de
verb. signific. cum alÿs per Ludouic. Molin. de
primogenit. hispan. lib. 3. c. 10. n. 19. & 20.* Quod
erit iuxta voluntatem testatoris mandantis assumi
eius nomen, & cognomen, atque insignia
26 familiæ, † per quorum delationem conseruatur
memoria tam domus, quam agnationis, & cognationis
ipsius *Paris. cons. 19. n. 36. lib. 2. An-
27 char. cons. 113. iura quæ loquuntur. n. 4.* † Itaut
ex hac conditione assumendi nomen & arma
familiæ à testatore adiecta censeatur fideicommissum
inductum, quamuis aliter de eo non
appareat, cum distinctione, de qua per *Ludouic.
Molin. de primogenit. hispan. lib. 1. c. 5. n. 34. &
lib. 2. c. 14. n. 7. post Francis. Pisein. de statut. excludent.
fœmin. n. 22. ad fin.*

Non obstat, quod simus in substitutione incerta,
quæ non debet valere, cum incertum, & nullum
æquiparentur *l. in tempus. §. 1. ff. de hæred. instit.
l. duo sunt titÿ. de testam. tut. Aym. cons. 104. n.
28 11. & cons. 231. n. 3.* † Quia cum certus de incertis
fuerit vocatus, valet substitutio *l. vnum
ex fratribus. de condit. instit. l. 2. §. si ita. ff. de bonor.
possess. secund. tab. Bart. in l. quidam ita. ff.*

de

de reb.dub. Contraria autem loquuntur, quando relinquitur incerto de incertis *Tiraq.de iur.pri mogenit.q.64.n.2.ad med.verf. iura autem*. Ita vt incertitudo substitutionis non obsit, quando in omnē euentum concludit *Aym.conf.147.n.3.*

Cum etiam sufficiat ex aliqua verisimilitudine 29 posse declarari substitutionem † *l. triticum. ff. de verb. obligat. Crot. in l. si insulam. eol. 1. ff. eod. tit. Guid. Pap. decis. 467. testator in testamento. n. 1.* Vbi sustinet substitutionem incertam quo ad vnum primogenitum, licet essent duo filij, quia defunctus voluit arma sua porta- 30 ri per substitutum, † quasi verisimile sit voluisse intelligere de primogenito, cum alias huiusmodi onus non conueniat, nisi vni, & maiori natu *Oldrad.conf. 31.in fin. Guliel. Bened.in c. rainutius. in verb. in eodem testamento relinquens. il 1 n.174. de testam. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. solut. 3. dub. 4. n. 8. in fin. Tiraq. de primogen. q. 64. n. 3.*

Adde, quod dicimus in simili de subrogato quo ad 31 litem & ius defuncti, † qui non censetur subrogatus ad possessionem, & prosecutionem causæ spolij, si subrogatio fuit simplex, nulla facta mentione in gratia de possessione, Quidquid aliud sit, quando lis erat solum super possesso- 32 rio, aut spolio, † Tunc enim verba subrogationis non dicentur incerta, sed verificabuntur perinde ac si de lite, & spolio nominatim dictum fuisset, cum nominatim dicatur facta expressio quando in vno tantum potest verificari *l. 1. ff. de liber. & posth. Abb. in c. ex parte. il 1. col. 2. de of- 33 fic. delegat.* † Vbi, quod specialis dicitur nominatio, quando clausula generalis in vno tantum potest verificari *Iaf. conf. 15. lib. 1.* Et in specie subrogationis *Mandos. reg. 29. q. 7. n. 7. & 8.*

Prout generale est, vt cesset incertitudo, quando 34 potest aliquo modo certificari † *Doctor. in l. 3. §. incertam. ff. de acq. possess. Tiraq. de iure const. limit. 19. p. 3.* vt de institutione, legatis ad pias causas, & similibus dispositionibus *Couar. in c. eum tibi. n. 12. de testam. Surd. conf. 378. n. 16. Oldrad. conf. 61. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 4. n. 18.*

Et facit decisio *Rotæ coram R.P.D. Orano. Sutri-* 35 *na monasterij. 29. aprilis. 1598.* † Vbi fuit declaratum non fuisse incertam personam institutam ab eo, qui hæredem instituit suis sumptibus ædificandum monasterium, quod non erat in rerum natura, quia licet ab initio relictum esset incertum, ex futuro tamen euentu fuit ita præfinitum, vt certum diceretur *Paris. conf. vlt. in fin. lib. 3.* Et ita in eadem causa resoluit iterum *Rot. coram eod. R.P.D. Orano. 8. iunij. 1598.* contra fabricam sancti Petri.

Adeo quod neque obstent verba priuilegiorum dictæ fabricæ Sancti Petri, dum requirūt specialem determinationem, & propria nomina per- 36 sonarum. † Cum etiam possit dici facta expressio nominibus proprijs, quando in eo, quod certificatur dispositio potest verificari *Mandos. reg. 29. q. 7. n. 7. cum alijs supra allegatis.* † Vl- 37 tra quod dicta verba sunt posita demonstratiue, non taxatiue *Paris. conf. 4. n. 36. lib. 4. Rot. coram Card. Seraphino. Lucana beneficiorum. 22. Iuny. 1580.* quæ est in impressis *diuers. decis. 684. n. 4 p. 1. & Papiens. Bonorum. 27. nouembris. 1596. coram eod.*

Vnde etiam non dicuntur incerta, quæ ab executoribus, & hæredibus certificantur per electionem, quando tractatur de puellis nubendis, 38 quamuis † a testatore non fuerint expressæ proprijs nominibus, prout sæpe fuit resolutum in Congregatione fabricæ Sancti Petri. Et multa quod ex prædictis huiusmodi dispositiones dicantur certæ, & sint habendæ pro expressis *Tiraq. leg. 16. connub. glos. 8. Gomes. tom. 1. c. 2. n. 7. Surd. conf. 143. n. 10. lib. 1.*

EPITOME.

Conuentio relata ad aliquam dispositionem quando intelligatur conditionaliter, seu causatiue. ¶ Et quid si adsint verba, prout, iuxta, & similia. ¶ Vel si agatur de damno vitando. ¶ Fideiussio vt dicatur idonea an Iudex arbitretur. ¶ Permutatio rei in fideicommisso an debeat esse talis, vt non violetur causa, propter quam testator prohibuit alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio referentis limitatur secundum illam, ad quam fit relatio.*
2 *Dictiones, prout, iuxta, & similes, quando sient causatiuè, vel conditionaliter. n. 3. & 4.*
5 *Error præsumitur in facto proprio, quando agitur de damno, vel perdendo lucrum acquisitum, quod æquiparatur damno. n. 6.*
7 *Conuentio relata ad aliquam dispositionem, intelligitur conditionaliter, non causatiuè propter damnum vitandum.*
8 *Error magis admittitur in idiotis.*
9 *Cautio promissa pro euictione debet intelligi de idonea.*
10 *Promittens cautionem idoneam debet probare, quod sit talis.*
11 *Iudex arbitratur habilitatem fideiussorum in discordia partium.*
12 *Arbitrio iudicis statur in iudicando quis sit idoneus.*
13 *Permutatio rei in fideicommisso debet esse talis, vt non violetur causa, propter quam testator prohibuit alienationem.*

CAPVT CCLXXXIX.

Pactum, de quo agebamus, Dixi non operari, cum fuerit in omnibus, & per omnia relatum ad Bullam, in qua cum de eo nihil appa- 1 pareat, † consequens est, vt dispositio referentis limitetur secundum illam dispositionem, ad quam fit relatio, itaut non debeat attendi, quod referens aliter disponat, quasi videatur errore ductus, cogitans quod dispositio, ad quam se refert, ita loqueretur *Alex. conf. 9. ponderatis. col.*

col. vlt. in princ. verf. et hoc faltem in cafu noftro. n.12. lib.5. cum alijs ibi adductis per *Natt. in addit. in fin. n.6.* latè *Dec. conf 63. pro tenui facultate. col.4. in fin. verf. nec obftat quod verba.*

Nec facit, quod ista verba, prout, iuxta, & similia, 2 stent causatiue, & interpretatiue, † non conditionaliter, & limitatiue tanquam adiecta dispositioni determinatæ, quasi iam constet de re certe concessa ab eo, qui potuit de nouo disponere *Iaf. in l. admonendi. in 1. lect. n.29. & in 2. lect.* 3 *n.40. de iureiur.* † Siue simus in vltimis voluntatibus, siue contractibus, & cæteris legalibus dispositionibus, vt late *per Ceuall. q.14. n.5. & 6. Surd. conf.540. n.7. lib.4.*

Quia hoc non procedit, quãdo dispositio, ad quam 4 fuit facta relatio reperitur, † & apparet, quod aliter loquatur, quam a referente dictum sit, tunc enim stat conditionaliter, & limitatiue, non causatiue *Menoch. conf.391. n.33. in princ. verf. præterea. lib.4.* post *Grammat. decif.59. n.9. & n.24. cum feq.*

Et magis ista interpretatio est sumenda propter euictionem, ad quam teneretur quis de re, quæ emitur in locum domus retractæ; Vnde cum tractetur de damno vitando, præsumitur, quod per errorem partes excesserint formam, & di- 5 spositionem Bullæ, † qui error magis præsumendus est etiam in facto proprio, quando agitur de damno *Glof. in l. cum de indebito. de probat. Bart. in l. poft diuifionem. in 2. notab. C. de iur.* 6 *& fact. ignor.* † Quod etiam erit, si tractetur de perdendo lucrum acquisitum, quasi illud æquiparetur damno *Glof. in l.1. §. fi quis autem propter. in verb. in integrum reftitutionem. ff. de itin. act. priuat. Alex. conf.164. præfuppono. col.2.* 7 *in fin. verf. & hoc procedit. lib.5.* † Et in specie conuentionis relatæ, quod propter damnum vitandum intelligatur conditionaliter, non causatiue *Dec. conf.63. col. penul. poft princ. verf. comprobatur ifta conclufio. n.6.* Vbi magis concludit hoc procedere, quando esset error pro- 8 babilis, † vt quia partes hoc non potuerunt cogitare, prout est in casu nostro, in quo contrahentes sunt idiotæ, nec sciunt tenorem Bullæ quid disponat circa huiusmodi cautiones, adeo vt tunc magis error admittatur *Bal. in l. ab ea. col. penult. C. quom. & quan. iudex. Innoc. in c. per tuas. il 2. de fimon.*

Præterea admisso etiam quod sit locus pacto, de quo tamen non constat ex supra allegatis; Ni- 9 hilominus † cum fuerit promissa cautio pro euictione intelligitur de idonea *Specul. de empt. & vendit. §.1. col.3 in princ. verf. fed fi venditor. per tex. in l. promiffor ftichi. 21. §. conftituto. ff. de conftit. pecun. Bertaz. clauf.42. glof.8. n.3.* Vnde non erit in potestate venditoris absque consensu ementis dare fideiussorem, præsertim quia etiam promissa fuit cautio idonea, quo ca- 10 su prius debet constare, † quod sit talis *Glof. in l. fi vero. 5. §. qui pro rei qualitate. in verb. dubitetur. ff. qui fatifd. cogant.* quam multum commendat *Bald. in l. non prius. 4. in prin. C. quand. fifc. vel priuat. Alex. conf.37. vifo & opportune.* 11 *col.2. poft princ. n.3. lib.2.* † Et in discordia partium super huiusmodi habilitate fideiussorum erit in arbitrio Iudicis declarare, quæ sufficiens & idonea cautio dici debeat, vt consulatur indemnitati emptoris *Felin. in c. ad noftram. 7. col.3. poft princ. verf quid autem fi ftatutum. n.8. in fin. de iureiur. Bald. in l. vniuerfas. 4. ad fin. verf ftatuto pofteriori. n.3. C. de precib. imperator. offerend.* Cum enim non omnia negotia, neque omnes personæ sint eiusdem conditionis, iuxta magnam, seu leuem qualitatem actus, de 12 quo agitur, illud idoneum censebitur, quod religioni iudicantis melius visum fuerit *Menoch. de arbitrar. caf.142. n.2. & 4.* vbi testatur de cõmuni opinione contra *Corfett. fing. 42. incip. cautio fimpliciter. ad med. verf. adde tamen. n.3.*

Quod magis inspiciendum erit, quia sumus in fi- 13 deicommisso, † in quo debet fieri permutatio, & subrogatio causa meliorandi, vt res permutata ita deseruiat, sicut res relicta à testatore ad hoc, vt non violetur causa, propter quam testator prohibuit alienationem *Felin. conf.42. col.3. in princ. n.4. poft Caftr. conf.16. alias. 269. dubitatur nunquid hofpitale. col.2. ante med. verf. fed in contrarium. n.1. Iacob. Mandell. conf.97. n.15.*

EPITOME.

IVramentum in secunda obligatione interpositum an intelligatur cumulatiue, vel extinctiue ad primam obligationem. ¶ Nouatio quomodo hodie fiat tam iure actionis, quam ope exceptionis, si interuenerit diuersa persona in promissione, seu sequatur transactio, sententia, laudum, prorogatio termini, longior dilatio, assecuratio cum pignoribus, vel fideiussoribus, temporis adiectio, vel detractio, cum similibus. ¶ Per statutum, vel consuetudinem, aut consensum partium an possit induci, vt fiat nouatio non seruata forma *l. fin. C. de nouation.* ¶ Clausula citra præiudicium, vel Iura iuribus addendo quando excludat nouationem. ¶ Per incompatibilitatem an nouatio fiat sine aliqua expresione. ¶ Obligatio secunda idem continens cum prima an sit nulla, & detur solum actio ex prima, & quo casu concedatur pluralitas obligationum. ¶ Dilatio concessa reo quando prosit fideiussori etiam ad impediendam obligationem cameralem. ¶ Transactio an sit contractus, vel distractus. ¶ Dispositio restricta ad vnam personam an extendatur ad aliam, si persona inclusa non gauderet dicta dispositione.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio olim fiebat ipfo iure, fi interueniffet in promiffione diuerfa perfona, Hodie vero non admittitur, neque ope exceptionis. n.2.*

3 *Per ftatutum, vel confuetudinem, aut confenfum partium, an poffit induci, vt fiat nouatio, non feruata forma l. fin. C. de nouation. n.4. & 5.*

6 *Consuetudo est optima legum interpres.*
7 *Nouatio improprie appellatur, quando prior obligatio manet, & noua forma ei adycitur, & est cumulatio.*
8 *Iuramentum in secunda obligatione interpositum, intelligitur additum cumulatiuè, non extinctiuè ad primam obligationem.*
9 *Sententia, & laudum habet vim nouationis cumulatiuè, Idem in prorogatione termini, longiori dilatione, assecuratione, & similibus. n. 10.*
11 *Nouatio an inducatur per transactionem. Et an requiratur, vt sit valida. n. 13. 14. & 16. Et quid si pristina iura sint reseruata. n. 30.*
12 *Transactio est distractus in quantū est liberatio, contractus autem in quantū est compromissio.*
15 *Impedimentum non praestat quod de iure non sortitur effectum.*
17 *Nouatio non dicitur facta, quando vltimus actus compatitur cum primo. n. 19.*
18 *Clausula, cassantes, & irritantes, non est necessaria in contractibus, vt intelligatur prioribus derogatum.*
20 *Pacta nituntur consensu partium.*
21 *Contraria non possunt simul stare.*
22 *Per incompatibilitatem nouatio fit sine aliqua expressione. Amplia vt n. 23.*
24 *Vltima quando derogent primis.*
25 *Clausula citra praeiudiciū, vel iura iuribus addēdo excludit nouationē. n. 26. Declara vt n. 29*
27 *Verba, quod non intelligatur in aliquo praeiudicatum aequipollent vniuersali negatiua, maximè si sint geminata. n. 28.*
31 *Temporis adiectio, vel detractio non facit nouationem, inducit tamen pactum de non petendo durante dilatione. n. 32. Et adueniente tempore poterit agi tam ex primo, quàm ex secundo pacto. n. 33.*
34 *Obligatio secunda idem continens cum prima, an sit nulla, & detur solum actio ex prima, & quando iura nolint pluralitatem obligationum. n. 35. & 36.*
37 *Interesse stipulatoris debet interuenire vt stipulatio valeat.*
38 *Dilatio concessa reo, quando prosit fideiussori.*
39 *Reus tanquam procurator in rem suam potest accipere defensionem fideiussoris ex sua persona, opponendo de beneficio sibi concesso pro suo interesse, ne conueniatur à fideiussore.*
40 *Dispositio restricta ad vnam personam extenditur ad aliam, quando persona inclusa non gauderet ea dispositione.*
41 *Fideiussor potest se tueri exceptione, quae competit principali debitori, etiam ad impediendam obligationem cameralem.*

CAPVT CCLXXXX.

PRo explicatione eorum, de quibus fuit quaestitum sunt firmandae infrascriptae conclusiones, ex quibus colligetur quid iudicandum sit in casu, de quo agimus.

Prima conclusio. Nouatio olim fiebat ipso iure, si diuersa persona interuenisset in promissione.

1 Hodie vero † non *per tex. in l. fin. C. de nouat.* quod adeo verum est, vt neque in hoc casu, vel in similibus, in quibus olim nouatio inducebatur, hodie nec saltem admittatur ope exceptio-

2 nis secundum veriorem sententiam, † de qua per *Cyn. Salicet. Castr. & alios in l. 2. d. nouat. Gabr. cons. 155. n. 17. lib. 1. & cons. 170. n. 2. lib. 2.* & seruat *Rot. per Crescent. decis. 77. alias 4. de solut.* prout etiam testatur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 3. n. 11. vers. & hanc quidem sententiam. & tit. 6. eod. lib. n. 6. Menoch. praesumpt. 134. n. 48. lib. 3. Mascard. con-*

3 *clus. 1107. n. 7.* † Vbi *n. 16.* ampliat quamuis statutum disponeret, quod nouatio praesumatur, cum per illud, nec per consuetudinem, aut consensum partium possit induci, vt fiat nouatio, nisi secundum formam, aut dispositionem *d. l. fin. C. de nouat.* quod etiam notat *Roncag. in l. 3. in princ. n. 16. de duob. reis. Barbat. cons. 37. col. 5. n. 7. & col. 8. in fin. n. 10. lib. 1. Ioseph. Ludouic. conclus. 4. col. 3. vers. ampliatur tertio.*

4 Quod † tamen non est ita simpliciter verum, prout dubitat *Menoc. de recuper. possess. remed. 9. n. 380.* vbi admittit pro multum notando, si

5 esset verum, † & adhaerendum esse consuetudini voluit *Ang. in l. qui vsumfructum. 57. post prin. vers. in quibusdā tamē locis. n. 2. ff. de verb. oblig.* quem sequitur *Socin. in l. qui vsumfructum. col. 3. in princ. vers. dicunt tamen. n. 7. de*

6 *verb. oblig.* † Vbi, quod erit seruanda talis consuetudo, quae est optima legum interpres *l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de leg.*

Secunda Conclusio. Improprie nouatio appella-

7 tur, quando prior obligatio manet, † & noua forma ei adijcitur, & vocatur cumulatiua quasi addatur secunda, non vt prior sit perempta, sed vt efficacius debeatur *l. obligationum fere. 43. §. fin. de action. & obligat. Glos. in l. 1. C. de iudic. l. duobus. de execut. rei iudic. Bart. in l. nepoti. de fund. instruct. Ias. in l. si insulam col. 10. ad med. vers. quaedam est nouatio. n. 20. de verb. obligat. Rota coram R. P. D. Bubalo. Foroliuien. praetēsi legati. 1582.* de qua per *Card. Mantic. de tacit.*

8 *& ambig. conuent. lib. 17. tit. 1. n. 3.* † Vbi ex hoc infert, quod iuramentum in secunda obligatione interpositum magis intelligitur additum accumulatiue, quàm extinctiue ad primam obligationem *Glos. in l. qui iurasse. §. fin. de iureiur. per tex. in l. eum qui. in princ. in verb. cum omissa. ff. eod. tit.* & ibi *Bart. col. 2. Rim. Iun. cons. 201. n. 20. & 21. lib. 2. post Ias. cons. 16. punctus totius. ad fin. vers. respondet & notabiliter. n. 3. lib. 1.*

9 Vbi † idem concludit in sententia, quae habet vim nouationis accumulatiuae, non extinctiuae, & in laudo arbitri, & in similibus dispositionibus, prout in prorogatione termini, & longiori dilatione, neque ad effectum excipiendi, neque si adijciatur obligatio fideiussori, vel pignorū

10 assignatio, † aut assecuratio, non enim intelligetur facta nouatio extinctiue, neque respectu priorum fideiussorum, aut pignorū, quibus non erit renunciatum, vt late omnes supradictos casus comprobat *Mascard. concl. 1107. n. 9. vsque ad n. 18. post Doct. in l. valerianus quae est penul. ff. de*

ff. de prætor. stipulat. Gabr. de fideiuss. conclus. 3.

Tertia Conclusio. Per transactionem, per quam sui natura receditur à prima obligatione, dicitur

11 inducta nouatio, † quasi non compatiatur transactio cum d. obligatione, & ideo per eam omnis prior obligatio tollitur, quando pro parte rei fuit adimpleta, & obseruata transactio *Gozad. cons.* 38 *col.* 2. *in fi. vers. secundo considero. n.* 9. *& col. vlt. in princ. vers. non obstant contraria. n.* 12 *per tex. in l. siue apud acta. & l. si pro fundo. C. de transact. l. si instituta.* 27. *in prin. ff. eod. tit.* quod etiam voluit *Roncag. in l.* 3. *in princ. n.* 19. *vers. videtur tamē quod in certo casu. C. de duob. reis Menoch. præsump.* 144. *n.* 42. *lib.* 3. late *Dec. cons.* 400. *viso eleganti. col. penult. in fi. vers. & ideo de tali compromisso & col. fi in princ. vers. per sententiam arbitralem. n.* 9. *&* 10. *Gabr. de nouat. cō*

12 *clus.* 1. *n.* 61. † Quasi transactio sit distractus in quantum est liberatio, cōtractus autem in quantum est promissio *l. quamuis. C. de transact. Bal. in rub. extr. eod. tit. in decretal. ante fi. vers. nunquid transactio. n.* 10. *&* 11.

In quo tamen notandum est, quod non solum requiritur, vt transactio fuerit adimpleta, ad hoc vt dicatur facta nouatio, vt dictum est ex

13 *Gozad. d. cons.* 38 *n.* 9. † sed etiam opus erit, vt transactio sit valida; Nam stipulatio inutilis non nouat præcedentem vtilem, quasi ex stipulatione inutili non nascatur noua obligatio, & sic non receditur à prima. & per consequens neque transactio nulla potest nouare præcedentem obligationem *c. constitutus. de transact. Bart in l. si instituta. in prin. ff. eod. tit. Rot. coram Card. Seraphino Prænestin. hæredit.* 19. *februarij.* 1582. quā sequitur *Card. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib.* 17. *tit.* 1. *n.* 11. & voluit *Alex. cons.* 193. *perspectis instrumentis. col.* 2. *ad med. vers. confirmo quia per secundum. n.* 3. *lib.* 6. *Purpur. in l. pacta nouissima. col.* 2. *in fi. vers. quarto regula limita-*

14 *tur. n.* 14. *C. de pact.* † vbi ampliat ad conuentionem fraude, vel dolo initam *l. iurisgentium. §. si fraudandi ff. de pact.* Quasi non præstet impedi-

15 mentum, quod de iure non sortitur effectum † *c. non præstat. de reg. iur. in* 6. de quo multa *Fel. in c. ex tenore. col.* 3. *de rescrip.* licet si fuisset obser-

16 uata, tolleretur omnis difficultas † *Dec. cons.* 164 *col penult. in princ. n.* 15.

Quarta Conclusio. Magis permanet prior obligatio, & posterior dat incrementum, & non est tacita nouatio, quando vltimus actus compatitur cum primo, vt in emptione eiusdem rei, vel in

17 similibus casibus, † si enim essent incompatibiles, diceretur recessum à priori per secundum *Bal. in d. vlt. col.* 1. *ad med. vers. vt quando forte n.* 1. *C. de nouat.* late *Menoch. præsump.* 134. *n.* 39. *&* 40. *lib.* 3. *& cons.* 381. *n.* 32. *&* 33. *lib.* 4. sequitur *Rot. corā Card. Seraph. Roman. extinctionis census.* 15. *iunij.* 1584. de qua per *Card. Māt. de tac. & ambig. conuent. lib.* 17. *tit.* 3. *n.* 13. Et est *tex. in l. si quis ante. vers. idem pomponius. de acquiren. possess. l sancimus. C. de sent. Alex. cons.* 193. *n.* 3. *lib.* 6. *Dec. cons.* 400. *col. penult. ad fin. vers. & his stantibus non esset opus. n.* 9. *& cons.* 564. *n.* 15. *& cons.* 464. *placet cōclusio. n.* 4. *&* 5. *Cagn. in l. singularia. n.* 102. *ff. si cert. pet. Ceph. cons.* 454. *n.* 18.

18 *Aym. cons.* 167. *n.* 9. † Neque enim in contractibus necesse est apponere clausulam illam cassantes, & irritantes omnem alium contractum, quia tacitè intelligitur ei derogatum *Bald. in c.* 1. *de*

19 *transact.* † Quare cum inter se non conueniant ipso facto, per secundum censetur derogatum primo *Dec. cons.* 463. *n.* 6. Nam pacta sortiūtur cō

20 sensu partium † *l.* 1. *de pact.* Vnde faciendo conuentiones contrarias primis, constat, quod ipsæ partes voluerunt ab illis recedere, quasi contra-

21 ria non possint simul stare † *l. vbi repugnantia. de reg. iur. Rimin. Iun. cōs.* 306. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 3. Per incompatibilitatem enim fit nouatio sine

22 aliqua expressione † *Gabr. cons.* 81 *n.* 3. *lib.* 1. *Rot. diuers. decis.* 262. *n.* 5. *p.* 2. *Decian. cons.* 21. *n.* 69. *lib.* 1.

Quæ adeo vera sunt, vt procedant non solum, quādo secundus contractus non est compatibilis cum primo in totum, sed etiam si fuerit in parte

23 † quia etiam intelligetur recessum à primo in illa parte, in qua se non compatiuntur *Gabr. cons.* 170. *n.* 5. *lib.* 2. Vltima enim derogant primis, quando inuicem pugnant, & contradicunt,

24 & concordari non possunt, prout in contractibus, statutis, verbis sententiæ, & similibus concludit *Dec. in l. pacta nouissima.* 12. *n.* 5. *C. de pact.*

Quinta Conclusio. Multo magis excluderetur nouatio, & à primo contractu non esset recessum

25 per secundum, † quando apposita fuisset clausula citra præiudicium, vel iura iuribus addendo, tunc enim apparet de consensu partium vo-

26 lentium reseruare iura pristina *Gozad. cons.* 38. *n.* 2. *Grat. cons.* 126. *n.* 8. *lib.* 1. † Vbi quod tunc magis primus contractus dicitur approbatus *Rot. coram Card. Seraphino Melphien. fructuum* 24. *ianuarij.* 1583. de qua *per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 17. *n.* 16. *tit.* 1. *Rot. di-*

27 *uers. decis.* 30. *in fin. p.* 2. † Maxime si dicatur non intelligi in aliquo præiudicatū, hoc enim æquipollet vniuersali negatiuæ, idest, nullo modo *l. si is qui ducenta. §. vtrum ff. de reb. dub.* Et magis

28 si essent verba geminata, quouis modo, † vel nullo modo *l. vbi autem non apparet. de verb. oblig. Fel. in c. ex parte. de constit.*

Ista autem reseruatio operabitur, quando non induceretur contrarietas, illa enim existente esset

29 recessum à primo contractu † non obstante d. reseruatione, intelligetur enim solum quo ad hypothecam existentem in d. bonis reseruatis, vel pro pter euictionē, quæ posset cōtingere, si quis haberet iura in eisdem bonis ante secundum instrumentum, vel ob fideiussores, vel ob quid simile, vt per *Bar. in l. si quis aliam.* 46. *in princ. ff.*

30 *de solut.* † Quare si quis dederit aliquid insolutū, vel transegerit, erit facta nouatio, neq; licebit amplius ad primæuam actionem redire, quamuis pristina iura sibi reseruasset, non enim intelligentur omnia iura reseruata, sed solum ea, in quibus non cadit contrarietas, vt in specie declarat *Gozad. cons.* 38. *col. vlt. in princip. vers. non obstat secundum. n.* 12

Sexta Conclusio. Quamuis per additionem, vel detractionem temporis non inducatur nouatio 31 *l. fin. C. de nouat.* † Ideo neque fideiussores liberantur *Glos. in l. si cum haeres. C. locat.* cum alijs *per Gabr. de pactis for. concl. 3.* Tamen ista prorogatio, & dilatio operabitur, vt illa pendente nō possit ni obstia inferri debitori non in vim nouationis, sed virtute ipsius prorogationis, ne alias illa dilatio sit superflua, debet enim valere, & operari pactum de non petendo; 32 † Itaut quamuis possit agi etiam ex prima actione tanquam non nouata, tamen hoc intelligitur post dilationem finitam concessam in secundo contractu, cum in hoc stipulationes sint contrariae, & nō se compatiantur, quasi vna contineat vnum tempus, altera vero aliud, & longius, ideo in hac parte erit locus huiusmodi 33 exceptioni, quae obstabit agenti ex prima, † licet adueniente tempore sit in electione actoris agere, ex qua voluerit, quod etiam erit, quando prima esset pura, secunda conditionalis, prout declarat *Imol. in l. valerianus. quae est penul. col. 3 ante fin. & col. 6. ad med. vers. & si dicas etiā esse sufficientem. n. 4. ff. de praetor. stipul. & ibi Castr. ad fin. vers. idem ergo erat si prima stipulatio. n. 4. Alex. cons. 72. habita opportuna. col. penult. post med. vers. nec obstat quod ibi. n. 8. lib. 6. Gabr. de nouat. conclus. 1. n. 6. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 4. n. 4. in fin. vers. qui etiam fatetur. lib. 17.* late *Surd. cons. 345. n. 21. 35. & 36. lib. 3. Mascard. concl. 1107. n. 13.*

Neque obstat, quod quando bis idem promittitur, 34 secunda promissio habeatur pro non facta, † & nihil operetur, sed solum detur actio ex prima promissione *l. qui bis idem de verb. oblig. Alex. in l. singularia. n. 10. ff. si cert. petat. Castr. in l. licet. §. ea obligatio. de procur.* Quasi idem vinculū non possit multiplicari, nisi primū sit inefficax, 35 cum iura nolint pluralitatem obligationū † ex posteriori contractu, qui venit ad executionem primi siue ex interuallo, siue incontinenti factae fuerint etiam sub commemoratione primae, tam in contractibus, quam in legatis, mandatis, & similibus dispositionibus, vt latissime declarat *Surd. cons. 298. n. 40. vsque ad n. 45. lib. 2.*

Quia illud procedit, quādo in secunda obligatione nihil aliud contineretur, quam in prima, 36 tunc † enim secunda habetur pro nulla, & ex ea non datur actio, quasi nihil operetur, & lex abhorreat superfluitatem; Aliud est quando in secunda obligatione adest aliquod interesse debitoris, prout longior dilatio, aut quid simile non contentum in prima; Nam hoc casu propter istud commodum, & interesse sustinebitur etiam secunda obligatio, ne alias dilatio in ea data reddatur frustratoria, & nihil operetur, non quod penitus prima sit extincta, quia etiam ex ea poterit agi, sed quod valeat posterior tanquam quid plus continens commodi, quod non erat in priori, adeo vt per secundam detur exceptio, donec dilatio durat, cū possint simul stare, vt duae obligationes valeant respectu diuersorum capitum, prout late declarat *Surd. cons. 345. n. 18. vsque ad n. 22. & n. 36. vers. secūdo respondeo. lib. 3.* & concludunt omnes *in d. l. qui bis idē. 18. ff. de verb. oblig. vbi Glos. in verb. nō tenetur. post prin. vers. sed contra. & ibi Ias. in princ. vers. ratio istius. n. 2. Alex. in 2. notab. &* 37 *est tex. in l. si dari. ff. de verb. oblig.* † Vbi debet interuenire interesse stipulatoris, vt stipulatio valeat, cum ad hoc sit inuenta, vt quis stipuletur quod sua interest *§. alteri. instit. de inut. stipul. l. stipulatio ista. §. alteri ff. de verbor. obligat. Ias. in d. l. si dari. in princ. ff. eod. tit.*

Septima conclusio. Huiusmodi dilatio quamuis fuerit facta reo, tamen proderit etiam fideius- 38 sori, † licet enim fideiussor non gaudeat dilatione concessa principali *Bald. in l. 2. C. de precib. imp. offer. Surd. cōs. 327. n. 23. lib. 3.* Tamē proderit oppositio rei, qui tanquam procurator in rē suā poterit accipere defensionem fideiusso- 39 ris ex sua persona, † & opponere beneficium dilationis, cum enim sit necessarius defensor est speciale in eo, vt possit iuuari ex iure proprio ipsius defensoris opponendo de beneficio sibi concesso pro suo interesse, ne conueniatur a fideiussore *Imol. in l. cum filius §. 1. in fin. vbi Ias. n. 49. de verb. oblig. Matth. Coler. de process. execut. c. 3. in fin. p. 1. n. 22.* cū alijs quos ad- 40 duxi *sup. c. 12. per tot.* † vbi etiam multa quod dispositio restricta ad vnam personam extenderetur ad aliam, quando persona inclusa non gauderet ea dispositione, quia sic per indirectum frauderetur eius beneficio *Imol. in l. stichum. §. quod vulgo. post Bar. ibi col. 1. ad med. n. 2. ff. de solut. per tex. in l. idemque. §. generaliter. ff. mandat.* late *Cald. de restit. in integr. in verb. minoribus. n. 50. ad med. Surd. cons. 345. n. 12. lib.* 41 *3* † Adeo quod fideiussor poterit se tueri exceptione, quae competit principali debitori etiam ad impediendam obligationem cameralem *Rot. corā R. P. D. Robusterio Roman. pecuniaria de bubalinis. 7. nouēbris. 1572. de qua per Card. Mātic. de tac. et ambig. cōuen. lib. 16. tit. 15. n. 14.*

Ex praedictis colligitur non potuisse molestari neque reum principalem, neque fideiussores, stante dilatione concessa in secundo contractu non obstante protestatione, & reseruatione iurium, quamuis enim non fuerit facta nouatio per dilationem neque ipso iure, nec ope exceptionis, Itaut secunda obligatio sit potius cumulatiua, non extinctiua primae, vt dictum fuit *in prima et secunda conclusione.* Tamē aliud est quando contractus inuicem se non compatiuntur, in illa enim parte, in qua adest repugnantia censetur ipso facto inducta nouatio saltem virtute prorogationis, cū obstet exceptio pacti de non petendo, Adeo, vt protestatio solū operetur quo ad illa iura, in quibus non cadit contrarietas tam respectu rei, quam fideiussoris, ad cuius defensionem pro suo interesse admittitur reus tanquam necessarius defensor, vt possit se iuuare dilatione, ne alias molestetur a fideiussore, vt in 3. 4. 5. 6. & 7. conclusione dictum fuit.

EPI-

EPITOME.

BEneficium vnitũ an dicatur tale post vnionem, & de eo sit necessaria mentio in impetratione. ¶ Episcopatus duo vniti quomodo regantur per vnum Episcopum, & debeat fieri denominatio, & remaneant pristina iura, & præheminentiæ. ¶ Quod caret effectu quomodo careat nomine. ¶ Ecclesia parochialis, an dicatur curata, si habeat curam habitu, & non actu. ¶ Comes quis proprie possit dici, & an bonis fortunæ lapsus retineat dignitatem. ¶ Constitutio de qua in *c. licet canon. de elect. in 6.* an habeat locum in Ecclesia, quæ habuit parochianos, & nunc habere desinit. ¶ Nomina appellatiua siue ab euentu an durent stante habitu quamuis cesset exercitium. ¶ Impetrans beneficium, an teneatur facere mentionem de primo, quod habebat nomine, & non re. ¶ Priuilegia Aduocatorum, clericorum, & similium an dentur illis, qui desierunt exercere. ¶ Parochialis an debeat esse Ecclesia actu, & habitu cessante regula de idiomate. ¶ Cura habitualis tantum an sit exprimenda in gratia ad euitandam subreptionem. ¶ Cathedralis Ecclesia an desinat esse talis, si careat clero, & populo. ¶ Cõstitutiones Imperiales an ligent ciuitatem rebellem, quæ incipit obedire. ¶ Renuncians Episcopatui an retineat ordinem, & dignitatem episcopalem, & an careat absolute iurisdictione, & an conferat indulgentias, si alius Episcopus ei delegaret talem potestatem. ¶ Et an in resignatione Episcopatus titulus, & denominatio reseruetur. ¶ Legatum Scholari, Doctori, & Mercatori an debeatur, si tales non exerceant. ¶ Episcopi titulares, & nullatenen. & qui renuntiarunt episcopatui, vel fuerunt eo priuati, & quorum loca occupantur ab infidelibus an sit vocandi ad Concilium. ¶ Et quid in similibus Commendatarijs, Abbatibus, & Prothonotarijs. ¶ Habentes cathedrales plures ad inuicem annexas, quando habeant plures voces in Concilio. ¶ Prohibitio facta legatis, vt se non intromittant in Ecclesijs collegiatis, an comprehendat etiam eas, quæ sunt habitu collegiatæ. ¶ Episcopi habentes nomen sine administratione, quomodo differant ab alijs, & an sint proprie Episcopi, & eorum beneficia vacẽt per assecutionem similium Episcopatuum. ¶ Et an tales Ecclesiæ dicantur cathedrales. ¶ De Anna, qui dicebatur Pontifex, cum tamen non esset anni illius, sed Caiphas. ¶ Et quare Iesus ductus ad Annam, cum non esset Pontifex.

SVMMARIVM.

1 *Translatum debet sumere naturam illius, ad quem fuit facta translatio.*

2 *Dignitas suppressa, seu alteri vnita debet denominari ab ea, cui fit annexio, & incorporatio.*

3 *Incorporationis, & confusionis vis, & effectus.*

4 *Beneficium vnitum non dicitur amplius prout dicebatur ante vnionem, neque de eo est necessaria mentio in impetratione.*

5 *Episcopatus duo vniti quomodo regantur per vnum Episcopum, & debeat fieri denominatio, ac remaneant pristina iura, & preheminentia.*

6 *Si re priueris nec nomen habere mereris.*

7 *Nomine caret, quod caret effectu. Intellige vt n. 8. & 9.*

10 *Cui non competit definitio, nec definitum.*

11 *Fratres mendicantes non dicuntur, quibus non competit nomen mendicantium.*

12 *Beneficium curatum non dicitur, nisi habeat populum, & clerum.*

13 *Datum rei, vel nomini cessat extincta re, vel nomine.*

14 *Peculium extinctum perdit nomen peculij. Idem in emphyteusi, & tutela finita. n. 15.*

16 *Ecclesia parochialis an dicatur curata, si habeat curam habitu tantum, non actu. n. 39. Et quid in pœnalibus. n. 40. 41. & 42.*

17 *Comes proprie quis possit dici. Et an bonis fortunæ lapsus retineat dignitatem. n. 64.*

18 *Episcopi nullatenen. an sint proprie Episcopi. & n. 63.*

19 *Qui non est Episcopus non debet vti insignijs Episcopalibus.*

20 *Priuilegium, quod conceditur ratione officij debet esse actu, & habitu.*

21 *Officialis non administrans non habetur pro creato.*

22 *Constitutio de qua in c. licet canon. de elect. in 6. non habet locum in ecclesia, quæ habuit parochianos, & nunc habere desinit.*

23 *Collegium deficit, & perdit nomen deficientibus personis collegij.*

24 *Impetrans beneficium non tenetur facere mentionẽ de primo, quod habebat nomine & non re.*

25 *Nomina appellatiua siue ab euentu an durent stante habitu, quamuis cesset exercitium. n. 26. 27. & 28.*

29 *Priuilegium Aduocatorum, Clericorum, & similium habentium dignitatem an detur solum ijs, qui actualiter exercent, vel etiam illis, qui desierunt exercere. n. 30. & 31.*

32 *Prætor, Iudex, & Aduocatus an dicantur tales finito officio.*

33 *Episcopus est quidam Prætor, & Magistratus in sua diœcesi.*

34 *Tutor in habitu quamuis nihil gerat an possit dici tutor.*

35 *Episcopus æquiparatur tutori.*

36 *Insula appellatur talis quamuis non sit amplius de præsenti.*

37 *Ciuitas carens Episcopo, quem prius habebat, potest vocari ciuitas.*

38 *Ciuitates multæ sine Episcopis in Alemania.*

43 *Parochialis an debeat esse ecclesia actu, & habitu, cessante regula de idiomate.*

44 *Cura habitualis tantum an sit exprimenda in gratia ad euitandam surreptionem.*

45 *Constitutiones Imperiales an ligent ciuitatem rebellem, quæ incipit obedire.*

46 *Ecclesia curata in habitu recuperat actum statim, quod ibi sunt parochiani.*

CAPVT CCLXXXXI.

NOn posse Archiepiscopum N. amplius denominari Episcopum B. dicebatur in casu nostro proposito. Cum enim talis Episcopatus fuerit in totum dismembratus, & concessus omnino [illegible] Abbati B. sequitur, † vt facta translatione de vno ad alium, quod transfertur, debeat sumere naturam illius, ad quem fuit facta translatio. [illegible] in prine. vers. si vero de vno. ne sed. vacant. aliq. innou. siue enim ista dignitas supprimatur, † vel alteri vniatur, seu subijciatur, vel extinguatur, debet semper denominatio illius extingui, & assumere illam, cui fit subiectio, annexio, seu incorporatio, itaut fit vnum corpus, & vnum de altero efficiatur *Alphons. Hoied. de incompatibil. beneficior. p.2.c.3.n.3.tom.15.p.1.f.167.* ex notatis per *Bart. in l. si conuenerit. la 2. §. si nuda. de pignorat. act. Bald. & Felin. in c. translato. de constitut. Alex. cons. 114. in causa & lite. n.19. lib.4.* & late explicat *Mandos. reg.12.q.1.n.6.* vbi de vi, † & effectu verbi incorporationis, & confusionis *Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione largitus. n.182. C. de reuocand. donation.* Adeo vt vnitum beneficium non dicatur amplius beneficium, quemadmodum dicebatur ante vnionem, † neque de eo fit necessaria mentio in impetratione, quasi portio accrescens conuertatur in naturam eius rei, cui accrescit cum omnibus priuilegijs illi competentibus amittẽdo penitus primum nomen *Oldrad. cons. 257. factum tale. col.5. n.15. & 18. Feder. de Sen. de permutat. n.33.* & late declarat *Hoied. de incompatibil. beneficior. p.2. c. 3. n.11.* cum alijs per *Mandos. reg.22.q.13.n.18. vsque ad n. 23. & reg.12.q.1.n.3. & 4.* † Vbi etiam de duobus Episcopatibus vnitis quomodo regantur per vnum Episcopum, & debeat fieri denominatio, & retineant sua iura, & præheminentias *c. & temporis. & c. præcipimus. 16. q.1.*

Et est regula generalis, quod si re priueris, nec nomen habere mereris † *c. dicat. in fin. 32. q.4. c. fratrem. 86. distinct. c. si cupis. 16. q.1. l. à nulla. 41. C. de serijs.* Quod enim caret effectu etiam nomine caret, † *l. cum precibus. C. de probation. Canar. de execution. instrum. q.13. n.26. ad med. Socin. cons. 213. lib.1. Barbat. in c. translato. de consanguin. Alber. in l. decernimus. C. de sacros. eccles.* † Maxime quando nomen significaret substantiam, vel qualitatem necessariam in esse alicuius subiecti *l. lucius. de fideicommiss. libertatib. l. tale pactum. 41. §. fin. de pact. l. tutelas. de capit. diminut.* † Quidquid aliud sit, quando nomen significaret solam demonstrationem *l. si cognatis. de reb. dub.* prout distinguit *Bald. in c. vnic. in fin. n.7. vers. notabis illud vulgare. de milit. vassall. qui arm. bell. depon. Euerard. in loco ab ethimolog. vocabul. n.12. Nicol. Moron. de fid. treug. & pac. q.77. n.3. vsque ad n.11.*

Ideo dicitur, quod cui non competit definitio, nec definitum † *Bart. in l. si quis seruo. in 2. notab. C. de furt. Felin. in c. querelam. col.3. n.7. de iureiur.* † Vnde non dicuntur fratres mendicantes, quibus non competit definitio mendicantium, atque appellatur beneficium curatum, † nisi habeat populum, & clerum *Mandos. reg.3. q.9. n.1. & 2.*

Et facit, quia data morte rei, vel nomini cessat extincta re, aut nomine † *Salic. in l. fin. n.2. in 3. notab. C. de inoffic. testam.* Vbi de peculio extincto, quod perdit nomen peculij *Surd. cons.106. n. 36. & 37. lib.1.* † vbi de emphyteusi, & tutela finita, & similibus dispositionibus, quæ perdunt nomen, quasi illud restringatur ad tempus in quo durant † *Idem Surd. cons.460. n.61. vsque ad n.68. lib.4. & decis.85. n.4.*

Hinc videmus, quod Ecclesia parochialis dicitur curata, si fuerit habitu simul, † & actu curata, non autem si habitu tantum, neque enim sufficit

sufficit nomen, seu habitus, sed requiritur res & actus *Abb. in c. de multa. 28. in fin. de praeben. Mascard. conclus. 588. n. 3. cum alijs per Gonzalez. ad reg. 8. cancell. glos. 6. n. 89.*

Quare etiam Comes proprie dicitur, qui inuestitus est de comitatu, Vnde sine eo non habebit 17 nomen Comitis, † nisi abusiue, prout Comites Sacri Palatij, qui creant Tabelliones, & dant tutores, non enim dicuntur proprie Comites *Bald. in c. 1. ad med. n. 2. quis dicat. com.* per notata 18 *in l. 1. de tutor. & curat. dat. ab his.* † Et de Episcopis nullatenen. quod non dicantur proprie tales, sed abusiue, vt Comites Palatini *Gomes. reg. de annal. q. 47. n. 4. Mandos. reg. 26. q. 4. in fin. n. 6.*

Vnde etiam qui non est Episcopus non debet de- 19 ferre insignia Episcopalia † *Bart. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 10. Cortil. de nobilit. p. 3. n. 169. ad med. tom. 16. fol. 10.*

Prout quoque quādo priuilegium, aut beneficium 20 concederetur ratione officij, † non sufficit beneficium in nomine, & habitu, sed requiritur, quod sit in actu, & habitu *Bald. in l. sed & milites. 10. §. primipilaris. de excusat. tutor. Paris de Put. de sindicat. in verb. electio. vers. in officijs. 21 n. 7. tom. 7. f. 264.* † Cum etiam officialis, qui non administrat non habeatur pro creato, neque prodest creatio, nisi secuta sit administratio *Paris de Put. ibid. vers. ex tribus. n. 7.*

Adde, quod si Ecclesia habuit olim parochianos, & nunc habere desinit, non habet locum consti- 22 tutio, † de qua *in c. licet canon. 14. de elect. in 6.* prout ibi notat *Glos. in verb. parochialis*, Quia deficientibus personis Collegij deficit Colle- 23 gium, † & nomen Collegij *l. sicut municipij. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. nomin.* Quidquid aliud sit quando reinciperent ibi esse parochiani, tunc enim constitutio verificaretur, quia est facta parochialis & reuolauit ad *4. c. ab exordio. 35. distinct.*

Quemadmodum etiam habens beneficium nomine, sed non re, impetrando aliud beneficium, 24 non † tenetur de primo facere mentionem *Bald. in l. si is quis tres tutelas. 34. §. cum qui. ff. de excusat. tutor.*

Quibus tamen, & similibus non obstantibus Verius est non competere praetensam actionem di- 25 missionis nominis Episcopatus, † cum sufficiat aliquid esse in habitu, & potentia, licet non sit in actu, vnde nomina appellatiua, siue ab euentu durant stante habitu, quamuis cesset exercitium *Iacob. Butrig. & Bart. in prohem. digestor. Butr. Gemin. & Panormit. in prohem. decret.* 26 Maxime † quando habitus est de facili reducibilis ad actum *Albert. Brun. de rebus dub. in 27 fin. n. 6. tom. 18. f. 368.* † Quidquid aliud sit, quando verba requirerent actum, & habitum simul *Idem Albert. Brun. ibid. n. 7. post Gemin. in prohem. decret. gregor. & Felin. conclus. 4.* Quid- 28 quid † aliud sit, quando is, qui est talis in habitu, & potentia, & promptus ad actum, data occurrentia diuertisset, nulla existente causa legitima ab exercitio, & actualitate *Brun. de reb. dub. in fin. n. 7. vers. secundo limita. post Cardin.* per eum allegatum *cons. 135. lucius titius. col. 1.*

Secundo priuilegium nedum datur eis, qui actua- 29 liter exercent aliquam dignitatem, † sed etiam illis, qui desierunt exercere, prout de priuilegio Aduocatorū concludit *Bon. de Cortil. de nobilit. p. 5. n. 9. tom. 16. fol. 15. post Bar. in l. 1. C. de aduocat. diuers. iudic. Felin. in c. quae in ecclesia- 30 rum. col. 25. de constitut.* † Intelligendo dummodo materia non sit talis, quae requirat habitum, & actum simul, Tunc enim quamuis aliquis retineret nomen appellatiuum, & de facili res esset reducibilis ad actum, non tamen retineret priuilegia nominis, si priuaretur exercitio, vt de Canonico excommunicato, qui licet retineat in habitu nomen Canonici, & de facili possit absolui, non vocabitur ad electionem, 31 quidquid † aliud sit in his, quae dantur Clericis in honorem ordinis clericalis, non immediate propter seruitia, quae faciunt Ecclesiae, vt priuilegium fori, quod habent Clerici etiam non seruientes, vt late declarat *Felin. in prohem. decretal. in verb. gregorius. col. vlt. in princ. vers. tertio limita. n. 44.*

Tertio Praetor, Iudex, & Aduocatus etiam finito 32 officio vocantur Praetores, † Iudices, & Aduocati in memoriam pristinae dignitatis *Cortil. de nobilit. p. 5. n. 9.* Cum etiam Episcopus sit quasi 33 quidam Praetor, & Magistratus in sua † dioecesi *Rimin. in c. canonum statuta. n. 32. de constitut. tom. 2. fol. 103.*

Quarto dicitur etiam quis tutor in habitu, licet in 34 actu administrationis nihil gerat † *Bald. in l. si is qui tres tutelas. 34. §. cum qui. ff. de excusat. tutor.* Vnde etiam Episcopus, qui aequiparatur 35 Tutori † *Garzias de vltim. fin. iur. canonic. n. 403. tom. 1. fol. 127.* Et facit, quod dicitur de in- 36 sula quae appellatur insula, † quamuis amplius non sit de praesenti *Bart. in l. insula. 56. de ac- 37 quir. rer. domin.* † Et de Ciuitate carente Episcopo, quae si antiquitus illum habuit, potest appellari ciuitas *Bart. in extrauag. qui sint rebell. 38 in verb. lombardia. n. 5.* † Et de multis ciuitatibus in Alemania sine Episcopis habetur *in c. audiuimus. 3. q. 2. Add. ad Bart. in d. verb. lombardia. in addit. incip. ciuitas.*

Quinto Ecclesia habet, & retinet nomen curatae, 39 quae est curata tantū nomine, & habitu, † quāuis non habeat populum, & curā actu, cum sufficiat quod talis sit ex institutione, quasi illa cura in animas sit inseparabilis, prout de vera opinione secundum Canonistas docet *Bald. in l. sed & milites. 10. §. primipilarij. ff. de excusat. tut. & in l. si is qui tres tutelas. 34. §. cum qui. ff. eod. tit. Cardin. in clem. 1. q. 23. col. penult. n. 20. de offic. vicar. Albert. Brun. de reb. dub. in fin. n. 6. Capr. 40 conclus. 90. n. 74. cum seq.* † Quidquid alij supra allegati *vers. bine videmus. n. 39.* contrarium sentiant: Quia debent intelligi quando essemus in poenalibus, cum ad hoc, vt Ecclesia dicatur parochialis sufficiat auctoritas Superioris, qui illam vti talem constituit, & sic sufficit habitus.

41 tus, ne Ecclesia sine culpa sua iura perdat; † Et ita etiam in pœnalibus loquitur *Duen. reg. 71. vers. quarto fallit. n.4.* prout etiam *Hoied. de incompatibil. beneficior. p.1. c.13. n.10. & 53. li-* 42 *mit. 12. to. 15. p.1. f.121. & 123.* † Et distinctionem casus fauorabilis, & pœnalis refert quoque *Gabr. cons. 191. n.5. lib. 1.* vbi testatur de magis vera, & communi sententia, cum alijs per *Man-* 43 *dos. reg. 20. q. 11. n.2.* † vbi etiã *in fin.* tenet, quod cessante ratione regulæ de idiomate, non erit locus, nisi actu, & habitu sit parochialis, & ita testatur fuisse decisum *in Rota*, Vnde etiam mentio curæ habitualis tantum non erit facien-44 da, † neque gratia erit subreptitia, Maxime in iam impetratis, quidquid alias in impetrandis tutius esset facere mentionem, & quidquid concludi debeat, quando Ecclesia paulo ante parochianos amisit, & adest probabilis spes recuperationis actus, vt late concludit *Gabr. cons. 191. per tot. lib. 1.* Quamuis neque esset considerabile, quod possit accidere, vt actum recuperet, nam inspicitur præsens status, nec habetur ratio futurorum, quæ possunt esse, vel non esse *Caßador. decis. 16. n.2. de præbend.*

Et adeo solus habitus est in consideratione, vt quamuis Imperator non velit imponere legem, nisi illis, de quibus est spes, quod obediant, Ta-45 men † si contingat, quod post legem conditam aliqua Ciuitas incipiat obedire, quæ prius erat rebellis, Constitutiones Imperiales prius factæ ligant huiusmodi ciuitatem; Nam vniuersalia recipiunt augmentum, & diminutionem, maxime quia ista acquisitio non est noua acquisitio in vniuersali dominio, sed est reddere ciuitatem suæ formæ, & statui naturali, Vnde merito dispositio superioris sibi adaptatur, Exem-46 plo † Ecclesiæ curatæ in habitu, non in actu, nam statim quod ibi sunt parochiani, recuperant actum, qui egreditur de potentia habitus ad actum, siue de proprio habitu; Quare licet contra rebelles non sit dominium in actu, Tamen est in habitu, adeo vt si subsequatur actus debeat trahi ad habitum, Ita late omnia prædicta declarat *Bald. in l.1. col. 2. in princip. C. de sacros. eccles.*

Sexto idem est in Ecclesia Cathedrali, quæ non 47 desinit esse cathedralis, † quamuis careat clero, & populo, cum non debeat dependere à potestate populi facere desinere illam esse cathedralem *Imol. in clem. in plerisque. col.2. in princ. n. 9. de election.* Desineret tamen esse talis, quan-48 do fuisset passa aratrum † ad tex. *in l. an vsusfructus. ff. de vsufruct.* Quando tamen hoc fieret auctoritate superioris, alias secus *Innoc. in c.2. de nou. oper. nunciat. & in c. grauem. de sent. excommun. Imol. in d. clem. in plerisque.* 49 *n.9. de election.* † Itaut si in hoc casu Episcopus ageret nomine d. Ecclesiæ, obstaret exceptio, quod caret populo, & clero, quia hoc potest probari saltem indirecte, adeo vt probata d. exceptione, constet, quod ille non est Episcopus, nec esse potest *Innoc. in c. nihil. de election. Imol. in clem. in plerisque. col.2. in princip. n.9. eod. tit. Archidiacon. in c. alienationes. 12. q.2.*

Septimo. In resignatione Episcopatus, titulus & 50 denominatio solet hodie reseruari † *Mandos. de signat. grat. in verb. fructuum reseruationes. col.1. vers. titulus & denominatio.* Quod est secundũ regulas Iuris, cum tales retineant ordinẽ 51 & dignitatem Episcopalẽ † *c.1. de ordin. ab episc. qui renunc. episcopat. Socin. cons. 160. n.5. lib. 2. Paris. de resig. lib. 1. q.17. n.8. & lib. 6. q.1. n. 62.* 52 *& 63.* † Intelligendo quãdo renunciatur solum loco, quoties scilicet fit renunciatio ciuitatis, nempe curæ, & administrationis illius Ecclesiæ *c. ad supplicationem. de renunciat.* Hoc enim casu non amittitur dignitas, Quare poterit renun-53 cians appellari Episcopus, † & ita procedit stylus, per quem conceditur, vt retineat nomen Episcopi illius Ecclesiæ, quam renunciauit, vt dictum est, Cum aliud sit quando renunciatio fieret loco, & dignitati, tunc enim renuncians amittit Ecclesiam, denominationem, ac dignitatem propter crimen *Paris. de resign. lib. 1. q.17.* 54 *n.10. & lib. 8. q.5. n.43. & 46.* † Ita tamen vt in dubio præsumatur solum renũciatum loco, non autem dignitati, cum possit stare dignitas sine loco *c.1. de ordinat. ab episcop. qui renunc. & ibi* 55 *Abb. in fin. n.8. Fusc. de visit. lib. 2. c.28. n.10.* † Ne præsumatur criminosus, qui renunciauit, prout præsumendum esset, si diceremus illum etiã renunciasse dignitati, quasi ob crimen hoc censeatur fecisse *c. post translationẽ. de renunc.* Et multas differentias inter eum, qui renunciat loco 56 solum, & qui loco, & dignitati ponunt † *Doctores in c. cupientes. §. denique. de elect. in 6. Maiol. de irregularit. lib. 3. c.6. n.8. cum alijs per Paris. de resignat. lib. 1. q.17. n.13. vsque ad n.21.*

Octauo. Qui renunciauit Episcopatui non caret 57 absolute iurisdictione Episcopali, † sed caret quia non habet subditos, Episcopus tamen est, & habet iurisdictionem in habitu, Vnde quamuis alias Episcopus, qui renunciauit, non concedat indulgentias, Tamen hoc non est, quia careat iurisdictione Episcopali, Nam si ei delegaretur talis potestas ab alio Episcopo, qui haberet subditos, posset virtute delegata conferre indulgentias tamquam habens iurisdictionem in habitu, & per delegationem in exercitio *Rosell. de indulgent. n. 349. tom. 14. fol. 155.*

Nono. Doctor quamuis non docens dicitur Doctor, prout nec minus dicendus est Mercator, 58 licet † quis actu non mercetur, Nec scholaris quamuis non semper intret scholas, cum ista nomina durent stante habitu, etiam si cesset exercitium ipsius nominis *Felin. in probem. decretal. in verb. gregorius. col. 11. post princ. vers. nomen appellatiuum. n.38.* vbi dicit multum notandum, nam quandoque fiunt legata Mer-59 catoribus, † vel scholaribus, & similibus, à quibus non excludentur, sed legata percipient, qui sunt tales habitu, & nomine, licet non exercitio *Bart. in l.1. C. de colleg. lib. 11. & in rubr. C. de nauicular. eod. lib. post Glos. in c. statutum. de elect. in 6.*

Deco-

Decimo. Non debet attendi; quod aliqui non 60 habeant administrationem, aut locum, † cum etiam sine illis possint nominari Episcopi, adeo vt tales, quamuis solum titulares, & nullatenen. debeant vocari ad Concilium, sicut alij Episcopi, cum retineant dignitatem Episcopalem, & omnia quæ coherent personæ, quasi sint Episcopi generales licet non administratione, Tamen numero, ordine, & honore, & sic omnia poterunt, quæ sunt ordinis, & dignita- 61 tis Episcopalis, cũ solum careant loco, † prout idem erit in illis, qui renunciassent Episcopatui, quando tamen renunciarunt loco tantum, non ordini, dignitati, & loco, cum illi cesserint solum oneri, non honori, ideo retinent dignitatem, quæ in concilio videtur magis attendẽda, quia nullus Episcoporum potest prætendere iurisdictionem dandi vocem in Concilio generali, plus quam alius Episcopus, & ideo non dicitur esse specialis iurisdictionis istius, vel illius Ecclesiæ, sed in vniuersali Ecclesia Episcopus, & in concreto cum alijs Episcopis repræsentantibus Ecclesiam, de quorum corpore est etiam talis, qui renunciauit, cum Episcopi existentes in Concilio recipiant omnes iurisdictionem in genere a Papa, & non ratione alicuius particularis Ecclesiæ, quamuis postponerentur Episcopis retinentibus locum, 62 & dignitatem, † quod etiam esset in alijs spoliatis Episcopatu, vel quorum loca occupantur ab infidelibus, Et idem in Commendatarijs Cathedralium Ecclesiarum, Prothonotarijs, Abbatibus, & similibus, de quibus late *Iacobat.* qui omnia supradicta declarat *in tract. de concil. lib. 1. art. 2. n. 68. vsque ad n. 75. tom. 13. f.* 63 *212.* † Et de Patriarchis, & Episcopis, qui proprie dicuntur tales quo ad dignitatem, licet habeant Episcopatum nudi nominis *Menoch. de arbitrar. cas. 68. n. 53. post Aleiat. in l. liber ho-* 64 *mo n. 6. & 7. ff. de verbor obligat.* † Quidquid sit in Comitibus, & Marchionibus bonis fortunæ lapsis, qui non retinent dignitatem quamuis nudum nomen retineant iuxta declarationem *Menoc. de arbitrar. d. cas. 68. n. 54. post Alciat. de singular. certam. c. 32. in fin.*

Et cum isti Episcopi in Ecclesia vniuersali habeãt vocem in Concilio, quamuis sint sine loco, & 65 titulo, vt dictum est, sequitur quod habentes plures Cathedrales inuicem annexas non habebunt plures voces, quando scilicet vna esset vnita alteri extinctiue, Quidquid aliud sit quando essent duæ principaliter vnitæ, & vnus ambas retineret, vel quando vnus Episcopus haberet duas Ecclesias Cathedrales vnam in titulum, & aliam in commendam, Vox enim Prælatorum habetur non ratione Ecclesiarum, sed dignitatis Episcopalis in persona, vnde vnica tantum debet esse in vna persona, & pro vnica voce videtur recipienda, argumento *l. si plures. ff. de pact. Bart. in l. si consul. de adoption.* & notat in specie *Iacobat. de concil. lib. 2. art. 2. n. 77. tom. 13. fol. 212.*

Vndecimo. Ab initio quælibet cathedralis Ecclesia fuit instituta cum clero, populo, redditi- 66 bus, † & omnibus alijs requisitis, Vnde quamuis ex post facto ista defecerint, Tamen quod postea euenit non est considerandum, & per consequens non debet perdi denominatio attẽto initio congruo *l. sed an vltro. in fin. de negot. gest.* Immo cum sit in potentia recuperandi omnia, & vetus titulus integer remanserit, ita considerabilis erit talis Episcopatus, sicut alij prout in terminis declarat *Mandos. reg. 26. q. 4. n. 2. ante fin. vers. amplius cum ab initio.*

Duodecimo. Prohibitio facta Legatis, vt non se intromittant in Ecclesijs collegiatis, com- 67 prehendit etiam illas, † quæ sunt habitu tantum collegiatæ, non actu, quando de iure communi competit illud, de quo agitur, quidquid aliud sit, si competeret ex priuilegio, quia tunc oportet, quod adsit vsus priuilegij, vt illud propter quod est datum priuilegiũ, duret actu, & habitu, Quia ius commune est fortius, & fauorabilius priuilegio, dummodo tamen auctoritate superioris non esset effecta Ecclesia non collegiata, vt late declarat *Gemin. in c. deliberatione. §. volentes. ad fin. vers. sed pone. de offic. legat.*

Decimotertio. Episcopi qui habent solum nomen sine administratione propter eorum Ecclesias existentes apud infideles possunt dici Episcopi 68 cum † tales Ecclesiæ dicuntur cathedrales, sicut aliæ *clem. in plerisque. de electio.* ideo priora beneficia vacant per assecutionem talium Episcopatuum facta Episcopali intronizatione, vel si non adsit locus ad intronizandum facto alio simili actu, vt concludit *Cardin. in d. clem. in plerisque. ad fin. de election.* quem sequitur *Rebuf. super concordat. rubr. de mãdat. apostolic. §. statuimus. in verb. ecclesias cathedrales. vers.* 69 *quid si episcopatus possessionem.* † Quamuis contrarium tanquam magis æquum, quod non vacent dicta beneficia sequatur *Mãdos. regul. 26 de benefic. vacantib. per promot. q. 4. n. 3. ad fin. vers. partem negatiuam.* Vbi etiã *n. 6.* quod 70 tales Episcopi differunt ab alijs † *Bald. in auth. licentiam. post med. C. de episcop. & cleric. Sarnens. in reg. de annal. q. 47. n. 4.*

Neque obstat, quod requiratur, vt specialiter re- 71 seruetur denominatio in Consistorio, † ad hoc vt Episcopus, qui renunciauit retineat nomen Episcopatus *Paris. de resignat. lib. 6. q. 1. n. 65.* Quia in casu nostro præsupponitur per tempus immemorabile plus quam tercentum annorum Episcopum semper retinuisse huiusmodi nomẽ; Quamuis non haberet administrationem, & 72 locum, † Vnde sequitur præsumendum esse, quod specialiter illud fuerit ei reseruatum, cum spatium tanti temporis, immo multo minoris faciat præsumere omnia solemniter acta fuisse, late *Gabr. cons. 88. n. 17. vsque ad n. 23. lib. 1.*

Quibus adde generale esse, vt retineantur ista nomina dignitatum, vt multis exemplis potest 73 comprobari: quæ consulto omitto, † Et sufficiat illud de Anna, qui fuerat quidem, non tamen erat Pontifex anni illius, sed Caiphas, vnde

Vnde etiam *Ioseph. de bell. iudaic. lib.* 2. eos appellare solitus erat Pontifices, qui pontificatu functi fuerant, quamuis tunc Pontifices non essent, sicut apud nos qui Episcopatui renunciat, Episcopi tamen nomen non amittit, & meminit etiam *Carthag. lib.* 10. *homil.* 7. *in prin fol.* 70. † vbi quoque multa quare ad Annam ductus Iesus, cum non esset Pontifex.

Accedat quia etiam est honor, & decus huius Ecclesiæ, vt retineatur istud nomen Episcopi.

EPITOME.

Renunciatio, & remissio pignoris tam per Virum, quam fœminam quando porrigatur vltra res, personas, causas, & cōtractus, quibus renunciatum est. ¶ Intellectus *l. iubemus C. ad velleian.* ¶ Et an in ea contineatur ius speciale. ¶ Fideicommissarius consentiens alienationi rei per fideicommissum sibi restituendæ an præiudicet sibi tam in re, quam in eius pretio. ¶ Iuramentum quando habeat vim specialis expressionis. ¶ Donatio aliquarum rerum cum clausula generali quo casu cōprehendat alias res vltra donatas. ¶ Quietatio vniuersalis de omni, & quocunque debito an referatur solum ad speciem contractus, cuius contemplatione illa fuit facta. ¶ Alienatio rei dotalis quando possit confirmari soluto matrimonio, cum res pleno iure pertinet ad mulierue, seu maritum.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia prolata respectu certa causa finalis restringuntur ad d. causam & n.* 20.

2 *Renunciatio respectu vnius personæ an extendatur ad aliam.*

3 *Remissio pignoris facta per mulierem, & consensus alienationi præstitus non porrigitur vltra res, personas, & contractus, quibus renunciatum est.*

4 *Renunciatio vxoris, vt valeat, non debet habere aliam promissionem annexam, ne dicatur intercedere pro viro.*

5 *Vxor renuncians aliquibus bonis sibi non præiudicat si alia non extant.*

6 *Renunciatio est stricti iuris, & est intelligenda, vt minus lædat mulierem renunciantem.*

7 *Per approbationem vnius non censetur quis approbare alterum.*

8 *Fideicommissarius cōsentiens alienationi rei per fideicommissum sibi restituēdæ præiudicat sibi quo ad ipsam rem, quam non poterit vendicare non quo ad pretium ipsius rei.*

9 *Mulier consentiens alienationi videtur remisisse hypothecā quo ad illā rem, non quo ad hypothecam aliorum bonorum sua dotis. n.* 11. *et* 19. *Amplia stante iuramento. n.* 10. *& generalitate verborum. n.* 12.

13 *Iuramentum quando habeat vi specialis expressionis.*

14 *In donatione aliquarum rerum ecclesia cum clausula generali quando veniant solum res donatæ, vel fiat extensio ad alias.*

15 *Socius faciens plenam liberationem de omni debito occasione societatis quamuis subiungat ex quacunque occasione, & titulo, non tamen intelligitur quittare, nisi ex causa contractus præcedentis.*

16 *Intellectus l. iubemus C. ad velleian. Et an in ea contineatur ius speciale.*

17 *Habens plures hypothecas in re per renunciationem vnius non censetur remittere hypothecam diuersam. Et si quid si habeat tantum vnam hypothecam in re an censeatur renunciare respectu omnium creditorum. n.* 18.

21 *Renuncians in dubio videtur renunciare respectu omnium. Fallit in muliere. n.* 22.

23 *Alienatio rei dotalis facta a muliere de consensu viri est nulla, & datur reuocatio non solum constante matrimonio, sed illo quoque soluto non posset confirmari, quamuis res pleno iure pertineat ad mulierem. Limita vt n.* 24. *&* 25.

CAPVT CCLXXXXII.

Approbatio contractus, de quo agimus, facta per vxorem fuit solum ad effectum, vt valeret venditio census dotalis pro omni suo iure, & interesse, non autem vt releuaret indemnem fideiussorem sui mariti, Ideo quamuis fuerit approbatio generalis, tamen debet restringi ad speciem, † Nam verba 1 licet sint vniuersalia, Nihilominus sunt prolata respectu certæ causæ finalis in specie, Vnde causa in specie restringit dictum in genere *Bald.* in terminis *in l. iubemus.* 21. *in princ. n.* 1. *in* 1. *notab. C. ad velleian. Dec. cons.* 379. *requisitus col.* 2. *in fin. vers. & ad id facit. n.* 6. *& cons.* 551. *iuridicam. n.* 9.

Maxime quia ista renunciatio iuris mulieris super dicto censu d tali cōcernit fauorē emptoris eiusdem census, cuius respectu facta est, † Vnde 2 non debet extendi vltra personam illius *Glos. in l.* 3. *in verb. non læsit. in fin. C. de remiss. pignor. Bart. in l. sicut.* 8. *§. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solutt. Bero. cons.* 74. *n.* 23.

Quæ interpretatio magis facienda est, quia sumus in muliere renunciante ius suum dotale, cuius fauore specialiter inductum est, † vt re- 3 missio pignoris per eam facta, & consensus alienationi præstitus non porrigatur vltra personas, res, & contractus, quibus renunciatum est, quidquid aliud sit in cæteris remittentibus pignus, qui censentur indistincte illud remisisse quo ad omnes *Bart. in l. vlt. in fin. C. de remiss. pignor. & in l. iubemus. post prin. oppos.* 2. *C. ad velleian. Bald. in l. etiam.* 1. *in princ. C. eod. tit. Mascard. conclus.* 1173. *n.* 42.

Præsertim quia renunciatio mulieris, vt valeat, non debet habere aliam promissionem annexā 4 quia tunc diceretur intercedere pro viro, quod esset prohibitum, Vnde debet stare in simplici renunciatione hypothecæ, quæ proprie loquendo est quædam priuatio, non pactio, aut intercessio

tercessio *Bald.in l.iubemus.in* 3. *& 4. oppos.* C. *ad velleian.*

Ex quibus colligitur solum fuisse exclusam Vxorem per huiusmodi approbationem, & consensum à bonis, quibus renunciauit, non autem ab 5 alijs, in quibus potest esse sibi consultum, † Itaut si alia non extent, neque renunciatio aliquid operetur *Bart.in l.meuia.*50.*§.vlt.in fin. n.*4.*ff. solut.matrim.Paris.cons.*75.*n.*16. *lib.* 3. *Ceuall. q.*3.*n.*14.

Et facit, quia licet ista approbatio possct intelligi tam respectu renunciationis iuris hypothecæ, quam releuationis indemnitatis, Tamē sufficit, 6 vt operetur solum remissionem pignoris, † vt minus lædat mulierem, cum renunciatio sit stricti iuris, & illam interpretemur, vt minus contineat *l. si domus.de seruitut.rust.prædior. Dec. cons.*618. *in casu proposito. ad fin. Gozad. cons.* 7 42. *n.* 20. † Adeo vt per approbationem vnius non censeatur quis approbare alterum, prout per renunciationem vnius non videtur renunciare alteri, nisi esset accessorium ad illud *Castr. cons.*431.*in fin.lib.*1. *Alex.in l suum.* C.*de iur. deliber.Seraph.priuil.iuram.*95.*n.*6.

Exemplo fideicommissarij, qui si consentit alienationi rei per fideicommissum sibi restituendę, li- 8 cet † sibi præiudicet quo ad ipsam rem, quam non poterit vēdicare, non tamen facit sibi præiudicium, quo minus possit petere pretium, seu alienationem ipsius rei *l. si fundum per fideicommissum.ff.de legat.*1. *Corn. cons.*3. *col.penult. post med. vers.insuper consentiens alienationi.lib.*3.*Seraph.priuil.iuramen.*95. *n.*6.

Et de consentiente alienationi, quod solum videatur remisisse hypothecem quo ad illam rem, 9 non † autem censeatur propterea renunciasse suæ doti, & hypothecæ quo ad alia concludit *Castr.cons.*117. *alias.*70. *breuiter in casu præsenti. in princ.lib.*2. sequitur multum commendans *Ias.in l.si vnus. §.ante omnia. ad fin. vers. secunda regula.n.*8.*ff.de pact. Gerard.sing.* 32. *tene menti. Boer.decis.*23.*col.*3.*in fin.vers.quemadmodum etiam dicimus. n.*9. *Rom.cons.*132. *in fin.*vbi *Mandos.*alios adducit *Tiraq.de retract.* 10 *lignag.§.*1.*glos.*9.*n.*163. † Quamuis consenserit cum iuramento, quia semper pretium æstimationem, & dotem recuperabit *Guter.de iuram. confirmat.p.*1.*c.*1.*n.*14. *Ceuall. q.*3.*n.*8.vbi de communi, & quod est multum notandum in praxi, quia contrarium vulgus rusticorum existimat post *Gomes.* per cum allegatum *in l.* 53. *taur. n.*37.*late Io.Nicol.Arelat.in l.generaliter. n.*38. *C.de secund.nupt.Menoch. cons.*319.*n.*16. 11 *lib.* 4. † Cum ista renunciatio, quæ insurgit ex consensu præstito alienationi non extendatur, aut dilatetur vltra illam rem *Rom. cons.*132. *in fin.n.*3. Quasi semper sit inspicienda causa, ob quam fuit præstitus consensus, vt scilicet alienatio valeret, quod debet considerari, vt tanto magis restringatur renunciatio, non obstante 12 generalitate verborum, † & alijs clausulis in renunciatione appositis, quæ non ampliant dispositionem tanquam accessoriæ, & executiuæ nulla habita consideratione iuramenti, quod non supplet consensum, nec auget, aut ampliat principalem dispositionem, & solum refertur ad casum, de quo loquitur, & cuius occasione præstitum est, licet enim habeat vim specia- 13 lis expressionis, † & dispositionis, tamen intelligitur, quando adest consensus, & deficit solemnitas, secus in casu, in quo idem consensus deficeret, prout late omnia prædicta declarat *Paris.cons.*49.*col.*6. *ad fin.n.*43. *vsque ad n.*50.*lib.*3.

Quibus adde simile, de quo per *Rom.cons.*284 Vbi de donante quasdam res Ecclesiæ cum pacto, 14 vt † eum deberet alere vita sua durante, & quod dicta bona donata non posset donator alienare, sed omnia post eius mortem sint Ecclesiæ, In hac enim donatione non venient nisi res donatæ, quia illa clausula generalis post mortem, debet solum determinare res in conuentione specificatas, cum illarum contemplatione fuerit facta conuentio, & sic ad eas tantummodo restringetur per *l.iubemus.C.ad velleian.* sequitur *Ruin.cons.*210.*n.*2.*vers.sed præmissis non obstantibus.lib.*1.*Menoch.cons.*319.*n.*18. *lib.*4. *Felin.in c.sedes.*15.*col.*7.*post princ. vers. & dicit ludouicus. n.*4. *in fin.* Vbi etiam multa similia ad hoc propositum adducit.

Vnde etiam socius, si fecit plenam liberationem de 15 omni debito occasione societatis, † quamuis subiungat ex quacunque occasione, & titulo, Tamen intelligitur ratione societatis, cuius contemplatione est facta quietatio ob illam rationem, quia semper verba generalia restringuntur ad speciem contractus præcedentis *Abb. cons.* 114. *lib.* 2. *per l.si ex pluribus. de solut.* & sequitur *Ruin. cons.* 210. *col.* 3. *post med. vers. comprobantur etiam præmissa. lib.* 1. ex notatis per *Bart.in l.aurelio.§.caius.de liberat.legat.& in l.sub prætextu.*C.*de transact.*

Quæ adeo vera sunt vt dispositio *l.iubemus.* C. *ad* 16 *velleian.* nullum contineat speciale, † cum generaliter renunciatio facta in certa re, vel causa ad diuersam non extendatur *Ias. in l.si vnus. §.ante omnia.in fin.ff.de pact. Gerard. sing.* 32. Intelligendo tamen, quod si quis habet plures 17 hypothecas in re, † & renunciat vnam, talis renunciatio nunquam extendetur ad hypothecā diuersam *l.vir vxori.§.*1.*ff.ad velleian.Rom. cons.*132. *in fin.* Et in his terminis dicendum est in *d. l. iubemus.* nullum speciale contineri, sed generalem esse huiusmodi dispositionem 18 quo ad omnes, † Secus autem quando quis tantum haberet vnam hypothecam in re, & illam renunciauerit tacite, vel expresse, tunc enim respectu omnium creditorum sibi præiudicat *l.paulus.in princ.ff.quib mod.pign.vel hypoth.soluit.* Prout etiam si quis habens plures hypothecas in re, & vnam renunciauerit respectu renunciatæ sibi præiudicat quo ad omnes, quidquid aliud sit in muliere, cuius indefinita renunciatio hypothecæ restringitur ad eam 19 personam, † & contractum, de quo agebatur, & quo ad eas tantum renuncians sibi præiudicabit

cabit, & in hoc *l. iubemus* continet ius speciale fauore mulieris, cum in alijs casibus cōtrarium esset dicendum, vt superius dictum est, & est distinctio approbata per *Doctores*, vt testatur *Barbos. in l. 1. p. 5. n. 71. & 72. ff solut. matrim.*

20 Vbi † si constet creditorem renunciasse tantum respectu certæ personæ, vel causæ, tunc standum est certo *l. si creditor. 12. §. fin. ff. qui potior. in pignor. habeant.*

21 † In dubio autem masculus respectu omnium videtur renunciasse *l. paulus. in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut.*

22 † In muliere autem standum est decisioni *l. iubemus. C. ad velleian.* quod etiam voluit *Neguf. de pignorib. p. 6. memb. 3. n. 14.* vbi ita intelligit *Salic. in l. fin. n. 3. C. de remiss. pignor.* & sequitur *Mascard. conclus. 1173. n. 42.*

Amplius quamuis etiam mulier alienasset rem

23 dotalem de consensu viri, † talis alienatio esset non solum nulla, itaut constante matrimonio daretur reuocatio, sed etiam soluto matrimonio non posset eadem alienatio confirmari, licet tunc res pleno iure pertineret ad mulierem; Vnde libere poterit mulier rem alienatam petere, & reuocare à quolibet possessore, siue emptor sit sciens, siue ignorans, quia hoc casu proprie militat fauor, & priuilegium mulierum in earum dotibus; Vnde neque tenebitur de euictione, nec ad pretij restitutionem, cum respectu eius contractus fuerit nullus, & cum sit domina dotis, & sibi pertineat soluto matrimonio non poterit contractus confirmari, neque per possessorem conuentum impediri, nec aliqua exceptione, vel retentione defendi, cum etiam intersit mulieris sibi conseruari rem dotalem, soluto quoque matrimonio, vt possit iterato

24 nubere, † Quidquid aliud sit in marito, qui si vendidit rem dotalem, confirmatur talis venditio, si postea soluto matrimonio efficiatur dominus, & successor, quasi per ius superueniens alienatio confirmetur, & ita secundum prædictam distinctionem procedit *tex. in l. cum vir. 42. ff. de vsucapion.* & ibi notat *Imol. col. 8. post med. vers. sed tunc est dubium. n. 16. Idem Imol. in c. cum contingat. col. 13. ad med. vers. nunc restat videre. n. 22. de iureiur. Ant. Gomes. ad l. 50. taur. n. 62. ad med.* vbi testatur de veriori opinione *Bald. Nouell. de dot. p. 7. priuil. 1. n. 14. limitat. 11. post med.*

25 † Quid autem sit stante iuramento alibi dicetur Deo dante, & multa *Imol. in d. c. cum contingat. n. 22. & in d. l. cum vir. Alex. in l. meuia. §. fin. ff. solut. matrim. Roland. consil. 2. n. 80. lib. 1.* cum alijs late per *Addent. ad Seraphin. priuil. iuram. 95. n. 4. & 7. Gutierez. de iuram. confirmat. p. 1. c. 1. n. 19.*

EPITOME.

Inquilini, coloni, adscriptitij, & similes quando sint idonei testes pro domino. ¶ Et quid in causa, in qua est mixtum commodum, & incommodum ipsorum. ¶ Identitas qualiter sit probanda, & an sit præsumenda pluralitas. ¶ Dominus alicuius rei an præsumatur aliarum, quæ sunt intra fines ipsius, & an præsumptio resultans ex alijs bonis, quæ actor possidet in aliquo loco, sufficiat vt possit iudicari ad fauorem ipsius quo ad illa bona, de quibus est controuersia. ¶ Dominium quando probetur ex testibus deponentibus vidisse aliquem possidere spatio quadraginta annorum, quamuis non constet de titulo, ex quo præscripserit. ¶ Et de varijs modis probandi dominium, & an sola possessio, coniecturæ, & indicia admittantur. ¶ Testes de fama an probent stante temporis diuturnitate, si prætendatur mutatio confinium, vel nominum.

SVMMARIVM.

1 *Identitas debet probari per confinia, & demonstrationes.*
2 *Pluralitas præsumitur in rebus, seu corporibus.*
3 *Identitas non est probanda, quando dispositio in illa re verificaretur.*
4 *Inquilini, & coloni an sint idonei testes pro domino. & n. 5.*
6 *Testis in causa propria non admittitur.*
7 *Interesse quando repellat testem. Et quid in causa, in qua est mixtum commodum, & incommodum ipsius. n. 8.*
9 *Præsumptio resultans ex alijs bonis, quæ actor possidet in aliquo loco an sufficiat, vt possit iudicari ad fauorem ipsius quo ad illa bona, de quibus est controuersia.*
10 *Dominus alicuius rei an præsumatur quoque aliarum, quæ sunt intra fines ipsius.*
11 *Dominium ex sola possessione quando probetur. & n. 12. Et quid si non fuit suspensum petitorium, sed actum tam super eo, quàm super possessorio. n. 13.*
14 *Testes de fama sufficiunt stante temporis diuturnitate, quamuis prætendatur mutatio confinium, & nominum.*
15 *Dominium probatur ex testibus deponentibus vidisse aliquem possidere per spatium quadraginta annorum, quamuis non constet de titulo, ex quo præscripserit.*
16 *Coniecturæ, & indicia an admittantur in probatione dominij.*
17 *Possessio, & dominium an probentur per descriptionem in catastro, instrumentum locationis, & solutionem affictus. & n. 18.*

CAPVT CCLXXXXIII.

Probationem, de qua agebamus, Dixi non concludere, cum testes solum deponant, quod alias actores habuerunt domum inhabitatam, seu casalenum prope locum, de quo in

1 actis, † cum tamen vlterius debuissent deponere super identitate ipsiusmet casaleni, de quo erat controuersia per confinia, & demonstrationes ad hoc, vt de eo posset liquide constare *Corn. cons. 143. col. 3. ad fin. lib. 4. Aym. cons. 198. n. 4. & cons. 112. n. 3.*

2 † Cum in rebus, seu corporibus præsumatur pluralitas *Io. Andr. in c. audi-*

c. auditis. de praescript. Bart. in l. demonstratio falsa. de condit. & demonstrat. Maxime quia sumus in loco non habitato, in quo non poterant adesse plura casalena, quo casu magis est probanda identitas, 3 † quasi non constet, quod dispositio solum in illa re verificetur, quidquid alias hoc sufficeret etiam non obstante diuersitate confinium *Aym. cons. 112. n. 5. & cons. 198. n. 2. post princ. vers. fortius scribit.*

Et quamuis hoc satis esset ad excludendam probationem actoris, & actionem per eum intentatam. Nihilominus ad maiorem cautelam fuit per reum conuentum sufficienter probatum casalenum exaduerso praetensum fuisse coopertum, & redactum ad vsum habitationis, & istud de quo agimus ad eundem reum spectare, prout ex testibus, de quibus in processu, 4 † qui licet sint inquilini, tamen probant, cum non possint dici domestici, ideo nihil est quod impediat eorum testimonium pro domino domus *Alex. de Neuo. cons. 71. in praesenti causa. n. 2. Farinac. de oppos. contr. person. test. q. 55. n. 222.*

Non obstant, quae exaduerso allegãtur, Quia procedunt in colonis, qui non admittuntur ad testificandum pro domino, quando essent adscriptitij, aut tales, 5 † quibus posset imperari; Nam in alijs partiarijs, aut similibus nihil repugnat, quod non admittantur tam super proprietate fundi, quam super possessione, quando non disputaretur de portione fructuũ ad colonos pertinẽte *Salic. in l. quoniam liberi. n. 7. C. de testib. Alex. cons. 57. in causa & lite. col. penult. post princ. vers. praeterea. & vers. accedit conclusio. n. 14. & 15. lib. 7.* & ita de consuetudine seruari testatur *Socin. Iun. cons. 135. n. 8. lib. 2. Gabr. de testib. conclus. 10. n. 58. in fin. vers. tenendo tamen primam. Mascard conclus 320 n. 3. Auffr. de testib. n. 21. Aret. cons. 13. col. 8. ad med. vers. ex quo patet. n. 15. Bald. cons. 444. ad euidentiam. in fin. n. 4. lib. 1.*

Nec facit quod propter vsum dicti casaleni videantur inquilini non esse idonei testes 6 † tanquam deponentes in causa propria *l. omnibus. C. de testib.* Quia ista commoditas non debet eos excludere tamquam dependens a locatione hospitij, in qua si non poterunt manuteneri a Dominis, erit remittenda pensio, & sic nullum eis fiet praeiudicium, ad hoc enim vt repellatur colonus, vel similis propter interesse, vel commodum debet esse respectu eius, 7 † quod concernit personam ipsius, & ad eum pertinet, non autem de spectantibus ad dominum, prout si ageretur de fructibus fundi, in quibus partem praetenderet; secus si de proprietate, aut possessione rei ipsius domini *Gabr. de testib. conclus. 10. n. 58.* Vbi *n. 70.* subdit 8 † quod etiam talis recipietur in testem in causa, in qua mixtum est commodum, & incommodum ipsius, nec potest eius commodum ab incommodo separari *Anchar. in c. super eo. il 2. vers. quarto hic colligitur. de testib.*

Minus obstat praesumptio resultans ex alijs bonis, quae actor praetendit ibidem possidere, 9 † ex

Stephani Gratiani

quibus poterit Iudex induci ad inclusionem istius casaleni. Quia hoc non sufficit, & Doctores exaduerso allegati loquuntur, quãdo concurrerẽt plures praesumptiones iuris & in his quae sunt difficilis probationis, quia tunc apud Iudicem facient plenam probationem, prout loquitur *Decis. Rot. coram R. P. D. Cotta Tiburtina Castri Sambuci. 15. Aprilis. 1575. Cassador. decis. 7. n. 4. de dol. et cõtumac.* & declarat *Castr. cons. 143. viso processu & attestationibus. col. 2. ante med. vers. dico igitur concludẽdo. n. 2. lib. 2. Bald. in c. cum causam. de probat. Socin. cõs. 187. in controuersia. col. 5. ad fin. vers. nam ratione n. 13. lib. 2. Aym. cons. 73. n. 19. Roman. cons. 7. visis necessarijs. n. 3. vers. ex pluralitate enim Socin. Iun. cons. 32. n. 24. lib. 2.*

Immo si ista praesumptio sufficit, hoc erit potius ad fauorem rei conuenti, qui habet contiguum hospitium, & alia bona ipsi casaleno, & sic in paribus praesumptionibus reus erit praeferendus 10 cum † etiam Dominus alicuius rei praesumatur quoque aliarũ, quae sunt intra fines ipsius *Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. col. vlt. in princ. vers. contrarium videtur. q. 22. Paris. cons. 27. n. 13. lib. 1. Socin. cons. 15. col. 2. ante med. vers. ex quibus elicitur. lib. 3. Mascar. cõclus. 552. n. 6.*

Accedat ad fauorem rei possessio antiqua probata per testes spatio quadraginta annorum, & 11 eo amplius. † ex qua sola possessione probaretur etiam dominium tamquam deductum in iudicio excipiendo, cum non sit fundata intentio partis aduersae *Bart. in l. quidam in suo. ante med. n. 4. vers. sed ego dico ff. de condit. institut. per tex. in l. ob maritorum. 2. C. ne vxor pro marit. Ruin. cons. 55. col. penult. in princ. n. 7. lib. 4. Aret. cons. 148. paucis est agendum. ad fin. vers. praeterea aduertat. Bellamer. decis. 739 si a te vendico n. 1. col. 1. ad fi. vers. item secus si per modum. Abb. in c. cum ad sedem. col. 7 vers. sed quaeritur. 12 n. 20. de restit. spoliat.* † Maxime quia sumus in possessione tuenda, quidquid aliud sit quo ad effectum dominij transferendi, & adiudicationem faciẽdam *Bellam. decis. 611. actor admissus* Cum etiam hic non fuerit suspensum petitoriũ, sed actum iam super eo, quam super possessorio 13 quo † casu ex ista longeua possessione probata etiam per actorem, ne dum per reum induceretur praesumptio dominij, adeo vt per aduersarium debeat primordialiter ipsum dominium probari, quo non probato tam in possessorio quam petitorio obtinebit *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 149. de acquir. possess.* cum alijs per *Mascard. conclus. 539. n. 33. & 34.* Itaut 14 ob temporis diuturnitatem, † si praetendatur, mutatio nominum, & confinium, sufficiãt etiam testes de fama *Aym. cõs. 47. n. 7. Rot. corã Card. Seraph. Ciuitatis castelli bonorũ. 16. iunij. 1593.*

Nec repugnat, quod testes non probent sufficiẽter causã dominij, Quia vltra quod adducũt rationem concludentẽ eorum sciẽtiae, satis est quod deponant vidisse reũ possedisse per spatiũ quadraginta annorum, ex hoc enim probatur dominium quasi in consequentiam possessionis,

quamuis non constet de titulo, ex quo præscripserit † *Bald.* qui dicit multum notandum *in c. cũ causam. 37 col. 4. ad med. vers. quaero an vtile dominium. n. 21. post Innoc. ibid. col. 2. post med. vers. videtur quod si testis dicit. sub n. 3. de testib. Specul. eod. tit. §. nũc tractandum. n. 25.* statibus præsertim adminiculis resultantibus ex solutione taxæ exactoribus viarum, recognitione alterius partis casaleni contigui isti, de quo agitur, longeua possessione, & alijs, de quibus in facto, quæ magis inducunt probationem dominij, † cum etiam coniecturæ, & indicia admittantur *Menoc. de arbitr. cas. 12. n. 2. cum seq. post Bald. in l. proprietatis. n. 5. de probat. Mascard. cõclus. 535. n. 5. et cõclus. 536. n. 18. Soc. cõs. 89. in causa agitata. col. 5. in fin. vers. et pro fundamento n. 9. lib. 1. Salic. & alij in l. indicia. C. de rei vendicat.* † Cum etiam descriptio in catasto tamquam possessor, instrumentum locationis, & solutio affictus probent possessionem *l. qui vniuersas. §. quod per colonum. de acquir. possess. Rot. coram Card. Seraphin. Cesenaten. bonorum. 28. Iunij. 1596.* † De quo tamen *Mascard. conclus. 274. per tot.* vbi multa quando catastum, seu æstimum probet tam dominium quam possessionem, & quæ requirãtur *Hieron. de Mont. de finib. regend. c. 64. Aym. de antiquit. tempor. p. 1. §. quarto limitatur. n. 71.* Et multa de similibus probationibus per libros, scripturas in columna, vel marmore, & enunciatiuas in alijs instrumentis, & quando ista coniungantur ad plenam probationem *Felin. in c. cum causam. n. 2. vsque ad 12. de probat.*

E P I T O M E.

Legata, collectæ, & debita annua quando sint soluenda per vsufructuarium, vel hæredem. ¶ Et quid si viuens vsufructuarius illa non soluit. ¶ Hypothecaria an detur pro legato quantitatis ad fauorem legatarij in bonis testatoris. ¶ Grauatus fideicommisso si bona dilapidat an debeat restituere hæreditatem ante diem, & consequatur alimenta. ¶ Successor in beneficio an teneatur ad debita non soluta per antecessorem. ¶ Redditus si non sufficiunt ad solutionem legatorum annuorum an sint vendendæ res hæreditariæ. ¶ Onera realia extrinseca, & quæ imponuntur gratia fructuũ, quando pertineant ad vsufructuarium, & transeant ad successorem. ¶ Legatarius an soluat inuestituram, & censum super re legata impositum. ¶ Introitus maturi, & non exacti in vita instituti an spectent ad eius hæredes, vel ad illum, cui est facienda restitutio, & quando remaneant sub onere fideicommissi, vel cedant lucro percipientis & accrescant personæ, & nõ hæreditati. ¶ Intellectus *ad l. deducta. §. qui post. ad trebellian.* ¶ Fideicommissarius, vel hæres primo loco institutus an teneatur ad interesse decursum pendente tempore restitutionis faciendæ creditoribus hæreditarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Vsufructuarius vniuersalis tenetur soluere legata, & debita annua ex vsufructu, & est magis communis opinio. n. 2. 3. & 5. Amplia tam in patre vsufructuario, quàm in cæteris alijs. n. 4. Limita vt n. 16. 17. & 18.*

6 *Debitum ex causa alimentorum debet solui per vsufructuarium.*

7 *Grauatus fideicõmisso, si bona dilapidat cogitur restituere hæreditatem ante diem, debet tamen ali ex fructibus bonorum.*

8 *Hypothecaria quando detur pro legato quantitatis ad fauorem legatarij in bonis testatoris.*

9 *Testator potest prohibere hypothecã pro legatis.*

10 *Fideicommissarius, cui fuit restituta hæreditas an teneatur ad debita vel legata annua non soluta per vsufructuarium. & n. 11. 13. 26. 27. 28. 29. 33. & 34.*

12 *Successor in beneficio an debeat soluere debita non soluta per antecessorem.*

14 *Onus soluendi legata de fructibus an spectet ad hæredem, siue ad fideicommissarium mortuo primo hærede.*

15 *Hypotheca adhæret personali, & non potest sine eã subsistere.*

19 *Vsufructuarius quando teneatur ad collectas.*

20 *Collecta an sit onus fructuum.*

21 *Legatarius alimentorum præstandorum ex fructibus certi fundi an debeat soluere collectas.*

22 *Testator potest disponere, vt hæres suus soluat debita de proprijs bonis, ne dum de hæreditarijs.*

23 *Hæres, non vsufructuarius tenetur soluere legatum annuum, quod testator mandauit solui de bonis suis. Amplia vt n. 24. Et quando redditus fuit assignatus super toto patrimonio. n. 25.*

30 *Emphyteuta, & vsufructuarius debent soluere collectas, & tributa, tam futura, quam præterita, & pro eis habent recursum contra antecessorem, & illius hæredem pro præteritis. n. 31. & 32.*

35 *Onus super certo fundo quando transeat ad successorem.*

36 *Redditus quando non sufficiunt ad solutionem legatorum annuorum an sint vendendæ res hæreditariæ.*

37 *Onera realia extrinseca, & quæ imponuntur gratia fructuum an pertineant ad vsufructuarium.*

38 *Legatarius an soluat censum super re legata impositum. & n. 40. Et quid in inuestitura. n. 39.*

41 *Introitus maturi, et non exacti in vita instituti an spectent ad eius hæredes, vel ad illum cui fieri debet restitutio hæreditatis. n. 42. & 44.*

43 *Intellectus ad l. deducta. §. qui post. ff. ad trebell. & n. 49.*

45 *Pensiones non exactæ quando remaneant sub onere fideicommissi, vel cedant lucro percipientis, & accrescant personæ, & non hæreditati. n. 46.*

47 *Fideicommissarius, vel hæres primo loco institutus an teneatur ad interesse quod cucurrit pendente tempore restitutionis faciendæ creditoribus hæreditarijs & n. 48.*

CAP.

CAPVT CCLXXXXIIII.

VSufructuarius vniuersalis tenetur soluere
legata annua ex vsufructu, quia ista reci-
1 piunt dilationem de anno in annum, † sicut
vsufructus, qui est annalis, quidquid aliud sit
in cæteris legatis, quæ debent pure solui, Ete-
nim hoc onus censetur reale iniunctum reddi-
tibus, præsertim cum testator voluerit dicta
legata solui annuatim, Vnde esset inconueniens
quod hæres omni anno deberet vendere bona
hæreditaria, vt satisfaceret legatarijs, quia
non est præsumendum testatorem voluisse im-
ponere hæredi duplicia onera, Ista est com-
munis distinctio Doctorum, quam sequuntur
omnes in *l.fin.§.sin autem æs alienum.C.de bon.
qua liber. Pic.in l.titia. §. titia.q.60.n.153.ff.de
2 leg.2.Roland.* † qui de magis communi *cons.8.
n.28.lib.2.Soc.Iun. cons.115.nu.10.lib.1.Paris.
cons.96.n.24. lib.3. Ias.in l.1.in 2.lectur.n. 16.
ff.ad trebell.Rub.Alex.cons.158.n.1. Bellon.cõs.
3 7.n.6.Menoc.præsumpt.143.n.18.* † vbi loquitur
tam in legatis, quam debitis annuis, Et in censu
annuo *Idem Menoch. cons.1009.n.9.& 10.lib.
11.Crass.in §.legatum.q.36.n.2.*

Hæc autem procedunt non solum in parte vsufru-
ctuario omnium bonorum ex dispositione legis
4 & legitimo administratore, prout loquitur *l.fin.
§.sin autem æs alienum.C.de bon.qua liber.* Sed
etiam in quocunq; alia vsufructuario *Ias.in l.1.
in 2.lectur.n.16.ad trebell. Ruin.cons.206.quod
est vltimum.col.fin.in princ.n. 30. ad med.lib.2.
Surd.decis.193.in princ.n.1. Molin.de primo-
gen.hispan.lib.1.c.27.n.11.vers.sed quamuis.Co
uar.lib.2.variar.resolut.c.3.n.3. vers.tertio con-
siderandum est.*

Nec obstat quod nihil videatur interesse inter le-
gatum semel soluendum, vel annuum, & per cõ-
sequens satisfactio tam vnius, quam alterius sit
præstanda ab hærede, non ab vsufructuario, vt
5 concludit in specie *Cephal.cons.376.n.3.* † Quia
contra eum est verior opinio *ex supra allegatis*
& ostendit late *Surd.decis.193.ad fin.* vbi quod
Cephal. loquitur inaduertenter, & contra com-
munem opinionem, de qua etiam testatur *Soc.
Iun.cons.115.n.10.lib.1.*

Ex hoc infertur, quod debitum ex causa alimen-
6 torum debet solui per vsufructuarium, † cum
illud sit annuum, & pro primo anno est purum,
& pro sequentibus conditionale *Bald.cons.481.
n.1.lib.4.* & in specie ita cõcludit *Surd.de alim.
tit.1.q.30.n.3.per tex.in l.imperator. in fin.ff.ad
7 trebell.* † vbi grauatus fideicommisso si bona
dilapidat, quamuis cogendus sit restituere hæ-
reditatem ante diem, tamen consequitur ali-
mẽta non in corporibus, sed de accessionibus,
& fructibus bonorum, & taxantur secundum
quantitatem redditus *Alex. in d.l.imperator
n.4.Salic.in l.1.n.4.C.de fideicommiss.Benitend.
decis.89.n.3.Boer.decis.19.n.8.Roland.cons.22.
n.21.lib.1.*

Secundo infertur, quod quamuis pro legato quan-
titatis detur hypothecaria ad fauorem lega-
tarij in bonis testatoris *l.1.C.commun.de legat.*
8 Tamen † hoc non procedit in legato quantita-
tis annuæ, cum talia legata annua debeat solui
de fructibus, & per consequens danda erit actio
solum contra eum, qui fructus percepit, Vide-
tur enim testator restrinxisse legatum ad fru-
ctus, & mandasse, quod de illis soluatur; Vnde
si bona testatoris dicerentur obligata, esset cõ-
tra eius intentionẽ, cum hoc onus voluerit so-
lum imponere fructibus, & non bonis, Ita in spe
cie late concludit *Surd. decis. 28. per tot.* Et sic
ista erit tacita remissio legalis hypothecæ in le-
gato annuo, quam poterit testator facere,
9 non secus ac si expresse mandaret, † ne bona sint
hypothecata pro legatis, quod etiam ei permit-
titur *Bart.in l.nemo potest 58. col.2. in princip.
vers. quæro an testator.n.9.ff.de legat.1.& in l.2.
C.vt in possess.legator. post Glos.ibi in verb. re-
mitti.* & de communi testatur *Negus.de pignor.
p.2.m.4.n.161.vers.quinto limita.Crass.in §.le-
gatum.q.76.n.4.vers.scias etiam.*

Tertio infertur, quod substitutus, seu fideicommis
10 sarius, cui fuit restituta hæreditas † licet te-
neatur ad legata non soluta, Tamen aliud erit
in legatis annuis, ad quæ non tenebitur. Nam
pro tempore, quo fuerunt percepti fructus ab
hærede, onus solutionis incumbit eidem hære-
di, & eius successori, non autem fideicommis-
sario, qui in hoc non erit molestandus, cum pro
tempore præterito, quo hæreditas stetit apud
hæredem, fideicommissarius in istis legatis an-
nuis non teneatur *Aym.* qui dicit notandum
*cons.19.n.16.ad med.vers.quod tamen intelligo.
post Castr. cons.16.viso dicto puncto & dubijs.
col.2.ad fin.in 4.dub. n.4. lib.2.* & sequitur *Ias.
cons.95.in fi.lib.1.Peregrin. de fideicommiss.art.
4.n.24.in fin.vers.his adde Natt. cons.323.n.5.
Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.5.
dub.vlt.n.30.f.572.& lib.4.dubit.11.n.30.post
11 med.f.426.* † Vbi limitat in pensione ecclesiasti-
ca, cuius etiam præteritæ exactio stat in electio-
ne pensionarij an velit exigere contra hæredes
prædecessoris, vel contra successorem *Gig. de
pension.q.39.* quę tamen declara iuxta ea, quæ
12 adduxi supra *c. 94.* † Et quando successor in
beneficio teneatur ad ea, quæ antecessor non
soluit ex fructibus *Doctor. in c.1.de solut.Alex.
in l.deducta.58.ad fin. vers.item facit iste.n.4.ff.
ad trebell.*

Quod etiam procedit quamuis tales fructus fuis-
13 sent consumpti, † & bona ex quibus fuerunt
percepti per hæredem fuerint alienata *Corn.
cons.183.post princ.vers.& licet nonnulla bona
lib.1.Sim.de Pratis de interpret. vlt.volunt.ad
fin lib.5.dub.vlt.n.30.f.572.*

Idem est in similibus legatis, quæ sunt soluenda
de fructibus, Vbi enim fructus peruenerunt
14 ad hæredem, † tunc mortuo primo hærede,
successor, & hæres ipsius tenebitur ad solutio-
nem huiusmodi legati & non fideicommissa-
rius, cui est restituenda hæreditas *Natt.cons.
323.n.5.*

Et generale est, quod ista legata non sint eiusdem

naturæ cum simplicibus, si enim essent, dare-tur actio personalis ex testamento contra fidei-commissarium, sicut datur pro simplicibus, 15 vnde † eum non competit personalis, neque dabitur hypothecaria, quæ adheret personali & non potest a principio sine ea subsistere *l. cotra-bitur. de pignor. Alex. conf. 134. n. 20. lib. 6. Surd. conf. 243. n. 20 lib. 2. & decis. 28. n. 4.*

Declarantur tamen supradicta, vt habeant locum, quando vsusfructus potest ferre illud onus, 16 alias † enim si inutilis remaneret, legatum etiam annuum deberet solui ab hærede, non-secus ac si esset simplex, & per consequens vsusfructuarius non esset molestandus *Couar. var. resolut. lib. 2. c. 2. n. 3. vers. tertio consideran-dum est ad fin. Rui. conf. 206. n. 30. lib. 2. Bursat. conf. 123. n. 12. lib. 1.* & voluit prius *Castr. in l. fin. §. sin autem æs alienum. post med. vers. hoc autem in quantum loquitur. C. de bon. quæ liber Peregrin. de fideicommis. art. 4. n. 24. in fin. Me-* 17 *noch.* † qui etiam loquitur de annuis censibus *conf. 1099. n. 10. lib. 11. & conf. 997. n. 31. vsque ad n. 38.* vbi etiam quod in totum debet esse le-gatum inutile *Io. Faber. in §. sed & si rem. in prin. instit. de legat. Crass. in §. legatum. quæst. 37 ad med. vers. aut collect. vel impositio.*

Prout etiam idem erit quando ista annua legata 18 ita essent onerosa, † vt ex coniecturis, aut ex verbis, & mente testatoris colligeretur hoc onus non spectare ad vsufructuarium *Dec. conf. 536. n. 13. Ruin. conf. 41. lib. 2. Couar. d. c. 2. n. 6. a l. fin. & n. 7. vers. tertio considerandum est.*

Exemplo vsufructuarij, qui non tenebitur ad col-lectas, quando illis solutis nihil commodi sibi 19 remaneret † *Glos. in l. concubinam. §. qui hortos. de legat. 3. Bart. in l. his verbis. §. idem testator. ff. eod. tit. Roma. sing. 157. late Surd. de alim. tit. 4 q. 16 n. 13. f. 294. & conf. 493. n. 4. lib. 4. Tiraq. de retract. consanguin. §. 15. glos. 1. n. 15.* Quidquid 20 alias collecta sit onus fructuum, † & ad eum spectet, cuius sunt fructus, quando tamen per-ciperet iure proprio, & haberet ius in re *Natt. cõs. 312. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 91. n. 6. vsque ad n. 11. f. 621.* Vbi ex hac ratione illud limitat in legatario alimentorum præstandorum ex fru-21 ctibus certi fundi, † qui non tenebitur ad col-lectas, cum non dicatur possidere fundum licet quando fructus relinquerentur ad alimenta, & excederent quantitatem necessariam pro illis alimentis teneretur legatarius ad collectam *Cordub. in l. si quis a liberis. §. vtrum. n. 74 ff. de liber. agnoscend.*

Item declarantur prædicta non procedere quando solutio annua huiusmodi legatorum esset im-posita, vt præstetur ab infrascripto suo hærede, tunc enim vsufructuarius non erit grauandus, 22 quasi † possit testator disponere, vt hæres suus soluat de proprijs bonis, nedum de hæredita-rijs, cum etiam semper sit attendenda voluntas testatoris circa solutionem æris alieni late *Surd. decis. 193. n. 2. & 3. Cephal. conf. 376. n. 9. vers. & quidquid sit in casu dubio. lib. 3. Parisi. conf. 93. n. 39. lib. 2.*

Quemadmodum etiam si testator mandaret solui 23 legata annua de bonis suis, † tunc enim onus ista soluendi spectaret ad hæredem, non ad vsufructuarium *Aym. conf. 137. n. 4. Cephal. conf. 376. n. 9. vers. & quidquid sit in casu dubio. Surd. decis. 193. n. 7.* Prout quoque si testator mandas-set ipsis hæredibus, quod soluant omnia, & 24 quæcunque debita omnibus, † & quibuscun-que suis creditoribus, nam tunc onus soluendi census annuos non spectabit ad vsufructuarium cum censuarij dicantur creditores non solum respectu censuum præteritorum, sed etiam fu-turorum tamquam sint creditores in diem, quæ est omnino exitura *Menoch. in terminis conf.* 25 *997. n. 38. vsque ad n. 41. lib. 10.* † Sicut etiam quando redditus debiti sunt assignati super to-to patrimonio, tunc enim hæres debet soluere ac totum patrimonium, quidquid aliud sit quando sunt assignati super re ipsa tãtum, quia hoc casus legatarius soluet pro tempore suo *Io. Fab. in § sed & si rem. in princ. inst. de legat. per tex. in l. si fideicommissum ab aliquo. 50. §. ex tractatum. ff. de iudic.*

Prædictis tamen adde quod *Gozad. conf. 93. col. 6. ad med. n. 25.* concludit, quod quamuis vsufru-26 ctuarius teneatur soluere legata annua, † Ta-men si viuens dicta legata, seu debita non sol-uit, hæres vsufructuarij nullo modo potest con-ueniri, & sic ad illa non tenebitur, quod etiam voluit *Alex. in l. deducta. 58. §. qui post. ad fin. vers. extra glosam inducitur. n. 3. ff. ad trebell.* 27 vbi † loquitur de vxore, cui fuit relictus vsus-fructus omnium bonorum, quousque ipsa vixerit, si enim non soluit debita ex fructibus, post eius mortem, hæres testatoris non poterit petere ab hærede mulieris, quod illa debeat soluere, cum pro d. hærede mulieris faciat *d. l. deducta. §. si post. ad trebell.* & hanc partem etiã dicit se tenuisse *Idem Alex. in l. vsufructus. 69.* 28 *ff. ad leg. falcid.* † Quamuis de hoc per eum ibi nihil dicatur; prout etiam neque aliquid dicit *Castr. in d. l. deducta* quem *Alex.* ad hoc propo-situm allegat. Ideo non videtur esse tutum re-cedere ab his, quæ supra firmata sunt *vers. ter-tio infertur. n. 10. ex Castr. Aym. Natt. & alijs* 29 *ibi adductis*, † qui volunt teneri hęredem vsu-fructuarij pro tempore, quo viuens non soluit ista debita, seu legata annua, prout videmus in collectis, & tributis tam futuris, quam præ-teritis, ad quæ vsufructuarius, & emphyteu-ta tenetur, licet habeat recursum contra ante-30 cessorem, † seu eius hæredem quo ad collectas præteritas per eum nõ solutas *Valasc. de emphy-teus. & ibi Rutger. Rurant. in specul. iur. emphy-*31 *teotic. q. 17. n. 22. & 23.* † Quidquid contrarium sequatur *Cassan. super consuetu. Burgund. rub. 4. §. 6. in verb. support. n. 4. fol. 610. & Auldan. de exequend. mandat. lib. 2. c. 14 n. 15. Ang. in §. sed.* 32 *& si rem suam. in princ. instit. de leg.* † Cum cõ-tra eos sit verior opinio, vt per *Ludouic. Mo-lin. de primogenit. hispanor. lib. 1. c. 27. n. 8. & 9.*

Et quamuis contra prædicta videatur facere do-ctrina *Alber. in l. hactenus. ff. de vsufruct. & quẽ*

adm.

33 *adm. quis vtat.* † Tamen illa non obſtat, quia non loquitur in legatis, aut debitis annnis, ſed in obligationibus perſonalibus, quæ nõ ſequebantur fundum: Inquit enim *Alber.* ex prædictis decidi poſſunt plures quæſtiones. Prima eſt, & quam habui de facto, quidam legauit vxori vſumfructum omnium bonorum ſuorum, & habebat multos creditores, iſti creditores ſteterunt per annum, quod non petierunt credita ſua, in fine anni petebant ab hæredidus ſortem, & intereſſe, dicebant hæredes vxori vſufructuariæ, quod debebat ſoluere intereſſe, quod excuderat ex tempore, quo perceperat vſumfructũ; Quærebatur an teneretur, determinatum fuit quod non, Quia iſtæ erat obligationes perſonales, quæ non ſequebantur fundum *l. 1. §. ſi hæres. ad trebell. l. fi. §. vlt. de contrahe. empt. l. apud Iulianum. 8. §. hæres. de legat.* 1. arguitur cõtra *infra. eod. l. titius.* Sed non obſtat recte intuenti.

34 Hæc *Alber.* † ex quibus clare colligitur illum loqui in creditoribus, qui habebant ſolum perſonalem, non autem, in illis quibus aliquid annuatim debebatur. Immo etiã diuerſum eſſet, quod fundus ſit certo onere obligatus, nam tũc onus
35 tranſit ad quemcunque vadit fundus. † Aliud eſt aliquem eſſe obligatum ad certam annuam præſtationem faciendam ex redditu fundi, tunc enim alienato fundo non tranſit onus ad ſucceſſorem *Alex. in d. l. hactenus. in fi. ff. de vſufr. per tex. in l. fi. §. vlt. ff. de contrab. empt.*

Item adde, quod ſi redditus non ſufficerent ad ſo-
36 lutionem talium legatorum annuorum, † tunc deberent vendi res hæreditariæ, quod generaliter procedit in quocunque vſufructuario, & tam in legatis annuis, quam alimentorum, aut ſimilibus debitis, Et quamuis multi contrarium ſequantur, Tamen eorum opinio poteſt intelligi, quando redditus ſufficiunt quidem ad præſtationem legatorum, ſed quia in vno anno propter ſterilitatem ſuperuenientẽ ex redditibus ſolui non poſſunt, non ex hoc eſt recurrendum ad alienationem rerum hæreditariarum, ſed potius talis defectus ſupplendus erit ex fructibus ſequentium annorum *Barboſ.* qui ita diſtinguit *in l. maritum. nu. 21. ff. ſolut. matrimon. per tex. in l. legatum. §. vini ff. de annu. legat. & per Caſtr. conſ. 405. n. 2. lib. 1.* qui tamen nihil dicit; Ideo de horum veritate alias Deo dante dice-
37 tur *in capite particulari.* † Prout etiam de oneribus realibus extrinſecis, quando pertineant ad vſufructuarium, & de illis, quæ imponuntur gratia fructuum, vt refectio, purgatio cloacarum, æquæductus, & ſimilium, de quibus in *l. ſi pendentes. §. ſi quid. & ibi Florian. in princ. ff. de*
38 *vſufr. & quemad. quis vtat.* † Vbi etiam de legato rei, pro quo ſoluitur annuus cenſus, quem ſoluet legatarius, cum ſecus, ſit ſi aliquid eſſet
39 ſoluendum pro inueſtitura, † quia tunc erit onus omnium hæredum *l. his verbis. §. alumno. de leg. 3.* Et de cenſu ſuper re impoſito quod debeatur ab vſufructuario, emphyteuta, & alio
40 poſſeſſore, † & qua actione idem poſſeſſor conueniatur ad cenſus præteritos *Gabr. conſ. 47. lib. 1. Boerac. de cenſib. p. 2. in prin.*

Adde etiam ad materiam *l. deducta. §. qui poſt. ff.*
41 *ad trebell.* de qua ſupra locuti ſumus, † quod circa dubium propoſitum, Verior eſt opinio, vt introitus maturi, & non exacti in vita inſtituti non ſpectent ad eius hæredes, ſed ad fideicommiſſarium, vel illum cui debet fieri reſtitutio hæreditatis, Itaut in illius reſtitutione ſit etiam facienda reſtitutio talium fructuum, ſeu introituum iam maturatorum in vita primi hæredis inſtituti, licet non exactorum, quia habentur loco rerum hæreditariarum, & pro eis competit actio fideicommiſſario, ſicut competeret pro ſortibus promiſſis principaliter pure, vel ſub conditione defuncto; Nam adeſt eadem ratio, cum concurrant illa duo, quod non ſunt exacti, & quia debentur ex contractu defuncti,
42 Fideicommiſſarius enim non petit iſtos introitus tanquam fructus, prout loquitur *l. in fideicommiſſarium. ff ad trebell.* ſed petit hæreditatem in eo ſtatu, in quo reperitur, videlicet cum iſtis actionibus, quæ ſunt quæſitæ ex contractu
43 defuncti, vnde in ipſum debent tranſire, † & ita procedit *tex. in l. deducta. §. qui poſt. ff. ad trebell. Gloſ. in l. poſtulante. §. ſed in huiuſmodi. & ibi Caſtren. in princip. ff. eod. tit. Mandel. Albenſ. conſ. 79. n. 1.*

Quæ etiam ampliantur, quamuis primus hæres fecerit condemnare debitores talium penſionũ
44 ad ſoluendum, † cum requiratur exactio ad hoc vt cedant lucro ipſius *Ang. Rip. Alexan. & aly de quibus per Vincent. de Franch. deciſ. 13.*
45 *n. 6. & 7.* † Itant tales penſiones non exactæ non remaneant ſub onere fideicommiſſi, cum de eis poſſit fideicommiſſarius libere diſponere tanquam tranſeant vt fructus pendentes, qui poſtquam ſunt percepti, non habentur amplius in conſideratione, ſed cedunt lucro percipientis, & in effectu accreſcunt perſonæ non hæreditati
46 *l. ex aſſe. ff. ad trebell.* late *Mandell. Albenſ.* † qui contrarijs reſpondet *conſ. 79. n. 5. vſque ad n. 18.* Et fructus non augent hoc caſu hæreditatem, ſed potius augent actionem petitionis hæreditatis *Gloſ. in l. item veniunt. § fructus. ff. de pet. hæredit. Bartol. in l. in fideicommiſſariam. in fin. princ. ff. ad trebell. & in l. ſi hæres. la 3. ff. eod. tit.*

Et hæc modo ſufficiant, cum in alio capite ſint multa addenda, præſertim circa illam quæſtio-
47 nem de intereſſe, † quod cucurrit pendente tempore reſtitutionis faciendæ creditoribus hæreditarijs an teneatur fideicommiſſarius, vel hæres primo loco inſtitutus: ſi enim teſtator fideicommiſſum iniunxit, & mandauit primo hæredi, vt infra certum tempus ſolueret debitum, Tunc ſi talis hæres hoc non fecerit æquum videbitur, vt teneatur ad intereſſe fideicommiſſario, qui damnum ſentit, non quia percepit fructus iudicio, vel non iudicio teſta-
48 toris, † ſed quia non paruit voluntati defuncti mandantis ſolui debitum intra certum terminum, ex qua non paritione eſt in mora, quæ ſibi, & non fideicommiſſario de-

bet nocere, vt late in proposito resoluit *Franc.* *decis.* 13. *in fin.* & *decis.* 49. *per totam.* † vbi
49 etiam multa ad intellectum *l. deducta.* §. *qui possessi ad trebell.*

EPITOME

Generatio masculina quæ dicatur, itaut in emphyteusi pro ea concessa veniant tam masculi descendentes ex masculis, quàm fœminæ descendentes ex masculis. ¶ Et quid si emphyteusis conceda tur pro illis, qui sunt de generatione masculina, vel pro descendentibus per lineam masculinam an comprehendantur neptes ex filio. ¶ Taxatiua quando excludat omnes alias personas, & casus. ¶ Opinio vulgi an sit attendenda in iudicando, & consulendo. ¶ Masculinum an concipiat fœmininum in præiudicium Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione generationis venit tam masculus, quàm fœmina. Fallit, vt n. 2.*
3 *Generatio masculina sumitur pro masculis descendentibus ex masculis, non pro fœminis descendentibus ex masculis. Et est verior opinio, & secundum mentem concedentis emphyteusim. n. 4.*
5 *Opinio vulgi est quoddam ius naturale insitum naturaliter mentibus cuiuslibet.*
6 *Consilium, aut iudicium non est dandum quod videatur vulgo iniquum.*
7 *Taxatiua, tantum, quando excludat omnes alias personas, & casus.*
8 *Emphyteusis pro masculis tantum excludit fœminas.*
9 *Interpretatio est sumenda contra emphyteutam, qui se fundat in emphyteusi.*
10 *Masculinum non concipit fœmininum in præiudicium Ecclesiæ.*
11 *In Emphyteusi concessa illis, qui sunt de generatione masculina continentur filiæ natæ ex masculis. & n. 12.*
13 *Emphyteusis pro se, & suis hæredibus descendentibus per lineam masculinam an comprehendat neptem ex filio, vel debeat esse descendens ex masculo. n. 14. & 15.*

CAPVT CCLXXXXV.

Nomen generationis quamuis sit aptum
1 comprehendere tam masculum, † quam fœminam etiam ex proprio significatu *Alex. cons. 61. col. 2. in fin. vers. & sic in casu quo loquitur. n. 4. lib. 6.* cum alijs late per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1 glos. 9. n. 241.*

Tamen in casu, de quo agimus, aliud est dicendum cum emphyteusis fuerit concessa vsque ad ter-
2 tiam generationem masculinam tantum, † Tunc enim generatio masculina dicetur masculus, non autem fœmina, quamuis generata ex masculo *Corn. cons. 190. n. 3. col. 1. in fin. vers. & sic generatio. lib. 3. Peregr. de fideicommis. art. 22. n. 28. vers. & si dictum fuerit. Rebuff. in l. ligni appellatione. 62. col. 3. ad fin. vers. item generationis ff. de verb. significat. Imol. cons. 69. visis et ponderatis. n. 2.*

Et clarius hoc voluit *Castr. cons. 300. viso quodã processu. col. 2. ad med. vers. dicunt etiam quod*
3 *generatio. lib. 2.* † Vbi, quod generatio masculina sumitur pro masculis descendentibus ex masculis, ita quod ista duo concurrant, non autem pro fœminis etiam descendentibus ex masculis, quæ licet possint dici de generatione masculina, non tamen dici possunt generatio masculina, sed fœminina, si sumatur generatio pro persona generata, prout etiam neque sumetur generatio masculina pro masculis descendentibus ex fœmina, & hanc opinionem dicit *Castr.* vbi supra esse veriorem, & æquiorem,
4 & † magis de mente recipientis, & concedentis emphyteusim, & magis sustentabilem de iure, & magis applaudentem vulgi opinioni, quæ est quodammodo quoddam ius naturale insitum naturaliter mentibus cuiuslibet non
5 artificialiter, † Vnde debemus cauere, ne dicamus aliquid consulendo, aut iudicando, quod
6 videatur † vulgo iniquum *Glos. in l. si maior annis. C. de transact.*

Quod magis est in casu nostro, quia vltra dictionem illam masculinam, adest etiam taxatiua
7 tantum, cuius natura est, † vt affirmatiue posita excludat omnes alias personas, & casus in dispositione expresse non contentos *Ias. in l. 1. n. 8. ff si quis ius dicent. non obtemper. Felin. in c. contingit. n. 4. de fid. instrum. Soc. Iun. cons. 53. n. 3.*
8 *lib. 2.* † Et in specie emphyteusis, quod dicta taxatiua posita masculis excludat fœminas resoluit *Rot. coram R. P. D. Gipsio. Vicentina Decimarum feudalium. 16. nouembris. 1592.*

Et quamuis etiam dicta taxatiua posset referri ad tertiam generationem tantum, vel etiam ad
9 generationem masculinam tantum, † Nihilominus in dubio potius debemus sumere interpretationem contra eum, qui se in illa fundat, præsertim in emphyteuta Ecclesiæ, ad cuius fauorem tendit talis interpretatio, vt emphyteusis citius finiatur, si fœmina non comprehenditur, vt in terminis concludit *Rimin. Iun. cons.*
10 *692. n. 9. lib. 6.* † Cum etiam masculinum genus non concipiat fœmininum in præiudicium Ecclesiæ, contra quam interpretari esset odium tanquam aduersus personam fauorabiliorem *Bald.* in specie *in l. 2. n. 7. col. 2. ante med. vers. in contrarium facit. C. de iur. emphyt.*

Non obstat *Capr. cons. 82. n. 8.* Quia loquitur quan
11 do emphyteusis conceditur illis, † qui sunt de generatione masculina, tunc enim bene continentur filiæ natæ ex masculis, quæ sunt de generatione masculina, non autem sunt generatio masculina, prout est emphyteusis, de qua agi-
12 mus, vt per *Castr. d. cons. 300. lib. 2.* † quod etiam voluit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 15. n. 16.* qui loquitur in concessione facta illis, qui sunt de generatione mascu-

masculina iuxta *d. cons. Capr. 82.*

Nec facit *decis. coram Card. Mant. Bononien. bo-*
13 *norum. 14. maij. 1593.* † Quia ibi concessio emphyteusis fuit pro se, & suis heredibus descendentibus per lineam masculinam, quæ comprehendit nepotem ex filio, cum sit de descendentibus primi acquirentis per lineam masculinam, Vnde ex hoc non sequitur, quod filia ex masculo sit generatio masculina, Et ita etiam procedit altera decisio *Rot. coram R.P.D. Iusto. in eadem*
14 *Bononien. bonorum. 14. ianuarij. 1592.* † quæ loquitur, prout supradicta coram *Card. Mantica* iuxta opinionem *Alex. in l. gallus. §. nunc de lege. n. 3. de liber. & posthum. late Pinell. in l. 3. n. 29. C. de bon. matern.*

Licet etiam posset sustineri contraria opinio, quod illa verba, per lineam masculinam excludant fœminas, includendo tantum descendentes ex
15 masculo, † Quamuis enim filia sit agnata, tamen non erit admittenda, Quasi intentio concedentis fuerit, ne emphyteusis transeat ad cognatos, ad quos hoc modo per ipsum perueniret *Castr. in l. contractu. n. 5. C. de procurat.* & de veriori opinione testatur latè *Menoch. cons. 205. n. 20. & 21. lib. 2. Aym. cons. 150. n. 3. Aldobrandin. cons. 27. n. 26. Honded. cons. 7. n. 30. lib. 1.* cum alijs per *Ludouic. Molin. de hispan. primogenit. lib. 1. c. 6. n. 38.*

EPITOME.

Episcopus vnius Ecclesiæ trãslatus ad aliam an dicatur mortuus ab illa hora, qua transfertur quantum ad primam Ecclesiam, ita vt canonicatus, & præbendæ vacent, & sint reseruatæ vigore secundæ regulæ Cancellariæ, ¶ Et an requiratur confirmatio, consecratio, & adeptio possessionis, & quid seruetur de stylo Curiæ Romanæ, & quomodo d. stylus intelligatur. ¶ Pensiones, & beneficia an vacent per promotionem Cardinalis ad Papatum. ¶ Soluens pensionem nomine alterius quando præsumatur de mandato eius soluisse. ¶ Et quid in alijs facientibus expensas, & ad hunc effectum quæ impensæ dicantur modicæ. ¶ Episcopatus primus an statim vacet per translationem per Papam factam, & requiratur consensus translati, & operetur protestatio, & pactum Episcopi, quod consenserit translationi sub tacita conditione secundæ Ecclesiæ adipiscendæ. ¶ Vicarij gesta an valeant post translationem Episcopi ab eo ignoratam. ¶ Iurisdictio in officio quando duret vsque ad successoris aduentum. ¶ Adeptio maioris partis rerum temporalium an sufficiat, vt ecclesia prior dicatur vacare. ¶ Absolutio à vinculo prioris Ecclesiæ an sit pura, vel conditionalis, si translatus sciuerit, vel consenserit. ¶ Pensiones quando vacent per Episcopatum, sicut beneficia. ¶ Ius regaliorum, quod percipit Rex Franciæ sede Episcopali vacante quale sit, & quando habeat locum, & an aperiatur per translationem Episcopi in alium Episcopatum ante diem præstiti consensus translati. ¶ Pronunciatio secreta in Cardinalem facta per Papam an acquirat ius absenti, & ignoranti ante pilei rubei transmissionem. ¶ Episcopus assumptus ad Cardinalatum, an sit absolutus à vinculo suæ Ecclesiæ. ¶ Clausulæ ex certa scientia, non obstantibus, vel de plenitudine potestatis quid operentur in translationibus Episcoporum, & similium. ¶ In retentione pensionum, si non exprimatur facultas transferendi, quam aliquis habet, an censeatur data retentio eiusdem facultatis. ¶ Familiaritas Papæ an prosit ante notitiam illius. ¶ Indulta episcoporum retinendi beneficia, & pensiones, an suffragentur litteris non expeditis. ¶ Miles translatus de vno numero in alium quando incontinenti gaudeat priuilegio militari, non expectando, quod sit aggregatus numero alterius. ¶ Dilatio debitori danda antequam fiat subhastatio an currat ante diem notificationis. ¶ Donatio, beneficium, priuilegium, & similia quando effectum operentur, antequam sint acceptata.

SVMMARIVM.

1 *Promotus ad Patriarchatum, seu Episcopatum, quando perdat beneficia, quæ antea obtinebat ante confirmationem, consecrationem, & adeptionem possessionis. n. 2. & 9. Et quid seruetur de stylo curiæ Romanæ. n. 3. & 4. Et quomodo dictus stylus intelligatur. n. 5. & 10.*

6 *Dispensatio de retinendo priora beneficia datur secundum stylum Cancellariæ, cum clausula, postquam quis fuerit adeptus possessionem Ecclesiæ. & n. 7.*

8 *Stylus Cancellariæ est seruandus.*

11 *Pensiones, beneficia, & reseruationes fructuum an vacent per promotionem Cardinalis ad Papatum. n. 12. & 13.*

14 *Episcopus vnius Ecclesiæ trãslatus ad aliam an dicatur mortuus ab illa hora, qua transfertur quantum ad primam Ecclesiam, ita ut canonicatus, & præbendæ vacent, & sint reseruatæ vigore secundæ regulæ Cancellariæ. & n. 15.*

16 *Translatio facta de Episcopi consensu dicitur quadam renunciatio. Amplia vt n. 17.*

18 *Consensus translati siue præcedat, siue subsequatur eundem effectum producit quo ad sui præiudicium.*

19 *Mandatum præsumitur ex solutione annatæ, expeditione litterarum, & similibus impensis. & n. 20.*

21 *Soluens pensionem nomine alterius præsumitur ex mandato ipsius soluisse, & ad hunc effectum expensa ducatorum decem non dicitur modica. & n. 22.*

23 *Impensa exigua non inducit præsumptionem mandati.*

24 *Episcopatus primus an statim vacet post translationem per Papam factam, non expectato translati consensu. Et quomodo intelligatur. n. 40. 41. & 42.*

Pro-

CAPVT CCLXXXXVI.

PRouisio, Confirmatio, Consecratio, & adeptio possessionis requiruntur de iure communi † ad hoc, vt promotus ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, seu Episcopatum perdat beneficia, quae prius obtinebat *c. cum in cunctis. 7. §. cum vero. de elect. Oldrad. cons. 14. cum quaritur. post princ. Rom. cons. 335. n. 1. & est tex. in c. licet episcopus. de praeben. in 6. c. si quis iam translatus. 21. q. 2. c. si qui episcopi. distinct. 90.* Quidquid aliud sit, † quando ipsius electi, & consecrati consensus accesserit, quia tunc collatio valebit, & prouisio de eis facta *Glos. in c. post electionem. in verb. confirmationem. de concess. praeben. Rom. d. cons. 335. n. 2. in fin.*

Aliud autem seruatur de stylo curiae Romanae, secundum quem beneficia promoti statim dicuntur vacare, † & statim conferuntur per Summum Pontificem, neque promoto illorum retentio dabitur *Cassador. decis. 2. de constit. Io. Andr. in clem. 1. in glos. in verb. collatio. ut lite pendent.* † Vbi licet damnent huiusmodi stylum, & consuetudinem, Tamen ab eo non esset recedendum, vt notat *Mandos. reg. 26. q. 4. n. 4. Rot. diuers. decis. 233. n. 1. p. 1.*

Intelligetur tamen praedictus stylus, vt quamuis statim conferantur beneficia promoti, † Nihilominus vere & effectualiter non censeantur vacare, neque collatio habeat effectum, nisi adepta possessione, vel promoto existente in mora illam capiendi, cum non debeat quis perdere primum beneficium, nisi plenè fuerit assecutus secundum *Abb. in c. cum in cunctis. §. cum vero. n. 3. in fin. vers. & quamquam curia. de elect.* quem sequitur *Rot. per Caputaq. decis. 401. n. 3. p. 2. & coram R. P. D. Accorombono. Panormitana beneficiorum. 9. ianuarij. 1548.* de qua per *Achill. decis. 37. alias 2. de elect.* & latius per *Mandos. reg. cancell. 26. q. 4. n. 5. vers. & ita obseruantiam.* † Vbi etiam quod ita concordat stylus cancellariae, secundum quem datur dispensatio de retinendo priora beneficia, postquam quis fuerit adeptus possessionem Ecclesiae, Ex quo colligitur, quod ante adeptam possessionem nulla erat necessaria dispensatio retentionis. † Vnde in consequentiam appa-

ret.

ret, quod beneficia prius obtenta non vacent ante adeptam possessionem Ecclesiæ cathedralis, ad quam quis fuit promotus, alioquin essent superflua dicta verba, postquam d. possessionem adeptus fuerit, cum etiam per talem dispositionem non esset cautum promoto, si interim beneficia vacassent, 8 † & sic stylus cancellariæ erit seruandus *c. ex parte. el 1. de rescript. c. porrecta. de confir. vtil. vel inutil. Roman. cons. 376. n. 12.*

Et vltra supradicta ita etiam seruat *Rot. coram Cardin. Lancellotto. Veglien. pensionis. 7. maij. 1571. & per R.P.D. Oranum. Toletana scholastria. 22. iunij. 1592. & coram Cardin. Millino. Firmana pensionis.* 9 † & in multis alijs causis, in quibus requiritur adeptio possessionis ad hoc, vt beneficia promoti ad episcopatum non vacent per promotionem, iuxta *Glos. in c. si quis translatus. vbi Archid. 21. q. 2. Oldrad. cons. 14. n. 4. Caputaq. d. decis. 401. n. 3. p. 2. Achil. decis. 2. de elect.*

Ad se, quod quamuis de stylo Curiæ Papa statim conferat beneficia promoti in Episcopum *Glos. in clem. 1. vt lit. pendent. cum alijs supra allegatis,* 10 † Tamen huiusmodi stylus inualuit, quia communiter promoti in Episcopos non denegant, sed consentiunt, Vnde Papa præsumit illum velle promoueri, propter quam præsumptionem confert beneficia, sed si dissensus adesset, stylus nihil operaretur, vt declarat *Calder. cons. 1. ad fin. vers. non obstat quod papa. de translat. episcop.* sequitur *Dec. in c. cum in cunctis. 7. §. cum vero. n. 3. ad fin. vers. stylus tamen. de election. Barbat. de præstant. Cardin. in fin. col. vlt. ante med. n. 14. in fin. vers. vel ideo iste stylus. tom. 13. p. 2. f. 85.*

Pensiones quoque, & reseruationes fructuum si quis Cardinalis perciperet vigore reseruationum eius fauore auctoritate Apostolica factarum, 11 † vacabunt, & extinguentur, si ascendet ad summum gradum Pontificatus, si enim, vt dictum est, procedit in Episcopis, multo magis in Papa, qui est Episcopus, & Archiepiscopus Romanus, & vniuersalis Ecclesiæ Præsidens, & totum orbem habens pro diœcesi, 12 † Præsertim quia pensiones, & fructus reseruantur Cardinali, vt eum gradum honorabilius sustinere possit, quæ ratio prorsus cessat, cum ad summum gradum assumitur, quasi sit dominus omnium beneficiorum, quorum omnimoda dispositio ad eum spectat, & consequenter impossibile est, vt Papa retineat pensionem, & sit reseruatarius fructuum, cum sit loco vsufructuarij, & res sua nemini possit seruire, 13 † Maxime quia vacant beneficia per assumptionem ad Papatum, Vnde etiam pensiones, & reseruationes fructuum, quæ æquiparantur beneficijs, vt late omnia prædicta declarat *Gabr. cons. 200. lib. 2.* Quod tamen quomodo in praxi seruetur alibi, Deo dante, dicendum erit,

Notandum tamen est, quod ista procedunt in 14 translatione abusiua, † in qua loquuntur supradictæ decisiones, & auctoritates, Nam aliud seruaretur in translatione vera, & propria, Vnde si contingat, quod Episcopus vnius Ecclesiæ absoluatur per Papam a vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, & fuerit translatus ad aliam Ecclesiam, Canonicatus, & præbendæ vacabunt & erunt reseruatæ vigore secundæ regulæ cancellariæ, in qua reseruantur beneficia spectantia ad collationem Episcoporum, quæ post illorum obitum, aut dimissionem ecclesiarum, aut priuationem, seu translationem, vel alias quomodocunque vacauerint vsque ad prouisionem successorum, & adeptam ab eisdem illorum pacificam possessionem, Ratio est, quia per talem absolutionem, & liberationem Episcopi a vinculo prioris Ecclesiç factam de suo consensu, vacat prior Ecclesia, & dicitur Episcopus translatus, quamuis non fuerit adeptus possessionem secundæ Ecclesiæ, quia est priuatus quantum ad 15 se, † & dicitur mortuus ab illa hora, qua transfertur quantum ad primam Ecclesiam *c. in apibus. 41. §. ecce in quibus casibus. & ibi Glos. in verb. defuncto. 7. q. 1. per tex. in l. hac actione. §. publicatione. ff. pro socio. Arnulph. de iur. regal.* 16 *priuil. 41. n. 3.* † Adeo vt hæc translatio facta de eiusdem Episcopi consensu dicatur in effectu quædam renunciatio, Ita in specie declarat *Abb. cons. 101. videtur primo. col. 2. ad med. n. 3. & 4. lib. 2. late Franc. Marc. decis. 1100. p. 1. fol. 391.* & sequitur *Rot. coram Cardin. Lancellotto. Plocen. canonicatus & præbendæ. 26. martij. 1610.*

Quæ adeo vera sunt, vt sufficiat, quod consensus 17 Episcopi præcedat, † vel subsequatur absolutionem factam per Papam a vinculo, quo primæ Ecclesiæ tenebatur, cum regulariter Papa non ignoret, quod similes consensus solent præcedere, vel subsequi, & quocunque modo præstentur, referunt se ad supplicationem signatam, vel signandam *Cassad. decis. 3. n. 2. post med. vers. & omnino. & n. 1. de renunciat.* Et facit tex. *in c. cura. & c. suggestum. de iurepatron. Rot. decis. 5. permutatio. post princ. vers. pro ratione. de rer. permut. in nou. Doct. in l. si quis mihi bona. §. ius-* 18 *sus. ff. de acquir. hæred.* † Vbi non refert, quod consensus præcedat, vel subsequatur quo ad sui præiudicium. Quidquid aliud sit in illo, qui præstatur per modum auctoritatis *Natt. cons. 126. n. 6. Aym. cons. 11. n. 4. Gabr. cons. 2. lib. 1. Put. decis. 153. n. 1. lib. 2. Caputaq. decis. 211. p. 1.*

Et de tali consensu subsequuto apparebit ex litterarum expeditionibus, solutione annatæ, & alijs 19 impensis, † ex quibus præsumetur mandatum *Crescen. decis. 1. alias 15. de præsumpt.* cum alijs, quos adduxi *supra c. 90. n. 7. cum sequen.* Et in specie translationis *Rot. in d. caus. Plocen. canonicatus & præbendæ. vers. de consensu autem coram Cardin. Lancellotto,* 20 † Et generale est, vt ex impensa, quæ non sit modica, arguatur mandatum præcessisse *Put. Toletan. decimarum. 16. nouembris. 1545. Peregr. decis. 44. lib. 1.* quos refert, & sequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & am-* 21 *big. conuent. lib. 7. tit. 6. n. 4.* † Vbi etiam *n. 5.* infert ad soluentem pensionem nomine alterius, qui præsumetur ex mandato ipsius soluisse, quamuis factum non sit antiquum, Itaut ad hunc effectum

effectum impensa ducatorum decem non dica- 22 tur modica † *Caputaq. decis. 190. n. 4. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 4. n. 14.* Vbi, quod alias impensa modica non inducet hanc præsumptionem mandati 23 *Peregr.* † *decis. 7. lib. 2. Orad. decis. 80. Put. decis. 299. n. 2. lib. 3.*

Immo etiam primus Episcopatus vacabit illico post translationem per Papam factam, non expectato translati consensu, qui dependet à vo- 24 luntate Papæ, † quasi videatur approbata vacatio saltem eo casu, quo Episcopus fuit postulatus in Archiepiscopum, & ipse licet non consenserit, tamen non contradixit, sed voluntati Papæ se submisit, tunc enim secuta translatione statim vacauit Episcopatus, cum non fuerit facta omnino sine suo consensu *Abb. d. cons. 101. col. 3. in princ. vers. idem videtur sensisse. n. 4. lib. 2. post Io. Andr. in c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6.*

Amplius neque attendetur protestatio Episcopi, aut pactum, statim enim quod consensit transla- 25 tioni, † non potuit deinde in præiudicium sedis Apostolicæ, & successorum protestari, & protrahere vacationem, neque in præiudicium reseruationum pacisci cum capitulo, vt per *Rot. in d. Plocen. canonicatus & prabenda. vers. quo* 26 *consensu stante.* † Vnde non poterit translatus allegare, quod consensit huiusmodi translationi sub tacita conditione secundæ Ecclesiæ adipiscendæ, cum tales actus spirituales non recipiant conditionem, & renunciatio debet esse pura, & simplex, & imputet sibi; si remanet sine episcopatu, cum ab initio potuerit cogitare impedimentum, aut quid simile, vt late declarat *Abb. d. cons. 101. col. 2. ante fin. vers. nec potest dictus. & col. 4. ad med. vers. nec obstat si dica-* 27 *tur. lib. 2.* † Et est ratio, quia alias contingere posset, quod translatus prius consequeretur secundam sponsam, & Ecclesiam, quàm dimitteret primam, quod esset absurdum, cum quis non possit transire ad secundum matrimonium, nisi præcedente liberatione à primo; Ideo neque Episcopus poterit alium Episcopatum acquirere, nisi à priore absoluatur *c. penult. & fin. de secund. nupt.*

Similiter neque agetur de scientia Episcopi suæ 28 translationis, † Nam quatenus dicta scientia esset necessaria, solum requireretur ad effectum consensus Episcopi, qui satis consentit; Quare non est amplius opus, vt habeat scientiam admissionis translationis, cum etiam ipso ignorante abdicata fuerit ab eo omnis potestas per translationem, vnde alia scientia non erit considerabilis *Franc. Marc. decis. 1100. n. 3. in fin. & n. 11. p. 1. per text. in c. 1. §. adyciebatur. de concess. præbend. in 6. Calder. cons. vlt. in princ. vers. & sic fuit pronunciatum. de sent. & re iudic.* & sequitur *Rot. in d. Plocen. canonicatus, & præbendæ. in fin. vers. nec hic agendum. 26. martij. 1610.*

Ex quo sequitur quod statim Episcopo translato non teneant gesta Vicarij post translationem, 29 etiam ab eo ignoratam, cum enim, vt dictum est, sit abdicata ab Episcopo omnis potestas, non operatur scientia, aut ignorantia Vicarij; Nam ipso facto, quando Episcopus est translatus, expirat officium Vicarij absque alia certioratione per tex. *in d. c. 1. §. adyciebatur. de* 30 *præbend. in 6.* † Et in specie de gestis per Vicarium, quod non valeant, etiam quod ignorauerit translationem concludit *Calder. cons. vlt. in princ. vers. ex facti namque qualitate. de sent. & re iudic. Franc. Marc. d. decis. 1100. n. 3. & 11.*

31 Quæ † sunt notanda pro intellectu & declaratione eorum, quæ ob similem ignorantiam vacationis Ecclesiarum dixi supra *c. 127. n. 22. vsque ad n. 47. & c. 18. per totum.*

Neque obstabit, quod Vicarius Episcopi habeat 32 iurisdictionem ordinariam † *c. 2. ne prel. vic. suas.* & per consequens non debet cessare eius iurisdictio in officio, nisi vsque ad successoris 33 aduentum † *l. meminisse. de offic. procons.* Quia hoc procedit in Iudice ordinario, qui habet iurisdictionem cohærentem territorio principaliter, & non accessorie, prout in Vicario, itaut mortuo, vel deposito Episcopo statim, & ipso facto expiret potestas Vicarij *Iaf. in l. more. & in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. Franc. Marc. decis. 1100. n. 8.* Hæc tamen non sunt tuta ex his, 34 quæ dixi supra *c. 18. & c. 127.* † Vbi multa quando valeant gesta per Vicarium ignorantem mortem, seu remotionem Episcopi.

Limitabuntur tamen prædicta in vacatione bene- 35 ficiorum inferiorum ab Episcopatu, † vt videlicet beneficia promoti ad Episcopatum non vacent per promotionem, nisi a die adeptæ possessionis Episcopatus, & sic in abusiua translatione, prout loquitur *Archidiac. in c. si quis translatus. 21. q. 2. Oldr. cons. 14. Caputaq. decis. 401. p. 2. Felin. in c. eam te. col. 6. in princ. vers. & dicitur translatus. n. 8. de rescript.* & explicat *Rot. in d. Plocen. canonicatus, & præbenda. vers. neque obstat. & vers. ex quibus patet.*

Declara etiam, vt ad hoc propositum acquisitio- 36 nis possessionis quæ requiritur, † vt vacet prior Ecclesia, sufficiet quod Episcopus habeat possessionem maioris partis *Gemin. cons. 125. in 3. dub. n. 8.* vbi, quod ad arctationem suscipiendi ordines sufficit habere possessionem exercitij 37 curæ, † vel maioris partis *Glos. in c. commissa. de elect. in 6.* sed quo ad finem, vt priora beneficia vacent per adeptionem secundi, satis erit adipisci possessionem totius, vel maioris partis 38 rerum temporalium † *Glos. in c. si tibi concesso. de præb. in 6. Archidiac. in c. in nomine domini. 23. distinct. Abb. in c. cum in cunctis. §. cum vero. & ibi Dec. n. 5. ad fin. vers. & subijcit. de elect. Hoted. de incompatib. benefic. c. 3. p. 1. n. 12. post med. vers. & sufficit. tom. 5. p. 1. fol. 115. Gemin. in c. commissa. in verb. annus autem. de election. in 6.*

Item intellige prædicta, dummodo contraria consuetudo non probetur, si enim de illa constaret 39 aliud esset seruandum, † quatenus tamen talis consuetudo probaretur in specie, & post regu-

las

las loquentes de Episcopatibus vacantibus per translationem, cum consuetudo debeat esse in indiuiduo in casu, de quo agitur, vt per *Rot. in d. Ploten. canonicatus & prabendæ. in fi. vers. consuetudo etiam. coram Cardin. Lancellotto. 26. martij. 1610. Alex. cons. 6. visa inuestitura n. 1. in fin. & ibi Natt. in addit. lib. 5. Aym. cons. 96. n. 4. Anebar. cons. 339. col. 6. vers. ad secundam rationem. n. 8.*

Præterea limita in translatione facta ante consensum translati, & antequam constet de mente Papæ volentis illum inuitum transferre. † Quãuis enim Papa possit absoluere inuitum a vinculo, quo suæ Ecclesiæ tenetur cum causa, vel sine causa, Tamen vbi aliud non apparet, non debet intelligi, nec præsumi illum voluisse transferre, si non habet ratum, aut recuset, tunc enim translatio carebit effectu, nisi constet de voluntate Papæ præcisa, de qua donec non apparet, poterit incumbere possessioni, & interim exercere ea, quæ ad commodum pos- 41 sessionis pertinent, † & vt verus Episcopus soluere, & ligare, ac ordines, & beneficia conferre & pro Ecclesia contrahere, & soluentes liberare, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus iurisdictionem exercere, prout poterat ante translationẽ, vt bene declarat *Calder. cons. 1. ante fin. vers. ex quo agitur ista. n. 8. de translation. prælat.* cum alijs per *Franc. Marc. decis. 1100. n. 5. et 6. Felin. in c. 2. col. 4. ad fi. vers. pro ista limitatione. n. 7. in 3. fallen. de constitut. post Ioan. Andr. in c. quod ob gratiã. de reg. iur. in 6. Rom. cons. 345. col. 2. ad fin. vers. ego quidem illam arbitror. n. 5. Io. Monach. in c. generali. de election. in 6. Pauin. de potest. & offic. capit. sede vacant. prælud. 7. & vlt. vers. tertio per transla- 42 tionem. n. 7. tom. 13. p. 2. fol. 413.* † vbi quod est verior opinio, vt non vacet ante consensum translati, dummodo non appareat Papam voluisse transferre inuitum, & quod ita consuluerunt *Doctor. Florentini* & tenuit *Rot.* iuxta opinionem *Io. Monach. in d. c. cum generali. de ele- 43 ction. in 6. Menoc. de arbitr. cas. 185. n. 31.* † Vbi ex hoc concludit, quod ista absolutio a vinculo prioris Ecclesiæ non est pura, sed conditionalis, hoc est si translatus Episcopus sciuerit se translatum, & consenserit iuxta doctrinam *Felin. in c. 2. col. 4. ad fin. vers. pro ista limitatione. n. 7. de constitut.*

Et facit quod dicimus de constitutione priuile- 44 giatiua, quæ non operatur effectum † antequã innotescat priuilegiato, quasi priuilegium non dicatur acquisitum ante notitiam eius, adeo quod statutum priuilegiatum non indiget publicatione, quia cessat causa propter quam est necessaria publicatio scilicet generalis ob- 45 seruantiæ, † intelligendo solum respectu notificationis ipsius priuilegiati, vt per *Felin. in c. 2. col. 4. ad med. vers. tertio limita. de constitut. Prob. ad Monac. in c. generali. 13. n. 52. col. penul. in fin. de election in 6.*

Vnde etiam beneficium non dicitur illius, cui 46 confertur, nisi acceptet † *c. si tibi absenti. de praben. in 6.* Sicut enim in matrimonio requiritur consensus vtriusque contrahentium *c. sufficiat.* 47 *27. q. 2. c. cum locum. de sponsalib.* † Sic etiam in spiritualibus *c. inter canonicos. de elect.* Et quãtumcunque res donata acquiratur absenti, & 48 ignoranti, tamen intelligitur si placuerit, † & voluerit *l. legatum. §. illis si volet ff. de leg. 1.* Quare pendet, & est in suspenso factum Papæ transferentis, donec, & quousque consenserit transla- 49 tus † *l. proinde. ff. si cert. petat. Arnulph. de iur. regal. priuil. 41. n. 12.* cum alijs per *Menoch. de arbitr. cas. 185. n. 31.*

Idem est in iure regaliorum, quod percipit Rex Francorum sede Episcopali vacante in bonis, 50 & patrimonijs spiritualibus, † & temporalibus Episcoporum percipiendo fructus, & collationes beneficiorum, dum alter locum demortui ciuiliter, vel naturaliter substituitur, quod ius prius percipiebant Episcopi sede repleta, de quo per *Archidiac. in c. imperium. 10. distin. Specul. de legat. §. nunc tractemus. vers. sed nunquid legatus. & de præbend. §. restat. vers. item nota. et in tit. ne sed. vacan. col. vlt. Corset. de potestat. & excell. reg. q. 51. Glos. & Iacob. Aluarot. in c.* 51 *vnic. qui feud. dar. poss.* † Istud enim ius regaliorum non aperitur per translationẽ Episcopi ad aliũ Episcopatum, nisi a die præstiti consensus translati, quia sicut in coniugio spirituali requiritur consensus promoti, ita & fortius in dissoluẽdo, cũ illud difficilius dissoluatur, quã cõtrahatur *c. inter corporalia. & c. fin. de trãslat. prælat.* Et quia in quibuscunq; beneficijs intelligitur cõditio, quatenus prouisio placuerit, vel prouisus consenserit, cum illud nõ conferatur in in- 52 uitum, † & matrimonium spirituale initiatur per consensum electi, firmatur per confirmationem superioris, & consumitur per consecrationem, & sicut dos non potest esse sine matrimonio, ita nec acquisitio secundæ sponsæ spiritualis, nisi per consensum sit quis libe- 53 ratus a prima, † Ita per prædictas & similes rationes late concludit *Arnulph. Ruzeus de iur. reg. priuil. 41. n. 8. vsque ad n. 15. tom. 12. fol. 381. & priuil. 34.* vbi quod ita fuit decisum tẽpore Vrbani Papæ pro Ecclesia Genomanensi; 54 & † pluries ita seruatum dicit *Idem Arnulph. ibid. priuil. 13. n. 19. post Io. Monac. in c. generali. 13. vers. sed quæro si aliquis. n. 12. col. 3. in princ.* 55 *de elect. in 6.* † Cum nemo teneatur crescere *c. ista. 74. distinct. Bart. in l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Neque inuitus contrahat, aut 56 dissoluat cõtractum antea gestum, † *l. sicut. C. de act. et oblig. l. inuitum. C. de contrahen. emption.*

Quare etiam miles translatus de vno numero in alium, licet nondum peruenerit, gaudet in continenti priuilegio militari, non expectando, 57 quod † sit aggregatus numero alterius militiæ, si tamen consenserit priuilegio, ita quod appareat velle vti *l. 1. in fin. ff. de bonorum possess. ex testam. milit. Io. Andr. in c. quod ob gratiam. col. 2. de reg. iur. in 6. Arnulph. de iur. regal. priuileg. 34. in fin. n. 11. vers. nec aliquid.*

Quod etiam est in Episcopo assumpto ad cardinalatum, quamuis enim Papa illum absoluat a vinculo Ecclesiæ propter promotionem ad Cardi-

58 Cardinalatum, † Tamen illa verba sunt interpretanda secundum iuris dispositionem, vt videlicet habeat effectum eo volente, vt declarat *Barb. de praestāt. cardin. in fin. col. penul. n. 13. et 14. tom. 31 p. 2. f. 85.* Et late explicat *Arnulph. de iur reg. priuil. 13. post Cald. cōs. 1. de trāslat. prael.* Et conferunt similia de ciuilitate alicui ex forma

59 statuti concessa, quae non prodest, si ad eius notitiam non peruenit, Et de recepto inter familiares Papae, cui tunc demum dicitur effectus familiaris, cum scit se receptum, Et de pronunciatione secreta in Cardinalem facta per Pa-

60 pam, † quae illi absenti, & ignoranti ius non acquirit, nisi mediante pilei rubei transmissione iuxta constitutionem *Eug. IV.* cui Papa solet saepius derogare, prout omnia praedicta pluribus comprobat *Menoch. de arbitr. cas. 185. n.*

61 *38. vsque ad n. 42.* † Vbi etiam de dilatione debitori danda, antequam fiat subhastatio, quae nō currit, nisi a die notificationis ei factae *Bart. in l. labeo. de iureiur. Ias. in l. beneficium. n. 48. de constit. princ. Ruin. co f. 130. n. 12. lib. 5.*

Verum si cōstaret de certa scientia Principis trās-

62 ferentis, † tunc trāslatus dicitur statim liberatus ab oneribus primi domicilij, tutelis, & similibus, ad quae teneobatur ex primo beneficio, cū clausula ex certa sciētia idē operetur, quod clausula non obstante, vt declarat *Bald. in l. idem vulpianus. §. sunt. in princ. de excusat. tutor et in proem. feudor. col. 11 in fi. prim. diuisionis. n. 37. Nicol. Boer. de potest. legat. de latere. n. 74. tom.*

63 *13. p. 2. fol. 147.* Vbi † quod de istis assumptis per Papam, seu Principem cum d. clausula ex certa scientia non est disputandum cum etiam semper intelligatur dispensatum super omnium macula, quando est de pertinentibus ad ipsum

64 Principem. † adeo vt dicta clausula operetur quoque idē, quod illa de plenitudine potestatis *Gloss. in c. ad haec. in fin. de rescript. Felin. in c. nō nulli. reg. 1. vers. quarto & vltimo fact. eod. tit.* Ita vt non debeat quis audiri cōtra illud quod

65 Princeps facit ex certa scientia, sed est imponendum perpetuum silentium, cum videatur tollere omnia obstacula, late *Boer. in d. tractat. de potestat. legat. n. 75.*

Vlterius notandum est, quod ea quae dicta sunt de

66 beneficijs, † vt vacent per Episcopatum, intelligentur quoque de pensionibus *c. cū in cunctis. §. cum vero. de elect. Caputaq. decis. 313. n. 1. lib. 2.* Et si in retentione, quae datur beneficiorum, & pensionum non exprimitur etiā facultas trans-

67 ferendi, † quamuis illam aliquis haberet, Tamē non censeretur data retentio d. qualitatis, scilicet facultatis transferendi, Cum de ea tanquam odiosa deberet fieri specialis mentio, Praesertim quia d. facultas transferendi non est accessoria ad pensionem, sed est quid extrinsecum, & nihil habet de esse, & natura pensionis. Ideo pensio non poterit transferri, & translatio erit nulla, Vnde solum Episcopus gaudebit, & non transferet *Caputaq. decis. 313. & 319. p. 2.* quem sequitur *Rot. coram R. P. D. Manzanedo. Cartaginen. translationis pensionis. 19. iunij. 1606.*

68 Indulta † tamen retinendi pēsiones, & beneficia concessa Episcopis non suffragantur, nisi litterae sint expeditae iuxta *bullam Iulij II.* quae

69 tamen † non comprehendet Episcopos titulares tantum Ecclesiarum, quae sunt in partibus infidelium *Gabr. cons. 200. n. 1. lib. 2.*

EPITOME.

PActum appositum ante, inter, vel post contractum an informet actionem nascituram, natam, & nascentem. ¶ Iuramentum quando faciat actum irreuocabilem, & addat robur circa accidentalia, & naturalia contractus. ¶ Donatio facta a patre filio ob causam matrimonij, vel clericatus an sit simplex, & debeat conferri, & imputari in legitimam, & requirat insinuationem, & possit reuocari, quamuis non fuerit facta acceptatio in vita donantis. ¶ Actus correspectiui qui dicantur, & de eorum effectu. ¶ Bona donata a patre filio, vt ordines suscipiat, quo casu possint alienari. ¶ Donatio quando recipiat modum, aut conditionem, vel aliam qualitatem inuito donatario. ¶ Intellectus *l. perfecta. C. de donation. quae sub mod.* ¶ Dominium, aut possessio an acquiratur in donatione facta absenti, non secuta ratihabitione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a patre filio ob causam matrimonij an sit simplex, & debeat conferri, & imputari in legitimam. & n. 2.*

3 *Donatio ob causā matrimonij quando cōfundatur cū toto contractu dotali, & sit vnicus contractus, ac retineat naturam ipsius dotis. et n. 5.*

4 *Cōnexa, & coherentia nō censentur diuerso iure.*

6 *Insinuatio non requiritur in donatione ob causam matrimonij.*

7 *Donatio propter nuptias nō exigit insinuationē.*

8 *Donatio facta filio ob causam clericatus non imputatur in legitimam. n. 9. & 10. Et non potest reuocari. n. 12. & 13. Intellige vt n. 14.*

11 *Bona donata a patre filio, vt ordines suscipiat, nō possunt alienari sine consensu Episcopi.*

15 *Donatio absoluta non recipit modum, aut conditionē, vel aliam qualitatē donatario inuito, neque potest reuocari. n. 16. Declara vt n. 17. et 18.*

19 *Intellectus l. perfecta. C. de donat. quae sub mod.*

20 *Pactū appositū ante, inter, vel post cōtractū an informet actionē nasciturā, natā, et nascētem.*

21 *Actus correspectiui qui dicātur, et de eorū effectu.*

22 *Donatio facta absenti stante iuramento est irreuocabilis. & n. 27. Amplia tam de iure canonico, quam ciuili. n. 23.*

24 *In materia spirituali attenduntur solū canones.*

25 *Iuramētū quādo faciat actū irreuocabilē. n. 26.*

28 *Iusiurandum addit maius robur quo ad accidentalia contractus, non quo ad naturalia.*

29 *Dominium, & possessio non quaeritur in donatione facta absenti, nisi secuta ratihabitione.*

30 *Dominium non abdicatur nisi abdicetur.*

31 *Donatio non potest reuocari, quamuis non fuerit facta acceptatio in vita donantis.*

C A-

CAPVT CCLXXXXVII.

DOnationem factam a patre filio ob causam matrimonij dixi supra *c.159.n. 34.* esse simplicem, non autem ob causam, & per consequens non conferri, neque imputari in legitimam, 1 † quasi hæc causa matrimonij non sit finalis, sed impulsiua, prout iu dubio præsumitur iuxta *cons.Oldr.5.titius dedit duobus.n.1.* quem sequitur *Alex.cons.14.circa primum dubium.n.1.col.1.in princ.vers.& consuluit.lib.1. Cephal.cons.613.n.21.Surd.cons.143.n. 52.lib. 1.& decis.322.n.84.Decian.cons.3.n. 13. vsque ad n.17.lib.1.Ias.cons.171.col.2. ad med. lib. 4. Boer. cons.65.n.15.lib.1.*

Neque obstant, quæ exaduerso adducta sunt. Quia loquuntur quando ex instrumento donationis colligeretur matrimonium fuisse causam 2 finalem ipsius donationis, † veluti si sponsa matrimonium aliter non contraxisset cum filio donatoris, nisi facta esset huiusmodi donatio, Cum aliud sit quando fuit donatum pure, simpliciter, & libere, & causa uuptiarum fuit expressa tanquam impulsiua, prout late declarat *Menoc.cons.261.n.13.et 14.lib.3.post Roland. cõs.44.n.24.lib.4.Torniell.inter cõs.Portij* Imol. *cons. 81. n. 26.* sequitur Card. *Mantic.de tacit. & ambig. conuent.lib.13.tit. 4. n. 11. vers.sed hanc sententiam. Dec.cons. 238. primo non videtur.col.2.in princ.vers.quia in casu isto. n. 2.Becc.cons.10.n.20.*

Ex istis colligitur non esse quærendum an donatio, de qua agimus sit pars contractus matri3 monij, † & confundatur cum toto ipso contractu dotali, & fingatur esse vnus contractus, & retineat naturam ipsius dotis, & donationis propter nuptias, Quia tunc hoc iudicabitur, quando essemus in donatione ob causam, adeo quod non fuisset contractum matrimonium, nisi talis donatio extitisset, cum aliud sit in casu simplicis donationis factæ ob matrimonium impulsiue, & non finaliter *Natt. cons. 609.n.3.post Guid.Pap.q. 145. fuit etiam alia. col.2.in prin.vers. sed his non obstãtibus dicendum est.n.2.*Menoch.*cons.261.n.15.lib. 3. Decian.cons.41.n.22.lib.1.* 4 † Argumento eorum, quæ dicimus de connexis, & coherentibus, & de toto, & partibus, quæ non censentur diuerso iure, & de dependentibus ab eadem uatura cum contractu, quæ illi subordinantur, & merito vestiuntur ab eo *Bald.in l.petens.27. col.6. ad med.n.33.& 34.& col.8.in princ.vers.aut di cis quod solutione.n.37.in fin.* C. *de pact.* Maxi5 me quando eodem tempore, & contextu fuisset constituta dos, & facta donatio ob causam matrimonij *Dec.cons.414. viso eleganter. ante fin. vers.& hoc præsertim in casu isto. n.* 14. vbi sequitur *Guid.Pap.d.q.145.n.2.*

Prout etiam non erit dubitandum, quod talis donatio tanquam simplex requirat insinuationem 6 *Paris.cons.16.n.27.lib. 2.* † cum alijs per *Gabr. cons.57.n. 13. vsque ad 19. lib. 2.* Quia contraria procedunt quando esset ob causam, & iudicaretur tanquam pars contractus matri7 monii, † exemplo donationis propter nuptias quæ non requirit insinuationem, seu publicationem, cum tales sint huiusmodi donationes, quæ fiunt ob causam matrimonij, vt bene declarat *Purpurat.cons.353.ex themate.n.29.lib.2. post Dec.cõs.414.viso elegãti.in fi.vers.tertio non obstat.n.14.& cõs.239.primo non videtur.n.2.post med.vers.vlterius etiã considerandũ est n.3. in fin.Rimin.Iun.in §.1.n.492.instit.de donation.* & licet *ibidem.n.493.* dubitet, Tamen multis comprobat *Menoc.cõs.261.n.15.post Rebuff. de donat.insinuan.art.1.glos.1.n. 20.tom. 2.fol.370.*

Colligitur etiam ex prædictis verius esse, quod donatio facta filio ob causam clericatus sit 8 simplex, † & non debeat imputari in legitimam, prout regulariter data filio ratione dignitatis in illam non imputantur, Cum enim pater non cogeretur talem donationem facere non potest dici ob causam necessariam, tanquam simplex donatio, quæ statim valida est non expectato tempore mortis patris, Ideo non est conferenda, vel imputãda iu legitimam tanquam simus in proprijs bonis ipsius *Aym. cons.136.per tot.* cum alijs, quos adduxi supra *c.159.n.31.vsque ad n.36.*

Et quamuis exaduerso multi alii adducantur, 9 qui contrarium tenent, † Tamen non est nouum in iure, vt vnaqueque sententia habeat contradictores, Satis est quod hæc opinio sit magis approbata, & verior, cum illa bona dicantur quasi castrensia, & dignitas non computatur, neque quod eius ratione fuisset datum argumento *l. castrense peculiam.ff. de castren. pecul.l.sacrosancta.*C.*de episcop.& cleric.l.omni* 10 *modo.§.imputari.C.de inoff.testam.* † prout hãc opinionem tanquam veriorem sequitur *Ioan. Fab.Aym.Ferdin. Tell. Gomes. Igneus.Spin.& alijs* quos adduxi supra *c.159.n.32. & 33.* Quibus adde *Io.Roiam.in epit.success.c.7.n.45.vsq. ad n. 48.tom 8.p.1.fol.399.* vbi etiam adducit *Cassan.super consuetud.Burgund.rubr. 7. §. 5. f.974. Didac. Perez. Azeuedo Mantiend.* & alijs de quibus per *Ceuall. q.682.n.2.vsque ad n.5.*vbi etiam allegat *Gratianum.reg.196.* qui late defendit hanc sententiam tanquam magis communem.

Et facit Concil *Trid sess. c. 2.* Vbi bona donata a 11 Patre filio, vt ordines suscipiat, † non possunt vendi, seu alienari absque licẽtia Episcopi, quia dantur in titulũ perpetuum, vnde neque cõputantur in legitimam, vt notat *Ceuall.d. q. 682.* 12 *n.6.* † Cui adde, quod ista donatio facta filio per patrem ob causam clericatus non posset amplius per eum reuocari, quasi ex tali donatione obligetur pater Episcopo, qui eum nõ ordinasset, nisi sub spe irreuocabilis donationis fuisset facta donatio, & quia filius debet habere præcipue illa bona, ex quibus se posset commode sustentare, ne in opprobrium clericatus 13 cogatur mendicare; † Vnde respicit non solum onerosam causam matrimonij spiritualis, sed etiam interesse tertij, qui non debet decipi ob istam reuocationẽ, itaut succedat in locum alimentorum, aut saltem æquitatis impulsu facta

censeatur *Diaz.in prax.crim.c.18.n.15.* cũ alijs, 14 de quibus supra *c.159.n.29.* † Distinguendo quando interuenit ficta, vel vera traditio, vt per *Spin.de testam.glos.princ.18.n.74.*

Quare etiam infertur, quod non est attendenda promissio facta per filium dandi, seu faciendi illud, de quo in alio instrumento, Quãuis enim non fuerit hoc adimpletum, non competit re- 15 uocatio donationis, † Nam constat donationẽ fuisse habitam pro absoluta, quo casu nõ potest recipere modum, aut conditionem, aut aliam qualitatem donatario inuito *l. post perfectã. C.* 16 *de donat. Surd. decis. 206.n.5.* † Vbi quod neque poterit reuocari tacite, nec expresse, siue simpliciter fiat reuocatio, siue bona sint alij donata *Cephal.cons.33.n.7. Gozadin.cons.87. ad fin. Socin.Iun.cons.118.n.16.lib.2.*

Contraria autem procedunt, quando de hoc nõ cõstaret, tunc enim præsumitur facta sub spe pro- 17 missionis incontinenti subsecutæ, † quasi tunc censeatur pars ipsius donationis, & per consequens donatio videtur facta intuitu promissionis, & promissio intuitu donationis quo casu nõ datur prius, aut posterius *Rip.in l.vlt.col.18. q.34.n.116.vsque ad n.119.Card. Mant.de tac.et* 18 *ambig.conuen.lib.13.tit.40.n.16.& 17.* † Vbi in proposito adducit, quod in simili de actibus correspectiuis decisũ fuit per *Rot. corã Card. Seraph. Ciuitatis Castelli donationis 28. aprilis 1578.* & iuxta præfatã distinctionem declaratur 19 *l.perfecta.C.de donat.quæ sub modo.* † Quia intelligitur ex interuallo, secus si incontinenti *Bald.in l.petens.27.col.penult.in fi.vers.ego dico* 20 *quod sicut nos habemus.n.49.C.de pact.* † Vbi etiam de pacto apposito ante contractum, quod informat actionem nascituram, licet quando apponeretur post cõtractum informaret actionem natam. & quando apponitur inter contractum antequam idẽ contractus absoluatur, tũc informat actionem nascentem; Itaut in omnibus istis casibus dicatur incontinenti fieri in actu contiguo, & in actu secum tenenti *l. duos. § fin.de duob.reis.l.si apud.de adil.actio.l.si vsu* 21 *ras.C.de vsur.* † Et quando actus dicantur correspectiui, & quis sit eorum effectus multa *Menoch.præsumpt.12.per tot.lib.6.*

Amplius neque obstaret, quod donatio tanquam 22 facta absenti possit reuocari; † Quia cum adsit iuramentum facit illam irreuocabilem, Itaut iusiurandum debeat obseruari, quasi dirigatur ad Deum, qui præsens est, & pro absente recipit, quamuis nec notarius, nec alius pro illo recepisset *c.debitores.de iureiuran.* & ita cõcludit *Alex.in l. stipulatio ista. § alteri.n.9. de verb. obligat.& cons.185.in causa & lite.n 8.col. vlt. in prin.lib.6. Ruin.cons.180.n.12.lib.1. Decian. cõs.31.n.74.lib.1.* & seruat *Rot.corã Card. Seraphino Vrbeuetan.hæreditatis 15.iunij 1580. per Glos.singularem.in c.quoties cordis.1.q.7.* & late declarat *Seraph.priuil.iuram.24.n. 2. Roland.* 23 *cons.30.n.29. vsq. ad n.34.lib.1.* † Vbi ampliat procedere tam de iure canonico, quàm de iure ciuili, cum in materia iuramenti tanquam spiritualis non debeamus attendere nisi cano- 24 nes † *Felin.in prohem.decretal.in verb.gregorius col.7.ad med.in glos.in verb.seruus.n.24. Bertr. cons.95. col. 2. lib. 2. Imol. in c. cum contingat. de iureiur.*

Nec obstat quod iuramentum non faciat actum 25 irreuocabilem, † si interponatur super actu, qui potest reuocari, quamuis periurium incurratur *Bart.in l.si quis in principio testamẽti.22.col.vlt in princ vers.quæro quid si testator.n.14. de leg. 3. Alex.cons.18.visis capitulis.ad fin. n.8. lib.2. Corn.cons.126.col. 2.in fin.n.3.lib. 1.*

Quia hoc procedit in actu, qui habet de sui sub- 26 stantia, vt sit reuocabilis, † tunc enim non potest quis etiam cum iuramento remouere sibi facultatem reuocandi, prout est in donatione causa mortis, in qua facultas reuocandi est de substantia illius, adeo quod pactum in ea appositum non valeret, cum natura vltimæ voluntatis sit ambulatoria vsque ad mortem, Quare impossibile est, vt eo casu iuramentum operetur contra substantiam, sine qua actus non potest subsistere, Aliud est in donatione inter viuos, in qua de sui natura tollitur effectus pœnitentiæ, ideo iuramẽtum operatur *Ias.in l.qui Roma. §.flauius.col.8. in princ. vers. & per hoc etiam cessat.n.19.ad fin.ff.de verb.obligat. Natt.* 27 *cons.607.n.2.* † & ita in specie donationis factæ absenti cum iuramento declarat *Rot.coram Card. Seraphino. Portuen.bonorum.17.decemb. 1579.* de qua per *Card.Mantic. de tacit. & am-* 28 *big.conuent.lib.13.tit.7.n.24.* † Cum etiam iuramentum semper maius robur addat quo ad accidentalia, faciendo valere actum omni meliori modo, secus quo ad naturalia, secundum quæ iuramentum intelligitur *Seraph. priuileg. iuram.153.ad fi.& priuil.74.n.192.vers.quarto allegatur.*

Verum esset, quod quamuis donatio facta absenti cum iuramento valeat, itaut non possit reuo- 29 cari, vt dictum est, † tamen dominium, & possessio non quæritur, nisi sequuta ratihabitione, Dominium enim est illius naturæ quod non 30 abdicatur, nisi abdicetur † *l.nec vtilem. ff. ex quib. caus. maior.* Vnde non mirũ, si ratificatio sit necessaria *l. si ego.de neg. gest. §. generaliter. auth.quibus mod. natur. effician.sui,* & late declarat *Castr.cons.195.visis his quæ narrantur. col.3.ad med.vers.ad quod breuiter & sine dubitatione.n.2.in 2.dub.lib.2.Curt. Iun.cons.55. n.9.col.3.in princ.Natt.ad Alex.cons.184. in verb.vtilis actio.lib.5.* sequitur *Rot. corã Card. Seraph. Vrbeuetana hæreditatis.13.iunij 1580.* de qua per *Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.13.tit. 7. n. 25.* latissime *Cephal. cons.* 31 *440.n.30.vsque ad n.58.lib.3.* † Non tamen ex hoc poterit reuocari donatio, quamuis non fuerit facta ratificatio, & acceptatio in vita donantis, Quidquid concludant *Castr. & Cephal.supra allegati.* Quia contrarium est verius ex his, quæ supra adduxi in *addit.ad decis. Marchiæ.39. et 88.* & late declarat *Surd.decis. 206.n.4.vsque ad n.10.post Couarr.in rubr. de testamentis.p.3.n.13.ad med.col.8.in fin.vers.illud perfectio prætermittendum.*

EPI-

EPITOME.

Parochi an debeant præcedere Canonicos, & beneficiatos in associatione defunctorũ, siue eorum Collegarum. ¶ Et multa de officio eorundem, tam in funeralibus, quam in alijs casibus. ¶ Diuersitas statuum, & officiorum in ecclesia quomodo consideretur. ¶ Statutum an valeat vt Canonicus post seruitium quadraginta annorum sit exemptus à residendo, & acquirat distributiones quotidianas. ¶ Et quando illæ dentur absentibus. ¶ Vna & eadẽ res, ac persona quo casu posit dici maior, & minor, ac diuerso iure censeri. ¶ Liber Põtificalis, & Ritualis an sit authenticus, & faciat fidẽ. ¶ Rex quãdo præcedat Cardinales. ¶ Auditor Rotæ factus Episcopus, an præferatur alijs Auditoribus. ¶ De Vicecancellario, Pœnitentiario, Camerario, Correctore litterarum Apostolicarum, Abbreuiatore, Vicario, Archidiacono, Archipresbytero, Canonicis, Parochis, & similibus, quomodo inter eos sit cõcedenda prælatio. ¶ Actus sepeliendi, & baptizandi an faciat ecclesiã curatam. ¶ Parochus in quibus actibus subsit Capitulo. ¶ Canonicus exemptus ab Episcopo per concordiam an efficiatur subditus illius, si habeat curã animarum. ¶ Stola, orariũ, & pallium quid significet, & quãdo, & per quos deferatur. ¶ Cardinales in suis titulis quã iurisdictionem habeant, & quale munus ad eos pertineat. ¶ Distinctio inter parochos titulares, & Vicarios perpetuos, & quis eorum sit magis honorãdus. ¶ Funus an posit leuari de parochia absque licentia Curati, quamuis cõcedatur fratribus libera sepultura. ¶ Verbũ, alijs, ad quæ referatur. ¶ Vna sola cruce an sit deferẽdũ funus, & cuius Ecclesiæ illa debeat esse. ¶ Rector in sua propria Ecclesia quam iurisdictionem habeat. ¶ De præcedẽtia Archipresbyteri, & Vicarij ecclesiarum Parochialium, & canonicorum S. Mariæ de Cruce, ac Rectorum, & Presbyterorum diœcesis Boianeñ. ¶ Parochi an sint magis honorandi, quàm Canonici, & quis eorum habeat maiorem administrationem, & potestatem, & cui concedatur facultas excommunicandi. ¶ Verba quando funus ad eius ecclesiam defertur an stent demonstratiue, vel taxatiue. ¶ Consuetudo in præcedentia quãdo attendatur, & in ea quo casu successori posit præiudicari per antecessorẽ. ¶ Parocho an competat restitutio si fuerit spoliatus corpore iam sepulto. ¶ Cadauera defunctorum an sint deferenda ad Ecclesiam cum cantibus. ¶ Subrogato quando debeatur idem honor, qui subroganti. ¶ Statutum an sit validũ, quod pro exequijs non posit expendi, nisi certa pecunia taxata, & quod pro nuptijs non detur Parocho, nisi certa summa. ¶ In materia præcedentiæ an dentur remedia possessoria, & quę actiones competant. ¶ Sepultura an magis accedat ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum. ¶ Compromissum super iure prælationis an posit fieri.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor concurrens cum Episcopo in negotijs fidei illi præfertur.*

2 *Vna, & eadem persona quando possit diuerso iure censeri. n. 26. & 46.*

3 *Episcopus dicitur Rector parochialis, Prætor, & Magistratus.*

4 *Subrogato quando debeatur idem honor, qui est debitus subroganti.*

5 *Parochus restituitur, si fuerit spoliatus corpore iam sepulto.*

6 *Cadauera sunt deferenda ad Ecclesiam cum cantibus propter concursum fidelium, & preces ad Deum pro eis fundendas.*

7 *Statutum non valet, quod pro exequijs non possit expendi, nisi certa pecunia taxata, & quod pro nuptijs non detur Parocho, nisi certa summa.*

8 *Consuetudo in materia præeminentiæ quando sit seruanda. & n. 99.*

9 *Iuri prælationis an possit renunciari in præiudicium Ecclesiæ, & successorum, & valeat super ea compromissum.*

10 *Consuetudo quando inducatur in ijs, quæ sunt facultatis.*

11 *Varia remedia pro recuperanda possessione præcedentiæ.*

12 *Funus an possit leuari de Parochia sine licentia Curati. Et quomodo concordentur in hoc opiniones contrariæ Doctorum. n. 13. 14. & 78.*

15 *Sepultura magis accedit ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum.*

16 *Capitulũ Ecclesiæ maioris an debeat præcedere Prælatum Ecclesiæ inferioris. Collegiatæ etiam quando Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius parochiam.*

17 *Diuersitas statuum & officiorum in ecclesia pertinet ad perfectionem, necessitatem actionum, & dignitatem & pulchritudinem illius.*

18 *Canonicorum munus quale sit, & de eorum vita, & conuersatione. n. 6. & de recitatione horarum, & assistentia in diuinis. n. 7.*

19 *Statutum an valeat, quod Canonicus, qui per quadraginta annos ecclesiæ seruiuit, sit exemptus à seruitio d. Ecclesiæ, & lucretur distributiones quotidianas perinde ac si resideret.*

20 *Canonici non iuuantur aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus septem horis inseruire, nec sufficiat quod interueniant missæ conuentuali.*

21 *Distributiones quotidianæ non dantur, nisi assistentibus in choro, quamuis de licentia superioris tunc temporis missæ celebrentur per Canonicum in Ecclesia deuotionis causa.*

22 *Exercens curam animarum excusatur à præsentia in choro.*

23 *Parochorum officium circa curam animarum quale sit. & n. 25.*

24 *Ecclesia parochialis dicitur beneficium habens parochiam ad eius curam deputatam, & territorium limitatum.*

27 Rex quando præcedat Cardinales, & quem locum habeat in Consistorio.

28 Liber Pontificalis est authenticus, & in decisiuis potest allegari.

29 Cardinalis quando sit præferendus alteri Cardinali Viceecancellario, Camerario, & Pœnitentiario. n. 31.

30 Viceecancellarij auctoritas qualis sit, & an sit dignitas. n 32.

33 Corrector litterarum Apostolicarum non præcedit in parco Abbreuiatorum.

34 Auditor Rotæ factus Episcopus, quando præfertur alijs Auditoribus.

35 Archidiaconus in administratione est maior Archipresbytero, ratione autẽ diuinorũ est minor.

36 Episcopus debet reuerentiam patri in domo, in Ecclesia autem illum præcedit.

37 Vicarius Episcopi præsente illo, non præcedit Archidiaconum, & Canonicos collegialiter congregatos, secus eo absente.

38 Quilibet in proprio officio præfertur omnibus alijs, licet extra illud postponeretur.

39 Opinio Molani de Pastore præferendo in ecclesijs capitularibus, quæ simul sunt parochiales.

40 Canonici quando præferantur parochis eiusdem ecclesiæ, & quid econtra. n. 41.

42 Actus solus sepeliendi, vel baptizandi non facit, vt ecclesia dicatur curata. & n. 43. Fallit. n. 45.

44 Laicus habet aliquando facultatem baptizandi.

47 Prælatus faciens contractum damnosum Ecclesiæ, potest nomine ipsius contrauenire.

48 Canonicus exemptus à iurisdictione Episcopi per concordiam, illa non obstante efficitur subditus Episcopi, si habeat curam animarum.

49 Regularis, qui præest curæ animarum subest iurisdictioni Ordinarij, non obstante quacumque exemptione.

50 Parochus in actibus spectantibus ad clericos subest Capitulo, secus in actu curæ animarum. n. 51. & 52. Neque de vno datur extensio ad alium. n. 53.

54 Parochus in funeralibus præcedit Capitulum, & omnes clericos, propter habitum sacerdotalem, quo in illis vtitur.

55 Stola, & orarium quid sit, & significet tam in Parocho, quàm in sacerdote Episcopo, fœminis, & alijs, & quando, & per quos deferatur. n. 56. 57. 58. 59. & 61. & qualis honor esset ambulare in stolis. n. 62.

60 Alexandri Magni reuerentia erga sacerdotem.

63 Episcopus primo ordinatus præcedit alios postea ordinatos, dummodo non habeant pallium.

64 Pallium inter Episcopos operatur idem, quod stola inter sacerdotes.

65 Honor adhibetur vestibus pretiosis.

66 Sacerdos quilibet cum stola præcedit omnes in processionibus confraternitatum, & similium.

67 Sacerdotem S. Franciscus præferebat sancto.

68 Presbyter quilibet dicendo missam conuentualem præcedit omnes capitulares etiam quo ad cultum diuinum. Idem in Patriarcha celebrante in capella Papæ.

69 Deus magis animas, quàm sacrificium expetit.

70 Valet argumentum ab æquiparatis, & qui dicit similitudinem non procedere, debet probare.

71 Episcopus dicitur Rector parochialis.

72 Cura animarum specialis est apud Parochum, generalis vero pœnes Episcopum.

73 Parochus in funeralibus non præcedit Capitulum existente Episcopo. & n. 74.

75 Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem Episcopalem, & antiquitus eorum officium erat baptizare, & sepelire mortuos, & ad eos spectat cura animarum existentium sub suis titulis. n. 76.

77 Distinctio inter Parochos titulares, & Vicarios perpetuos, & quis eorum sit magis honorandus.

79 Officium Parochi circa defunctum tam in domo, quàm extra, & intra ecclesiam. & n 81.

80 Pompa funeralis nõ est de necessitate sepulturæ.

82 Verbum, alijs, refertur ad ea, quæ non sunt expressa, & significat diuersitatem in personis, & similitudinem, & identitatem in substantia à narratis.

83 Rituale Romanum an faciam fidem.

84 Decretum congregationis Rituum circa præcedentiam Curati in funeralibus. Et quid in hoc senserit Card. S. Seuerina Pœnitentiarius. n. 87.

85 Verba, quando funus ad eius Ecclesiam defertur, an stent demonstratiue, seu taxatiue.

86 Idem ius est statuendum vbi militat eadem ratio, & quando casus expressus sit gratia exempli.

87 Cardinalis S. Seuerinæ resolutio super præcedentia Parochi.

88 Vnam solam crucem debemus deferre in funeralibus, quæ debet esse illius Ecclesiæ, ad quam defunctus portatur.

89 Rector in sua propria Ecclesia dicitur Prælatus, Imperator, & Rex, & præcedit omnes Capitulares collegiatæ, & gerit vices Apostolorum.

90 Episcopus Brixinensis quando debeat præcedere Episcopum Tridentinum.

91 Archipresbyteri an sint præferendi Vicarijs ecclesiarum parochialium, & illarum clero.

92 Canonicis nouiter erectis S. Mariæ de Cruce an debeatur præcedentia ante omnes Rectores, & presbyteros diœcesis Boianen, sicut alijs Canonicis Boianen.

93 Capitulum Ecclesiæ Maioris Florentiæ an præcedat Prælatum ecclesiæ inferioris collegiatæ, etiam quando Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius parochiam.

94 Parochi sunt magis honorandi, quàm Canonici.

95 Curatus habet maiorem administrationem, quæ præcedentiam inducit, & cura est ars artium, superat canonicatum ratione scientiæ, & ordinis. & n. 96.

97 Parochus habet potestatem dimittendi peccata respectu corporis Christi mistici, & potestatem consecrandi respectu corporis Christi veri.

98 Canonici non habent facultatem excommunicandi, quæ tamen Parochis conceditur.

CA-

CAPVT CCLXXXVIII.

IN funeralibus, quod Parochi debeant præcedere Canonicos, & beneficiatos capitulariter interuenientes, Dixi verius esse, cum de hoc in facti contingentia quæreretur, etenim dicuntur esse in proprio officio, cuius ratione datur prælatio etiam contra eos, quibus alias extra illud officium postponerentur, † prout diximus de Inquisitore, qui concurrens cum Episcopo in negotijs fidei, illi præfertur *Bimericus in direct. 3. p. q. 50. n. 3. R. P. D. Penia ad director. q. 5. n. 5.* dixi supra *c. 106. n. 38.* vbi addidi similia de Episcopis, Prælatis, Delegatis, & Consiliarijs, qui in Collegio, seu Capitulo debent sedere, & subscribere post alios præsidentes, quamuis enim habeant maiorem dignitatem, tamen non debent præcedere, cum illa dignitas non sit ordinata ad illum actum, pro quo tractabatur de præcedendo *Purpur. in l. 1. n. 195. ff. de offic. eius.* † Neque est inconueniens quod vna, & eadem persona ob varios respectus diuerso iure censeatur, cum hoc sit concedendum ratione duplicis iuris, quod vnus & idem habet, itaut vno casu possit esse maior, & dignior, & in alio minor, & minus dignus *Glos. in c. quæritur. in verb. non æquamus. 2. q. 6. Dec. in c. sanè. in 3. not. de offic. deleg. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 11. & c. 28. n. 15.* & multis similibus comprobat *Menoch. cons. 902. n. 71. vsque ad 76. lib. 10.*

Præsertim, quia Parochus in funeralibus, & actu curæ animarũ gerit vices Episcopi, qui dicitur Rector parochialis† *c. bonæ rei. 12. q. 2. c. ad apostolicam. de donat. Boer. de auctor. magn. consil. in addit. n. 16. Germon. de indult. cardin. §. ac beneficia. n. 45.* Immo etiã Episcopus dicitur Prætor, & Magistratus in sua diœcesi *Rimin. in c. canonum statuta. n. 32. de constitut. tom. 2. f. 103.* vnde est præferendus † tanquam subrogatus in eius locum, cum etiam in preheminentia debeatur idem honor subrogato, sicut ipsimet principali in actibus, in quibus illum repræsentat, quidquid sit in alijs *Felin. in c. cum olim. n. 1. vers. sed vera solutio. de offic. deleg.* Prout diximus de Delegato ab Episcopo ad aliquẽ actum, puta celebrandi synodum, vel similem, qui debet præferri, etiam in sedendo in loco Episcopi delegantis, quasi in illo actu specialiter illum repræsẽtet *c. præcipimus. 93. dist. Rom. sing. 340.*

Vlterius, cum Parochus præferatur omnibus in exercitio, & cura animarum sibi commissarum dum viuunt, Ita etiam debet præferri in funeralibus tamquam accessorijs, & dependentibus a sua iurisdictione,† Itaut etiam Parochus præferatur, & ante omnia sit restituendus, si fuerit spoliatus corpore iam sepulto, cum illud possit extrahi auctoritate superioris tamquam non iustæ sepulturæ traditum, & restitui ei, qui ius prælationis habet, iuxta opinionem, de qua per *Cassan. in catal. glor. mund. p. 2. consid. 5. col. penult. in princ. vers. de gloria autem. fol. 57.*

Et quamuis pompa funeralis nõ sit de necessitate sepulturæ, † tamen etiam cadauera sunt deferenda ad ecclesiam cum sonis, & cantibus psallentium propter concursum fidelium, & preces ad Deum pro eis fundendas *c. quia diuina. & c. vbicunque. 13. q. 2. Ias. in l. furiosum. col. 2. C. qui testam. fac. poss. Alex. in l. si cum dotem. §. si maritus. col. vlt. solut. matr. Cassan. in catal. glor. mund. p. 2. consid. 5. fol. 52.* vbi multa de sepulchris, & funeralibus mortuorum, cum alijs *per eundem Cassan. in eod. tract. consid. 75. p. 12. fol. 368. Cels. Rhodigin. lib. 9. antiq. lection. c. 44. Gul. Bened. in c. rainutius. in verb. mortuo itaque testatore. il 1. n. 54. de testam.* Itaut † neque valeat statutum, quod pro exequijs non possit expendi, nisi certa pecunia taxata, quasi impediat eleemosynas clericorum, prout neque valeret, quod pro nuptijs non possit dari parocho, nisi certa summa, licet esset validum, quod ad dictas nuptias non possint accedere, nisi tot puellæ *Felin. in c. 1. n. 19. col. 10. in princip. de sponsal.*

Neque obstat, quod aliquando in huiusmodi funeralibus Canonici, & Capitulum præcesserint Parochis, † quæ consuetudo in materia præheminentiæ est seruanda *Bald. in c. cum olim. de consuetud. Rot. decis. 4. in fin. de elect. in nou. Menoch. cons. 126. n. 3. lib. 2. Nauarr. cons. 2. de maior. & obed.*

Quia respondetur debere constare, quod huiusmodi cõsuetudo sit præscripta spatio 40. annorum *Purpur. n. l. 1. n. 200. ff. de offic. eius.* post *Andr. Sicul. cons. 5. lib. 2.* Cum etiam ad hoc, vt actus inducant consuetudinem debeat probari, quod fuerint facti ea intentione, vt consuetudo inducatur, cum alias ex gratia potuissent fieri, ne detur iuris sui renunciatio, quæ in dubio non præsumitur *Dec.* in specie *in c. cum accessissent. col. penult. ante fin. vers. & hoc comprobatur. de constit. per Glos. notab. in c. consuetudo. dist. 1.*

Maxime, quia non amittitur ius prælationis illa non vtendo, aut patiendo alios præcedere, cum enim † non possit expresse tali iuri renunciari in præiudicium ecclesiæ, & successorum, neque poterit tacite, vt in puncto concludit *Decian. cons. 21. n. 74. lib. 1.* Cum etiam materia præcedentię sit magni pręiudicij, neque possit compromitti sine auctoritate superioris, declarando tamen, vt dixi *in addit. ad decis. Marck. 232. n. 1. cum seq.* Itaut non sit considerandum, quod aliqui parochi, vel ignoranter, vel ob aliquod interesse permiserint alios pręcedere, cum ex hoc non inferatur pręiudicium alijs non consentientibus, prout neque successoribus, qui etiam poterunt contrauenire facto inualido antecessoris *Soc. cons. 79. n. 47. lib. 4. Menoch. cons. 1. n. 102.* Quidquid alias successor in dignitate teneatur obseruare factum sui prædecessoris, etiam quod sit successor in dignitate electiua, cum adsit eadem dignitas, quæ numquam moritur, late *Idem Menoc. cons. 264. n. 18. vsque ad n. 24. post Aym. cons. 241. n. 17.*

Accedit, quod huiusmodi consuetudo nihil operatur, cum ea, quę sunt facultatis † non inducant consuetudinem restrictiuam liberæ pote-

statis *Abb.in c.ex parte assensis.* 10. *n.* 7. *in vlt. not. de concess.praben.Bart.in l.cum de in rem verso col.fin.de vsur.Ias.in l.quominus.n.*28. *de fluminib. Aym.cons.*96.*n.*4. *Castr. cons.*340. *ad fin. lib.*2. Requiritur enim prohibitio, & interpellatio in actibus mere voluntarijs, Nam in eis non acquiritur quasi possessio,nisi postquam interpellatus recusauit, tunc enim à tempore prohibitionis nascitur præscriptio, aut consuetudo, quæ facit,vt prohibitus tunc gerat actum non gratuitum, sed merx seruitutis *Abb. in c. significante.* 69. *in primo notab. & ibi Franc. etiam in primo not.de appell.Natt.cons.*106.*n.*9. *ad fin.& cons.*107. *lib.*1.*Bald.in l.*2.*C.de seruit. col.*9.*in princ. vers.sed quaritur an per obedientiam. n.*54. cum alijs, quos adduxi supra *c.* 88. *n.*15. *& c.*89. *n.* 18. *vsque ad n.* 21. *Surd. cons.* 127.*n.*23.*lib.*1.

Immo etiam parochi poterunt recuperare ius suum, & ipsam possessionem præcedentiæ, † si forte sui maiores perdidissent, non enim fuit bonum ius deperditum, quamuis fuerit amissa possessio, cum res de facili reuertatur ad suam naturam, vt in specie præcedentiæ concludit *Bald.cons.*387.*col.*2.*in princ.vers.nec potest ei obijci quicquam.lib.*2.*Purpur.cons.*540. *in fin.n.*19.*lib.*2.*Menoc.cons.*902.*n.*78. *lib.* 10. Cum in similibus causis præcedētiæ dentur passim remedia possessoria *Bald. in c. licet causam.* 19.*n.*6.*& ibi Felin.n.*1.*de probat.Purpur.d.cons.* 540.*n.*19. Itaut etiam competat officium Iudicis *lo.Fab.in §.aliam.inst.de bon.poss. Ias.in l.si non sortem. §. libertas.de condic. indeb.* Et licitum sit resistere etiam armata manu contra eum, qui tale ius præcedendi infringit *Bald. in l.obseruare.§.antequam. in fin. de offic. proconss. Menoch.cons.*257.*n.*55. *lib.*3. Cum etiam detur actio iniuriarum aduersus eum,qui non patitur similem honorem decerni, late *Corduben. in l. si quis à liberis.in princ.n.*30. *&* 32.*ff. de liber. agnoscend. Gerard.singul.* 33. cum alijs, quos adduxi supra *c.* 110.*n.*14.*vsque ad* 25. *Cassan. in catal.glor.mund.consider.*38.*p.*1. *conclus.*19.

Et pro confirmatione prædictorum facit, quia propter iurisdictionem, quam parochus habet in sua parochia non potest funus leuari sine illius licentia,† & antequam per eum dicatur antiphona,subuenite, vt declarat *Imol.in clem.dudum.col.*16.*ante med.vers.nota bene.n.*66.*& ibi Card. in §.buiusmodi. in fin. de sepultur. Oldr. cons.*82.*an fratres.n.*2.*vers.nam & portare.*

Nec facit,quod *Idem Oldrad.cons.*225.*n.*14. contrarium voluerit,quod talis licentia non requiratur,† Quia verius est illam adhibendam esse de consuetudine,cui in istis casibus funeralium semper standum est, maxime circa ea, quæ spectant ad Parochum,quamuis alijs Ecclesijs extra parochiā libera sepultura concedatur *Glos. in clem.dudum.§.verum ne parochiales. in ver. integrè.de sepultur. Abb.in c.cum liberum.* 11. *in fin. vers.& cum sit concessa. & vers. & nota hoc vltimum.& ibi etiam Anchar.in fin.vers.& prædicta faciunt. eod. tit. Idem Anchar. in d. clem. dudum. §. buiusmodi. in princ. vers. vbi etiam tetigi quod tangit. n.*28. *& ibi Imol.n.*65. *col.*16.*in princ.& Card. in fin. ver. primum tamen obseruatur. de sepultur.* Et ita per eos concordantur dicta consilia contraria *Oldrad.* 82. *&* 225. *n.*14.

Quamuis enim in *d. §. buiusmodi.* disponatur, quod Fratres Mendicantes habeant liberam sepulturam; † Tamen ibi textus subdit explicando in quo consistat illa libera sepultura, videlicet, quod fratres possint omnes ad eam recipere, qui sepeliri elegerint in eorum Ecclesijs, ex prædictis autem verbis non tollitur, quod parochis debetur de iure communi,vel ex consuetudine circa ea, quæ seruantur in similibus funeralibus,cum non sint contraria d. sepulturæ, neque illi repugnent, prout ita respondet *Glos. in d. §. buiusmodi. in verb. integre.* & sequitur ibi *Imol.n.*65. vbi etiam, quod præsentia parochi non impedit d. sepulturam. Cum etiam satis sit,quod Fratres fuerint priuilegiati circa ista iura funerandi, quæ antea non habebant tamquam carentes populo *Glos. in d. §. buiusmodi.in verb.sepulturam.Host.in c.*1.*post princ. vers.caue tamen tibi. de sepultur.* Maxime, quia non est sublatum priuilegium Fratrum, quamuis parochus debeat interuenire in illis funeralibus,cum talis præsentia non repugnet sepulturæ, vt dictum est, & notat etiam *Card. in d.§. buiusmodi. in fin.* vbi, quod ista opinio est tutior, ne detur materia rixæ, Quamuis enim vno permisso permittantur etiam præparatoria,Tamen intelligitur, dummodo quis non sibi ius dicat,vt per *Card.ibid.* Cum etiam ex hoc oriatur ecclesiæ leue præiudicium, quo casu illi potest præiudicari,etiam per Prælatum in priuilegijs eidem ecclesiæ concessis *Felin.in c.cum accessissent.col.*17.*in princ.vers.& pro intelligentia huius limitationis.§.*1.*de constitut.* Stante igitur prædicta iurisdictione parochi in sua parochia contra omnes, in quorum Ecclesijs fuerit electa sepultura a defunctis, erit etiam ei concedenda prælatio in exercitio eiusdem iurisdictionis,& sic in funerali processione,de qua agimus ex supra allegatis.

Quibus adde, quod sicut parochus præfertur cunctis in administratione sacramentorum parochiani, † Ita etiam erit præferendus in sepultura,quasi illa magis videatur accedere ad communionem sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum, Nā licet septem sint sacramenta ecclesiæ, Tamen etiam vltra ea dicuntur sacramenta omnes res sacræ, & ecclesiasticæ, prout post *Feder.* concludit *Gemin. in c.alma mater.§.in festiuitatibus.n.*8.*ad fin.vers. & ista videtur verior opinio. & ibi late Costa. n.*7.*vsque ad n.*10.*de sentent.excommun.in* 6.

Neque obstat auctoritas *Felin.in c.cum nō liceat.* 12.*col.*1.*ad med.vers.hic respondi pridie.n.*2.*de præscript.* † vbi concludit, quod Capitulum ecclesiæ maioris debet præcedere prælatum ecclesiæ inferioris collegiatæ, etiam quando Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet

bet deferri per illius parochiam. Quia loquitur in simplici prælato ecclesiæ inferioris collegiatæ, qui tamquam minor Episcopo debet reuerentiam maiori, & per consequens Capitulo, quod tunc repræsentat Episcopum, Aliud esset si idem prælatus fungeretur vice parochi, prout sumus in casu nostro, Tunc enim propter istam qualitatem sui officij est maior capitulo, & debet præferri ob rationes superius allegatas; Et ita etiam respondetur ad *Boer. de auctor. magn. concil. n. 79. & ad Mar. Mut. super consuetud. Panormitan. c. 60. in fin.* qui simpliciter referunt, & sequuntur *Felin. in d. c. cum non liceat*, Hæc breuiter adduxi pro confirmatione, seu potius subscriptione eorum, quæ exactissime miro ordine, & pari eruditione scripsit omni scientiarum genere præstantissimus D. meus Theodosius Rubeus, quibus nihil addendum erat, cum supremam manum imposuerit, & omnia diligentissime pertractauerit in suo responso quod ad publicam vtilitatem hic inserere volui vt magis appareat veritas eorum, quæ supra firmata sunt.

Responsum D. Theodosii Rubei sacræ Theologiæ & V. I. D. in eadem materia.

CVm canonici & Beneficiati aliquando interueniant in associatione fidelium defunctorum nobilium, siue eorum collegarum, orta fuit controuersia inter ipsos, & parochos circa ordinem, & præcedentiam.

In qua quæstione resoluenda, altius repetenda sunt distinctio ac varietas multiplex officiorũ ac graduum, qua ipsa vniuersalis Ecclesia mira speciositate ornata resplendet, † Ad tria enim pertinet ista diuersitas statuum, & officiorum in Ecclesia, Primo ad ipsius Ecclesiæ perfectionem, propter quod *Apostol. ad Ephes. 4.* dicit ipse dedit quosdam quidem Apostolos quosdam autem Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores &c. Secundo, pertinet ad necessitatem actionum, quæ sunt in Ecclesia necessariæ, oportet autem ad diuersas actiones diuersos homines deputari, ad hoc quod expeditus, & sine confusione omnia peragantur iuxta illud *Apost. ad Rom. 12.* Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Tertia, hoc pertinet ad dignitatem, & pulchritudinem Ecclesiæ, quæ in quodam ordine consistit. Vnde Regina Saba 3. *Reg. 10.* videns omnem sapientiam Salamonis, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium non habebat vltra spiritum, & *Idem Apost. 2. ad Timot. 2.* dicit, quod in magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia. Et ad laudem Ecclesiæ dicitur *Psalm. 44.* Quod est circum amicta varietate. Vbi *Glos.* dicit, quod doctrina Apostolorum & confessione martyrum, & puritate virginum & lamento pœnitentium ornatur Regina 1. *ecclesia.* ita hæc omnia cũ alijs cumulat *S. Thom. 2. 2. quæst. 183. art. 2. & 3.* quem sequitur *Turrecr. in sua summa lib. 1. cap. 69.*

17

Et omissa varietate in membris Ecclesiæ ratione perfectionis, secundum quam accipitur differentia statuum, prout quidam sunt alijs perfectiores tamquam a nostro instituto aliena, & insistendo in diuersitate ratione actionum siue officiorum secundum quam dicuntur esse in diuersis officijs, qui sunt ad diuersas actiones deputati, & in diuersitate ratione pulchritudinis Ecclesiasticæ, prout scilicet in eodem statu vel officio vnus est alio superior, vt inquit *D. Thom. d. art. 3. in corp.*

Dicimus in Ecclesia Dei ad aliud officium esse deputatos Canonicos cum Beneficiatis, ad aliud vero animarum Curatos, siue Parochos.

Canonicorum enim munus exprimitur a *Concil. Turonensi tertio, sub Carolo Magno. & Leone III. c. 23.* † Vbi dicitur Canonicos, & clericos in claustris habitantes debere in eodem dormitorio dormire, & in eodem refici refectorio, & subdit rationem his verbis, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere. Quod etiam confirmatur a *Concil Maguntinensi 1. sub eodem Imperatore cap. 6. & a Concil. Rhemensi sub eod. cap. 8. & a Concilio Meldensi cap. 53.* Canonicorum etiam vita, officium, & Conuersatio colligitur *ex Concil. Aquisgranensi primo. cap. 114.* & inter alia ita dicitur, vt horis Canonicis diuinum officiũ deuotissime expleant. *Et cap. 124.* eis iniungitur, vt horas Canonicas religiose obseruent, & mox vt datum fuerit signum, festinato omnes ad Ecclesiam conueniant, quam non pompatice vel inhoneste, vel incomposite, sed cum reuerentia, & Dei timore ingrediantur, Quæ omnia renouat, & confirmat *Concil. Aquisgranense. 2. cap. 25. de ordin Rectorum.* Et in *Concil. Lateranen. sub Inocentio III. cap. 7.* dicitur si Canonici renuerint, vel in contemptum Episcopi cessauerint a diuinis, Episcopus Metropolitano negocium deferat &c. Idem dicitur in *Concil. Senonen. cap. 4. p. 3. Et in Concil Augustensi sub Othone Card. cap. 9.* Quæ omnia collecta habentur *a Petro Crespetio in sua summ. in verbo Canonicus. fol. mihi 91. & 92.* & aliqua etiam notauit *Ant. Aug. in Epit. Iur. Pontif. veter. lib. 8. tit. 50 de vita & honestate Canonicorum cap. 5. & 6.* Idem dicit *Marsil. Colum. de Ecclesiast. redditib. c. 7. n. 21. & 22. cum seq. Molan. de Canonicis lib. 1. cap. 19.*

18

Eadem etiam præsertim circa recitationem horarum canonicarum, & assistentiam in diuinis propter cultũ diuinum confirmantur a *Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat* Et quod Canonici diuinis sint mancipati officijs tam in Ecclesijs Cathedralibus quam collegiatis sæcularibus, vel regularibus dicitur *in eod. Concil. sess. 22. c. 4. de reform.*

Et adeo est necessaria d. assistentia in diuinis, vt Sacra Congregatio Concilij censuerit, † propter *d. c. 12.* sublatum esse statutum Ecclesiæ Com-

19

Compostellanæ ab immemorabili tempore obseruatum, quod Canonicus, qui per 40. annos horis diuinis interfuerat, & Ecclesiæ inseruierat continuo haberetur pro iubilato, itaut esset exemptus a seruitio, & lucraretur distributiones quotidianas, perinde ac si resideret ac inseruiret. Licet postea, vt dicitur in ea declaratione Sanctissimus dixerit d. statutum esse tolerandum.

In tantum etiam cultus diuinus est proprium officium, & munus Canonicorum, † vt dixit eadē Sacra Congregatio, vt Canonici non inuentur aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus septem horis inseruire, propter clara verba *Concil. in d. c.* 12. ibi statis horis, ibi, diuina ibi in choro psallant, & propterea fuit satis disputatum circa consuetudinem immemorabilem Ecclesiæ Parmen, Vbi Canonici non interueniunt horis Canonicis, sed solum missæ Conuentuali quotidie, & vesperis in diebus festiuis, & retulerint Sanctissimo vt tolleret d. consuetudinem.

Assistentia vero debet esse non solum in Ecclesia sed præcise in choro, † Vnde qui tempore recitationis horarum celebrarent in capellis, in quibus tenentur missas celebrare, vel deuotionis gratia, non debent percipere distributiones illius horæ, & si permissu superioris id facerent, Ita censuit Sacra Congregatio, Vbi etiam dixit admonendum esse superiorem vt abstineret a dictis licentijs concedendis. Et videtur esse de mente *Felin. in c. cum olim. n. 2. vers. limita hac. de sent. & re iud. post Federic.* ab eo allegatum *in cons.* 220 *quæsitum est. in fin.*

A qua tamen præsentia in choro excusaretur, qui exerceret curam animarum imminentem cathedrali, † dum tamen est in actu administrandi sacramenta, vel alia exerceret, quæ spectarent ad ipsam curam, prout Sacra congregatio censui *cum ipso Sacr. Concil. sess.* 22. *cap.* 3. & *sess.* 24. *c.* 8.

Quod etiam procedere dixit eadem Congregatio quando quis parochialem habet simul, & canonicatum.

Parochorum vero officium, quod est circa Curam animarum describitur † a *Concil. Senonen. cap.* 11. & 12. & *Concil. Colonien.* 3. *partis* 5. *c.* 1. 2. 3. & 4. & *Concil. Augusten. cap.* 8. *cum alijs relatis a Petro Crespetio in dicta sua summa in verb. parochus. & in verb. parochia.* vbi ponit statutum Dionysij 1. *Epistol.* 2. de quo *Gratianus caus.* 13. *quæst.* 1. *c. ecclesias.* vbi quod singulis presbyteris parochiæ sunt assignatæ, vt taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiant, vt ante Tribunal eterni Iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddant: alia habentur *ab Ant. August. in d. epitom. lib.* 6. *tit.* 9. & 10. & *Concil. Trid.* in pluribus locis præsertim *sess.* 22. *cap.* 8. & *sess.* 24. *cap.* 3. & 4. *de reform.*

Est enim parochialis Ecclesia beneficium habens parochiam ad eius curam deputatam, † & territorium limitatum *Arcbid. in c. licet canon. col.* 2. *de elect. lib.* 6. *Mil. in verb. ecclesia parochialis. Rom. cons.* 56. *col.* 1. *Alex. cons.* 74. *in princ. lib.* 6 Ex quo illā obtinens tenetur administrare Sacramenta Ecclesiæ *c.* 1. & *per tot. de paroch. Clem. dudum. de sepult. Staphil. de stat. & qualit. benef. n.* 2. *cum sequ.* Io. *Sylu. par.* 1. *de benef. q.* 2. quibus se subscribit *Paris. de resig. benefic. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 105. & 106.

Alia circa officium Parochi videri possunt apud *Hoiea. de compatibil. benef. par.* 1. *c.* 13. *vsque ad n.* 9. plura ponit *Gonzalez. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 6. *præsertim. n.* 34. † vbi post alios ab eo congestos ponit substantialia ad hoc vt Ecclesia dicatur parochialis, & quo titulo parochus debeat administrare populo Sacramenta.

Et hæc breuiter attigisse sufficiat circa diuersitatem officiorum inter Canonicos, & parochos Restat vt videamus iuxta initio allegatam distinctionem *D. Thomæ*, diuersitatem rationem pulchritudinis, prout videlicet Canonici, & Parochi sunt inter se maiores, circa quam dubitationem.

Suppono quod vna, & eadem res, vel persona censeri potest duplicis iuris ob diuersos respectus † *l. miles. §. pro parte. de legat.* 2. *glos. in c. quæritur.* 2. *q.* 7. *Abb. in c. sane. & ibidem Dec. in* 3. *notab. de offic. deleg. Cassan. in Catalog. glor. mund. p.* 11. *consid.* 12. *in fin.* cum alijs multis adductis a *Menoch. de recuper. remed.* 1. *n.* 36. & repetit in simili materia præhæminentiarum *in cons.* 902. *n.* 71. *Pioard. inter cons. Menoch. cons.* 52. *n.* 99. *doctiss. Grat. Discept. Forens. c.* 111. *n.* 13. Qui dixerunt quod quis haberi potest maior & dignior altero, & eo etiam minor, & minus dignus diuersis respectibus.

Hinc videmus quod licet Rex tam in suo Regno, quam extra, Cardinales vti singulos præcedat, non † tamen hod illi in concistorio, & capella conceditur, sed eidem locus sub primo Episcopo, vel post antiquiorem presbyterum Cardinalem assignatur vt est videre *in lib. Pontificali, seu Curia ceremoniali sub Rubr. de receptione Regis, ac sub Rubr. de ingress. Imperat.* qui † liber etiam in decisiuis tamquam authenticus allegari potest, vt attestatur *Pauin. in tract. de potest. capit. sed. vac.* Io. *And. & Hostien. in c. consuluit. de fer. nō ordin.* & notauit Io. *Picard. inter. cons. Menoc. cons.* 52. *n.* 143. & sequitur Idem *Menoch. d. cons.* 902. *n.* 71. *nouissime doctissimus Gratian. d. c.* 111. *n.* 7.

Ita etiam Cardinalis antiquior præcedit in Concistorio, & capella Cardinalem Vicecancellariū in † Cancellaria vero præcedit Cardinalis Vicecancellarius, nam inter officiarios Curiæ Romanæ post Papam dicitur maior *Tabar. in clem. ne. romani. vers. eo ipso. ibi quarto quæro.*

Et † est Iudex in pertinentibus ad expeditionem bullarum, & est Præses iustitiæ in Curia ponens decretum irritans, & alias clausulas, & sedere potest, & stare cum Auditoribus Rotæ in decisionibus causarum, etiam in præsentia Papæ *secundū Glos. in probemio Regul. Cancell. Cassan. in d. Catal. glor. mūd. p.* 4. *cōsid.* 13. *per tot.*

Idem

Idem est in Cardinali Camerario, & Pœnitentiario, vt de Camerario 31 † dicit *Cassan. vbi supra consid.* 4. Et de Pœnitentiario, Vicecancellario, & Camerario idem dixit *Rota in Romana præeminentiarum.* 16. *decembris.* 1585. *coram bo. me. Card. Seraphino.* 32 † Vbi fuit allata ratio, quod idcirco d. Cardinales præfata officia habentes non sortiuntur aliquam prærogatiuam in ijs, quæ spectant ad Collegium Cardinalium, quia non sunt dignitates dicti Collegij Cardinalium.

In qua decisione fuit plene resolutum correctorem litterarum Apostolicarum non debere præcedere in parco Abbreuiatorum, 33 † quia non est dignitas collegialis, licet alias Correctoria sit dignitas maior, quam Abbreuiatoria.

Et Auditor Rotæ si fiat Episcopus cum retentione Auditoratus, vt proxime elapsis temporibus vidimus 34 † Seraphinum ad Patriarchatum Alexandrinum promotum, in Rota non præcedit vti Episcopus, vel Patriarcha, sed locum suum retinet, licet extra Rotam præcedat omnes Auditores, vt est videre in Cappella Papæ.

Ita Archidiaconus, qui in administratione est maior Archipresbytero, 35 † & illi præfertur, ratione vero diuinorum minor est, & postponitur *c.* 1. *& v. offic. de offic. archid. & archipresbyt.* vbi omnes tangunt *Picard. d. cons.* 52. *n.* 100.

Episcopus patri in domo reuerentiam exhibere debet, licet postea in Ecclesia illum præcedat, 36 quia † ex diuersis respectibus quis maior, & minor dicitur *Host. in c. indecorum. de ætat. & qualit. Cassan. in d. Catal. par.* 7. *consid.* 39.

Et omissis infinitis alijs exemplis, quæ cumulari possent, idem videmus in Vicario Episcopi, 37 qui, † licet præsente Episcopo non præcedat Archidiaconum, & Canonicos collegialiter congregatos, secus tamen eo absente, cum tunc debeat præferri, & honorari vti Episcopus, cuius locum, & vices gerit *c. percipimus. d.* 93. cum alijs multis adductis *à D. Gratiano d. c.* 111. *n.* 16. *&* 17. quod etiam dicit ita fuisse notatum *à R. P. D. Cantuccio. Rota Romana Auditore in causa Florentina prælationis,* quod votum ibidem ipse posuit per extensum, vti propalator, non occultator alienæ laudis *in* 5. *difficultate. n.* 47.

Ex quibus omnibus sequitur, quod quilibet in 38 proprio officio præfertur omnibus alijs, † licet extra d. officium eisdem alias postponeretur, vt diximus de Vicecancellario, Camerario, & Pœnitentiario, Auditore Rotæ, Episcopo, Archidiacono, &c.

Sequitur etiam, quod debet præferri ratione loci vt diximus de Rege in suo Regno, de Episcopo in Ecclesia, &c.

Hoc ita præsupposito, & omissa opinione *Molani in d. tract. de Canonicis. lib.* 2. *c.* 12. de Pastore alloquin iustissima, & si consuetudo non obstaret, executioni mandanda, 39 † quod in capitularibus ecclesijs, quæ simul sunt Parochiales, supra Canonicos simplices, siue nulla dignitate præfulgentes, Pastori esset locus tribuendus, & quia Parochi sunt Canonicis digniores, vt etiã infra ostendam, & quia expedit, quod populus Pastores animarum omni honore prosequatur, ac propterea multum conuenire, vt in hac parte Canonici populo præluceant suis exemplis declarent plurimum reuereri, & honorare Pastores, quia Pastores sunt. Multa alia pro huius opinionis, seu potius veritatis confirmatione ibidem cumulat, quę propter breuitatẽ omitto.

Hoc inquam præsupposito, dicimus Canonicos præferendos esse parochis eiusdem ecclesiæ in 40 choro, † & in processionibus sanctissimi Corporis Christi, Litaniarum maiorum, & alijs omnibus actibus ad diuinum cultum spectantibus, quia cum hoc sit Canonicorum proprium officium, vt late supra ostendimus, in eo debent alijs clericis omnibus præferri, & honorari, vt vidimus in proximo præsupposito, Et si quando in dictis actibus interueniunt parochi, cum ibi sint vti clerici simplices, non mirum, quod postponuntur Canonicis, cum esse parochum non 41 sit officium, nec dignitas Capitularis. † Et vice versa, licet parochi ecclesiarum, vbi sunt capitula, postponantur in actibus ad cultum diuinum destinatis, præferri tamen debent in actibus ad curam animarum spectantibus, cum hoc sit eorum officium, vt superius vidimus, Et licet aliquando Canonici capitulariter interueniant in funeralibus, cum hoc non sit eorum officiũ, non debent præferri parochis, spectat enim 42 ius sepeliendi ad parochos, † licet solus actus sepeliendi non faciat, vt ecclesia dicatur Curata ad *Feder. cons.* 135. vbi allegat *Archid. in c.* 1. *de sepult. & Host. in c. quia nonnulli. de cler. non resid.* & notat *Sarn. in reg. de idiom. q.* 11. *n.* 8. *Hoied. de benef. compat. & incompat. c.* 13. *n.* 9. *Paris. de resignat. benef. d. q.* 1. *n.* 108. 43 † Vt neque solus actus baptizandi facit, vt ecclesia dicatur curata, vt dicunt *ijdem auctores in locis citatis,* vbi etiam reddunt rationem, quia actus bapti-44 zandi aliquando spectant ad laicum † *Sot. in* 4. *sent. dist.* 4. *q. vnic. art.* 2. Et potest haberi sine cura cemeterium ex consuetudine, vel Episcopi concessione.

Omnia tamen ista simul si concurrant, Ecclesia est parochalis, & ita ad parochum quo ad præsen-45 tem quæstionem, † spectat mortuos sepelire; vt fuisse dictum *in Viridunen. Parochialis S. Victoris de mense octobris* 1539. *coram Sarnense* testatur idem *Sarnen. vbi supra d. q.* 11. *de idiomat.*

Ratio autem cur vna, & eadem persona modo præferatur alteri, modo eidem postponatur, 46 & ita diuerso Iure censeatur, † ea est, quia quando in vnam personam deueniunt Iura plurium, ea omnia retinent pristinam naturam, & quatenus is eligit personam vnius, ilhius sustinet vicem, & pro eo habetur, neque tunc consideratur vt persona alterius, vti diximus de Cardinali Vicecancellario, qui in Consistorio, & cappella solum consideratur vt Cardinalis, & habet locum vti talis, neque ad præcedentiam quicquam ei suffragatur Vicecancellariatus

cellariatus

cellariatus, contra vero in Cancellaria alios omnes præcedit, neque tunc consideratur vti simplex Cardinalis, sed cum suo officio, vt probatur in *l. 1. vbi Bald. de offic. consul. Soc. in l. cum filio n. 78. post med. de legat. 1. Rom. cons. 322. Bal. cons. 167. titius vendidit n. 1. ibi ad hoc facit. lib. 1. Parif. de resign. lib. 12. quæst. 10. n. 14. & 15. Menoc. cons. 58. n. 7. Surd. cons. 91. n. 19.*
47 *& cons. 383. n. 42. & 43.* † vbi dicit quod si Prælatus fecit aliquem contractum, qui Ecclesiæ sit damnosus, ipsemet potest nomine Ecclesiæ contrauenire, cum duplicem representet personam *per Glos. in c. 1. in verb. contractum. de in integr. restit. in 6.* Idem etiam repetit, & pluribus exemplis confirmat *in cons. 365. a n. 22. ad 27.* & fuit dictum *in vna Regien. S. Thomæ. 10. decembris 1576. coram. Robust. inter nouiss. diuers. decis. 100. n. 5. p. 1.* Idem etiam voluit *eadem Rota in Burgen. concordiæ 14. ianuarij 1594*
48 *coram Cardin Seraphino*, † vbi fuit dictum quod Canonicus alias exemptus a iurisdictione Episcopi per concordiam, si habeat curam animarum non obstante concordia efficitur subditus Episcopi, & hoc aperte dicitur colligi ex decreto *Concil. Trid. sess. 25. cap. 11. de re-*
49 *gular.* † Vbi habetur quod si regularis præest curæ animarum subest iurisdictioni ordinarij non obstan quibuscunque exemptionibus, & vlterius adducitur ratio in dicta decisione, quia eadem persona duplici iure censetur cum duplicem gerat personam.

Ita Parochus cum consideretur vti clericus, & vti parochus, in actibus spectantibus ad cleri-
50 cos, † qualis est cultus diuinus, subest capitulo, cum hoc vna cum Episcopo sint vnum corpus, cuius corporis Episcopus est caput, & Canonici membra *c. nouit. 4. de his quæ fiunt a præl. sine cōsens. capit. Glos. in c. irrefragabili in verbo per capitulum. de offic. ordin. Io. Monac. in c. a collatione. de appell. in 6. Dom. Gratian. d. c. 111.*
51 *n. 2.* † Et in talibus actibus esse Parochum nihil ei suffragatur ad præcedentiam, cum non sit officium, neque dignitas Capitularis. vt supe-
52 rius diximus, † Quando vero est in actu curæ animarum, & sic in proprio officio, non consideratur vti clericus, qui Capitulum sequitur, sed vti sacerdos cum signo sacerdotali stolæ, & ita omnes debet anteire, vt statim dicemus de hoc signo. Et esse Canonicum non est dignitas, neque officium spectans ad administrationem, & curam animarum.

Quemadmodum ergo præcedentia, quam parochos habere prætendimus in actibus ad curam animarum spectantibus, non extenditur ad
53 actus circa cultum diuinum. † Ita vice versa neque Canonici prorogare debent eorum præcedentiam, quam habent in functionibus cultus diuini ad actiones pertinentes ad curam animarum, quia materia præcedentiæ non admittit extensionem cum sit odiosa, vt fuit dictum in *Asten. sedis 27. februarij 1589. coram bo. me. Gipsio.*

Secundo, principaliter parochus in funeralibus præcedere debet clericos omnes, & etiam ip-
54 sum capitulum, † quia ipse administrat, & fungitur officio suo in habitu sacerdotali, videlicet cum orario, siue stola *c. ecclesiastica. dist. 23.* prout eadem vtitur in administratione omnium sacramentorum, nam sine intermissione debent sacerdotes vti orarijs propter differentiam sacerdotij dignitatis *Concil. Maguntin. can. 28. Iuo. p. 6. c. 778. decret.* quos refert cū alijs *Ant. Aug. in d. epit. lib. 6. tit. 37. de vestib. sacerdotum. cap. 5. Siluestr. in sum. in verb. diaconus n. 6. Io. de Turrecrem. in d. can. ecclesiastica*
55 *n. 3. & 4.* † vbi quod dicitur orarium, quia fere in singulis orationibus præsbiter eo vtitur frequentius, quam alijs ornamentis, ita etiam ibi *Archid. n. 1.* Et quod stola significat iugum domini, vnde episcopus quando ordinat sacerdotem dans ei stolam, dicit Accipe iugum Domini & n. 4. dicit quod stola est ornamentū sacerdotale, quæ virtutes designat *Alcuinus de diuin. offic. c. quid significent vestimenta* asserit.
56 Orarium † dici, eo quod oratoribus idest prædicatoribus concedatur *Ex Concil. Tolet. 4.* & habetur in *can. vnum. dist. 25. Beda* tamen *in collectaneis c. de septem ordinibus*, innuit orariū ab oratione appellatum, De orario meminit *S. Ambros. in oratione de obitu Satyri fratris*, & *Concil. Lodicen. can. 22. vt habetur in institut. sacerdotis Alphonsi de Torres. in tit de vestimentis vasisque sacris. n. 7.* vbi multa alia cumulat.

Porro quod semper in vsu fuit mos deferendi ora-
57 rium in processionibus, & litanijs, † ostendit *Fortunatus Pictauiensis in vita S. Marcelli Episcopi Parisiensis*, vbi refert quod cum immanis draco non longe ab vrbe delitesceret, processione solemni illuc processit Marcellus, misfoque (ait) in collum serpentis orario, triumphum suū ante ciuium oculos extrahebat &c.

De orarij vsu antiquissimo scripserunt *Hamulanius Fortunatus, Angelonius Luxoniensis, Rabanus Maurus, Dupertus Tuitiensis, & alij ve-*
58 *teres*, † vt notauit *Crespetius in d. summa in verbo orarium, & Glos. in l. 1. C. nulli liceat. in fren. lib. 11.* dicit quod chlamys militem, purpura regem, stola sacerdotem, toga aduocatum, cucula monachum demonstrat, quod dictum refert *Bald. in c. causam. extra de probat.* & loquitur *Cassan. in d. Catal. par. 1. consid. 23.*

Erat etiā Stola velamen fœminarum, vt est apud *Isidor. lib. 19. Orig. c. 24. de pallijs fœmin.* quem refert *sanctæ me. Cardin. Baronius in notat. ad Martyrol. Romanum* in die 7. maij in littera C. *verbo Sacro velamine consecrata.* non longe *à fin. fol. 260.*

Erat etiam antiquitus Stola vestis quædam candida pertingens vsque ad vestigia, qua Patriarchæ vtebantur ante legem: Primogeniti etiam cum benedictionem patris acciperent induebant, & Domino victimas vt Pontifices offerebant, & postquam alba cæpit portari, mutata est in torquem ita *Durand. in Ration. diuin. offic. lib. 3. c. 10. de Stola. n. 6.*

Deno-

Denotat etiam d. Stola obedientiam, & seruitutem 59 quam † Christus Dominus omnium propter suorum salutem subijt, iuxta illud *Paul. ad Philip. 2. factus obediens vsque ad mortem.* vt dicit *Durand. in d.* Ration. *diuin. offic. lib. 3. c. 5. de Stola. n. 7.* ad repræsentandum quod Christus reliquit Sacerdotes in terris sui ipsius Vicarios tanquam præsides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, vt dicit *Concil. Trid. sess. 14. c. 5. de confessione.* sunt enim subrogati in locũ pastorũ Christi animarum, & sic repræsentãt personam Christi, vt dicit *Cassan. in d. catal. par. 4. consid. 2. in fi. & consid. 3. in fi.* affirmans quod Dei personam repræsentant, præcipue in baptizando, absoluendo, confitendo, administrando sacramenta ecclesiastica, vt perpetuo iure merito alias imperterritus, † Alexander 60 Magnus Hierusalem, Gaza capta, pergeret, cum vidisset Sacerdotem sacris vestibus indutum, equo descendit, & solus cum sacerdote abijt in ciuitatem sanctam, & in templo Salomonis Deum cæli, & terræ adorauit, & quærentibus suis militibus, cur sic fecisset in hac ciuitate, & huic sacerdoti, & non alijs, sic respondit, Quia in somno Deum in tali habitu vidi, qui mihi principatum Persarum daturum se promisit, ita ex magistro historiarum, & *Benedicto in c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine adelasiam. n. 148. de testam.* hanc historiam refert *Cassan. d. par. 4 consid. 2.*

Notandum etiam est quod stola aliud significat 61 in Episcopo, aliud in simplici sacerdote, † stola enim episcopus circumdat collum quasi hastam contra hostem vibret, In sacerdote vero significat ligamen, quo Christus ligatus fuit ad collum, ita *Nicol. Plou. in tract. de sacrif. missæ in c. 1. n. 5. & 6.*

Illud etiam addã, quod ambulare in stolis erat in 62 antiquo testamento maximus honor, † & dignitas, vt propterea Christus scribas vti temeritatis, & ambitionis fumo tumidos reprehenderit *Marc. 12.* his verbis, cauete a scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in Synagogis &c.

Neque hoc loco omittendum videtur, quod Episcopi in sessionibus, & subscriptionibus in Concilijs tempus Ordinationis ipsorum seruare 63 debent, † vt qui primo ordinatus, primum locum, qui secundo, secundum sibi vendicet, & sic de cæteris *74. dist. c. episcoporum. & dist. 17. c. episcopus.* vbi *Io. de Turrecr. Felin. in rubr. de maior. & obed.* Tamen si Episcopus habeat Pallium debet omnes alios Episcopos præcedere non seruato d. tempore ordinationis, quia habet Pallium, quod est signum, & auctoritas Archiepiscopi, in quo plenitudo Pontificalis officij cõtinetur *c. nisi. de auct. et vsu pall.* ita quod post receptionem Pallij potest se Archiepiscopum nominare, vt ibi notatur, & sic præcedere omnes Episcopos, qui non vtuntur Pallio, vt de Episcopo Eduen. qui ratione Pallij præcedit omnes Episcopos prouinciæ Lugdunensis dicit *Cassan. d. p. 4. consid. 26.*

Ita & in nostro proposito, quod operatur Pallium 64 inter Episcopos, † operatur etiam Stola inter sacerdotes, cum sit, inquit *Cassan. vbi supr.* post *S. Antonin. in sua sum. 8. p. tit. 20. c. 4. §. 2.* quoddam ornamentum ad modum Stolæ sacerdotalis, sed Episcopus habens Pallium præfertur cæteris omnibus Episcopis, qui Pallio non vtuntur, ita parochus, qui solus vtitur Stola in funeralibus debet præferri cæteris omnibus clericis, & etiam sacerdotibus, qui ea non vtuntur.

Talis ergo, ac tanta cum sacerdotij dignitas sit, & in actu funerandi parochus sacerdotaliter incedat non solum ad actum a sacerdote explendum, qualis est cura animarum, sed etiam habitu, & signo sacerdotali stolæ super vtroque 65 humero, ipse præferri debet omnibus alijs, † cũ vestibus pretiosioribus adhibeatur honor, vt per *Florian. in l. sed & si quid. §. mancipiorum. ff. de vsufr.* & notat *Cassan. d. p. 1. consid. 23.* huc facit quod ex *Ant. Butr. in c. 1. de auctor. & vsu pal.* notat *Boer. de ord. grad. vtri. for. p. 1. n. 9.* quod qui vult prærogatiuam in processionibus obtinere, debet ire cum indumentis gradui suo conuenientibus.

Hinc videmus quod simplex sacerdos cum stola in confraternitatibus secularium in processio- 66 nibus omnibus non solum priuatis, † sed etiam publicis, in quibus inter confratres solent interuenire Principes, Oratores Regum, & etiam Cardinales, hos tamen omnes antecedit presbyter quilibet cum d. stola, qui non est nisi capellanus, & curam habet oratorij Confraternitatis.

Et quid mirum, quod sacerdos cæteris prfera- 67 tur quando S. Franciscus eos præferebat † Beatis in paradiso fruentibus, dicere enim solitus erat, si cui Sanctorum a cælo in terram lapso, & cum illo simul Sacerdoti occurisset, prius se Sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reuerentiam facturum Sancto: plus deberi illi significans, qui Christus & Apostolorum vicem in terris gereret, quam illi, qui iam cum Christo regnare nosset, ita *S. Bonauent. in vita eiusdem sancti, c. 4. & notat. Alphon. Torr. in d. instit. sacerd. in tit. de obed. sacerd deferend. n. 39.*

Propter quod sacerdotale stolæ signum censuit Sacra Congregatio Rituum in terminis nostris presbyterum, seu curatum, seu priorem, qui stolam defert in funeralibus, debere præcedere omnes alios, quam decisionem cum sit valde exemplaris, & casus nostri decisiua subiungemus *in 6. & vlt. capite principali.*

Tertio principaliter parochus præcedere debet omnes in funeribus ea ratione, quia presbyter 68 quilibet, † & etiam ipse parochus extra administrationem sacramentorum, quando actu celebrat dicendo missam conuentualem præcedit omnes capitulares etiam, quo ad cultum diuinum, quod est officium Canonicorum, vt superius

rius diximus. Sedet enim supra Canonicos capitulariter ibi conuenientes, & etiam supra ipsum Episcopum, primo loco incensatur, & eundo, & redeundo à Sacristia eosdem omnes præcedit.

Et videmus quotidie in capella Papæ, in qua licet Cardinales sedeant supra Patriarchas, tamen, si Patriarcha ibi celebrat, præfertur omnibus Cardinalibus in incensatione, & loco, item si vltimus Cardinalis presbyter celebret, alios omnes præcedit, & magis à Papa honoratur in die Purificationis B. Virginis dando celebrāti cereum supranumerarium propter celebrationem, & in die Palmarum aliam similem Palmam, & ista omnia propter sacerdotalem functionem.

Et apud Deum non minoris curæ est sacrificium, 69 quàm cura animarum,† immo magis animas, quam sacrificia expetit, iuxtà illud, obedientiam volo non sacrificium, & *Matth.5.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, *& 1. Reg.15.* Melior est obedientia, quàm victima, & not. *D. Bernard. in serm. in Euang.* Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, *& in serm. de virtute obedientiæ*, dicit quod voluntas sola est, quæ totius operis ornat effectum, sine qua etiam nec bene aliquid agitur, etiam si bonum esse videatur, & quod propterea *Psal.53.* non dicit Dauid: Sacrificabo tibi, sed voluntatem præmittendo inquit. Voluntariè sacrificabo tibi: Et quod obedientia omnibus antefertur sacrificijs dicit *D. Thom. in 3. par. q.47. art.2. in corp. & Psalm. 50.* Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique, & paulo post. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Si ergo sacerdos quilibet simplex ea solum ratione cæteris omnibus Capitularibus antefertur, quia est in actu officij sacerdotalis, videlicet sacrificij diuini, cur non etiam perferri eodem modo debet sacerdos, qui habet curam animarum, quando est in actu, & exercitio curæ animarum, quod etiam, vt superius ostendimus, est officium sacerdotale, & non sit maior ratio de vno, quam de alio officio, immo, vt paulò ante diximus, plus est apud Deum cura animarum, quam sacrificium, cum hoc offeratur pro 70 animabus,† & clari iuris est, quod valet argumentum ab æquiparatis *Archid. Gemin. et Præpos. in c. relatum. dist.37. Abb. Imol. Felin. et alij in c. translato. de constit.* & qui vult dicere similitudinem non procedere, tenetur probare *Io. Andr. Abb. Imol. & alij in d. c. translato.* refert & sequitur *Surd. decis. 9. n.16. & 21.*

Quarto principaliter parochus in funeribus Capitulo est præferendus, quia in actu curæ animarum gerit vices Episcopi. Est enim Episco-71 pus† Rector parochialis *c. ad apostolica. de donat. c. si quis episcopus ordinatus. 92. dist. c. bonæ rei. 2. quæst. 2.* vnde non ineleganter dixit *Gloss. ad c. 2. de pœnit. et remiss. in 6.* quia Rectori parochiali tenetur vnusquisque confiteri, vel ab eo licentiam habere *c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. et remiss.* asserit confitentem Episcopo, vel ab eo licentiam obtinentem satisfacere, cum Episcopus dicatur Rector parochialis, ita notat *Germon. de Indult. Cardin. §. ac beneficia. n.45. & 46.* Idem dicit *Boer. in addit. ad tract. de auctor. magn. consil. n.16.* quæ additio habetur in fine suarum decisionum, & post *Greg. Tolos. in syntag. Iur. vniu. 2. par. lib.17. c.3.* notauit *Hier. Ceuall. in qq. pract. q.757. n.54.* quod in beneficijs maioribus inest cura animarum, & *n.58.* dicit quod Archiepiscopus est verus parochus.

Et ratio est, quia licet apud parochos sit cura 72 specialis, & immediata,† qui propterea dicuntur curati, qui à Rectoribus non differunt cum sint synomina, sicut etiam Vicarius perpetuus *Bonif. Vital. in clem. dudum. in §. verū. in princ. de sepult. & post Petr. Greg. Tholos. aduertit Ceuall. d. q.757. n.58.* generalis tamen est penes Episcopum, & ideo non dicitur curatus, sed pastor *Vital. in d. § verum. n.3.*

Et hoc sonat nomen Episcopi, idest superintendens, quod curam eorum gerat, quibus præficitur, vt inquit *tex. in c. qui episcopatum. 8. q.1.* & notat *Panorm. in qq. suis q.1. n.10.* & fuit dictum *in Toletana decimarum. 20. nouembris 1587. coram Card. Seraphino.*

Quando vero parochiæ sunt distinctæ singulis parochis, licet Episcopus tunc sit Rector solius Ecclesiæ Cathedralis, tamen est prælatus super omnes Rectores suæ diocœsis *Gonzalez. in d. glos. 6. n.83.*

Vnde in hac materia idem dicendum est, quod di-73 cimus de Vicario Episcopi, † qui præsente Episcopo non debet honorari, nec præferri Archidiacono, & Canonicis non consideratis, vt singulis, sed vniuersis veluti Collegio, seu Capitulo, & corpori congregato in choro, funeralibus, & similibus actibus, quasi tunc faciant vnum corpus cum Episcopo secus autem quando Episcopus est absens, tunc enim Vicarius tanquam Vicesgerens illius, & tanquam caput debet honorari, & præferri, quia tunc cessat ratio disiunctionis capitis, & membrorū, iuxtà opinionem *doctissimi Gratiani d. c.111. post Reuerendissimum Lauretanum in suo voto*, ibidem per extensum posito *n.47. in 5. difficultate.* quibus addo, quod Vicarius Episcopi debet præferri dignitatibus iuxta *cons. Abb. 21. lib.1.* voluit *Rota in Hispalen. iuris nominandi 10. octobris 1583. coram Cardinale Seraphino*, quicquid contra voluerit *Menoch. cons.51.* & qui eum sequitur *Piccard. inter consil. d. Menoch. cons.52.* qui late confutatur à prædictis *Gratian. & Cantuccio*, nisi vt ipsi dicunt supra-positæ distinctionis fœdere d. opiniones concilientur.

Si ergo funeralibus intersit Episcopus cum Capitulo, hoc vtique casu Episcopo parochi offi-74 cium fungente nō præcedet parochus, † & nulla ei fiet iniuria, quia nec eius interuentus est necessa-

ceceſſarius, & per conſequens neque ſimiliter fiet iniuria ſigno ſacerdotali ſtolæ, cum non entis nullæ ſint qualitates *l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. Surd. deciſ. 317. n. 6.* & ſi interuenerit non debet portare ſtolam, quia non fungitur officio ſacerdotali, ſed erit vti clericus. Abſente vero Epiſcopo debet præ cæteris honorari, & omnibus præferi, quibus ipſe Epiſcopus præferretur, ſi adeſſet, quia tunc eius vices gerit *c. præcipimus. diſt. 93. c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. Felin. in c. cum olim. sl. 2. n. 1. de offic. deleg.*

Quod diximus parochos eſſe Viceſgerentes Epiſcoporum, idem dicimus in vrbe eoſdem fungi officio ſpectante ad Cardinales titulares, 75 quia † Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem epiſcopalem, vt dicunt *Abb. Felin. & Ant. de Butr. in c. bis quæ. de maior. & obed. Io. Franc. Pauin. in tract. de offic. & poteſt. capi. ſed. vac. prælud. 6. n. 9. Imol. in clem. ne romani, n. 13. de elect. Io. Monach. in c. vnic. de maior. & obed. lib. 6.* vbi *n. 2.* dicit Papam ita ſibi reſpondiſſe, videlicet Cardinales in ſuis titulis ius habere Epiſcopale, *Rom. conſ. 498. Hier. Card. Alban. in tract. de Cardin. q. 46.* vbi teſtatur de communi, Vnde *Innoc. in c. dilectus. n. 4. de capell. monac.* ſcribit Cardinales pinguius ius habere in ſuis titulis, quam plebanos, quæ omnia refert, & ſequitur *Reuerendiſs. Germon. in dict. tract. de indult. Cardinal. in §. tam ratione n. 15. & 16.*

Et quod ad Cardinalem titularem ſpectet cura animarum ſuorum parochianorum, quia ſuæ ſunt oues, & de eis in diſtricto Dei iudicio ſit 76 rationem redditurus, † ita iiſdem verbis decernitur in *Conc. Baſilienſi ſeſſ. 4.* quod ad longum recitat *Creſpetius in d. ſua ſumma, in verbo Cardinalium electio numerus & officium longe poſt medium fol. mihi. 97. col. 1. in med.* & antiquitus Cardinalium officium erat baptizare. & ſepelire mortuos *ſecundum Cardin. in clem. ne romani. §. porro. de elect.* vbi refert tempore Pontiani Papæ fuiſſe ducentos triginta ſex Cardinales, pro quo facit *c. ex geſtis. de cler. nõ reſid.* vbi ille presbyter Cardin. Sancti Marcelli fuit depoſitus, quia deſeruerat parochiam ſuam, & notat *Gambar. de auct. legat. de later. lib. 7 n. 124. & 125.*

Idem ergo intelligemus de parochis exiſtentibus in dictis Eccleſiijs titularibus, quod diximus de his, qui ſunt in parochijs Epiſcoporum, Inter parochos etiam titularium eſt adhibenda diſtinctio, quia aliqui ſunt parochi ſimplices à ſuis titularibus dependentes, alij vero ſunt Vicarij perpetui creati à Pio V. motu proprio ſub datum *Romæ nonis nouembris anno 6.* qui iuxta d. conſtitutionem non dependent a titularibus, ſed a Vicario Papæ, ac propterea maiorem præcedentiam habent, & independentem a titulari, quia ſunt facti a Papa, ſicut dicimus de Vicario Epiſcopi auctoritate Papæ conſtituto, quod tunc habeat omnes qualitates, quæ ipſi Epiſcopo inſunt, & propterea ſit æqualiter honorandus ita *Alciat. ad Rubr. de offic. ordin. n. 29. verſ. vbi autem vicarius* vt late probatur *in d. voto Cantuccij in vlt. difficultate a n. 54. ad 61.*

Et iſti Vicarij perpetui cum habeant ex perſona propria dignitatem & præheminentiam, ſemper & indiſtincte debent honorari & præferri alijs omnibus etiam Capitulo quando ſunt in cura animarum, non ſolum propter officium, & ſignum, quod tunc gerunt ſacerdotale, vt diximus, ſed quia ſpecialiter ſunt a Papa deputati, vt diximus, & eadem ratione præ cæteris parochis debent honorari.

Quinto principaliter parochus eſt præferendus ratione conuenientiæ ex multis.

Præcipue quia habet iuriſdictionem in ſua paro77 chia, non enim poteſt leuari funus † niſi iubente parocho per aſperſionem aquæ benedictæ, ita quod alij fratres in illa parochia nõ poſſunt proceſſionaliter efferre mortuum, qui elegit ſepulchrum in Eccleſia extra parrochiam, & ſi aliter faciant, licitum eſt parocho ſurripere & tollere cruces, & alia proceſſionalia Monachis *Oldr. conſ. 92. an fratres.* Vbi multa licere in ſuo pro defenſione ſui iuris, Et licet *extrauag. ſuper cathedram, de ſepult.* permittat electionem ſepulturarum in Monaſterijs liberam, non tamen concedit quod deferant proceſſionaliter ſine licentia parochialis.

Et licet idem *Oldr. conſ. 225. grauamina. n. 13. verſ. circa ſecundum.* contrarium de directo conſu78 luerit. † Hanc tamen contrarietatem declarat *Card. Zabar. in clem. dudum. §. huiuſmodi. non longe a fin. n. 3. verſ. ſecundo quæro* dicẽdo quod *Anchar.* ſequitur ſecundum conſilium, ſed tamẽ primum ſeruatur de conſuetudine, quia non leuatur funus, niſi iubente parocho.

Si ergo parochus talem habet iuriſdictionem non ſolum priuatiue contra omnes ſuæ Eccleſiæ clericos, & canonicos etiam vti Capitulum facientes, & collegialiter congregatos, quia ad ipſum ſolum ſpectat cura animarum, & quæ eam conſequuntur, ſed etiam (vt diximus) cõtra extraneos licet in eorum Eccleſijs fuerit a defuncto electa ſepultura, qui omnibus in hac iuriſdictione præfertur, eiſdem etiam videtur in exercitio huius iuriſdictionis, & ſic in funerali proceſsione præferendus, exemplo Auditoris Cameræ, qui licet non præcedat Cardinales, Oratores Principum, nec Gubernatorem Vrbis, habet tamen contra eos iuriſdictionem, & notionem, & contra omnes curiæ Prælatos, eamque actu exercet, nec vllus in ea ſe intromittit, ſeu præfertur vt per bullas *Iulij II. Leonis X. & Pij IIII.* videre licet.

Deinde quia parochus aſpergendo defunctum 79 in domo ſua † primus intonat antiphonam, Exultabunt Domino in exordio proceſsionis funeralis, vt patet ex conſuetudine, Et in fine proceſsionis ſtans in porta Eccleſiæ populum benedicendo, & aſpergendo aqua benedicta dimittit, & intrãs Eccleſiã primus cantat ver-

sum, subuenite sancti Dei, vt inquit *Card. in clem. dudum. §. huiusmodi. in fin. de sepult.* Item ipse facit officium in ecclesia, dicendo orationes, & intonando primos versus. Et cum in choro ille, qui inchoat officium, & dicit primos versus cæteris præfertur, merito etiam videtur præferendus in hac processione parochus, qui talia facit.

Præterea, quia cum in funeralibus defunctus præcedit omnes, videtur inconueniens separare ouem ab eius pastore. qui & animam Deo dum viueret sacramentis fulcitam orationibus commendauit, & corpus terræ resuscitandum in vltimo die committit.

Vlterius parochus ex defuncti persona thus incendendo Deum adorat, ita inquit *S. Damascenus in sermone de Morientibus*, cuius verba hæc sunt *dum enim thus incendimus ex defuncti persona Deum adoramus, petimusq. nostras preces, quas pro eo effundimus sicut incensum in conspectu Dei deferri.*

Necnon iurisdictionem exercet contra dæmones, aspergẽdo cadauer ex *eod. Damasc. loc. cit. Aqua benedicta* (inquit) *aspergimus cadauer, tum ne Dæmon fidelium orationes impediat, tum ne cadaueri illudat; & desiderium nostrum exprimimus, quo animas defunctorum cælesti rore asper gi optamus, vnde ardor ille Purgatorij ignis mi tigetur, & omnino extinguatur*: hæc ille.

Accedit, quod Parochus portauit pondus diei, & æstus, administrando defuncto, dum viueret, sacramenta, & in eis ipse solus cæteris omnibus præfertur, nec potest alius se intromittere, ita & in funeralibus ipse solus sufficit cum clerico, qui portat crucem, etsi qui alij in hoc actu interueniunt, non debent ipsius locum interuertere, nec debent interesse in incommodum, &

80 præiudicium proprij ministri, & parochi, † pompa enim funeralis non est de necessitate sepulturæ, nam vt inquit *Aug. de Ciuit. Dei.* Sepulchrorum memoria, sumptusq. funeris magis viuorum est consolatio, quam defunctorum vtilitas, & *Ambros. in serm.* Quid proficit (inquit) sepulchrorum superbia, damna sunt potius viuentium, quam subsidia mortuorum. *Et D. Gregor.* vt recitatur *in c. animæ. 13. q. 2.* ait curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum, prout notauit *Cassan. in d. catal. par. 2. consid. 6.* quod etiam aduertit *Hier. Alban. de Cardin. q. 50. in fin.* cum quærit an Cardinales possint habere sepulchrum speciosum, vbi dicit, quod hæc plus carnis, quam spiritus sapiunt, & subdit, quod meritò laudandi sunt, qui ea non curant, maximè in ea die, in qua omnes nostræ vanitates se veras esse vanitates ostendunt, & in qua terrena hæc, & caduca huius mundi gloria dissoluitur. Non tamen talis pompa est totaliter improbanda propter concursum fidelium, & preces ad Deum pro eis fundendas, vt dicunt allegati Doctores.

Denique, vt alia multa breuitati consulens omittam, maximè videtur conuenire, vt qui in administratione sacramentorum cæteris præfertur, præferatur etiam in hoc actu administrationi annexo, & licet in alijs sacramentis videatur cessare ista difficultas, quia in eis non concurrunt alij clerici, tamen quando interueniunt, vt quando defertur Eucharistia ad infirmos, etiam si capitulum accesserit, non tamen præcedit, sed antecedit parochum, & idem videtur dicendum esse in alijs actibus.

Sexto, & vltimo principaliter parochus debet

81 omnes præcedere in funeralibus. † Primo, quia ita in terminis videtur ordinatum in Rituali Romano, vt mihi in facto supponitur, videlicet, quod parochus defunctum domi aqua benedicta aspergat, intonet antiphonam, exultabunt Domino, clerico cum Cruce, & alijs præcedentibus. Ecce, quod si clericus, & alij præcedere debent, nomine illorum veniunt Canonici, be-

82 neficiati, & omnes, † quia verbum, alijs, refertur sua natura ad ea, quæ non sunt expressa *c. sedes. de rescript. l. si fugitiui. cum glos. C. de seru. fugit. Corn. cons. 304 circa hanc. col. 6. vers. nec obstat. lib. 1.* refert, & sequitur *Io. Dilect. de art. testan. tit. 4. caut. 4. n. 2.*

Et licet hoc verbum, alijs, significet diuersitatem in personis, & sic homines diuersæ rationis, tamen significat similitudinem, & identitatem in substantia a narratis, & sic comprehendit clericos diuersæ, & cuiuscumque rationis ad *tex. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. Cuman. cons. 46. n. 1. Surd. decis. 265. n. 24.* ex quibus, & alijs a me adductis fuit bis ita resolutum *in Romana de Cuppis. 11. decembris. 1609. & 27. Ianuarij. 1610. coram Card. Lancellotto.*

Et huic libro est adhibenda fides, cum in cæteris omnibus ritibus in eodem descriptis seruetur a parochis, & sic cum scientia papæ saltem tacita, & taciti, & expressi eadem sit virtus, *l. triticum. de verb. oblig. l. cum quid. si cert. pet. Surd.*

83 *decis. 245. n. 3.* † & ideo videtur authenticus, vt diximus de pontificali *Glos. in verb. pontificali. in clem. 1. §. nos eosdem. de iureiur.* cum alijs adductis *a Bot. de Synod. par. 3. n. 6. & 43. Piecard. d. cons. 51. n. 145.* sequitur *D. Gratian. d. c. 111. n. 7. Menoch. cons. 902. n. 71. vers. ita quoque. lib. 10. Pauin. de visit. 1. par. q. 5. n. 34.* Vbi etiam dicit tutius esse, quod visitator inter alios libros deferat secum librum exequiarum defunctorum, qui non est nisi Rituale, & ita videtur ei adhibenda fides.

Secundo, quia ita tenuit *Sacra Congregatio Rituum*, quæ decisio est tenoris sequentis.

Prior Ecclesiæ sancti Angeli Terræ Saxoferraten.

84 petijt declarari. † An Canonici Ecclesiæ Collegiatæ eiusdem terræ, quando associant mortuos sepeliendos in ecclesia parochiali ipsius prioris debeant ipsum priorem, qui defert stolam, præcedere.

Congregatio sacrorum Rituum respondit illum presbyterum, seu curatum, aut priorem, qui defert stolam, & ad eius ecclesiam funus defertur alios omnes præcedere debere, & ita declarauit *die 14. Octobris. 1609.*

Vbi

Vbi est aduerten. quod Congregatio non se fundat in persona, seu dignitate personæ, quia sit Prior, vel curatus, sed in delatione stolæ, notando illa verba, Presbyterum illum, qui defert stolam, quasi honor, & reuerentia debeatur huic signo sacerdotali, siue qui eam defert sit Prior, siue curatus, siue quiuis alius presbyter sæpe enim accidere solet, quod ij, ad quos cura animarum spectat ob legitimum impedimentũ non possunt in huiusmodi funeralibus interuenire, vt propterea alium presbyterum mittant cum stola, quo casu *Sacra Congregatio* dicit quod talis presbyter est præferendus.

Nec obijciat aliquis, quod ex d. decisione colligitur solum præcedentia, quando funus defertur ad Ecclesiam eius, qui stolam defert, non autem quando ad aliam Ecclesiam portatur, puta ad Ecclesiam Capituli associantis.

Respondetur enim primo, quod ita censuit congregatio, quia in tali casu fuit consulta, quando videlicet funus ad Ecclesiam prioris defertur, & ita respondit secundum ea, quæ proponuntur, & 85 illa verba, † quando funus ad eius Ecclesiam defertur regulariter stant demonstratiue, nõ taxatiue *Paris. cons. 4. n. 36. lib. 4.* & fuit dictum *in Lucana beneficiorum* 22. *iunij* 1580. *coram bo. me. Card. Seraphino, & in Romana bonorum de Lilio 7. febr.* 1582. *coram eodem Seraphino, & in Papien. bonorum. 27. nouembris* 1596. *coram eodem*, Quod maxime dicendum est vbi alias resultaret repugnãtia, vt dicitur in *allegat Papien. bonorum*, indecens enim esset, quod quando funus non defertur ad Ecclesiam parochi stolam deferentis, quod ipsum præcederet Capitulum Ecclesiæ, ad quam mortuus effertur in ignominiam habitus sacerdotalis, quod non est dicendum, vt superius ostendimus.

Respondetur secundo, quod in omnibus casibus eadem semper ratio militat honoris, & dignitatis sacerdotalis, & officij curæ animarum, siue ad propriam, siue alienam deferatur Ecclesiam ratione stolæ sacerdotalis quam præcipue 86 (vt diximus) considerauit congregatio† ideoq; idem etiam ius est seruandum *l. illud. ff. ad leg. aquil. l. bis solis. C. de reuoc. dona. Tiraq. in tract. cess. caus. par. 1. n. 150. & seq. vbi post Bald.* dicit quod ratio est duorum casuum coniunctio ad eundem finem tendentium, & quod casus expressus videtur gratia exempli, non vt excludantur alij, in quibus eadem cadit ratio, & diuersitas rationis facit diuersitatem casuum, non autem econtra *Bald. in l. de quibus. n. 35. ff. de legib.* & ratio est vice generis, quod sub se omnes species continet *Bald. in l. omnes populi n. 25. de iust. & iur. Decian. cons. 76. n. 10. vol. 2.* vbi quod non dicitur extensio, aut similitudo sed idẽ casus & latissime in *cons.* 111. *n. 9. & seq. vol.* 3. quos refert, & sequitur *Surd. decis.* 276. *n.* 8. & 9.

Tertio, eisdem vel fortasse melioribus rationibus motus Illustrissimus, & Reuerendissimus bo. me. Cardinalis Sanctorius Sancta Seuerina nun- 87 cupatus, † Maior Pœnitentiarius, idemque sacrarum ceremoniarum obseruantissimus, in hac eadem fuit sententia, in suo quod composuit *sacerdotali in cap. de delatione corporis ad Ecclesiam*, Vbi ita tenet per verba sequentia, Parochus indutus superpelliceo, & stola nigri coloris, vel etiam pluuiali eiusdem coloris pro consuetudine, aut si videbitur ratione loci, vel personæ, alioquin sine eo cum suo clero, cum alijs presbyteris, & clericis, qui adfuerint, præcedente cruce illius Ecclesiæ, ad quam corpus portandum est, (quæ crux sola defertur) cum ad domum defuncti peruenerit, ipse solus cum clerico deferente vas aquæ benedictæ, ingreditur locum, vbi defunctus iacet, quem prius aqua benedicta aspergit, deinde linteo corpus defertur ad feretrum; ordinatur processio, præcedunt confraternitates laicales, tum deferens crucem, & sequitur clerus Regularis, & secularis per ordinem, ac vltimo loco Parochus, vt supra indutus, qui incipit Responsorium, subuenite sancti Dei, Et ex his tollitur, quod aliqui canonici volunt in huiusmodi funeralibus portare propriam 88 crucem post parochos, eamquem sequi, † quia vna sola crux debet deferri, & crux illius Ecclesiæ, ad quam defunctus portatur, & cum hoc sit ius parochi, potest ipse prohibere, cum constet de consuetudine, vt diximus, solam crucem portari eius Ecclesiæ, vbi paratur funus, & nullibi constet, quod eam possint portare canonici, maxime in præiudicium parochorum, quibus est ius quæsitum, sicut superius diximus ex *Oldr.* quod potest tollere crucem parochus ei, qui propriam parochiam ingreditur absque sua licentia, etiam quod in eius Ecclesia fuerit electa sepultura, nec vllo iure scripto, vel præscripto constet, quod canonici, vel beneficiati possint hanc nouam portare crucem.

Ex quibus omnibus apparet hanc opinionem & rationibus, & auctoritatibus esse munitam, & in summa omnes parochos, siue curatos, aut Vicarios perpetuos tam patriarchalium, quam cathedralium, siue collegiatarum in funeralibus præcedere omnes clericos etiam canonicos capitulariter interessentes, quando defunctus ad d. eorum Ecclesias portaretur.

Dixi parochos, siue curatos, aut Vicarios perpetuos dd. Ecclesiarum præcedere canonicos capitulariter interuenientes quando funus defertur ad ecclesias dd. canonicorum, Quia si defunctus portatur ad ecclesiam non collegiatam, sed vbi solum adesset Rector parochialis tunc cessaret ista controuersia præcedentiæ, 89 quia † Rector in sua propria ecclesia parochiali dicitur Prælatus *c. apibus. 7. q. 1.* nec non tantam habet auctoritatem quantam habet prælatus cum capitulo in ecclesia collegiata, vt dixit *Abb. in c. 1. n. 28. vers. si vero in ecclesia. de dol. & contum.* Ideoque rector in propria ecclesia veluti in domo propria dicitur imperator, & Rex *c. duo. 23. q. 4. Abb. in c. venerabilem n. 19. de elect.*

Hinc Rector intra propriam ecclesiam debet præ-

cedere omnes alias maiores, & superiores in dicendis missis solemnibus, & alijs quibuscunque praeheminentijs concernen. ipsius Rectoris officium *Cassan. in dict. catal. p. 4. consid. 8* vbi plura allegat, & fuit dictum in vna *Calagurritañ praeheminentiarum de Victoria 16. nouembris 1592. corã R. P. D. meo Penia*, vbi fuit resolutum, quod Rector in sua propria ecclesia inspecto iure communi erat praeferendus Decano, & omnibus capitularibus Collegiatae ad eamdem Ecclesiam processionaliter certis diebus ex antiqua consuetudine accedentibus.

In qua decisione fuit etiam dictum, quod maior debet cedere minori, dum est in domo minoris. *Luc. de Pen. & Io. de Plat. in l. nihil. C. de Palat. lib. 12. Decian. cõs. 67. dico ergo n. 12. & seq. lib. 2.*

Denique Rectores in suis parochijs Apostolorum vices tenent *Rom. in cons. fin. seu serm. incip. Vos estis sal terrae n. 11.*

Et dicit *Rot. decis. 1. n. 3. de offic. archipresbyt. in antiq.* quod beneficium curatum habet magnã praeheminentiam. Ista omnia, quia satis ad nostrum propositum faciunt volui annotare ex *Hier. Gonzal. in de reg. 8. Cancell. glos. 6. a n. 100 vsque ad 110.* vbi *in d. n. 110.* dicit ita ex allegatis rationibus obtinuisse in vna *Pampiloneñ praeheminentiarum 22. martij 1604. coram bo. me. Litta* ad fauorem Rectorum contra Archipresbyterum praetendentem praecedentiam cõtra Rectores intra proprias illorum ecclesias.

Quibus addo, quod idem voluit *Ruin. in cons. 155. quia de iure n. 7. lib. 1.* † Vbi quod de iure Episcopus Brixinensis in sua dioecesi debet praecedere Episcopũ Tridentinum, quia in eius dioecesi eius respectu est priuatus, & pro priuato habetur, Vbi multis confirmat, & ponit dictum *Angeli*, quod quilibet magistrunculus in suo territorio est maior altero, & ad fauorem dd. Rectorum idem antea fuit decisum *in d. Calagurritana praeheminentiarum 13. nouẽbris 1561. coram bo. me. Card. Seraphino.*

Huc etiam facit allegata superius decisio *Sacrae Congregationis Rituum*, cũ dicit illum presbyterum, qui portat stolam debere praecedere alios omnes, quando funus ad eius ecclesiam defertur, licet hoc intelligatur demonstratiue, vt superius diximus, non taxatiue.

Non obstant modo aliquae decisiones, quae videntur huic conclusioni aduersari, & non obstat.

Primo *decisio in Pampiloneñ. ante latationum 8. martij 1577. coram bo. me. Cardinali Lancellotto*, quae est *decis. 326. inter nouiss. diuer. par. 2.* † vbi quod Archipresbyteri sunt praeferendi Vicarijs parochialium, & illarum clero, quod etiam repetitur *in Pampiloneñ decimarum 10. maij 1577. coram eod. in manuscript.*

Quia respondetur dupliciter, primo, quod hoc non dicitur, quando Vicarius parochialis est circa exercitium proprij officij, vt est in funeralibus, sed loquitur in actibus concerneñ cultum diuinum, vt sunt processiones, locus in choro, in quibus superius diximus praecedere debere Archipresbyterum, & Canonicos, quia sunt circa cultum diuinum ad ipsos specialiter spectãdum, & quod in isto sensu procedant d. decisiones patet ex *fin. d. primae decisionis 326.* vbi expressè dicitur de processionibus.

Secundo particulariter respondetur pro Rectoribus parochialium quod d. decisiones non loquuntur de praecedentia in proprijs Ecclesijs Rectorum, ita eas declarauit *Rota in allegata. Pãpiloneñ praeheminentiarum coram Litta*, Vbi etiam reprobatur quaedam decisio, quae fuerat allegata coram Iunio, quia non iustificatur, nec constat de eius existentia.

Non obstat secundo *decisio in Boianen. praecedentiae 21. aprilis 1597. coram Seraphino*. † Vbi quod Canonicis nouiter erectis S. Mariae de Cruce debetur praecedentia ante omnes Rectores, & presbyteros dioecesis Boianeñ, sicut alijs Canonicis Boianeñ.

Quia ibi solum deciditur, quod d. Canonici habẽt eadem priuilegia, quibus fruuntur Canonici Boianeñ, & quod Canonici praeferuntur alijs clericis &c. videlicet in actibus spectantibus ad cultum diuinum. Non tamen dicit, quod praeferuntur Parochis in proprijs officijs, nec alijs Rectoribus in proprijs Ecclesijs, vt superius diximus.

Non obstat vltimo *Felin. in c. cum non liceat. in princ. de praescript.* † vbi dicit se consuluisse Florentiae, quod capitulum Ecclesiae maioris debet praecedere praelato Ecclesiae inferioris collegiatae, etiam quando capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius parochiã quem etiam refert, & sequitur *Boer. in addit. ad tract. de auctor. mag. cons. n. 79.*

Quia *Felin.* loquitur de capitulo Ecclesiae maioris respectu Prelati Ecclesiae inferioris collegiatae, vnde capitulum ecclesiae maioris praefertur Archipresbytero Ecclesiae inferioris, nihil tamen dicit de Parocho, nec de illo Praelato, si parochi vices gerat, quae est nostra difficultas.

Dixi etiam superius, quod parochus praecedit Canonicos capitulariter conuenientes, † nam si Canonici interessent vti singuli, cessaret quaestio circa praecedentiam, cum parochus praecedat Canonicos vt de per se consideratos, Nec vlla est comparatio, seu aequiparatio inter vitam pastoris, & Canonici, quamuis nonnulli tam carnaliter desipiant, vt putent honoratiorem esse Canonici, quam parochi titulum, haec sunt verba *Molan. in d. tract. de Canon. lib. 2. c. 12.* vbi multis comprobat parochos canonicis longe esse praeferendos, concludendo sub his verbis, semper igitur canonici honorent pastores, & sese eis multum coram Deo inferiores esse humiliter agnoscant, etsi praua quaedam huius saeculi iudicia aliud occlament. Est enim cura dignior canonicatu arg. *c. cum in illis. de praeben. & dignit.* ita dicit *Io. de Silu. de benef. quaest. 61. n. 2.*

Item habet curatus administrationem maiorem, quae praecedentiam inducit. † vt per *Colleg. Bonon. cons. 1. post consil. Zabar. n. 13. & 26.*

Curae namq; exercitium continet in se magnum pericu-

periculum, cum sit ars artium *c. penult. de atat. & qual. Vital. in clem. 3. n. 29. de praben. vbi n. 30. & 32.* dicit quod cura est tanto præciosior, quanto periculosior, & quod non omnis Sacerdos est idoneus ad curam animarum.

Cura etiam superat Canonicatum ratione scientiæ, cum in curato maior, † quam in Canonico requiratur scientia, cum teneatur confiteri, & discernere inter peccata, & Euangelium declarare *Staphil. de lit. grat. §. sexta forma. n. 2. Nauar. in manual. cap. 2. n. 2. & in cap. 1. §. caueant. n. 19. cum seq. de pœnit. & remiss. Paris. de resign. lib. 4. q. 11. n. 29. & lib. 10. q. 2. n. 27. Concil. Trid. sess. 5. cap. 2.* refert & sequitur *Gonzal. ad 8. reg. Cancell. glos. 4. n. 71. & 72. Menoc. de arbitr. cas. 425. n. 4.*

96

Canonicus vero cum debeat dare consilium in Capitulo, sufficit quod habeat mediocrem scientiam ita *Gonzal. vbi supra n. 69.*

Superat etiam ratione ordinis Curatus Canonicum *Gambar. de aut. legat. de later. lib. 7. n. 132.* cum in Canonico sufficiat ordo subdiaconatus *Concil. Trid. sess. 22. cap. 4. de reform. & sess. 24. c. 12. de reform.* parochus vero debet esse sacerdos, cum debeat administrare sacramenta, & missas celebrare, vt suo muneri satisfaciat *Concil. Trid. sess. 23. cap. 14. de reformat. & diximus sup. de offic. parochi.*

Et in parocho verificantur illa duo, quæ spectant ad ordinem sacerdotalem, † scilicet potestas dimittendi peccata respectu corporis Christi mystici, & potestas consecrandi respectu corporis Christi veri, hæc quidem iuxta illud *Matth. 26.* hoc facite in meam commemorationem illa vero iuxta illud *Io. 20.* Quorum remiseritis peccata, ita post *Scot.* notat *Nicol. Plou. in trac. de Sacram. & eorum administr. in pralud. n. 7.*

97

carent † Canonici facultate excommunicandi quæ tamen in parochis reperitur, vt fuse demonstrat *Io. Filesacus de Sacr. Episcoporum auctor. seu ad titul. decretal. de offic. iudic. ord. ad cap. 3. §. 1. & 2.*

98

Quod diximus de Canonicis capitulariter conuenientibus idem etiam intelligendum est de beneficiatis, cum isti minores sint Canonicis, nec intrent Capitulum, ac propterea intrat regula si vinco vincentem te *vulgat. iurib.*

Nec quicquam Canonicis vti Capitulum consideratis, nec etiam Beneficiatis vti Collegium vel vniuersitatem facientibus suffragatur † quod aliquãdo ita in funeralibus interuenerunt cum eorum cruce, vel etiam sine noua cruce præcedendo parochos, itaut eis debeatur præcedentia ex quadam consuetudine, quæ in hac materia primas partes obtinet *Bal. in c. cum olim. de consuetud. Ruin cons. 166. n. 4. lib. 4.* & fuit pluries dictum in Rota, & signanter in *Meliten. pracedentia. 11. maij. 1579. coram Seraphino, & in Asten. sedis. 9. iunij 1593. & 21. maij 1597. coram Gipsio, & in Oriolen. pracedentia in Choro 2. decembris. 1592. coram Illustrissimo Cardin. Blanchetto, & in pluribus alijs causis.*

99

Quia hæc est potius corruptela, quam vsus siue consuetudo, omitto quod non est pacifica, nec legitimo tempore præscripta, & Iuri repugnat & honestati, quod parochus in proprio officio sacerdotali habitu alios sequatur, qui ibi extra eorum officium, & sic vti priuati interueniunt, repugnat enim quod minor præferatur maiori *Abb. in d. cons. 21. n. 4. lib. 1. Roch. Curt. in tract. de consuetud. n. 102. Decian. cons. 21. n. 69. lib. 1.* quos post alios refert, & sequitur *Menoch. dict. cons. 902. n. 79. & n. 81.* addit *ex eod. Decian. n. 70.* quod prælationes, & ea quæ pertinent ad dignitates sunt iuris publici, sicut sunt magistratus, & propterea magistratum gerens non potest suo facto illius statum, & ordinem immutare & *n. 74. vers. 3. quia* adiungit quod licet in dignitate positus suo ipsius facto possit sibi aliquod præiudicium afferre, non tamen præiudicare potest quo ad successores, Has etiam rationes adduxit idem *Decian. cons. 19. n. 40. & seq. lib. 3.* vt testatur *Menoc. vbi supra d. n. 81.*

Si ergo aliquis, vel aliqui parochi ignorantia, vel adulatione ducti tolerarunt, vel permiserunt Capitulum, vel Beneficiatos eos præcedere, hoc ex allegatis non debet nocere, neque præiudicare successoribus, neque alijs parochis vt notatur *in c. 1. de feud. marc. & in c. imperialem. §. praterea ducatus. de prohib. feud. alien. per frider. & in c. 1. de success. feud. Decian. d. con. 16. n. 44. & 45 lib. 4.* vbi loquitur in simili materia præcedentiæ.

Nolo tamen hic pro sigillo præsentis responsi silentio inuoluere, quod multis ab hinc annis elapsis obseruatum vidi in funeribus duorum Canonicorum Collegiatæ, & primæ Diaconiæ S. Mariæ in via lata, & vnus eorum vocabatur D. Hortensius Massetta intimus fe. re. Greg. XIII. Cubicularius, quorum corpora associata fuerunt a Canonicis d. Ecclesiæ, & capitulariter ibidem conuenientibus cum suis cottis, & ibidem sepulta, qui ne parochi, seu Vicarij perpetui d. Ecclesiæ honorem, & debitam præheminentiam turbarent, sequendo funus pietatis opus exoluerunt, atque ita vno eodemque actu relinquendo suum locum Vicario perpetuo, defunctorum Concanonicorum cadauera absque alia Cruce ad instar attinentium, ac lugentium concomitati fuerunt, Quod quidem factum fuisse arbitror, nisi me fallit memoria, quia tunc ibidem præerãt Illustrissimus bo. me. Cardin. Antonius Carafa, & eius Vices gerebat D. Lælius Landus nunc Episcopus Nardonen. & ambo Ecclesiasticarum ceremoniarum, & rituum obseruantissimi, ac propterea eorum prudentissimo iudicio forte fuit ista controuersia modo præmisso terminata.

EPITOME.

Pluralitas in substitutionibus quando resoluatur in singularitatem. ¶ Et quo casu substitutus succedat ad portionem præmortui. ¶ Verba, post mortem, an sint conditionalia, & requirant concursum omnium ad hoc vt sub-

stitutio habeat locum. ¶ Et quid in substitutione reciproca, vulgari, & similibus. ¶ Renunciatio fideicommissi, vt sit valida, quæ requirantur. ¶ Fideicommissarius emens rem subiectam fideicommisso conditionali ad sui fauorem an censeatur illi renunciare, & eo purificato possit sibi mutare causam dominij, & repetere pretiū.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta post mortem ipsorum dicitur compendiosa, & continet vulgarem. n. 2.*

3 *Substitutus vulgariter duobus non admittitur nisi decesserint duo illi, quibus fuit facta substitutio.*

4 *In substitutione reciproca quando substitutus post mortem duorum sit admittendus, nisi ambo illi instituti decesserint.*

5 *Substitutio facta non filijs, sed extraneis nepotibus ex fratre non habet locum nisi vterque decesserit.*

6 *Pluralitas in substitutionibus quando resoluatur in singularitatem, & quo casu substitutus succedat ad portionem præmortui.*

7 *Verba post mortem sunt conditionalia, & requirunt concursum omnium. Amplia vt n. 8. & 9.*

10 *Substitutio facta coniunctim, non separatim quando complectatur vtramque personam institutorum, & n. 11.*

12 *Verbum succedat idem operatur, quod subintret in locum ipsorum substitutorum.*

13 *Remissio non censetur facta in spe de futuro.*

14 *Renunciatio fideicommissi non valet, nisi renuncians sciuerit, & viderit verba illius. Idem in transactione, & pacto. n. 15.*

16 *Fideicommissarius emens rem subiectam fideicommisso conditionali ad suum fauorem non censetur illi renunciare, sed eo purificato potest sibi mutare causam dominij, & repetere pretiū.*

CAPVT CCLXXXXVIIII.

Cvm testator vocauerit filios DD. Marci & Pompeij fratrum post mortem eorum copulatiue coniunctorum, Dixi requiri, quod prius ambo fratres sint vita functi, antequam 1 filij substituti succedant, † Etenim substitutio prædicta est compendiosa, cum facta sit post ipsorum mortem *Ruin. in l. centurio. col. 16. post med. vers. quo ad primum. n. 29. ff. de vulgar. & pupill. subst. Eman. Cost. in c. si pater. in verb. si decederet. n. 2. de testam. in 6. Menoc. præsump. 51. n. 9. lib. 4.* Quæ compendiosa continet etiam 2 vulgarem, † Maxime cum in testamento, de quo agimus, adsit illa clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum *Ruin. cons. 7. n. 13. lib. 3.* Vnde vulgariter substitutus duobus 3 nō admittitur, † nisi decesserint duo illi, quibus fuit facta substitutio, quando præsertim, prout in casu nostro, est facta per copulam, tunc enim magis requiritur mors omnium *Glos. in l. quāuis. C. de impub. & alijs substitut.* quam communiter approbatam esse testatur *Paris. consil. 18. n. 82. cum seq lib. 2. & cons. 44. n. 9. lib. 3. Zanch. in l. hæredes mei. cum ita p. 8. n. 78. ff. ad trebell. Rim. iun. cons. 279. n. 214. vsque ad n. 228. lib. 3. Honded. cons. 65. n. 6. lib. 2.*

Præterea sumus etiam in substitutione reciproca, cum DD. Marcus, & Pompeus fuerint inuicem 4 substituti, † quo casu substitutus post eorum mortem non admittitur, nisi ambo illi instituti decesserint, quasi tunc præcedat prouisio testatoris, quæ facit, vt nunquam pluralitas resoluatur in singularitatem *Bald. in l. 1. n. 4. ad fin. vers. sed quomodo sciam. C. de cōdit. insert. Aret. cons. 1. in princ. vers. primo quidem quia hoc decidit. n. 1. Castr. cons. 433. præsupposito. post prin. vers. vnde remanent ambæ. lib. 1. Ruin. cons. 119 in fin. n. 13. lib. 3. Paris. cons. 23. n. 70. lib. 2.*

Accedat, quia sumus in substitutione facta non filijs, sed extraneis nepotibus ex fratre coniun-5 ctim vocatis, † quo casu requiritur, quod vterque decesserit, vt admittatur substitutus, quasi tunc magis attendatur proprietas sermonis, quam alia coniectura, vt in specie casus nostri de nepotibus concludit *Bero consil. 69. in princip. lib. 2. Menoch. consil. 797. n. 22. & 23. lib. 8.*

Minus autem dicta pluralitas in casu, de quo 6 agimus, debet resolui in singularitatem, † cum simus in altero ex vocatis superstite, qui ex præsumpta mente testatoris censetur magis dilectus, quam substitutus, tamquam proximior, itaut ista maior coniunctio operetur, vt non sit admittendus substitutus ad portionem præmortui *Corn. cons. 93. n. 9. ad med. versic. & pro concordia. lib. 3. & cons. 298. n. 6. vsque ad 9. lib. 4. Dec. in l. cum quidam. col. penul. in princip. vers. & ista conclusio. n. 6. C. de impuber. & alijs substitut. Chassan. cons. 14. n. 13. Roman. consil. 231. prima dubitatio. in fi. n. 2. & ibi Mandos. in verb. excludat. Honde 1. consil. 65. n. 7. & 8. lib. 2. Cardinal. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 18.*

Vlterius filij fuerunt substituti post mortem ip-7 sorum Marci, & Pompeij, † quæ verba post mortem sunt conditionalia, cum idem significent, ac si testator dixisset si ipsi decesserint; Vnde ista conditio tanquam ad plures relata, requirit concursum omnium *l. si hæredi plures. ff. de condit. instit.* & in specie similium verborum concludit *Anchar. cons. 490. col. 1. & 2.* quem se-8 quitur *Menoc. cons. 797. n. 5. 6. & 7. lib. 8.* † Vbi magis hoc dicit procedere, quando fuit facta substitutio post mortem ipsorum in vniuersa hæreditate, prout in casu nostro, quasi tunc requiratur, quod omnes decesserint, cū alioquin non possit dici bona omnia, seu vniuersam hæreditatem peruenire ad substitutum *Bero. cons. 69. n. 1. lib. 2.* Quando præsertim substitutio fuit 9 facta absolute in omnibus bonis, † vel in tota hæreditate, quidquid aliud sit, quando non ita absolute fieret, prout concordando opiniones concludit *Dec. in l. cum quidam. colum. penult. ad fin. vers. vnde defendendo. n. 7. C. impub. & alijs substitut.*

Vltimo

Vltimo ſumus in ſubſtitutione facta coniunctim, 10 non autem ſeparatim, † cum verbum ſuccedant, de quo in teſtamento, fuerit ſemel tantum prolatum, & vtramq; perſonam inſtitutorum complectatur, præſertim cum teſtator eos etiam verbis coniunxerit, dum dixit poſt mortem ipſorum, quod facit, vt pluralitas non reſoluatur 11 in ſingularitatem; † Quidquid aliud ſit, quando in diuerſa oratione ſeparatim ſingulis inſtitutis ſinguli, ſubſtituuntur, tunc enim mortuo vno ex inſtitutis admittitur ſubſtitutus, quamuis alij cohæredes ſuperſtites ſint *Bald. in l.1. n.6. ad med. verſ.& prædicta vera. C.de condit. inſert.* & late declarat *Menoch. conſ. 797. n.35. lib. 8. poſt Ruin. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 26. poſt med. verſ. dicitur autem pluribus. n.58. ff. ad trebell.*

Ex quibus patet, quod filij ſuccedent poſt mortem 12 Marci, nec ſufficiet obitus d. Pompei, † cum verbum, ſuccedat, de quo in teſtamento idem operetur, ac ſi dictum fuiſſet ſubintret in locum ipſorum inſtitutorum *l. quidam. §. nihil. de edend. Rebuff. in l. nihil aliud eſt hæreditas. verſ. ſuccedere. ff. de verb. ſignific. Menoch. d. conſ. 797. n.33. lib.8.*

Non obſtat laudum diuiſorium, & eius acceptatio, ex quo videtur renunciatum dicto fidei-13 commiſſo, quatenus extaret; † Quia cum ſimus in ſpe de futuro, nunquam cenſetur facta remiſſio, vt late concludit *Old. conſ.49. n.8. cum ſeq. Surd. conſ.70. n.4. & 7. lib.1. & conſ. 418. n. 22. vſque ad n.25. lib.3.* Vltra læſionem, defectum inſinuationis, & multa alia allegata, ex quibus videtur plene conſtare de veritate eorum, quæ ſupra firmata ſunt.

Et facit concluſio communiter approbata, quod fideicommiſſo conditionali non purificato in 14 dubio non cenſetur renunciatum, † ita ut ad hoc vt valeat renunciatio facta de fideicommiſſo, oporteat, quod renunciantes ſciuerint, & viderint verba fideicommiſſi, & quod in renunciatione exprimantur verba illa v.ſis *Bart. in l. qui roma. §. duo fratres. q.4. n.17. de verb. obligat.* & ibi *Caſtr.* de communi *n.16. Rot. coram R.P.D. Coccino. Parmen. datij longe padi. 13. februarij* 15 *1602. ad med.* † vbi ampliat, quod habet locum nedum in tranſactione, ſed in pacto poſt *Decian. conſ.52. n.14. cum ſeq. lib.1.*

Immo etiam fideicommiſſarius emens rem ſubiectam fideicommiſſo conditionali ad ſuum fauo-16 rem, † non cenſetur renunciare fideicommiſſo, ſed illo purificato, poteſt ſibi mutare cauſam dominij, & repetere pretium, quaſi a ſemetipſo euicerit *l. fundo. 4. ad leg. falcid. l. huiuſmodi. 86. §. qui ſeruum. de leg.1. Caſtr. in l. cui res ſub conditione. 30. n.1. & 2. de act. empt. & conſ. 447. ſi iſte maſculus. n.3. verſ. item poſſet quis dicere. lib.1. Alex. in l. qui roma. §. duo fratres. n. 35. col.16. poſt princ. de verb. obligat. Cuman. conſ. 33. quidam ponamus. n.1.* ſequitur *Rot. coram R.P.D. Coccino. Parmen. datij longe padi. 10. iunij. 1611.* & late declarat *Surd. conſ.70. n. 5. & 6. lib.1.*

EPITOME.

Legitima quando poſſit tolli per ſtatutum, & an ſit iuſta cauſa, vt viduæ maritum facilius inueniant. ¶ Vxor an poſſit relinquere marito pluſquam vni ex filijs primi matrimonij. ¶ Et an huic diſpoſitioni valide derogetur per ſtatutum tam expreſſe, quam tacite, & per quæ verba fiat talis derogatio. ¶ Statuta excluſiua fœminarum quo caſu illas excludant etiam à legitima. ¶ In Conſtitutionibus derogantibus iuri communi, vel præter illud an ſit admittenda interpretatio. ¶ Argumentum de pacto ad ſtatutum quando valeat. ¶ Conuentio, vt ſecundus vir aliquid habeat ex bonis vxoris quomodo intelligatur ſtantibus filijs primi matrimonij. ¶ Statutum deferens dotem ſecundo viro an ſit validum in præiudicium legitimæ filiorum primi thori. ¶ Quod defertur filijs ex diſpoſitione *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* & quod aufertur coniugi an confundatur cum legitima, & an imputetur illud, quod fuit relictum per matrem eidem filio. ¶ Confirmatio ſtatutorũ quando ſit valida, & trahatur ad contraria iuri communi, & poſſit fieri per Legatum de latere. ¶ Filij primi matrimonij an deducãt eorum legitimam, & poſtea diuidant quod ſupereſt cum vitrico, quando per ſtatutum ſecundus vir debet habere dimidiã dotis vxore præmoriente cum filijs primi thori. ¶ Et quid ſi mulier teſtamentum feciſſet æqualiter inſtituendo dictos filios, & ſecundum virum iuxta formam ſtatuti. ¶ Legitima an debeatur matri in bonis filiæ, quando ſtatutum defert dimidiam dotis marito, & qualis, & quanta ſit eius portio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando poſſit tollere legitimam, & ex qua cauſa, & an ſit iuſta illa, vt facilius vidua maritum inueniat. n.2.*

3 *Conſtitutio excluſiua fœminarum etiam excludit illas à legitima, quando excludit ſolum propter exiſtentiam maſculorum, & non ex alia cauſa, & quomodo hoc intelligatur, & reſeruetur dos propter matrimonium, & alimenta. & n.4.*

5 *Dos quando ſit loco legitimæ imminutæ, & ſit debita ante nuptias, & tranſmittatur ad hæredes.*

6 *Vxor non poteſt relinquere marito plus quàm vni ex filijs primi matrimonij; & an huic diſpoſitioni poſſit derogari per ſtatutum tacite, & expreſſe. n.7.8. & 21. Et per quæ verba fiat talis derogatio. n.9 & 10.*

11 *Diſpoſitio l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. vocatur etiam beneficium Leonis.*

12 *Statutum deferens dotem ſecundo viro, etiam ſtantibus filijs primi matrimonij validum eſt. quamuis tollat legitimam illorum. & n.13.*

14 *Statutum magis poteſt diſponere, ne legitima de certa bonorum ſpecie deducatur.*

Con-

CAPVT CCC.

QVid decidendum sit in facti specie mihi proposita, apparebit ex infrascriptis conclusionibus, quæ in iure sunt magis veræ, ac receptæ, & à Doctoribus approbatæ.

Prima Conclusio, Ex aliqua iusta causa potest tolli legitima per statutum, † scilicet ratione conseruandæ agnationis, vel quando filio assignatur aliquid, vnde viuere possit, & filiæ, vt se dotet, vel alat, etiam si id, quod assignatur, non reseruetur loco legitimæ, prout de verissima, & receptissima opinione testatur *Gabr. cons. 116. n. 33. & cons. 153. n. 14. & 15. lib. 1. Surd. cons. 91. n. 24.* † Vbi addit causam iustam esse, vt viduæ facilius virum inueniant in terminis *l. hac edictali. C. de secund. nup.* quod etiam voluit *Castr. in l. vnic. col. 1. ad fin. vers idem si sine pacto. n. 4. C. de inoffic. dotib. Roland. de luer. dot. q. 24. n. 7. & 8. tom. 9. f. 360. Menoch. cons. 1. n. 13. & 41. Zucard. cons. 43. n. 3.* & latius *cons. 77. in princ.* Vbi etiam, quod ita seruat totius Italiæ consuetudo *Decian. cons. 6. n. 13. lib. 1.*

Adeo, † vt statutum exclusiuum fœminarum, etiam à legitima illas excludat, quando excludit solum propter existentiam masculorum, & non ex alia causa, tunc enim legitima intelligitur sublata, & dos intelligitur reseruari propter matrimonium, & alimenta, & non est loco legitimæ, neque illius naturam, & priuilegia habet, videlicet quod non admittat, nec diem, vel conditionem, aut aliud onus, Quidquid † aliud sit, quando statutum excluderet, ne dum propter existentiam masculorum, sed etiam propter aliam causam ab eo requisitam, ad hoc, vt exclusio procedat, veluti propter dotem datam, vel dandam, tunc enim non est sublata legitima, & propterea dos tunc reseruatur loco legitimæ, nec recipit diem, aut conditionem, nec aliud onus, iuxta distinctionem, de qua per *Castr. in l. titio centum. §. titio genero. col. penult. vers. ego plures consultus. de condit. & demonstr. Alex. cons. 179. viso processu. n. 5. lib. 5. latissime Zucard cons. 77. n. 10.* & de statuto Vrbis *lib. 1. c. 85.* multa *Gabr. cons. 5. lib. 1. & cons. 139. lib. 2.* † Vbi quando dos sit loco legitimæ imminutæ, & debeatur ante nuptias, & transmittatur ad hæredes, & quando dicatur deberi proprie loco legitimæ, & possit recipere diminutionem tam in tempore, quam in alijs oneribus.

Secunda conclusio. Quamuis vxor non possit relinquere secundo viro † plusquam vni ex filijs primi matrimonij, iuxta *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Tamen eiusdem legis dispositio potest tolli à statuto, & abrogari, quasi lex contineat ius voluntarium, & positiuum, non autem ius naturale, & necessarium, † Vnde nõ mirum, si conceditur abrogatio, vt concludit *Bald. in l. 1. col. 3. q. 3. C. de inoff. dotib. & cons. 495. quadam domina helena. col. 5. in fin. vers. & præmitto ad euidentiam. n. 9. lib. 5. Paris. cons. 91. n. 14.* cum

14. *tum sequent. lib.* 3. & non habere difficultatem dicit *Dec. cons.* 10. *& pro tenui. col.* 2. *ante med. vers. secundus casus est. n.* 2. *Bursat. cons.* 12. *n.* 47. *lib.* 1. *Bero.q.* 119. *n.* 1.

Tertia conclusio. Statutum non solum potest de-8 rogare expresse *d. l. hac edictali.* † sed etiam tacite, cum sufficiat quoquo modo apparere de voluntate statuentium, neque enim est necessaria praecisa, & expressa derogatio, Vnde satis dicetur sublata dispositio dictae legis, quando datur in totum, vel in parte dos secundo viro, 9 si vxor † decedat cum filijs primi matrimonij, vel in similibus casibus, vt per *Roman. cons.* 44. *& supra narrato. n.* 5. *&* 6. *Phanuc. de lucro dot. glos.* 5. *n.* 39. *in princ. Socin. Iun. cons.* 93. *n.* 7. *volum.* 1. cum alijs per *Menoch. cons.* 4. *n.* 14. *vers. secundum quo ad rem. & vers. quod procedit etiam. lib.* 1. *post Castr. in l.* 1. *n.* 4. C. *de* 10 *inoffic. dotib.* † vbi, quod ideo addidit in *statutis Florentiae* ista verba, si vxor decedat cum filijs primi matrimonij, vt ex illis diceretur sublata dispositio *d. l. hac edictali. C. de secund.* 11 *nupt.* † quod etiam vocatur beneficium Leonis, vt per *Castr. cons.* 462. *in princ. lib.* 2.

Quarta conclusio. Statutum deferens dotem secundo viro, etiam stantibus filijs primi matri-12 monij validum est, † quamuis tollat legitimam illorum, cum etiam illa possit tolli stante causa fauorabili, vt viduae inueniant virum, prout dictum est *in prima conclusione.* & vltra ibi allegatos hoc etiam voluit Cyn. *in l sancimus. C. de nupt. Dec. cons.* 19. *col.* 4. *in fin. vers. & intantum ista conclusio. n.* 5. *&* 6. *Roland. de lucr. dot. q.* 24. *n.* 6. *& cons.* 62. *n.* 27. *lib.* 3.

Quod magis est admittendum, quia in isto casu 13 non tollitur praecise legitima, † sed solum prohibetur illius detractio ex dote matris, quasi concedatur ex alijs bonis, in quibus admittetur successio, & sic tunc non videtur auferri legitima, sed solum imminui. Quamuis enim possit mulier non habere nisi dotem, tamen satis est, quod non aufertur legitima praecise, & certi-14 tudinaliter, † quasi magis statutum possit disponere, ne legitima de certa bonorum specie deducatur *Natt. cons.* 308. *n.* 5. *Bellon. cons.* 13. *n.* 21. *post princ. vers. item quia posset mulier. post Curt. Iun. in auth. praeterea. C. vnd. vir. & vxor. Dec. cons.* 19. *col. penult. ante med. vers. & dato quod mulier. n.* 6.

Quinta conclusio. Statutum quando venit ad de-15 rogationem iuris communis, † vel praeter illud non recipit interpretationem, cum enim constet, quod voluerunt statuentes ab eo recedere, non est quaerenda alia interpretatio, quae solum admittetur, quando non constaret de tenore huiusmodi derogationis, vel quando emanaret ad obseruationem iuris communis *Bald. in l. ita nobis.* 28. *n.* 2. *vers. & scias quod statutum. C. ad leg. Iul. de adulter. Socin. cons.* 150. *vt in quaestione. col.* 28. *in fin. vers. idem sentire vi-*16 *detur. n.* 38. *lib.* 1. † Vnde etiam in statuto derogante dispositioni *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* non erit alia interpretatio sumenda secundum ius commune, cum constet, quod statuentes ab eo recedere voluerunt, vt in specie declarat *Idem Socin. cons.* 52. *super hac difficultate. col.* 3. *in princ. vers. sed quia ista opiniones. n.* 3. 17 *lib.* 3. *Roland. de lucr. dot. q.* 30. *n.* 13. † Quasi in claris non sit opus coniecturis *l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de legat.* 3. Ideo praecise standū erit verbis apertis, quae secundum naturam actus non 18 erunt interpretanda. † Quidquid alias debeant intelligi secundum subiectam materiam *Bald. cons.* 182. *n.* 6. *lib.* 1. *Roland. cons.* 62. *n.* 23. *lib.* 3. 19 *Cephal. cons.* 138. *n.* 6. *lib.* 1. † Vbi ampliat, quamuis actus periret *Socin. in l. vbi est verborum. in* 5. *notab. ff. de condit. & demonstrat. post Bart. in l. cum senatus. ff. eod. tit. Aym. cons.* 288. *col.* 2. *ante fin. vers. immo quando verba. n.* 3. *Ias. in l. quoties. ff. de verb. obligat.*

Secunda conclusio. Maiorem potentiam habet sta-20 tutum, quam pactum, † cum multa per illud fieri possint, quae non permittuntur ex conuentione, negatiue enim non procedit argumentum a pacto ad statutum, sed solum affirmatiue *Alex. ad Bart. in rubr. C. de decret. decur. in fin. vers. adde quod dici potest. lib.* 10. *Ias. in auth. praeterea. n.* 11. *C. vnde vir & vxor. Euerard. loco argum.* 21 89. *col. penult.* † Ex quo sequitur, quod per statutum poterit tolli dispositio *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* & legitima filiorum, vt supra dictum est *in* 2. 3. *&* 4. *conclusione. Bellon. cons.* 13. *n.* 21. *post princ. vers. nec obstat aliud. Phanuc. de lucr. dot. glos.* 5. *n.* 34. *Io. de Amic. cons.* 11. *n.* 6. 22 *&* 7. Quidquid † alias per pactum non possit tolli dicta dispositio; Nam secundus vir, si ex conuentione aliquid habeat ex bonis vxoris, tale pactum semper intelligetur secundum dispositionem *d. l. hac edictali.* nempe, vt filij praecipuam consequantur legitimam, quasi tunc secundus maritus percipiat lucrum, proueniēs ex facto vxoris, quae blanditijs allecta ipsum plus diligit, & filios odio habet, & sic lex marito resistit in hac dispositione hominis; Quod non est in casu, in quo datur lucrum secundo viro ab ipsa lege, seu statuto sine vllo facto vxoris, & sine vlla ratione praetensi odij illius *Thesaur. decis.* 184. *n.* 6. *Addit. ad Alex. cons.* 158. *in verb. contrarium. lib.* 5. & latius declarat *Surd. cons.* 401. *n.* 8. *iuncto n.* 26. *lib.* 3.

Septima conclusio. Quando per statutum fuit su-23 blata dispositio *l. hac edictali.* † non est quaerendum amplius, quod filij prioris matrimonij deducant eorum legitimam, & postea diuidatur, quod superest cum vitrico, quia ista deductio, & diuisio habet locum duntaxat, quando non constaret de huiusmodi derogatione; Vnde, si statutum disponat, quod secundus vir habeat dimidiam dotis vxore praemoriente cum liberis primi matrimonij, vel quod tantumdem capiat maritus quantum vnus ex d. filijs, tunc dos erit aequaliter diuidenda, neque filij poterunt ante partem deducere legitimam, quasi tunc contraueniretur statuto, & esset dispar conditio, si filius illam prius detraheret, & sic in

in summa vitricus non haberet portionem ex eodem statuto delatam, Quod nō est dicendum ne reddatur inanis d. dispositio statuti, late *Surd.conf.*401.*n.*25.*&* 31. *lib.*3. *& conf.*422.*n.*

24 21.*&* 22.*eod.lib.* † Vbi, quod per tale statutum priuantur filij legitima, ideo non possunt antea illam deducere post *Curt.Iun.in auth.praeterea. n.*17.*C.vnd.vir & vxor. Dec.conf.*19.*n.*5.*Natt. conf.*308.*n.*4.*Rol.conf.*62.*n.*53. *lib.*3. Et dictum est supra *in quarta conclusione.Phanuc.de lucr. dot.glos.*5.*n.*35. *Bellon.conf.*13.*n.*21. *Aym.conf.* 524.*n.*4.*Marcobrun.conf.*75.*n.*134.

Et ita concordantur omnes Doctores, dum volunt

25 esse deducendam prius legitimam † per filios, loquuntur enim indistincte, & absolute, indefinite, & simpliciter, non autem in statuto faciente praecisam mentionem de liberis primi matrimonij; Quando enim statutum defert dimidiam dotis secundo viro, etiam existentibus dictis filijs ex primo marito derogat *l. hac edictali*. & per consequens tollit legitimam filiorum, vt dictum est *supra in* 3. *&* 4. *conclusione*.

26 Et ita † loquitur *Gabr.conf.*13.*lib.*2. vbi *n.* 10. praesupponit non apparere, quod statutum voluerit derogare *l. hac edictali*. Prout etiam loquuntur omnes allegati per *Thesaur. decis.* 184. *n.*3. vt late notat *Surd.d.cōs.*401.*n.*32.*et* 33.*lib.* 3. quod etiam concludit *Bursat. conf.*212.*n.*25. cum alijs per eūdem *Surd.conf.*422.*n.*22. *lib.*3.

Verum est, quod *Bald.conf.*273.*super dicto puncto*

27 *dico: lib.* 5. videtur tenere contrarium, † quod quamuis fuerit derogatum *l.hac edictali.C.de secund.nupt.* Tamen filij primi matrimonij debeant habere legitimam, quasi statutum non censeatur illam voluisse auferre, quod etiam voluit *Zuccard. conf.*43. *in* 2. *dub. n.*23. *&* 24. *Riminal.Iun. conf.*311.*n.*11.*lib.*3. & late etiam defendit *Castr.conf.*462.*incip.glosa.n.* 2. *& per tot. lib.* 2. licet non videatur d. consilium esse *Castrensis*, cum se ipsum alleget, *vt in eodem consil.vers.& ita praedicto modo. & vers.postre-*

28 *mo*. † Cum statutum etiam praecisum non tollat necessarias interpretationes *Bald.in l.iubemus. C. ad trebell.* Et lex noua, & statutum distin-

29 guuntur per legem veterem † ad notata *in auth. offeratur. C. de lit. contestat. per l.sciendum.ff. qui satisdar.cogan. Bart. in extrauag.ad reprimendum. vers.non obstantibus*. Et quia per secundas nuptias inducitur contemptus liberorum, quae ratio procedit, tam in lucro prouc-

30 niente ex pacto, quàm ex statuto, † quod tamquam deferens dotem marito est euitandum per mulierem, quae sciens statutum, debet prouidere, ne transeundo ad secunda vota, bona alienentur in virum in praeiudicium filiorum; Quasi huiusmodi statutum de dote lucranda videatur tacitum pactum, prout omnes supradictas rationes, & similes adducit *Castr.d.conf.* 462.*per tot.lib.*2.

Nihilominus non est recedendum à prima opinio-

31 ne, quod legitima non sit detrahenda, † cum statutum per derogationē *l.hac edictali*. censeatur legitimam filijs tollere, quod potuit facere, vt dictum est supra *in* 3.*&* 4.*conclusione*. Et non

32 obstantibus auctoritatibus † supradictorum contrarium sentientium ita tenendum esse multis ostendit *Surd.conf.*401.*n.*30.*vsque ad n.* 33. *& conf.* 422. *n.* 21. *lib.* 3. vbi praecise omnibus respondet, & sigillatim, itaut non sit opus iterum per eum scripta transcribere, prout etiam tenet *Phanuc.de lucro dot.glos.* 5. *n.* 35. *ad fin. vers.hinc reprobatur.tom.*9.*fol.*426. vbi respondet *Bald.d.conf.*273. *lib.*5.

Et facit, quod dicimus de matre, cui licet debea-

33 tur legitima in bonis filiae, † Tamen aliud est, quando statutum defert dimidiam dotis marito, tunc enim non datur matri legitima in illa dimidia, sed maritus ante omnia deducit lucrum praedictum dotis, postea mater super re-

34 liqua portione capiet suam legitimam, † quae tali casu erit tertia pars tantum dimidiae, idest tertia pars eius, quod habuisset ab intestato. Adeo, quod in calculanda huiusmodi legitima nulla ratio habeatur eius partis, quam vir lucratur, non secus ac si esset res aliena *Corn. conf.*127. *quamuis casum reputem.col.*1.*ad med. n.*3.*lib.*3.*Bald.conf.*314.*ioanni & iacoba.in fin. vers.successio aut.n.*3.*lib.*4.*Socin.conf.*288.*circa primam quaestionem.col.*13.*ad med.vers.confirmatur ratione clara n.*23.*ad fin.lib.*2. *Aym. conf.*186.*n.*11.*ad med.vers.confirmatur hoc fundamentum*. *Phanuc.de lucr.dot.glos.*5.*n.*35. *ad med. vers.hinc consultum extat. tom.* 9. *fol.* 426. Vbi etiam adducit *Rot.per Achill.decis.*118.*do-*

35 *tis lucrum.n.*1.† Cum etiam dos viuente vxore non sit in bonis illius, sed mariti tanquam domini dotis *l.doce ancillam. C.de rei vendic*. Vnde mortua vxore maritus retinet sibi partem delatam a statuto, & sic non potest ex ea deduci legitima per matrem, cum dos illa nullo tempore fuerit in bonis vxoris, respectu portionis

36 reseruatae per statutum, † quasi in deducenda legitima ratio habeatur solum de bonis, quae tempore mortis reperiuntur *l.quaeritur.C.de inoffic.testam. auth.nouissima. vers.ex deficientis substantia.C.eod.tit.Natt.conf.*156.*n.*6.

Octaua conclusio. Magis excluderetur filius a d. legitima, quando concurrente statuto de lucranda aequaliter dote inter secundum virum,

37 & filios † primi matrimonij, mulier eodem modo testamentum fecisset omnes aequis portionibus instituendo, quasi hoc casu non praesumatur vxor allecta blanditijs viri, sed vt conformaret se cum statuto ita disponente *Thesaur. decis.*184.*n.*10. cum alijs *per Bursat. conf.*211. *&* 212.*lib.*2.

Neque obstat, quod mater, quamuis aequaliter fi-

38 lium instituerit cum secundo viro, † Tamen ista aequalitas non est consideranda, itaut non habeat prius suam legitimam, quasi hoc lucrum sit applicandum filio ob transitum matris ad secunda vota ob laesionem sibi illatam; Vnde sicut mater non posset filium huiusmodi lucro priuare expresse, ita neque tacite illum aequaliter instituendo, quasi ex hoc faceret filij conditionem deteriorem, vt in puncto multis rationibus

tionibus comprobat *Zuccard. conf. 43. n. 31. cum seq.*

Quia verius est, quod stante d. æquali institutione, 39 etiam cessante statuto, † & attenta sola dispositione iuris communis, non sit quærendum amplius de legitima filij, cum solum prohibeatur vxor plus relinquere secundo viro, quam filijs primi matrimonij, quo cessante, non potest inualidari institutio, cum lucrum viri non excedat debitum, & legalem modum, idest, quod maitus non habeat plus, quam vnus ex filijs primi thori; Vnde idem erit in testamento, seu institutione matris, in qua æqualiter tractatur secundus vir cum filijs primi matrimonij, prout contra *Zuccard.* late concludit *Surd. conf. 422. n. 9. & 21. lib. 3.* 40 † Vbi respondet omnibus in contrarium adductis, quod etiam voluit *Bursat. conf. 212. n. 13. lib. 2.* Quasi habendo dimidiam, habeat etiam legitimam. Vnde non poterit querelare inofficiosi, neque agere remedio *l. hac edictali.* quæ non habet locum, quando tam vni, quam alteri æqualiter fuit relictum, 41 cum † hoc casu nulla fraus contra filios possit considerari, qui solum reuocant a secundo viro, quod fuit plus relictum, tunc enim contrauenitur legi, non autem facta æquali distributione, quo casu non offenditur lex, neque est locus pœnæ, 42 † vt late concludit *Bertrand. in d. l. hac edictali. in verb. ita tamen. n. 26. Burs. conf. 211. n. 4. & 5. & conf. 212. n. 4. lib. 2.* Vbi, quod non inuenit contradictorem *Cucc. de legitim. in ver. ex substantia, quod est antepenult. fol. mihi 171. n. 2. vers. qua tamen communis. Add. ad Alex. conf. 158. in verb. contrarium. lib. 5. Aym. conf. 324. n. 3. Surd. conf. 422. n. 12. & 13. lib. 3.*

Nona conclusio. Quod defertur filijs ex dispositione *l. hac edictali.* 43 † & quod aufertur coniugi confunditur cum legitima, quæ antea non erit hoc casu per filios detrahenda, vt de communi omnium opinione testatur *Gabr. conf. 13. n. 24. lib. 2.*

Contrarium sequuntur multi relati per *Dec. conf. 245. requisitus. col. 2. post med. vers. vlterius tamen. n. 3.* 44 † Vbi, quod temerarium esset ab ista opinione recedere, prout etiam notat *Castr. in l. 1. col. 1. in fin. vers. illud ergo quod reuocatur. n. 4. C. de inoffic. dot.* sequitur *Socin. conf. 33. visa narratione puncti. col. fin. ad med. in 3. dub. n. 19. lib. 4.* 45 † Quasi hoc lucrum capiatur iure diuerso, & diuersis legibus, & rationibus, cum hoc deducatur ratione ciuili propter offensam filiorum, legitima autem ratione naturali, vnde non debet dari confusio in istis debitis, prout tenet etiam *Bald. in l. hac edictali. in fin. C. de secundis nupt.* 46 † Vbi, quod ista est veritas, secundum quam pluries consuluit *Fulgos. conf. 96. antonius transiens. col. 1. post Glos. in §. optime vero. in verb. quippe. & ibi Ang. auth. de nupt.*

In quo tamen est aduertendum, quod quamuis dictum lucrum delatum filijs in pœnam matris transeuntis ad secunda vota non imputetur in 47 legitimam, † Tamen imputabitur illud, quod fuit relictum per matrem eidem filio *Doctores in l. in quartam. ad leg. falcid. & in auth. praeterea. C. vnd. vir & vxor. Surd. conf. 422. n. 20. in princ. vers. nec mouet. & n. 23. lib. 3.*

Ex istis concluditur non esse locum prætensæ detractioni legitimæ, antequam lucrum dotis secundo viro deferatur, & antequam fiat diuisio inter eum, & filios prioris matrimonij, Neque enim potest dici de inualiditate statuti, de quo agimus, cum per illud possit tolli legitima filiorum deferendo dotem secundo viro, etiam stantibus filijs primi thori, semota omni alia interpretatione, quando constat de voluntate statuentium. cum per eos possit expresse, & tacite derogari *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Præsertim vt viduæ facilius inueniant virum, vt dictum est *in prioribus quinque conclusionibus.* Quidquid aliud sit in pacto, quod non erit tantæ efficaciæ, sicut statutũ, & quando non appareret de voluntate statuentium, tunc enim esset prius deducẽda legitima, vt in *sexta, & septima conclusione.* Maxime concurrente testamento, & institutione ęquis portionibus facta tam de filijs primi matrimonij, quam secundi viri, quasi hoc casu testatrix præsumatur omnia fecisse non ex suasionibus mariti, sed vt se conformaret statuto, vel iuri communi, si non extaret statutum, vt *in octaua, & nona conclusione* dictum fuit.

Hæc autem omnia intelligentur cum præsupposi- 48 to, quod adsit confirmatio statuti, † sine qua illud non valeret tanquam simus in oppido sedi Apostolicæ immediate subiecto, quod non potest condere statuta *Bald. in l. omnes populi. n. 6. col. 2. vers. praeterea nullus. de iust. & iur.* Stan- 49 te † præsertim Aegidiana *lib. 2. c. 36.* quæ extenditur à *Paul. Pap. III.* per totum statum ecclesiast. cum *Rot. diuers. decis. 780. n. 3. & 4. lib. 1.* Nulla habita consideratione confirmatio- 50 nis Legati de Latere, † qui neque potest statuere contra ius commune *Glos. in c. fin. in verb. figura. de haeret. in 6.* quam singularem dicit *Imol. in l. ex duobus. 34. §. fin. n. 7. vers. tu adde.* 51 *ff. de vulg. & pupill.* † vbi, quod neque posset committere causam sine strepitu, & figura iudicij in casibus, in quibus de iure communi non potest sic procedi *Ias. in l. omnes populi. in 1. lectur. ad fin. vers. & quod etiam legatus. n. 30. & 31. ff. de iust. & iur.*

Et quatenus etiam Legatus posset confirmare, 52 esset considerandum, † an in casu nostro confirmatio sit permissiua, vel formalis. Nam ad hoc, vt valeat, non sufficiet permissiua, cum non denominet confirmatum a confirmante, & habeatur tanquam statutum populi, quod est inualidum, quasi tunc confirmans non producat rem ab origine sui esse, sed illius gratia veniat consecutiuè, neque enim est causa totalis, sed 53 concurrens; † Adeo vt transgressor talium statutorum etiam a Papa confirmatorum non puniatur tanquam transgrediatur statuta Papæ confirmantis, qui tunc confirmat velut causa vniuersalis, nihil noui iuris tribuendo, sed dando solum quod inuenit, quidquid aliud sit quando confirmaret tanquam causa specifica,

fica, vt bene declarat *Bald. in l. ex placito. 3. col. 2. in fin. vers. interdum confirmans. n. 6. & 7. C. de rer. permutat. & in c. 1. in princ. col. 2. vers. nota argumentū. n. 2. per quos fiat inuestitur. Surd. cons. 58. n. 20. lib. 1.* † Cum præsertim numquam confirmatio trahatur ad inhonesta, & iuri communi contraria *Alex cons. 59. n. 3. lib. 1.* Ideo statuta, quæ de iure communi reputantur inhonesta non valent, neque suffragatur talis confirmatio, † prout dicimus de statutis excludentibus fœminas propter masculos *Rot. diuers. decis. 780. n. 4. & 5. lib. 1.*

54

55

EPITOME.

PRetium quando repetatur tanquam interesse re euicta. ¶ Et pro eo possit agi executiue. ¶ Societatem officij an lucretur, qui promisit dare fideiussorem, & non dedit, vel aliud simile non adimpleuit. ¶ Et quid si fructus societatis fuerint postea recepti, non obstante d. non implemento. ¶ Interpellatio quando sit necessaria, & possit purgari mora. ¶ Exceptio non adimplementi quibus casibus locum habeat, & qualiter censeatur remissa. ¶ Contractus ob pacta non seruata quomodo resoluatur. ¶ Dictio, proximos, infra, & post, quid significet. ¶ Dilatio quando debeat esse consumpta, vt actus valeat, & an illa pendente detur præuentio. ¶ Terminus ad soluendam dotem, aut pretium rei emptæ a quo die currat. ¶ Actus ad fauorem alterius, quando intelligatur parte petente. ¶ Contractus an dicatur approbatus per receptionem, seu petitionem pretij tam in iudicio, quàm extra, tam validam, quàm nullam. ¶ Obseruantia petita respectu vnius modi quando extendatur ad alios modos. ¶ Remissio tacita non adimplementi an operetur circa inobseruantiam futuram, sicut præteritam. ¶ Locatio quomodo recipiat interpretationem ex consuetudine, & inducat tacitam renouationem. ¶ Approbatio contractus an detur pro parte. ¶ Recipiens, vel soluens debitum ex aliquo instrumento, an ignorantiam illius possit allegare. ¶ Pœnæ *l. si quis maior. C. de transact.* quando censeatur renunciatum. ¶ Remedio vno electo, an alterum sit sublatum. ¶ Pœna incursa ex periurio quomodo possit remitti. ¶ Filia iurans non habere regressum ad bona patris, an possit petere, quod sibi debetur ex testamento patris. ¶ Collegium, & vniuersitas deliberans aliquid contra statutum quando videatur remittere iuramentum. ¶ In censu an possit peti sors principalis loco damnorum, & interesse, si non adimplentur promissa. ¶ Et an fructus currant suscepto mandato pro restitutione sortis ob inobseruantiam conditionum. ¶ Purgatio moræ quando admittatur præstando interesse. ¶ Oppositio an sufficiat contra admissionem exceptionis, vel requiratur appellatio. ¶ Iurantes contrahere matrimonium, si contrahunt postea cum alijs, quando videantur se absoluere a iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Emptor re non tradita repetit pretium, & interesse, sicut re euicta.*
2 *In libello generali, in quo petitur rem tradi, aut interesse præstari comprehenditur restitutio pretij & interesse circa rem, vel intra rem. Præsertim stante iuramento. n. 3.*
4 *Contractus ab initio validus resoluitur ex periurio ex post facto superueniente.*
5 *Executiue agi potest, ac pro damnis, & interesse petisors principalis, si non constat de renuestimento dotis, prout fuit promissum.*
6 *In censu potest peti sors principalis loco damnorum, & interesse, si non seruantur renouationes cautionum, & pacta contractus.*
7 *Fructus census nō currunt suscepto mādato pro restitutione sortis ob nō impletas conditiones.*
8 *Societatem officij non lucratur, qui promisit dare fideiussores, & non dedit statim post tempus dilationis sibi concessum. & n. 18. & 21.*
9 *Exceptio de adimplemento semper opponi potest, licet per statutum prohibeatur exceptionum oppositio, & super hoc iudex ex officio supplet parte non opponente.*
10 *Impedimentum excusat à pœna, vel mora, sed non facit, quod impedito competat actio.*
11 *Interpellatio, aut mora non est necessaria respectu lucri captandi.*
12 *Mora non purgatur in acquirendis in fauorem actoris.*
13 *Dotis interusuria prætendere non potest, qui non adimpleuit, puta quia debebat renunciare alijs bonis propter dotem.*
14 *Exceptio non implementi habet locum, licet non intersit eorum, quibus versa vice aliquid fuit promissum.*
15 *Exceptio non implementi est fundata non tantum in interesse, quantum in violatione fidei, quamuis in minimo non fuerit adimpletum.*
16 *Contractus ob non adimplementum, vel ob pacta non seruata resoluitur tam in vita socij, quàm post eius mortem.*
17 *Promissio de præstando fideiussores pro fructibus soluendis infra duos menses, debet intelligi vt præstatio fiat in primo semestri, licet fructus primi semestris essent soluti in actu societatis. & n. 31.*
19 *Verbum, proximos, designat extremitatem temporis factæ obligationis.*
20 *Dictio, infra, includit tantum sua extrema, & cætera excludit.*
22 *Dictio, post, iuncta dilationi dierum, aut temporis, importat, vt totaliter dilatio sit consumpta, licet daretur præuentio, si constitueretur à lege, vel statuto.*
23 *Appellationis prosecutio potest præueniri ante lapsum dilationis.*
24 *Dilationis causa cessante euanescunt alij dies assignati pro dicta dilatione.*
25 *Dilatione pendente iudicis officium conquiescit.*
26 *Terminus soluendi pretium infra annum incipit à die consignationis rei emptæ.*

Termi-

27 *Terminus ad soluendũ dotem currit à die matrimonij. Maximè quãdo causa matrimonij inseritur inter viuos, secus si in vltima volũtate. n. 28*

29 *Dotis promissio seu datio post contracta spõsalia semper habet conditionem, si matrimonium sequatur, & quid in patre dotante, n. 30.*

32 *In societate officij non iuuat pactum quod in casu non prastationis fideiussoris teneatur quis ad fructus decursos, & ad damna, & interesse.*

33 *Purgatio moræ in societate officij admittitur præstando interesse quo ad conseruandã actionem, secus quo ad illam quærẽdam, vt pecunia dicantur superlucrata. n. 34.*

35 Mora non est necessaria, quo ad lucrum captandum, sed solum ad pœnam euitandam.

36 Societas officij non perditur etiam quod non fuerint dati fideiussores promissi, si fructus illius fuerint postea recepti, & an ex receptione censeatur datio fideiussoris remissa.

37 Processus non vitiatur vbi non fuit datus fideiussor, prout debebat dari.

38 Praparatoria iudiciorum omissa, vel præpostera ta non reddunt processum nullum.

39 Partes procedendo videntur remittere quod nõ detur fideiussor, nec potest ista exceptio allegari

40 *Promissio de faciendo ratificare fideiussores intelligitur si pars voluerit, & petierit.*

41 *Recipiens fructus, & pensiones censetur remittere onus dandi fideiussores.*

42 *Actus tendens ad fauorem alterius intelligitur parte petente.*

43 *Petitio requiritur, vt ius sibi competens non censeatur remissum.*

44 Oppositio non sufficit, nisi pars opponens appellet ab admissione exceptionis.

45 Contractum approbat non solum qui recipit pretium, censum, fructus, vel similia, sed etiam qui solum petit. Et an requiratur quod petitio sit facta in iudicio. n. 46. & 47. sed vt petitio præiudicet requiritur quod habuerit effectum. n. 48. Quid si petitio esset nulla. n. 49. Et quid si nondum esset acceptata. n. 50.

51 Obseruãtia cõtractus petita respectu vnius modi facit, vt cẽseatur etiã facta extẽsio ad alios modos. Etiã si debitor obligatus cõtradixerit. n. 52

53 Remissio tacita non implementi prouenient ex petitione, vel receptione operatur respectu inobseruantia iam commissæ, non autem quæ non dum euenit.

54 Voluntas quæ ex facto colligitur non extẽditur vltra quam ex ipso actu de necessitate infertur

55 Ex receptione quando inferatur remissio, seu renunciatio.

56 Contractus locationis, vel similis quomodo recipiat interpretationem ex consuetudine, & inducat tacitam renouationem.

57 Contractus non potest pro parte approbari, & pro parte impugnari tamquam indiuiduus.

58 Receptio partis consensus extenditur ad totam rem, & integrum contractum.

59 Recipiens partem pretij censetur remittere pactum legis commissoria. Nec poterit rescindere contractum propter inobseruantiam. n. 60.

Stephani Gratiani

61 Renunciare censetur resolutioni contractus, qui post moram debitoris protestatur quod non intendit obseruare emptori, nisi ipse sibi obseruet. Et multo magis si recipiat pretium. n. 62.

63 Ignorantiam allegare non potest recipiens aut soluens debitum ex aliquo instrumento. Maximè si ex d. contractu ageret in iudicio. n. 64.

65 Recipiens implementum transactionis post commissas pœnas l. si quis maior. C. de transact. censetur illis renunciare, & remittere omnẽ pœnã & caducitatem. Præsertim stante protestatione. n. 67. Et quid in cõtractu iurato. n. 66. 69. & 75

68 Remedia plura vbi descendunt ex diuersis causis vno electo, alterum non tollitur.

70 Pœna incursa ex periurio quatenus concernit fauorem partis poterit ab ipsa parte remitti. Etiam remissione tacita. n. 71.

72 Filia iurans non habere regressum ad bona patris poterit petere, quod sibi debetur ex patris testamento.

73 Collegium seu vniuersitas deliberans venire cõtra statutum concernentem vtilitatem ipsorũ videtur remittere iuramentum.

74 Iurantes contrahere matrimonium, si de cõmuni concordia contrahunt cum alijs, videntur se in illo instanti à iuramento absoluere.

CAPVT CCCI.

RE non tradita potest emptor repetere pretium non vt pretium, sed vt interesse, sicut 1 re euicta † *l. emptor. §. ibidem. ff. de act. empt. l. sicut. in fin. C. eod. tit. Ruin. cons. 141. col. 6. in prin. n. 9. ad fi. lib. 1. post Bal. in l. si traditio. 4. col. 2. in prin. q. 4. n. 4. C. de act. emp.* Vbi ex hoc cõcludit in libello generali, in quo petitur rem tradi, aut interesse præstari comprehendi restitutionem 2 pretij, † & interesse, conuentum, & singulare, & quanti plurimi interest, dummodo sit interesse circa rem, vel intra rem, vel de natura rei, non extra rem, & extra naturam rei *l. si sterilis. §.* 3 *cum per venditionem. ff. de act. empt.* † Maximè stante iuramento, quod si non obseruetur, facit, vt non implens incidat in pœnas *l. si quis maior* 4 *C. de transact.* † & sic contractus etiam ab initio validus resoluitur ex periurio ex post facto superueniente, & agi potest ad restitutionem pretij *Ruin. d. cons. 141. n. 9. lib. 1.*

Ex prædictis sequitur verius esse, quod poterit 5 agi via executiua, † & pro damnis & interesse peti sors principalis, cum non constet de reinuestimento dotis prout fuit promissum, exẽplo eius quod dicimus de contractu census, in quo si nõ seruentur pacta, & renouationes cautionũ 6 potest peti † sors principalis loco damnorũ, & interesse, prout resoluit *Rot. corã Card. Seraph. Rom. seu Cornetan. dotis. 11. febr. 1583. quæ est inter decis. Rot. diuers. 741. in princ. p. 1.*

Verum esset quod suscepto mandato pro restitutione sortis census loco interesse ob non adimpletas conditiones non amplius currũt fructus, quamuis non concurrat actus retrouenditionis; Stante enim mandato iudicis reputatur

factum partis. *Bald. in l. si ob causam. C. de euict.* prout factum arbitratoris, aut arbitri *Aym. cons. 248. n. 1.* & contractus habetur pro resoluto Rot. coram Cardin. Pamphilio. Romana census. 29. decembris. 1593. quæ est inter decis. recollectas *per Farinac. 96.*

Ex huiusmodi defectu inobseruantiæ, & nō adimplementi dicimus, quod accipiens pecunias ad societatem officij, † si promiserit dare fideiussores, & non dederit, non lucrabitur dictas pecunias, cum ex parte sua non adimpleuerit, nam ad effectum, vt quis ex contractu consequatur actionem, seu exceptionem, debet ante omnia docere de adimplemento, adeò, † vt hoc semper possit opponi, licet per statutum prohibeatur exceptionum oppositio, cum etiam super hoc iudex ex officio suppleat parte non opponente, & impediatur executio, neque admittatur excusatio, si impeditus fuit implere, dummodo impedimentum non oriatur ex culpa eius, cui est implendum, vt latè omnia prædicta declarat *Aym. consil. 151. n. 8. vsque ad n. 12.* † Quasi necessitas, aut impedimentum excuset à pœna, vel mora, non tamen faciat, quod impedito competat actio, ex quo ex parte sua non adimpleuit *Dec. in l. cum proponas. la 2. quæst. 21. n. 1. in 3. notab. C. de pact.* & in terminis societatis ità resoluit. *Rot. coram Card. Seraphin.* Romana societatis. 200. *mill. 16. martij 1574. & 9. iulij 1584. & corā R. P. D. Lācellotto* Romana societatis officij de Sorbelonibus 2. iunij 1608. dixi supra *c. 143. n. 48. & 49. & c. 137. n. 8.*

Neque obstaret, quod requiratur mora in præstando fideiussores, seu in aliquod simile adimplendo *Bart. in l. si duo. §. hæc verba. de constit. pecun.* † Quia respectu lucri captandi non est necessaria aliqua interpellatio, aut mora, quod solum procedit, quo ad pœnam euitandam *Dec. in l. cum proponas. la 2. n. 4. C. de pact.* † & in acquirendis in fauorem actoris mora non purgatur *Ias. in l. si insulam. col. fin. q. 9. n. 39. de verb. obligat. Surd. cons. 157. n. 16. lib. 2.*

Idem est in eo, cui deberentur interusuria dotis, si enim non adimpleuit, † puta quia debebat renunciare alijs bonis propter dotem habitam, non potest illa prætendere; ità vt ista exceptio non adimplementi etiam habeat locum, † quà-uis non intersit eorum, quibus versa vice aliquid fuit promissum *Rot. coram R. P. D. Oradino. Vrbeuetana castrorum. 22. iunij 1571.* quæ est in impressis *Rot. diuers. decis. 210. p. 1. & corā R. P. D. Penia Perusina executionis. 3. decembris 1599.* Quia exceptio non implementi est fundata non tantum in interesse, † quantum in violatione fidei *Bart. in l. cum proponas. la 2. C. de pact.* Quamuis in minimo non fuerit adimpletum *arg. l. penul. ff. de his quib. vt indign. Alex. in l. execut onem. §. item si ita. ff. de verb. obligat. Dec. in d. l. cum proponas. n. 5. ampliat. 4. C. de pact. Put. decis. 140. n. 1. lib. 1.*

Et procedunt prædicta tam in vita socij, quam post eius mortem, quando contractus resoluitur ob pacta non seruata, † vel propter non secutum implementum; quia tunc ista declaratio transit ad heredes. *Bald. in c. imperialem. §. insuper. col. vlt. in princ. vers. vel esset alia fellonia. n. 7. in fin. de prohibit. feud. alienat. Salic. in l. vlt. ad fi. vers. quæro an in omnibus. n. 4. C. de reuoc. donat. Abb. cons. 3. col. 11. ad fi. vers. item ponit. n. 7. lib. 2. Card. in c. vlt. ante fin. n. 6. vers. & hoc magis cōsonat. q. 14. in fin. de donat. Gabr. de criminal. conclus. 34. n. 14.*

Immo quamuis obligatio dandi fideiussores esset pro fructibus soluendis, & fructus primi semestris essent iam soluti in ipso actu societatis, tamen promissio † de præstando fideiussores infra duos menses deberet intelligi, vt fiat in primo semestri, non autem de secundo post primum finitum, adeo vt accipiens pecunias ad societatem illas non lucretur, si in dicto primo semestri non dederit fideiussores statim post tempus dilationis sibi concessum, † quia dans pecunias voluit sibi præcauere in futurum, vt adueniente secundo semestri esset tutus, cum alias non fuisset contracturus; ideo expressè conuenit, quod pro solutione fructuū durante societate daretur intra duos menses proximos fideiussor; vnde mens contrahentium fuit dare, & recipere fideiussorem pro fructibus intra duos menses à die celebrati cōtractus, non autem post finitum primum semestre, pro quo iam erant recepti fructus, † cum verbū proximus designet extremitatem prioris temporis, videlicet temporis factæ obligationis *§. pupillus. instit. de inutil. stipulat. Bal. cōs. 246. proponitur. n. 2. lib. 2.* † Stante præsertim dictione intra duos menses, quæ dictio includit tantū sua extrema, & cætera excludit *l. ædes sacra. §. 1. de contrah. empt. Bald. in rubr. C. eod. tit. col. vlt. in prin. q. 22. n. 23. & in l. 1. §. initio. de offic. præfect. verb. Socin. cōs. 211. breuiter consultationem. in princ vers. & sic videtur facta. lib. 2.* Et ità in specie declarat Rot. coram Cardin. Lancellotto Romana societatis. 2. iunij. 1608. † Quidquid aliud sit, quando fuisset dictum, quod daretur fideiussor post duos menses, nam tunc non posset præueniri talis terminus tanquam constitutus ab homine, cum natura istius dictionis post, iuncta dilationi dierum, aut temporis importet, † vt totaliter dilatio præcedens sit consumpta *c. capellanus. de ferijs,* licet daretur præuentio, si constitueretur à lege, vel statuto; vt dicimus de prosecutione appellationis infra viginti dies post decem dies datos ad appellandum, † quo casu potest præueniri prosecutio ante lapsum dilationis, quasi terminus iuris sit statutus, vt non possit præteriri, non autem, quod non possit præueniri, vt latè declarat *Gemin. cons. 112. attenta forma. n. 8. vsque ad n. 14.* † Præsertim, quia quando cessat causa dilationis, euanescunt alij dies assignati pro dicta dilatione, vt in eo qui habuit decem dies ad comparendum, si talis comparet statim prima die, consumpta est dilatio, & alij dies non attenduntur, & potest in causa proce-

cedi

cedi ad alios actus *Bart. in l.2. ad fin. de re iudic. per tex. in l. filia. §. fin. ad trebell. l. 3. §. Stichus. de stat. liber. c. ab eo. in fin. de appellat. in 6. clem. quamuis. eod. tit.* Licet alias non posset procedi ad alium actum, quando non cessat causa
25 dilationis † quia illa pendente officium iudicis conquiesceret *c. consuluit. de offic. delegat. l. siue pars. C. de dilation.*

Neque obstabit, quod terminus dandi fideiussores debeat incipere à die, à quo aduenit obli-
26 gatio soluendi fructus, † exemplo termini soluendi pretium infra annum, quod intelligetur à die consignationis rei emptæ, & termini ad soluendum dotem, quod currit a die matrimo-
27 nij *l. tali facta. 49. ff. de iur. dot.* † vbi stante stipulatione dandi decem in anno proximo dotis nomine, numerabitur annus ab eo die, quo dos esse cæpisset, idest nuptiarum, non autem à die factæ stipulationis.

Nam respondetur illud procedere, quia dictus terminus soluendi dotem non poterat incipere priusquam nuptiæ fierent, cum dos non possit esse sine matrimonio, & propterea capienda est talis interpretatio, vt resoluit *Rot. coram R. P. D. Marco Montio. Romana fideiussionis. de repræsentando. 18. maij. 1608. & coram Cardin. Lancellotto. Romana societatis. 2. iunij. 1608.* & declarat *Glos. in l. tali facta. in verb. non deberi. de iur. dot.* Vbi, quod semper inest tacita conditio nuptiarum *l. in rebus. §. si rem. l. stipulationem. de iur. dot. l. plerunque. 11. vbi Glos. in*
28 *verb. secutum. ff. eod. tit.* † Maximè, quando causa matrimonij inseritur inter viuos, cum aliud esset in vltima voluntate, si enim legatur pro dote, in dubio erit modus, non conditio, quidquid aliud sit, quando appareret testatorem velle inducere conditionem *Bald.* qui de communi opinione testatur *in d. l. plerunque. §. si ante matrimonium. ff. de iur. dot. post Glos. in l. titio centum. §. sed cum ante. ff.*
29 *de condit. & demonstrat.* † Quod etiam erit, quando illa dotis promissio, seu datio est facta post contracta sponsalia, semper enim habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur *Barbos. in l. si eum dotem. 23. in princ. n. 51. ff. solut. matrim.* vbi ita declarat *l. si ex-*
30 *traneus. de condict. ob caus.* † Quamuis in patre dotante aliud esset, cum dotando videatur satisfacere propriæ obligationi, & dotatio subsistet, & erit irreuocabilis, etiam si matrimonium non sequatur, de quo tamen *Barbos. in d. l. si eum dotem. in princ. col. vlt. n. 51. post Bart. & alios in l. titio centum. §. titio genero. de condit. & demonstrat.*

Aliud est in casu nostro, in quo dans pecunias voluit sibi cauere in futurum, vt adueniente
31 secundo semestre esset tutus, † neque enim alias contraxisset, & sic clarè constat, quod partes voluerunt, vt curreret terminus duorum mensium, etiam durante primo semestre, quamuis enim solutio fructuum non incipiat, nisi lapso primo, tamen non est inconueniens, vt prius detur securitas, ad hoc vt statim adueniente tempore sit cautum ei, in cuius fauorem dandus est fideiussor, & sic non consideratur, quod dilatio concessa respectu certæ causæ non currat, nisi illa causa incipiat.

Immo neque iuuaret pactum, quod in casu non præstationis fideiussoris teneretur quis ad
32 fructus vsque tunc decursos, † & ad damna, & interesse, quia hoc procedit durante societate, & non reclamante, aut non excipiente de non implemento socij, qui dedit pecuniam, & ad effectum, ne dubitaretur, quod in casu non implementi, fructus non
33 deberentur durante societate, † Quamuis enim possint non adimplentes præstando interesse satisfacere, tamen hoc procedit solum ad conseruandam actionem, non autem ad quærendam, puta si ageretur de continuanda societate, & opponeretur de non adimplemento, tunc esset locus purgationi moræ præ-
34 stando interesse, † Aliud quando agitur ad quærendam actionem, tunc enim non est res integra, neque admittitur aliqua purgatio moræ ad effectum, vt pecuniæ dicantur superlucratæ, & præstatio interesse non consideratur *Bart. in l. si insulam. col. penult. & ibi Ias. n. 19. q. 9. de verb. obligat.* dixi supra *c. 143. in fin. & c. 137. n. 4.* quibus adde *Rot. coram Card. Seraphino. Tiburtina compromissi. 16. iunij. 1595. & coram R. P. D. Coccino. Romana transactionis. 5. iulij. 1604.* Cum etiam non requiratur, vt probetur quem esse
35 in mora præstandi fideiussorem, † nam quantum ad lucrum captandum, non est necessaria mora, quod solum procedit ad euitandam pœnam *Dec. in l. eum proponas. la 2. C. de pact. Rot. coram Card. Seraphino. Romana societatis duorum millium. 19. martij. 1574.*

Ista tamen sunt declaranda, dummodo non fuerint
36 postea recepti fructus societatis, † ex hac enim receptione censeretur remissa datio fideiussoris, & alterius implementi, prout in simili dicit *Bald. in l. qui crimen. 3. n. 15. col. 2. post*
37 *princ. q. 7. C. de his qui accusar. non poss.* † Vbi si non fuit datus fideiussor, prout debebat dari, non vitiatur processus, cum requiratur oppositio, & quia præparatoria iudiciorum omissa, vel præpostera non reddunt proces-
38 sum nullum, † cum ex ipsis non fundetur iudicium; tum etiam quia partes procedendo videntur remisisse consentiendo, quod non detur fideiussor, ita vt non possit huiusmo-
39 di exceptio amplius allegari, † quod etiam sequitur *Aret. cons. 136. clarissime doctor. col. penul. in fin. vers. sed dato quod per gratiam. n. 2. Boer. decis. 123. col. pennl. ad med. n. 30. in fin.* Et *Aret.* sequitur etiam *Ias. in l. vniuersa. n. 2. vers. idem quod in hac lege. & n. 3. in fin. vers. vltra supradicta. C. de precib. imper. offer.* Cum etiam in terminis *l. iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* procedat iudicium, si non opponatur de non implemento *Cagn. in l. si quis maior. col. 41. in fi. n. 198. vers. hinc est quod in terminis. C. de transact.*

fact. Alex. in l. filia licet. n. 3. C. de collat. Boer. decis. 133. col. penul. in princ. n. 30. post med.

Et facit, quia promissio illa de faciendo ratificare fideiussores intelligitur, si pars voluisset, & petijsset; 40 † vnde si non apparet, quod petierit recipiendo fructus societatis, videtur illud onus remisisse, cum voluntas non minus declaretur 41 facto, quam verbis, † vt in specie de recipiente affictus, & pensiones, quod censeatur remittere onus dandi fideiussores voluit *Rot. coram R. P. D. Robusterio. Aquilan. reuelationis indemnitatis*. 28. iunij. 1578. quæ est inter decis. *Rot. diuers. decis. 113. n. 6. p. 1.*

Et generale est, quod quilibet actus tendens ad fauorem alterius est intelligendus parte petente, 42 quasi † semper adsit conditio tacita, si quis vti voluerit exceptione sibi competente *Glos. in l. vniuersa rescripta. in verb. præbeatur. C. de precib. imper. offerend.* vbi *Ias. n. 2.* cum alijs latè per *Gonzal. de alternat. glos. 56. n. 48. vsque ad n. 109.* Vbi cumulat quinquaginta ca- 43 sus, † in quibus ista petitio requiritur, cum alias ius sibi competens censeatur remissum, prout etiam multos alios adducit *Menoch. præsumpt. 46. n. 1. vsque ad n. 30. lib. 2. Surd. cons. 124. n. 1. vsque ad n. 8. lib. 1. Aym. cons.* 44 *248. n. 2. 3. & 4.* † vbi etiam ampliat non sufficere oppositionem, nisi etiam pars opponens appellaret ab admissione exceptionis *Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poss. Felin. in c. inter monasterium. col. 14. post med. vers. forte tamen est necessaria. de re iudic.*

Quibus adde, quod non solum recipiens pretium, 45 censum, fructus, aut quid simile † videtur approbare contractum *Cephal. cons. 51. n. 15. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. q. 20. n. 21.* sed etiam qui solum petit *Calcan. cons. 22. col. 3. n. 8. Surd. decis. 317. n. 1. & 2. & cons. 104. n. 2. lib. 1.* Quasi paria sint petere, & recipere *l. ad solutionem. C. de re iudic. Roman. cons. 9. in fin.*

Verum est, quod prædicta intelliguntur, quando quis peteret simpliciter in iudicio, vt debitor 46 ei soluat, † quod venit in contractum, secus si fuerit facta petitio extraiudicialiter a debitore, quasi plus debeat operari interpellatio iudicialis, itaut natura iudicij faciat, vt videatur electa obseruatio contractus; vnde non erit licitum resumere viam pœnitentiæ, & distractus, cum actus electiuus non debeat esse ludibrio *Bald. in l. commissoria. 4. in princ. C. de pact. inter empt. & vendit. per tex. in l. si fundus. §. eleganter. de leg. commissor. Aret. cons. 149. col. penul. post med. vers. hoc tamen est verum. n.* 47 *12. in princ.* † quamuis non determinet, sed ponat sub dubio, licet quando constaret de mente eius, qui extraiudicialiter petit, quod voluerit stare contractui etiam petitio extraiudicialis sufficeret, vt per *Aret. d. cons. 149. col. vlt. ante med. vers. quia etiam interpellatione. n. 12.*

Non tamen sola petitio præiudicaret actori, cum etiam requiratur, vt illa habuerit effectum, 48 quod videlicet fructus, † seu vsuras, vel quid simile receperit argumento *l. nihil. & l. si pars. C. de inoff. testam.* Quamuis contrarium sequatur *Salic. in d. l. commissoria. 4. ad med. n. 3. C. de pact. inter empt. & vendit. per tex. in l. 3. §. fin. ff. de contra tabul. & l. si præteritus. eod. tit.* sequitur *Natt. in addit. ad Alex. cons. 206. in verb. lege. lib. 7.* contra *Castren. in d. l. commissoria*, quam repetit sub *l. 1. n. 11. q. vlt. C. de pact. int. empt. & vendit.*

Prout etiam neque obstabit, quod talis petitio non 49 fuerit valida, † cum interpellatio quoque facta in iudicio nulliter habeat vim interpellationis extraiudicialis, exemplo confessionis factæ coram iudice incompetenti, quæ valet in vim extraiudicialis, prout etiam illa, quæ fit coram Notario actorum; vnde quamuis sit interpellatio extraiudicialis, tamen ex intentione partis, & ex modo verborum, in quibus petitur debitorem cogi ad soluendum, colligitur, quod creditor videatur elegisse, non autem prorogasse terminum, Nam etiam in interpellatione merè extraiudiciali hoc idem esset, quando constaret ex verbis interpellantis, quod voluerit stare contractui, & non discedere ab eo propter inobseruantiam. Cum etiam petitio iudicialis nulla, & inutilis declaret voluntatem disponentis, & sic per eam poterit dici constare de electione, prout per prædictas rationes latè concludit *Aret. cons. 149. col. vlt. in princ. vers. nec obstat si dicatur. n. 12.*

Quando tamen essent petiti fructus, posset petens reiecta illa via petere resolutionem contractus, 50 antequam petitio esset acceptata. † quia ante acceptatio nem nullum ius diceretur quæsitum *Becc.* in terminis *cons. 45. n. 43. vers. tertio dico.* sequitur *Surd. cons. 131. n. 45. in fin. lib. 1.*

Et quamuis fuerit solum petita obseruantia vnius modi, puta redditionis rationis, vel similis rei, nihilominus non erit contractus resolutus propter alios modos non impletos, in quibus 51 non fuit petita obseruantia; † Quia per admissionem implementi respectu vnius modi, censetur etiam facta extensio ad alios modos, itaut per eos non impletos non possit prætendi aliqua priuatio, cum ista sint manifestè contraria in sui exercitio, quod quis velit obseruari contractum, & resolui; vnde tanquam incompatibilia non erunt attendenda, ita in terminis declarat *Aret. d. cons. 149. col. vlt. ad fin. vers. prima est n. 12. Bellamer. cons. 9. col. 4. ad med. vers. quia illud. n. 6.*

Neque etiam oberit contradictio debitoris obligati ad obseruandum, quia adhuc ista interpella- 52 tio, † seu petitio iudicialis operabitur dictum effectum, quod taliter petens videatur elegisse obseruationem contractus, non autem illius resolutionem, non obstante contradictione eius, qui conuenitur, dum prætendit non teneri facere id, quod ab eo fuit petitum *Aret. d. cons. 149. col. pen. in princ. vers. aliquando & iste. n. 11. ad fin.*

Adde tamen, quod ista tacita remissio non implementi

menti prouenicns ex petitione,seu receptione

53 operabitur solum respectu inobseruantiæ, seu caducitatis iam commissæ, secus autem illius, quæ nondum euenit; Si enim expressa renunciatio non extenditur ad ius futurum, multo minus tacita *Surd.decis.317.n.12.post Castrens. in l.in executione.84.§.item si ita.n.2.vers.nec obstant leges contrariæ ff.de verb.obligat. Corbul.* qui de cõmuni opinione testatur aduersus *Glos.* contrarium tenentem *de caus. priuat.ob non solut.canon.ampliat.5.n.18.*

Pendet autem ista remissio implementi, seu caducitatis per receptionem à tacita voluntate domini remittentis, quæ insurgit ex actu rece-

54 ptionis; † vnde hæc voluntas tacita, quæ colligitur ex actu, non debet extendi vltra, quam ex ipso actu de necessitate infertur *l.1.§.si quis hoc interdicto.vers.quousque ingressus est.ff.de itin.act.priuat.Natt.cons.77.n.14.& 15.Surd.cons.52.n.73.& decis.317.n.21.ad med.vers.addo pro hac parte.* Quare ex ista receptione non

55 videtur inferri remissio ex necessitate, † quasi duplici intentione potuerit recipi pretium animo renunciandi, & animo non renunciandi, vnde in dubio potius debemus interpretari pro exclusione renunciationis *Butr. in c.potuit. & ibi Imol.n.36.de locat.*

Quare licet omnis dispositio recipiat interpretationem ex consuetudine, tamen talis consuetudo, tunc interpretatur contractum locationis, aut similis, quando idem contractus est

56 expressus, † secus autem si esset tacitus, veluti cum tacitè renouatur per receptionem pensionis, Quia tunc intelligitur secundum dispositionem iuris, non autem consuetudinis; nam cum consuetudo sit inducta in casu expresso, non debet extendi ad tacitum; quasi tunc consensus tacitus resultans ex patientia; & facto receptionis limitari debeat,& restringi ad illud, quod solum ex eo elicitur,latè *Put.decis.180.n.6.& 7.lib.1.* Dummodo non probetur specialiter consuetudinem fuisse inductã etiam in tacita renouatione, quia tunc talis specialis consuetudo derogaret iuri communi. *l.de quibus.in fin.ff.de legib.l.1.C.quæ sit long. consuet.* & in terminis ità declarat *Card.Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib.3.tit.9.in fin.*

Præterea addendum est,quod contractus non potest pro parte approbari, & pro parte impu-

57 gnari, † cum quis debeat, vel totum agnoscere, vel à toto recedere *l.eum quæritur.ff.de administ.tutor.l.quod si vno.de in diem addict.*latè *Tiraq.de retract.conuent.ad fin.tit.n.4.vsque ad n.10.* cum contractus sit indiuiduus *l.stipulationes nõ diuiduntur.de verb.obligat.Surd.* qui de communi *cons.104.n.4.& 5.lib.1.*& ista duo sunt contraria in exercitio, cum non possit quis simul velle obseruare contractum,& illum resolui, quasi alleget contraria, & incompatibilia *Aret.cons.149.in fin. vers. præterea ista duo.per tex.in l.de rebus.ff.rer. amot.l.quod in hæredem.§.eligere.de tribut.act.Bellam.cons.9.col.3.in fin.n.5.& 6.* Cum vnus, & idem contractus non possit pro parte stare, & pro parte rescindi etiam respectu diuersarum rerum. *l.quod si vno.in princ.ff.de in diem addict.*

Quæ adeo vera sunt, vt per receptionem partis,

58 consensus extendatur ad totam rem, & ad integrum contractum, neque enim verum est, quod recipiens pecuniam pro parte videatur consentire solum pro ea parte, pro qua pecuniam recipit, cum sit imputandum recipienti, qui non est protestatus, se id facere saluo suo iure, tunc enim non sibi præiudicasset, prout latè defendit *Surd.cons.104.n.8.vsque ad n.17.lib.1.per tex.in l.lege.§.fin.de leg.commissor.*

59 Vbi qui partem pretij recipit † videtur remittere pactum legis commissoriæ, & renunciasse resolutioni contractus, quæ inducebatur ex lapsu termini *Aym.cons.106.n.2.ante fin.vers. sed magis in terminis. Aret.cons.149.visis diligenter.col.penult.in princ.vers.in quo articulo*

60 *præmittendum.n.11.* † Vbi de eo, qui poterat rescindere contractum propter inobseruantiam si in totum, vel in parte recipiat obseruationem,videtur recedere à resolutione contractus *l.si eum dies.§.fin.de arbitr.l.lege.§.vlt.de leg.commiss.* Et faciunt multa similia, quæ ad hoc propositum adducit *Aym.cons.106.n.2.vsque ad n.6.Surd.d.cons.104.per tot.lib.1.*

Amplius, si lapso termino solutionis pretij, venditor protestatur, quod non intendit obseruare emptori, nisi ipse emptor obseruet ex parte

61 sua sibi venditori, † censeretur per talem protestationem renunciatum resolutioni contractus, quæ alias fieri poterat non soluto pretio in termino *Ang.cons.373.visis instrumentis.col.2.post med.vers.tertio quia solutio.n.1.in fin.Surd.decis.317.n.3.* Vnde si ex simplici protestatione censetur venditor renuncia-

62 re resolutioni contractus, † multò magis talis renunciatio debet induci ex receptione pretij, cum factum sit potentius verbis respectu renunciationis,aut reuocationis actus *l.nostram.C.de testam.*

Neque etiam ignorantia in hoc casu allegari poterit, cum fuerint percepti fructus debiti vir-

63 tute ipsius contractus; † qui enim recipit, aut soluit debitum ex aliquo instrumento, non poterit allegare illius ignorantiam, ita vt etiam sufficiat notitia, quæ ex coniecturis elicitur *Dec.cons.266.non excedit.col.1.post med.vers. sed tamen his & similibus.n.1.post Bart.in l.qui romæ.§.duo fratres.q.5.de verb.obligat.Alex.cons.4.col.penult.lib.2.* & in puncto de recipiente debitum ex contractu, quod illius ignorantiam non possit allegare *Aym.cons.276.col.3.in princ.vers.aut vult communitas.n.5.* Maxi-

64 mè si ex dicto contractu† ageret in iudicio,quo casu magis præsumitur scientia, & minus datur excusatio ignorantiæ, quasi actor semper veniat instructus, vt declarat *Surd.cons.413.in fin.n.20.lib.3.*

Vlterius recipiens implementum transactionis post commissas pœnas,de quibus *in l.si quis ma-*

65 *ior.C.de transact.* † censetur illis pœnis renun-

ciare, quasi videatur ex ista receptione remisisse omnem moram, & caducitatem *Cagnol. in d.l.si quis maior.col.41.post princ.n.198.vers. si tamen post contrauentionem.* C. *de transact.* & ibi *Alciat. in fin. n.* 85. dicit opinionem æquissimam. *Surd.cons.*104. *n.9. ad fin. vers. & dicit.lib.1.& cons.*135.*n.*45. *eod. lib.* latè *Bellam.cons.9.col.3.ad med.in 2.dub n.5. Menoch. cons.*355.*n.*10.*lib.*4.vbi etiam multis similibus comprobat, & adducit, quoque idem tenentem *Parpal.in d.l.si quis maior.q.*13.*n.*108.

Neque obstat, quod istud non procedat in reci-
66 piente pretium ex contractu iurato,† quia in terminis *d.l.si quis maior.* & pretium debetur, & nihilominus contractus rescinditur, quasi in pœnis legalibus non sufficiat receptio sortis ad effectum, vt illæ censeantur remissæ *l. si pro fure.§.1.de condict.furt.* quod etiam est in pœna conuentionali apposita rato manente pacto, prout iuramentum habet vim istius clausulæ, quasi tales pœnæ non sint accessoriæ ipsius contractus principalis, cum possint peti de per se, & pro eis competat actio obseruanti; vnde neque per receptionem pretij, seu sortis erit dictis pœnis renunciatum, prout de veriori opinione, & in praxi seruanda testatur latè *Bertazol.in l.si quis maior.q.*54.*n.*777. *vsque ad n.*781. C. *de transact.* quod etiam voluit *Corn. cons.* 40. *col. penult. ante med. vers. nec obstat quartum.n.9.ad fin.lib.4.& cons.*179.*n.1.lib.2. Alex.cons.*206.*n.1.lib.* 7. *Mancin.de iuram. p. 4.effect.*48.*n.*3.& prius voluit *Bart.in l.commissoria.4.C.de pact. inter empt. & vendit.* quem sequitur *Vital.de Gamban. de clausul. in verb. clausula rato manente pacto. in fin.n.7. tom.18. f.*370. *Imol. in l. si insulam.* 34.*col.penult. in fin.vers. tu adde quod hoc vltimum videtur. n.* 49.*post med.de verb.obligat. Bero cons.*200. *n.* 13.*vsque ad n.*18.*lib.*1. Quod in hoc casu magis est, nam dispositio *l. post diem.de leg.commissor.& l.commissoria.C.de pact.inter empt.& vendit.* ideò procedit, quia aderat contrarietas velle rem & pretium; vnde non mirum si per receptionem pretij censetur approbatus cõtractus tanquam simus in eo, per cuius electionem aliud tollitur, cum diuersum sit in actionibus competentibus ad rem,& ad pœnas *d.l.si quis maior.* in illis enim nulla adest contrarietas, nec electione tolluntur tanquam veniant ex diuersa causa, quia sortis petitio oritur ex contractu, pœnarum autem exactio ex dolo,& contumacia non obseruantis *Bertazol.in d. l. si quis maior. n.* 779. *q.* 54. C. *de transact.*
67 vbi quod istud minorem dubitationem haberet stante protestatione, quæ etiam in accessorijs ius recipienti conseruaret *Aret.cons.9.eleganter.col.vlt.ad med.in 2.dub.Surd. decis.*317.
68 *n.*25.Vbi etiam.*n.*28.& 30.† quod in remedijs pluribus descendentibus ex diuersis causis vno electo alterum non tollitur, & datur cumulatio actionum, quæ competunt ad diuersa *Glos. in c. abbate. de re iudic. in 6. Gabr. de act. conclus.* 1.*n.*25.

Quia respondetur veriorem opinionem, & magis æquam esse supra firmatam, quod censeatur remissa exceptio non secuti implementi per dictam receptionem, seu petitionem sortis prin-
69 cipalis; † nam quamuis pars non possit remittere periurium iam incursum *Bart. in l.labeo. de iureiur. Alex cons.*17 *consideratis. col.* 2. *in fin.vers.sicut etiam videmus.n.5.lib.*3. Nihilominus poterit remittere pœnam incursam ex
70 periurio debitam ipsi parti, seu quatenus concernit eius fauorem *Gozad. cons.* 28. *col.* 4. *ad med.vers.nono & si confessio.n.*25.*Felin. in c.1. in princ.vers.secundo colligitur. n.2.de iureiur. Socin.in l.1.col.penult ad med.vers. sed a præmisso fundamento.n.*103.*ff.solut.matrim.Aym. cons.* 151. *col.3.post princ.n.9.Aloys.de Leo. in l.commissoria.4.n.9.&* 10.*C.de pact.inter empt. & vendit.*

Et adeo iuramentum respiciens commodum partis principaliter poterit per partem remitti,
71 vt procedat ne dum in remissione expressa, sed etiam tacita, vt latè per *Felin.in c.* 1. *col.* 3. *ad med. vers.vnum etiam relatione dignum.n.* 6.*de iureiur.* vbi addit simile de filia iurante non
72 habere regressum ad bona patris, quæ poterit petere, quod sibi debetur ex testamento eiusdem patris, quasi ex hoc pater videatur tacitè illi iuramentum remisisse *Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta. colum.*11. *de verb.obligat. post Bald. in l. vlt. col.* 3. *ad fin. vers. & ideo generales renunciationes. n.* 15. C. *de pact.*

Simile est quod dicitur de statuto collegij concernente vtilitatem priuatam ipsorum de col-
73 legio; † nam eo ipso, quod vniuersitas, seu collegium deliberat venire contra statutum, videtur remittere iuramentum, neque incurrit periurium non ex vi sublati statuti, sed ex tacita remissione, & absolutione iuramenti. *Butr. in c.1.col. penult. ante med. vers. hoc puto verum.n.*13. *de his quæ fiunt à maior. part. capit.* sequitur *Felin.in c.1.col.3.post med.vers.& quod istud de tacita remissione.n.* 6. *de iureiur.*
74 Vbi etiam † de duobus iurantibus contrahere matrimonium, qui si contrahant cum alijs de communi consensu, & concordia, in illo instanti videntur se absoluere, & iusiurandum remittere, cum enim possint, verisimile est, quod velint, ne alias periurium dicantur incurrere.

Contraria autem procedunt in his, quæ sunt compatibilia, cum alias, quæ se inuicem
75 non compatiuntur electione se tollant, † & certum est contrarium esse, quod transactio approbetur, & reprobetur, vt concludit *Bellamer. cons.* 9. *col.* 4. *ad med. n.*6. Vbi ita respondet *ad Bald. & alios*, dum volunt iuramentum in transactione appositum habere vim clausulæ rato manente pacto. Alia ad huiusmodi materiam pertinentia habentur infra in sequenti capite.

EPI-

EPITOME.

IN eadem materia societatis officij quando censeatur remissa datio fideiussorum per receptionem fructuum, licet non adsit incompatibilitas. ¶ Et quid stante iuramento, & clausula rato manente pacto. ¶ Fructus societatis officij quando cedant loco damnorum, & interesse. ¶ Dominus recipiens pensiones præteriti temporis ab emphyteuta an remittat caducitatem. ¶ Exceptio non impleti contractus quando censeatur remissa per eum, qui perseuerauit in contractu. ¶ Declaratio non implementi an cohereat personæ, itaut facultas competens principali non profit fideiussori. ¶ Agens aut excipiens an audiatur sine interesse. ¶ Per actũ contrarium quando quis videatur renunciare iuri suo. ¶ Per clausulam rato manente pacto an sit admittenda receptio, & resolutio contractus propter inobseruantiam. ¶ Probatio interesse quomodo sit facienda vt debeatur. ¶ Promissio de aliquid faciendo an intelligatur si pars voluerit, aut petierit.

SVMMARIVM.

1 *In societate officij censetur remissa datio fideiussorum, & alterius implementi per petitionem, seu receptionem fructuum, licet contrarietas, vel incompatibilitas non adsit. & n.6. & 10. Etiam stante iuramento, & clausula rato manente pacto. n. 24. Præsertim stante scientia non præstitæ fideiussionis.n.22.*

2 *Per actum contrarium videtur quis renunciare iuri suo, quod habet de iure communi, & multo magis quod habet ex priuilegio.*

3 *Creditor petendo, vel recipiendo sortem non dicitur pœnam remittere. Maxime stante clausula rato manente pacto, per quam admittitur receptio, & resolutio contractus propter inobseruantiam.n.5.*

4 *Iuramentum habet vim clausulæ rato manente pacto.*

7 *Fructus societatis officij si recipiantur non dicuntur cedere loco damnorum & interesse. Præsertim deficiente mora debitoris.n.8.*

9 *Interesse non potest considerari ex potentia propinqua lucrandi, nec ex qualitate loci, in quo statim reperiuntur occasiones locãdi pecunias, nisi in specie probetur, quod tempore interpellationis talis occasio adesset.*

11 *Dominus recipiens pensiones præteriti temporis ab emphytheuta remittit caducitatem, nec potest expellere.*

12 *Recipiens fructus an possit agere ad implementum, & an remittat inobseruantiam. Et quæ sit ratio.n.13.*

14 *Promissio de faciendo ratificare fideiussores intelligitur, si pars voluerit, aut petierit.*

15 *Implementum non attenditur, si pars non opponit, & satis est quod fuerit tacite remissum.*

16 *Paria sunt petere, & recipere pro declaratione voluntatis.*

17 *Per receptionem partis extenditur consensus ad totam rem, & integrum contractum, nisi adsit protestatio saluo suo iure.*

18 *Recipiens fructus, seu pretium recedit à iure sibi competenti, tam circa resolutionem contractus, quam eius renunciationem, dilationem, nullitatem, vel caducitatem.*

19 *Procedens ad vlteriora videtur consentire, & tacite remittere implementum.*

20 *Exceptio non impleti contractus censetur remissa per eum, qui perseuerauit in contractu.*

21 *Per patientiam perseuerationis in contractu videtur remissa illa corruptela fidei tacita.*

23 *Declaratio non implementi, vel perseuerantiæ coheret personæ, itaut facultas competens principali non prosit fideiussori, saltem antequam fuerit reducta ad actum.*

25 *Pœna incursa ex periurio potest à parte remitti quatenus concernit eius fauorem etiam in remissione tacita.n. 26.*

27 *Collegium veniens contra statutum iuratum in concernentibus priuatam vtilitatem, videtur tacite remittere iuramentum.*

28 *Decis. coram Cardinali Lancellotto Rom. societatis officij de Sorbellonibus 2. Iunij 1608. declaratur.*

29 *Implementi defectus non consideratur vbi nullum adest damnum, vel interesse.*

30 *Agens, & excipiens an audiatur sine interesse.*

CAPVT CCCII.

PEr receptionem fructuum societatis officii videbatur sufficienter ostensum fuisse in superiori capite, quod censeretur remissa datio 1 fideiussorum, & alterius implementi; † Prædictæ tamẽ conclusioni iterum oppositum fuit, quod non sumus in contrarijs, seu incompatibilibus, in istis enim præiudicat petitio, seu receptio pretij; secus in alijs non contrarijs, in quibus tale præiudicium non potest considerari, Vnde stante pacto quod contractus resoluatur, & ad venditorem res vendita reuertatur in casu inobseruantiæ, si quis petat solui pretium, vel vsuras pretij, per talem electionem videtur renunciare pacto resolutiuo, cum ista sint inter se contraria, quasi petens pretium videatur velle, quod contractus remaneat firmus, & sic quod ad se res non reuertatur, cum non possit habe-2 re rem, & pretium, † & quemadmodum per istum actum contrarium videtur quis renunciare iuri suo, quod habet de iure communi, multo magis videtur renunciare iuri, quod habet ex priuilegio, cum hoc facilius tollatur, quam ius commune, ita omnia prædicta declarat *Castr. in l. commissoriæ*. 4. quã repetit sub *l. 1. n. 9. & 10. col. vlt. in princ. C. de pact. int. empt. et vendit.* late *Alex. cons. 206. col. 2. in prin. vers. non obstat. lib. 7. Bellamer. cõs. 9. n. 6. Mancin. de* 3 *iuram. p. 4. effect. 48. n. 3.* † Et eo magis creditor petendo sortem non dicitur pœnam remittere, quia dispositio *l. æmilius. ff. de minorib.* procedit quando alterum tantum cum effectu debebatur

debebatur

debatur, quia vnum dumtaxat peti poterat effectualiter, & non vtrunque, vt in exemplo legis commissoriæ, de quo *Bero.cons.200.n.13.& 22. lib.1.* vbi *n.19.* addit idem esse in pœna conuentionali, quia iure actionis venit, & recipiendo sortem non dicitur pœnam remittere.

Maxime stante iuramento, de quo in casu nostro, quod habet vim clausulæ rato manente pacto

4 *Alex.* † *conf.206.col.2.in princ.lib.7. Seraphin. priuileg.turam.85.n.* 2. Itaut si ex conuentione quis teneatur ad dandam certam rem, & si non dederit promisit pœnam, si post commissam pœnam recipiatur sors, non ex hoc excludetur, vt non possit pœna recipi stante d. clausu-

5 la rato manente pacto, † per quam admittitur receptio, & resolutio contractus propter inobseruantiam *Corn.cons.179.n.1.lib.2.& cõs.40. col.penult. ad med.verf.nec obstat quartum.n.9. ad fin.lib.4.Alex.cons.206.col.1.in fi.lib.7.Imol. in l.si insulam.34.col.penult.in fin verf.tu adde quod hoc vltimum videtur.n.49.post med.ff. de verb.obligat.Bero.cons.200.n.13.in fin.& n.14. 16.& 18.lib.1.* late *Asin.de executionib.§.9.c. 122.n.2.cum seq fol.316.*

Verum prædictis non obstantibus, non est recedendum à supra firmata conclusione, quia ex receptione fructuum ad rationem duodecim pro centum, non potest aliud inferri, nisi quod illos recipiens voluerit societatem currere su-

6 per periculo vitæ nominatæ, † & per consequens, quod non curet amplius de implemento, quasi illud videatur ex huiusmodi actu receptionis remissum, Neque enim potest dici, quod capiat pro damnis, & interesse, ob pactum non obseruatum, cum expresse recipiat pro fructibus, Vltra quod requireretur ista probatio damnorum, & interesse, præsertim quia pro parua pecunia non est credendum remitti maius damnum, quod ex inobseruantia posset oriri, vnde apparet, quod sumus in casu, vbi adest repugnantia, seu incompatibilitas, quæ facit, quod receptio præiudicet, vt dictum est ex *Castr.in l.commissoria.n.9.q.10.col.vlt.in prin.C.de pact.*

7 *int.empt.et vendit.cum alijs supra allegatis.* † Et in specie fructuum societatis receptorum, quod non dicantur cedere loco damnorum & interesse, ita resoluit *Rot. coram Card. Blanchetto*

8 *Romana societatum de anno* 1590. † Maxime quando deficit principale requisitum, videlicet mora debitoris *l.lecta.verf.nec ante.& verf.sed si quantitatem.ff.si cert.pet.l. in hac facti.ff. de condit. institut. Doct. in c. salubriter. de vsur.*

9 Itaut neque interesse posset considerari ex potentia propinqua lucrandi, neque ex qualitate loci, in quo statim inueniuntur occasiones locandi pecunias ad lucrum, cum requiratur in specie probatio, quod tempore interpellationis talis occasio adesset *Alex. in l. diuortio.n.13.ff. solut.matrim.* cum alijs per *Rot. in d. causa Romana societatum.coram Card.Blanchetto,* & dictum est supra c.240.

Præterea dato, quod talis incompatibilitas non adesset, Tamen etiam per receptionem fru-

10 ctuum censeretur remissa inobseruantia, † Prout videmus in Domino petente, seu recipiente pensionem præteriti temporis ab emphytheuta, qui non potest amplius illum expellere, cum censeatur per d. receptionem pœnam caduci-

11 tatis remittere, † & tamen expulsio est actus diuersus à canone cum possit simul stare, quod recipiatur pensio præteriti temporis, & quod emphytheuta possit expelli, cum exactio pensionis, & expulsio descendant ex diuersis causis, & inuicem se compatiantur; Nam expulsio competit propter moram, & contumaciam, pensio vero propter contractum, & promissionem, & propter receptionem fructuum, & tamen statim quod recipiuntur pensiones, etiam præteritæ, non potest amplius expelli, quidquid ista repugnantia, & incompatibilitas posset considerari in receptione futurarum pensionũ; Ita omnia prædicta declarat *Surd.* qui pro omnibus sufficiat *decis.317.per tot.* Vbi quod ista est verior opinio, & magis approbata in iudicijs, quidquid disputando aliter posset defendi, & quidquid *Bart. Alex. & alij* contrarium sentiant, & declarat *idem Surd.cons.86.n.14.& 15.Honded. conf.34.n.86. lib.2.Menoch.cons. 206.n.123.Cardin.Mantic. de tacit. & ambig. conuention.tit.33.lib.22.n.3.*

Nec facit, quod non obstante receptione fructuũ possit agi ad implendum, Quia ideo illud est, nam tunc apparet, quod non vult remittere

12 inobseruantiam, † exemplo protestationis, quæ conseruaret ius protestantis *Surd. conf.104. n.8.cum seq.lib.1.* Licet etiam posset dici, quod per prædictas receptiones videatur quis sibi præiudicasse pro tempore, quo recepit; Quamuis in futurum quoad receptiones secutas post dictas receptiones non consideretur istud præiudicium, quasi ille tacitus consensus non debeat obesse vltra quam fuerit consensum, prout declarat *Alex.cons.206.col. 3. post prin.verf. præterea posito.n.3.lib.7.Surd. decis. 317.n.12. post Castr.in l.in executione.84.§.idem si ista. n.2.verf. nec obstant leges contrariæ.ff.de verb. obligat. Corbul.* qui de communi *de caus.priuation.ob non solut.canon ampliat.5.n.18.*

Ideo non ex eo solo, quod quis perseuerauerit in conductione post mensem, videtur sibi præclusis-

13 se viam, † quia potuit postea ex interuallo recedere, sed præclusa erit dicta via, ex eo quod cum potuit recedere, petijt sibi pactum impleri, quia tunc videtur elegisse viam, per quam sibi præcluserit potestatem recedendi *l. cum stipulatus.de verb.obligat.* & notat *Salic.in l.cõmissoria.4.in fi.C.de pact.int.empt. & venditor.*

Et facit, quia promissio de faciendo ratificare fideiussores in casu, de quo agimus, intelligi-

14 tur, † si pars voluisset, aut petijsset *l. vniuersa. C.de precib.imper. offer. Menoch.præsumpt.46. lib.2.* Vnde cum non appareat, quod petierit recipiendo fructus societatis videtur onus ratificationis remisisse, quasi voluntas non minus declaretur facto, quam verbis; Ita in specie de recipiente pensiones affictus, quod censea-

tur

tur d. onus remittere concludit *Rot. coram R.P.D. Robusterio Aquilana releuationis indemnitatis. 28. iunij* 1578. quæ est inter *decis. Rot. diuers.* 113. *n.* 6. *par.* 1. Et magis in specie societatis ita resoluit *Rot. coram R. P. D. Iusto Roman. societat. 2. aprilis* 1601. & declarauit *Card. Seraphinus in eius voto de consensu & voto DD. Coauditorium in causa Romana societatis. 9. iulij* 1585. quod etiam in fideiussore voluit *Bald. in l. qui crimen. 3. n. 15. col. 2. post prin. q. 7. C. de his qui accus. non poss.* sequitur *Aret. cons.* 136 *clarissime doctor. col. penult. in fi. vers. sed dato quod per gratiam.* Cum etiam in terminis *l. iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* 15 † non attendatur implementum, si de eo pars non opponit *Cagn. in l. si quis maior. colum.* 41. *in fin. n.* 198. *C. de transact. post Alex. in l. filia licet. n. 3. C. de collat.* & satis est, quod exceptio non implementi fuerit tacite remissa, prout potuit fieri sicut expresse *Aym. cons.* 151. *n.* 9. *in fin. vers. ista tamen disputatio.*

Amplius sufficeret etiam petitio, ne dum receptio fructuum ad hoc vt censeatur recessum a dicto pacto, & onere, 26 † cum paria sint petere, & recipere pro declaratione voluntatis *l. ad solutionem. C. de re iudic. Rom. cons.* 9. *in fin.* & in puncto declarat *Surd. decis.* 319. *n.* 1. & 2. & *consil.* 104. *n.* 2. *lib.* 1. *post Calcan. cons.* 22. *col.* 3. *n.* 8.

Et generale est, vt per similes receptiones censeatur remissa omnis exceptio non adimplementi, cum contractus non possit pro parte approbari, & pro parte respui, vel resolui tamquam indiuiduus, quasi hoc sit incompatibile in exercitio, 17 † adeo vt etiam per receptionem partis extendatur consensus ad totam rem, & ad integrum contractum, cum imputandum sit recipienti, qui non est protestatus se id facere saluo suo iure, quo casu sibi non præiudicasset late *Surd.* qui multis similibus comprobat *cons.* 104. *n.* 8. *vsque ad n.* 17. *per text. in l. lege. §. fin. de leg. comissor. Aret. cons.* 149. *visis diligenter. col. penult. in fin. versic. in quo articulo. n.* 11. *Bero. cons.* 200. *n.* 7. 11. 16. 18. & 19. *ad med. lib.* 1. 18 † Et de istis receptionibus, quod per eas videatur semper recessum à iure alicui competenti tam circa resolutionem contractus, quam circa eius renunciationem, dilationem, nullitatem, caducitatem, vel similes dispositiones late *Surd. cons.* 135. *n.* 42. *vsque ad n.* 46. *lib.* 1. & latius *de alim. tit.* 6. *q.* 3. *n.* 62. *vsque ad n.* 69. & multa similia etiam adducit *Aloys. de Leo. in l. commissoria. C. de pact. inter empt. & vend.*

Et quamuis aliquæ ex doctrinis allegatis loquantur in casu, in quo requiritur petitio, Tamen non ex hoc solum fundatur conclusio d. remissionis, 19 cum etiam adsit alia ratio, † quia videlicet pars procedendo ad vlteriora videtur cõsentire, & tacite remittere implementum, prout declarat *Bald. in l. qui crimen. 3. q. 7. in fin. n.* 15 *C. de his qui accus. non poss.* argumento *l. quoties 3. C. de priuileg. scholar. lib.* 12. *l. sed & si susceperit* 32. *in princ. de iudic.* & notat *Bart. in l. si mancipium.* 34. *§. si communi. de euiction.*

Et magis in specie confert, quod facultas, seu ius non impleti contractus censetur remissum per 20 eum, qui perseuerauit in contractu, † itaut illud non possit in iudicium deduci, quando in eo perseueratur, cum possit semper exceptione seu replicatione perseuerantiæ submoueri, vt in puncto concludit *Becc. cons.* 45. *col.* 2. *in prin. n.* 4. & 5. *lib.* 1. quod prius voluit *Lancellott. Dec. in l. eum proponas. la* 2. *limit.* 5. *col.* 2. *ante* 21 *med. C. de pact.* † Vbi quod per patientiam perseuerationis in contractu videtur remissa illa corruptela fidei tacitæ secundum *Petrut.* allegatum per *eundem Lãcell. ibid. per tex. in l. emilius largianus.* 39. *in fin. princ. vers. & pretium petendo. ff. de minor.* & ita etiam resoluit *Rot. coram R.P.D. Bubalo. Romana societatis aromatariæ. 5. iunij* 1587. vbi allegatur auctoritas *Decij in d. l. cũ proponas.* licet debuisset allegari *Lancell. Dec.* vt dictum est & *Lancell.* sequitur *etiam Rot. coram R.P.D. Orano Mediolanen. frumenti. 16. octobris* 1587.

Stante præsertim scientia non præstitæ fideiussionis, quæ operatur dictam remissionem inobser-22 uantiæ; † Quidquid aliud sit quando verisimiliter ignoraretur non fuisse factum illud, quod erat præstandum, tunc enim ex perseuerantia non censeretur remissa corruptela fidei, vel mora, aut contrauentio *Rot. coram R.P.D. Orano Mediolanen. fructum. 16. octobris.* 1587. *ex Alex. cons.* 105. *n.* 14. *lib.* 3.

Quæ adeo vera sunt, vt istud arbitrium, & declaratio non adimplementi, vel perseuerantiæ co-23 hereat personæ, † itaut talis facultas competens principali non prosit fideiussori, saltem antequam fuerit deducta ad actum per declarationem *Becc. cons.* 45. *col.* 2. *ad med. vers. & cũ ab arbitrio. n.* 5.

Neque obstat, quod dictum est de iuramento, & 24 clausula rato manente pacto; † Quia verior est contraria opinio, vt censeatur etiam remissa pœna inobseruantiæ per dictam receptionem non obstãte iureiurando prout testatur *Alciat. in l. si quis maior. in fin. n.* 85. *C. de transact.* vbi quod ista sententia est æquissima, quam etiam defendit *Bellamer. cõs.* 9. *col.* 3. *ad med. in* 2. *dub. n.* 5. *Surd. cõs.* 104. *n.* 9. *ad fin. vers. & dicit lib.* 1. *Menoch. cons.* 355. *n.* 10. *lib.* 4. qui multis similibus comprobat, & adducit etiam *Perpaleam* idem tenentem *in d. l. si quis maior. q.* 13. *n.* 108. & *ibi Cagnol. col.* 41. *post. prin. n.* 198. *vers. si tamẽ post cõtrauentionem. Honded. cons.* 34. *n.* 86. *lib.* 2. *Cephal. cons.* 24. *n.* 32. *ad med. lib.* 1. *Put. decis.* 356. *n.* 4. *lib.* 1.

Nec oberit quod pars nõ possit remittere periurium iam incursum *Bart. in l. labeo. de iur. iur. Alex. cons.* 17. *consideratis. col.* 2. *in fi. n.* 5. *lib.* 3.

25 Quia † non ex hoc infertur, quod non possit remitti pœna incursa ex periurio debita ipsi parti, quatenus concernit eius fauorem *Gozad. cons.* 28. *col.* 4. *ad med. vers. nono & si confessio. n.* 25. *Aym. cons.* 151. *col.* 3. *post princ. n.* 9. *Soccin. in l.* 1. *col. penult. ad med. vers. sed à præmisso fundamento. n.* 103. *ff. solut. matrim.*

Et

Et prædicta procedunt ne dum in remissione 26 expressa, sed etiam tacita, vt late declarat *Felin. in c. 1. col. 3. ad med. vers. unum est relatio 1. e signum. n. 6. de iureiur.* Exemplo Collegij venientis contra statutum iuratum in concernentibus vtilitatem priuatam, quod poterit facere, 27 cum ex hoc remittat iuramentum, † non ex vi sublati statuti, sed ex tacita absolutione, & remissione *Butr. in c. 1. col. penult. ant. med. vers. hoc puto verum. de his quæ fiunt a maior. part. capitul.*

Minus obstat decisio coram Card. *Lancellotto Romana societatis, officij de Sorbellonibus. 2. iunij.* 28 1608. † Quia ibi solum deciditur, quod recipiēs pecunias ad societatem non lucratur illas, si non dederit fideiussorem, prout conuenerat, ob illam rationem cum non possit quis se fundare ex contractu, quem non adimpleuit *l. iulianus. §. offerri. de act. empt.* Aliud est in casu nostro, in quo sumus in limitatione prædictæ conclusionis, cum adsit tacita remissio huiusmodi implementi propter receptionem fructuum d. societatis pluries factam, ex qua colligitur approbatio contractus nulla habita ratione inobseruantiæ *Rot. diuers. decis. 113. n. 6. p. 1. cum alijs supra allegatis.*

Accedat quod in casu nostro fuit promissum, quod fideiussores ratificabunt, alias ad omnia dam..a, &c. Vnde colligitur cessare oppositionem inob-29 seruantiæ, † cum nullum interesse, aut damnū adfuerit, quo non existente, non consideratur aliquis defectus non implementi *Bald. cons. 127. quidam nobiles. post med. lib. 1. Aym. cōs. 59. n. 2. ad med. vers. neque testator. Sur. decis. 265. n. 39.*

30 Cum † tam agens, quam excipiens non audiatur sine interesse *Bart. in l. cum seruos. C. de ser. fugit. Becc. cons. 72. in princ. Surd. cons. 213. n. 15 lib. 2.* Quamuis ista non sint tuta, cum verior sit opinio, vt detur huiusmodi actio etiam cessante interesse, vt sæpe *Rota* resoluit, & multa adduxi in alijs capitibus.

EPITOME.

Vicarius an possit consentire donationi iuris patronatus, & collationi beneficiorum, quæ spectabat ad Capitulum cum consensu Episcopi. ¶ Et quid stante absentia eiusdem Episcopi in remotissimis regionibus. ¶ Et quando Vicarij potestas ex d. absentia confirmetur & amplietur. ¶ Mors Prælati cathedralis Ecclesiæ, si nuncianda sit Regi, an sufficiat illam nunciare Vicemgerenti. ¶ Confirmatio, & creatio iurispatronatus an pertineat solum ad Episcopum, vel etiam ad Vicarium. ¶ Enunciatio cū iuramento, quod in donatione iurispatronatus fuit habita licentia ab Ordinario Episcopatus an intelligatur de Episcopo, vel de Vicario. ¶ Solemnitas quando præsumatur interuenisse ex longeua possessione, & diuturna patientia. ¶ In probationibus an verba sint accipienda in potiori significatu, vel secundum subiectam materiam. ¶ Vicarius Cardinalis absentis habentis indultum præsentialitatis an possit præstare consensum.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius sicut non potest conferre sine speciali mandato Episcopi, ita nec potest consentire collationi.*
2 *Qui donare non potest, neque poterit donanti consentire.*
3 *Vicarius non potest consentire collationi etiam Episcopo absente in remotissimis regionibus, quando collatio spectat ad Capitulum cum consensu Episcopi. Contrarium est verius n. 4.*
5 *Vicarij potestas per absentiam Episcopi confirmatur.*
6 *Auctoritas Vicarij sufficit, vbi principalis abest.*
7 *Consentire potest Vicarius vbi Rex, Archiepiscopus, Abbas & similes sunt absentes.*
8 *Vicarius Cardinalis absentis habentis indultū præsentialitatis præstabit consensum.*
9 *Vicemgerenti nunciabitur mors prælati cathedralis ecclesiæ, si Rex, cui esset nuncianda mors, fuisset absens.*
10 *In donatione iurispatronatus non sufficit consensus Vicarij absque speciali mandato, sed requiritur consensus Episcopi. Etiam si esset absens. n. 14.*
11 *Vicarius generalis non potest auctoritatem, & decretum interponere in his, quæ non spectant ad suam iurisdictionem.*
12 *Ad Episcopum solum pertinet creare, aut confirmare iuspatronatus in laicum, vel clericum non ad Vicarium.*
13 *Consensus tacitus Episcopi non sufficit, quando transfertur iuspatronatus, sed requiritur expressus.*
15 *Institutio beneficiorum de iure spectat ad Episcopum, vel eius officialem.*
16 *Arguendum non est de institutione beneficij ad præstationem consensus super donatione iuris patronatus. Et de ratione. n. 17.*
18 *Absentia Episcopi quando ampliet facultates Vicarij ad ea, quæ sub illis non sunt comprehensa. & n. 19.*
20 *Enunciatio cum iuramento, quod in donatione iurispatronatus fuit habita licentia ab ordinario Episcopatus non sufficit. Maxime si in scripturis notarij reperiatur tantum licentia Vicarij. n. 21.*
22 *Solemnitas adhibita non præsumitur nisi ad sit longa possessio, & patientia diuturna illius, cuius consensus requirebatur, & nisi agatur de modico præiudicio.*
23 *Verba dubia, aut obscura probationis non recipiunt declarationem, sed interpretantur cōtra eum qui quærit probare etiam in causa fauorabili.*
24 *In probationibus verba non accipiuntur in potiori significatu, sed secundum subiectam materiam.*
25 *Ex lege ambigua, quæ potest multipliciter intelligi argumentum sumi non potest.*

CA-

abentis indultum præsentialitatis ...
.. ſtare conſenſum.

SVMMARIVM.

ſicut non poteſt conferre ſine ſpeciali
to Epiſcopi, ita nec poteſt conſentire col-

... are non poteſt, neque poterit donanti
tire.

... non poteſt conſentire collationi etiam
... abſente in remotiſſimis regionibus,
... collatio ſpectat ad Capitulum cum
... Epiſcopi. Contrarium eſt verius n. 4.
... oteſtas per abſentiam Epiſcopi confir-

... Vicarij ſufficit, vbi principalis abeſt.
... poteſt Vicarius vbi Rex, Archiepi-
Abbas & ſimiles ſunt abſentes.
Cardinalis abſentis habentis indultū
... alitatis præſtabit conſenſum.
... enti nunciabitur mors prælati cathe-
... cleſiæ, ſi Rex, cui eſſet nuncianda mors,
abſens.
... tione iurispatronatus non ſufficit con-
Vicarij abſque ſpeciali mandato, ſed re-
... ur conſenſus Epiſcopi. Etiam ſi eſſet ab-
14.
... et generalis non poteſt auctoritatem, &
... um interponere in his, quæ non ſpectant
... m iuriſdictionem.
... ſcopum ſolum pertinet creare, aut con-
... e ius patronatus in laicum, vel clericum
... Vicarium.
... s tacitus Epiſcopi non ſufficit, quando
... tur ius patronatus, ſed requiritur ex-

... beneficiorum de iure ſpectat ad Epi-
... vel eius officialem.
... m non est de institutione beneficij ad
... nem conſenſus ſuper donatione iuris
... us. Et de ratione. n. 17.
Epiſcopi quando ampliet facultates
ad ea, quæ ſub illis non ſunt comprehen

9.
... cum iuramento, quod in donatione
... onatus fuit habita licentia ab ordina
... onatus non ſufficit. Maxime ſi in
... notarij reperiatur tantum licentia
n. 21.
... adhibita non præſumitur niſi ad
... poſſeſſio, & patientia diuturna illius,
... nſenſus requirebatur, & niſi agatur
... contradicentem.
... ua, aut obſcura probationis non ...
... eclarationem, ſed interpretantur ...
... quarit probare etiam in ...

... tionibus verba non accipiuntur ...
... ificatur, ſed ſecundum ſubiectam ...

... biguus, quæ poteſt multiplici ...
... mentum ſumi non poteſt. CA-

CAPVT CCCIII.

Vicarius Epiſcopi ſicut non poteſt conferre ſine ſpeciali mandato *c. fin. de offic. vicar. in 6. Rom. conſ. 330. n. 5. Rol. conſ. 49. n. 17. lib. 1.*

1 Ita † neque poteſt conſentire collationi *Feder. conſ. 259. Silu. de benefic. p. 2. q. 14. n. 10.* Exemplo eius, qui non poteſt donare, qui neque po-
2 terit donanti conſentire† *l. creditor. C. de donat. Tiraq. in vlt. leg. connub. gloſ. 3.*

Vnde ex hoc dicebatur, quod quando ſpectat collatio ad Capitulum cum conſenſu Epiſcopi, ne-
3 que Vicarius poterit † conſentire dictæ collationi, quamuis Epiſcopus ſit abſens in remotiſſimis regionibus *Rom. ſing. 700. ex longeua & inueterata. n. 1.* cum alijs adductis per *Sbroz. de offic. vicar. lib. 2. q. 71. n. 22.*

Contrarium tamen eſt verius, & magis receptum, ex quo enim fuit relictus Vicarius, ille erit con-
4 ſulendus, † cum etiam ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis competant Vicario ex generali mandato. Vltra quod etiam per abſentiam Epi-
5 ſcopi confirmatur poteſtas Vicarij, † prout late declarat in ſpecie *Felin. in c. ex parte. 12. col. 3. in princ. verſ. an autem abſente eo qui requirendus. de conſtitut.* ex doctrina *Archid. in c. reatina. 62. diſtinct.* quem ſequitur *Bald. in c. cum venerabilis. poſt princ. verſ. opponitur quod vltramontanus. de conſuetud.* Vbi, quod ſi non
6 adeſt Papa requiri debet locumtenens, † & vbi principalis abeſt, ſufficit auctoritas Vicarij, & ſic propter ſuperioris prælati abſentiam aliquid permittitur, quod alias non permitteretur *c. cum nullus. ad fin. de tempor. ordinat. in 6.* & ſequitur etiam *Iaſ. in l. cum filiusfamilias. col. pe-*
7 *nult. in princ. n. 3. ff. ſi cert. petat.* † Vbi loquitur in ſpecie de conſenſu, & ampliat ad Regem, Archiepiſcopum, Abbatem, & ſimiles abſentes, quorum Vicarij poterunt conſentire *Mandoſ. reg. 24. q. 6. n. 11. & 12.* vbi de communi, poſt *Sarnenſ. de impetrat. benefic. vacant. per obitum*
8 *card. q. 22.* † Vbi, quod Vicarius Cardinalis abſentis habentis indultum præſentialitatis præſtabit conſenſum, & ita teſtatur fuiſſe iudicatum in Rota *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor.*
9 *in prin. n. 25. verſ. & ſi forſitan tempore.* † Vbi ex hoc concludit, quod ſi nuncianda eſt mors Prælati cathedralis eccleſiæ Regi, ſi tunc temporis Rex fuiſſet abſens a regno, ex cauſa peregrinationis, vel alia, nunciabitur eius Vicemgerenti, illiusq. conſenſus requiretur.

Prædictis tamen addendum eſt, quod in donatione
10 iurispatronatus aliter debet ſeruari; † In ea enim requiritur cōſenſus Epiſcopi, adeo vt non ſufficiat conſenſus Vicarij abſque ſpeciali mandato *Calder. conſ. 1. de offic. vicar.* Vbi, quod non ſufficit generale mandatum, ex quo poſſit Vicarius interponere auctoritatem donationi iurispatronatus alteri factæ *Ferret. conſ. 343. n. 7. lib. 2.* Vbi ſequitur *d. conſilium Calder.* quamuis non appareat illud eſſe ſuum tanquam per eum approbatum per inſertionem in volumine ſuorum conſiliorum iuxta doctrinā *Felin. in c. cum omnes. 6. col. 16. poſt princ. verſ. & ibi plus dicit quod extra dictos tres caſus. n. 22. de conſtit.* Idē voluit *Rot. per Thom. de Tan deciſ. 20. n. 1.* Et eſt verior opinio, quidquid alij contrarium dicant;
11 Nam Vicarius † Epiſcopi generalis non poteſt auctoritatem, & decretum ſuum interponere in his, quæ non ſpectant ad ſuam iuriſdictionem *c. 2. & vlt. de offic. vicar. in 6.* Et per conſequens non valebit eius decretum ad confirmādam dictam donationem, cum ad eius iuriſdictionem non ſpectet creare, aut confirmare iuspatronatus in laicum, vel clericum ex donatione, con-
12 ſtitutione, vel dotatione, † quaſi hoc ſolum pertineat ad epiſcopum *c. nobis. de iur. patron. c. nemo. de conſecrat. diſt. 1. Calder. conſ. 3. de offic. vicar. Ferret. conſ. 343. n. 9. & 10. lib. 2.* Vbi etiā *n. 3. & 4.* Quod neque ſufficiet tacitus conſenſus Epiſcopi quando transfertur iuspatronatus de
13 laico in la. cum titulo donationis, † ſed requiritur conſenſus expreſſus, cum ex tacito non poſſit iudicari, nec diſcuti ratio dictæ tranſlationis, & an illa expediat Eccleſiæ, quæſtio enim verſatur in actu odioſo, quod iuspatronatus transferatur de laico patrono iam per Epiſcopum approbato in alium ignotum, quo caſu taciturnitas non haberetur pro conſenſu *Abb. in c. cura. col. 2. de iur. patron.*

Et applicando ad caſum noſtrum abſentiæ; Prædicta adeo vera ſunt, vt neque Vicarius poſſit dare huiuſmodi licentiam, quamuis Epiſcopus eſ-
14 ſet abſens: † Nam Doctores omnes ſupra allegati dum permittunt Vicario abſente Epiſcopo ſimiles facultates, loquuntur, quando ante electionem requiritur de conſuetudine conſenſus Epiſcopi, vel alterius ſuperioris, quo caſu ſi extra Epiſcopatum ſit, ſufficit requirere conſenſum Vicarij iuxta diſpoſitionem tex. *in c. ex fre-*
15 *quentibus. de inſtit.* † vbi inſtitutio beneficiorum de iure ſpectat ad Epiſcopum, vel eius officialem; Non tamen eſt arguendum de huiuſmodi caſu ad illum præſtationis conſenſus ſuper do-
16 natione iurispatronatus; † Multum enim differunt; Nam in inſtitutione adeſt neceſſitas, &
17 vtilitas Eccleſiæ, ne diu beneficium vacet, † & propterea abſente Epiſcopo iura ampliant poteſtatem Vicarij, ne impediatur dicta vtilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ *c. cum nullus. de tempor. ordinat. in 6. Abb. conſ. 88. col. 4. poſt princ. verſ. venio ad quartum contrarium. lib. 1.* Aliud eſt in præſtatione conſenſus ſuper donatione iurispatronatus, in qua nulla adeſt neceſsitas, aut vtilitas Eccleſiæ *Ferret.* in ſpecie *conſ. 343. col. 4. ad med. verſ. nec obſtat ſi diceretur. n. 13. lib. 2. & conſ. 137. n. 6. eod. lib.* quem ſequitur *Rot. coram R. P. D. Coccino. Pientina iurispatronatus. 22. Aprilis. 1611.*

Et facit, quia abſentia Epiſcopi non ampliat facultates Vicarij ad ea, quæ ſub illis non ſunt comprehenſa in concernentibus iuriſdictionem vo-
18 luntariam, † & in his quæ poſſunt fieri per Epiſcopum abſentem ſine tela iudiciaria, & tribunali, prout eſt conſenſus præſtandus per Epiſcopum in iſtis donationibus, qui non requirit diſcuſ-

discussionem iudiciariam, cum sit mera gratia, itaut ad eum possit haberi recursus pro illa ob 19 tinenda, † Quidquid aliud sit, quando sumus in actu, quem Episcopus non posset facere sine cau sæ cognitione, vt est confirmatio electionis, aut quid simile, tunc enim absentia Episcopi à loco posset ampliare mandatum Vicarij generalis ad non comprehensa in illo ex verisimili mente mandantis, qui actum huiusmodi non potest expedire in absentia *Ferret. conf.* 343. *n.* 13. *vers. nec obstat si diceretur. lib.* 2. Vbi, quod ista est communis, & æqua distinctio post *Io. Andr. Gemin. Franc. & alios in c. fin. de offic. vicar. in* 6.

Amplius neque obstaret, quod in huiusmodi donatione iuris patronatus enuncietur cum iuramento fuisse habitam licentiam ab ordinario 20 episcopatus; † Nam ex hoc non infertur, quod fuerit habita licentia ab Episcopo, quia ista verba magis conueniunt Vicario, & quatenus etiam conuenirent Episcopo, cum possit vtrique adaptari, est probatio æquiuoca, quæ non releuat *c. in præsentia. de probat.* & ita in specie resoluit *Rot. coram R. P. D. Coccino. Pientina iurispatronatus.* 22. *Aprilis.* 1611. † Vbi etiam additur, quod non poterit declarari ex iura- 21 mento, cum cadat super ipso æquiuoco; † Maximè in casu illius decisionis, in quo facta perquisitione in scripturis notarij, qui de dicto consensu fuit rogatus, reperiebatur tantum licentia Vicarij, quod licet non deducatur ad excludendum, quod non potuisset dari alius consensus Episcopi, Tamen sufficit ad corroborandum, quod verba enunciatiua sunt æquiuoca, & de alio consensu non apparet, nec potest præsumi ex cursu temporis, cum non adsit ob- 22 seruantia; † Vbi enim quæritur de præsumenda aliqua solemnitate, tunc præsumitur illam interuenisse, quando interuenit longa possessio, & patientia diuturna illius, cuius consensus pro solemnitate requirebatur, Vltra quod deberet agi de modico præiudicio *Bart. in disputat. incip. quædam mulier habens magnum patrimonium. in fin.* & ita procedit *tex. in l. qui in aliena. in prin. de acquir. hæredit. & in l. si filius. de petit. hæredit.* vt notat *Alex. conf.* 12. *viso processu. col. vlt. in princ. n.* 7. *lib.* 4.

Neque oberit, quod verba illa de licentia ordinarij Episcopatus sint potius intelligenda in fortiori significatu, & sic de Episcopo ad hoc, vt actus valeat, & non pereat; Quia cum simus in materia probatoria non consideratur ista in- 23 terpretatio validitatis actus, † sed verba dubia, aut obscura non recipiunt declarationem, sed potius debemus illa interpretari contra eum, qui quærit probare, quamuis essemus in causa fauorabili, neque enim in probationibus 24 attendimus verba in potiori significatu, † nec secundum subiectam materiam, cum illa debeat esse certa, & non dubia, quamuis etiam simus in iuramento, vel probatione, quæ fit per instrumentum, & in probatione quoque exceptionis rei, nedum actoris, vt latè coprobat *Aym. conf.* 218. *n.* 5. *&* 6. *Dec. conf.* 320. *in causa quæ alexandria. col.* 4. *ad fin. n.* 6. *&* 7. *& in c. cum omnes. in* 2. *lectur. col.* 1. *de constitut. Alex. conf.* 152. *viso processu causæ. n.* 1. *lib.* 5. *Abb. in c. in præsentia. in penult. notab. de probat.* Immo neque lex ambigua, & quæ potest multipliciter intelligi operatur, vt aliquod argumentum ex ea sumi possit *Bart. in l. in ambiguo. de reb. dub. Bald. in l. scire leges. de legib. Aym. conf.* 218. *in fin.*

Vnum tamen non est omittendum, quod donatio iurispatronatus admissa a Vicario, quamuis non valeat sine speciali facultate, & mandato Episcopi *c. cum generali. de offic. vicar. in* 6. Tamen stantibus multiplicatis præsentationibus factis ab Episcopo vigore d. donationis, & successiuis temporibus admissis de illius consensu, non posset dubitari de inualiditate d. iurispatronatus, licet enim in illius translatione requiratur consensus episcopi expressus, nihilominus iudicabitur talis, quando episcopus sciés in actibus ad patronos spectantibus illum tanquam donatarium admittit, vt resoluit *Rot. coram R. P. D. Gipsio. Bononien. iurispatronatus.* 27. *nouembris.* 1587. *post Lambertin. de iur. patronat. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 1. *princ. art.* 7. *in fin. vers. bene diceremus. n.* 5. *f.* 110.

EPITOME.

Pretium quando succedat loco rei in hypothecaria. ¶ Per clausulam sola facti veritate inspecta, an possit omitti excussio. ¶ Creditores recipientes pecunias a debitore, an stante consumptione teneantur eas restituere prioribus, & potioribus. ¶ Et quid in fisco, & in pecunijs solutis ex causa lucratiua, seu onerosa, & an debeat præcedere discussio. ¶ Fiscus an vtatur priuilegio contra creditores pro pœnis, quæ ex maleficio debentur. ¶ Exactor Principis, qui pecuniam exactam in proprium, vel alium vsum conuertit quam pœnam incurrat. ¶ Pignus obligatum pro sorte an possit retineri pro accessorio, & pœna, & quid in iudicijs bonæ fidei, vt in dote, & similibus. ¶ Fideiussor de repræsentando reum condemnatus ad solutionem pœnæ an præferatur in bonis d. rei, si contingat illa confiscari. ¶ Thesaurarij Principum nostri temporis in quo differant ab antiquis, & an incidãt in crimen peculatus, vel dicantur potius argentarij, & lucrum ab eis factum quibus acquiratur. ¶ Receptoribus publicarum pecuniarum an permittatur cambium, & mutuum, vel contractus cum subditis illius prouinciæ.

SVMMARIVM.

1 *Creditores recipientes pecunias à debitore occasione contractuum stante commixtione & consumptione, ac bona fide cum titulo habili, non tenentur eas restituere, quamuis per fiscum prætendatur esse sibi obligatas, etiam si pecunia sint aliena, vel furtiua.*

2 *Creditor habens hypothecam anteriorem non reuocat pecuniam solutam posteriori.*

Fiscus

3 *Fiscus ex speciali priuilegio potest reuocare pecunias à posterioribus creditoribus. Declara in pecunijs solutis ex causa lucratiua, non autem ex causa onerosa.n.4. Et debet praecedere discussio principalis debitoris, & fideiussorum, cum tantum agatur in subsidium.n.5.*

6 *Pretium succedit loco rei in hypothecaria, quando creditori non potest alia via esse consultum ad debitum recuperandum.*

7 *Per clausulam, sola facti veritate inspecta, potest omitti excussio. Intellige respectu ordinis iudiciarij. vt n.8.*

9 *Fiscus non habet priuilegium, aut hypothecam in criminalibus, delictis, & pœnis capitalibus, ac pecuniarijs.*

10 *Fiscus pro pœnis, quæ ex maleficijs debentur nullo vtitur priuilegio aduersus creditores, nisi sint eiusdem generis. & n.17.*

11 *Exactor Principis, qui pecuniã exactam in propriũ, vel aliũ vsũ cõuertit qua pœna puniatur.*

12 *Hypotheca conuentionalis super sorte principali non porrigitur ad pœnam.*

13 *Pignus obligatum pro sorte, non potest retineri pro pœna, nec pro eo, quod ipsi quantitati iure accessorio venit. Et quid in iudicijs bonæ fidei, vt in dote, & similibus. n. 14.*

15 *Hypotheca licet se extendat ad pœnam, non tamen præualet aduersus creditores venientes ex causa onerosa, & bona fide. Maxime quando pœna non petitur pro interesse. n.16.*

18 *Fideiussor de repræsentando reum sub certa pœna condemnatus ad solutionem d. pœnæ ob fugam rei, præfertur in bonis dicti rei, si contingat eius bona confiscari.*

19 *In fiscum transeunt omnes actiones, quibus tenebatur delinquens, cui successit, & vtitur eo iure, prout extraneus hæres.*

20 *Thesaurarij Principum nostri temporis sunt dissimiles ab antiquis Susceptoribus, Archarijs, et similibus. nec incidunt in crimen peculatus, sed sunt potius Argentarij. Et lucrum ab ipsis Thesaurarijs factum illis acquiritur. n.21.*

22 *Receptoribus pecuniarum publicarum, vel ærarij non permittitur cambium, mutuum, vel aliud sine licentia* Comitis *largitionum, etiam de pecunijs priuatis, neque contrahere cum subbditis illius prouinciæ.*

CAPVT CCCIIII.

PRo creditoribus Dixi concludendum esse, quod non teneantur soluere summas pecuniarum per eos receptas ab eorum debitore occasione contractuum, de quibus agebamus, 1 quamuis † per fiscum prætendatur dictas pecunias esse sibi obligatas pro eius credito; Etenim per solutionem factam ipsis creditoribus dictæ pecuniæ sunt propriæ ipsorum recipientium stan e commixtione, & consumptione, ac bona fide præcedente cum titulo habili; Quamuis essent alienæ, & etiam furtiuæ, cum illarum dominium fuerit in eos translatum, & debitor liberatus *Ang. in l. singularia.15. col. 2. ad fin. vers. & in hoc est dare casum. ff. si cert. petat.* & ibi *Ias.* de communi *n.13. Cuman. in l. si alieni nummi. ff. de solution.*

Quæ etiam procedunt, quamuis simus in creditore habente hypothecam anteriorem, 2 † qui neq; poterit reuocare pecuniam solutam posteriori, Quia aliàs totus mundus litibus inuolueretur, nec mercatores possent tutò contrahere, & consequenter commercio priuarentur *Afflict. decis. 190. n.7. Couar. pract. quæst. c.29. n.2. Menoch. cons. 25. n. 1.* Quidquid contrarium sequantur *Stracc. de decoctor. p. vlt. n.28. Brun. de cession. bonor. q.24. Vrsil. ad Affl. d. decis.* 190. *n.5. & 6.* Cum contra eos sit æquior opinio, cui magis est adhærendum, prout testatur *Paris. cons. 69. n.2. lib.4.* late *Eugen. cons. 89. n. 4. vsque ad n. 10. Afin. de execut. §.7. c. 3. col. 3. in fin. vers. opinionem vere. n.2.* Cephal. *cons. 555. n 7. lib.4.*

Non obstat, quod simus in fisco, qui ex speciali priuilegio poterit dictas pecunias reuocare à 3 posterioribus † creditoribus *l. deferre. §. fin. de iur. fisc. l. pecuniam.* C. *de priuil. fisc.* Quia cum simus in pecunijs solutis ex causa onerosa, non datur illarum reuocatio, etiam ad fauorem fisci, 4 cui † hoc priuilegium competet ex causa tantum lucratiua *Io. Faber. in §. si quis in fraudem. n. 23. instit. de action. Menoch.* Cephal. *& alij*, de quibus per *Peregr. de iur. fisc. lib.6. tit.6. n. 8. in fin. vers. contra vero.*

Secundo. Quatenus etiam d. opinio procederet ex causa onerosa, vt per Couar. *pract. quæst. c. 29. n.3.* 5 † Tamen cum non præcesserit discussio debitoris principalis, & fideiussorum, fiscus non potest obtinere, quasi tantum agatur in subsidium contra secundum creditorem, non solum quia fiscus agens contra tertium possessorem vtitur iure communi, sed etiam quia sumus in pecunia bona fide consumpta, quo casu est extincta hypotheca, sine qua non potest conueniri creditor posterior, qui sine dolo desijt possidere, sed tantum agitur contra eum condictione ex lege, quæ venit in subsidium, quando alio iure non potest esse succursum *Bart. in l. vlt. §. & si præfatam. ante fin. vers. quæro dicitur hic quod habet. n.4. C. de iur. deliber. & in l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. credit. Menoch. cons. 25. n. 10. Ceph. cons. 86. n. 12. vers. quo stante cum pecuniæ. lib. 1. Peregr. de iur. fisc lib.6. tit.6. n.8. in fin. vers. intellige cum principalis.*

Prout dicimus in hypothecaria, in qua pretium succedit loco rei, quando creditori non potest alia via esse consultum ad recuperandum debi- 6 tum, † cum ad pretium agi non possit, nisi in subsidium, quasi diuersum sit quando haberet quis aliam actionem *Cyn. in l. mater. q.7.* C. *de rei vendicat. Alex. cons.* 108. *viso processu coram. col.3. ad fin. vers. item & fortius respondeo. n.10. lib.5. & ibi* Natt. *in verb. & non onerosa. Menoch. de adipisc. possess. rem. 3. n. 120. Gabr. cons. 37. n.2. lib.1. Surd. decis. 306. n.4.*

Nec faciunt quæ dicuntur de clausula sola facti 7 veritate, per quã potest omitti excusio † *Alex.*

cons.58.viso & perlecto.n.7.lib.5. Quia hoc intelligitur respectu ordinis iudiciarij, qui si præposteretur, posset excipi de nullitate processus, 8 & stante dicta clausula † non posset opponi ad hunc effectum discusio, quia ea non obstante poterit simul agi contra debitorem, & tertium possessorem, sed considerando discussionem respectu interesse partis, videlicet, quod donec debitor est soluendo, non molestetur tertius possessor, tunc hoc non concernit apicem iuris, sed æquitatem; Itaut quamuis causa cognoscatur sola facti veritate inspecta, tamen poterit se tueri tertius possessor ista exceptione, & debet admitti, quasi inconueniens sit, & non æquum, vt posit conueniri donec debitor, & eius fideiussor est soluendo *Corn.consil.58.colum.penult.n.28.lib.3.Neguf. de pignor.p.8.m.1.n.40.versic. ego putarem, & vers. & ideo per prædicta. Aymon. cons.263. n.3.*vbi de veriori opinione testatur *Crot. in l.si constante.colum.44.ff.solut.matrimon. Thesaur. decis.52. Menoch. de arbitr. q.51.lib.1. n.9.post princ.vers.& in eo responso.*

Præterea admisso etiam quod excusio non requireretur, Tamen cum simus in criminalibus delictis, & pœnis capitalibus, & pecunia- 9 rijs † fiscus nullum habet priuilegium, aut hypothecam, cum regula iuris communis quo ad criminalia non reperiatur limitata in fisco, Quidquid aliud sit in ciuilibus, & in rebus suis priuatis, & ex suo patrimonio *Purpur. Bald.& alij*, de quibus late *Surd.consil.199. n.7. vsque ad n.12.lib.2.* Cum ex pœnis quæ ex maleficijs fisco debentur nullo priuilegio fi- 10 scus vti debeat aduersus creditores, † in quorum præiudicium non datur locupletatio, tanquam illi agant de damno vitando; siuè pœnæ sint impositæ de iure communi, siue ex iure municipali; Quamuis diuersum sit contra delinquentes, & creditores eiusdem generis, hoc est ex delicto, vt late comprobat *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig.conuention. lib.11. titul. 19.n.31. vsque ad n.33.post Castr. in l. ideo condemnatus.17. in fin.ff.de compensat. Gul.de Cun.Bald.& Castr. in l.rescriptum. in princip.ff. de pact.per tex. in l. quod placuit. de iur.fisc.Neguf. de pignor. & hypothec. p.2. m.4.n.15.Beccius.consil.57. n.7. Peregrin. de iur.fisc. lib.6. titul.6.n.32. Couar. cap.16.n.1. var.resolut.lib.1.*

Præsertim, quia in casu, de quo agimus, fiscus non potest percipere pretium officij in consequentiam pœnæ capitalis ob prætensum delictum Perceptoris, qui non incidit in dictam pœnam capitalem peculatus ob subtractionem pecu- 11 niæ fiscalis, † sed tantum in pœnam dupli, in quam incurrit exactor pecuniæ publicæ, quando illam in proprios vsus conuertit, vel alteri dat, antequam in Principis arcam, & ærarium sit illata, & sic nondum effecta Principis, & vt dici solet non adhuc incorporata; quidquid aliud sit in pecunia reposita in arca Principis, quo casu teneretur pœna quadrupli, vel in auro recondito in ærario, quia tunc pœna capitali, quasi aurum sit omni metallo pretiosius, iuxta dispositionem *l. qui in contractibus. C. de iur. fisc. lib. 10. l. defensionis facultas. C.eod.titul. l.2. in fin. C. de his qui ex public. ratiocin. lib. 10. Rebuff. Cepoll. Cuiac. Decian. & alij* de quibus latè *Menoch. de arbitr. cas.586. n.7. vsque ad n.15.* Et de simili Officiali & Perceptore ita consuluit *Io. Franc. de Ponte.cons.22.per tot.*

Nec oberrit prætensa prælatio fisci tam respectu sui crediti, quam pœnæ vigore promissionis factæ cum iuramento de bene administrando 12 cum obligatione bonorum; † Nam huiusmodi hypotheca conuentionalis fuit præstita simpliciter, adeo vt solum intelligatur respectu sortis principalis, non autem pœnæ etiam in eodem contractu adiectæ *Peregr.de iur.fisc.lib.6. titul.6.n.13.Neguf.de pignor.m.1.par.5.n.41. in 13.effect.* Prout generaliter pignus obliga- 13 tum pro sorte non potest † retineri pro pœna, nec pro eo quod ipsi quantitati iure accessorio venit, vel in quo ipsa obligatio recipit augumentum *Bald.in l.pignoribus. C.de vsur. Rom. consil.570 in casu proposita. in fin. vers. vltimo videtur. n. 2. & sing. 108. tu habes. n. 1.* argu- 14 mento *l. grege. §. fin.ff. de pignorib.* † Quidquid aliud sit in iudicijs bonæ fidei, vt in dote, & in similibus, in quibus veniunt etiam accessiones cum principali *Bart. in l. centum capuæ.ff.de eo quod cert.loc.Surd. de alim.tit. 8. priuil.50.n.85.*

Immo licet etiam hypotheca se extenderet ad pœnam, tamen illa non præualebit aduersus creditores venientes ex causa onerosa, & bo- 15 na fide, † Cum respectu pœnæ anterior creditor non solum non præferatur posteriori, sed postponatur, quamuis pro sorte principali sit 16 præferendus *Afflict.decis.186.n.1.*† Maxime, quãdo pœna non petitur pro interesse, quatenus cum ipsa concurreret *Vrsill.ad Affl.d.decis.186. n.2.& decis.185.n.5.* Ideo fiscus quamuis ha- 17 beat actionem hypothecariam, † tamen illa non debet vti aduersus creditores, qui præferri debent, sed solum contra delinquentes, & possessores sine titulo, aut creditores eiusdem generis *Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.cõuent.lib.11.titul.19.n.31. vsque ad n.33. cum 18 alijs supra allegatis*; † Itaut etiam fideiussor de repræsentando reum sub certa pœna condemnatus ad eiusdem pœnæ solutionem ob fugam ipsius rei sit præferendus in bonis dicti rei, si contingat illum aliqua pœna affici, vel eius bona confiscari *Becc.cons.57.n.5. Peregr. 19 de iur.fisc. lib.6. tit.6.n. 12.* † Quasi in fiscum transeant omnes actiones, quibus tenebatur delinquens, cui successit *l.1. C. de fideiussor.l.ex fisco.ad syllan.Roman.cõs.93.n.3.* Et fiscus sit loco hæredis, & vtatur eo iure prout extraneus hæres *Bar.in l.eum qui. de interd. & relegat. Dec.cons.442 in causa.n.28.*

Adden-

Addendum est etiam, quod isti Thesaurarij Principum nostri temporis sunt longè dissimiles ab illis antiquis susceptoribus, Archarijs, & si- 20 milibus, † neque enim incidunt in crimen peculatus, vel de residuis, licet contrectent pecuniam sibi numeratam à Principum debitoribus, & in eorum vsus pro suo arbitrio conuertant, cum in eos censeatur translatum dominium similium pecuniarum; Ideo potius dicuntur argentarij, neque illis imponitur pœna, in quã susceptores incurrũt, vt in specie declarat *Menoeb. de arbitr. cas. 586. n. 24. post Alciat. cons.* 100. secundum impreossinem antiquam Lugdunensem. alias est *cons.* 12. *lib.* 2. *tom.* 5. *fol.* 70. quod etiam voluit *Bursat. cons.* 325. *n.* 26. *lib.* 3. *Curt. Iun. cons.* 19. *n.* 9. *Cassan. in cathalog. glor. mund. consid.* 21. *in princip.*

21 Ideo etiam lucrum ab istis † Thesaurarijs factũ ipsis acquiritur, non Principi *Comens. cons.* 178. *col.* 2. *ante fin. vers. in contrarium. Dec. cons.* 6. *& diligenter. col.* 2. *ad med. vers. secundo ista conclusio. Peregr. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 11. *Me-* 22 *noeb. de arbitr. cas.* 586. *n.* 25. † Quidquid alias istis susceptoribus pecuniarum publicarum, vel ærarij non permitteretur cambium, mutuum, nec aliud sine licentia Comitis largitionum, nec conuersio pecuniarum, quam in ærarium cum prohibitione mercandi, ne dum de publicis pecunijs, sed nec de priuatis, neque alia commercia faciendi, aut contractus cum subditis illius prouinciæ *l.* 1. *C. de contract. iudic. Io. de Plat. in l. missi opinatores. C. de exactor. tribut. Franc. Marc. decis.* 202. *n.* 3. *&* 4. *p.* 2.

E P I T O M E.

Monasterium an habeatur loco filij, & hæredis ad effectum excludendi substitutũ. ¶ Intellectus. *§. sed & hoc præsenti. auth. de sanctis. episcop.* ¶ Interpretatio passiua surgens a lege an admittatur in exorbitantibus, & quando verba nullam debeant recipere interpretationem. ¶ Conditio si sine liberis tacita quando operetur eosdem effectus, quos expressa. ¶ Monasterium an excludat substitutum quando testator grauauit hæredem pure, vel post mortem, vel post diem certum, non facta mentione conditionis liberorum. ¶ Conditio si sine filijs decesserit, si non est apposita in testamento an suppleatur per legem, & excludat substitutum. ¶ Et quomodo concordentur Doctores in hoc contrarij.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio si sine filijs decesserit, si non est apposita in testamento suppletur per legem, & operatur eundem effectum, ac excludit substitutum. Etiam in testamento matris. n.* 2. *Et de ratione. n.* 3.

4 *Monasterium comparatiue habetur loco filij, seu hæredis ad effectum excludendi substitutum. Et hoc lex dicitur verè non fictè facere. n.* 5.

6 *Monasterium, seu proles non excludit substitutum quando testator filium hæredem grauauit purè, vel post diem certum, non facta mentione conditionis liberorum. Secus si grauauit descendentẽ post mortem suam. n.* 7. *& quæ sit ratio. n.* 8. *Et quomodo Doctores in hoc contrarij intelligantur. n.* 9. 10. *&* 11.

12 *Dispositio §. sed & hoc præsenti. auth. de sanctis. episcop. quãdo procedat. Et an sit seruanda in terris ecclesiæ. n.* 16.

13 *Extensio de expressa ad tacitam conditionem admittitur ecclesiarum fauore.*

14 *Interpretatio passiua surgens a lege etiã in exorbitantibus admittitur, & quamuis verba testamenti ex statuto nullam debeant recipere interpretationem. n.* 15.

17 *Exclusio substituti non est fundata in expressione clausulæ si sine liberis, sed in voluntate testatoris.*

18 *Conditio si sine liberis tacita operatur eosdem effectus, sicut expressa. Maximè in vltimis voluntatibus, & ad excludendum substitutum. n.* 19. *&* 20.

C A P V T CCCV.

PRo monasterio dicebam concludendum esse, non obstante quod clausula si sine filijs non fuerit apposita in testamento, de quo agi- 1 mus; † Cum enim illa suppleatur per legem debet inducere eumdem effectum, quem operaretur, si fuisset expressa, & per consequens excludet substitutum *Glos.* in specie *in l. cum acutissimi.* 30. *in verb. defuncti. C. de fideicomm.* quam sequitur *ibidem Butrig. vers. item quid si filius. Salic. in fin. vers. quæro in casu nostro. n.* 4. *Corn. in fin. n.* 9. vbi etiam testatur de communi, *post Ang. & Benedict. de Plumbin.* per eum allegatum *Ant. de Padill. ibidem. n.* 43. & sequitur tanquam notandum *Gomes. var. resolut. tom.* 1. *c.* 5. *de substitut. fideicommissar. n.* 39. *ad med. vers. extende vt procedat etiam si talis filius. & vers. ex quo nota & collige. Gregor. Lopez. super leg.* 10. *lib.* 4. *p.* 6. *glos.* 8. *vers. item si grauatus. Lancell. Galiag. in l. gallus. §. et quid si tantum. n.* 17. *vers. secundo aduerte. ff. de liber. & posthum.* & voluit prius *Bald. in c. in præsentia. col.* 5. *in princip. n.* 18. *vers. sed certe testator non fecit mentionem liberorum. de pro-* 2 *bat.* † Nulla facta distinctione inter testamentum patris, seu matris, cum in hoc non consideretur vinculum patriæ potestatis, sed affectionis, & pietatis, quæ operabitur, vt ista conditio si sine filijs intelligatur etiam in substitutione materna, de qua loquitur *Ias. in l. generaliter. §. cum autem. col.* 2. *ad fi. vers. tertio extende. n.* 2. *C. de institut. & substit. Ruin. cons.* 106. *n.* 1. *lib.* 2. *Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 14.

Quorum ratio est, quia testator præsumitur monasterium dilexisse non minus quàm liberos 3 hæredis instituti, † & ideo sicut liberos prætulit substituto; Ita etiam deficientibus, vel non

extantibus liberis ipsum monasterium prætulisset, si cogitasset quod hæres institutus fieret monachus, Vnde meritò lex supplet talē cogitationem excludendo substitutū *Alex.conf.121. viso themate. col. penult. in princip. vers. præterea respondere potest. & vers. posset etiam se eundum eum. n. 12. & 13. lib. 2. post Castr. in autb. nisi rogati. ad med. vers. dic ergo quod ratio est. n. 3. C. ad trebell. Dec. cons. 419. viso eleganti. col. penult. post princ. vers. secundus casus. n. 5. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 19. col. penult. in princip. vers. ex quibus ea est vera ratio. n. 11. Spin. de testam. glos. 12. de legat. monach. relict. n. 19. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 46. n. 7. & 8.*

Præsertim, quia monasteria comparatiue habētur 4 loco filij, siue hæredis, † quo ad effectum tātum excludendi substitutum, & in hoc æquiparantur filio *Ferret. in c. in præsentia. n. 87. in fin. vers. saluando tamen. de probat. Andr. Gail. obseruat. 131. n. 11. in fin. lib. 2. Aym. cons. 152. in princ. vers. sed præmissis non obstantibus. n. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5 *13. tit. 46. n. 7. & 8.* † Adeo vt hoc dicatur lex vere non ficte facere; tanquam hæc fictio sit à lege introducta super actu, de quo lex ipsa potest disponere, vt scilicet fauore religionis, monasterium habeatur loco filij, & de eo tamquam de casu vero iudicandum est, vt notat *Osasc. decis. pedam. 126. n. 5.* ex adductis per *Ias. in l. si quis pro emptore. col. 41. in princ. vers. item adde quod lex fingendo. n. 223. ff. de vsucap. Butr. cōs. 20. nulla mulier. ad med. vers. simpliciter ergo. n. 2.* Quidquid in alijs casibus non admittatur monasterium haberi loco filij *Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 37. post princ. vers. præterea dicitur. ff. ad trebell. Felin. in c. in præsētia. n. 42. de probat. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 6.*

Non obstat *Bald. in auth. nisi rogati. n. 20. col. penult. in fin. vers. item quæro numquid. C. ad trebell.* quem sequitur *Menoch. præsumpt. 83. n. 59. lib. 4. & Peregrin. de fideicommis. art. 28. n. 66. Intrigliol. de substitut. q. 63. n. 59. centur. 3.* 6 Quia † loquuntur in pure rogato, vel post diem certum non facta mentione conditionali liberorum, tunc enim soboles illius grauati non 7 excludit substitutum; † Aliud est in casu nostro, in quo grauatur descendens restituere post mortem suam, nam tunc substitutus non admit8 titur ob illam rationem differentiæ, † Quia quando grauatur post mortem, quemadmodum testator prædilexit filium ipsi substituto in eius vita, sic etiam præsumendum est prædilexisse descendentem ex eo, & illum præferre voluisse cuicūque substituto; Diuersum est quādo grauauit pure rogando, vel in diem certum, tunc enim clare demonstratur, quod magis dilexit substitutum, quem viuenti filio prætulit vnde etiam soboli videtur prætulisse, Ita in puncto distinguit *Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. si absque liberis. il 1. col. 5. in princip. vers. quarto limitabit. n. 11. & 12. de testamen. Paris. cons. 19. n. 97. lib. 2. Socin.* qui de communi *in l. cum auus. col. 14. ad med. vers. ex qua conclusione infertur, n. 27. ff. ad senatusconsult. trebell. Azo. in l. eum acutissimi. 30. ad med. C. de fideicommiss. Ias. in l. generaliter. §. cum autem. col. 4. post med. limitat. 2. n. 2. C. de instit. & substit. Petrus Gregor. Tholos. sintagm. iuris. lib. 42. c. 30. n. 3. Imol. in c. in præsentia. col. 4. ante med. vers. in eadem ibi substitutio. n. 14. ad fin. de probat.*

Fulgos. cons. 3. exaduerso allegatus non loquitur 9 in casu nostro, † sed quando expresse apparet testatorem cogitasse de exclusione monasterij ad fauorem liberorum, cum enim tunc testator se ipsum glosset, standum est eius voluntati, neque recurritur ad glossam legis, quasi tunc plus operetur expressum, quam tacitum *Bald. in auth. nisi rogati. col. 2. in fin. n. 9. vers. nam vbi. C. ad trebellian.*

Michael Crass. in §. fideicommissum. q. 40. vers. 10 *quod quidem procedit. n. 2.* † allegat *Bart. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. & Couarr. lib. 1. var. resolut. c. 19. n. 6.* qui nihil dicunt.

Cost. in c. si pater. in verb. si absque liberis. in fin. 11 *n. 70. & 71. de testam. tom. 5. fol. 244.* † nihil adducit quod aduersetur supradictæ opinioni magis rationabili, & maioribus auctoritatibus præsertim antiquorum Doctorum roboratæ, Ideo illius sententia tamquam contra communem non est admittenda.

Minus obstat quod *§. sed hoc præsenti. auth. de sanctiss. episcop. cum concordantibus* sit exorbi12 tans, † & per consequens non debeat ampliari *Glos. fin. in c. in præsentia. de probat. Io. And. ad Speculat. tit. de monach. §. 1. q. 14. in verb. in præsentia. Osas. decis. 126. n. 12. Curt. Iun. cons. col. 5. in fin. n. 8. Socin. Iun. cons. 100. n. 9. lib. 1.*

Quia procedit quando materia esset odiosa, secus si fauorabilis, prout est casus noster, in quo 13 agitur de fauore Ecclesiarum, † in quarum priuilegium admittitur extensio de expressa ad tacitam conditionem, vt in terminis declarat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit. 46. lib. 13. n. 13.* ex adductis per *Gemin. cons. 66. col. 3. post med. vers. item fictio in materia. Alex. cons. 121. col. penult. in fin. n. 16. lib. 2.*

Secundo ista non dicitur extensio, sed interpretatio passiua surgens à lege, quæ etiam in exor14 bitantibus admittitur, † vt in specie casus nostri concludit *Alex. cons. 121. col. vlt. in princip. n. 17. lib. 2.* per tex. *in l. si quis seruo. C. de furt. l. vt tantum. de seruo corrupt. Bart. in l. omnes populi. q. 6. princip. ff. de iust. & iur.* Neque enim ista interpretatio est fundata in aliqua fictione legis, sed solum in voluntate testatoris *Anchar. cons. 46. in princ. vers. in omnibus redditur. n. 1.* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 89. n. 3. lib. 4.*

Quod adeo verum est, vt etiam procedat, quamuis ex statuto verba testamenti nullam debeant recipere

15 recipere interpretationem, † quasi ista sit interpretatio legalis, & intrinseca, pia, ac laudabilis, & ex mente testatoris prouenieus, de qua statutum non intelligitur, sed de extrinseca, & extorta, ac de ea, quæ aliunde proueniret, vt in specie *l. eum auus. de condit. & demonstrat.* concludit *ibidem Socin. col. 56. in fin. vers. quarto quæritur. n. 88. & 89. Rol. de Iuer. dot. q. 37. n. 7. Socin. Iun. conf. 1. col. vlt. n. 142. lib. 1.*

Immo etiam talis interpretatio, quamuis proueniat à iure ciuili iuxta *§. sed & hoc præsenti.*
16 *auth. de sanctiss. episcop.* † esset seruanda etiam in terris ecclesiæ tanquam constitutio iuris communis, & imperialis, ac fauorabilis ecclesiæ, quæ ab ea cẽseretur approbata, & in omni foro obtinebit; Quidquid aliud sit, quãdo esset illi præiudicialis, vel cõdita ab alio inferiore, quam ab Imperatore, vt in terminis declarat *Alex. conf. 121. viso themate. in fin. n. 20. lib. 2. post Ioan. Andr. & Host. in c. vlt. de solut. Calder. in c. 1. de oper. nou. nũciat. Archidiac. in c. lege. 10. distinct.*

Tertio, quia ratio exclusionis substituti non est fundata in expresßione clausulæ, si sine liberis,
17 sed † in voluntate testatoris, qui prætulisset monasterium, si de eo cogitasset; Vnde ista conditio habetur pro expressa, & de ea tamquam de tali iudicandum est, prout in specie de magis communi testatur *Tiraq. in l. si vmquam. in verb. susceperit liberos. n. 120. C. de reuoc. do-*
18 *nation. Roder. allegat. 27. n. 12.* † Cum etiam huiusmodi conditio, quamuis tacita debeat operari eosdem effectus, quos operaretur expressa *Becc. conf. 196. n. 24. lib. 2. post Socin. conf. 16. n. 31. lib. 4. Dec. conf. 2. col. 3. in princ. n. 4.*
19 Maxime † in vltimis voluntatibus, in quibus sequimur voluntatem testatoris tacitam, sicut expressam *l. cum proponeretur. de legat. 2. Curt.*
20 *Iun. conf. 73. n. 15.* † Præsertim ad effectum principalem excludendi substitutum, quidquid sit in alijs casibus, & effectibus, vt distinguit *Menoch. præsumpt 89. n. 18. ad fin. vers. crediderim. post Emanuel. Cost.* qui de magis communi *in l. gallus. §. & quid si tantum. p. 4. n. 77. de liber. & posthum.*

EPITOME.

In eadem materia, quando conditio, si sine liberis decesserit, subintelligatur, si testator mandauit hæreditatem restitui pure, vel post mortem, vel in diem certam, & an tunc excludatur substitutus tam per filium verum, quam per monasterium, qui habetur loco filij. ¶ Intellectus *c. in præsentia. de probat. & §. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. episcop. & l. eum auus. de condit. & demonstrat. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* ¶ Tacitum quo casu sit æqualis virtutis cum expresso, Et de vno ad aliud inferatur, & fiat extensio. ¶ Testator an præsumatur habere eamdem pietatem erga monasterium, quam habet erga filios, & descendentes. ¶ Dolus futurus quando remitti possit tam tacite, quàm expressè. ¶ Multa de opinione Emanuelis Costæ *in c. si pater. de testam. in 6.* circa substitutum, an excludatur per monasterium in substitutione facta post mortem sine conditione, si sine liberis. ¶ Et quando d. conditio, si sine liberis, à testatore non apposita, debeat per legem subintelligi.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine liberis decesserit, non subintelligitur quando testator mandauit restitui hæreditatem pure, vel in diem certã. Et tunc etiam verus filius non excludit substitutum. n. 2.*

3 *In substitutione extranei facta post mortem grauati, nulla facta mentione liberorum, non subintelligitur conditio, si sine liberis.*

4 *Conditio si sine liberis, semper intelligitur quando filius, seu alius descendens fuit à patre, vel matre grauatus de restituendo hæreditatem post mortem ipsius grauati, non facta mentione dictæ conditionis. Amplia, vt eadem conditio subaudiatur, si filius ita grauatus ingrediatur monasterium ad hoc, vt monasterium excludat substitutum. n. 5.*

6 *Emanuelis Costæ opinio in c. si pater. n. 70. & 71. de testam. in 6. reprobatur, quia est contra communem. Nec eius opinio est de mente Baldi. n. 7. Neque subsistit dum concludit, quod siue grauatus sit descendens testatoris, siue extraneus; quod semper monasterium excludatur. n. 8.*

9 *Glos. in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. declaratur.*

10 *Substitutus an excludatur per monasterium in substitutione facta post mortem sine conditione, si sine liberis. & n. 11. 12. & 13.*

14 *Conditio, si sine filijs est necessaria, vt monasterium possit excludere substitutum. Et de ratione. n. 15.*

16 *Argumentum à superfluitate vitanda est in iure validissimum.*

17 *§. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. episc. & c. in præsentia. de probat. loquuntur de conditione expressa, nec possunt deseruire in tacita, & subintellecta. n. 19.*

18 *Conditio tacita, de qua in l. cum auus. ff. de condit. & demonstr. & in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. non habet locum in extraneo, sed solum quando grauatus est descendens.*

20 *Tacitum non est æqualis virtutis cum expresso, nec ab expresso infertur ad tacitum. Præsertim quando tacitum deducitur ad destructionem expressi. n. 21. Et magis quando ex illo tacito quis intendit elicere aliquod speciale, quod resultat ab expresso. n. 22.*

23 *Expressio habet vim restrictiuam ad casus, in quibus militat eadem ratio, quæ exprimitur, quando lex inducit tacitum, & allegat rationem, quæ non conuenit casui, de quo tractatur.*

24 *Singulare & exorbitans est, quod de filio inferatur ad monasterium.*

25 *Testator an præsumatur diligere, & habere eãdem pietatem erga monasterium, quã habet er-*

ga filios, & descendentes. & n. 29. Et quid si grauatus non sit de descendentibus. n.30.

26 Extensio ex identitate rationis non fit de casu expresso ad tacitum, quando agitur de multiplicandis specialibus, & de materia exorbitãti.

27 Monasterium quod sit loco fily ab infinitis reprobatur.

28 Conditio, si sine liberis, quãdo repugnat castitati vel vitæ contemplatiuæ, quod habeatur pro non scripta, reprobatur ab Illustrissimo Mantica.

31 Extensio, vt fiat de casu ad casum, ratio decisionis debet esse certa.

32 Ius de sui natura est certum quo ad dispositionem, non quo ad rationem, cum non omnium possit reddi ratio.

33 Extensio facilius datur in iure, quàm vocatio de nouo.

34 Qualitas facilius datur, quàm substantia.

35 Monasterium, sicut non comprehenditur in conditione, si sine liberis, quando testator exprimit qualitates, ita etiam quando conditio subintelligitur.

36 Dolus futurus expresse remitti nõ potest, sed tacitè, & implicitè. Idẽ in pacto de futura successione. n.37. Et idem in iurepatro natus. n.38.

39 Testator excludens æqualiter tã filios, quã monasterium non aduersatur vitæ contemplatiuæ.

40 Præsumptio facilius fabricatur super certitudine, quam super alia præsumptione.

41 Voluntas magis colligitur ex expresso, quam tacito subintellecto.

42 Conditio, si sine liberis, quando à testatore exprimitur, substitutio dicitur conditionalis ab initio, quando vero subintelligitur, ita demum est conditionalis, si liberi relinquantur.

43 Substitutio conditionalis facilius tollitur, quàm simplex.

44 Non entis nullæ sunt partes, aut qualitates.

CAPVT CCCVI.

IN superiori capite ostensum fuit, quod quando in testamento non est apposita per testatorem conditio, si sine liberis decesserit, quod subintelligitur à lege, quæ conclusio, vt clarior appareat, quia iterum contingit de ea dubitare dicebam distinguendos esse infrascriptos casus. Primus est, quando testator mandauit restitui hæreditatem pure, hoc est statim post mortem ipsius testatoris, vel in diem certam, † tunc dicta conditio non subintelligitur *Glos. in l. cum acutissimi. in verb. vitam suam. C. de fideicom. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. il 1. vers. secus si descendens pure rogatur non facta dilatione. ff. ad trebellian. Bald. in auth. nisi rogati. C. eod. tit. Bart. & Paul. de Castro in l. cum auus. ff. de con dit. & demonstr.* & est communis opinio, vt per *Hercul. in d. §. si quis rogatus. & ibidem quoque per Rip. n. 56.* † Quia tunc etiam verus filius nõ excludit substitutum, nam sicut testator grauando filium de restituendo incontinenti ipsi filio prætulit substitutum, eodem modo censetur voluisse præferri ipsi nepoti *Bart. in d. l. cum auus.* vbi *Socin. & aly* communiter.

Secundus est casus, quando substitutio fuit facta ab ascendente post mortẽ grauati, nulla facta mentione liberorum, & tunc sunt constituendi duo casus. † Vnus est quando fuit institutus extraneus, & est grauatus post mortem suã restituere hæreditatem per fideicommissum, tunc non subintelligitur dicta conditio, si sine liberis, & non intrat dispositio *l. cum auus. & l. cum acutissimi. & l. generaliter. §. cum autem.* prout dicta iura limitant *Hercul. in d. §. si quis rogatus. & Socin. in d. l. cum auus.* & ibidem sequuntur *aly Doctores* communiter *de condit. & demonstr. Imol. Anchar. & cæteri in c. in præsẽtia. de prob.*

Alter est casus, quando filius, seu alius descendens fuit grauatus à patre, vel matre † de restituendo hæreditatem post mortem ipsius grauati, nulla facta mẽtione conditionis sine liberis, tunc semper intelligitur d. conditio, sine liberis, & lex illam apponit, tanquàm fuerit per testatorẽ dicta, & per notarium non scripta *d. l. cum acutissimi. & d. §. cum autem. & d. l. cum auus. vbi Socin. n 88. ff. de condit. & demonstrat. Card. Mant. de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. n. 12.*

Ex istis sequitur alia cõmunis opinio, quod sicuti quando ascendens grauauit filium de restituendo per fideicommissum post mortem ipsius granati semper subauditur d. cõditio, si sine liberis, ad hoc vt filij grauati excludant substitutum, ita pariter subauditur eadem conditio, quando filius grauatus post mortem ingreditur monasterium, ad hoc vt monasterium excludat substitutum *Glos. in d. l. cum acutissimi. in verb. defuncti. C. de fideicommis.* quam sequuntur communiter *Doctores*, vt per *Corn. ibid. & per Gomez. variar resolut. in tit. de substitut. fideicommiss. n. 34.* cũ alijs in superiori capite allegatis.

Quibus stantibus non est approbãda opinio *Emanuel. Cost.* super qua totum fundamentum fit exaduerso *in c. si pater. n. 70. & 71. de testam. in 6.* dum voluit, † quod ad effectum admittendi monasterium requiratur, vt in testamẽto sit apposita vna ex illis conditionibus, de quibus in *d. §. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. episcop. & in auth. nisi rogati. C. ad trebell.* Quia *Costa* loquitur contra cõmunem opinionem, de qua supra; Cum illa iura declarentur procedere, quamuis d. conditio non fuisset expressa, quasi sufficiat illam esse à lege subintellectam, vt per *Glos. in d. l. cum acutissimi.* quã sic interpretati fuerunt *Butrig. Ang. Corn. Galial. Gregor. Lopez. Gomes. Salic. Bald. Padill. Bened. de Plumbin. & omnes aly* in superiori capite allegati, qui dicunt hanc esse communem opinionem, & sic standũ est eorum interpretationi *Barbat. in d. c. in præsentia. n. 65. 69. & 70. & ibidem Ferret. n. 40. de probat.*

Neque est admittendum, dum *Idem Emanuel Cost.* concludit hoc non fuisse de mente *Bald.* † Quia licet *Idem Bald* hoc non expresserit *in d. l. cum acutissimi;* Tamẽ hoc aperte voluit *in c. in præsentia. n. 18. vers. sed certè testator. de probat.* Vbi reddit rationem, quod Monasterium æquiparatur liberis; Vnde duplex conditio tacitè videtur inesse

inesse, scilicet si liberos non habuerit, & si monasterium ingressus non fuerit; fingitur enim talis habere filium, & per consequens habet successorem habentem illa iura, quæ habent filij, quod est inductum fauore religionis, & vt vita contemplatiua inueniatur magis grata, quam vita coniugalis *Bald. consil. 127. quidam ser petrus. n. 3. lib. 5.*

Pariter non subsistit dum *idem Emanuel Cost.* cõcludit quod siuè grauatus sit descendẽs testatoris, siuè prorsus extraneus, † quod monasterium 8 semper excludatur; Quia loquitur cõtra aliam communem opinionem super firmatam, quòd si grauatus fuit extraneus, tunc nõ subintelligitur d. conditio si sine liberis, sed monasterium excluditur vt per *Bar. Paul. de Cast. Soc. & alios in d. l. cum auus. ff. de cõd. & demon.* Secus vero quãdo fuit institutus descendens ipsius testatoris, & substitutio fuit facta post mortem grauati; quia tunc subintelligitur dicta conditio, & monasterium excludit substitutum, prout est communis opinio, vt per *Doctores supra allegatos.*

Similiter neque debet admitti, dum *idem Costa* voluit, quod *Glos. in d. l. cum acutissimi.* hoc non 9 dixerit; † Cum immo hoc clarè firmauerit, dum dicit, vel nisi intrauerit monasterium, & ita semper illa *Glos.* fuit ab omnibus Doctoribus primæ classis cõmuniter intellecta, vt per *Butrig. Salic. Corn.* & alios supra adductos.

Prout neque est concedendum, quod *idem Costa* scribit; quod *Glos.* non æquipárauerit istos duos casus, scilicet quod descendens grauatus moriatur sine liberis, vel quod ingrediatur monasterium; Nam *Glos.* totum contrarium concludit; Cum æquiparauerit istos duos casus, quando descendens grauatus obijt cum liberis, & quando ingressus fuit monasterium: quia vtroque casu debet subintelligi dicta conditio si absque liberis; Et ita in specie *d. Glos.* intellexerunt *Galiaul. Salic. Corn. & alij Doctores communiter supra allegati*, & declarat etiam *Ant. de Padilla in d. l. cum acutissimi. n. 43. C. de fideicõmis.* dum dicit quod in hac *Glos.* hoc additur, vt filij ex legis interpretatione subintelligantur, & illis non existentibus, ingresso grauato monasterium, excludatur substitutus.

Hæc scripsi breuiter pro defensione Monasterij, cum alijs supra adductis in præcedenti capite Placuit tamen Sacræ Rotæ Romanæ pro maiori parte contraria opinio dum huiusmodi dubium pluries, & pluries fuisset propositum, Et cum simus in casu multum exemplari, & difficili, vtile esse putaui decisiones in hoc articulo factas inferius inserere, vt quando casus aduenerit possint, qui iudicant scire, quid seruetur in Rota, cuius auctoritas est magna, & quamuis per eam fuerit dictum opinionem pro monasterio esse magis communem, tamen aliam contrariam amplexa est tanquam sibi visam magis veram, quod sæpè consueuit facere non attendendo, quæ sit magis, vel minus recepta sententia.

R. P. D. Iusto. Narnien. fideicommissi Ven. 1. Iulij 1605.

Decisio huius dubij, an sit factus locus fideicommisso ad fauoram Sanctiliæ est multũ difficilis, quia consistit in eo, an dispositio textus *in c. in præsentia. de probat. & in auth. nisi rogati. C. de trebellian.* vindicet sibi locum in *l. cum auus. ff. de condit. & demonst. & in l. cum* 10 *acutissimi. C. de fideicomm.* † Et sic an substitutus excludatur per Monasterium in substitutione pura, & sine aliqua conditione si sine liberis, vel alia ex contentis *in §. sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. episcop.* vel potius ad exclusionem requiratur, quod in substitutione adsit vna ex supradictis conditionibus. In qua materia *Bal.* fuit varius nam *in d. c. in præsentia. n. 18. vers. sed certè.* dicit, quod monasterium excludit substitutum non facta mentione liberorum in substitutione, sed satis est, quod sic dictum mando, quod post mortem tuam hæres bona restituat Titio; Hanc sentẽtiam videtur etiã tenere *Glos. fin. in d. l. cum acutissimi.* quam sequitur *ibi Salic. n. 30. & Corn. n. 9.* qui dicit illam communiter receptam, & idem tenet ibi *Bald. n. 17.* & amplectitur hanc sententiam *Greg. Lopez. in l. 10. tit. 4. p. 6. glos. 8. vers. item quid si grauatur.*

Contrarium tenuit *Bald. in d. authen. nisi rogati. n. 20.* quem sequitur *Dec. in d. c. in præsentia. n. 19 1. Eman. Costa. in c. si pater. in ver. si absque* 11 *liberis. n. 70. & 71. de testam. in 6.* † vbi dixit hoc verius esse, & receptius ex clara dispositione text. *in d. §. sed & hoc præsenti.* qui videtur requirere vnam ex illis conditionibus, vt succedat monasterium, & vtitur auctoritate *Glos. in auth. ingressi.* vbi in his quæ sunt alteri restituenda durante vita naturali stant penes monasterium, postea restituuntur *Bar. in l. cum pater. § hæreditatem. ff. de leg. 2.* cum alijs relatis per *Fortun. Garziam. in l. gallus. §. & quid si tãtum. n. 75. vers. distingue. ff. de liber. & posthum.* & hãc secundam opinionem sequutus est *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. n. 65. Peregr. de fideicomm. art. 28. n. 65. Nicol. Catinen. de substit. cent. 3. c. 63. n. 59.*

Hæc opinio placuit Dominis in hac causa, & moti sunt, quia hæc dispositio fauore monasterij est exorbitans à iure communi *Glos. fin. in c. in præsentia. de probat. Io. Andr. ad Specul. tit. de monach. §. 1. q. 14. in verb. in præsentia. vers. itẽ quod monasterium habeatur loco filij,* 12 cum alijs allegatis per informantes. † Vnde non debet ampliari; & quod esset ampliatio ad prædictam dispositionem expresse dicit *Lanc. Galia. in d. §. & quid si tantum. n. 19.* vbi proponens quæstionem, & de ea dubitans subdit. Cogita tamen, quia esset bona ampliatio *ad d. §. sed. & hoc præsenti* continentem ius exorbitans. Vnus tamen ex Dominis contradicebat; quia *Bald. in auth. nisi rogati. n. 20.* non loquitur in proposito, sed in filio pure rogato, vel post diem certũ, non facta mentione cõditionis liberorum, & dicit, quod tunc verus filius non exclu-

excludit Monasterium, & consequenter non loquitur in terminis *d.l.cum auus*.

Nec in casu nostro hæres purè est grauata, cum sit grauata post mortem, & sic conditionaliter *l.hæres meus.in princ.ff.de condit.et demonstrat. Ruin.cons.54.n.7.lib.2.Cephal.cons.12.n.89.& seq. lib. 2.* † & ideo ab auctoritate *Bal.* non esset discedendum, & communi opinione *Glos.* & antiquorum, licet forsan intentio *Bal.* fuerit dicere purè institutum, quia institutio caret illis conditionibus contentis in *d. §.sed & hoc præsenti*.

13

Et tandem causa proposita semel, & iterum Domini vna tantum parte informante resoluerunt factum esse locum fideicommisso.

R P.D.Sacrato Narnsen. fideicommissi Luna 6.iunij 1611.

CVm Angela testatrix instituerit Paulam filiam suam, eiq. simpliciter, absque conditione, si sine filijs substituisset Santiliam sororem suimet testatricis, Paula instituta ingressa monasterium, & ibi defuncta, fuit disputatum an monasterium posset excludere Santiliam substitutam iuxta terminos *§.sed & hoc præsenti.in auth. de sanctiss. Episc.* Vnde sumitur *auth. nisi rogati*. C. *ad trebell.* & iuxta *c. in præsentia. de probat.* Et proponente *bon.mem. D.Iusto 1. iulij 1605.* fuit tentum pro Santilia substituta, cum autem fuissem subrogatus in locum *d.bon.mem.D.Iusti* dubitaui an esset recedendum à prædicta decisione. Et quia articulus visus fuit exemplaris, & valde difficilis, & male tractatus à Doctoribus pro parte substituti ad fauorem monasterij emanauit communis opinio, de qua infra, propterea non potui nisi post multas propositiones habere resolutionem à DD. meis, qui visa causa ab omnibus, & bene discussa tandem steterunt in decisis.

Et pro resolutione fuit ponderatum, quod res pendet à tribus inspectionibus. Prima est an conditio, si sine filijs conferat, & sit necessaria, ad effectum, vt monasterium possit excludere substitutum, quia si non confert, frustra quæritur, an prædicta conditio sit, vel ne, & an sufficiat tacita, vel potius requiratur expressa.

Secunda inspectio est, an possimus dicere verba expressa *tex.d.§.sed & hoc præsenti. & c.in præsentia.* esse taliter concepta, vt non possint adaptari ad conditionem tacitam, de qua in *l. cum auus.ff.de cond.& demonst. & in l.cum acutissimi. C.de fideicomm.*

Tertia inspectio est vtraque affirmatiue resoluta, an iura loquentia de conditione expressa possint deseruire in tacita, & subintellecta.

Circa primam inspectionem omnes consentire videntur, quod conditio, si sine filijs conferat, & sit necessaria ad effectum, vt monasterium possit excludere substitutum, † Siquidem admittunt, quod in casu, in quo dicta conditio, neque expressè, neque tacitè adest, monasterium non possit excludere substitutum *Bald.* Antesignanus eorum, qui in articulo principali tenent pro monasterio *in auth. nisi rogati. n. 10. C. ad Sen.cons.trebell.Socin.in d.l.cum auus.n.28.Menoc.de præsumpt.præsumpt 83.n.56.& seq.lib.4. Rip.in l.ex facto. § si quis rogatus. n. 56. ff.ad trebell. Paris cons. 19.n.96.lib.2. Fort.Garz. in repet.l.gallus.§.& quid si tantum.n.71.vers.distingue ff de liber.& posth.Illustriss. Mantic. de coniect.tit.7.n.20. Menoch. d. præsumpt. 83. n. 27.* Vbi loquendo de iu. cessione monasterij distinguit an testator dixerit sine veris filijs, vel sine filijs legitimis, & naturalibus, aut ex suo corpore natis cum similibus, si enim conditio, sine filijs, nihil haberet commune cum monasterio, frustra fierent huiusmodi distinctiones, Et ad hoc idem faciunt rationes, quæ pro decisione *tex.in d §.sed & hoc præsenti, & in c. in præsentia* adducuntur per supra allegatos, quippe, † quia monasterium vicem liberorum obtineat, de quo etiam late per *Tiraq. in l. si vnquam.in verb susceperit.n.41. C. de reuoc donation.* Vel quia conditio, si sine filijs tanquam contraria castitati, & vitæ contemplatiuæ reijciatur, in qua opinione resider *Rip.d.n.37.vers. tu vero considera*. Vel denique, quia testator præsumitur diligere monasterium, sicut filium institutum, & proinde sicut prætulit substituto filios instituti, ita voluisse præferre monasterium, & hæc fuit opinio *Castr.* & aliorum, de quibus per *Illustriss. Mantic.d.tit.n.7.* quæ omnes rationes sunt desumptæ à conditione, si sine liberis, vt de se patet. Et pro conclusione huius primæ inspectionis fuit ponderatum, quod si conditio, si sine liberis non conferat monasterio, frustra in prædictis iuribus fieret mentio de illa, & per breuiora verba fuisset dictum, quod ingresso per institutum monasterio, cesset substitutio, † quod argumentum a superfluitate vitanda, & ne alias verba stent sine virtute operandi in iure est validissimum *c.si papa.de priuil.in 6. c.legebatur. & ibi Glos. in verb. aduentus. de maior. & obed. l. si quando. ff.de leg.1.l.cum antiquitus.in princ.C. de testam.Felin.in c.1.n.7.de rescript.Rom.cons. 180.n.5. Ang Aret.cons.11.n.9.& seq. Curt. Iun. cons. 16 n. 11. in fin.Paris. cons. 66. n. 9. & 10. lib. 2. Rol.cons. 61.n. 14. cum pluribus seq. lib.3.*

14
15
16

Quantum ad secundam inspectionem *d. §.sed & hoc præsenti, & c. in præsentia.* an loquantur de conditione expressa † hoc satis patere visum fuit ex illorum lectura, nam *§.sed & hoc præsenti.* ponit casum, nedum in grauato descendente, sed etiam in extraneo, ibi sine liberis, seu aliæ cuicumque personæ, in quo quidem extraneo non habet locum tacita conditio, de qua in *dd. ll. cum auus & cum acutissimi*, † quæ & in ratione, quæ in illis assignatur, concludunt solum, quando grauatus est descendens, vt patet ex illis verbis ibi adiectis conditionibus quibuscumque, item, & clarius ibi pro non scriptis haberi, & *in c.in præsentia.* ibi, & præcipit, vt si absque liberis decederet, & hoc admittunt omnes supra allegati, dum ponderant

17
18

rant formulam verborum testatoris an scilicet dixerit sine veris filijs, vel sine filijs legitimis, & naturalibus, aut ex suo corpore natis, & alias prout in prima inspectione.

Quantum ad tertiam inspectionem an *d. §. sed & hoc praesenti. & c. in praesentia* loquentia in conditione expressa possint, aut debeant deseruire 19 in tacita, & subintellecta † iuxta terminos *dd. ll. cum auus, & cum acutissimi*. Fuit dictum regulam esse contra monasterium, quod non inferatur ab expresso ad tacitum, cum tacitum 20 non sit aequalis virtutis cum expresso † *l. est differentia. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. l. penul. ff. de euict. Glos. & Doct. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quae lib. l. cum qui. in fin. ff. de verb. oblig. l. doli clausula. ff. eod. tit. c. non potest. de praeben. in 6. l. 1. C. de his qui in prior. cred. l. sanctio legu. ff. de poen. l. expressa. ff. de reg. iur. c. statutum. §. in nullo. vbi Glos. in verb. expresso. de appell.* & in terminis huius conditionis si sine filijs late *Dec. in d. c. in praesentia. n. 102.*

Secundo & multo minus aequipollet expresso, 21 quando tacitum deducitur † ad destructionem expressi *l. cum ex filio. § filio. vbi Bart. in summar ff. de de vulg. & pupill. Dec. cons. 416. n. 10.* 22 *Crauett. cons. 32. n. 2. & 3.* † Et magis de plano procedit conclusio, quando quis intendit elicere ex illo tacito aliquod speciale, quod alias solet resultare ab expresso *Crauett. cons. 34 n. 3.* cum alijs per *Dec. cons. 39. n. 24. & 25.* facit regula de non multiplicandis specialibus, de qua in *l. 1. C. de dot. promiss.*

Tertio, & fortius, quia lex, quae inducit tacitum allegat rationem, quae non conuenit casui, de 23 quo tractatur; † expressio enim habet vim restrictiuam ad casus, in quibus militat ratio, quae exprimitur *l. cum pater. §. dulcissimis. & ibi Bart. ff. de leg. 2. l. militis agrum. in princ. ff. de re milit. Glos. in clem. 1. in verb. eligatur. de elect. Bart. in l. 1. n. 4. ff. de legit. tutel. Franc. Aret. cons. 161. n. 3. vers. moueor. Dec. cons. 379. vers. tunc vlterius. n. 5.*

Haec autem omnia concurrere videbantur in proprio casu, nam quod conditio si sine filijs, de qua in *dd. ll. cum auus. & cum acutissimi.* sit tacita conditio non eget probatione.

Quod tacitum deducatur ad destructionem expressi est etiam clarum, quia cum hac tacita, & praesumpta conditione monasterium intendit excludere expressam substitutionem Sanctiliae; similiter quod agatur de elieiendo singulari ex ista tacita conditione, est etiam clarum, quia non est commune, nec regulare, quod 24 à filio inferatur ad monasteriũ, † sed immo singulare, & exorbitans *Butr. in d. c. in praesentia. n. 16. de probat.* & leges exprimunt rationem earũ dispositionis scilicet paternae pietatis, & ne testator videatur alienas successiones proprijs anteponere; quod inconueniens non sequitur, quando substitutus anteponitur mona- 25 sterio, † nec testator praesumitur habere eam pietatem erga monasterium, quam habet erga descendentes *c. quicumque. 17. q. 4. Bal. cons. 169. in fin. lib. 1. Rip. d. §. si quis rogatus. n. 37. vers. quae ratio. Socin. d. l. cum auus. n. 42. Bero. cons. 114. n. 21. lib. 2. decis. Pedemon.* quę de communi *decis. 126. n. 26.* latè *Tiraq. d. l. si vnquam. in verb. libertis. n. 90. & sequitur Illustriss. Mantic. d. tit. 9. n. 13.*

Non obstat, quod ex identitate rationis fiat extensio de casu expresso ad casum tacitum, quia respondetur.

Primo conclusionem non procedere quandocunque agitur de multiplicandis specialibus, & 26 de materia exorbitanti, † vel quando lex, quae inducit tacitum reddit rationem minime accommodabilem ad casum, ad quem praetenditur fieri extensio, vt patet *ex supra proxime allegatis*.

Secundo respondetur esse admodum controuersum apud scribentes, quae nam sit ratio decisionis *d. §. sed & hoc praesenti. & d. c. in praesentia*. Nam ex tribus opinionibus supra in prin- 27 cipio recitatis. † Prima quod monasterium sit loco filij ab infinitis reprobatur, vt patet ex cumulatis per *Rip. d. §. si quis rogatus. n. 37. & per Illustriss.* Mantic. *d. tit. 7. n. 6. Tiraq. in d. verb. susceperit. n. 47. Eman. Cost. in c. si pater. in verb. si absque liberis. n. 7. de testament. in 6.*

Et alia opinio, quod scilicet conditio si sine liberis reijciatur, & habeatur pro non scripta, 28 ex eo quod sit repugnans castitati, † & vitae contemplatiuae multis argumentis reprobatur ab *Illustriss.* Mantic. *d. tit. 7. n. 4.*

Postremo, quod testator praesumatur diligere monasterium sicut filios instituti, cum ha- 29 beat multos sequaces, † vt videre est ex *Illustriss. Mantic. d. tit. 7. n. 13.* & dictae opinioni multum obstat *tex. in d. §. sed & hoc praesenti.* dum in casu ingressus monasterij, & inualidat, & pro non scripta habere vult conditionem si sine filijs appositam à testatore, si enim lex fundaretur in aequali affectione, non cessaret conditio apposita à testatore, sed adderet nouam, nempe si grauatus monasterium ingressus non fuerit, & sic non faceret, prout facit vim in eo, quod scriptum habeatur pro non scripto, sed potius econuerso, vt pro scripto habeatur illud, quod non est scriptum, quod aliquando consueuit facere lex, exemplum in *d. l. cum auus. de cond. & demonstr. in princ.* & hoc argumento vtuntur *Doctores* ad impugnandam d. primam opinionem, quod monasterium sit loco filij, & vltra *Rip. Mantic. & Tiraq. supra allegatos. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 19. n. 6.*

Praeterea est ponderandum, quod *tex. in d. §. sed & hoc praesenti.* loquitur tam quando grauatus 30 est de descendentibus, † quam quando non est, & quidem quando grauatus non est de descendentibus posset procedere ista opinio, quod testator praesumatur dilexisse monasterium, sicut filios instituti, sed quando grauatus est de descendentibus, quo casu descendentes ab illo, descendunt pariter a testatore, tunc non intrat ista praesumptio, quod testator cen-

featur diligere monasterium sicut istas *c. quicumque, cum alijs supra allegatis*, & consequenter male infertur ab illis ad monasterium.

Ex istis concludebatur, quod cum ratio decisionis *d. §. sed & hoc praesenti. & d. c. in praesentia.* 31 sit adeo incerta † non potest per illam fieri extensio de casu ad casum, quia quando ex vno volumus elicere aliud, illud vnum debet esse certum & indubitatum *Bald. in l. comparationes. n. 4. Salic. n. 12. C. de fid. instrum. Alex. cons. 76. n. 7. vers. quinimmo. lib. 6. Crauett. cons. 32. n. 7. Menoc. de arbitr. cas. 114. n. 29. Surd. cons. 138. n. 29. vers. 2. Afflict. decis. 131. n. 5.*

Nec facit quod ius de sui natura sit certum *Bald. cons. 186. n. 3. in fin. vers. & licet quaedam. lib. 2. Natt. cons. 502. n. 9.*

Quia est certum, quo ad dispositionem, non quoad rationem, cum omnium non possit reddi ratio 32 *l. non omnium. ff. de legib.* † & aliquando stet pro ratione voluntas conditoris legis *l. prospexit. ff. qui & a quibus l. 1. vers. pueritiam. & ibi Glos. in verb. ratus. ff. de postul.* late *Bald. in d. l. non omnium. in prin. Salic. in l. si seruus. n. 7. vers. secundo quia C. de noxal. act. Fel. in c. si quando. n. 14. vers. & placet. de rescript.*

Ceterum retenta qualibet ex praedictis tribus opinionibus, adhuc videbatur posse assignari ratio diuersitatis, quando conditio sine liberis fuit expressa, & quando subintelligatur.

Et quidem si retineatur prima, quae & ipsa habet suos testes de communi, nempe *Fulgos. cons. 53. n. 3. Ias. in auth. si qua mulier. n. 18. vers. ego non discedo. C. de sacros. eccl. Dec. in c. in praesentia. n. 190. Bero n. 475. de probat.* adest differentia, veluti, quia quando testator exprimit conditionem si sine liberis, lex non facit aliud, quam extendere proprietatem vocabuli operando, vt sub illa comprehendantur filij ficti, & ciuiles, prout secundum lecturam illorum est monasterium, at quando testator non exprimit conditionē, opus est vt lex faciat de nouo, & superinducat conditiones non expressas à testa- 33 tore, † certum autem est in iure facilius dari extensionem, quam vocationem de nouo *Alex. cons. 84. n. 5. lib. 5. Castr. cons. 557. in princ. lib. 2. Ias. in l. fin. n. 42. limit. 5. ff. de ser. Cagnol. in l. 2. n. 142. C. de pact. inter emptor. & vend. Rol. cons. 4. n. 27. lib. 3. Rot. decis. 20. n. 8. de praeben. in nou.* 34 *Boer. decis. 344. n. 8.* † Sicut etiam facilius datur qualitas, quam substantia *Ang. in l. si certis annis. n. 11. C. de pact. Socin. cons. 164. n. 10. lib. 2. Dec. cons. 442. n. 22. Crauett. de antiquit. temp. par. 1. n. 317. Cephal. cons. 170. n. 26. Natt. cons. 102. n. 3. Menoch. cons. 93. n. 15. Surd. decis. 222. n. 71.* Neque hoc casu potest fieri vis super *dd. ll. cum auus. & cum acutissimi*, quia vt supra demonstratum est, iuxta illas subintelligitur 35 conditio de naturalibus, non de fictis, † & proinde sicut quando a testatore in conditione si sine filijs exprimuntur qualitates non competentes, nisi naturalibus, non venit monasteriū, vt patet ex allegatis in prima inspectione, & ita multo magis debet venire, quando conditio de naturalibus subintelligitur, ne alias si maior vis taciti, quam expressi, & ne detur inductio fictionis contra vulgares conclusiones, de quibus per *Grauett. cons. 32. n. 2. & cons. 31. n. 3. Bece cons. 39. n. 24. & seq. l. 1. C. de dot. promiss. l. cum post. §. gener. & ibi Glos. in verb. placuit. ff. de iur. dot. Roman. cons. 350. n. 16. Bero. cons. 160. n. 13. lib. 2.* Et proprius ad istos terminos *Dec. in d. c. in praesentia. n. 191. Felin. n. 42. de probat.*

Si vero attendatur secunda opinio quod dicti *§. sed & hoc praesenti. & in c. praesentia.* sint fundata in eo, quod conditio si sine filijs aduersetur vitae castae, & contemplatiuae, differentia erit.

Quia etiam in materia morali magis improbatur 36 conditio expressa, quam tacita; † exemplum in dolo futuro, qui expresse remitti non potest secus tacite, & implicite *l. si vnus. §. illud. ff. de pact. Din. in reg. contractus. 85. de reg. iur. in 6. Feder. de Sen. cons. 175. n. 5.* † Idem in 37 pacto de futura successione, de quo per *Alex. cons. 28. n. 7. vers. nec obstat quod pactum. lib. 3. Dec. cons. 31. n. 4. vers. & sic fuit pactum.* idem 38 in venditione iurispatronatus, † de quo per *Scriben. in c. ex litteris. de iurepatr. Bald. cons. 32. n. 3. lib. 1. Abb. q. 5. n. 5. vers. & primo. Gemin. cons. 45. n. 2. Lap. alleg. 119. n. 24.* Aliud exemplum de quo per *Nauarr. cons. 3. n. 1. de testam.* facit, quia testator quantum in se est aequaliter 39 excludit tam filios, quam monasterium, † & sic non aduersatus fuit vitae contemplatiuae, & licet superuenerint *ll. cum auus, & acutissimi* quae supplent introducendo filios, nulla tamen lex inuenitur, quae in hoc casu omissioni vtriusque suppleat pro monasterio, & proinde res remanet in dispositione iuris, quod scilicet casus omissus habeatur pro omisso, iuxta *l. commodissime. ff. de liber. & posthum. cum alij. supra allegatis.*

Denique si attendatur vltima opinio de praesumpta dilectione testatoris erga monasterium, cum ista dilectio sit colligenda ex conditione si sine liberis, vt late *supra in prima inspectione* demonstratum est, illa dilectio magis colligitur, quando illam tacuit etiam si à lege subintelligatur, quia primo casu voluntas erga filios est certa, secundo vero casu praesumpta tantū 40 & facilius fabricatur praesumptio † super certitudine, quam super alia praesumptione *l. quisquis. C. de donat. l. quadam mulier. ff. de rei vendic. Roman. cons. 350. n. 16. Ruin. cons. 29. n. 4. lib. 4. Bero. cons. 160. n. 13. lib. 2.* latè *Surd. cons. 135. n. 78. cum seq.*

Et quod voluntas magis colligatur ex expresso, 41 quam tacito subintellecto † tradit *Crauett. cons. 34. n. 2. & 3. Bece. cons. 39. n. 25.* Et dicit *Castr. cons. 334. n. 5. vol. 1.* voluntatem expressam magis late interpretari, & *Ruin. cons. 10. n. 20. lib. 2.* quod ista est magis efficax, & apta parere maiores effectus.

Secunda differentia est, quando testator exprimit conditionem si sine liberis, substitutio dicitur

tur conditionalis hac conditione vsque ab initio; † quando autem testator illam non exprimit, licet subintelligatur iuxta terminos *l. cum auus. & l. cum acutissimi.* attamen fideicommissum non est conditionale ab initio, sed ita demum si liberi superstites relinquantur, vt late probat *Eman. Cost. in c. si pater. in verb. absque liberis. n. 71. & in verb. trebellianica. n. 28. de testam. in 6.* Ex qua conclusione duæ resultant illationes; † prima, quod facilius debeat tolli substitutio conditionalis, quam simplex *ad not. per Roman. cons. 206. in fin. Sarnen. in reg. de iur. quaes. non toll. q. 4. in princ. Dec. cons. 146. n. 4. Paris. cons. 5. n. 96. lib. 4. Cassad. super reg. decis. 24 n. 2. & 3.* Altera est, quod defuncto sine filijs grauato, qui ingressus fuerat monasterium tacita conditio, de qua in *l. cum auus. & in l. cum acutissimi.* nunquam dicatur fuisse in rerum natura, cum vt dictum est, incipiat à die, quo extant liberi, & consequenter nihil potuerit operari ad fauorem monasterij † per regulam, quod non entis nullæ sunt partes, aut qualitates *l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. l. sed etsi manenti. ff. de precar. l. si seruum. §. si modus. ff. de act. empt. Roman. cons. 91. n. 8 Fulgos. cons. 93. n. 1. in fin. Old. cons. 203. vers. ad secundam. Cardin cons. 29. n. 1. Curt. Iun cons. 14. n. 8. Alex. cons. 30. n. 5. lib. 7.*

Et cum prædictis rationibus visum fuit recedere a *Glos. in l. cum acutissimi. in verbo, defuncti*, quam ibi sequuti fuerunt *Butrig. in fin. Salic. n. 4. Barb. in addit. ad Bald. super ead. l. in princ. Corn.* qui de communi *n. 9. C. de fideicomm. Bal. in c. in præsentia. n. 18. de probat. Gomez.* qui de magis communi testatur *var. resol. tom. 1. c. 5. de fideicomm. substit. n. 34. circa fin. Greg. Lopez. in l. 10. tit. 4. part. 6. glos. 9. vers. item quod si grauatus. Lancell Galiaul. in l. gallus. §. & quid si tantum. n. 19. ff de liber. & posthum.* Nam *Glos.* loquitur per transennam, & non disputat articulum *Bald.* ponit rationem, quæ supponit illud, quod disputatur, dicit enim, quod substitutio censetur facta sub duabus conditionibus, si grauatus filios non habuerit, & si idem monasterium non ingrediatur, verum non probat per quam regulam, quando conditio, si sine filijs, in qua stat ius, vt supra demonstratum est, non est expressa, subintelligatur conditio, si monasterium non ingrediatur, cum tot, & tanta in contrarium vrgeant, vt supra dictum est, ceteri vero secuti sunt potius auctoritatem, quam rationem.

Hanc etiam opinionem contra monasterium, quam modo sequitur *Rota* communem dixit *Eman. Cost. in repet. d. c. si pater. in verb. si absque liberis. n. 70. & 71. de test. in 6.* quem sequitur *Crass. in §. fideicommissum. q. 40. n. 2.* sed per illos allegati auctores non loquuntur de hoc articulo, vnde potest dici, quod opinio sit magis vera, non autem quod sit magis communis. Et ita fuit decisum.

EPITOME.

Conditio apposita solutioni, & substantiæ actus quando illum suspendat. ¶ Clausulæ resolutiuæ quid operentur. ¶ Verba ablatiui absoluti an inducant conditionem. ¶ Obijciens exceptionem inobseruantiæ an teneatur restituere partem pecuniæ solutam in tempore. ¶ Et quid in pacto legis commissoriæ. ¶ Interpellatio an requiratur contra eum, qui tenetur adimplere certa die. ¶ Exceptio inobseruantiæ an obstet, si pars pretij fuit soluta, & recepta in tempore, & quando audiatur volens soluere reliquum extra tempus. ¶ In contractibus nominatis an sit locus resolutioni sub prætextu non implementi. ¶ Tempus quando dicatur adiectum causa differendæ solutionis, vel finiendæ obligationis, itaut detur petitio post terminum. ¶ Intellectus *l. naturalis. §. sed si scyphos. ff. de præscript. verb. & l. fin. C. de condict. caus. dat. caus. non secut.* ¶ Res danda ei, qui aliam rem debet dare cuius periculo pereat, & quando liceat pœnitere, & detur repetitio eius quod datum est.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, non modus inducitur ex verbis adimpletis, tanquam ablatiuis absolute positis.*

2 *Inter contrahentes, qui prius vult experiri, debet antea adimplere.*

3 *Contractus ipso iure resoluitur deficiente conditionis implemento.*

4 *Clausula resolutiua facit, vt actus non sit gestus, & omnia in pristinum reuertantur.*

5 *Contrauentio vnius ex contrahentibus liberat alium ab obseruantia.*

6 *Conditio apposita solutioni, & substantia actus illum suspendit, secus circa augumentum, aut diminutionem. n. 7.*

8 *Conditio est adimplenda antequam dispositio effectum producat.*

9 *Exceptio inobseruantia obstat, quamuis pars pretij fuerit soluta, & recepta in tempore, neque auditur volens soluere reliquum extra tempus. Et de ratione. n. 10.*

11 *Obijciens exceptionem inobseruantia an teneatur restituere partem pecunia solutam in tempore. & n. 12. Et quid in pacto legis commissoria. n. 13. & 14.*

15 *Interpellatio an requiratur contra eum, qui tenetur adimplere certa die, & quando post lapsum tempus possit impleri. n. 16. Et quid in terminis resolutionis conditionis. n. 17. Et quo ad effectum pœna. n. 19.*

18 *Interpellatio est necessaria, quando dies non est adiecta tacite, nec expresse.*

20 *Iuramentum excludit interpellationem.*

21 *Non obseruans videtur renunciare contractui, & facit vt pars aduersa possit redire ad primam actionem.*

22 *Iudex supplet exceptionem non adimplementi parte non opponente.*

In

CAPVT CCCVII.

EX instrumento, de quo agimus, apparet, nos esse in venditione conditionali, stantibus verbis adimpletis, quæ tanquam ablatiui absolutè positi faciunt in contractibus conditionem, † non autem modum *Bart. in l. ab emptione.n.4. ff.de pact. Bald.in l.1.n.6. C.quand. liceat ab empt.disced.Surd.conf.*38. *n.*22. *lib.* 1. Vnde cum non fuerit adimpleta huiusmodi conditio in tempore, de quo in instrumento, Dixi non potuisse agentem se ex illo iuuare, cum inter contrahentes, † qui prius vult experiri, debeat antea adimplere, alias repellitur ab agendo, quamuis in minimo non adimpleuerit, & licet solum distulerit adimplere, currit enim tempus ei, qui differt purificare conditionem, quasi dicatur esse in culpa *l. iulianus. §. offerri. de action.empt. Rol.cons.*53. *n.*27. *lib.* 1. cum alijs per *Neuizan. cons.* 87. *n.*18. *cum seq.* late *Surd. cons.* 52. *n.* 28. *vsque ad n.* 35. *Becc. cons.* 45. *n.*6. *vsque ad n.* 11. † itaut deficiente contrahuiusmodi conditionis implemento, contractus ipso iure resoluatur *l. si hominem. de vsucapion.Menoch.cons.*26. *n.*33. Maximè stante clausula resolutiua, de qua in instrumento, quæ tollit omnem difficultatem,& facit, vt venditio fit pro non facta, † & res ad pristinum statum reuertatur *l.voluntate.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.solut. Menoch.d.cons.*26.*n.*4. & 33. *lib.*1. Adeo vt hæc contrauentio, seu inobseruantia liberet aliam partem ab omni implemento, † & obseruatione contractus, stante, quod primo sibi non fuit adimpletum *Becc. cons.* 106. *n.* 31. *Ruin. cons.* 136.*n.* 6. *in fin. lib.* 5. *Roland. cons.* 57. *n.* 20. *lib.* 1. *Signorol. cons.* 195. *n.* 3. *in fin.*

Maximè, quia ista conditio fuit apposita solutioni, & sic substantiæ actus, † quo casu suspendit ipsum actum, & illum reddit conditionalem, ita vt tunc non liceat agere ante eius euentum, cum pendente conditione non detur actio, quidquid secus sit, quando conditio esset apposita circa augumentum, aut diminutionem, † & sic quo ad resolutionem, non autem quo ad perfectionem substantiæ dispositionis, quæ non suspendit actum, neque illum facit conditionalem, sed actus est purus, resoluendus tamen sub conditione latè *Surd. cons.* 38. *n.* 24. *lib.* 1.

Immo conditionem impleri non sufficit,sed oportet adimpletam esse, † antequam dispositio effectum producat, neque enim conditio adimplenda purificat, & perficit dispositionem, sed adimpleta *Bald.in l.arethusa.in* 1. *lect. in* 2. *notab. & col.* 2. *vers. quæro nunquid tertius . de stat.homin. Asin. de execution.c.*9.§.6. *n.*30. & 31.*f.*941.

Amplius exceptio huiusmodi inobseruantiæ obstabit, quamuis pars pretij fuerit soluta, † & recepta in tempore, si enim reliquum quis velit soluere extra tempus,non audietur,exemplo eius, quod dicimus de promittente hinc ad vnum annum retrouendere, licet pendente tempore recipiatur pars pretij, si post lapsum anni residuum vellet redimens soluere, non sufficit, quasi in tempore constituto non fuerit totum pretium solutum, vnde cum venditor non seruauerit, neque emptor econtra eidem seruare tenetur; † Quasi recipiens partem pretij intra tempus statutum videatur recepisse ea mente, vt residuum intra tempus conuentum solueretur; Vnde ei, qui in tempore præfixo non soluit integrum pretium,obstat exceptio inobseruantiæ *Cagnol.* qui de veriori opinione testatur *in l.*2. *q.* 43.*n.*162. *vsque ad n.* 164.C. *de pact. inter empt.* contra *Imol. cons.* 36. *in casu præmisso . & Cagnol.* sequitur *Surd. cons.* 52.*n.*46.*post Petr.Moncad.in addit. ad Gozad. in d. l.*2.*n.*7. C. *de pact.inter empt.& vendit.*Et est *tex. in l.si ita quis promiserit.* 135. *§.seia cauit.ff.de verb. obligat.*qui multum stringit pro hac opinione, quasi ibi præsupponatur soluta pars pretij intra tempus propter vim illius verbi reliquum.

In prædicto tamen casu obijciens exceptionem inobseruantiæ tenebitur restituere partem pecuniæ solutam, † cum sufficiat propter inobseruantiam posse discedi à contractu, si voluerit absque eo, quod lucretur dictum pretium cum iactura alterius *Cagnol. in d. l.* 2. *n.* 164. *vers. obyciens verò exceptionem.*C. *de pact. int.empt. & venditor.*† Quamuis aliud sit in conuentione, vt intra certum diem reliquum pretium soluatur, alias res sit inempta, & sic in pacto legis commissoriæ, & in die statuto non sit facta solutio, emptor enim amittit arram, & partem pretij soluti,† Quidquid diuersum sit

in

in alijs pactis venditionum, quia licet totum pretiũ non soluatur in termino conuento, tamẽ arra, vel pars soluta non amittitur, vt dictum est, & distinguit *Glos. in l. si fundus. 4. in princ. in verb. perdidit ff. de leg. commissor. & ibi Bald.*
14 *in lect. antiq. in princ.* † & multum notandum dicit *Salic. ibid. in § sed quod att. in prin. Claud. Bertazol. clausul. 11. glos. 8. in fin.* Idem etiam voluit *Bal. in l. lege fundo § . & in l. de lege commissoria. 6 ff. de leg. cõmissor. Salic in d. l. lege fundo. in princ. & in §. sceuola. & §. post diem. cod. tit* Ita vt perdatur etiam si pactus non fuisset *Idem Salic. in l. fin. de leg. commissor.*

Neque obstat, quod non appareat de interpella-
15 tione, quæ videtur necessaria, † vt quis teneatur adimplere *Menoc. cons. 128. n. 12.* Quia verius est illam non requiri, cum sola scientia sufficiat in eo, qui tenetur aliquid facere inde expressè, quasi ex ea constituatur in mora absque alia requisitione *Bald. in c. domino guerram. §. ad hæc. post princ. vers. & nota quod si quis promittet facere. n. 3. hic finitur lex corrad. Rom. cons. 204 pro discutienda col. 4. post med.*
16 *vers. & hæc de secundo. n. 9. in fin.* † ita vt cum aliquid est implendum infra aliquod tempus eo elapso, amplius impleri, aut fieri non possit, quamuis etiam non fuerit dictum, quod elapso dicto tempore vlterius non audiatur *l. si eo tempore. C. de remiss. pignor.* cum alijs per *Asin. de execution. c. 51. §. 6. n. 3.* cum lapsus temporis limitati inducat renunciationem, & contrarium actum post temporis lapsum *Surd. decis. 245. n. 11. & cons. 97. n. 21.*

Et generale est, vt quando dies est adiecta solu-
17 tioni, interpellatio non sit necessaria, † cum dies interpellet pro homine *Salic.* in specie resolutionis venditionis, de qua agimus in *l. si fundus. §. marcellus. de leg. commissor.* Vbi etiam quod interpellatio erit necessaria, quando dies
18 non est adiecta tacite, † nec expresse, vt in *l. si quis filium. §. stipulatio. de collat. bonor.* Maximè cum non quæratur de effectu moræ irregu-
19 laris quo ad pœnam iuxtà distinctionem, † de qua per *Aym. cons. 64. n. 1. & cons. 192. n. 17. & cons. 246. n. 1. Addit. ad Alex. cons. 157 lib. 6 Cephal. cons. 118. n. 17. & 18. lib. 1.* Præsertim stante iuramento, per quod excluditur inter-
20 pellatio † *c. breui. de iuretur. Aym. d. cons. 64. n. 2. Surd. cons. 221. n. 40. lib. 2.* cum alijs per *Addent. ad Seraphin. priuil. iuram. 49. in princ.* ita vt non obseruans ex parte sua videatur renun-
21 ciare illi contractui, † adeo vt non possit vti beneficio d. contractus, & licitum sit parti aduersæ ad primam actionem redire *Bursat. cons. 101. n. 16. lib. 1. Caputaq. decis. 315. transactio non fuit. par. 3. Mascard. conclus. 1387. n. 4. & 9.*
22 *p. 3.* vbi etiam *n. 23.* † quod Iudex hanc exceptionem supplebit parte non opponente *Roman. cons. 144. n. 5.*

Nec facit, quod in contractibus nominatis non sit locus resolutioni sub prætextu contrauentio-
23 nis † etiam in substãtialibus *l. sicut. C. de action. & obligat. Bald. in l. 1. C. de act. empt.*

Quia cum venditio nunquam fuisset facta, nisi prius adimpleta solutione, & facto deposito,
24 de quo in instrumento. † sequitur quod contrauentio est in eo, quod fuit causa finalis contractus, & sine quo aliàs quis contracturus non fuisset, vel non eo modo, quo casu etiam contractus nominatus resoluitur propter nõ implementum *Salic. in l. cum te. C. de pact. int. empt. & vendit. Aym. cons. 299. n. 1. Becc. cons. 45. n. 2. & 29. Corn. cons. 101. visis actis. col. fin. vers. nec obstat. lib. 1. Rol. cons. 69. n. 30. lib. 4.*

Præterea cum simus in exceptione non obseruati contractus, ista exceptio impedit litis ingressũ,
25 & dicitur litis finitæ † *Aym. cons. 248. col. 3. ad med. vers. non obstat quod opponitur. n. 6.* Adeo vt etiam in contractibus nominatis competat exceptio non implementi ad rescissionem con-
26 tractus † *Corn. cons. 121. quamquam videatur. ad fin. lib. 1. & cons. 190. col. vlt. lib. 3. Becc. cons. 45. n. 38 Surd. decis. 220. n. 17. & cons. 52. n. 37. Aym. cons. 192. n. 22.* Ita vt super resolutione
27 contractus † ob implementum non sequutum non requiratur aliqua sententia, sed satis sit excipere de inobseruantia *idem Aym. cons. 127. n. 14. in princ. Becc. cons. 45. n. 39. ad fin.*

Non obstat quod per lapsum bimestris non expirauerint obligationes, de quibus in instrumento, quasi tempus sit adiectum causa differendæ solutionis, non autem finiendæ obligationis, quo casu datur etiam petitio post terminum, tanquam simus in actu momentaneo, qui potest expediri post tempus *Bart. in l. eum qui ita. §. stipulatum. de verb. obligat. Honded. cons. 62. n. 43. lib. 1. per l. cum quis.* alias incip. *iabolenus. ff. de ann. legat.*

Quia hoc procedit, quando dies adijcitur obli-
28 gationi mero fauore debitoris, † ita scilicet, vt creditor pro parte sua nihil habeat adimplere, sed vbi debitori adimplenti, aliquid est etiam obseruandum ex parte creditoris, qui aliter non tenetur obseruare, vt in casu, de quo agimus, tunc nisi sibi satisfiat intra tempus præfinitum, non tenetur post tempus admitte-
29 re debitorem ad satisfaciendum, † Quia is debet seruare promissa, quæ legem certam habuerunt ex forma contractus, cui legi non est satisfactum à debitore, ideo est inducta pœna, & commissa liberatio *Ias. in l. cum stipulatus sim mihi à proculo. n. 2. in 1. notab. de verb. obligat. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. n. 43. & 53. Menoch. de arbitr. cas. 217. n. 1. Put. decis. 68. part 2.* dixi supra *c. 16. n. 29. vsque ad n. 35.*

Accedat, quod venditio est facta post annum à die lapsi bimestris præfixi ad faciendum depositum & sic apparet de magna mora non adim-
30 plentis; † Prout dicimus de emptore, qui noluit adimplere contractum, si pœniteat, & velit adimplere intra modicum tempus, potcrit purgare moram secundum *Bald. in l. 2. q. 7. n. 6. C. quand. liceat ab empt. disced.* Vnde cũ simus in
31 magna mora, non admittetur excusatio, † Licet etiam neque licita esset purgatio moræ in casu nostro, tanquam simus in conditionibus adim-

adimplendis *Dec. in l.1.n.7.& 8.C.de instit.& substit.* quasi hoc tendat ad quaerendam actionem, & in fauorem actoris † mora nō purgatur *Bart.in l.si insulam.col.penult vbi Ias.n.39.q.9.Rip.n.115.de verb.oblig. Bald. in l.si super possessione. in fin. C. de transaction. Surd. cons.157.n.19.lib.2.*Stante praesertim clausula non alias &c. † de qua in d.instrumento, quae habet vim resolutionis contractus *Tiraq. de retract. lignag. §.8.glos. 6. n. 2.* Et stante resolutione contractus non purgatur mora † *Put.decis.66. lib.3.Rot.coram Card.Millino.Romana haereditatis. 29. nouembris. 1595. & coram R.P.D. Brauo.Vrbeuetan.deuolutionis.15.iunij. 1579.*

Quo ad materiam tamen implementi, notandum est illud, de quo alias fuit quaesitum, quod in contractu vltro citroque obligatorio, † non sufficit, vt quis ex parte sua impleuerit ad hoc vt alter sit constitutus in mora absque interpellatione, quando ille, cui contractus impletur, non erat prius obligatus, cum aliud sit, quando ille, cui contractus impletur erat ipso iure obligatus, antequam ei impleatur, vt in venditore, & emptore, qui ipso iure sunt obligati ad id, quod deuenit in contractu, quāuis agenti ante implementum obstet exceptio, tunc enim per implementum statim quis constituitur in mora,† Vnde notabiliter dicit tex. *in l.naturalis.5.§.sed si scyphos.ff. de praescript. verb.* quod si dedi tibi rem, vt dares mihi aliā, & res mihi danda pereat, antequam mihi tradatur, perijt periculo mei, non eius, qui illam mihi debebat dare, ideo ille liberabitur, & sic patet, quod per implementum ex parte mea ille non est constitutus in mora, alias periculum interitus non spectaret ad me, sed ad eum. Et est ratio, quia non oritur obligatio, nisi sequuto implemento; Quare videtur absurdum, quod eodem tempore oriatur obligatio, & quod incipiat esse obligatus, & quod sit in mora, ita per *tex.in d.§.sed si scyphos.* declarat *Gozad.cons.1.n.39.& cons.27.n.4.& 5.Seraphin.priuil.iuram.49.n.5.*

In quo tamen obseruandum est, quod quamuis periculum rei dandę pertineat ad debentem recipere *d.§.sed si scyphos.* Tamen istud intelligitur quantum ad hoc, vt non possim agere, vt des, vel ad interesse, quia non das, si perijt ante moram, sed si volo pęnitere, † & repetere quod ego dedi ex causa poenitentiae, non ex capite causae nō impletae, periculum non est meum, quia bene possum repetere, nisi propter hunc contractum remaneres in damno, si repeterem, quia fortè fuisses vendituras, & pretium consecuturus, si mecum non contraxisses *Castr.in l.naturalis.5.§.& si quidem.in fin.n. 9. in vlt. notab. de praescript. verb.* vbi ita concordat *tex.in d.§. sed si scyphos.*cum *l.fin.vers.& ideo si mortuus.C.de condict.caus.dat.caus.non sequut.* Quod etiam voluit *Butrig. in d. §. & si quidem. in fin.* vbi quod si volo agere ad implendum, & imputare tibi casum, erit periculum meum, cū aliud sit, quando eligo pecuniā, & repeto condictione ob causā tunc enim periculū est aduersarij, vbi conuētus probauerit causam periculi *l.si pecuniā.5.§.fin.de condict.caus.dat.caus.non sequut.* Et ita etiam declarat *Glos. in d. §. sed & si scyphos.in verb.periculo meo.vers.vel melius dicas. ad fin.* quam sequitur *Bart in d.§.& si quidem. col.1.vers.appono ad versiculum.n.4.in fin.*

EPITOME.

Dos data per extraneum quando censeatur donata. ¶ Et ad hunc effectum quis dici debeat extraneus. ¶ Nominatus in alternatiua an sit solum adiectus ad solutionem recipiendam, vel etiam ad quaerendam obligationem. ¶ Promittens restituere dotem quando possit detrahere quartam lucri sibi à statuto delati. ¶ Appellatione iuris ciuilis, & iuris communis an veniat statutum, & consuetudo. ¶ Stipulans dotem sibi restitui, vel cui de iure an acquirat sibi eiusdem dotis restitutionem. ¶ Et quando tale pactum possit ex interuallo apponi.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus dotans mulierem, quam non tenebatur dotare, censetur dotem donasse. Declara vt n. 3. Et quis dicatur extraneus ad hunc effectum.n.2.*
4 *Stipulans dotem sibi restitui, vel cui de iure non acquirit sibi restitutionem dotis.*
5 *Nominatus in alternatiua quando censeatur adiectus solum ad solutionem recipiendam, vel ad quaerendam obligationem. & n.6.*
7 *Promittens restituere dotem non exprimendo quantitatem intelligitur promisisse restitutionē detracta quarta lucri secundum formam statuti.Intellige vt n.8.*
9 *In promissione de restituendo dotem cui de iure sit interpretatio de iure statutario, seu de consuetudine.n.10.& 12.Amplia vt n.11.*
13 *Extraneus non potest pacisci sibi restitutionem dotis ex interuallo post illius promissionem. Declara vt n.14.& 15.*
16 *Statutum dicitur ius commune, & est seruādum inter ciues, & illi subditos.*
17 *Appellatione iuris ciuilis an veniat statutum & consuetudo loci, & quid si dicatur de iure communi.n.18.*

CAPVT CCCVIII.

In casu, de quo agimus, sunt firmandae infrascriptae conclusiones, quarum prima est, quod extraneus dotans mulierem, † quam non tenebatur dotare, censetur dotē donasse *l. vnic. §.accedit.C.de rei vxor.act.Rum.cons.74.n.18. lib.2.Cephal.cons.95.n.26.lib.1.Surd. de alim. tit.6.q.1.n.21.* Vbi quod hoc est speciale fauore dotis *Paris.cons.12.n.100.lib.1.Socin.Iun.cons.79.n.74.lib.3.*

Ex quo inferunt Doctores, quod mater dotans filiam censeatur donasse, cum habeatur pro extra-

2 extranea, † quasi ad hunc effectum debeat censeri extraneus omnis, qui non sit ascendens per virilem sexum, & qui non habet personam dotatam in potestate, vt est mater, frater, patruus, coniunctas, aut similis *Salic. in d. l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor. act. Soc. cons. 291. n. 11. & 12. lib. 2. Honded. cons. 91. n. 79. vsque ad n. 83. lib. 1. Surd. de alim. tit. 6. q. 1. n. 22.*

Secunda conclusio. Dos censetur donata per ma-
3 trem, aut extraneum dotantem, † quando non fuit appositum pactum, quod in casu dotis restituendæ sibi reddatur, illo enim existente excluditur præsumptio donationis, cum ab initio in ipsa dotis constitutione non prohibeatur quis stipulari sibi dotem restitui, quasi tradendo rem suam possit apponere pacta sibi bene visa, dummodo non iuri contraria, Quidquid aliud sit quando ex intervallo quis hanc restitutionem pacisceretur *l. quoties pacta. ff. solut. matrim. l. ex morte. in fin. de pact. dotalib. l. auia. C. de iur. dot. Surd. cons. 113. n. 2. & 3. lib. 1. Cephal. cons. 398. n. 10. lib. 3. Rim. Iun. cons. 167. n. 1. lib. 2.*

Tertia conclusio. Quando extraneus stipulatur dotem sibi restitui, vel cui de iure, tunc videtur
4 actio quæsita mulieri, & cui de iure est dos restituenda, non autem ipsi dotanti, qui non est clare stipulatus illam sibi debere restitui stante d. alternatiua, quæ facit, vt perinde habeatur, ac si nulla fuisset interposita stipulatio cir-
5 ca restitutionem dotis. † Quamuis enim alias secundo nominatus in alternatiua censeatur solum adiectus ad solutionem recipiendam, nõ autem ad quærendam obligationem, Tamen fauore dotis in dubio censendum est, vt videatur stipulans voluisse quærere ius, & actionem mulieri, non secus ac si fuisset primo posita in alternatiua, prout in specie concludit *Bart. in*
6 *l. caius. n. 5. ff. solut. matrim.* † Quidquid contrarium sentiant *Imol. ibid. col. penul. in princip. & Bald. in l. fin. col. vlt. vers. conclude ergo. C. cõm. vtriusque iudic. Gabr. cons. 58. n. 16. lib. 1.* Quia verior est prima opinio, & in iudicando ab ea non est recedendum, vt testatur *Surd. cons. 206. n. 26. ante med. lib. 2. post Roman. in d. l. caius. n. 10. Alex. col. vlt. in princ. n. 6. Barbos. n. 25. ante fin. ff. solut. matrim. Strac. de adiect. p. 3. n. 155.*

Quarta conclusio. Promittens simpliciter restituere dotem non exprimendo quantitatem intelligitur promisisse restitutionem secundum
7 formam statuti, † Ita vt si iuxta illius dispositionem lucraretur aliquam partem d. dotis muliere decedente in matrimonio sine liberis, possit detrahere dictam portionem, & non cogatur restituere, nisi illud, quod per statutum disponitur, cum indefinita promissio restitueri
8 non deroget speciali consuetudini. † Quidquid aliud sit quando promisisset totam, aut integram dotem reddere, quasi tunc videatur renunciare beneficio statuti, vbi tamen hoc fecisset ex certa scientia, non per errorem *Ang. in d. l. damni. §. cum parietem. ff. de damn. infect. Alex.* qui de magis communi *cons. 5. circa primum dubium. ad fin. vers. bene facit. n. 15. lib. 3. & cons. 133. super quæsitis. col. 1. in fin. n. 5. lib. 5. & ibi latè Natt. in addit. in verb. videtur renunciasse. & in verb. non per errorem. Dec. cons. 402. in causa illustrissimi. col. 2. post med. n. 2. & 3. & cons. 194. studendo breuitati. in princ. n. 1. post Bald. in l. fin. in princ. vers. & est argumentum. C. ad leg. falcid. Afft. decis. 399. n. 14. Cephal. cõs. 327. n. 29. lib. 3. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 3. tit. 8. n. 15.*

Quinta conclusio. In promissione de restituendo dotem cui de iure, debet fieri interpretatio de
9 iure statutario, seu de consuetudine, iuxta cuius dispositionem censentur partes contraxisse, cum appellatione iuris contineantur statuta, *Abb. in rubr. de consuetud. n. 2. in fin. Felin. in c. licet causam. in 2. notab. de probat.* Quidquid contrarium sequantur *Barbat cons. 66. lib. 3. & Socin. consil. 14. n. 4. lib. 4.* cum alijs per *Dec.*
10 *cons. 625. col. 2. n. 4. & 5.* † Quia verior & magis communis opinio est contra eos, quam tenet *Ias. in l. de quibus. col. antepenult. in fin. n. 82. de legib. & in l. præscriptione. col. 3. n. 18. vsque ad n. 22. C. si contra ius vel vtilit. public. Diaz. reg. 202. in princ. Siluest. in §. ex non scripto. n. 3. col. 3. in 2. not ab. instit. de iur. natur. gent. & ci-*
11 *uil.* † siue simus in contractibus, siue in vltimis voluntatibus *Ias. in l. omnes populi. in 2. lect. col. 4. in princ. n. 28. ff. de iust. & iur. Ancha. cons. 433. postquam ista domina. n. 1. Soc. cõs. 51. visa facti narratione. col. 9. ad med n. 33. lib. 4. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 9. n. 13.*
12 *vers. sed in secunda. & n. 16. in fin.* † Et in specie de promittente restituere dotem cui de iure, quod intelligatur de statuto, seu consuetudine concludit *Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuileg. 29. ad fin.* & declarat *Alex. in l. post dotem. 41. col. 9. ad fin. n. 26. ff. solut. matrim. Card. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 3. titul 7. n. 36.* & voluit *Bald. in l. constitutionis. 2. ad fin. C. de bonis quæ lib. vbi* latè *Addit. in verb. plus dico.*

Sexta conclusio. Extraneus non potest pacisci sibi restitutionem dotis ex intervallo post illius
13 promissionem, † ex qua fuit iam constituta dos; Vnde vir nouo pacto non est grauandus, & sibi imputet, qui ab initio non pepigit; Quidquid aliud sit in patre, qui potest quandocunq; hoc facere ante matrimonium contractum,
14 quia cum sit in potestate illius principaliter matrimonium contrahi, vel non contrahi, erit etiam accessorium, quod est stipulatio dotis *l. adoptiuum. §. 1. de iur. dot. l. ex morte. 9. in fin. C. de pact. conuent.* & notat *Bald. in l. si cum dotem. 23. col. 2. in princ. vers. nam si ita continebatur.*
15 *ff. solut. matim. per l. quoties. ff. eod. tit.* † Nisi dos cepisset à traditione *Idem Bald. in l. vnic. §. accedit. in fin. C. de rei vxor. act. post Glos. ibi in verb. fecerit.* & latè declarat *Surd. cons. 113. n. 2. & 3. lib. 1. Bald. Nouell. de dot. priuil. 11. p. 7. col. penult. in fin. limit. 10. n. 15.*

Septima conclusio. Quidquid disponatur de iure communi circa restitutionem dotis, per statutum, de quo agimus, aliud disponitur, dum mãdat, quod illa sit restituenda dotanti quo ad medietatem præcedente vxore cum filijs, qui

infra vigesimum quintum annum moriantur retenta alia dimidia per patrem, & respectiuè maritum dotem recipientem, vt latius continetur in eodem statuto, † quod erit seruandum inter ciues, & illi subiectos, non obstante iure communi, cum magis statutum eos afficiat, quam ius commune, quod dicitur ius commune illorum *Bald.in l.quicumque. C.de seruis fugit.Socin.in l.gallus.§.quidem rectè.de liber. & posthum.Honded conf.3.n.2.lib.1.*

16

Ex prædictis colligitur, quod medietas dotis, de qua agimus, est restituenda per maritum ipsi dotanti, retenta sibi alia medietate, cum simus in casu statuti propter obitum filij intra vigesimum quintum annum, vt dictum est *in septima conclusione*, Quamuis enim simus in matre dante dotem, quæ habetur pro extranea, & præsumitur donasse, quando non est stipulata illam sibi reddi, Vel etiam quando addita est clausula cui de iure vt *in 1.2.& 3.conclusione.* Tamen quia fuit facta promissio de restituendo d. dotem cui de iure, præsumitur partes intellexisse de iure statutario, non de iure communi, vt dictum est *in quarta conclusione*, non obstante quod restitutio fuerit promissa post constitutionem dotis *vt in 6.conclusione*. Quia semper subintrat statutum, quod attenditur inter contrahentes omisso iure communi, Adeo vt neque sit deneganda retentio medietatis marito, quãuis simpliciter promiserit dotem restituere nulla expressa quantitate, cum censeatur illam sibi reseruasse vigore statuti, vt dictum est *in quarta conclusione*; Et quamuis idem statutum loquatur, quando nulla præcessisset stipulatio de restituenda dote, Tamen cum partes promiserint illam restituere cui de iure, apparet quod expressè voluerunt ius statuarium includere, & sic restitutionem facere iuxta illius dispositionē, licet † etiam fuisset dictum de iure ciuili, cuius appellatione venit statutum, aut consuetudo loci *Castr.in l.non ambigitur. in princ.ff.de legib.Bald.in l.fin.n.11.col.3.vers.superest videre.C.vnde legit.* cum alijs per *Becc.conf.1.n.15. li.1.* Quidquid aliud sit, si diceretur de iure communi, quo casu nō venirent consuetudines locales, cū appellatione iuris communis veniat ius cōmune Romanorū, non ius cūmune muncipale *Soc.conf.271.in præsenti cōsultatione.col.2.vers. quinto confirmatur.lib.2.Dec.conf.686. n.5.& 6 Mandos.ad Rom. conf.208. in verb. terminetur.Bursat.conf.189.n.44.Ceuall.* qui de veriori opinione testatur *q.238.in fin.*

17

EPITOME.

Declaratio Iudicis an requiratur super adimplemento in restitutione concessa banito postquam pacē habuerit. ¶ Bona cōfiscata an statim acquirantur fisco, etiam sine illorum apprehēsione. ¶ Et quid in fructibus & possessione ¶ Confiscatio an includat bona præsentia, & futura condemnati. ¶ Hæreditas delata bannito quãdo illi acquiratur. ¶ Mater an priuetur successione filij, quamuis patre bannito illius tutelam non susceperit. ¶ Et an sit illi dandus curator ad instar eius, cuius pater est apud hostes. ¶ Amita quãdo veniat appellatione agnatorū. ¶ Bannitus t[illegible]eratus an includatur in statuto loquēte de bãnitis. ¶ Et qualis ista patiētia debeat esse. ¶ Patria potestas an amittatur, si pater per bãnum potest impune offendi. ¶ Condēnatus quando habeat testamenti factionē actiuā & passiuam. ¶ Intestatus an dicatur decedere etiam is qui non potest facere testamentum. ¶ Banitus an possit sibi acquirere, & retineat in loco iura gentium, & ciuilia.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratus ad bona & pristina iura si pacem habuerit ab offenso debet docere de adimplemento, vt gratia suffragetur.*
2 *Gratia conditionalis est verificanda.*
3 *Declaratio Iudicis an requiratur super adimplemento in restitutione facta per Principem de bannito postquam pacem habuerit. & n.4.*
5 *Bona confiscata vigore sententiæ statim acquiruntur fisco etiam sine aliqua illorum apprehensione. Amplia in fructibus.n.8.*
6 *Hæres per aditionem hæreditatis statim acquirit dominium rerum hæreditariarum. Fallit in possessione. n.7.*
9 *Fructus veniunt à die sententiæ confiscatoriæ, quidquid sit in extantibus, qui capiuntur tamquam bona delinquentis.*
10 *Confiscatio an includat bona præsentia condemnati, vel ad futuras acquisitiones extēdatur. Et quid si acquiratur ex causa de præterito.n.11.*
12 *Hæreditas patris, matris, fratris, & similium delata bannito post publicationem bonorum illi acquiritur, non fisco, & si bannitus sit incapax sequentes in gradu admittuntur.n.13. Quamuis simus in eo, qui impune potest offendi, & habetur pro seruo.n.14.*
15 *Bannitus cum publicatione bonorum, qui impune potest offendi an possit cum effectu sibi acquirere, & retineat in loco iura gentium, & ciuilia.n.16.*
17 *Condemnatus in contumaciam, vel propter delictum an habeat testamenti factionem actiuam & passiuam etiam stantibus constitutionibus summorum Pontificum & n.18.*
19 *Confessio quãdo restringatur solum ad effectum contumaciæ.*
20 *Proximiores in successione habent tacitam voluntatem defuncti.*
21 *Cessionarius dicitur subrogatus in locum cedētis quo ad commoda, & onera.*
22 *Mater infantis an priuetur illius successione quamuis patre bannito illius tutelam non susceperit. Et an dandus sit curator ad instar eius cuius pater est apud hostes.n.23.*
24 *Patria potestas an perdatur quando per bannū pater posset impune occidi, & n.25.*
26 *Statutum deferens matri tertiam partem bonorum filij stantibus agnatis an habeat locum in amitta, itaut ea veniat appellatione agnatorū.*
27 *Intestatus an dicatur decedere solum qui potest*

facere

facere testamentum, non autem is, qui illius factionem non habet. & n.28.

29 *Bannitus toleratus an includatur in statuto loquente de bannitis, & qualis ista tolerantia debeat esse. n.31.& 32.*

30 *Securitas tacite videtur concedi per tolerantiam banniti. Intellige vt n.33. & 34.*

CAPVT CCCIX.

Restitutionem, de qua in casu mihi proposito, Dixi non suffragari ad effectum, de quo agebatur, constat enim, quod summus Pontifex restituit, reposuit, & plenarie reintegrauit offendentem ad bona, ciuitatem, & statū ecclesiasticum, famam, & pristina iura postquā pacem ab 1 offenso habuerit. † Vnde cum huiusmodi adimplementum non verificetur, non est locus liberationi, & gratia nullum sortitur effectum, vt in specie de sim li indulgentia per Principem concessa concludit *Ruin.cons.85.col.3.ad med.vers. non obstat ergo gratia. n.3.in fin.lib. 4.* † Quasi 2 tunc fuerit gratia conditionalis, quæ prius est verificāda *Bald in l.cum testamento.4.in fin. n. 6.C.de testam.manumis. & in l.si quidem. ante fin.n.5.vers.ibi extitisse.C.de exception. Alex.in l.hoc iure.*quam legit *in l.in illa.col.1.in fin.n.6. & ibi Ias.n.9.in 8.notab.ff.de verb.obligat.*

Immo cum Princeps nō restituerit ipso iure, etiam post implementum conditionis, requiritur de-3 claratoria iudicis super dicto implemento, † ante cuius pronunciationem bannitus non posset dici restitutus, quasi tūc incertum sit, an factum fuerit, vel datum illud, quod gratia, aut lex requirit; Ideo bannitus habetur pro bannito quo ad omnes, & quo ad omnia, præterquam quo ad fiscum, nam si caperetur posset opponere de restitutione, docendo de implemento conditionis, quo probato obstaret fisco exceptio doli *Ruin.cons.85.n.4.lib.4. post Bart. in l.si cui bonis.6.col.2.ad med.n.5. vers.quæro aliquis.ff.de verb.obligat. Nellus de bannit.p.3.secundi tem-4 poris. q. 79.* † Quamuis etiam posset sustineri, quod ante pronunciam Iudicis tales habeantur pro restitutis quo ad capacitatem iurium, & bonorum in ciuitate, cum satis sit conditionem esse impletam, & de eius implemento probari in prosecutione iudicij iuxta doctrinam *Alex. in l.ita stipulatus.115.col.3.ad med.n.10.ff.de verb. obligat.* & declarat in specie *Peregr. de iur.fisc.lib.5.tit.2.n.85.*

Quibus firmatis, sequitur resolutio alterius dubij 5 propositi: † an videlicet bona, de quibus agimus, spectent ad Cameram, & consequenter ad subrogatum in eius locum, Concludendum est enim, quod deficiente dictā restitutione, prafata bona pertineant ad fiscum detractis dotibus, & alijs, de quibus in facto, cum enim vigore sententiæ fuerint confiscata omnia bona, statim acquiruntur fisco, etiam sine aliqua illorum apprehensione *Bart.in l.1.§.an bona. ad med. & in l.imperator.ff.de iur.fisc. Ang.ad Bart. in l. 1. post med. vers. non obstat. C. de bonis vacant.* 6 *lib.10.* † Ad exemplum hæredis, cui per aditionem hæreditatis statim acquiritur dominium rerum hæreditariarum *l.cum hæredes. ff.de acq. 7 possess.* Intelligendo quo ad ius dominij, † cum possessio non transferatur *Soc.Iun. cons.127. n. 4.& 5.lib.2.Boer.decis.264.col.5.post med.vers. sed aduerte.n.12.in fin.*cum alijs per *Peregr.de 8 iur.fisc.lib.5. tit. 1. n.52.* † Vbi etiam de fructibus, quos fiscus vendicat, si tertius possidet *Bart.in l.facultas.col.2 in princ.vers.quæro qua 9 actione. n.6.C.de iur.fisc.* † Prout generale est, vt fructus veniant ex die sententiæ confiscatoriæ, quidquid sit in extantibus, qui capiuntur tanquam bona delinquentis *Felin.in c.de quarta.col.13.ad med.n.33.de præscript. Corn.in l.1. in princ.n.2. C.de his quib.vt indign.Cur. Sen. cōs.60.n.30.Peregr.de iur.fisc.lib.3.tit.2. n.174.*

Verum, quia effectus publicationis bonorum est, vt referatur tantum ad tempus condemnatio-10 nis, † Idcirco talis confiscatio includit solum bona tunc præsentia ipsius condemnati, non autem ad futuras acquisitiones protenditur *l.si tibi mandauero. §.is cuius. ff.mandat. Bart. in l. certa forma.n.5.& 6. C.de iur.fisc.lib.10. Alex. cons. 75. visis & diligenter. col. 4. in fin. vers.in quantum.n.15.lib.1. Dec.cons.234. in casu magnifici.col.3.in fin.n.3.Rot.diuers.decis.515.in fi. 11 p. 1.* † Itaut quæsita post confiscatoriam fisco non sint debita, Quamuis acquirantur ex causa de præterito *Ruin. cons. 123. n.3. lib. 4. Natt. cons.427.n.7.Menoch.cons.101.n.24.lib.1.*

Quare hæreditas patris, matris, vel fratris, cum 12 similibus delata bannito † post publicationem bonorum eidem, non fisco acquiritur *Bald.in l. si qua pœna.in 1.lectur.in princ.n.2.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.& cons.7. secundum ea 13 lib.2.* † Adeo vt si bannitus sit incapax, succederent sequentes in gradu, non fiscus *Castr. cons. 212.omisso ordine.n.1.in fin. vers.& tamen contrarili.lib.2.Peregr.de iur.fisc.lib.5.tit.1. n.131.*

14 Quamuis simus in eo, † qui posset impune offendi, & haberetur pro seruo, neque enim ex hoc possunt eius bona futura occupari, quia bannito pro non scripto habito, successio, & hæreditas defertur venientibus ab intestato, neque dabitur occupatio talium bonorum: Nam hoc modo non occuparentur bona banniti, ex quo illa nunquam habuit, sed bona venientium ab intestato, quod esset iniquum, cum ipsi eo modo pœnam sustinerent ex facto alterius, quasi venientes ab intestato sint tacitè vocati à defuncto, prout omnia prædicta bene explicat *Menoch.cons.101.n.34.vsque ad n.39.lib.1.*

Neque obstat, quod bannitus, qui impune offendi 15 potest, † non valeat cum effectu sibi acquirere bona, & ex contractibus obligationes, & actiones in eo loco, à quo exulat, quia cum sit factus hostis patriæ, iudex illius loci poterit sibi denegare audientiam, cum sit extra suam protectionem *Castr.in l.1.C.de hæred. instituend. & ibi Ias.n.6.Decian.cons.81.n.31.lib.3. Ferret. cons. 169. Ruin.cons.49.n.4.lib.4.*

Quia magis vera, & communis opinio est, vt etiam

 banniti

16 banniti † cum publicatione bonorum esto, quod in personam possint impune offendi retineant in loco iura gentium, & iura ciuilia communia, & possint sibi ex illis causis effectualiter acquirere, prout latissime declarat *Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 35. vsque ad n. 43. fol. 123. Menoch. cons. 271. n. 19. & 21. Gabr. cons. 123. n. 34. lib. 1.*

Maxime, quia sumus in condemnato ob contuma-
17 ciam, † qui habet testamenti factionem actiuam & passiuam; quidquid aliud sit in criminosis, & bannitis cõdemnatis propter delictum, etiam stantibus constitutionibus summorum Pontificum, prout concludit *Rot. diuers. decis.*
18 *369. n. 9. & 10. & decis. 523. n. 1. p. 1.* † Quamuis enim per dictas constitutiones contumax habeatur pro confesso, & conuicto, & sententia lata in eum perinde sit, ac si fuisset lata in præsentem, Tamen ista confessio ex ficta contumacia resultans non operatur, nisi respectu eorum, quæ continentur in condemnatione, nam cum contumacia sit causa confessionis facit, vt ex vno supposito inferatur aliud diuersum ab ipso; Quare sequitur quod sit fictio, quæ non operatur, nisi effectus expressos à lege introdu-
19 cente fictionem. † Vnde ista confessio restringetur solum ad effectum contumaciæ, de cuius natura est non perimere, nisi quatenus lex perimit, aut iudex disponit, Ita in specie concludit *Bald. in l. 1. col. penult. ad fin. vers. sed quid si dicit statutum. n. 26. & 27. C. de hered. instituen.*

Ex quibus colligitur resolutio alterius difficultatis, quod videlicet bona acquisita post bannum spectent ad proximiorem, non existente adhuc in rerum natura filia prædefuncta, cui non po-
20 terant acquiri; † ideo attendetur causa proximiorum, qui habent tacitam voluntatem defuncti *l. confirmantur. in princ. ff. de iur. codicillor. Curt. Iun. cons. 4. n. 15. & 17. Menoch. de adipisc.*
21 *possess. rem. 4. n. 72.* † Et quatenus etiam ad fiscum talia bona spectarent, tamen essent delata eidem proximiori tanquam cessionariæ, & subrogatæ in locum Cameræ tam quo ad commoda, quam ad onera *Bart. in l. 1. §. hac actio. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. Gozad. cons. 12. n. 25. Ias. in §. fuerat. instit. de action.*

Quo ad aliam difficultatem Dixi concludendum non fuisse priuatam matrem infantis illius suc-
22 cessione, † quamuis patre bannito eius tutelam non susceperit conficiendo inuentarium, & alia, ad quæ de iure tenebatur, cum regula sit, quod filio banniti non sit dandus tutor, qui datur solum ei, qui non est in potestate alterius *l. fin. in princ. C. de curat. furios. instit. de tutel. in princ.*
23 sed † dabitur curator ad instar eius, cuius pater est apud hostes *l. muto. §. ei cuius. ff. de tutel.* & in specie ita concludit *Rip. in l. ex facto. 17. §. ex facto. in fin. vers. ex quo corrolarie. n. 19. ff. ad senatusconf. trebell. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 23. f. 120. Siluestr. in §. cum autem. n. 61. col. 21. in fin. vers. ex quo etiam infertur. instit. quib. mod. ius patr. potest. soluit.*

Nec obstat, quod perdatur patria potestas, quando per bannum pater posset impune offendi
24 *Bart. in l. si adulterum. §. liberta. ff. de adulter. Alex. cons. 75. n. 11. lib. 1. Honded. cons. 95. n. 84. lib. 1.* Quia procedit in rebellibus, & transfugis, qui in hostes se conuertunt, Diuersum est enim in bannitis pro alio crimine capitali, etiam quod impune possint offendi, cum horum condemnatio non vltra illos grauet, quam in ære, & iuribus suis *Salic. in l. 1. q. 6. C. de hered. instit. Rip. in l. fin. q. 23. C. de reuocan. donat. Soc. Iun. cons. 54. lib. 3. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 23.*
25 *in fin.* † & ita quoque declarat *Farinac. q. 102. n. 19.* vbi loquitur etiam stantibus bullis summorum Pontificum contra bannitos, & homicidas.

Circa alteram difficultatem non est insistendum; Non enim intrat statutum allegatum deferens tantum matri tertiam partem bonorum filij
26 stantibus agnatis, † cum simus in amita, quæ non est agnata; ex quo in eodem statuto declaratur nullam mulierem venire appellatione agnatorum, nisi sororem vtrinque coniunctam, & sororem ex latere patris, Vnde neque erit disputandum an de iure amita veniat appellatione agnatorum, de qua quæstione *Dec. cons. 563. n. 4. in fin. in 2. dub. Bald. cons. 459. lib. 5. Soc. Iun. cons. 30. n. 59. lib. 1. & cons. 23. n. 21. lib. 1. Ang. cons. 68. & 69. Anan. cons. 4.*

Nec facit, quod statutum non debeat attendi tanquam loquens de successionibus ab intestato,
27 quasi illud non possit verificari, † quando prout in casu nostro, decessit pupillus, qui testari non potest, cum proprie dicatur intestatus decedere, qui potest condere testamentum, non autem qui illius factionem non habet *l. 1. in 2. respons. ff. de suis & legitim. Alex. in l. generaliter. in princ. C. de institut. & substitut. Brun. Bero. & alij*, de quibus *Surd. cons. 267. n. 20. lib. 2. Honded. cons. 5. n. 52. lib. 1.*

Nam verior est contraria opinio, quod etiam pupillus dicatur comprehendi sub statuto loquen-
28 te de intestatis, tam propter communem vsum, quam propter iurisconsultorum auctoritatem, itaut ista interpretatio etiam in statutis recipiatur, siue sit stricta, siue propria, præsertim in materia successionis, vt latè concludit *Gabr. cons. 24. n. 15. vsque ad n. 21. col. 5. & 6. lib. 1. post Ruin. cons. 50. col. antepenult. ad med. vers. verius ergo videtur. n. 12. ante fin. lib. 3. Paris. cons. 22. n. 9. cum seq. lib. 2. Surd. cons. 556. n. 1. lib. 4. Menoch. cons. 362. n. 40.* latissime *Cephal. cons. 339. n. 16. & per tot. lib. 3.* quod est repetitum *cons. 509. lib. 4. Crass.* qui de magis vera opinione testatur *in §. successio ab intestato. q. 1. n. 2. in fin.*

Vltimum de bannito tolerato resoluendum est negatiue, quod non includatur in statuto loquente
29 de bannitis, † Vnde si constitutio disponat, quod bannitus posit impune occidi, & offendi non comprehendetur talis toleratus *Sal. in l. nullus. 13. C. de iudæis.* quod tanquam singulare refert *Anan. in c. sicut. 9. col. 3 ad med. vers. dicit etiam. eod. tit. Alex. cons. 1. in fin. vers. pro hoc quod dicit. lib. 2, Cephal. cons. 35. n. 20.* Ratio est, quia per

per illam tolerantiam videtur cum eo dispensatum,† & securitas tacite concessa,quasi etiam actus tacitus habeat vim dispensationis *Alex. cons.* 107.*in fin. lib.*2. quod est repetitum *cons.* 8.*& aduerte.n.*11.*lib.*6.*Surd.cons.*270.*n.*5.*&* 6. *lib.*2.*Becc.cons.*4.*n.*15.*& cons.*48.*n.*9.

Hæc tamen non applicantur ad casum nostrum, quia non constat de tolerantia eius, † qui poterat restituere, vel saltem assecurare bannitum,prout requiritur ad hunc effectum,vt bannitus non comprehendatur in statuto *Bero. cons.*183.*n.*25.*lib.*3.*Felin. in c.sicut. col.*3. *ante med.n.*1.*de iudæis*. Quare non sufficiet tolerantia officialis inferioris, † Immo neque satis erit sola patientia Superioris, sed etiam debebit concurrere alius actus affirmatiuus, vt quia vtatur eo in officio cum similibus, secus quando Princeps simpliciter patitur bannitum habitare, nam ex hoc non videtur cum eo dispensatum ob illam rationem, † quia dispensatio non inducitur per actum negatiuum, qui consistit in pati, quidquid aliud sit, quando consisteret in agere, Cum actus negatiuus non contradicendi non sit eius potentiæ ad inducendum consensum, prout affirmatiuus *Rui.* in specie *cons.*85.*n.*9. *lib.*4. *Aym. cons.*168. *n.*4. late *Surd.cons.*270.*n.*18 *vsque ad n.* 21. † vbi etiam quod est probanda scientia, & quod debet esse tolerantia diutina, & quod tolerantia excusabit tertium,non autem ipsum bannitum, & delinquentem toleratum, vnde cum ista non verificentur in casu,de quo agimus, nonmirum si de tali tolerantia non est habenda aliqua consideratio iuxta terminos, in quibus loquitur *Sali.in l.nullus.*13.*C.de iudæis. Felin. & alij in c.sicut.*9.*eod.tit.Becc. cons.*4.*n.*15. *Ias. in l. omnes populi. n.*48.*de iust.& iur. Marsil. sing.*77.*patientia.n.*2.

EPITOME.

Possessio quando transferatur per solam cessionem tam in corporalibus, quam in incorporalibus, Itaut cessionarius possit ex illa manuteneri. ¶ Et quid in statutis, contractu Principis, traditione clauium, cessione in præsentia rei cessæ, tactu portæ, inuestitura per anulum, retentione vsusfructus rei vendicatione,& similibus. ¶ Obligatus insolidum quando dicatur fideiussor, seu principalis. ¶ Solutio facta a debitore an constituat creditorem in quasi possessione,quæ illum iuuet contra fideiussorem. ¶ Possessio an dicatur extincta per spatium decem annorum, & d. tempore sit inducta obliuio ad impediendum mandatum de manutenendo. ¶ Solutiones metu mandati, quando prosint ad quasi possessionem. ¶ Et quid in hoc operetur protestatio, & quo casu censeatur repetita in subsequentibus solutionibus, ¶ Pro obtinenda manutentione, quando sit probanda possessio de tempore litis motæ. ¶ Mandatum de manutenendo an concedatur ex solutionibus facti anteceſſori. ¶ Et quando in hoc remedio detur appellatio de iure Canonico, & concedatur restitutio,aut repulsa testium, & debeat probari titulus, & quomodo de illo dicatur constare. ¶ Partitæ librorum Archiepiscopatus, & similium Curiarum an probent in iudicio manutentionis. ¶ Præsentatio vnica secuta institutione an sufficiat ad probandam possessionem iurispatronatus. ¶ Et quid si de eo controuertitur. ¶ Et an tunc requiratur titulus, & instrumentum possessionum continuatarum per spatium centum annorum. ¶ Iuspatronatus quando probetur per famam, & prouisiones Apostolicas, & sententiam Ordinarij, in qua enunciantur instrumenta præsentationum. ¶ Probatio immemorabilis cum præsentationibus continuatis, quando sit necessaria in iure patronatus plurium familiarum sicut potentium. ¶ Fama an dicatur probata per testes qui deponunt audiuisse publice dici, quamuis non specificent à quibus audierunt. ¶ Et quando tales testes debeant esse omni exceptione maiores.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius consequitur quasi possessionem rei incorporalis statim post cessionem absque aliqua apprehensione d. possessionis, & potest experiri interdicto vti possidetis. n.*3.*&* 4.

2 *Cessio in incorporalibus operatur idē quod traditio.Et quid in corporalibus.n.*24.

5 *Possessio transfertur per solam cessionem factam a Principe de re etiam corporali.*

6 *Dispositio l.traditionibus.C.de pact. non habet locum in Principe.*

7 *Princeps per viam priuilegij, seu contractus an possit transferre dominium sine traditione, seu possessione.n.*8.11.13.*&* 14.

9 *Cōtractus celebrati per Principē habēt vim legis*

10 *Dominium, & possessio transfertur per legem,& statutum sine traditione.*

12 *Priuilegia ducentū & octo Principis remissiuè.*

15 *Per cessionem factam in præsentia rei cessæ trāsfertur possessio sine traditione.Intellige vt n.*16.

17 *Traditio clauium quando habeat vim transferendæ possessionis,& quid in tactu portæ,& in inuestitura per anulum n.*18.*&* 19.

20 *Possessio transit & continuatur in cessionarium qui in omnibus & per omnia succederet in locum cedentis ex dispositione statuti.*

21 *Casus quadraginta sex & plures qui habēt vim traditionis possessionis remissiue & n* 23.

22 *Retentio vsusfructus operatur traditionem possessionis.*

25 *Rei vendicatio potest cedi, & tamen traditio requiritur,vt talis cessionarius possit vti li actione experiri.*

26 *Possessio cedentis quando transeat in cessionarium itaut possit ex illa manuteneri, & quid in fideiussione.n.*27.

28 *Obligatus in solidum quando dicatur fideiussor, seu principalis.*

Ius

CAPVT CCCX.

CVm agitur de quasi possessione rei incorporalis, & iste quasi possessor cedit, 1 † tunc cessionarius absque alia corporali apprehensione consequutus est dictam quasi possessionẽ, & potest experiri interdicto vti possidetis, si cessione facta ab aliquo perturbetur, Quia in istis incorporabilis idem operatur cessio, quod traditio, cum cedere sit quasi discedere, & alterum 2 † sui loco ponere *Bald.in l.ex legato.18.n.2.vers.sed nostri.C.de legat. & in l.vlt. C.quand.fisc.vel priuat. & cons.341. qui litem. in fin.lib.5.Dec.cõs.446.n.5.Ias.in l.si sic.§.vlt. n.8.de lega.1.Bar. & Imol.in l.ad eum de donat.*
3 Vnde merito in hoc casu ex quasi possessione cedentis erit manutenendus cessionarius *Glos. in l.2.§.itẽ nerua.in verb.experiaris.ff. ne quid in loc.publ.* quam dicit singularem *Bald.in c.licet causam.col.10.post med.vers.item interdicta. n.34.de probat.* & illam *Glos.* ita declarat *Natt. cõs.398.n.39.* quem sequitur *Rot. corã R.P.D. Penia Romana censui.2.iunij.1610.& 4. martij.1611.* 4 † & latè explicat *Menoch. de retin. rem.3.n.259.Guid.Pap.q.552.n.3.vers. verum est tamen de iure.col.1.in fin.*

Idem erit quando ageretur de possessione rei corporalis in casibus, in quibus per solam cessionẽ 5 transfertur possessio; † Prout alias dixi cum de hoc quæreretur, in cessione facta à Principe, is enim ex solo suo contractu, & solo verbo transfert

transfert suam possessionem *Ang. in l.officium. in fin. vers.saluo nisi sit instrumentum.C.de rei* 6 *vendic.Alex conf.3.n.8. lib.5.* † Dispositio enim *l traditionibus. C. de pact.* non habet locum in Principe, nisi appareat de voluntate illius tacita, vel expressa *Add.ad Alex. d.conf.3. in verb. absque. ad med.vers.sed dicendum. lib.5.*

Nec facit, quod *Ias.in l.quoties.col.2.n.10.C.de rei* 7 *vend.* teneat, † quod Princeps per viam priuilegij possit transferre dominium sine traditione, seu possessione, non autem donando ad supplicationem partis, vel vendendo *Idem Ias. in l. traditionibus.n.6. C. de pact. Cassan.super consuet.Burg.rubr.7.§.1.in tex.ibi saisit. in fi. vers.* 8 *pro decimoquarto casu.f.903.* † Quia non est recedendum à prima opinione, quæ indistinctè procedit etiam in contractibus, qui celebrati 9 per Principem habent vim legis, † & censentur lex *Bart.in l.cesar.de public. Bald.in l.penul.C. de donat.inter vir.& vxor.& in l.ciuitas.col.1.* 10 *ff.si cert.petat.* † Et tamen per legem, consuetudinem, & statutum transfertur dominium, & possessio sine traditione *Bald.in l.1.in 1. notab. C. de legib. & in l.fin. col.4. C. de sacrosf.eccles. Ang.in repet.l.si vacantia.C.de bon.vacant.lib.* 11 *10.* † Vnde idem erit in contractibus Principis, in quibus traditio non requiritur *Bald. in prælud.feud.col.9.ad med.n.29. Purpur.in l. imperium. n.84.de iurisd.omn.iudic. Alex.conf.3.n. 8. lib. 5.* & nullum contradicentem inuenisse, quidquid ipse dubitet, testatur *Ias. in d.l. quoties.col.2.in fin. vers.quid tenendum.n.10. C.de rei vendic.Cassan.in catal.glor.mund.par.5.con-* 12 *sid. 24.priuil. 140.* † Vbi inter priuilegia 208. principis hoc recenset *Natt. conf. 398.n.21.& 27. Menoch.de retin.possess.remed.3.n.277.* Vbi loquitur in specie de cessione facta à Principe, 13 qui † solo suo contractu transfert possessionem *Bald.in c.ceterum. n.8. vers.alia inuestitura. de iudic.* Intelligendo, dummodo possessio non 14 esset ab aliquo occupata, † quia tunc per huiusmodi actum fictum, cum alius est in possessione, non transfertur possessio ciuilis *Affl. decis.299.n.25.Natt.conf.398.n.28.Alex.conf.83. visa facti narratione.col.1.post med.vers.quia respondeo.n.3.lib.2.*

Adde idem esse, quando cessio fieret in præsentia 15 rei cessæ, † tunc enim per aspectum transfertur possessio *l.1.§.si iusserim.& l.quod meo.§.si per venditorem.de acq.possess.Abb.in c.2. ad fin. de consuetud.Menoch.de retinen. remed.3.n.278.* 16 Dummodo tamen possessio † naturalis non sit ab alio occupata, tunc enim per aspectum rei 17 non acquiritur *Natt. conf.398. n. 29.* † Quemadmodum in traditione clauium, quæ habet vim transferendi possessionem, quando alter non possidet. Nam aalias videretur iure fami- 18 liaritatis facta traditio, † Prout per tactum portæ, ex qua transfertur possessio, nisi alius possessor sit in loco, vel ecclesia, vt de vtroque casu loquitur *Cassan.super cõsuetud.Burg.rub. 7.§.1.in tex.ibi saisit. n.19. vers. primus scilicet* 19 *per traditionem.fol.902.* † Et de inuestitura per anulum, quæ idem operatur, si alius eo tempore non erat in possessione *Affl.decis.299.n.29.*

Prout etiam, quando extaret statutum, per quod 20 cessionarius in omnibus, † & per omnia succederet loco cedentis, tunc enim transit, & continuatur possessio, Nam ex illa dictione geminata in omnibus, & per omnia, sunt translata, & communicata quæcunque iura competentia ipsi cedenti in cessionarium *Natt. conf. 398.n.40.& 41.Menoch.de retin.possess.rem. 3. n.279. vers.tertium exemplum.*

Et idem erit in similibus casibus, in quibus dominium, & possessio acquiritur sine vera traditio- 21 ne, † & quadraginta sex modos, qui habent vim traditionis, ponit latè *Cassan. super consuet.Burgund.d.rubr.7.§.1. in verb. saisit. n.5. & 19.fol.896.& 902.* Vbi etiam de translatione possessionis per retentionem vsusfructus, 22 quod † dicit esse mirabile, vt retentio operetur traditionem, de quo etiam alias Deo dante dicemus; Et tradunt *Doctor.in l.quisquis.C.de donat. Boer. in consuetud. septene. Bituricen.* 23 *§.1.* † Et de alijs modis transferendi possessionem latissimè *Rebuff. de mater.possess. in præfat. tom. 3.fol.233.*

Ex istis colligitur, quod etiam quando ageretur 24 de possessione rei corporalis, † si cessio fieret cũ subsequenti traditione, vel alio modo, qui esset loco traditionis, & possessionis, tunc etiam cessionarius posset experiri interdicto vti possidetis; Quidquid aliud sit, quando cessio fieret simpliciter sine alia traditione, & apprehensione, Nam hoc casu actio, quæ mouetur, non potest intentari, nisi nomine cedentis, & possidentis, cum nulla adhuc sit translata possessio in cessionarium ob non factam apprehensio- 25 nem, † Prout in rei vendicatione, quæ potest cedi, & tamen traditio requiritur, vt talis cessionarius possit actione vtili experiri *Menoch.* qui late comprobat *de retin.poss. rem.3. n.263. vsque ad n.267.* & ita intelligitur *Natt. conf. 398.n.13.* dum voluit, quod possessio cedentis 26 non transit in cessionarium, † qui non poterit ex illa manuteneri, prout etiam concludit *Siluan.conf.55.n.8.* Quia procedit, quando non adest traditio; ideo in iuribus incorporalibus, in quibus cessio habetur pro traditione, cessionarius erit manutenendus, probata possessione cedentis, vt supra dictum est ex *Rot. coram R. P. D. Penia. Romana census. 4. maij 1611. Natt.conf.393.n.38. Menoch. de retin. possess.rem.3.n.259.*

Quæ etiam haberent locum, quando essemus in fideiussore, qui æque principaliter fuisset obli- 27 gatus, † tunc enim gesta contra vnum afficerent alterum, & agnitio vnius alij præiudicaret *Bart.in l.cum quidam.C.de duob.reis.* Quamuis enim obligatus insolidum dicatur fideiussor 28 respectu illius, † pro quo se obligauit, tamen quo ad personam, ad cuius fauorem fuit facta obligatio dicitur in omnibus, & per omnia principalis; Adeò vt etiam sæpè sustineatur contractus respectu fideiussoris, licet corrueret

rueret

rueret quo ad principalem *Rot. coram R. P. D.* 29 *Litta. Bononien. bonorum. 16. iunij. 1602.* † Frequenter enim contingit, vt ius speciale fauens principali non prosit fideiussori tanquam principaliter obligato, itaut sic obligatus respectu creditoris habeatur tanquam principalis *Rot. coram R.P.D. Ludouisio. Bononien. pecuniaria. 7. iunij. 1607. & coram R. P. D. Penia. Romana census. 4. maij. 1611.* & multa adduxi supra *c. 112.* 30 *per tot.* † Maxime stante obligatione camerali, quæ facit, vt censeatur eadem persona cum principali, Vnde possessio semel acquisita debet præiudicare, cum præsertim ex variatione per- 31 sonarum † ex parte rei numquam mutetur ius actoris *l. 2. §. ex his. de verb. oblig. clem. fin. de iur. patronat. Guid. pap. decis. 629. n. 3. Puteus decis. 151. lib. 3.*

Obseruandum est etiam, quod solutio facta à debitore principali constituit creditorem in quasi 32 possessione, † quæ illum iuuat contra fideiussorem, cum factum principalis noceat fideiussori *l. mora rei. 88. de verb. obligat. Glos. in l. si quis iniquum. 3. §. si is pro quo. in verb. iniuriam. ff.* 33 *quod quisque iuris.* † Non tamen vt augeatur obligatio fideiussoris *l. centum. de eo quod certo loco.* sed vt producatur, id est, vt transeat contra fideiussores, & eorum heredes *l. seruum. §. nunc. de verbor. obligat. Glos. in d. l. mora. 88. in verb. fideiussori. ff. eod. tit. l. si à colono. §. 1. de fideiussor.* 34 *l. si quis solutione. §. 1. de vsur.* † Vnde sicut solutio principalis iuuat fideiussorem quo ad liberationem *l. vranius. 72. ff. de fideiussor.* Ita debet nocere quo ad quasi possessionem *Rot. coram R. P. D. Penia. Romana census. 4. martij. 1611.* Cum etiam fideiussor censeatur subroga- 35 tus loco principalis debitoris, † & teneatur in omni casu, in quo tenetur principalis *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution. Aym. cons. 272. n. 3.* Quidquid alias factum fideiussoris sit 36 admodum diuersum à facto principalis, † tanquam sint distinctæ personæ *l. cum filius. §. penult. de verb. oblig. cum alijs per Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. n. 41. & 42.* Vnde interruptio præscriptionis contra principalē debitorem non nocet fideiussori. † Quia id proce- 37 dit propter malam fidem, quæ constituitur contra eum, aduersus quem interrumpitur, quæ cessat in fideiussore, contra quem non interrumpitur *Bart. in l. naturaliter. col. 3. in prin. vers. quæro quid si superuenit. n. 1. ff. de vsucap. per tex. in l. qui balneum. in fin. ff. qui potior. in pign. habeant. Glos. in l. sicut. in verbo. mala fide. C. de præscript. 30. annor. Bart. & alij in l. si quis fundum. 43. ff. de acquir. possession.*

Notandum est quoque huiusmodi solutiones non 38 iuuare ad istam quasi possessionem, † si essent factæ metu mandati, dummodo tamen appareret de protestatione facta in actu solutionis; Nam alias talis solutio operaretur d. quasi possessionem *Rot. coram Card. Lancellotto. Lucana pensionis. 4. iunij. 1574.* quæ est inter decis. *Rot. diuers. 196. n. 3. p. 1. & coram R. P. D. Penia. Romana census. 4. martij. 1611. in fin. Aym. cons.* 39 *114. n. 6.* † Soluens enim sine protestatione, videtur sponte soluisse, Quidquid alias si hoc faceret metu censurarum non constitueretur d. quasi possessio; Itaut talis protestatio censeatur repetita in subsequentibus solutionibus, cum 40 illa † duret semper durante causa, quamuis non repetatur *Achil. decis. 11. de pension. Caputaq. decis. 403. p. 2.*

Et magis ista procedunt, si protestationes fierent 41 non ad ostendendum metum, † & dissensum soluentis, sed ad euitandas vlteriores expensas, quod potest facere quilibet verus debitor agnoscens debitum, quamuis etiam protestaretur de repetitione, quando ista protestatio non erat de repetendo ab ipso creditore, vt loquitur *Caputaq. decis. 330. p. 2.* sed de repetendo à prin- 42 cipali, † quod est secundum naturam fideiussionis, per quam debet seruari indemnis fideiussor *c. 2. de fideiussor.*

Ista autem intentio de repetendo à principali de- 43 bitore, non à creditore iudicabitur, † si ex verbis protestationis colligatur, quod voluerit soluens cessionem sibi fieri à creditore; Fideiussor enim habet beneficium cedendarum actionum *Bart. in l. modestinus. n. 4. de solution. & in l. cum is. de fideiussor. Doctor. in auth. præsente.* 44 *C. eod. tit.* † Ex ista enim cessione colligitur, quod soluens magni fecit ius creditoris *Put. de-* 45 *cis. 342. n. 4. lib. 1.* † Maxime, si suscepit terminum, tunc enim videtur agnouisse debitum, & habuisse se pro vero debitore, Vnde iudex decernendo postea, vt per eum soluatur, legitime cōstituit creditorem in quasi possessione etiam inuito, & reluctante soluente *Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. n. 2. ff. de acquir. possess. Rot. coram R. P. D. Penia. Pennen. & Adrien. beneficiorum. 4. iulij. 1584. & coram eod. Roman. census. 4. martij. 1611. in fin.*

Obstaret tamen huiusmodi quasi possessioni quan 46 do solutio esset facta cum clausula † sine præiudicio quorumcunque iurium, vt per *Rot. coram R. P. D. Marco Montio. Roman. census. 20. februarij. 1609.* dixi supra *c. 113.*

Non admittetur autem exceptio defectus manda- 47 ti eius, qui fecit solutionem, † cum illud præsumatur ex notabili impensa, quam nullus crediditur voluisset soluere sine sufficienti mandato *Cassad. decis. 3. n. 8. de procur. Rot. decis. 2. de caus. possess. & propriet. in antiq.*

Sicut neque obstaret, quod possessio prætendere- 48 tur extincta per lapsum decem annorum, † quasi dicto tempore præsumatur inducta obliuio; Ciuilis enim possessio amittitur spatio decem annorum, & præsumptio continuationis non durat vltra decennium *Bart. in l. siue possidetis. n. 8 de probat. cum alijs per Couar. in reg. possessor. p.* 49 *2. §. 1. n. 3. de reg. iur. in 6.* † Quia hoc non procedit in casu, in quo constaret semper fuisse retentum animum possidendi *Glos. in §. quod autem. in verb. propter absentiam. institut. de vsucap. Alex. in l. si id quod. n. 2. ff de acquir. possess.* 50 Tunc autem † censeretur continuata possessio, quando in prima die subsequente vltimam de-

cennij

cennij diceretur facta cessio census cum fructibus decursis, quasi tunc plusquam verisimile credatur multis diebus ante lapsum decennij fuisse tractatam cessionem. & consequenter retentum animum possidendi, praesertim si adfuisset absentia creditoris, & difficultas exactio-
51 nis, † ex quibus magis redderetur certa verisimilitudo, non propter obliuionem, aut non animum possidendi, sed potius propter ista impedimenta fuisse non amissam, sed suspensam exactionem, prout omnia praedicta in simili casu firmauit *Rot. coram R.P.D. Penia Romana census. 2. iunij 1610.*

Praeterea supradicta procedunt, quando alius oc-
52 cuparet possessionem naturalem, † Quia tunc d. praesumptio continuationis possessionis ciuilis non militat vltra decennium, Secus autem quando naturalis possessio non fuit ab alio occupata, tunc enim post decennium praesumitur illius continuatio, & animi retentio *Rot. coram Card. Mant. Turritan. tertiaria. 14. aprilis. 1592. & coram R.P.D. Manzanedo Aquile-*
53 *gien. pensionis. 21. maij. 1610.* † & bene declarat *Couar. in reg. possessor. 2. p. §. 1. incip. hactenus tractauimus. n. 3. ad fin. vers. at si constet. post Alciat. praesumpt. 21. n. 11. & 12. reg. 2. Guid. pap. decis. 629. n. 10.*

Ideo quamuis non probetur possessio de tempo-
54 re litis motae, † prout requiritur ad obtinendū in huiusmodi interdicto *§. retinendae. instit. de interdict.* Tamen sufficiet quasi possessio anterior probata, cum illa praesumatur continuata,
55 nisi probetur ab alio apprehensa, quae solo animo retinetur *Bald. cons. 438. praemittendum est.*
56 *n. 1. vers. item in his vincit. lib. 1.* † Vbi quod satis est aliquem probare, quod possidet, vel tempore litis contestationis, vel continuatiuè continuando possessionem veterem, Nam qui olim possedit praesumitur hodie possidere in interdi-
57 cto vti possidetis, † nisi contrarium probetur *c. licet causam. de probat. Cy. in l. siue possidetis. C. eod. tit. Abb. in c. olim il 1. n. 24. & in c. cū ad sedem. n. 10. de restit. spoliat. Put. decis. 17. lib. 2.*
58 *Corn. cons. 280. n. 7. ad fin. lib. 4.* † & sequitur *Rot. coram R.P.D. Manzanedo. Aquilegien. pensionis. 25. Maij. 1610. & coram Card. Mantic. Turritana tertiaria. 13. aprilis. 1592. Alex. cons. 133. viso processu. col. 3. post med. vers. nec obstat si diceretur. n. 3. lib. 1.*

Sufficiet quoque constare solutiones fuisse factas
59 per antecessores, † cum illae suffragentur pro obtinenda manutentione contra successorem, cum hoc casu metiamur ius ex parte actoris, & possessoris, quod non mutatur ex mutatione personarum iuxta *decis. Guid. pap. 629.* quam sequitur *Rot. diuers. decis. 99. n. 11. p. 1. Put. decis. 151. lib. 3.* & coram *R.P.D. Penia Zamoren. pensionis. 13. Octobris. 1588. & coram Card. Pāpb. Mediolan. pensionis. 11. decembris. 1600. & corā R.P.D. Ludouisio Pistorien. pensionis. 3. iunij. 1606. & coram R.P.D. Manzanedo Aquilegien. pensionis. 21. Maij. 1610.*

Constabit autem de ista quasi possessione ex par-
60 titis librorum Archiepiscopatus, † vel similium Curiarum, aut Praesidentium, quae licet nō probent pro illis in praeiudicium tertij *Bald. in l. exemplo. 7. n. 1. vers. distingue quod aut curia.*
61 *C. de probat.* † Tamen cum testibus de eadem possessione deponentibus illa sufficienter probaretur, quasi tunc concurrant adminicula, & coniecturae *Ias. in l. admonendi. in 1. lect. n. 81. de iureiur. Socin. cons. 161. n. 3. lib. 2. Rot. diuers.*
62 *decis. 196. p. 1.* † Maxime si praecederet obligatio facta per praedecessorem de soluendo in futurum annuos redditus, vel quid simile, tunc enim facilius praesumitur solutio *Rot. d. decis. 196. n. 5.*
63 Praesertim in mandato de manutenēdo, † in quo non requiritur ista exacta probatio *Alex. cons. 103. super eo dubio. col. 2. in princ. n. 3. lib. 7.* quem sequitur *Rot. coram R.P.D. Manzanedo Aquilegien. pensionis. 21. maij. 1610. & coram Card. Mantic. Turitana tertiaria. 13. Aprilis. 1592. Dec. cons. 59. in causa appellationis. col. 2. ad med.* latè *Menoc. de retinen. rem. vlt. n. 34.*

Immo neque obstabit, quod non possit procedi ad executionem dicti mandati de manutenen-
64 do † sub praetextu, quod penderet causa appellationis ab ea interposita, licet enim de iure canonico detur appellatio à quocumque grauamine
65 † *Feder. de Sen. cons. 77. Abb in c. cum ad sedem. de restit. spoliat. Afflict.* in specie huius interdicti *decis. 269. n. 2.* Tamen verior est contraria opinio, & magis communis, quod in huiusmodi remedio summarijssimo manuten-
66 tionis talis appellatio non iuuet, † prout ita semper seruatum fuisse testatur *Rot. coram Cardin. Seraphin. Valentina decimarum 26. octobris. 1598. & coram R. P. D. Caualerio Seguntina canonicatus. 23. ianuarij. 1600. & coram R.P.D. Manzanedo Bergomen. praeheminentiarum. 16. iunij. 1606. & coram eo 1. Aquile-*
67 *gien. pensionis. 21. maij. 1610.* † Vbi etiam quod dictum decretum manutentionis numquam transit in iudicatum, itaut si iudici constiterit melius de possessione aduersarij, possit suum decretum reuocare, & alteram partem manutenere, praesertim quando mandatum fuit factū
68 per decretum, non per cedulam, † Vnde meritò non debet dari appellatio etiam de iure canonico, vt bene declarat *Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. q. 17. n. 48. & 49. post Dec.* qui de communi *cons. 28. pro tenui. n. 3. Beninten. decis.*
69 *79 n. 5.* vbi etiam *n. 10.* † quod neque in hoc possessorio appellatio operabitur effectum deuolutiuum, ne dum suspensiuum *Menoch. de retin.*
70 *rem. vlt. n. 50.* & non dabitur restitutio, † aut repulsatio testium *Capic. decis. 13. & 55. Grauat. ad Vestr. lib. 5. c. vlt. n. 36.*

Minus quoque obesset, si opponeretur de non titulo, cum ille non sit necessarius in hoc iudicio
71 summarijssimo manutentionis non solum in prophanis *Mohed. decis. 22. de restit spoliat. Rot. corā R.P.D. Ludouisio. d. Pistorien. pensionis.*
72 Sed etiam in beneficialibus † *Rot. diuers. decis. 195. n. 8. p. 2. & corā Card. Plato Anconitan. pensionis. 13. iunij. 1589. & coram R.P.D. Māzane-*
do

73 *do Aquilegien. pensionis 21. maij 1610. in fi.* † Vbi etiam fuit inclinatum, quod in illo casu sufficienter constaret de titulo, stante legitima possessione Archihospitalis S. Spiritus, & antiqua transactione inita cum communitate, & à sede apostolica confirmata, & constitutione *Pauli II.* concedente facultatem Praeceptoribus illius Archihospitalis ad cogendum fratres ad obedientiam, & subiectionem, & solutionem censuum debitorum, seu pensionum annuarum, & attenta bulla *Sixti IV.* cum alijs adductis
74 *in d. decisione* † Maxime quando constaret, quod tales praestationes, siue census fuissent exacti annuatim, & perpetuò debiti, seu eo animo, vt praestarentur in perpetuum ab omnibus successoribus, seu ex tali causa, quae hanc necessitatem induceret illos praestandi in futurum per successores, his enim concurrentibus daretur ista quasi possessio exigendi d. census, & annuos redditus [illegible] *Pap. 619. cum*
75 *caeteris supra al[illegible]* † Nam alias si solutio fuisset facta pro [illegible] pensione temporali, seu pro aliqua obligatione ad certum tempus, finito [illegible] tempore, [illegible] nulla pro dicta manutentione competeret *Iacob. Menoch. de annuis praestation.* [illegible] *tract. tom. 6. p. 2. f. 244.* & melius *Bald.* [illegible] *ad fin. vers. respondeo ad primum.* [illegible] *Peregr. de fideicom. art. 46. n.* [illegible] & dixi supra *c.* [illegible] *n. 62.*

Insuper notandum est, quod ad effectum manu-
76 tentionis, sufficit vnicus actus, † & vltimus status possessionis *Abb. in c. consultationibus. n. 2.* [illegible] *de iur. patron. Dec. cons. 13.* [illegible] *puncto. n. 11.* Vbi quod per vnicam praesentationem, secuta institutione, probatur quasi possessio *Abb.*
77 *cons. 54.* † *videtur primo. lib. 1 Calder. cons. 11 de iur. patron. Crescent. decis. 2. in fin. eod. tit. Rot. diuers. decis. 196. n. 2. par. 1.*

Hoc tamen in materia iurispatronatus, Dixi alias, cum de hoc dubitaretur, procedere,
78 quando illius existentia † non controuertitur, sed tantum agitur inter duos patronos de illius pertinentia; Alioquin ex dispositione Concilij, & ex declaratione Cardinalium interpretum requiruntur similes probationes in possessorio, quae in petitorio *Rot. coram Card. Millino Auxim. iurispatronatus 28. may. 1593. & coram Cardin. Blanchetto. Volaterrana iurispatronatus 1580. & coram R. P. D. Pacen. Romana parochialis 31. ianuarij 1600. & coram R. P. D. Ortemberg. Neapolitana Rectoria 19. decembris 1608.*

Vnde in proposito esset exhibendus titulus, vel instrumentum possessionum continuatarum per spatium centum annorum, prout requiritur iuxta *decisionem R. P. D. Orani. Firmana iurispatronatus 8. martij. 1591. & coram R. P. Gipsio Barchinonen. vnionis. 5. decembris. 1597. & corā R. P. D. Ortemberg. Neapolitan. rectoria*
79 *19 decembris. 1608.* † Vbi non fuerunt admissae ad hūc effectū praesentationes intra spatium. 39. annorum, prout etiam *in decis. coram Cardin. Lancellotio. in eadem causa 29. ianuarij 1591.*

Quemadmodum, neque sufficeret probatio per
80 famam, quae non admittitur, † nisi in antiquis, & concurrentibus coniecturis *Rot. coram R. P. D. Pamphilio* [illegible] *capellaniae 14. decebri. 1607. & coram R. P. D. Caualerio Militen. iurispatronatus. 10. martij. 1608.* Neque enim sola
81 fama in antiquis probat iuspatronatus, † nisi quando concurrit longissima possessio *Rot. diuers. decis. 791. alias 792. in princ. par. 1.* per doctrinam *Bald. in l. cum super. C. de rei vendit. Cassador. decis. 2. n. 1 de probat. Put. decis. 60. in fin. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Gipsio Barchinonen. vnionis 5. decembris 1609.*

Non autem possent ad hoc deseruire prouisiones Apostolicae, quae non mutant statum benefi-
82 cij † *Achil. decis. vlt. de iur. patron. Rot. coram R. P. D. Sacrato Bononien. iurispatronatus 16. ianuarij 1608.* Illarum enim prouisionum tem-
83 pora de medio deducuntur † *Guid. Pap. decis. 125. Rot. coram R. P. D Decano Bracaren. Monasterij de Iunebas 19. decembris. 1597. & corā R. P. D. Ortemberg. Neapolitana rectoriae 19. decembris 1608.*

Et specialiter in casu, de quo agebamus, neque
84 erat probata publica vox, & fama, † licet enim testes deponant audiuisse publice dici, quae verba important famam, quamuis non specificent, à quibus audierunt *Bald. in c. per tuas. post princ. de probat. Caputaq. decis. 7. par. 2. Cas-*
85 *sador. decis. 3 de probat.* Tamen dicti testes subiungunt, quod audierunt à multis personis, & sic tanquam restringentes suum dictum, non probant, quasi illa verba à multis possint veri-
86 ficari in duobus, † cum indefinita in teste non aequipolleat vniuersali *Oldrad. cōs. 100. Anchar. in c. quāto. de his quae fiūt à praelat. Ruin. cōs. 64. n. 12. & 13. lib. 4. & cons. 149. n. 5. lib. 5. Dec cons. 429. licet in causis. n. 8.* Vltra quod multi testes sunt de familia eorum, qui praetendunt huiusmodi iuspatronatus, qui tanquam habentes interesse in causa, nullam fidem merentur,
87 quasi in causis, † in quibus sufficit probatio famae, testes producti ad illius probationem debeant esse omni exceptione maiores *Aym.* qui refert pro dicto stupendo *cons. 249. col. penult. in fin vers. item ex alio non potest dici. n. 14. post Dec. cons. 105. pro tenui. col. 5. antè fin. vers. & idem in testibus deponentibus de fama. n. 5. Roland. cons. 3. n. 55. lib. 1.* per doctrinā *Ang. in l. 2. §. diem autem. col. vlt. n. 4. ff. quemadmod. te-*
88 *stam. aperian.* † Prout etiam quando fama debet supplere defectum alterius probationis est probanda per testes discretos, & bonae opinionis, non per viles homines, aut interesse habentes, Quia tunc non suppleret defectum alterius probationis *Archid. in c. consanguineos 35. q. 6. Bald. in c. dudum. el 2. col. 7. de elect. Rol. cons. 3. n. 57. lib. 3.*

Neque poterat fieri fundamentum in sententia
89 Ordinarij, in qua enunciabatur † se vidisse instrumenta praesentationum, & praesertim bullam institutionis; Cum d. sententia non probet tanquam non iustificetur ex actis, neque iudici creda-

credatur de assertionibus non factis, præuia causæ cognitione, & non apparentibus in processu *Innoc. in c. quoniam contra. de probat. Socin. cons. 47. in præsenti consultatione. col. 3. in fin. vers. nec obstat quod iudex. n. 15. lib. 4. Bald. in l. unic. col. 4. in princ. n. 8. ad med. C. ne liceat in vna eademq. caus. tert. prouoc. Rot. coram R. P. D. Pacen. Lauden. deuolutionis. 13. martij. 1594. & coram R. P. D. Ortemberg. Sabinen. aquæ. 29. martij. 1604.*

Maximè, quia d. sententia non excedebat quin-90 quaginta annos, † vnde non poterat probare tanquam antiqua, cum ad hunc effectum requiratur, vt excedat dictum tempus *Cassador. decis. 3. n. 3. de procurat.* quem sequitur *Put. decis. 338. lib. 2. Cyn. & Bald. in l. emancipatione. 11. n. 3. C. de fid. instrument. Pract. Papiens. in form. sent. diffinit. vers. visaq. litis contestatione. n. 3. ad fin.* Et decisionem *Put.* sequitur *Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Neapolitana rectoria.* 91 *19. decembris. 1608. in fin.* † Vbi etiam in illo casu cēsuit requiri probationem immemorabilem cum præsentationibus continuatis per spatium quinquaginta annorum, quas omnes probetur sortitas fuisse effectum ex authēticis scripturis, quamuis etiam non versemur in iurepatronatus potentium, cum ibi plures concurrerent familiæ, quas non est verisimile facile in vnum conuenisse ad fundandam, vel dotandam ecclesiam; Vnde potius præsumetur ex vsurpatione, cum regulariter ecclesiæ soleant fieri ex eleemosynis plurium, & sic non animo reseruandi sibi iuspatronatus *Crescent. decis. 1. n. 2. & 3. de iurepatron.* Et ita ex prædictis fuit resolutum *in d. Neapolitana rectoria. 19. decembris. 1608. coram R. P. D. Ortemberg.*

Alia pertinentia ad materiam mandati de manutenendo dixi *supra c. 113.* Quibus sunt addenda, quæ dicta sunt in præsenti capite, cum multis, quæ infra ponam Deo dante, ne omnia in vnum congesta lectorem grauent.

EPITOME.

Vsufructuarius quando habeat remedium can. reintegrandæ, cum alijs possessorijs, & an dicatur naturaliter possidere. ¶ Proprietarius an possit auctoritate propria ingredi possessionem finito vsufructu. ¶ Et quando naturalis possessio ad eum ipso iure redeat per mortem vsufructuarij. ¶ Conditio can. reintegrandæ an competat pro quasi possessione rerum incorporalium, & quæ sint ista incorporalia. ¶ Remedium *l. fin. C. de acquir. possess.* an detur contra tertium, in quem proprietarius alienauit rem, ex qua vsusfructus percipiebatur. ¶ Libellus quomodo debeat concludere vsufructuario agente tam contra dominum, quam contra tertium. ¶ Et de cautela, vt nunquam vitietur libellus in materia spoliationis. ¶ Contra vsufructuarium finito vsufructu qualiter, & qua actione sit agendum.

Stephani Gratiani

SVMMARIVM.

1 *Remedium c. reintegrandæ. 3. q. 1. est vtilius, & magis generale inter alia remedia possessoria.*
2 *Cautela vt nunquam vitietur libellus in materia spoliationis, quod apponatur clausula can. reintegrandæ.*
3 *Nomen actionis an sit exprimendum.*
4 *Vsufructuario an debeat dari remedium can. reintegrandæ, & vnde vi. n. 12.*
5 *Vsufructuarius dicitur naturaliter possidere. & n. 21.*
6 *Possessori naturali conceditur interdictum vnde vi.*
7 *Vsufructuarius habet quasi ciuilem possessionem.*
8 *Proprietarius non potest auctoritate propria possessionem ingredi, sed debet agere contra haredem vsufructuarij. Amplia vt n. 9.*
10 *Contra vsufructuarium finito vsufructu agitur negatoria, vel ex cautione de restituendo re praestita. Et an naturalis possessio pereat per mortem vsufructuarij, & ipso iure redeat ad proprietarium. n. 11.*
12 *Vsufructuarius restituitur ad damna, expensas, & interesse, si in actu spoliationis ab aliquo molestatur, & quomodo procedat talis condemnatio. n. 13.*
15 *Emphyteuta, superficiarius, vsufructuarius, & similes quando dicantur possidere fundum, & iura incorporalia. & n. 16.*
17 *Remedium reintegrandæ datur pro quasi possessione rerum incorporalium. Et quæ sint ista incorporalia. n. 18. 19. & 20.*
22 *Remedium l. fin. C. de acquir. possess. datur contra tertium, in quem proprietarius alienauit rem, ex qua vsusfructus percipiebatur.*
23 *Interdictum vti possidetis, quando detur vsufructuario ob detentionem possessionis naturalis.*
24 *Vsufructuarius in suo libello debet concludere se turbari in quasi possessione seruitutis percipiendi fructus, quando agit contra dominum, secus contra tertium, tunc enim posset dicere se turbari in quasi possessione fundi.*

CAPVT CCCXI.

Conditio ex *c. reintegrandæ. 3. q. 1.* est plenissimum remedium, & magis generale, 1 ac vtilius inter omnia remedia possessoria, † & concurrit cum omnibus alijs, ita vt vbicunque habeat locum aliud remedium, videlicet interdictum vnde vi, vel decretal. *sæpe. de restitut. spoliat.* aut quid simile, procedat etiam istud canonis reintegrandæ, ita de veriori opinione testatur *Lanfranc. in rubr. de caus. possess. & propriet. §. his præmissis. n. 10. & 13. in 3. conclus. Abb. in c. cum ad sedem. 15. col. 11. ad med. n. 25. de restit. spoliat. Alex. cons. 94. visis & sæpius. ad fin. vers. nec etiam obstat. il 2. lib. 5. Rober. Maran. in prax. part. 4. distinct. 7. in 19. remed. n. 58.*

Vnde inferunt *Doctores* bonam cautelam, vt nunquam vitietur libellus in materia spoliationis, 2 vt † in fine eiusdem libelli adijciatur clausula, & pro dicto suo iure obtinendo proponit canonem reintegrandæ; Nam potest deseruire iste libellus in casu, in quo competit interdictum vnde vi, & in casu, in quo habet locum decretalis *sæpe*, & in casu specifico, in quo competit *c. reintegrandæ*. Quamuis enim non sit 3 necesse exprimi nomen actionis, † tamen hoc poterit fieri, si actor voluerit exprimere, vt prædicta omnia declarat *Lanfranc. in rubr. de caus. possess. & propriet. §. his præmissis. n. 14. & 15.* vbi ita intelligit *tex. in c. dilecti. de iudic.*

Ex hoc sequitur, quod vsufructuario debet dari 4 dictum remedium † *c. reintegrandæ.* cum etiam illi detur interdictum vnde vi, si expellatur, aut sit prohibitus vti frui *l. 3. §. unde vi. ff. de vi & vi arm. Glos. in l. 1. §. si quis tamen neget. in verb. possidebat. in princ. ff. eod. tit. Boer. decis. 27. vers. quo ad secundam. n. 2. Menoch. de recuper.* 5 *possess. rem. 1. n. 69. Surd. cons. 162. n. 8.* † Vsufructuarius enim dicitur naturaliter possidere *l. naturaliter. in princ. & l. possessio. de acquir. possess. Felin. in c. causam. 7. col. penul. in princ. vers. & quamuis naturalis. n. 13. de præscript. Butr.* 6 *in c. cum non liceat. col. vlt. eod tit.* † Et naturali tantum possessori conceditur interdictum vnde vi *l. 1. §. deijcitur. ff. de vi & vi arm.* cum etiam vsufructuarius habeat quasi ciuilem possessio- 7 nem † *Surd. cons. 162. n. 8.*

Quod etiam procedit contra proprietarium, qui non potest auctoritate propria possessionem ingredi, sed contra vsufructuarium, & eius hæredem agere debet, cum nemo sit priuandus possessione sua etiam iniusta sine causæ co- 8 gnitione, † & quia etiam potest competere ius retentionis colono, & vsufructuario, vt in specie declarat *Francis. Marc. decis. 867. n. 2. par. 1. post Glos. in c. licet episcopus. de præbend. in 6. Becc. cons. 220. n. 1. lib. 2.* Vbi etiam, quod hoc habebit locum, quamuis occupator sit ingressus 9 possessionem absente vsufructuario; † Nam licet apud eam non sit vlla vera ciuilis possessio, cum apud dominum permaneat, tamen dicitur habere quasi possessionem ciuilem iuris vsufructus *l. ait prætor. §. item ei ff. ex quib. caus. maior Bart. in l. 1. §. interdictum autem hoc. ff. de vi & vi arm. Rip. in rubr. de caus. possess. & propriet. n. 21. Menoch. de recup. possess. remed. 1. n. 72. vers. extenditur secundo.*

Ideo contra vsufructuarium finito vsufructu agitur negatoria, vel ex cautione de restituenda re 10 præstita, † cum possit expelli à sua quasi possessione per proprietarium, in quem non transit ipso iure illa naturalis possessio, quam habet vsufructuarius finito vsufructu, sed opus est actione ad vendicandam, & euincendam, ac reuocandam illam naturalem possessionem, & in hoc ad vocandum vsufructuarium, vel eius hæredem, vt sibi tradatur possessio *l. vlt. C. si per vim vel alio mod. l. vti frui. in princ. vers. quamquam enim si vsufr. petat. l. 1. §. habet autem. ff.* 11 *vsufructuar. quemadm. cau.* † Quãdo præsertim vsusfructus finitur viuente vsufructuario, quidquid possit dubitari, si expiraret morte ipsius, quasi tunc cum eo pereat naturalis possessio, & ipso iure redeat ad proprietarium etiam ignorantem, vt benè declarat *Tiraq. in tract. le mort. saisit. par. 3. declar. 1. n. 6. & 7.*

Amplius ne dum competet huiusmodi remedium vsufructuario, quando est spoliatus, & priua- 12 tus sua possessione, † Sed etiam quando est in actu spoliationis, & molestatur ab aliquo, & se defendit, quia debet restitui ad damna, expensas, & interesse *Bos. de plurib. violent. n. 33. Plot. in l. si quando. n. 732. & 733. C. vnd. vi* & in specie vsufructuarij *Caualcan. de vsufruct.* 13 *n. 6. ad fin. vers. & ne dum quando.* † Et quomodo procedat ista condemnatio, & quid probandum sit *Rot. decis. 156. alias 10. de restit. spoliator. in nou.*

Et quod vsufructuario competat remedium rein- 14 tegrandæ in specie concludit † *Socin. in l. rem quæ nobis. n. 13. vers. circa quintam quæstionem. col. 9. in fin. ff. de acquir. possess.* Vbi, quod datur non solum pro possessione rerum corporalium, sed etiam incorporalium ex generalitate tex. canonis *reintegrandæ*, quem sequitur *Marant. in prax. par. 4. n. 58. in fin. vers. item illud datur. distinct. 7. Brogn. de vsufruct. n. 6. in fin.* 15 Maxime, † quia ista sunt iura incorporalia, propter quæ possidetur ipsa res, in qua huiusmodi ius habetur, vt in vsufructuario, qui naturaliter possidet, emphyteuta, superficiario, & similibus, tales enim possident fundum, in quo habent ista iura, tunc enim si possessio inuadatur, non est dubium, quod habet locum remedium etiam directum ex *l. si quis in* 16 *tantam. C. vnde vi.* vel aliud simile. † Quidquid aliud sit in illis iuribus incorporalibus, propter quæ non possidetur res, in qua habetur illud ius, sed dicitur haberi quasi possessio illius iuris, de quibus modo non est quæstio, ita in specie bene distinguit *Bart. in l. si quis in tantam. col. penul. ad med. vers. quæro an habeat locum. n. 19. C. vnde vi.* Licet etiam in istis daretur interdictum vtile, vt per *Menoch. de recuper. possess. remed. 9. n. 268. vsque ad n. 273.*

Immo etiam pro quasi possessione rerum incorpo- 17 ralium daretur remedium reintegrandæ † tanquam pinguius *Francisc. Marc. decis. 389 par. 1.* 18 Vbi etiam de actu iurisdictionis † *Menoch. de recup. possess. remed. 1. n. 88. ad fin.* Vbi de iure vectigalis, & pedagij, Prout etiam de annuis 19 præstationibus personalibus, & similibus † *Idem Menoch. de recup. remed. 15. n. 200. Plot. in l. si quando. n. 68. C. vnde vi. Bertrand. cons. 2. n. 10.* 20 *lib. 2.* Vbi de homagio domino præstando † *Socin. in l. rem quæ nobis. n. 13. vers. tertio conclude. de acquir. possess. Rip. in c. cum ecclesia sutrina.* 21 *n. 101. de caus. possess. & propriet.* † Vnde multo magis dabitur vsufructuario, qui naturaliter possidet *l. naturaliter. in princ. ff. de acquir.*

*quir.possess. Menoch. de recup. remed.*14.*n.*47.

22 Vbi etiam† quod hac ratione datur remedium *l.fin.C.de acquir.possess.* cōtra tertium,in quem proprietarius alienauit rem, ex qua vsusfructus percipiebatur, ex quo enim possidet,interuertendo eum,proprietarius priuat sua possessione,quam merito recuperat *Glos. in l. pomponius.in verb. amittit. ff. quemad mod. vsufruct. amittat. Rip.in rubr.de interdict.n.*13.*in fin.*

Ideo etiam ob d. rationem possessionis naturalis datur vsufructuario interdictum vti possidetis,

23 quādo† tamē suo nomine possidet,secus si alieno,sicut enim proprietas est separata à possessione, ita est separatus vsusfructus à possessione,qui vsusfructus est pars dominij; Vnde vsufructuario conceditur d. remedium inspecta possessione vera, in qua vsusfructus habetur, si in ea turbatio contingit *Menoch. de retinen.*

24 *possess.rem.*3.*n.*70.*vsque ad n.*77. † Vbi etiam *n.*80. quod debet animaduertere vsusfructuarius, vt in suo libello concludat se turbari in quasi possessione seruitutis percipiendi fructus, cum non debeat dici se turbari in possessione fundi, quando tamen ageret contra dominum; Nam agendo contra tertium posset etiam dicere se turbari in quasi possessione fundi, quam naturaliter possidet *Lanfranc. in rubr.de caus. possess.& propriet. col.*9. *vers. quarta conclusio.*

EPITOME.

PRinceps an possit facere testamentum sine solemnitatibus, & quando illud coram eo factum sit validum absque testibus. ¶ Et quid in eo quod fit coram Augusta, Dominis inferioribus,Cardinalibus,Episcopis,Vicarijs, in Foro publico,in Parlamēto,Consilio,& in actis iudicij, & an hoc casu decretum Iudicis requiratur,& debeant interuenire saltem duo testes, vel nullus sit adhibendus.¶ Mandatum procuratoris factum in partibus apud acta sine testibus an faciat fidem. ¶ Testamentum carens solemnitatibus an conualidetur, si fuerit productum & repetitum coram Iudice. ¶ Intellectus *l.omnium.C.de testam. & l.publicati.C.eod. tit.* ¶ Actus publicus, & authenticus in quo differat à iudiciali. ¶ Scriptura quando dicatur esse in actis,& de actis, & remaneat publica per admissionem factam à Iudice, itaut possit dici iudicialis. ¶ Perempra instantia acta quæ perierunt an renouentur per repetitionē, & recipiant nouam solemnitatem. ¶ Testium præsentia an sit necessaria in actibus iudicialibus, & quid in actis alienis insertis inter acta iudicialia. ¶ Confitens testamentum,vel esse vera quæ in instrumento continentur quando sibi præiudicet, si appareat illud esse non solemne. ¶ Donatio an sit noua quæ insinuatur in actis iudicis, & quæ proprie dicatur insinuatio. ¶ Iura producta & eorum tenor an sit de actis. ¶ Repetitio actorum an sit prorogatio. ¶Testamētum secundum insinuatum apud acta an habeat vim tollendi clausulam derogatoriam quæ erat in prima. ¶ Confirmatio actus in vltimis voluntatibus an oriatur per repetitionem, & an per eam alteretur status validitatis, seu inualiditatis actus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum coram Principe, seu Augusta cū duobus testibus valet.Intellige vt n.*2

3 *Princeps potest facere testamentum absque solemnitatibus, non tamen poterit institui hæres sine illis.*

4 *Donationes quæ fiunt prr Principem non insinuantur.*

5 *Domini inferiores an possint condere testamentum sine solemnitatibus.& n.*6.7.8.*&* 9.

10 *Cardinales æquiparantur Regibus,& subrogātur Præfecto prætorio.*

11 *Cardinalis an possit substituere maiori directē sicut* Miles,*& Princeps.& n.*12.

13 *Testamentum factum coram Episcopo,seu Vicario an valeat sine numero testium.*

14 *Consuetudo an sit admittenda quod testamenta possint fieri coram minori numero testium, quam septem.*

15 *Testamentum coram populo,in publico parlamēto,& consilio est validum absque testibus.*

16 *Aquila vxor* Signoroli *peste infecta fecit testamentum in via publica.*

17 *Testameneum eius qui stat in fenestra,& testes stant inferius an valeat.*

18 *Notorium facti transeuntis, & permanentis quomodo probetur.*

19 *Testamentum notorium quale dicatur,& an sit probandum.*

20 *Testamentū valebit absque solemni numero testium,si fiat coram iudice in actis iudicij,Debēt tamen interuenire saltem duo testes.n.*22.*et* 24. *& quomodo concordentur opiniones eorū, qui tenent nullos testes esse adhibendos.n.*25.*&* 26

21 *Publicatio voluntatis testatoris apud acta quomodo sit facienda,& an iudex debeat interponere suum decretum,& de obseruantia,quo ad cedulam institutionis insertam apud acta, tā sigillatam,quam apertam.*

23 *Testium præsentia an sit necessaria in actibus iudicialibus, & quid in actis alienis insertis inter acta iudicialia.n.*27.

28 *Probatio voluntatis reuocatoria testamenti coram testibus æquiparatur illi apud acta.*

29 *Mādatū procuratoris factum in partibus apud acta sine testibus an faciat fidem.*

30 *In donatione,quæ apud acta insinuatur,non est necessarium adhibere testes.*

31 *Testamentum carens legitimo numero testium an conualidetur,si fuerit repetitum,seu productum coram iudice.n.*34.*&* 35.

32 *Intellectus l.omnium.* C.*de testam. & n.* 37.*& an ad eam possit adaptari casus l. publicati.* C. *eod.tit.& n.*39.

33 *Repetitio actus an operetur, ac si nominatim & specifice fuisset ita dispositum.*

36 *In actu qui expeditur corā iudice nihil agitur*

CAPVT CCCXII.

VAlet testamentum factum coram Principe cum duobus testibus, † quasi illius præsentia suppleat omne ius positiuum, supra quod est Princeps *l. omnium. 9. C. de testam. Corn. consil. 200. colum. 11. lib. 1.* Prout etiam coram Augusta, & Regina, aut Principissa *Boer. decis. 228. n. 3.*

Istud tamen declaratur, vt non habeat locum quantum ad validitatem, & solemnitatem testamenti, † Nam circa hoc nullus testis erit necessarius, sed solum quo ad probationem, si enim negetur præsentia Principis, ad illam probandam sufficiunt duo testes; Nam æquiparatur Princeps actis, & testibus solemniter adhibitis, & plus operatur, cũ tale testamẽtum nunquam egeat adminiculo Prætoris, quia vbi est Princeps non solum ibi homines adstant, sed tota ipsa legalis philosophia concurrit ad testimonium perhibendum, vt bene explicat *Bald. in l. omnium. in princ. C. de testam. Specul. de instrum. editi. §. restat. n. 18. Fel. in c. 1. col. 5. in princ. n. 16. de fid. instrum. Couar. in rubr. de testam. p. 2. n. 2. Gomes. in c. 1. n. 137. de constitut. in 6. Guliel. Benedict. in c. raynutius. in verb. testamentum. il. 1. n. 17. de testament.*

Ob eandem rationem, idem erit dicendum in testamento ipsiusmet Principis actiue, † quod valebit, quamuis careat solemnitatibus. Quidquid aliud sit in testamento passiuè, quando videlicet esset institutus Princeps in minus solemni voluntate, quo casu non valeret *Castr. in l. si quis imperatorem. 6. n. 1. C. qui testam. facer. poss. & in l. ex imperfecto. n. 1. C. de testam. Menoch. consil. 423. n. 14. lib. 5.* Vbi loquitur de dispositione summi Pontificis Pij IIII. facta ad fauorem Anibalis de Altaemps, & Ceciliæ neptis, exemplo donationum, quæ non insinuantur, si fiant per Principes *Tiraq. de notabilitat. c. 37. n. 53. post Bald. consil. 300. lib. 2.*

Non tamen prædicta procedent in istis Dominis inferioribus, coram quibus non præsumitur adesse copia peritorum, † & multitudo personarum, quæ adest coram Principe, Ideo neque habebit locum dispositio *d. l. omnium. C. de testam.* vt declarat *Gomes. in c. 1. n. 137. de constit. in 6. post Bellam. consil. 1. col. 48. ad med. vers. primo cum quæritur. n. 36. Socin. Iun. consil. 138. n. 4. lib. 1.*

Verum secundum aliam opinionem etiam isti Domini inferiores, † qui saltem de facto non recognoscunt superiorem, vel obtinent iura Principis in eorum dominio, aut saltem habent potestatem legis condendæ, possent habere priuilegium concessum Principibus supremis circa testamenta iuxta dispositionem *d. l. omnium.* Quasi † tales non ligentur legibus in suo territorio, & ideo non teneantur seruare solemnitates legum, cum ipsi habeant auctoritatem legis condendæ, prout concludit *Bal. in l. sancimus. 34 col. 2. ad med. vers. recordor. n. 5. in fi. C. de dona.* Vbi loquitur † de quodam testamento condito à Domino Castri de familia Vrsinorum, super cuius validitate consuluerunt *Bart. & Franc. de Tigrinis*, Quorum etiam meminit *Alex. cõs. 157. viso instrumẽto. col. 2. in fin. n. 7. lib. 2. & in l. omnium. in fin. n. 8. C. de testam.* & ibi *Ias. col. vlt. post princ. vers. ad idem facit illud. n. 15. Idẽ Ias. in l. centurio. col. 2. ante med. n. 8. vers. ista sua decisio. ff. de vulg. et pupill. substit. Guliel. Benedict. in c. rainutius. in verb. testamentum. il 1. n. 19. vers. ad hoc facit. et n. 20. vers. octauo fallit. de testam. Corn. consil. 200. col. 1. ad med. vers. et alias ibidem. lib. 1. Dec. consil. 516. quoniam causa n. 5. et 4. Card. Mantic. de coniect. vlt. voluntat. lib. 6. tit. 1. in fin. n. 39.* † Quasi gesta à talibus in terris suis iudicentur, ac si à summo Principe, aut Imperatore facta essent *Bart. in l. relegati. de pœnis. cum alijs per Alex. consil. 15. visis narratis. n. 4. lib. 5. latè Mãdos. ad Roman. consil. 59. in verb. non recognoscunt.*

Idem etiam posset dici de testamento facto coram Cardinalibus, cum tales æquiparentur Regibus *Bald. † in l. 1. et in l. ad similitudinem. C. de episc.*

epist. & cleric. Subrogantur enim Præfecto prætorio, quorum loco sunt hodie Reges *Glos. in l. 1. in princ. ff. de offic. præt. & in l. episcopali. C. de episcopal. audient.* Ias. in *l. centurio. col. 2. ante med. vers. vltra tradita. n. 7. ff. de vulg. & pupill.*

11 Vbi concludit, † licet sub dubio, quod sicut miles, vel Princeps, aut Dominus alicuius terræ, quamuis non sit de ordine militari, potest substituere maiori directe, Ita etiam Cardinales, qui testando gaudent priuilegijs militum, quasi militent in sacro concistorio Papæ, & æquiparentur Regibus, & Principibus *Idem Ias. in rubr. de vulg. & pupill. in fin. vers. tu autem adde. n. 9.*

12 † Vbi etiam quod ita consuluit *Bald. in cons. incip. in primis videndum est an ius fideicommissi. quod est consil.* . . . Quæ tamē non sunt ita indistinctè firmanda, & alibi Deo dante

13 dicam *in capite particulari.* † Et de testamento facto coram Episcopo, siue eius Vicario, quod valeat sine numero testium *Boer. decis. 228. n. 3.* licet ibi præsupponatur consuetudo loci *Vital. in clem. sæpe §. si tamen. ad fin. n. 12. de verbor. si-*

14 *gnif.* † Quasi valeat consuetudo conficiendi testamentum coram minore numero testium, quàm septem *Ias. in l. cunctos populos. n. 38. C. de sacros. eccles. Boer. decis. 228. n. 6.* latè *Rimin. Iun. cons. 56. n. 25. lib. 1.*

Ex prædicta ratione multitudinis hominum, & notarij concludunt Doctores, quod valebit etiam testamentum factum coram populo in

15 publico parlamento, † seu consilio absque solemni numero testium, cum in eo ratione notorietatis non sint necessarij aliqui testes, quasi videatur superfluum testimonium priuatum, vbi adsunt publica documenta *Glos. in l. 1. C. de his qui in eccles. manumit. Specul. de instrum. edit. §. restat. n. 18. Ias. in l. omnium. n. 15. ad med. C. de testam.*

Quod etiam erit in testamento facto in foro publico, prout fecit Aquila vxor Signorolli de

16 Homodeis, † quæ cum esset peste affecta, & idcirco non posset habere testes sufficientes in numero ad testandum, fecit se asportare iuxta domum in viam publicam, vbi testamentum condidit *Ias. in l. fin. col. 2. ad med. vers. contrariam opinionem. n. 4. C. de testam. Boer. decis.*

17 *228. col. 6. ad fin. n. 10.* † vbi etiam de testatoribus, qui ponunt se in aliqua fenestra, & testes stant inferius, vt audiant eius voluntatem *Barbat. cons. 58. lib. 1.*

In huiusmodi tamen notorio tanquam facti transeuntis requirerentur duo testes ad illud pro-

18 bādum, quatenus negaretur, † Quidquid in notorio facti permanentis aliqua probatio non sit necessaria, tanquam hoc sit manifestum per rei euidentiam, quæ semper se oculis omnium exhibet *Glos. in c. quæ manifesta. 2. q. 1. Bald. in l. ea quidem. n. 44. C. de accusat.* Vnde dicti duo testes non solum probabūt notorietatem testamenti, sed etiam eius veritatem, & tenorem, nisi enim probetur substantia, & veritas, non potest probari eius qualitas, scilicet notorietas, quasi impossibile sit intelligere accidentia extra subiectum, cum sine eo qualitas stare non pos-

19 sit, † Ita in specie de testamento notorio benè declarat *Bald. in l. omnium. in princ. C. de testam. Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. testamentum. il 1. n. 17. vers. sexto fallit. eod. tit.*

Sequitur etiam ex prædictis, quod valebit testamentum absque solemni numero testium, si fiat

20 coram † quocumque iudice in actis iudicij, qui actus sunt fortiores, quàm qui illi celebrantur extra iudicium, quasi color iudicialis multum operetur, cum etiam apud acta iudicij videatur adesse multitudo personarum; Vnde testamentum erit quodammodo notorium, quod faciet, vt superfluum iudicetur priuatum testimonium, cum publica documenta sufficiant; Vltra quod etiam cessat omnis timor falsitatis, quando actus geritur publicè coram iudice. Ita per prædicta, & similes rationes concludunt *Doctor. in l. omnium. vbi Ias. n. 15. Alex. n. 4. C. de testam. Bald. in l. pacta nouissima. in prin. & ibi Castr. n. 4. C. de pact. Felin. in c. quoniam contra. 11. n. 12. & 13. col. 7. & 8. de probat. Riccard. de Malumbr. Cyn. & alij per Guliel. Benedict. in c. rainutius. in verb. testamentum. il 1. n. 18. vers. septimo fallit. de testam.*

Qualiter autem fiat ista publicatio voluntatis apud acta, & an Iudex debeat interponere

21 suum decretum, † & auctoritatem, & quid in cedula institutionis apud acta inserta, tam sigillata, quam aperta, & in similibus casibus quomodo sit faciendum, & qualiter practica, vel obseruantia procedat, multa adducit *Bellam. cons. 1. col. 48. & 49. n. 36 q. 1. Bart. in l. omnium. in fin. C. de testam. & ibi Corn. n. 10. Clar. in §. testamentum. q. 56. ad fin. vers. est etiam alius casus. n. 7.*

Dubium tamen est, an huiusmodi testamentum apud acta valeat absque testibus, quasi sufficiat notarius, & Iudex, ex regula generali, quod

22 acta iudicialia non requirunt testes; † Et quidem omissa disputatione ad partes, breuiter concludendum est, quod requiruntur duo testes; Nam licet in his, quæ sui natura explicanda sunt in iudicio, vt actus iudiciales, non sit ne-

23 cessaria testium † præsentia *c. quoniam contra. de probat. vbi Felin. n. 12. & 13.* Tamen in testamento, quod sui natura non venit explicandum in iudicio, remanet regula, quæ habet, quod in actis notarij debent interesse testes, qui deponant de loco, & tēpore opportuno *§. oportet autem. auth. de testib.* Maxime in testamentis, in quibus iura voluerunt adhiberi maiorē solemnitatem, quam in alijs actibus extraiudicia-

24 libus propter magnitudinem præiudicij. Ita † in specie concludit *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. col. 2. post princ. vers. tu dic quod aut talis scriptura. n. 4. in fin. & in l. pacta nouissima. 12. n. 1. C. de pact. vbi Ias. in 4. notab. n. 10. in princ. Castr. n. 3. ad fin. Alex. n. 3. Bald. in l. sancimus. 27. n. 4. vers. item nota hic quod illud. C. de testam. Dec. in c. in præsentia. 11. col. 9. in fin. vers. secundo ad idem allegatur. n. 19. de probat. Bart. in l. omnium. n. 1. vbi Alex. col. penult. in princ.*

vers. vtrum autem requirantur. n.4. Ias. n.8. Salic. n.7. C. de testam. Gulel. Benedict. in c. raynutius. in verb. testamentum. il 1. n.19. eod. tit.

Verum est, quod contrariam sententiam tenet 25 *Castr. in d. l. omnium. n.3. C. de testam.* † vbi, quod acta habent vim tot testium, qui alias debent interuenire, Vnde etiam valebit tale testamentum sine testibus *Felin. in c. quoniam contra. col.8. ad med. vers. item pro hoc vide. n.12. de probat.* vbi allegat etiam *Fulgos. in d. l. omnium. & ibi Add. ad Bart. in verb. coram iudice. Rimin. Iun. in §.1. instit. de donat. n.338. Honded. cons.16. n.5. 27. & 29. lib.1.*

Pro concordia tamen posset dici, quod quando notarius actorum rogatur à partibus simpliciter, 26 & † tunc procedat opinio, quod testes requirantur, quasi tunc censeatur rogatus simpliciter vt tabellio; Aliud si notarius scriberet de commissione iudicis expressa, vel tacita, nam hoc casu videtur rogatus tanquam notarius actorum propter auctoritatem iudicis, adeo vt actus etiam alienus ab actis recipiat fomentum, 27 & robur, † & probetur etiam sine testibus, si inter acta inseratur *l. sancimus. C. de testam.* vbi ad probandam voluntatem reuocatoriam testamenti partificantur, quod testator declarauerit voluntatem suam coram tribus testi- 28 bus, † vel apud acta, & ita in specie distinguit *Dec. in c. quoniam contra. col. 9. ad fin. vers. concludendo tamen pro resolutione. n. 19. de probat.* & prædictam distinctionem sequitur *Mandos. ad Lap. alleg. 81. in verbo. quoniam. in fin.* Vbi, quod fuit resolutum per *Rot. coram Thom. de Tan. Vlisbonen. emphy-* 29 *teotici contractus.* † quod mandatum procuratoris factum in partibus apud acta sine appositione testium non faceret fidem, nisi fieret præsente iudice, qui mandauit scribi in actis, & ita etiam declaratur opinio *Aret. in d. c. quoniam contra. de probat.* prout ibi etiam explicat *Felin. col.8. post princ. vers. & hoc intellige dummodo præsente iudice. n.12.*

Ideo etiam in donatione, quæ apud acta insinuatur 30 non est necesse adhibere testes, † Nam gesta, & acta publica sufficiunt, prout in similibus actibus talem esse mundi consuetudinem testatur *Bald. in l. donationibus. 31. in princ. & in fin. C. de donat.*

Obseruandum tamen est, quod non sufficeret tale testamentum carens legitimo numero testium 31 fuisse repetitum, † seu productum coram iudice; quasi tunc huiusmodi actus non dicatur gestus coram eo, cum productio, seu repetitio non producat nouum actum, Quia dispositio, 32 & forma tradita *in l. omnium. C. de testam.* † requirit, vt fiat apud acta coram iudice, alias si extra acta voluntas reducatur in dispositionem, non sufficit, quod postea per productionem, aut repetitionem fiat de actis iudicis, aut iudicij, cum enim sit alibi factum, & insinuatur in actis, debet habere originalem solemnitatem, nam si non tenet principale, neque valebit insinuatio; Ideo in eius confectione requiruntur septem testes, licet in hac publicatione, ad effectum, vt de ea fiat scriptura publica, per quam probetur publicatio, & insinuatio, essent necessarij tres testes, vel saltem duo, iuxta opinionem *Salic. in l. omnium. 19. col.1. in fin. vers. ego credo sic dicendum. n.7. post Bart. ibi n.4. Bald. n.3. Alex n.4. Castr. col.1. vers. quidam autem non fatentur. n.3.* Et seruat *Rot. coram R.P.D. Iusto. Romana hæreditatis. 11. decembris. 1606.*

Nec facit, quod repetitio operetur, ac si nomina- 33 tim, & specifice fuisset ita dispositum, † quasi expressum dicatur, quod inducit virtus subintellectæ repetitionis, seu quod illius virtute venit *Aym. cons. 135. n. 17. Menoch. cons. 124.* 34 *n. 61. lib. 2.* † Vnde quando testator petit publicari testamentum iam factum, de nouo videtur testari in actis, & sic repetitio ista dicetur dispositio reiterata prius facta, perinde ac si de nouo fieret, & non secus ac si testator diceret in actis se disponere de bonis suis ad fauorem hæredis futuri ab intestato, seu ex testamento *Fulgos. in l. publicati. vbi Corn. in fin. n. 20. C. de testam.*

Quia prædicta procedunt, quando quis vellet re- 35 petere testamentum inutiliter factum, † vt de nouo vtiliter faciat, tunc enim vel illud faciendum est in alio actu valido, vel coram iudice profitendo se facere actum iudicialem, & petendo actum iam factum confirmari, Nam tunc est actus nouus, perinde ac si omnia rite, & solemniter peregisset, Aliud erit quando fuissent seruata tam à parte, quam à iudice ea, quæ sunt necessaria ad productionem tantum, vtendo solum instrumento, prout confectum fuit, quæ tanquam extranea à contractu, vel instrumento iudiciali non operabuntur, quando videlicet pars esset citata, tunc enim agitur potius cum parte, quàm cum iudice solum, præsertim si citatio contineret clausulam ad videndum mandari afficere, quod non requiritur in faciente scripturam, & instrumentum iudiciale, maxime in testamento, quod in totum dependet à voluntate testatoris absque aliqua iudicis interloquutione *Ang. in l. omnium. n.3. vers. ego ad-* 36 *do aliud. C. de testam.* † vbi concludit, quod in actu, qui expeditur coram iudice, nihil agitur cum parte, nec illius præsentia est necessaria, ista enim fieri solent ab eo, qui vult producere, vel repetere iura, quæ iudex admittit, & 37 mandat afficere, & hi non sunt termini† *d. l. omnium. C. de testam.* prout distinguit in specie *Rot. coram R.P.D. Iusto. Romana hæreditatis. 11. decembris. 1606.* Vbi colligit istam differen- 38 tiam ex modo procedendi, † prout ex eo regulariter colligitur *Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. n.12. ff. pro socio. Ias. in l. si fundum sub conditione. §.1. in 1. notab. ff. de legat. 1.*

Et facit, quia materia *l. publicati. C. de testam.* 39 non potest adaptari ad casum †*l. omnium. C. eod. tit.* Nã quilibet actus publicus indiget publica persona, à qua possit publicari, sicut est notarius, vel iudex; si enim sit testamentum coram tabel-

tabellione requiruntur septem testes, quando vero fit coram iudice procedit dispositio *l.omnium.C.de testam.* † Et primus actus publicatus à notario dicitur publicus, & authenticus, Alius vero appellatur iudicialis *Salic.in l.cōparationes.n.12.C.de fid.instr.* Quare si de aliquo actu rogatus est notarius, & publicauit, non est amplius agendum de publicando actu coram iudice *Ias. in l. publicati. in princ. C.de testam.* Sed si pars aliquid producit ad effectum iudicij vel alium in manibus notarij actuarij iudicis, & postea citat partem ad dicendum contra iura producta, & repetita, & iudex admittit, tunc scriptura dicitur esse in actis, & de actis, illa tamen remanet authentica, & publica, vt prius erat, non autem fit iudicialis, alias omnia instrumenta producta, vel repetita coram iudice transirent in instrumenta iudicialia, quod non est dicendum. Et ideo Iudex interponit decretum suum, & admittit si & in quantum, & mandat restitui dimissa copia collationata, quæ non restituerentur, si transissent in scripturam iudicialem, & restitutio ostendit, quod illa remansit illius notarij, à quo fuit publicata, & ab eo danda est partibus petentibus in publicam formam, non autem ab actuario, à quo solum datur instrumentum productionis, vt late omnia prædicta explicat *Rot. coram R. P.D.Iusto Romana hæreditatis 11. decembris. 1606. & coram Card. Pamphilio Romana census.4.decembris 1595.*

40

41

Ideo etiam perempta instantia omnia acta, quæ perierunt renouantur per repetitionem; † non tamen huiusmodi acta repetita recipiunt nouam solemnitatem deficientem, sed remanent in eodē statu validitatis, seu inualiditatis; ita vt neq; terminus productionis dicatur operari effectū solitum confessionis, † quando instrumentum productum caret solennitate debita, tunc enim non sufficit veritas ex productione resultans *Bald.in l.alia.8.col.penul.in princ.vers.attēde hic.n.3.C.de his quib.vt indig.* † Vbi quod si cōfiteor me nudo pacto promisisse, ex ista cōfessione non oritur actio, cum qualitas facti non tendat ad agendum, prout si confiteor, quod testator fecit testamentum non solemne, † vel quod postea apparet non solemne, non enim mihi præiudico *Felin.in c.cum venerabilis.6.col.10.post princ.vers.intellige dupliciter.de except.*

42

43

44

45

Neque obstat opinio eorum, qui volunt, quod si quis confitetur vera esse ea, quæ continentur in quodam instrumento, † sibi præiudicat, constito quod tale instrumentum non est solemne, licet enim instrumentum non sit sufficiens ad probandum, tamen confessio rata manet etiam si dicta confessio non fiat absolute, sed per relationem ad instrumentum, nam hic veritas est tam in instrumento, quam in confessione, solemnitas vero est in confessione, licet non in instrumēto, ergo valet confessio argumento *l.1.§.debitum de constit.pecun.* & in specie concludit *Innocent.in c.cum venerabilis. de exceptionib.*

46

Quia hoc debet intelligi, quando solemnitas respicit instrumentum, † sed non respicit negotium principale, nam si confiteor instrumentum esse verum, quod caret die, & consule, mihi præiudico, quia ex vi confessionis adiuncta cum scriptura, talis scriptura habetur pro publica, & solemni *auth.ad hæc.C.de fid.instrum.* Si autem confiteor testamentum † non solemne esse verum, mihi non præiudico, quia tunc ad essentiam rei non sufficit veritas sine solemnitate *l.si veritas. C.de fideicommiss.* & ita prædicta declarat *Bald.in l.alia causa.8.n.4.C.de his quibus vt indign.* † Quamuis etiam iuramentum interuenerit in huiusmodi confessione *Addit. ad Bald. in d.l. alia causa. in verb. actio Felin. in c. cum venerabilis. 6.n. 26. col. 10.ad med.vers.amplia hoc vltimum.de exception.*

47

48

49

Ex istis colligitur, quod talis repetitio non alterat statum validitatis, seu inualiditatis actus iam facti, † neque addit solemnitatem deficientem; Quidquid alias instantia perempta possit de nouo innouari repetendo vnico momento omnia acta *Bart.in l.si à te.de except. rei iudic.Marian.in c.venerabilis de iudic. Ang.in auth.si tamen. in princ. C. de temporib. appell. Abb.in c.fin.de probat.* † Quamuis ista non sit proprie prorogatio per *l. si manente. ff. de præ-tor.* sed est inchoare de nouo *Imol. in c. de causis.de offic.deleg.* Declarando dummodo præsēte, † & consentiente iudice hoc fiat *Fulgos. in l.properandum.de iudic.* quem sequitur *Felin. in c.venerabilis.20.col.4.ad med. vers.quarta declaratio.n.12.eod.tit.*

50

51

52

Colligitur etiam ex prædictis, quod per repetitionem oritur confirmatio actus in vltimis voluntatibus, † quasi confirmans de nouo faciat, maxime quando dependet à mera voluntate confirmantis; intelligendo, vt procedat in repetitione eiusdem voluntatis in actu valido ordinato ex se ad illum effectum, quando videlicet inutiliter est factum legatum, quod postea repetitum est in codicillis; † Huiusmodi enim legatum remanet validum in codicillis, non in actu prius facto *l. legata inutiliter 19.ff.de legat.1.* Quod tamen non erit in casu supradicto repetitionis, & productionis testamenti apud acta, vbi agitur, quod voluntas remaneat valida in actu prius facto, & restituto qui caret solemnitatibus, † quod non potest esse, cum sit diuersum repetere, quod factum est in aliquo instrumento inualido per aliud instrumentum validum, quasi hoc casu sit de nouo facere actum adhibitis solemnitatibus, quod non est in eo, qui vult repetere aliquid in actis iudicis, vt fiat de actis, hoc enim non supplet solemnitates deficientes in actu, sed solum datur illa vis, quam potest dare productio, scilicet, vt dicantur approbata, & confessata contenta in scripturis productis iuxta *consil. Roman.194.hæc confessio col.1.* † quod ita intelligendum esse declarat *Rot.coram R. P. D. Iusto Romana hæreditatis 11. decembris 1606. vers. non obstat quod repetitionem,* vbi etiam addi-

53

54

55

56

additur hoc idem esse in effectu cum eo, quod
57 sæpe per *Rotam* fuit decisum, † videlicet, iura producta esse de actis, sed non eorum tenorem, iuxta opinionem *Innoc. in c. cum in iure. 31. in fin. n. 6. de offic. deleg.*

Sequitur etiam ex prædictis, quod quando insi-
58 nuatur donatio in actis iudicis, † non est noua donatio, quamuis enim insinuare sit facere donationem, Tamen hoc est quia tunc perficitur, cum sit necessaria insinuatio, & postquam est insinuata, supplctur omnis solemnitas probatoria, non tamen fit ad substantiam validandam, neque enim tunc potest negari illum actum fuisse factum, prout factum fuit *Canar.*
59 *de insinuat. p. 1. q. 18. n. 34. to. 6. p. 2. fol. 276.* † Nã insinuatio nil aliud est, quã ipsam donationem redigere, seu eam intimare, vel publicare apud acta iudicis, vel ipsam donationẽ facere apud acta iudicis præsentis, & auctorantis *Alex. cõs. 157. viso instrumento. in princ. n. 2. lib. 2. Rim. Iun. in §. 1. n. 95. institut. quibus alien. licet vel*
60 *non.* † Vbi quod idem est registratio & insinuatio, vt per *eumdem Rimin. in §. 1. n. 152. instit. de donat.* Vbi etiam quod magis proprie loquẽdo insinuatio est redactio donationis apud acta iudicis *Cuman. in l. modestinus. ff. de donat. Bal. in l. illud. col. 2. C. de sacros. eccles.*

Vltimo etiam colligitur, quod scriptura, ac instrumentum in actis productum, vel insinuatum à testatore non habet maiorem vim, & efficaciam
61 aut expressiorem illius voluntatem, † Vnde est dubitabilis opinio illorum, dum volunt, quod secundum testamentum insinuatum apud acta habeat vim tollendi clausulam derogatoriam, quæ erat in primo; Etenim conficere testamentum apud acta non operatur plus, quam coram septem testibus, & tamen si secunda voluntas reuocatoria primæ fieret coram septem testibus, non tolleretur prima habens clausulam derogatoriam, nisi de ea esset facta mentio *Alex.*
62 *in l. sancimus. 27. n. 6. C. de testam.* † Vbi quod ista opinio est verior in puncto iuris, Quidquid *Bal. Castr. Fulgos. & Corn.* contrarium sequãtur, quorum sententiam etiam dubitabilem dicit *Rot. corã R. P. D. Iusto Romana hæreditatis. 11. decembris. 1606. in fin.* Quod etiam voluit *Guliel. Benedict. in c. raynutius. in verb. testamentum. il 2. n. 20. vers. idem esset & tertio. de te-*
63 *stam.* Et contra *Bal. et alios* late concludit *Ias. in l. omnium. col. penul. in princ. n. 12. ad med. vers. puto quod iste. & in l. sãcimus. col. penul. in prin. vers. tertio limitat. n. 14. C. eod. tit.*

Neque obstat non esse verisimile, quod testator voluerit fallere Principem, iudicem, & publicas personas, Quia cum non tractetur de eorum interesse, non cadit ista præsumptio deceptionis;
64 Maxime quia præsentia Principis, † aut Iudicis bene facit, quod testamentum valeat non obstante defectu testium, in hoc enim supplet quo ad numerum, dum modo tamen alia non obsint Nam in reliquis impedimentis nihil operatur, Vnde nec aliquid efficeret dicta præsentia quando in primo testamento adesset clausula derogatoria, per quam impeditur derogatio primi *Ias. in d. l. sancimus. n. 14. in 3. limit. & ibi Alex. n. 6. C. de testam.*

Adde tamen quod *Menoch. præsumpt. 166. n. 53.*
65 *in fin. vers. & hæc quidem opinio. lib. 5.* † tenet, quod per secundum testamentum apud acta colligitur sufficiens coniectura derogationis primi continentis clausulam derogatoriam, prout etiam de communi testatur *Clar. in §. testamentum. q. 99. in fin. vers. vlterius scias. n. 1.* quod etiam prius voluit *Roman. cons. 179. amplissime. col. penult. ad fin. vers. tertio & vltimo. n. 21. Natt. in auth. hoc inter liberos. n. 47. C. de testam. Scala Patauinus de contract. & vlt. volunt. composit. ad concilium sapient. c. 13. in fin. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 8. n. 24. vers. decimo deducitur.*

Sed multi ex *Doctoribus allegatis per Menoch.*
66 non probant † Nam *Socin. in l. si mihi & tibi 12. §. in legatis. ad fin. versic. septimo infertur. n. 13. ff. de legat. 1.* nihil concludit, sed remittit se ad *Alex. in l. sancimus. C. de testam.* qui contrarium sequitur.

Couarr. in rubr. de testam. 2. p. col. 22. in fin. vers. de
67 *cimo sexto ex eadem. n. 11.* † nihil firmat; Immo allegat hinc inde auctoritates, & vltimo refert opinionem Doctorum, qui tenent non esse derogatum primum testamentum, cum qua sententia tanquam vltimo loco relata videtur residere.

Ias. in l. sancimus. n. 14. C. de testam. tenet cõtrariũ quod non sit sublatum primum habens clausu-
68 lam derogatoriam, † quamuis secundum fiat apud acta, prout latius concludit *Idem Ias. in l. omnium n. 12. C. de testam.* Et quamuis *Card. Mantic.* dicat *Ias.* esse sibi contrarium, Tamen semper defendit istam opinionem, licet per alias rationes, quã per eas, quas adducit *Alex.* cui contradicit quo ad rationes, non autem quo ad punctum principale quæstionis.

Rum. in l. si mihi & tibi. col. vlt. ante med. vers. &
69 *alijs etiam modis. n. 30. in fin. de legat. 1.* † nihil firmat, sed dum facit mentionem de limitationibus adductis per *Bald. in d. l. sancimus.* an bene loquatur nec ne, refert se ad *Aelx. & Soc.* qui vt dictum est supra, contrarium sequuntur.

Rapha. Fulgos. l. sancimus. n. 2. vers. iam & tertio
70 *C. de testam.* † etiam de prædicta sententia dubitat, Ideo ex istis apparet non esse tutum recedere ab opinione prius firmata, quidquid alij contrarium sentiant.

EPITOME.

NOmen hæredis strícte an comprehendat solum liberos tam de iure ciuili, quam iuxta communem vsum loquendi. ¶ Legitimi hæredes qui proprie dicantur. ¶ Et an conditio si quis decesserit sine hæredibus legitimis debeat intelligi de filio, & alio ex suo corpore descendente, vel de hæredibus successionis in contractibus, & in vltimis voluntatibus, & vbi fit mentio de eis dispositiue, seu conditionaliter

liter

liter. ¶ Et quid si apponatur iuueni apto ad generandum, vel seni. ¶ Verba in substitutionibus, de iure succedentes, an idem significent, quod legitimi hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si quis decesserit sine hæredibus legitimis, an intelligatur de filio. & alio ex suo corpore descendēte, vel de hæredibus successionis, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, tam vbi sit mentio dispositiue, quam conditionaliter. & n.2.13.16.19.20. & 21.*

3 *Conditio, si sine hærede legitimo apposita iuueni apto ad generandum, debet intelligi de liberis, secus si apponatur seni.*

4 *Hæres legitimus, & naturalis, & communis, de quo intelligatur.*

5 *Verbum, hæredes, appositum in substitutionibus, non significat alios, quam descendentes, secus in contractibus. & n.8.*

6 *Rarò cōtingit, quod quis decedat sine hærede extraneo, cum quis postremo habeat fiscum. n.7.*

9 *Nomen hæredis strictè an comprehendat solum liberos tam quando est in singulari, quā in plurali. n.10. & secundū cōmunem vsum loquendi. n.11. Quidquid aliud sit de iure ciuili. n.12.*

14 *Verba in substitutionibus, de iure succedentes idem significant, quod legitimi hæredes. & n.15.*

17 *Legitimi hæredes an proprie sint, qui a lege vocantur, non qui à testatore.*

18 *Inuestitus solum pro legitimis hæredibus, & naturalibus, intelligitur tantum pro hæredibus ab intestato.*

22 *Vsus communis loquendi attenditur.*

23 *Præsumptiones ad cognoscendum quando veniant in conditionibus solum hæredes sanguinis, non extranei.*

24 *Mulier excedens annum quinquagesimum non est apta ad generandum.*

25 *Probatio ætatis est difficilis.*

CAPVT CCCXIII.

Conditionem, si quis decesserit sine hæredibus legitimis, Dixi in casu, de quo agebamus intelligi de filio, † vel alio ex suo corpore descendente, cum conditio habeat se ad esse, vel non esse, & si intelligeretur de hæredibus successionis, semper haberet locum, quia nunquam quis decedit sine hærede, vnde ne recedatur à coniecturata mente defuncti, legitimi dicentur filij, quidquid aliud sit in contractibus, in quibus verbum, hæres, directò omnes succedentes significat, ita concludit *Guid. Pap. decis. 457. mater filium. n. 1. & 2.* Vbi, quod sic fuit decisum in camera consilij illius parlamenti, & sequuntur *ibidem Matthæus, & Ranchinus* tanquam opinionem magis probabilem *Gabr. de verb. signific. conclus. 2. n. 12. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. solut. 11. n. 38 fol. 290. & lib. 3. solut. 5. interpret. 1. dubit. 4. n. 8. fol. 196.* Vbi, quod in iudicando nefas esset recedere à iudicio integerrimo d. parlamenti *Idem Sim. de Prat.* latius *d. solut. 5. n. 12. vsque ad n. 15. f. 197.* vbi dicit hanc opinionem veriorem,

2 Intelligendo † contrarium sequentes, quando fit mentio hæredis legitimi dispositiue, & non conditionaliter in institutione, vel substitutione, idem sequitur *Bertrand. cons. 1. col. penult. lib. 6. Greg. Tholos. sintagm. iuris. lib. 45. c. 9. n. 1. & 2.* & decisionem *Guid. Pap.* approbat *Aym. cons. 38. n. 4.* & fuit originalis opinio *Cuman. in l. ex facto. §. fin. ad trebell.* quem sequitur *Bero. cons. 69. n. 9. lib. 1. Roland. cons. 67. n. 28. & n. 29. ad med. vers. prout in simili. lib. 1. Paris. cons. 30. n. 10. lib. 2. Socin. Iun. cons. 112. n. 9. lib. 2.* Quod etiam voluit *Dec. cons. 293. in testamento. in fin.*

3 vbi † distinguit an ista conditio, si sine hærede legitimo, sit apposita iuueni apto ad generandum, quia tunc intelligitur de liberis, cum aliud sit, quando apponeretur seni, & valetudinario, & non habili ad procreandum, tunc enim ex coniecturata mente defuncti dicendum est de liberis non fuisse cogitatum, ideo etiam hæredes extranei venirent, vnde ex hoc colligitur, quod etiam *Dec.* tenet hanc opinionem, quam etiam approbat cum d. distinctione *Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. p. 1. n. 172. ad senatusconsul. trebell.*

Addunt multi *Dec. cons. 594. viso testamento. n. 1.* Sed ibi vltra dictionem hæredes legitimi, aderat

4 etiam dictio, naturales. † Alij etiam addunt *Cuman. cons. 126. proponitur. in princ.* Sed ibi loquitur de hæredibus legitimis, & communibus. Allegatur etiam *Goz. ad. cons. 26. n. 30.* Sed loquitur in feudis, & in diuersa materia.

Et facit, quia in vltimis voluntatibus verbum, hæredes appositum substitutionibus, non signi-

5 ficat alios, † quam descendentes quidquid aliud sit in contractibus, & in legibus, vt late declarat *Bald. in c. 1. de natur. success. feud. n. 2. Georg. Natt. de statut. q. 4. n. 119. tom. 2. fol. 261.* late *Dec. cons. 293. in testamento n. 1. & 5.* vbi, quod istam conditionem interpretamur de filijs, & liberis, quia si de extraneo hærede intelligere-

6 mus, † esset quodammodo impossibilis, quasi de raro contingat, quod quis non habeat hæredem extraneum, cum etiam hoc sit ex communi vsu *Corn. cons. 272. n. 3. lib. 4. Aym. cons. 38. n. 1. & 4. Guid. Pap. decis. 501. n. 1.* cum etiam

7 quis † postremo habeat hæredem fiscum *Menoch. præsumpt. 130. n. 25. lib. 4.* Maxime, quando non fuit hoc appositum in dispositione, sed in conditione, vt bene declarat *Castr. cons.*

8 *453. ego paulus. ad med. lib. 2.* † Quando præsertim nulla adest dictio vniuersalis, omnibus, vel similis *Roland. cons. 88. n. 14. lib. 2. Ias. in l. gallus. §. & si parente. n. 19. de liber. & posth. Anchar. in c. canonum statuta. n. 381. de con-*

9 *stitut.* † vbi stricte sumendo nomen hæredis, solum comprehendit liberos *Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. par. 4. n. 166. vsque ad n. 170 ff. ad senatusconsul. trebell.* vbi de magis recepta opinione testatur *Odd. de substit. compendios. partic. 6. q. 2. p. 1. vers. quo ad primum. fol. 187.*

Franc.

10 *Franc.decis* 13.*n*.15. † Quæ interpretatio procedit siue fuerit dictum in singulari de hærede, siue in plurali de hæredibus, quia in vtroque casu intelligitur de hæredibus sanguinis *Menoch præsumpt*.130.*n*.25.*lib*.4.contra *Alciat.in l.gallus.§.etiam.in* 2.*lect.n*.30.*de liber. & posth.*

Et secundum vsum loquendi, qui debet attendi, verbum, hæres, sumitur pro filijs descendenti-

11 bus,† & hæredibus sanguinis *Grat.cons*.55.*n*.9. *lib*.1.*Natt.cons*.128.*n*.2 & 3. Vbi, quod hic est sensus vulgi, licet de iure ciuili hæredes sint,

12 qui alicui in vniuersum ius succedunt † *Salic. in l*.2.*q*.2.C.*de iur. emphyt.*

Contrarium, quod vbi ab homine fit mentio de hærede legitimo,intelligatur de herede ab intestato, etiam in substitutionibus † tenet *Alex.in*

13 *l.ex facto*. 17. *§.vlt.incip.si quis ita.in fin. vers. putarem esse verum.ff. ad trebell.* vbi, quod ita est tenendum, quamuis *Raph. ibid.* dicat periculosum esse in hoc iudicare, & opinionẽ *Alex.* approbat *Ruin. cons*.158.*n*. 6. *lib*. 3. vbi, quod

14 idem erit, † quando dicerentur in substitutione de iure succedentes, cum hæc verba idem significent,quod legitimi hæredes *Idem Ruin.cons.* 174. *n*.6.*col*.3.*in princ.lib*.2. *Alciat. cons* 98. *in princ.tom*.3 *lib*.9.*f*.237.vbi simpliciter sequitur *Alex in d.l.ex facto.§.fin.* vbi idem tenet *Rip. col*. 3. *in princ. vers.sed quid si dictum sit. n*. 9. adducens etiam *Socin.cons*.56.*col*.9. *lib*. 4. *alias est cons*. 12.*præsens consultatio.col*. 3.*in princ.n*.

15 4.*lib*.3. † vbi idem dicit,quando essent substituti succedentes de iure, qui legitimi hæredes dicuntur. Idem voluit, & de communi testatur *Peregrin. de fideicommiss.art*.31. *n*.49. *vers.attamen communis.fol*. 290. vbi indistinctè tam in

16 dispositiuis, quàm cõditionalibus tenet,† quod veniant hæredes, quia coniectura suadet, vt testator prætulerit substituto extraneo, non solum descendentes, sed etiam legitimos hæredes ab intestato; Maxime cum à proprietate verborum non sit discedendum, Idem sequitur *Card.Mantic.de coniectur. vlt.volunt. lib*.11.*tit*.1.*in fin.n*.10.*Menoch.cons*.102.*n*.59. & 60.*lib*.3.Vbi allegat etiam *Claud.Aquens.in d.l.ex facto.§.fin.n*.1 *ff.ad trebellian.*

Et confert regula generalis, quod legitimi hære-

17 des proprie sunt qui à lege vocantur, † non qui à testatore *l*.1.*de suis & legit. l*.1. *C.eod.tit. l*.4. *§.de illo.ff.pro soc. l*.1. *circa princ. de legit. tut. Alex.cons*.56.*n*.4.*lib*.2. vbi, quod inuestitus solum pro legitimis hæredibus, & naturalibus,

18 intelligitur † solum pro hæredibus ab intestato *Dec.in l*.1.C.*quand.non peten.part.& ibi Cagn. n*.3.*Abb.cons*.3.*n*.4.*col*.5. *post med. vers.sed vbi poneretur. lib*. 2. cum alijs latè per *Rebuff. in l.lege obuenire*.131. *col*.2.*post princ. vers. igitur legitimus.de verb.signif.Gregor.Tholos.sintagm. iur. lib*.44.*c*.5.*n*.2.*Aym.cons*.960.*n*.3.*lib* 5.

Sed non est discedendum à priori opinione, quæ est magis communis, & testatorum voluntati

19 conformis, † cum præsertim pro ea fuerit iudicatum in parlamento, de quo per *Guid. Pap. decis*. 457. à quo iudicio tanquam integerrimo non esse recedendum dicit *Sim. de Prat. interpretat*.1.*dubit*.4.*n*.8.*f*.196. *cum alijs supra allegatis*; Maxime, quia multi, qui contrarium sequuntur, possunt intelligi, quando fit mentio

20 hæredis legitimi dispositiuè, † non conditionaliter in institutione,vel substitutione *Idem Sim. de Prat. d.dubit*.4.*n*.12.*vsque ad n*.15.*f*.197. Et quamuis *Raph.in d.l. ex facto. §.vlt. ad trebell.* dicat esse periculosum in hoc iudicare, & esse

21 cõtrouersum dicat *Fran.decis*.153.*n*.2.† Tamen cum habeamus iudicium dicti parlamenti, & auctoritatem tot Doctorum,sequi debemus talem opinionem magis probabilem, stante præ-

22 sertim communi vsu loquendi, † qui præualere debet in huiusmodi materia *Natt. cons*.128. *n*. 2.& 3.*Menoch. præsumpt*. 130. *n*.21. *lib*.4. vbi

23 etiam multas coniecturas, † & præsumptiones adducit, quando in conditionibus veniant solum hæredes sanguinis, & non extranei.

Ad euitandas d. contrarietates Doctorum in casu, de quo agimus, fuit articulatum istam conditionem, si sine hærede legitimo fuisse appositam mulieri excedenti annum quinquagesi-

24 mum, † quasi tunc generare non posset *Tiraq. de legib.connub.leg*.6.*n*.12. *Menoch. de arbitr. cas*. 89. *n*. 58. Sed non fuit probata talis ætas,

25 prout † illius probatio est difficilis *Bart.in l.de ætate. n*.7.*de minor. Paris.cons*.10. *n*. 58.*lib*. 2. *Menoch.de arbitr.cas*.116.*n*.3. Ideo non est recedendum à supra firmatis, licet si huiusmodi inhabilitas ad generandum apparuisset, intraret præsumptio, & coniectura, quod testator senserit de hæredibus extraneis, non de filijs, iuxta distinctionem, de qua per *Dec. cons*. 293. *in testamento.in fin. Zanch. in l.hæredes mei. §. cum ita.p*.4.*n*.172.*ad senatusconsul.trebell.*

EPITOME.

Possessio tam ciuilis,quam naturalis,& vsusfructus an amittatur per occupationem, & per inundationem, & alluuionem, & an debeat in totum mutari figura, & facies rei. ¶ Plantare an liceat prope solum vicini sine certo spatio dimisso. ¶ Spoliatio, seu turbatio an dicatur quando quis impeditur vti iure suo per murũ, sepem, aut quid simile. ¶ Et quæ actiones dentur contra turbantem. ¶ Et an illarum electio turbato competat. ¶ Manutentio an sit danda, quamuis petatur reintegratio,si illa esset turbida, & constaret prætendentem se spoliatum intellexisse de turbationibus absque animo amittendi possessionem ciuilem. ¶ Reintegratio an competat, si testes probent possessionem, vel quasi ius piscandi, quando talis possessio est perempta propter loca exiccata, & redacta ad culturam, in quibus erat solitum piscari. ¶ Præscriptio an sit interrupta, si terra arida efficiatur lacus, vel stagnum. ¶ Turbatus an possit tollere omnia impedimenta ad tuendam suam possessionem. ¶ Socius sciens, vel ignorans ædificium quando habeat actionem ad demoliendum ædificatum.

SVM-

SUMMARIVM.

1 *Scientia, & patientia praiudicat quando vicinus ædificat prope solum vicini, prout etiam quando in proprio vicini solo ædificatur.*
2 *Dominus amittit possessionem, & vsumfructum per occupationem, quæ fit ædificando. n. 3. & 6. Intellige, quando mutatur in totum figura, & facies rei vt n. 22. 23. 25. 26. 27. & 28. Et an perdatur etiam ciuilis possessio. n. 29. 30. & 32.*
4 *Possessio facilius perditur quam vsusfructus.*
5 *Possessio amittitur per inundationem, & alluuionem n. 24. & 31.*
7 *Plantare non licet prope solum vicini nisi certo spatio dimisso. Fallit vt n. 8.*
9 *Per murum sepem, aut quid simile per quod quis impeditur vti iure suo, non causatur aliqua spoliatio, sed turbatio. Amplia in præcidente arbores, fructus colligente etiam per vim & in similibus impedimentis. n. 10.*
11 *Actus quilibet turbationis sufficit, vt quis possit conueniri interdicto vti possidetis, neque est necessaria contentio possessionis.*
12 *Actio legis aquiliæ, arborum furtim cæsarum, et iniuriarum datur contra turbantem, quarum electio turbato competit & n. 13.*
14 *Manutentio debet dari contra detinentem naturalem possessionem, quamuis peteretur reintegratio, si illa esset turbida, & constaret, quod prætendens se spoliatum intellexit de turbationibus, non quod voluerit amittere possessionem saltem ciuilem, & quomodo in hoc concordentur decisiones Rotæ n. 15. & 19.*
16 *Possessio amittitur solo animo.*
17 *Manutentio requirit possessionem de tempore motæ litis.*
18 *Spoliato non datur manutentio.*
20 *Contradictio iudicialis sufficit ad inducendam turbationem.*
21 *Spoliatio dicitur, non turbatio si dominus fundi seruientis non permitteret alium pertransire per fundum suum n. si ambæ partes starent super loco contentioso.*
33 *Reintegratio non competit, si testes probent possessionem, vel quasi ius piscandi, quando talis possessio est perempta propter loca exiccata, in quibus erat solitum piscari.*
34 *Præscriptio an sit interrupta si terra arida efficiatur lacus, vel stagnum propter impetum aquarum, vel industriam alicuius.*
35 *Possessio perimitur ex mutatione rei.*
36 *Qualitas superueniens qualificat, & reponit in diuersam speciem.*
37 *Turbatus potest tollere omnia impedimenta ad tuendam suam possessionem.*
38 *Ædificium cadit solo.*
39 *Ædificans in alieno an videatur donare ædificatum domino soli. Et quid si adsit scientia, & permissio domini an ex ea reddatur tutus qui ædificat n. 40.*
41 *Scientia domini patientis ædificare est probanda de tempore ædificij. & n. 42.*
43 *Socius sciens ædificium, & contradicens an habeat actionem ad demoliendum ædificatum. Et quid in absente, & ignorante, & in eo, qui sciens tacuit, vel consensit. n. 44. & 45.*

CAPVT CCCXIV.

Consensus scientia, & patientia, ne dum præiudicat, quando vicinus ædificat prope solum vicini, 1 † sed etiam quando in proprio vicini solo ædificatur *Cyn. & Salic. in l. 2. C. de rei vendicat. Sur. conf. 75. n. 11. & 12.* Quasi per occupationem, quæ fit ædificãdo dominus amit- 2 tat possessionem † *Alex. in l. 3. §. labeo.* quam legit cum *§. nerua. de acquir. possess. & in l. si de eo. §. si forte. ff. eod. tit. Ruin. in l. 1. §. nunciatio. col. 2. in princ. n. 4. de oper. nou. nunciat. & cons. 55. n. 3. lib. 4.* 3 † Vbi etiam quod per hoc perditur vsusfructus *l. repet 1. §. si. ff. quibus mod. vsusfruct. amitt.* Vnde multo magis possessio, quæ facilius 4 amittitur † *l. si quis vi. §. differentia. de acquir. possess.* & sicut per inundationem quis amittit 5 possessionem † *l. 1. §. labeo. de acquir. possess.* Ita etiam debet perdi per talem occupationem, & 6 ædificium † *Ruin. d. conf. 55. n. 3. lib. 4. Surd. cõs. 75. n. 12. lib. 1. & conf. 231. n. 5. lib. 2.* Vbi etiam addit simile, quod & si nõ liceat in solo proprio 7 plantare prope solum vicini, † nisi certo spatio dimisso *L. vlt. ff. fin. regund.* Tamen si plantetur sciente, & non contradicente vicino non erit e- 8 radicandum † *Glos. in l. meniana. C. de ædif. priuat. Neuiz.* qui de communi *conf. 58. n. 1.* Cum igitur ex prædictis fuerit amissa possessio videbatur non esse locum prætensæ manutentioni.

Veriorem tamen dixi opinionem, quod debeat concedi mandatum de manutenendo in casu, 9 & ad effectum, de quo agebamus, † Etenim non sumus in aliqua spoliatione, quando quis facit murum, sepem, aut quid simile, per quod impediar vti meo iure; Nam per talia impedimenta non causatur aliqua spoliatio, sed turbatio *Guid. Pap. super statut. Delphin. si quis per litteras. §. vel quasi. col. 3. in princ. n. 11. vers. vlterius etiam quæro. & cons. 62. n. 1. Menoch. de retin. possess. rem. 3. n. 489. Rebuff. de mater. possess. art. 1. glos. 2. n. 15. fol. 253. tom. 3. Francisc. Marc. decis. 199. n. 1. lib. 1. & decis. 661. in princ. lib. 2. Ruin. in l. 1. §. nunciatio. n. 3. col. 2. in prin. vers. nec obstãt iura. ff. de nou. oper. nunciat. post Aret. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. col. 5. in fin. vers. cum autem dicit. ff. de acquirend. possess.*

Idem est in quouis actu impedimenti, vt in præcidente arbores, fructus colligente etiam per 10 vim, & alibi asportante, † colonos expellente, intrante possessionem meam me inuito tanquam in rem suam, cum similibus late adductis per *Rebuff. de mater. possess. art. 1. glos. 2. n. 1. vsque ad n. 27. Menoch. de retin. possess. rem. 3. n. 468. vsque ad n. 504. Bald. in l. post sententiam. 9. n. 7. C. de senten. & interlocut. omn. iudic. Doctor. in l. vim facit. de vi & vi armat.*

Ita

Itaut in huiusmodi impedimentis non attendatur, an turbator contendat se possidere, nec ne, 11 quia sufficit quemuis actum turbationis inferre ad hoc, vt quis possit conueniri interdicto vti possidetis, neque enim est necessaria contentio possessionis, vt bene declarat *Io. Petr. de Ferrar in praxi in form. libell. pro turbat. possess. in verb. ac praesentialiter. n. 2. & 3.* vbi attestatur de veriori opinione. *Post Bart. in l. 1. §. restituendum. ff. vti possidet.* 12 † Quamuis enim contra turbantem, qui non contendit se possidere, detur actio legis Aquiliae, iniuriarum, arborum furtim caesarum, cum similibus, tamen non per hoc excluditur remedium vti possidetis, quod 13 poterit turbatus intentare, † quasi illi competat electio ex pluribus *l. quod in haeredem. §. eligere. de tribut. c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6.* & notat in specie *Ferrar. in d. verb. ac praesentaliter. in fin.*

Amplius quamuis etiam peteretur reintegratio 14 si tamen illa esset turbida, † & ex circumstantijs facti constaret eum, qui dixerat se spoliatum intellexisse de turbationibus, & molestationibus de facto, non autem quod voluerit amittere possessionem saltē ciuilem, quae solo animo retinetur, illius vigore deberet dari manutentio contra detinentem naturalem pro illius recuperatione: *Bart. in l. 1. §. interdictum autem. n. 2. & in l. si duo. n. 2. ff. vti possidet. Put. decis.* 15 *198. n. 4. lib. 1.* † & ita loquuntur decisiones coram *Card. Plato* quas sic intelligit *Rot. per R. P. D. Iustum Vlixbonen. praeheminentiarum 18. aprilis 1603.* & etiam declarat *Rot. coram R. P. D. Pamphilio Hispalen. praeheminentiarū 16. iunij. 1606.* vbi fuit denegata manutentio, qui a clare petens se reintegrari dixit, & fassus est se spoliatum petēdo se restitui ad antiquam 16 possessionem † tunc enim solo animo est amissa possessio *l. 3. §. amittenda. de acquir. poss. ff.* sine qua non datur manutentio, quae ad instar interdicti vti possidetis requirit possessionem 17 de tempore motae litis † *l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti possidet.* Ideo cum habeatur pro 18 spoliato, non est concedēda manutētio † *Couar. pract. q. c. 17. n. 3. Rot. coram Cardin. Arigon. Senogallien. beneficij 5. aprilis. 1593. & coram Cardin. Pamphilio Ilerden canonicatus 7. maij* 19 *1593.* † & ita distinguit *Rot. coram R. P. D. Pamphil. d. Hispalen. praeheminentiarum* vbi sic concordat decisiones *coram Card. Plat.* iuxta *d. decis. coram R. P. D. Iusto Vlixbonen. praeheminentiarum 18. aprilis 1603.*

Cum igitur non requiratur contentio possessionis ad effectum concedendi mandatum de manutenendo, vt dictum est multo magis dabitur 20 in casu nostro, † in quo vltra alia impedimenta adest contradictio iudicialis, quae sufficit ad inducendum turbationem *Alex. cons. 88. n. 31. lib. 5. & cons. 54. ad fi. eo l. lib. & cons. 33. n. 3. lib. 6. per tex. in l. si a. ff. si vsufruct. petat. Lap. allegat. 65. Bald. in l. non ab re. C. vnde vi. & in l. ordinarij. C. de rei vendicat.*

Verum esset quod si ambae partes starent super 21 loco contentioso, † & dominus fundi seruientis non permitteret aliuin transire per fundum suum, tunc non esset turbatio, sed induceretur spoliatio *l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acquir. possess.* & hoc casu competeret interdictum recuperandae *Guid. Pap. ad statut. delphin. quis per litteras. col. 3. in princ. n. 11. vers. fateor tamen.*

Non obstant contraria, quia loquuntur in aedificio 22 per quod mutatur figura, † & facies rei, aliud est in muro, de quo agimus, cum nulla fuerit facta mutatio soli, seu areae, ideo neque est amissa possessio, & ita declarat *Salic. in l 2. col. 1. post med. vers. sed tunc quaero. n. 3. C. de rei vē-* 23 *dication.* † vbi requirit, quod sit mutata forma rei per aedificium factū in area aliena, tunc enim dominus desinit possidere locum, & aedificator acquirit illius possessionem, Exemplo inun-24 dationis, & alluuionis plurium dierum, † non momentaneae, quae auertit possessionem, tanquam mutans formam superficiei, vnde idē in aedificio mutante formam rei *Felin. in c. licet. 8.* 25 *in princ. vers. adde etiam. de praescrip.* † & ita quoque in totali mutatione loquuntur omnes *in d. l. 2. C. de rei vendic vbi Bald. in fin. Castr. etiam in fin.* vbi quod debet mutari facies areae, adeo vt non dicatur amplius area *Petr. de Bellapert.* 26 *ibid. ad med. vers. oppono eis. Cyn. in fin.* † vbi quod ideo est interuersa possessio, quia area nouam formam recipit *Rebuff. de caus. beneficior. poss. ff. art. vlt. glos. vnic. n. 12. to. n. 3. fol. 313.* vbi de forma rei mutata in aliam, ex qua mutatione perditur possessio, vt vestimentum ex la-27 na factum † idem voluit *Rip. in l. 1. in fin. n. 77. de acquir. poss. ff.* vbi quod debet mutari forma per aedificium ad hoc, vt interuertatur possessio *l. qui vniuersas. §. 1. & §. item quod. de acquir. possess.* & latè declarat *Socin. Iun. in d. l. 1.* 28 *n. 518. vsque ad n. 524. eod. tit.* † vbi requirit translationem in aliam speciem ad hoc, vt illud quod possidebamus, amittatur, prout per talem mutationem perditur seruitus, & vsusfructus, quasi tunc sit amissum nomen areae propter nouam formam, quam suscepit ex aedificio, ita vt videatur extincta, vnde etiam extinguetur possessio, quae non datur eius, quod non est, non secus ac si fundus chasmate periret, vel seruus, & equus moreretur, aut inundatio superuenisset vt concludunt *Alex. Ias. & alij in l. 3. §. labeo. de acquir. possess.*

Immo etiam posset sustineri, quod dominus soli, quamuis amiserit possessionem naturalem propter huiusmodi aedificium, quae fuit acqui-29 sita aedificanti, † non tamen perdidit ciuilem *per tex. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acquir. possess.* & in specie id voluit *Salic. in l. 2. n. 3. ad fin. vers. quod potest esse. C. de rei vendic.* & tutiorem opinionem testatur *ibidem Petr. de Bellapertic. post princ. vers. sed pone in secundo casu. & ad med. versic. prima tamen tutior est.* vbi quod ędificans in solo alieno est tanquam superficiarius, qui habebit naturalem possessionem, dominus autem fundi retinebit ciui-

lem

lem; maximè quando non fuit totaliter mutata forma rei, vt in casu nostro *Socin. Iun. in l. 1. col. penult. post princ. n. 522. ff. de acquir. possess.* & voluit etiam *Castr. in d. l. 2. ad fin. C. de rei vendic.* vbi quod vnus possidet solum, alius superficiem.

Neque obstat. quod sit magis communis opinio, 30 vt per ædificium fuerit amissa † tam ciuilis, quam naturalis possessio *Rip. in l. 1. in fin. & ibi Alex. col. 9. in fin. vers. & vnum modum teneatis. n. 41. ff. de acquir. possess. post Bald. in l. 2. & ibi Cyn. C. de rei vendicat. iuxta Glos. ibi in verb. ambigitur. in fi.* vbi quod ædificator solus possidet, quam opinionem videtur approbare tanquam vltimo loco relatam, exem- 31 plo alluuionis, † per quam perditur omnis possessio *Doctor. in l. 3. §. labeo. vbi Alex. n. 5. de acquir. possess. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22 tit. 27. n. 45.*

Quia procedunt, quando fuit factum ædificium, 32 per quod mutata fuit tota forma rei, † prout ita loquuntur *Rip. Alex. & omnes alij supra allegati*, quod non est in casu nostro, in quo per murum non est facta aliqua mutatio areæ, vnde, neque est amissa possessio, vt declarat *Socin. Iun. in l. 1. col. penult. n. 522. cum seq. ff. de acquir. possess.* & concludunt *omnes superius adducti vers. non obstant contraria. n. 22.*

Et quod ista totalis mutatio attendatur, facit 33 etiam, simile de reintegratione, † quæ non competit, si testes probarent possessionem, seu quasi iuris piscandi, quando talis possessio est perempta, ex quo illa loca, in quibus erat solitum piscari sunt exsiccata, & redacta ad culturam, quasi mutatione rei possessio perimatur *Dec.* in specie *cons. 301. & pro tenui. col. penult. ad med. vers. immo quod plus est. n. 22.* vbi allegat *Bald. in l. 1. C. de lit. contestat.* Sed ibi nihil de hoc, cum debuerit allegare *in l. 3. col. antepenul. in prin. vers. sed nunquid possessio aqua* 34 *perdatur. n. 39. C. de confess.* † vbi quod si terra, arida efficiatur lacus, vel stagnum propter impetum aquarum, vel industria alicuius, præscriptio dicitur interrupta, quia prima qualitas vsus perempta est, quasi mutato elemento, prius enim est terra, postea aqua, prout econtra si primo erat aqua, nunc vero terra, & sequitur *Mars. sing. 510. qualitas adueniens. in fin.* vbi etiam se refert ad ea, quæ dixit *in re-* 35 *petit. c. reintegranda. 3 q. 1. n. 187.* † Ex mutatione enim rei possessio perimitur *l. quamuis. §. item quid si id quod possidebā. de acquir. possess.* 36 *l. quod littore. in fin. de acquir. rer. domin.* † Et faciunt similia de qualitate superueniente, quæ qualificat, & reponit in diuersam speciem *§. præterea. instit. de inutil. stipulat* cum alijs per *Marsil. d. sing. 510. n. 1. vsque ad n. 6.*

Adde quod daretur etiam facultas domino areæ frangendi murum in suo ædificatum, & remouendi sepem, & omnia alia, ex quibus impediretur vti iure suo per regulam generalem, per 37 quam turbatus † potest tollere omnia impedimenta ad tuendam suam possessionem *l. quem admodū. §. si protectum. vbi Florian. col. 1. ff. ad leg. aquil. Innoc. in c. 1. in fi. de immunit. eccles. Menoch. de retinen. remed. 3. n. 489 ad med.* late 38 *Surd. decis. 168. n. 1. vsque ad n. 5.* † Quasi ædificium cedat solo *l. 1. §. quod ait. de superficieb. Rim. Iun. cons. 238. n. 12. lib. 3.* ita vt ædificās in alieno videatur donare ædificatum domino soli, qui erit quoque dominus superficiei, quāuis etiam ædificaretur super pariete alieno, 39 nam super ædificatum efficitur eius, † cuius est paries; itaut sufficiat, quod vendicans ædificium probet se dominum partis inferioris, satis enim tunc probatur, vel se ædificasse, vel de eius mandato ædificatum, & si pars inferior muri est communis, ita etiam efficietur commune, quod fuit supra ædificatum, vt omnia prædicta declarat *Veg. cons. 53. n. 36. & 44.* cum alijs per *Surd. decis 168. n. 3. & 4.* de quibus tamen, quando liceat hæc facere propria auctoritate *Abb. in c. 1. n. 5. col. antepenult. de immunit. ecclesiæ. Aret. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. col. 5. ad med. de acquir. possess.*

Nec facit, quod immo quando quis ædificat in 40 solo alieno illud, † quod de sui natura non est ad tempus, sed perpetuo duraturum sciente, & non contradicente, & tacite permittente domino, ædificans reddatur tutus, quasi hæc facultas ædificandi sit concessa potius animo donandi, alias sequeretur damnum alterius partis, cui fit concessio, si post sumptus factos cogi possit destruere; vnde concessio debet intelligi secundum subiectam materiam *l. si vno. 17. in princ. ff. locat.* & in specie declarat *Castr. in l. si precario. 18. post med. vers. mibi videtur. ff. cōmun. prædior. Io. de Amic. cons. 76.* 41 *n. 2. Honded. cons. 84. n. 55. lib. 2.* † Quia non fuit probata ista scientia, prout determinate erat probanda de tempore ædificij, cum in eo pars se fundet *Glos. in l. cum actum. ff. de negot. gest. Surd. cons. 135. n. 35.* & in terminis huiusmodi ædificij *Idem Surd. cons. 233. n. 19. lib. 2.* 42 Cum scientia inducens patientiam, † quæ noceat, non sufficiat, quod superuenerit iam facto ædificio, sed interuenire debet, cum ædificatur *Corn. cons. 207. col. penult. lib. 3.* & quod scientia sit necessaria probatur *in l. sabinus. in fin. ff. cō-* 43 *mun. diuid.* † vbi quando socius sciens ædificiū contradicit, vel erat absens, & ignorans habet actionem ad demoliendum, quod fuit ædificatum; quando autem sciens tacuit, non agit ad demolitionē, sed solum ad interesse, vel ad cau- 44 tionē dāni infecti, † si vero consentit sibi præiudicat in totū, ita vt non possit agere nec ad demolitionē, neq; ad interesse *Bar. in l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de dān. infect. Boer. cons. 5. in fi.* late *Io. de Amic. cōs. 76. per tot. Surd. cōs. 233. n. 21 lib. 2. Castr. in l. labeo ait. 20. ff. de aq. pluu. arcēd.*

Et data etiam scientia, quando sumus in socijs, 45 poterit agi ad destructionem operis † non quidem communi diuidundo, sed ex interdicto, quod vi aut clam *l. si proprius. in princ. ff. de mort. infer. Glos. in l. qui bona. §. si quis iuxta. de damn. infect. Surd. cons. 233. n. 22. lib. 2.*

EPITOME.

DAta facultate disponendi, & alienandi prout de re propria an attendatur scientia, vel ignorantia fideicommissi in casu renunciationis. ¶ Hæres grauatus restituere quidquid supererit tempore mortis an habeat facultatem extinguendi fideicommissum tam per alienationem inter viuos, quam per institutionẽ hæredis. ¶ Consentiens alienationi fideicommissi quando sibi præiudicet etiam in pretio.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ad habendum alienandum &c. operatur, vt non sit attendenda ignorantia, vel scientia fideicommissi. Contrarium. n. 2. Sed prima opinio est verior. n. 4. 6. & 7.*

3 *Clausula procuratoris in rem suam an idem importet quod clausula ad habendum. & n. 5.*

8 *Alienatio an fiat per hæredis institutionem, & quæ bona comprehendat.*

8 *Hæres grauatus restituere quidquid supererit tempore mortis censetur habere facultatem alienandi, itaut non solum extinguatur fideicommissum per alienationem inter viuos, sed etiam per institutionem hæredis & n. 10. Amplia vt n. 11. & 12.*

13 *Consentiens alienationi fideicommissi non præiudicat sibi quo ad pretium, quamuis non possit rem ipsam vendicare. Fallit vt n. 14. & 15.*

CAPVT CCCXV.

STante clausula ad habendum, alienandum &c. posita in dispositiuis, non executiuis, Dixi non esse attendendam scientiam aut ignorantiam fideicommissi in casu renunciationis, de qua agebatur. † Nam cum per talem clausulam censeatur data facultas disponendi prout de re propria, tunc secuta alienatione, & dispositione, renuncians dicitur exclusus ab illo iure futuro, quasi non stent simul, quod duret ius succedẽdi, & quod competat facultas alienandi irreuocabiliter; Vnde illi, in quos facta fuit alienatio, debent esse tuti ab omni molestia quamuis fuerit ignoratum fideicommissum, nõ enim videtur hoc casu esse error in renunciatione, cum renuncians ex ea videatur voluisse renunciare omni iuri, quamuis non putaret se habere ius, quod habebat, & consentiendo alienationi saltem de tali iure debuisset cogitare, itaut alienatio videatur facta de eius mandato, vt in specie late declarat *Corn. cons. 144. col. vlt. n. 12. & 13. lib. 3.* iuxta doctrinam *Bart. in l. qui roma. §. duo fratres. n. 21. q. 8. ff. de verb. obligationib.*

Nec facit quod multi contrarium teneant, & dubitent de ista opinione *Bart.* respectu casus ignorati, † vt per *Aret. & Rip. in d. §. duo fratres. n. 83. Socin. Iun. n. 127. ad fin. Gozad. cõs. 36. n. 14. & 17.* vbi loquitur de clausula procuratoris in rem suam, † & requirit saltem scientiam præsumptiuam, quæ non cadit in suo hærede *Idem Gozad. cons. 45. n. 17. vsque ad n. 21.* latè *Laderch. cons 73. n. 1. & 4.*

Quia non est recedendum à prædicta opinione *Bart.* quam Doctores communiter approbant vt † *Alex. d. §. duo fratres. col. vlt. in princ. n. 60. in fin. vers. Intelligo tamen istam decisionem. & ibi Ang. in repetit. in fi. vers. deinde quæro. n. 12. Crot. q. 8. n. 133. Alciat. n. 28. vers. sed quid si simpliciter. Ias. n. 72. & 73. Natt. cõs. 530. n. 2. Ceph. cons. 253. n. 7. lib. 2. Aym. cons. 24. n. 8. cum seq. Rimin. Sen. cons. 260. n. 40. lib. 2. Socin. Sen. cons. 43. n. 1. lib. 4. Socin. Iun. cons. 116. n. 60. lib. 1. Dec. cons. 11. quoniam iudicantium. n. 7. Curt. Iun. de feud. p. 4. vers. quinto quæro. n. 141. & cons. 4. n. 21. in fin. Gabr. de fideicommis. conclus. 1. n. 33. Becc. cons. 38. n. 3. & 4.* † qui etiam loquitur in clausulis similibus, vt in illa procuratoris in rem propriam. & quando dictum fuit quidquid placuerit, & voluerit, cum alijs per *Roland. cons. 55. lib. 3. Ruin. cons. 166. n. 11. lib. 1.*

Et quamuis supradicti Doctores sequantur *Bart.* simpliciter nulla facta mentione ignorantiæ, aut scientiæ fideicommissi, † Tamen in totum dicitur per eos approbata huiusmodi opinio, prout *Bart* loquitur, Et ne possit de hoc dubitari etiam in specie de ignorantia clarius hoc voluit *Alex. cons. 8. n. 6. vsque ad 8. n. 6. lib. 5. & cõs. 189. n. 10. & 19. lib. 2. Ruin. cõs. 92. n. 19. lib. 3. & cons. 144. n. 19. in fin. lib. 2. Corn. cons. 144. n. 12. & 13. lib. 3. Grat. cons. 60. n. 8. lib. 1. & cons. 17. n. 11. eod. lib. Paris. cons. 46. n. 26. lib. 2. Roland. cons. 55. n. 13. & 14. lib. 3.* † Et de communi testatur *Rimin.* Iun. *cons.* 80 *n. 39. lib. 1. Honded.* qui etiam de communi *cons. 33. n. 33. lib. 1. Peregrin. §. de fideicommis. art. 52. n. 45.*

Qua opinione firmata, sequitur alia conclusio, quod cum in casu nostro fuerit facta alienatio per hæredis institutionem, † censentur etiam comprehensa bona, de quibus agimus *Bald. in auth. contra rogatus. ad fin. n. 9. & 10. C. ad trebellian.* vbi si hæres fuerit grauatus restituere quidquid supererit tempore mortis, censetur habuisse facultatem alienandi, Itaut non solum extinguatur fideicommissum, † per alienationẽ inter viuos, sed etiam per institutionem hæredis *Ruin. cons. 92. n. 19. ad med. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 80. n. 40. lib. 1. & cons. 144. in fin. n. 20. lib. 2. per tex. in l. si quis prioris. §. si certũ. C. de secund. nupt. Bart. & alij in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 189. n. 10. in fin. lib. 2. Socin. cons. 43. n. 2. lib. 4. Grat. cons. 60. n. 9. lib. 1. Paris. cons. 46. n. 27. lib. 2. Gabr. cons. 125. n. 16. lib. 1.* † qui omnes loquuntur iuxta facultatem alienandi concessam in diuisione, vt tunc veniat institutio hæredis, prout etiam de magis communi opinione testatur *Honded. cons. 33. n. 50. & 51. lib. 1.* † Vbi ampliat quamuis instituatur hæres ab intestato successurus *Paris. cons. 71. n. 22. cum seq. lib. 3. Menoc. cons. 87. n. 60. & 61. lib. 1.* † Maxime si institueretur fœmina exclusa vigore statuti, quæ in hoc haberetur pro extranea *Rimin. Iun. cons. 80. n. 41.*

Ex

Ex istis etiam colligitur, quod quamuis *Bart. in d. §. duo fratres. q.8.* & cęteri, qui eum sequuntur, velint † non præiudicari sibi quo ad pretiũ. etiam concessa facultate alienandi de re sibi ex fideicomisso in futurum debita, cum satis sit ipsam rem non posse vendicari *l. si fundum. per fideicommissum. de legat. 1. Albens. cons. 74. in fin. n. 15.* † Tamen hoc non habebit locum in casu nostro, cum etiam debeat intelligi renunciatio quo ad pretium; Adsunt enim in instrumento diuisionis clausulæ amplissimæ de illi non contraueniendo, cum promissione euictionis, & consensu voluntario, † & nulla facta reseruatione, nisi pro pretio ibi specificato, cum alijs verbis claris, quæ omnino excludunt pretium *Grat. cons. 60. n. 10. vsque ad n. 21. lib. 1. Menoch. cons. 87. n. 54. & 55. lib. 1. Gabr. cons. 125. ad fin. vers. demum quia. lib. 1.*

EPITOME.

ADemptio legati an dicatur facta ex retrouenditione censuum, seu ex re insolutum accepta, vel permutata per testatorem. ¶ Fructus an debeantur legatario ante acceptationem, vel moram hæredis. ¶ Priuatio legati an detur si non constat de acquisitione illius. ¶ Et quando monitio debeat præcedere, antequam non adimplens iussa defuncti priuetur commodo sibi relicto. ¶ Legatum quo casu debeat solui, vel realiter offerri per hæredem. ¶ Legatarius an dicatur successor, & hæres, itaut ei quoque censeatur facta stipulatio. ¶ Relictum pro dicendis missis infra annum à morte testatoris an debeatur, priusquam illæ dicautur. ¶ Et à quo tempore incipiat dies currere.

SVMMARIVM.

1. *Legatum non adimitur ex retrouenditione censuum. & n. 3.*
2. *Necessitas rei familiaris, & illa quæ imponitur per legem æquiparantur quo ad non inducendam ademptionem legati.*
4. *Ademptio legati minus est præsumenda fauore ecclesiæ.*
5. *Res insolutum accepta per testatorem quando possit per legatarium vendicari, itaut non debeat præsumi fuisse ademptum legatum factũ de eadem re. & n. 6.*
7. *In re permutata non dicitur fieri alienatio ad effectum adimendi legatum.*
8. *Permutatio, seu alienatio in dubio censetur facta ex causa necessitatis.*
9. *Fructus quando debeantur legatario ante acceptationem, & moram hæredis.*
10. *Legatarius accipit legatum de manu hæredis.*
11. *Legatarius dicitur successor, & hæres, itaut ei quoque censeatur facta stipulatio.*
12. *Priuatio legati nõ datur, si non constat de acquisitione illius. & n. 17. Amplia vt n. 18.*
13. *Verba testatoris relinquentis aliquid Monialibus, quæ teneantur facere celebrare missas præsupponunt acquisitionem legati, antequam possit procedi ad actus positiuos. & n. 21. Amplia vt n. 14.*
15. *Legatum debet solui, aut saltem realiter offerri per hæredem, quando agit de acquirendo.*
16. *Hæres sustinet personam actoris in iudicio pœnali, & debet prius adimplere.*
19. *Onus non censetur iniunctum, nisi post habitum legatum.*
20. *Monitio debet præcedere, antequam non adimplens iussa defuncti priuetur commodo legati quando sumus in facto affirmatiuo, secus negatiuo.*
22. *Priuatio quamuis inducatur ipso iure, tamen debet præcedere sententia declaratoria.*
23. *Acquisitio momentanea non est considerabilis, neque attenditur persona capientis, quando ille emolumentum non habet.*
24. *Adimplementum in parte non sufficit.*

CAPVT CCCXVI.

NOn constare de aliqua ademptione legati Dixi in casu & ad effectum, de quo agebamus; Alienatio enim censuum facta ex eorum retrouenditione venditoribus dictorum censuum fuit ex necessitate, cum census sint perpetui, & qui censum imposuerunt non poterant compelli ad restituendum pretium, sed solum ipsis sponte soluentibus tenebantur emptores illos retrouendere; † Vnde meritò ex huiusmodi retrouenditione legatum non adimitur, Cum illa conclusio, quod ex alienatione necessaria non inducatur ademptio legati, debeat intelligi non solum de necessitate rei familiaris, sed etiã de necessitate imposita per legem † *Rip. in l. lucius. n. 27. col. 11. ad med. vers. hanc etiam limitationem. ff. de vulg. & pupillar. Card. Mant. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 12.* & † in specie census late concludit *Honded. cõs. 61. n. 18. vsque ad n. 24. lib. 1.*

Quod magis procedit, quia sumus in legato facto ecclesiæ, cuius fauore multo minus præsumenda est ademptio legati † *Bart. cons. 26. testator in testamento. lib. 1. Catell. in verb. ecclesia. vers. quinto ex his singulariter. Ias. in l. 3. ad fin. vers. possunt prædicta limitari. C. de legat. Tiraq. priuil. pia causa. 41. Menoch. cons. 1162. n. 4. lib. 12 Roman. singul. 420. in fin.*

Præsertim, quia insolutum fuit receptum prædiũ pro pretio census, Vnde videtur hoc factum ex necessitate causatiua, quia aliter forsan non poterat exigere; Quare durat legatum, vt ab hærede peti possit res, quæ loco actionis successit, quam hæres tenetur cedere; † itaut res insolutum accepta per testatorem possit per legatariũ vendicari, sicut si pecunia debita soluta fuisset eidem testatori, & adhuc staret in area ipsius. Quidquid aliud sit quando testator liberasset gratis debitorem, quasi tunc censeatur extinctum legatum cedendarum actionum Ita bene declarat *Bald. in l. 3. ante fin. vers. in contrarium. n. 12. C. de legat. Roman. cons. 229. col. 2.*

col. 2. ad fin. vers. ultimo præsuppono. n. 3. Menoc. cons. 254. n. 8. vers. & accedit. lib. 3. Cardin. Mant de coniect. ult. volunt lib. 12. tit. 2. n. 21.

Et ita in specie prædij dati insolutum pro censu, 6 quamuis † etiam esset voluntarie acceptum concludit Honded. consil. 61. n. 23. vers. & non 7 solum. usque ad n. 25. lib. 1. † ubi admittit istam coniecturam acceptionis insolutum bonorum pro suo credito, quasi tunc sit res permutata, quo casu non dicitur alienari ad effectum adimendi legatum, cum debeatur res, cum qua fuit facta permutatio Cephal. consil. 599. ad fin. n. 23. lib. 4. Socin. Iun. cons. 162. n. 22. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 12. tit. 6. n. 13

8 Itaut † in dubio semper permutatio, seu alienatio censeatur facta ex causa necessitatis Iacob. Butrig. Ang. Salic. & alij per Corn. in l. 3. col. 2. ante med. vers. in dubijs autem. n. 5. C. de legat. Quæ omnia dicta sint ex abundantia, cum ex verbis legati satis appareat de voluntate testatoris, qui considerauit casum redemptionis censuum, mandando tunc semper reinuestiri, conseruari, & subrogari in alijs stabilibus pro monialibus legatarijs, ut latius in testamento continetur.

Stante igitur dicta subrogatione prædij loco census legati debebitur prædium una cum fructi- 9 bus; † Nam statim quod agnoscitur legatum, & non repudiatur, sufficit, cum ratione dominij iam in legatarium translati à die aditæ hæreditatis interim donec repudiatur, fructus debeantur etiam ante acceptationem, & moram hæredis, qui ad eorum restitutionem tenebitur. Castr. in l. a pud iulianum. alias incip. aphricanus. 40. §. fructus autem n. 3 de legat. 1. Couar. lib. 1. var. resolut c. 9. n. 5. ante fin. vers. nam licet legatarius. Et facit l. quæsitum. 40. de acquir. rer. dom. cum alijs per Bald. in l. 1. n. 2. oppos. 2. C. de usur. & fru. l. legat. Ruin. consil. 50. n. 10. in fin. lib. 2.

Non obstat quod subrogatio prædij fuerit facta pro hæredibus, & successoribus, quasi ex hoc videatur excludi legatarius. Quia potius censebitur facta pro hæredibus, ut per eos detur 10 illis, quibus testator mandauit præstari, † prout regulariter legatarius accipit legatum de manu hæredis, qui in re legata dicitur habere titulum Bald. & Ang. in l si quis ita hæres institutus fuerit. de hæred. instit. Alex. cons. 202. n. 8.

11 lib. 6. † Quamuis etiam verius sit, quod legatarius dicatur successor & hæres, itaut ei quoque censeatur facta stipulatio l. in conuentionibus. 219. ubi Bart. & Rebuff. col. 2. in princ. vers. cum igitur. de verb. signif. quasi in suo legato succedat testatori Idem Rebuff. in l sciendum. §. idem dicitur. in fin vers. ultimus casus. ff. eod. per l. id [illegible] in fi. ff. de usucap. Bauer. in §. legatarijs. col. 2. instit. de testam. Rom. cons. 308. n. 6. & 7. Affl. decis. 44. n. 34. Cephal. cons. 386. n. 31. lib. 3. cum alijs per Surd. cons. 137. n. 6. & 7. lib. 2.

Minus obstat prætensa priuatio ex inobseruantia 12 celebrationis missarum, † Quia cum non constet de acquisitione legati, non datur aliqua priuatio, quæ solum per testatorem fuit iniuncta, quando iam commodum fuit quæsitum legatario, quo casu non est dispositio conditionalis Bart. in l. quibus diebus. §. termilius. n. 1. ff. de condit. & demonstrat. Paris. cons. 19. n. 250. lib. 2. Molin. de primogen. hispan. lib. 2. c. 12. n. 5. Guid. Pap. q. 15. in princ. n. 2. Corn. cons. 262. ad fin. vers. quod & demonstratur. n. 7. lib. 1.

Idque clare colligitur ex verbis legati, dum te-13 stator relinquit census Monialibus, † quæ teneantur dici facere quinque missas annuatim, & casu quo deficerent, illas priuauit, mandando dictos census restitui suis hæredibus, per quæ verba præsupponitur acquisitio legati, antequam ad actus positiuos possit procedi, ut late declarat Rot. coram R. P. D. Orano. Roma-14 na bonorum. 2. decembris. 1587. † Quæ etiam procedunt, quamuis in tali dispositione adiecta fuerit conditio, quæ potius iudicabitur modus tanquam simus in eo, quod venit adimplendum in futurum l. meuia. ff de manum. testam. Dec. in l. debitori. C. de pact. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. 1. n. 76. Molin. de primogen. hispan. lib. 2. c. 12. n. 6. & c. 15. n. 30. eod. lib. Peregr. de Fidei commiss. art. 11. n. 130.

Immo legatum, vel debebat solui, aut saltem rea-15 liter offerri per hæredem, † qui ad hoc tenetur tanquam agens de acquirendo Bart. in l. prætor. §. si reus par stus de oper. nou. nunciat. Alex. cons. 130. col. 4. ad med. n. 11. lib. 4. Matthesil. notab. 128. Roman. cons. 163. in fin. ubi late Man-16 dos. in verb. realiter. † Cum enim hæres sustineat personam actoris in hoc iudicio pœnali, debet ostendere se prius adimpleuisse omnia, ad quæ tenebatur Alex. cons. 49 n. 4. lib. 2. Aym. cons. 151 n. 19 in fin. Rot. in Rom. bonorum. 2. decem. 1587 & 9. iunij 1590. coram R. P. D. Orano.

Et generale est, ut antequam percipiatur emolu-17 mentum legati, non detur aliqua priuatio, † ut in specie concludit Bald. in l. fideicommissum. n. 81. ad fin. vers. quidam testator. ff. de leg. 1. Ubi si fuerint legata centum fratribus, qui teneantur aliquid facere infra annum, alias sint priuati legato, quamuis annus sit elapsus, non datur aliqua priuatio, si non probetur illos percepisse emolumentum, neque sufficiet agnitio legati, quia hæres tenetur cedere actionem;

18 Immo † neque tempus debet currere, antequam sit efficaciter obligatus, quamuis testator dixisset infra annum à morte mea, quia debet subaudiri, & à consecutione legati, cum non sit extranea subauditio Castr. in d. l. fideicommissum. ad fin. de legat. 1. per tex. in l. 3. §. si quis hæredi. ff. de stat. liber. l. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig. Bar. in l. genero. ff. de his qui notant. infam.

19 Quasi onus non censeatur iniunctum, nisi post habitum legatum Imol. in d. l. fideicommissum. n. 2. & ibi Raph. Cuman. & Ias. ad med. vers. ultimo per istam. n. 2. de legat. 1.

Addendum est etiam, quod ad hoc ut non adimplens iussi defuncti priuetur commodo legati, 20 debet præcedere monitio quando sumus, prout in casu nostro, in facto affirmatiuo, seu positi-

uo, puta,

no, puta, vt aliquid fiat. Quidquid aliud fit in facto negatiuo, videlicet, vt legatarius non faciat, non alienet, non vendat, aut quid simile *Castr. in auth. hoc amplius. n. 2. vers. secundo requiritur. C. de fideicommiss. Menoch. de arbitr. cas.* 498. *n.* 58. *Aym. cons.* 193. *n.* 4. Et in specie † non dicentis missas concludit *Alphons. Perez. de anniuers. & capellanijs. lib. 2. c. 8. n. 37. post Molin. de primogen. hispan. lib. 2. c. 14. n. 15. ad med.*

21

Nec facit, quod priuatio fuerit inducta ipso iure, & ipso facto. † Quoniam non per hoc excluditur, vt non debeat præcedere sententia declaratoria *Bald. in auth. hoc amplius. n. 6. vers. quæro vtrum heres priuetur. C. de fideicommiss. Rimin. Sen. cons.* 258. *n.* 9. *lib.* 2. *Felin. in c. rodulphus.* 35. *col.* 28. *ad fin. n.* 35. *vers. sed declaratoria sententia. de rescript. Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 25. *n.* 73. & 74.

22

Sed de istis non est disputandum, quia, vt dictum est, non sumus in casu priuationis; Et quod dicitur de fructibus census solutis Monialibus apparet illos receptos per Sindicum ad effectum dandi hæredibus pro sustentatione litis, vt constat ex facto; † Adeo, vt ista acquisitio momentanea non sit considerabilis, neque attendatur persona capientis, quando ille emolumentum non habet *l.* 3. *§. item si quis. ff. de legat. præstan. l. fin. §. vlt. C. de bonis quæ liber. Natt. cons.* 441. *n.* 28. & 30. *Socin. cons.* 53. *viso instrumento. col. penult. in fin. n.* 28. *lib.* 4. Vltra quod † non constat de totali acquisitione legatorum, ad hoc vt possit satisfieri oneri iniuncto per testatorem, cum non sufficiat adimplementum in parte *Bald. in l. iurisgentium. §. adeo. in 2. notab. ff. de pact. Becc. cons.* 45. *n.* 10. *Surd. cons.* 101. *n.* 2. *lib.* 1.

23

24

E P I T O M E.

NVllitas contractus, seu simulatio quando impediat acquisitionem naturalis possessionis, & an in illa transferenda requiratur causa. ¶ Traditio possessionis ex interuallo facta ei, qui emit fundum tanquam procurator an debeat intelligi nomine proprio. ¶ Et an potius ipsi, quam domino sit quæsita possessio. ¶ Ex contractu conditionali quo casu censeatur possessio translata. ¶ Acquisitio possessionis an suspendatur, si illa fuerit tradita cum clausula sine præiudicio alicuius, & quando dicatur conditionalis. ¶ Et quid si fuerit facta cum protestatione, vel existente alio possessore. ¶ Et quomodo in hoc concordentur decisiones Rotæ.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio non transfertur ex contractu nullo, neque erit necesse illam reuocari. & n. 2. Amplia etiam stante clausula constituti, vel precarij. & n. 3. Declara vt n. 4.*
5 *Nullitas contractus non impedit acquisitionem naturalis possessionis, quando vltra actum iuris fuit deuentum ad actum facti, & realem traditionem.*
6 *Dominium, & possessio transfertur, quamuis titulus sit fictus, si adfuit vera traditio, secus si esset fictus titulus, & traditio. & n. 15.*
7 *Possessio transfertur ex contractu simulato; si interuenit traditio, quando veritas tendebat ad translationem possessionis. Declara vt n. 9. 11. 12. 13. 16. 17. 22. 26 & 27.*
8 *Causa non requiritur in transferenda possessione. Intellige vt n. 18.*
10 *Animus transferendæ possessionis præsumitur ex qualitate facti.*
14 *In contractu simulato deficit spiritus, & animus partium.*
19 *Per simulationem factam ad bonum finem non impeditur translatio dominij, nec possessionis, quæ fit per constitutum.*
20 *In contractu simpliciter suspecto vera traditio possessionis non inducit præsumptionem simulationis, secus in ficta.*
21 *In contractu suspecto cum Aduocato requiritur traditio corporalis, & ficta præsumitur simulata.*
23 *Traditio possessionis ex interuallo facta ei, qui emit fundum procuratorio nomine an intelligatur nomine proprio, & an illi sit quæsita possessio, vel potius domino. & n. 24.*
25 *Simulata semper præsumitur traditio, si principalis contractus est simulatus.*
28 *Traditio vera possessionis, quamuis nulla, faciat vt possessio amittatur animo, & per occupationem alteri acquiratur.*
29 *Possessio amittitur quamuis non transferatur.*
30 *Possessio an transferatur in contractu conditionali.*
31 *Possessio, si tradatur sine præiudicio alicuius quo casu censeatur tradita sub conditione, & suspendat acquisitionem possessionis. & n. 32. Et quid existente alio possessore. n. 33. Et quando protestatio operetur, & quomodo concordentur decisiones Rotæ. n. 34. & 35.*

C A P V T CCCXVII.

EX contractu nullo non transferri possessionem concludunt passim *Doctores,* † de quibus per *Alex. cons.* 69. *circa primum dubium col.* 4. *ad med. n.* 14. *lib.* 5. *per text. in l. si quis ante. vers. si quidem. de acquir. possess. Bursat. cons.* 140. *n.* 18. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 1073. *n.* 12. *lib.* 11. Vnde hoc casu non erit necesse reuocare possessionem, † ex quo illa non est translata ex actu nullo *Ang. cons.* 48. *ex dicto themate. in princ. vers. si ergo hæc donatio. n.* 1. argumento *l. imaginaria. de reg. iuris. & tot. tit. C. plus valer. quod agitur.*

1

2

Quod procedit, quamuis in tali contractu fuisset apposita clausula constituti, † seu precarij *Bar. in l. si rem aliquam. de acquir. possess. Bursat. cons.* 100 *n.* 24. *lib.* 1. *Honded. cons.* 20. *n.* 6. *lib.* 1.

3

Hoc autem intelligitur, quando contractus est causa immediata possessionis, † vt contractus præ ca-

4

precarij, tunc enim si non tenet contractus, neque transit possessio, Aliud est quando contractus non est immediata causa possessionis, Nam tunc ex contractu nullo tanquam ex causa proxima, immo ex sola traditione transit possessio; Quia sola causa proxima est illa, quæ principaliter operatur in effectu, quæ causa proxima stat per se, & ideo non vitiatur, vitiata causa remota, Ita omnia prædicta declarat *Bald. in l.non dubium.col.7.in princip. opposit.10.n.18. C.de legib.Grat.conf.90.n.18. lib.1. Honded. conf.23. n.26. lib.1. cum alijs per Tiraq. de iur. constitut.limit.17.n.24.*

Item prædicta declarantur, quando in contractibus nullis, & inutilibus non interuenit actus facti, idest realis traditio, † sed iuris tantum, vt constitutum, aut precarium, aut retentio vsusfructus, vel quid simile, tunc enim verum est nō transferri possessionem ex contractu nullo, sed quando vltra actū iuris, fuit deuētum ad actum facti, videlicet ad realem traditionem possessionis, nullitas contractus non impedit acquisitionem naturalis possessionis *Salic.in l.traditionibus.ad fin.n.14.q.3.C.de pact.* † vbi quod transfertur dominium, & possessio, quamuis titulus sit fictus, si adfuit vera traditio; Quidquid aliud sit quando esset fictus titulus, & traditio, tunc enim neutrum transit, nec dominium, nec possessio *Petr.de Bellapert.& Dyn. in l.1.§. si vir vxori.ff.de acq.possess.* quos refert & sequitur alios adducens *Honded.conf.20.n.40.& 41.lib. 1.& cōs.23.n.10.eod.lib.Vrsill.ad Affl.decis.331 n.4.Rot.diuers.decis.612.n.2.p.1.*

Idem est in contractu simulato, ex quo transit possessio, si interueniat traditio, † quando veritas tendebat ad translationem possessionis, nam alias non esset translata possessio *Bald.in c.imperialem.§.callidis.n.3. de probib.feud. alienat. per feder. per tex. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen.* vbi etiam hoc notat *Bart.n.1.* subdens, quod licet in dubio præsumatur traditio simulata, sicut contractus, † Tamen transfertur possessio, si hoc agatur, quia ad translationem possessionis non requiritur causa *l.1.§.si vir vxori.de acquir.possess.*

In hoc tamen aduertendum est secundum *Bald.in l.emptione.3 ad fin. C. plus valer. quod agitur* quod quando quis de possessione discessit, & alium in ea dimisit, † tunc dicitur translata possessio etiam ex contractu simulato, quia iste est modus transferendæ possessionis, secus si in rei veritate non discessit à possessione, argumento *l.item si res.§.fin.cum l.seq.de alien. iud. mut.caus.fact.l.cum quis.de dolo.l.fistulas.§.1.de contrahen.empt.* † & sic ex qualitate facti præsumetur animus transferēdæ possessionis, recedēdo videlicet ab ea, & alium in eandem possessionem immittendo, ex quo enim dimisit, animus præsumitur transferendi *Salic.in l.emptione.in fin.C.plus valer.quod agitur.*

Verum est, quod secundum alios hoc non admittitur, quando præcessit contractus simulatus, tunc enim † sicut simulatio fuit adhibita circa contractum, ita etiam circa illius accessoria videtur adhibita, Prout dicimus de eo qui renunciat condictioni indebiti, & alijs remedijs, Talis enim renunciatio nihil prodest, quia videtur facta ex eadem causa erroris, ex qua præcessit actus præcedens, licet potuerit fieri ex alia causa, & ex certa scientia *Bart. in l.fin. §.idem.de condic.indeb.* † Vnde etiam quamuis pars potuerit vere habere animum tradendi possessionem, tamen eodem animo præsumitur fecisse hunc actum traditionis possessionis, quo fecit actum principalem, Ita contra *Bald.* tenet *Aret.in l.1.§.si vir vxori. col.3. ant. med. vers.sed hoc esset concedendum de plano.ff.de acq. possess.* quem sequitur *Alciat.ibid.col.2.in princ. n.4.* † vbi quod nulla possessio transfertur, quando contractus est omnino simulatus; cum desit animus, & præsumendum sit in dubio traditionem factam post contractum simulatum, eodem vitio laborare, quasi ex præcedenti titulo, subsequentia quoque declarentur, itaut hoc verum sit, quamuis ex interuallo sequuta fuerit traditio, Quidquid *Claud. Aquens.& Ferret.* contrarium sequantur *in d.§.si vir vxori,* Cum contra eos sit verior opinio, vt testatur, *ibidem Alciat.n.4.in fin.& ibi Bologn. n.65.in princ.post Raphael.& Roman.in l. qui mihi.§.de donat.* † Quasi in contractu simulato deficiat spiritus, & animus partiū late *Tiraq.de retract. lignag.§.1.glos.2.n.14.& 15.* Vnde tradens non habet animum amittendi, neque acquirens animum acquirendi, & per consequens nulla est possessio *l. quemadmodum.ff.de acquir. possess.* Cum enim † sit fictus tam titulus, quam traditio, non potest transire dominium, nec possessio, vt etiam tenet *Salic. in l.traditionibus. in fin.n. 14.C.de pact.*

Et hoc procedit in contractu omnino simulato, nam aliud esset in eo, qui non est omnino simulatus, vt quia fingam me agere ex vna causa, cū tamen velim rem efficere ex alia, tunc enim transfertur possessio, † dummodò causa sufficiat translationi, quod etiam habet locum in traditione ficta, vt notat *Alciat.in d.§.si vir vxori.n.5.post Alex.in l.si donatione.C.de collation.* Idem sequitur *Salic.in l.emptione.3. in fin.vers. hæc placent mihi.C.plus valer.quod agitur.* † Vbi intelligit quando contractus est simulatus, & causa, secus vbi tantum est simulata causa, non contractus, quod est quando partes vnā causam fingunt pro alia, quam vere intendunt, † quia tunc ex causa vera possessio transfertur, & dominium, si causa vera requirit translationem dominij, quia illa est inspicienda *l.si ex pretio.C.si cert.petat.* & late declarat *Tiraq. de iur. constitut.possess.par.3. limit.8.n.6.* & voluit etiam *Grat.conf.117.in princ.lib.1.* † vbi de simulatione facta ad bonum finem, per quam non impeditur translatio dominij, nec possessionis, quæ fit per constitutum ad notata *per Bald.in l.1.col.2.vers. secundo casu. C.plus valer.quod agitur.*

Quod magis erit, quando non constat contra-

ctum-

20 ctum esse simulatum, † nam si solum simpliciter est suspectus, tunc vera traditio possessionis non induceret præsumptionem simulationis, quidquid aliud sit in ficta, quæ illam inducit *Bald. in l. 1. n. 2. C. de suffrag.* Vbi loquitur de contractu suspecto, & reprobato cum Ad- 21 uocato, † in quo requiritur traditio corporalis, neque sufficeret precarium, aut retentio vsusfructus, vbicunque enim est suspicio fraudis, & simulationis, ficta traditio præsumitur simulata *l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* & idem notat *Alciat. in d. §. vir vxori. n. 5. in fin. & in l. post contractũ ff. de donation.*

Ex istis colligitur dubiam esse opinionem *Bald. in* 22 *d. l. emptione. C. plus valere quod agitur.* † Ideo rectius concludendum est traditionem præsumi simulatam, sicut ipsum contractum, vnde non colligetur animus transferendi possessionem, quamuis ab ea quis distulerit, & alium in eam induxerit, non obstante, quod traditio fuerit facta ex interuallo, non incontinenti, quando contractus est simulatus, vt voluerunt *Aret. Alciat. & alij supra allegati vers. verum est quod secundum. n. 11.* & vltra prædictos etiã late concludit *Natt. cons. 443. n. 1. & per tot. &* de veriori opinione testatur etiam *Mascard. conclus. 1196. n. 8. vsque ad n. 13.*

Neque obstat, quod immo ex interuallo admittatur ista translatio possessionis, & non præsumetur simulata, quamuis titulus sit talis, 23 exemplo eius, qui emit fundum procuratorio nomine alterius, nam si ei fiat traditio ex interuallo intelligetur facta nomine proprio, non procuratorio, & illi quæretur possessio non domino *Bart. in l. qui mihi donatum. ff. de* 24 *donat.* † Quia verior est opinio, quod sit acquisita possessio domino quandocunque tradita etiam ex interuallo ratione præambuli tituli, cum enim traditio sit accessoria ad contractum principalem, præambulum etiam dicitur regulari secundum eius naturam, prout de veriori opinione contra *Bart.* testantur *Cuman. Imol. & Rom. in d. l. qui mihi donatũ ff. de dona. Alex. in l. qui alieno. §. 1. in fin. de acq. hæredit. Natt. cons. 443. n. 4. & 5.*

Quare etiam colligitur, quod semper in dubio 25 præsumitur traditio simulata, † si principalis contractus est simulatus, ita vt ex ea nunquam censeatur translata possessio, quia in dubio non præsumitur animus transferendi possessionem, ex quo principalis actus est simulatus, nam secundum formam illius censentur omnia subsecuta *Bart. in l. emptor. de aqua plu. arcend. Angel. cons. 387. consultatio. in fin. Aret. in §. sequitur. ante fin. in tertia specie simulationis. n. 34. vers. an autem transferatur possessio. instit. de act. Imol. in c. ad nostram. §. fin. de empt. & vendit. late Tiraq. de iur. constit. possess. par. 3. li-* 26 *mit. 8. n. 3.* † Vbi ita declarat omnes *Doctores* dum volunt ex contractu simulato non acquiri aliquam possessionem *Angel. in l. 1. §. si vir vxori. in princ. de acquir. possess. & in l. si donatione. ad med. C. de donat. Menoch. cons. 1095. n. 7. lib. 11.*

Hoc tamen, vt dictum est, intelligitur, quando 27 sumus in dubio, Nam aliud erit dicendum, quando vere actum fuisset, vt possessio transferatur ex huiusmodi contractu simulato, nam tunc illa transferetur ex tali reali traditione, quæ non requirit causam, vel titulũ, quasi † tũc veritas tendat ad translationem possessionis *Alex. in l. 1. §. si vir vxori. col. 3. vers. & in dubio. de acquir possess. Aret. Bald. Salic. Rom. & alij per Tiraq. de iur. constit. par. 3. limit. 8. n. 4.* & bene declarat *Curt. Iun. cons. 110. sacratissimæ. col. 3. ad med. vers. præterea & secundo. n. 12.* vbi testatur de vera, & magis communi opinione.

Immo si sequatur vera traditio possessionis, quam- 28 uis esset nulla ob simulationem, † possessio amitteretur animo, & per occupationem alteri acquiritur, cui occupationi non interuenit ficta traditio, & forte etiam tunc solo animo amittitur, qui animus declaratur per actum nullum, sed non acquiritur *Ruin. in l. 3. §. si vir vxori. col penul. in princ. n. 8. de acquir. possess.* 29 Vbi etiam quod amittitur possessio, quamuis non transferatur *Alex. in l. si rem aliquam. col. 7. ff. eod. tit.*

Et quemadmodum transfertur possessio ex contractu simulato, quando vere agitur, vt transferatur, vt dictum est, ita etiam idem erit in 30 contractu conditionali, † Quando enim constat clare de voluntate transferendi, & acquirendi possessionem, illa acquiritur, non considerando, quod adsit aliqua conditio, vt notant *Doctor. in l. dotis fructus. §. fin. de iur. dot.* & declarat *Rimin. Sen. cons. 464. n. 22. lib. 3.* cum alijs per *Honded. cons. 86. n. 48. lib. 2. & per Cæsar. de Grassis. decis. 44. n. 4.*

Quare si tradatur possessio sine præiudicio alicuius, esset quidem tradita sub conditione, neque 31 esset † quæsita possessio iuxta *decis. Put. 32. in princ. lib. 2.* Tamen cum possessio habeat plurimum facti, illa clausula sine præiudicio quamuis conditionalis non suspenderet acquisitionem possessionis traditæ, si vere constaret de voluntate transferendi, & acquirendi possessionem *Honded. cons. 86. n. 48. & 49. lib. 2.* Maxime 32 quia dicta conditio inhærebat actui, † & erat de substantia, & natura sua, & ideo non videtur, quod suspendat acquisitionem possessionis *Bisignet. decis. 9. de concess. præb. in antiquior.* declarando vt per *Honded. cons. 86. n. 50. lib. 3.*

In quo tamen notandum est, quod dicta clausula sine præiudicio suspendit acquisitionem pos- 33 sessionis, quando adest alius possessor, † tunc enim eius præiudicium attenditur, secus autem quando possessio esset vacans, quo casu illius acquisitio non potuit impediri, quasi tunc non inferatur præiudicium in possessione, quæ ab alijs non detinebatur, nec in iuribus alijs competentibus in huiusmodi bonis, quia ex hac immissione iura, quæ alij haberent in petitorio, nõ læduntur *Cesar. de Grass. decis. 194. n. 2. & decis.*

195. *in fin* vbi declarat *Put.d.decis.32.lib.2.* & 34 sequitur† *Honded. cons. 85.n.52.lib.2.* Vbi etiam testatur ita decisum per *Rot coram Card. Pamphilio. Maceraten. hereditatis. 27. nouembris.* 1589. vbi fuit admissa ista distinctio, quando alter possidet, prout *in eadem causa coram eodem* 4. *Iulij.* 1590. vbi allegantur concordantes decisiones *coram Card. Seraphino. & Card. Blanchetto.post Abb.in c.olim.il 1.n.8. ante fin. vers. vel potest dici. de restitut. spoliat.* & de intellectu 35 dictæ decisionis *Put.* † & quid in hoc protestatio operetur *Cæsar de Grassis decis. 44. 194. & 195. Honded.d.cons.86.n.45. vsque ad n.53.lib. 2. Tholom.inter decis. Rot. diuers.1013.p.3.lib. 3.fol. 384.*

EPITOME.

VEnditio ad mensuram quando dicatur conditionalis, itaut si illa non fiat, competat remedium spolij contra ingredientem possessionem. ¶ Et quid in subhastatione facta per iudicem ante d. mensurationem, aut similem conditionem. ¶ Agens remedio reintegrandæ quando teneatur probare non implementum conditionis contra illum, qui possidet. ¶ Patientia, & scientia debitoris cum antiquitate temporis an faciat præsumere creditorem fuisse ingressum possessionem seruatis seruandis, quamuis simus in contractu conditionali, tam in rebus corporalibus, quam in seruitutibus, & alijs incorporalibus. ¶ Et quid in titulo, vel substantia actus. ¶ Cautela ad transferendum periculum in emptorem. ¶ Remedium reintegrandæ an detur contra tertium, etiam cum titulo, & bona fide. ¶ Et in eo an sufficiat contestatio sola litis, & contradictio facta conuentioni in iudicio. ¶ Possessio diuturna Rectoris in spiritualibus, & beneficialibus an inducat præsumptionem tituli. ¶ Donatio facta absenti ex lapsu longi temporis quo casu possit dici acceptata per donatarium. ¶ Patientia quando habeat vim translationis possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Ingressus in possessionem non datur ante mensurationem, & contra talem ingredientem competit remedium reintegrandæ.*
2 *Reintegratio datur in contractu imperfecto, & conditionali. n.13.*
3 *Assignatio ad mensuram cum constitutione pretij pro numero illius facit contractum conditionalem.*
4 *Subhastatio facta per iudicem ante mensurationem inducit spolium.*
5 *Venditio ad mensuram intelligitur fieri sub illa conditione, si salmæ mensurentur.*
6 *Pretium ante mensurationem dicitur incertum, & nihil potest peti, donec appareat, quod debeatur.*
7 *Executio facta, non præcedente legitima liquidatione, est nulla.*
8 *Pretium debitum ex contractu ad mensuram, si esset conuertendum in extinctionem alterius debiti magis facit subhastationem spoliatiuam, si ante illam fuerit facta subhastatio.*
9 *Conditio obstat principio acquisitionis, nec datur actio ante implementum illius.*
10 *Onus probandi incũbit ei, qui dicit conditionem esse impletam, quamuis illa sit negatiua. n.11. Fallit in eo, qui prætendit spolium, qui tenetur probare non implementum conditionis. n.17. Declara vt n.19. & 24.*
12 *Remedium reintegrandæ competit ei, qui cadit à sua possessione.*
14 *Contractus cõditionalis non dicitur contractus.*
15 *Patientia, & scientia debitoris facit præsumere creditorem ingressum fuisse possessionem seruatis seruandis ad excludẽdum delictum, quamuis simus in contractu conditionali. n.16. & 21.*
18 *Possessio an intelligatur quæsita ante implementum conditionis.*
20 *Titulus debet præcedere, per quem teneretur quis tradere, ad præsumendum, quod possessio fuerit tradita à debitore.*
22 *Emptor præsumitur habuisse possessionem ex titulo præcedenti.*
23 *In seruitutibus non fit traditio, nisi mediante patientia, & vsu aduersarij, secus in rebus corporalibus, in quibus fingitur tradita res, quæ vere tradi potest.*
25 *Patiẽtia habet vim traditionis possessionis quando possidens pro parte sua adimpleuit cõtractũ.*
26 *Patientia non operatur amissionem possessionis, nisi quando quis potest existimare actũ valere.*
27 *Traditio tacita non habet perfectionem contractus, sicut expressa.*
28 *Cautela ad transferendum periculum in emptorem, vt venditor, vel faciat rem mensurare, vel quod rei venditæ tradat possessionem. Intellige vt n.29.*
30 *Possessio transfertur in contractu conditionali, si dominus illam transferat.*
31 *Tempus antiquum facit præsumere conditionem esse purificatam, & quod solemniter quis possideat. Intellige vt n.32. & 33.*
34 *Differẽtia inter solẽnitatẽ, & substantiã actus.*
35 *Donatio facta absenti ex lapsu longi temporis à morte donantis non potest dici acceptata per donatarium, sed aliunde erit talis acceptatio probanda.*
36 *Titulus, aut substantia illius non præsumitur ex antiqua patientia.*
37 *Aditio hereditatis non est præsumenda ex antiquitate temporis.*
38 *Antiquitas facit præsumi interueniisse solemnitatem extrinsecam formalem, non autem substantialem, aut materialem.*
39 *Qualitas rei facilius inducitur, quàm illius substantia.*
40 *Possessio diuturna Rectoris in spiritualibus, & beneficialibus inducit præsumptionem tituli.*
41 *Remedium reintegrandæ an detur contra tertium etiam cum titulo, & bona fide.*
42 *Cõtestatio sola litis an dicatur sufficiens probatio,*

tio, vt competat remedium reintegrandæ. Et quid in contradictione facta conuentioni in iudicio. n.43.

44 *Probationes semiplenæ quando debeant coniungi ad plene probandum.*

CAPVT CCCXVIII.

Reintegrationem petitam ad bona, de quibus agebamus, Dixi concedendam esse, Assignatio enim prædij, de quo in actis, fuit facta ad rationem scutorum sexdecim pro quolibet stadio mensurando pro debita pretij quantitate, † Vnde ante mensurationem non dabatur licitus ingressus in possessionem, adeo vt contra talem ingredientem competat remedium reintegrandæ *Neuiz. in specie conf. 38. n. 25. post Alex. conf. 33. n. 5. & 6. lib. 6.* Vbi *Natt. in addit. in verb. debere succumbere. in princ.* dicit notandum, † quod quando contractus est imperfectus, & conditionalis, competit reintegratio *Socin. in l. rem quæ nobis. col. 6. de acquir. possess. Curt. Iun. conf. 131. in fin. Becc. conf. 13. n. 7.*

Neque est dubitandum nos esse in contractu conditionali, & imperfecto, † cum assignatio fuerit facta ad mensuram, & pro numero, seu modo mensuræ pretium constitutum *Bald. in l. sicut periculum. 12. ad fin. vers. secundo quando venditur. C. de action. empt. Socin. conf. 32. in princ. lib. 4. Ias. conf. 55. in fin. vers. secus quando alienatio. lib. 1. Put. decis. 249. ad fin. vers. tamen. lib. 2.*

Ideo etiam datur reintegratio, si contingeret per Iudicem subhastari bona, quæ prius requirebant mensurationem, si nulla præcedat mensura, † Talis enim subhastatio producit spolium, cum illa non posset fieri stante venditione facta ad certum numerum salmarum, & non ad corpus, vt late resoluit *Rot. coram R.P.D. Manzanedo. Maceraten. spolij. 4. iunij. 1610.* ob illam rationem, † quia venditio intelligitur fieri sub dicta conditione, nempe si salmæ mensurentur *l. quod sæpe. 35. §. in ijs quæ pondere. ff. de contrah. empt. Bart. conf. 74. petrus vendidit. n. 2. lib. 1. & conf. 121. in quæstione. n. 1. eod lib. Afflict. decis. 280. n. 1.* † Vnde etiam pretium ante mensurationem erat incertum, & illiquidū, quod facit vt ante purificatam conditionem liquidationis pretij non posset sciri quantitas debita, qua ignorata nihil poterat peti, donec exploratum sit quid debeatur *l. hoc iure. ff. de verb. obligat. l. proinde. la 2. §. notandum. ff. ad leg. aquil. Bar. in l. 1. n. 3. ff. iudic. solu. Bal. in l. 2. n. 7. in fin. C. de execut. rei iudic. Roder. in l. post rem iudicatam. limit. 4. ff. de re iudic. Couar. lib. 2. var. resol. c. 11. n. 1. Surd. decis. 27. n. 5.* † Et executio facta non præcedente legitima liquidatione erit nulla *Gallesi. de oblig. camer. p. vlt. rubr. de quæstionib. post process. incident. n. 33.* † Maxime si pretium debitum ex similibus contractibus factis ad mensuram esset conuertendum in extinctionem alterius debiti, tunc enim magis subhastatio esset spoliatiua, & competeret reintegratio, *vt in causa Maceraten. spolij. 4. iunij. 1611. coram R.P.D. Manzanedo.*

Et generale est, vt conditio debeat impleri, vel esse impleta, priusquam dispositio habeat effectum, hæc est enim eius natura, vt prius impleatur, quam quis emolumentum consequi possit, 9 nam conditio † obstat principio acquisitionis, & ideo non potest quisquam agere ante implementum acquisitionis *Bald. in l. arethusa. in 3. lectur. n. 1. ff. de stat. homin. Bart. in l. quibus diebus. §. termilius. n. 6. de condit. & demonstrat. Castr. in l. 1. n. 6. de instit. & substit. Aym. conf. 340. n. 2.* latè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 42. n. 1. cum seq.* † Adeo vt ei, qui dicit conditionem fuisse impletam incumbat onus probandi *l. ex his C. quando dies legat. ced. Bald. in l. cum te minorem. col. 2. C. de probat.*

11 Quamuis conditio † sit negatiua *l. eum qui nouissimus. ad trebell. Socin. conf. 67. n. 1. lib. 4.*

Quare etiam dicimus, quod quando quis cadit à sua possessione ex contractu nullo, & inualido dicitur cecidisse sine iusta causa, & sine facto 12 suo, † & ei competit remedium reintegrandæ *Alex. conf. 1. ad fin. lib. 4. Aym conf. 248. col. penult. ad fin. vers. rursus. n. 6.* † Vnde multo magis dabitur reintegratio ex contractu imperfecto, & facto sub conditione, cuius nulla est virtus, prout in proposito ita arguit *Becc. conf. 13. n. 7.* Maxime cum contractus conditionalis 14 non † dicatur contractus *Aret. conf. 11. n. 2. Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 306.*

Non obstat, quod præsumatur ingredientem fuisse in possessione seruatis seruandis stante patien15 tia, † & scientia debitoris per spatium tot annorum, de quibus in actis *Menoch. de recuper. rem. 17. n. 19.* quasi omnis possessor præsumendus sit possidere de voluntate debitoris ad excludendum delictum, late *Socin. conf. 15. col. fin. in princ. vers. tertio & vltimo. lib. 4. per tex. in l. 2. & ibi Ang. in prin. C. de acquir. possess.* † & in specie ita resoluit *Rot. coram Cardin. Seraphin. Roman. palatij. 1. iulij. 1575.* quæ est inter *decis. Rot. diuers. 132. n. 6. & 7. p. 1.* vbi, quod quamuis simus in contractu conditionali, alleganti non fuisse impletam conditionē incumbit onus probandi, cum etiam ex contractu conditionali transferatur possessio, quæ sub conditione tradi potest, adeo vt conditio non faciat, quod non 17 fuerit translata possessio, † Ideo prætendens spolium debet allegare, & probare non implementum conditionis, maxime stante cursu temporis, & patientia debitoris, per quam præsumitur impleta conditio, quæ ne dum ante adeptam possessionem, sed etiam postea adimpleri potuit, vt *in d. decis. Romani palatij*, quam etiam sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. con18 uent. lib. 14. tit. 42. n. 6.* † Quidquid alias ante implementum conditionis non intelligatur quæsita possessio *Rot. decis. 19. n. 2. de restit. spoliator. in antiq. Put. decis. 42. lib. 2. Rot. coram Card. Bubal. Papien. præposit. 5. martij. 1584.* de qua per *Card. Mantic. d. tit. 41. lib. 14. n. 6.*

Quia licet ista patientia habeat vim traditionis posses-

19 possessionis, † tamen procedit, quando venditor tenebatur tradere, secus autem si venditio erat imperfecta, & conditionalis, prout in casu nostro, tunc enim non dicitur legitime acquisita possessio, neque de consensu debitoris, sed debet probari implementum conditionis per eum, qui prætendit se tueri in iusto ingressu possessionis, ex quo enim terra non fuit mensurata, venditor non tenebatur tradere, ideo merito intrat spolium, vt declarat *Alex cons. 33. n. 6. & 7. lib. 6. & cons. 86. n. 4. eod. lib. Neuizan. cons. 38. n. 25. Bece. cons. 13. n. 8. & 9. Surd cons. 221. n. 47. & 48. lib. 1.*

20 † vbi, quod debet præcedere titulus, per quem teneretur quis tradere, quia si non tenebatur tradere, non est præsumendum, quod possessio fuerit tradita à debitore *Cagnol. in l. 2. q. 47. in fin. n. 173. vers. limita quarto. C. de pact. int. empt. & vendit.* Adeo vt ex istis rationibus, & auctoritatibus colligatur non obstare decisionem adductam in contrarium, quæ nihil allegat, ideo super ea nullum potest fieri fundamentum, cum in terminis adsint pro alia opinione tot auctoritates suprà allegatæ.

Verum est, quod *Bertazol. clauf. 30. glos. 6. n. 9.* tenet, quod siue simus in expressa traditione,

21 † siue tacita, semper cēseatur facta traditio per venditorem, & talis patientia operatur perfectionem contractus etiam conditionalis, quod etiam voluit *Aret. in l. 1. §. si vir vxori. col. 3. in fin. vers. tertio adde quod sicut. n. 40. de acquir. possess.* quem sequitur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. n. 31. in fin. post Ang. in l. seruitutes in princ. ff. de seruitutib. tit. generali.*

22 † Quasi tunc emptor præsumatur habuisse talem possessionem ex titulo præcedenti *Dec. cons. 178. viso eleganti. in fin.*

Sed non est discedendum à prædicta distinctione,

23 quia contraria procedunt in seruitutibus, † in quibus non fit traditio, nisi mediante patientia, & vsu aduersarij *l. quoties. de seruitutib.* vnde vt res dicatur tradita eo modo, quo tradi potest, non est mirum, si in dubio censetur translatum ius seruitutis. Aliud tamen est in rebus corporalibus, prout sumus in casu nostro, in quibus fingitur tradita res, quæ vere tradi potest, & præsumitur tradita animo transferendi dominium, fictio autem & præsumptio non videntur posse concurrere, ita in specie declarando *Aret. & alios supra adductos* concludit *Socin. in l. 1. §. si vir vxori. col. penult. ante fin. vers. cogita tamen. n. 15. de acquir. possess.* vnde solum ista patientia operabitur, quando præcessit titulus, per quem teneretur quis tradere, quod non est in contractu conditionali, de quo agimus, cum ante mensurationem non tenebatur tradere, vt dictum est ex *Alex. Neuiz. Bece. Cagnol. & alijs*

24 *supra allegatis*; † & concludit etiam *Curt. Iun. cons. 74. n. 18. & cons. 76. n. 10.* Et ita quoque loquitur *Glos. in l. 2. in verb. in dominum. in fin. C. de acquir. possess.* vbi præsupponit possessionem esse debitam, prout etiam ita explicat *Socin. cons. 15. n. 7. vers. sed mouetur. lib. 4.* bene *Ang. in l. super longi. col. penult. ad med. vers. si vero possidebat auctor. n. 5. in fin. C. de præscript. long. tempor. Surd. cons. 221. n. 47. & 48. & cons. 372. n. 13.* & latius *cons. 52. n. 77.*

Et facit, quia licet patientia habeat vim traditio-

25 nis possessionis † *§. interdictum. instit. de rer. diuis. l. minus instructus. 2. C. de acq. possess.* tamen procedit quando possidens pro parte sua cōtractum impleuit *Ang. in l. super longi. col. penult. C. de præscrip. long. tempor. Cassan. super consuetud. Burgund. rubr. 7. des succession. §. 1. incip. le mort saisit. n. 19. col. penult. ad med. vers. sextus est per patientiam. fol. 903.* vbi addit simile de impulsorijs reuocandis, si instrumentum, ex quo sunt sumpta non est purificatum *Guid. Pap. decis. 15.*

26 † Maxime, quia patientia non operatur amissionem possessionis, nisi quando quis potest existimare actum valere, nam si aliquo modo potest detegi nullus, d. patientia nihil operabitur tanquam emanans ex falsa causa *Rot. diuers. decis. 507. n. 3. p. 3.*

Accedat, quod hic præsupponitur traditio tacita, quæ non attenditur, quidquid aliud sit in tradi-

27 tione expressa, † quæ magis operaretur, quam mensuratio, quasi in ea consistat maior perfectio contractus, & per illam suppleatur defectus mensurationis *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 17. n. 6.* vbi requirit actualem possessionem iuxta *cons. Dec. 178. in*

28 *fin. in vltimis verbis.* † Ideo datur cautela ad transferendum periculum in emptorem, vt venditor, vel faciat rem mensurare, vel quod rei venditę tradat possessionem *Castr. in l. 2. n. 2. post Ang. ibid. C. de pericul. & commod. rei vendit.* & de veriori opinione testatur latè *Dec. cons. 178. viso eleganti. col. 2. ad med. vers. quibus tamen non obstantibus. n. 2.* & multum notandam, & commendandam huiusmodi praxim tanquam

29 insignem, † quidquid aliud sit in traditione per constitutum, dicit *Couarr. pract. quæst. c. 3. n. 6. post med. vers. quæ quidem conclusio. & ad fin. vers. sed prior opinio. Corn. cons. 50. col. 5. lib. 1. Paris. cons. 59. col. 4. ad med. n. 20 cum seq.*

30 *lib. 1.* † Et generale est, vt quamuis contractus sit conditionalis, si tamen Dominus simpliciter tradat possessionem, transferatur possessio *Paris. cons. 11. n. 87. lib. 1. post Innoc. in c. olim il 1. n. 5. de restitut. spoliator.* sequitur *Cæsar de Grass. in discursu decis. 44. n. 4. Doctor. in l. sub conditione. 16. de solution. Honded. cons. 46. n. 48. lib. 2. Rimin. Sen. cons. 464. n. 22. lib. 3.*

Minus obstat lapsum fuisse decennium, per quod tanquam sit tempus antiquum, præsumenda est

31 conditio purificata, † & per consequens credendum est, quod fuerit facta mensuratio, & quod solemniter quis possederit *l. si filius. C. de petit. hæredit. l. qui in aliena. in princ. de acquir. hæredit.* Quia prædicta procedunt, quando tractaretur de solemnitate requisita ad actum men-

32 surationis, † tunc enim, vt ille actus valeat ex antiquitate temporis præsumitur solemnitatem, aut citationem partis interuenisse,

nisse, vt in sententia de antiquo, ad cuius validitatem præsumitur litis contestatio, vel citatio, & in consensu, qui requirebatur in confirmatione, & in similibus dispositionibus, 33 † Aliud in casu nostro, in quo agitur de substãtia actus, videlicet an fuerit facta mensuratio nec ne, Tunc enim antiquitas temporis non facit illam præsumi, sed debet de ea constare liquidando, quod conditio fuerit impleta *Bald. in l. si quidẽ. col. fin. C. de except. Dec. cons. 607. n. 17. Rimin. Iun. cons. 52. n. 19. Decian. cons. 11. n. 2. lib. 1.* 34 † Et ita in specie inter substantiam actus, & solemnitatem distinguit *Alex. cons. 50. n. 7. & 8. lib. 5.* Vbi *Add. in verb. substantia. in princ.* infert ad donationem factam absenti, in qua ex lapsu longi temporis à morte donantis non potest allegari acceptatio per donatarium, 35 † cum hoc sit fundamentum intentionis, respiciens substantiam negotij, Ideo aliunde erit probanda, quam per istam præsumptionem antiquitatis temporis *Dec. cons. 442. in causa in qua molestatur. col. 5. in princ. n. 22. Aym. de antiquit. tempor. p. 3. in prin. vers. quarto limitatur. n. 22.*

36 Vbi etiam † quod ex antiqua patientia non præsumitur titulus, aut substantia tituli *Alex. cons. 179. col. 2. in princ. n. 5. lib. 6.* Prout etiam per antiquitatem temporis aditio hæreditatis non præsumitur, 37 † sed præsupposita substantia aditionis, erit præsumendum illam solemniter fuisse factam, stante cursu longi temporis *Dec. cons. 442. n. 22.* Cum antiquitas faciat præsumi interuenisse solemnitatem extrinsecam formalem, 38 † non autem substantialem, aut materialem *Natt. cons. 162. n. 24. Mascard. concl. 108. n. 2.* Quasi facilius possit induci qualitas rei, quam ipsius substantia. 39 † *Glos. in l. talis scriptura. § fin. de legat. 1. Ias. in l. stipulatio ista. § alteri. col. 3. limit. 10. de verb. obligat.* Quidquid aliud sit in beneficialibus, & spiritualibus, in quibus diuturna possessio Rectoris præbet ei præsumptionem tituli, 40 † cum non sit verisimile, quod superior visitans ecclesiam non viderit eius titulum, & quod voluerint subditi obedire intruso, quæ præsumptio tituli insurgens ex vetustate possessionis cessat in rebus prophanis, in quibus non procedit ratio visitationis *Host. in c. illud. de præsumpt. cum alijs per Natt. cons. 162. n. 24.*

Nec aduersatur nos esse in casu, in quo rei conuenti non spoliarunt, 41 † ideo contra eos non debet competere remedium reintegrandæ *Bar. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess.* Quia sufficit vitium spolij factum ab ingrediente possessionem, de qua agimus, quod transit in tertium, & contra tertium possessorem etiam cum titulo, & bona fide *Alex. cons. 200. col. 3. in fi. vers. secũdo respondeo. n. 8. lib. 2.* vbi de magis communi. *& cons. 78. n. 1. lib. 3. Ruin. cons. 49. n. 2. lib. 4.* cum alijs *per Becc. cons. 75. n. 4. Misinger. obseruat. 85. centur. 3. n. 3. Socin. Iun. cõs. 128 n. 21. lib. 2. Innoc. Butr. Abb. & alij in c. sæpe. de restitut. spoliator.*

Ex istis videtur non posse denegari reintegrationem petitam, cum etiam fuerint probata extrema, 42 † prout de secundo deponunt omnes testes, & sufficeret etiam sola contestatio litis *Caputaq. decis. 369. p. 2. Pontan. de spol. c. 17. tit. de probat. secund. extrem. lib. 2. n. 185. tom. 14. fol. 291. Rot. coram R. P. D. Gypsio Roman. pecuniaria. 26. iunij. 1596. & coram R. P. D. Caualerio Romana portus 22. iunij. 1607. Alex. cons. 73. in princip. lib. 3.* 43 † Vbi etiam quod sufficiens turbatio est contradictio facta conuentioni in iudio *Dec. cons. 694. pro resolutione. in fin. n. 12.*

Prout etiam non potest dubitari de probatione primi extremi, cum omnes testes de eo deponant, & possessio etiam videtur probata ex instrumento assignationis, de qua in actis, pro concurrenti debito, iuxta æstimationem faciendam. Adeo vt quamuis etiam non esset plene probatum per testes, 44 † Tamen possent coniungi ista simul ad faciendam plenam probationem *Caputaq. decis. 370. n. 2. lib. 2.* iuxta doctrinam *Bald. in l. gallus. § ille casus. in 3. notab. de ff. liber. & posthum. post Glos. in l. 3. § idem diuus de testib.*

EPITOME.

DE pœna contra eum, qui pannum rubrum ostendit, & fugauit pecus. ¶ Et quare armenta timeant vestes rubras. ¶ Spira quid significet, ¶ Compitum, compitalia, dies compitalitij, pilæ pannosæ, vestes laciniosæ, lacidæ, pannicularia, lacinia lacisma, laciniatim, vestes pilares, & purpureæ, quæ tauris obijciebantur. ¶ Intuitus rubentium quare agitet sanguinem. ¶ Spolia monachorum an pertineant ad monasterium, seu ad arendatorem fructuum. ¶ De Stymphalidibus auibus, & earum aucupio. ¶ De occultis quarumdam rerum proprietatibus. ¶ Color rubeus quid in homine significet, & de eius nobilitate, & vestibus illius coloris prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti, seu in factum quando detur contra eum, qui pannum rubrum ostendit, & fugauit pecus.*
2 *Naturale est, vt armenta timeant vestes rubras. Et de ratione. n. 3.*
4 *Vestes laceræ antiquitus vocabantur lacidæ. Et quid sit lacinia, & lacisma, & laciniatim. n. 5.*
6 *Laciniosa vestis pro sinuosa, Vnde etiam mare sinuosum.*
7 *Spira significat ornamentum mulieris.*
8 *Ornamentum Lolliæ Paulinæ maximi valoris.*
9 *Vestes pilares quæ sint.*
10 *Pilæ dicebantur effigies viriles, & muliebres ex lana, quæ compitalibus suspendebantur.*
11 *Compitum idem erat quod quadriuium.*
12 *Compitalia, & dies compitalitij qui dicantur.*
13 *Pilæ pannosæ vnde dictæ.*
14 *Pannicularia quæ sint.*
15 *Spolia monachorum debẽt pertinere ad Abbatẽ, & mona-*

& monasterium non ad arrendatorem fructuum.

16 *Vestes quæ tauris obijcerentur in spectaculis, pilas antiqui vocabant. Et de alio illarum significatu. n. 17.*

18 *Vestes etiam pupureæ obijciebantur ad irritationem taurorum ob luxum auctum.*

19 *Ex natura rerum quid accidere soleat animalibus, & hominibus. n. 21. & 24.*

20 *Intuitus rubentium agitat sanguinem.*

22 *Cerui rubra penna aspectu terrentur.*

23 *Causæ non sunt inquirendæ ob occultas quarundam rerum proprietates.*

25 *De Stymphalidibus auibus, & earum aucupio.*

26 *Color rubeus æquiparatur lapidi pretioso, & quid in homine significet.*

27 *Color rubeus quare sit nobilior alijs.*

28 *Vestes comptas, seu tinctas colore rubeo prohibitum est portare.*

CAPVT CCCXIX.

CVm eo qui pannum rubrum ostendit, fugauitq; pecus, vt in fures incideret, si qui-
1 dem dolo malo fecit, † furti actio est, sed & si non furti faciendi causa hoc fecit, non debet impunitus esse lusus tam perniciosus; Iccirco in factum dabitur actio *Hæc Vulpian. in l. in furti actione. 51. in fin. ff. de furt.* quod etiam deciditur *in §. interdum quoque furti. vers. ex hoc veteres scripserunt. instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* & facit etiam *tex. in l. item si obstetrix. 9. §. si seruum meum. & l. si boues. 54. ff. ad leg. aquil. §. cæterum. instit. eod. tit.*

Ex istis colligitur esse naturale, quod armentum
2 timeat vestes rubras, † vt notat *Aret. in d. §. interdum quoque furti. post princ. vers. nota ibi pãno. n. 2. instit. de obl. quæ ex delict. nascunt.* vbi aduertit Doctorem, qui indutus est rubeo, vt nunquam vadat vbi est armentum.

Cum autem quæreretur de ratione prædicto-
3 rum, placuit hæc breuiter adnotare † in gratiam amici hoc potentis. Animaduertendum est igitur vestes dilabentes vetustate, ac laceras vocatas ab antiquis lacidas. Nam & la-
4 cisma, græcè, scissuram nobis indicat; † Vnde etiam lacinia pars extrema in vestimento, & cesuræ particulatim concisæ decoris gratia à lacerando dictum, vt inquit *Sipontinus.* Et in
5 lacinias pecus ægrotum distribuere, † idest in particulas separari, vt facilius conualescat *Colum. lib. 7. c. 5.* & laciniatim pro particulatim, & per flexuras secundum *Apuleium.* Quamuis etiam laciniosa vestis diceretur,
6 idest, sinuosa, † quæ sinus, & curuationes facit, vt Mare sinuosum, vela sinuosa, cum similibus *Ouid. 5. Metamorph. 14. Propert. lib. 4. eleg. 1.* Et de disputatione laciniosa pro implicita à lacinia extrema parte vestis, quæ complicabatur in sinus duos *Marcell. Donat. ad Sueton. in Caligul. c. 35. fol. 438.*

Sunt etiam qui spira vocent, vnde apud *Xeno-*
7 *phontem* Ascenderant, inquit, † spirijs induti perinde ac æstate, de quo per *Cel. Rhodig. lib. 16. lect. antiq. c. 11.* Spira etiam erat ornamentum muliebre, vt per *Plin. lib. 19. c. 35.* Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij Principis matrona, ne serio, quidem, aut solemni ceremonialium ali-quo apparatu, sed mediocrium etiam sponsa-
8 lium cena † vidi smaragdis, margaritisq. opertam alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris auribus, collo, & manibus digitisque, quæ summa quatrigenties H. S. colligebat.

Latini id genus pilares dicere vestes possent,
9 quod significat † *Martialis 2. epigrammat. de* togi sua, quam intelligi volebat pertritam, conscissamque. At me quæ passa est furiosi cornua tauri. Noluerit dici quam pila primam suam.

Pilæ vero erant viriles effigies, atque item mulie-
10 bres ex lana, † quæ compitalibus suspendebantur in compitis, quod esse Deorum inferiorum putarent, quos vocant Lares, quibus ponebantur tot pilæ, quot capita liberorum, seruorum, mulierum circa compita habitabãt, vt essent contenti ijs pilis, ac simulacris, viuisque parcerent.

Compitum autem idem erat quod quadriuium ab eo, quod multæ viæ in vnam confluant
11 *Virg. lib. 2. Georg. Liu. 7. bell. pun.* Et frequentia compita, idest referta frequenti populo *Horat. 2. serm. satir. 3.* Et compitalia pro festis,
12 quæ in compitis agebantur, quæque Consules, vel Prætores pro arbitrio inducebant, vt inquit *Festus.* Hinc dies compitalitius, in quo huiusmodi festa peragebantur, & compitalia dies attributos laribus auctor est *Varro. de lingua latina.* Et de compitalibus multa *Marcell. Donat. ad Sueton. Tranq. in Cæsar. August. c. 31.*

Hisce imaginibus, seu pilis circumponebantur
13 vestes nullius omnino pretij; † Vnde etiam quandoque pannosas *Martialis* pilas vocat, vt per *Rhodigin. lib. 16. lect. antiq. c. 11.* Et pannosus dicitur, qui opertus est sordida veste, & panno crasso, viliquè, quod de paupere dicitur *Iustin. lib. 1.* Permutato Regis habitu pannosus sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur *Iuuenal. sat. 10.* Et panniculus etiam pro
14 pannoso secundum *Mart. lib. 5. 62.* † Et panniculāria dicebantur, quæ in custodia receptus secum attulit, aut vestis, qua indutus fuerat, qui ad supplicium ducitur, aut nummi, quos victus sui causa habuerit in promptu, aut leues annuli, hoc est qui rem non excedunt aureorum quinque *l. diuus. ff. bon. damnat.* quem textum celebrem, & notandum dicit. *Boer. decis.*
15 *224. in fin.* † inducendo illum ad spolia monachorum, quæ debent pertinere ad Abbatem, & Monasterium, non ad Arrendatorem fructuum.

Ab hac pilarum similitudine vestes, quæ tauris
16 obijcerentur in spectaculis, † pilas nuncupabant, quod à tauris peterentur tanquam effigies hominum, seu potius pilæ dicebantur,

quod

17 quod iactaretur conuolutæ in globum,† & speciem lusoriæ pilæ. Quamquam rudis antiquitas homines è stramine formaret ad eum vsum, vt auctor est *Padian.* de quo etiã *Rhodig. lection. antiq. lib. 16. c. 11.*

Addunt alij in tantum luxum auctum esse, vt ve-
18 stes etiam purpureæ obijcerentur † ad taurorũ irritationem, quod significasse videtur *Ouid. 12. metamorph.* Haud secus exarsit quam circo taurus aperto, Cum sua terribili petit irritamina cornu, Phænicias vestes, elusaq; vulnera sentit.

Verius tamen est, vt huiusmodi consuetudo conijciendi dictas vestes Phænicias ad irritatio-
19 nem taurorum † ex natura rerum oborta fuerit, vt apud *Senec. de ira. 3.* dum inquit, Quod accidere vides animalibus mutis, idem in homine deprahendes, friuolis turbatur, & inanibus; Taurum color rubicundus excitat, Ad vmbram aspis exurgit, Vrsos, leonesque mappa proritat, & prouocat. Omnia, quæ natura fera & rabida sunt consternantur ad minima.

Vnde *Auicenna primo canonis* Aestimationes, in-
20 quit, humores permouent;† quippè sanguinem agitat rubentium rerum intuitus; Quare vetamus rubei quidquam amplius inspectare eũ, cui profluere consueuerit sanguis è naribus, Ob quam etiam rationem excitantur elephantes ad prælium, vt *Albertus* scribit.

Et qui Elephanti se admouent, vestem claram nõ
21 gestãt, Prout nec puniceam,† qui Tauris, quod huiusmodi coloribus illa animalia maxime efferantur, Sicuti tigres in tantum furorem aguntur sonitu timpanorum, vt semetipsas dilaniẽt, Sic Feles olfactu odoramentorum perturbari, & furere traditur, vt per *Plutarc. in orat. de precept. cõnubial. lib. & in lib. de Alexãdr. fortun.*

Ceruos etiam rubræ pennæ aspectu terreri scribit
22 *Ausonius*, An cum fratre vagos † dumeta per auia ceruos, Circundas maculis, & multæ indagine pinnæ. Et *Virg. 3. Georg.* de ceruis ait, Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ. Et *Seneca de clementia primo* Si feras, inquit, linea, & pinna conclusas contineas, iubeasque telis incessi tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem. Et *Ouid. 15. metamorph.* Nec formidatos ceruos includite pennis.

Præterea cum occultæ sint quædam rerum proprietates, non est multum de causis inquirendũ,
23 Cur enim † Leo gallum metuat, Coturnices comedant helleborum hominibus lætalem? Cur magnes attrahat ferrum? Electrum paleas? Qua de causa aliqui inhorrescunt dentibus è
24 vestigio,† dum audiunt atterentes marmora, aut secantes, aut stridentes, aut ferrum limantes? Sunt & suæ Philosophis occultæ proprietates, Immo etiam Grãmaticis, de quibus *Rhodig. lect. antiquar. lib. 16. c. 11.* Vbi etiam narrat consimile de stymphalidibus auibus plurimis in Arabiæ desertis, non mitioribus Leonibus,
25 quas aucupatum prodeuntes inuadunt, ac rostris cõuulnerantes interimunt perforatis etiãnum æneis, ferreisque munimentis. Quod si phloinam vestem crassiorem induant, obluctatur ea demum obsistitque. Immo perinde ac visco rostra fixa inhærent tenenturque. Earũ auium magnitudo ferè quæ Gr[illegible]um similitudine Ibin exprimunt, Sed robustiora illis rostra, nec adunca, quas Hercules sagittis impetiuisse dicitur.

Obseruandum est etiam, quod hic color rubeus
26 æquiparatur lapidi pretioso, † qui dicitur, Rubeus, rubis gallicè, significat audaciam, altitudinem, virilitatem in homine à trigesimo quinto anno, vsque ad quinquagesimum æquiparatur cholericis, denotat charitatem, Marti comparatur, & diei Martis, alij dicunt diei Sabbati, Et de quatuor elementis, igni, & de duodecim signis Arieti, Leoni, & Sagittario, vt per *Cassan.*
27 *in catalog. glor. mund. p. 1. consid. 63.* † Vnde hic color est nobilior, tanquam figurans ignem, qui est super alia elementa, & nobilius cæteris, Et corpus secundario luminosum post solem, Itaut
28 propter eiusdem coloris nobilitatem † nulli liceat portare vestes comptas, seu tinctas hoc colore *l. 2. cum sequen. C. de vestib. holoberis & auratis. lib. 11.*

EPITOME.

Societas incidens, impropria, ex occasione re sola, & ex conuentione quæ dicatur, & qui sint vere socij, & consortes. ¶ Et quando ementes, seu cõducentes communiter aliquam rem possint dici contraxisse societatem. ¶ Et quid in illis, quibus simul donatur, aut mutuatur. ¶ Et an statutum loquens de socijs habeat in eis locum. ¶ Communi diuidundo, vel vti possidetis, seu pro socio quo casu agatur contra socium prohibentem refectionem, & demolitionem refici. ¶ Inter quos socios competat actio negotiorum gestorum, mandati, vel pro socio. ¶ Vnus ex hæredibus exigẽs partẽ suam pecuniarum per testatorem depositarũ an possit conueniri à cohæredibus, vt cõmunicet exactum, si depositarius efficiatur non soluendo. ¶ In venditione facta pluribus an emptores debeant conueniri solum pro parte. ¶ Et quid in emphyteusi, sententia, euictione, & similibus dispositionibus. ¶ Obligatio quando intelligatur pro virili. ¶ Dotis debitum an sit vniuersale, & recipiat augumentum, seu diminutionem. ¶ Socius quando possit esse testis pro socio.

SVMMARIVM.

1 *Ementes communiter fundum videntur contraxisse in eo societatem, Etiam quod ipsi principales non emerint. n. 2. Intellige si animo contrahendæ societatis fuerit facta emptio. n. 3.*

4 *Societatis præsumptio ex sola acquisitione non inducitur, nisi alia accedant, ex quibus ista voluntas deprehendatur.*

5 *Animus contrahendæ societatis colligitur, si post factam emptionem, vel acquisitionem res empta non diuidatur. & n. 6.*

CAPVT CCCXX.

EMentes praedium communiter videntur tacite contraxisse societatem tam rei, quam onerum supportādorum propter rem; Nam eo ipso quod emitur fundus communis, videtur cō-
1 tracta societas in eadem re † *Bart. Ang. & Bald. in l. 2. incip. cum proponas. n. 1. & ibi Salic. & Alois. de Leo in princ. C. pro soc. Bart. in l. 2. ff. commun. diuidun. Alex. cons. 38. n. 1. lib. 5.* vbi quod est menti tenendum *Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. la 2. in princ. col. 2. in fin. n. 9. ff.*
2 *de verb. obligat. Decian. cōs. 97. n. 35. lib. 2.* † Vbi ampliat quamuis ipsi principales non emerint, cum sufficiat, quod illis mandantibus per eorū nūcios id actū fuerit *l. societatē coire. ff. pro soc.*
Intelligentur tamen praedicta, si animo contrahē-
3 dae societatis quis emeret, † alias secus, vt si incontinenti post emptionem diuiserunt; Nam tunc praesumitur non animo contrahendae societatis emptum *l. sed iulianus. §. proinde. ad macedon. Raph. in l. reos. in princ. de duob. reis. Add. ad Bart. in l. 2. in verb. est notandum ff. commun. diuid. Alex. cons. 38. visis & diligenter. n. 1. lib. 5. Paris. ad Bart. in l. 2. in verb. cū proponas. C. pro soc. Ias. instit. de action. §. quaedam. n. 7.* & ita etiā loquitur *Glos. in l. 2. in verb. emerūt. ff. commun. diuid.* vbi requirit animum ineundae societatis in istis simul ementibus, prout est similis *Glos.*
4 *in l. vt sit. 31. in verb. res. ff. pro soc.* † Et sic factum solum acquisitionis rei, sed obligationis non inducet praesumptionem societatis, nisi forte alia facta deinde accedant, ex quibus deprehendatur ista voluntas *Roncagall. in l. eandem.*
5 *§. sed si quis. n. 22. ad fin. de duob. reis.* † Vnde ex his colligitur quod cum post factam emptionem non diuidunt, satis tunc dicitur colligi animus societatis, prout loquitur *Alex.*

Alexan. Decian. & alij allegati, & in specie ita
concludit *Iaſ.conſ.185.col.2. ad fin. lib. 2.* Vbi,
quod dicuntur acquiſiuiſſe animo contrahendæ
ſocietatis, ſi poſt acquiſitionem ſimul remanſe-
runt, ſecus ſi incontinenti poſt factam emptio-
nem deueniunt ſtatim ad diuiſionem, nam
tunc præſumitur, quod non animo contrahen-
dæ ſocietatis emerint per tex. *in l. ſed & iulia-
nus. §.proinde. ad macedon. l. ſi ventri. §. in
bonis. ff.de priuil.credit.* & ita etiam in terminis
declarat *Raph. Cum. in l. reos promittendi. 11.
in princ. ff. de duob. reis.*

Vnde in dubio animus debet declarari, quia alias
6 ſimul emendo cenſeretur inita ſocietas † *Bart.
& Bald.in l.2.C.pro ſoc. Idem Bald.in l.1.q.11.
n.13.in princ.C.eod.tit. Petr.de Vbald. de duob.
fratrib.in princ.n.2.in fin.tom.6.p.1.fol.133.Lu-
douic. concluſ.53. col. 3. poſt med. verſ. ſecundo
modo dicitur. Menoch.conſ.46.n.5.ad med.verſ.
quod quidem intelligitur.lib.1.Card.Mantic.de
tacit. & ambig. conuent. tit.1. lib.6. n.11. Alex.
conſ.133.venio ad primum.n.1. lib.2.*

Iſta autem dicetur improprie ſocietas, non vera,
7 cum ſit quædam ſocietas incidens † *Gloſ. in §.
item ſi inter aliquos. in verb. ſine ſocietate. & in
verb. ſocius. inſtit. de obligat.quæ ex quaſi con-
tract.naſcunt. Addit.ad Bart.in l.2. in verb.eſt
notandum.in fin. ff.commun.diuid. Ronchag. in
l.eandem.§.ſed ſi quis. n.19 de duob. reis. Iaſ.in
l.ſi vnus.in princ ff.de pact.Card.Mant.de tacit.
& ambig.conuent.lib.6.tit.1.n.9. Alex.conſ.40.
8 n.3.& 4.lib.2.*†vbi,quod tales non dicuntur ſo-
cij,ſed conſortes, iuxta *Gloſ. in d. §.ſi inter ali-
quos.in verb.ſocius.inſtit.de obligat.quæ ex qua-
ſi contract.naſcunt.* Conſortes autem intelligun-
tur, qui habent participationem dominij in ali-
9 qua re *Gloſ.in l.dudum.vbi Bald. & Salic.* C.de
*contrah.emption.Iaſ.conſ.185.col.4. ad fin. verſ.
quinto in fauorem. lib.2.* Vbi etiam,quod ratio-
ne minimæ partis dicitur quis conſors *Bald.in
l.1.col.1.ad fin.verſ.in textu ibi quantacunque.
n.3.C.de commun.ſeru.manumiſſ.*

Idem eſt in ſimilibus caſibus, vt quando vna res
10 legatur,ſeu donatur duobus, † ſeu titulo inſtitu-
tionis hæredis relinquitur, ſocij enim dicuntur
*§. item ſi inter aliquos. inſtit. de.obligat. quæ ex
quaſi contract. naſcunt. Iaſ.in l.ſi vnus. in prin.
11 ff.de pact.* † Tales enim incidunt in ſocietatem,
ſeu communionem non facto proprio, ſed facto
teſtatoris, aut.donantis *l.vt ſit. ff. pro ſoc. l.vlt.
C.depoſit. Menoch.conſ.46.n.8. lib. 1. Petrus de
12 Vbald. de duob. fratrib. in princ.n. 2.* † Et in
duobus ſimul mutuantibus, quod præſumatur
contracta ſocietas *Raph. in l.reos. in princ. ff.de
duob. reis. Add. ad Bart.in l. 2. in verb. eſt no-
13 tandum. ad fin.ff.commun. diuid.* † Et de acci-
pientibus eandem rem titulo donationis ab Im-
peratore, qui appellantur ſocij liberalitatis im-
perialis *l.vnic. C.liberalit.imperial.ſoc. ſine hæ-
14 red.deceſſer.lib.10.* † Et communiter aliquam
rem conducentes ſocij dicuntur *Bald. in l.1. n.
13.q.11.in princ.C.pro ſoc. Alex. conſ.133. n.1.
lib.2.* Et de ſimul conducentibus rem in emphy-
teuſim, vel ſimul facientibus alium contra-
15 ctum, qui dicuntur ſocij, Nam ſi per contra-
ctum momentaneum, hoc eſt per emptionem,
quando duo ſimul emunt aliquid, dicitur con-
tracta ſocietas *l. 2. ff. commun. diuid cum alijs
ſupra allegatis.* Multo magis per contractum
emphyteoticum celebratum in perpetuum, &
pro indiuiſo, & ſic habentem cauſam ſucceſſi-
uam dicetur contracta ſocietas *Iaſ.conſ.185.col.
2.in fin. verſ.quod confirmatur. lib.2.* Vbi etiam
addit extendi talem ſocietatem in omnibus ac-
ceſſorijs, qui non poſſent ſtare ſine principali
emphyteuſi, & in quibus non adeſſet diuerſa
ratio *Bald.in l.non dubium.col.vlt.ad med.* C.de
*legib.poſt Gloſ.in l.ſi patronus.§.patronum.ff.ſi
quid in fraud. patron. Bald. in l.ſi abſentes. ad
fin. C.ſi certum petat.*

Dicentur tamen omnes iſtæ ſocietates impropriæ
abuſiuæ, & incidentes, prout dictum eſt ſupra
16 de ementibus rem ſimul † *Ang. in l.quidam bi-
berus. 12.col. 1.poſt med. n. 4. ff. de ſeruit. vr-
ban.prædior. Alex. conſ.40. n.3.& 4. lib. 2. Iaſ.
in l.ſtipulationes non diuiduntur. in princ. col.
2.in fin. n.9. ff.de verbor.obligat.Cardin.Man-
tic. de tacit. & ambig. conuent. lib.6. tit. 1. n.9.
& 10.* Non enim ſequitur, negotium eſt com-
mune inter me, & te, ergo dicitur inter nos
17 contracta ſocietas, † quia eſt potius quædam
incidens communio, & tales magis propriè
dicuntur conſortes, vt dictum eſt ſupra *verſ.
18 iſta autem. Alex. d. conſ.40.* † tunc enim
ſocius proprie intelligitur, cum actus, qui ge-
ritur non poteſt fieri citra ius, & nomen ſocie-
tatis *l.coiri. ff.pro ſoc. l. pro hærede. §. papinia-
nus. de acquir. hæredit. Doctor. in l. ſi patruus.
C. commun. vtriuſque iudic. Roman. conſ.291.
19 n.1. Decian. conſ.97. n. 34. lib. 2.* † Vnde dici-
mus coire ſocietatem re ſola, quæ non eſt con-
uentionalis, ſed incidens, Quidquid aliud ſit,
quando contraheretur re,& verbis coniunctim,
vt declarat *Gloſ.in l.ſocietatem coire.4. in verb.
& re. ff. pro ſoc. Cephal. conſ. 340. n.6. lib. 3.*
20 Ideo † etiam huiuſmodi ſocietates vocantur ex
occaſione, non ex conuentione, vt appellat
*Zaſ.in l.4.§.cato.col.12.in princ. n.43. in 4. con-
cluſ. de verb.obligat.*

Ex iſtis colligitur non eſſe admittendã opinionem
eorum,qui volunt,quod tales ſocietates ſint ve-
21 ræ,& propriæ ſocietates,†prout tenet *Ludouic.
concluſ. 53. col. 3. in fin. verſ. & iſta ſocietas.
Menoch. conſ. 46. n. 5. ad fin. verſ.rurſus dici-
mus. lib. 1. poſt Galiag. per eum allegatum in
l. ſtipulationes non diuiduntur. n. 25. ff. de
verb. obligat.* Quia omnes Doctores contra-
rium ſequuntur magis communiter, vt dictum
eſt ſupra *verſ. iſta autem. & verſ. dicentur
tamen. n.7.& 16.*

Quare *Ang. in l. quidam biberus. 12. col. 1. poſt
med. n. 4. de ſeruit. vrban. prædior.* concludit,
22 quod † contra ſocium prohibentem refectio-
nem, & demolitionem, vt refici poſſit, agi po-

terit communi diuidundo, vel vti possidetis *l. si aedes. ff. commun. diuid.* Et si paries esset communis iure societatis ad hoc principaliter ordinatae, agetur non solum communi diuidundo, 23 sed etiam pro socio. † Quod tamen non erit, quando in societatem deuenitur forsan ratione communis legati, seu contractus inter viuos, vel in alijs casibus supra relatis, quasi tunc non dicatur agi principaliter *l. vt sit. 31. ff. pro soc.*

24 Agetur † enim principaliter quando initur societas expresse, & aliter, quam incidenter *Ang. in d. l. quidam biberus. n. 4.* quem sequitur *Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. la 2. col. 2. in fin. n. 9. de verb. obligat.*

Ob quam rationem inter istos improprios socios 25 competit actio negotiorum gestorum † *l. qui in aliena. §. fin. ff. de negot. gest.* Et tamen si essent veri socij, competeret actio mandati, vel pro socio *Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur. n 9. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. in princip. n. 2. ad fin.* Vbi, quod in istis casibus non 26 est locus iudicio societatis, † cum non illius affectione in rem communem inciderimus *l. vt sit. cum duabus seq. ff. pro soc. & in l. si id quod vnus ex socijs. in prin. & in l. cum duobus. ff. eod. tit. l. 2. ff. commun. diuid.* Quod etiam voluit *Cyn. in l. cum in societatis. in fin. C. pro socio.* vbi, quod in acquirentibus rem communem, 27 si fuerit initus contractus societatis, † tunc quod vnus impendit, repetit per actionem pro socio, secus si acquiratur causa non ineundae societatis, tunc enim habet locum actio communi diuidundo, & ita concordatur tex. *in l. vt sit. ff. pro soc. cum l. 2. ff. commun. diuidun.*

Hinc dicimus, quod si quis emat aliquid, & venditor fateatur habuisse ab emente mille pro pretio rei venditae soluente de pecunia ipsius, & 28 fratris sui, † non tamen per hunc sermonem inducetur societas, quasi videatur negotiorum gestio nomine vtriusque *Bald.* qui dicit multum notandum *in c. 1. n. 1. de benefic. fratr. & qualit. frater succedat in benefic. fratr. Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur. la 2. col. 2. in fin. vers. adde vltra eos. ff. de verbor. obligat.*

Prout etiam statutum loquens de socijs non habebit locum in istis, qui communiter emunt ani- 29 mo non ineundi societatem, † cum non dicantur proprie socij, sed consortes, vt late concludit *Alex. cons. 40. n. 3. & per tot. lib. 2.* Maxime, quia ibi in diuersis quantitatibus, & separatim se obligarunt, cum etiam statutum debeat stricte accipi, & in proprio significatu *l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercit. act. Bald. in l. siue apud acta. 28. C. de transact.*

Quemadmodum etiam in istis societatibus incidentibus vnus socius non prohibetur esse testis 30 pro alio † *Speculat. de test. in princ. col. 3. in fin. vers. sed nunquid socius. n. 11. Cyn. in l. quoniam. n. 4. vers. ego autem circa hoc puto. & ibi Ang. n. 4. vers. aut societas incidit. C. de testib. Menoch. de arbitrar. cas. 474. n. 8.* Intelligendo quando 31 mouetur quaestio de parte tantum socij, quasi tunc nullum commodum, aut incommodum ad ipsum spectet, Nam si de tota, non esset idoneus testis, prout neque admitteretur, quando est eadem causa vnius, & alterius, quia tunc praeiudicium, seu vtilitas ad eum praesumptiue pertinet, vt distinguit *Salic. in d. l. quoniam. 10. n. 3. q. 3. vers. aut sunt socij re ipsa. & vers. sed attende. C. de testib. Mascard. conclus. 1312. n. 3. in fin. vol. 3. fol. 216.*

Infertur quoque ex praedictis notabilis decisio, quam alias in casu occurrenti adduxi, de qua 32 in *l. vlt. C. deposit.* † Vbi si testator deposuit penes aliquem certam summam pecuniarum, & tres haeredes sibi instituit, quorum vnus exegit partem suam, & ceteri distulerunt in tempus exactionem eorum portionis, si interim depositarius efficiatur non soluendo, non poterunt alij duo haeredes auocare ab eo, quod exegit pro sua portione, Isti enim non sunt proprie socij, nam si essent tales, exactum ab vno ex socijs communicaretur alijs *l. verum. 64. §. si cum tres. ff. pro socio.* Vbi loquitur *tex.* in socijs ex conuentione, quorum vnus tenetur pro omnibus inuigilare, sicut pro semetipso, quod speciale est in societate tanquam sit genus fraternitatis, quod non est in pluribus haeredibus, qui 33 licet rem communem habeant, † non tamen vnus tenetur pro alio laborare, & exigere, cum sint socij incidenter, ideo vnus non interponit pro altero partes suas, & sic eius diligentia sibi non cohaeredibus proderit, Ita declarat *Bald. in d. l. vlt. col. 1. in fin. vers. secundo oppono. C. depos.* 34 *& Salic. opposit. 2. n. 2. ad fin.* † Quidquid aliud sit in rebus, quae non recipiunt commodam diuisionem, vt de testatore, qui deposuit quatuor equos, & institutis quatuor haeredibus decessit, non enim tunc potest vnus haeredum exigere vnum equum, sed ad omnes pertinebit, si alij pereant, quia equus non consistit in pondere, numero, & mensura, nec inter haeredes diuiditur ratione ponderis, numeri, & mensurae, Ideò erit communis, quasi quilibet ex haeredibus habeat partem in quolibet equo pro indiuiso, Vnde primus recepit rem, quae non erat sua propria, sed communis cum cohaerede *Cyn. & Bar. in d. l. vlt. in fin. C. depos. vbi Bald. n. 2. Castr. ad med. Petr. de Pellapertic. in fin. Salic. n. 3. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 7. n. 5.* & facit tex. *in l. pomponius. 8. de rei vendicat. l. cum duorum. de stipulat. seruor.*

Quae procedunt non solum in personali actione, 35 sed etiam in hypothecaria, † quasi nulla sit differentia quo ad casum nostrum inter vnam, & alteram actionem, cum vtriusque sit eadem ratio, quod ex actoris diligentia sibi, & non caeteris commodo esse debet, vt in specie *d. l. vlt. C. deposit.* notat Menoch. *cons. 46. n. 2. ad med. vers. nec hic dicendum. lib. 1.* post *Aleiat.* per eum allegatum *cons. 764. firmata conclusio. n. 1. Afflict. de executione. c. 127. §. 7. n. 3. fol. 203.* Et faciunt quae in simili concludunt *Affl. decis. 190. in fin. & Capic. decis. 78. n. 1. Paris. cons. 69. lib. 4.*

Neque

Neque obſtat, quod contrarium videatur concludere *Idem Menoch. conſ.46.n.3. cum ſeq. lib. 1.* quem ſequitur *Aſin.de execut.§.7.c.126.n.5.fol.* 36 *203.* † Quia loquuntur in caſu, in quo vnus creditorum exigit à debitore partem ſuam, & ſocij, tunc enim debet illam reſtituere conditione indebiti *l.pupillus. ff. de his quæ in fraud. credit.l.tutores.in fin.ff.de condict. indeb.* Maxime, quia ibi erat debitum dotis, quod dicitur 37 vniuerſale, non rei ſingularis † *l.quod dicitur. de impenſ.in reb.dotalib.fact.* Et ideo recipit augumentum, & diminutionem *Doctor. in rubr.ff.ſolut. matrim.* Vnde quamuis dos eſſet ſcutorum mille, & hodie bona obligati ad illam reſtituendam, ſint ſolum valoris quingentorum, dicendum eſt dotem eſſe ſolum in iſtis quingentis; Quare ſi vnus exigit iſtam ſummam diminutam non poteſt dici exegiſſe tantum ſuam portionem, vt declarat *Idem Menoch.d.conſ.46. n.7. lib. 1.* qui etiam licet aliud ſentiret, non eſſet tuta eius opinio, cum præciſe ſit contra *tex. in* 38 *d.l.vlt. C. depoſit.* † Præſertim, quia ipſe fundat ſuam ſententiam in ſocietate vera, & propria, quod tamen eſt contra mentem omnium, dum volunt illam eſſe incidentem, & abuſiuam *Alex. conſ.40. n.3.& 4. lib.2. cum alijs ſupra allega-* 39 *tis*; † Verum eſſet, quod opinio *Menoch. & Aſin.* poſſet procedere, quando conſtaret, quod vltra communionem obuentam facto alterius adfuit etiam conuentio, vel expreſſa, vel ſaltem tacita continuationis ſocietatis dictæ rei communiter acquiſitæ; Tunc enim recedere videntur partes ab illa ſocietate incidenti, puta ſi eſſet ſocietas multorum annorum, poſtquam dicta res in communionem obuenit, aut ſi alius actus poſitiuus interceſsit, ex quo colligatur animus ſocietatis, quia ex iſtis etiam ſocietas poteſt induci illius rei particularis, cum ex coniecturis quoque probetur contractus ſocialis *Bald.conſ.304. poſt med. lib.1. Iaſ.conſ.2. col.7. ad med. lib. 3.* & ita etiam videntur loqui *Menoc.conſ.46.& Aſin.d.§.7.c.126.n.8. & 16.*

Obſeruandum eſt etiam, quod ſi ſunt duo ſocij in diſparibus partibus, & conduxerunt ſimul fun-40 dum, † habebunt partes æquales reſpectu locatorum *l.cum apparebit. ff. locat. l.reos. §.cum in tabulis. ff. de duob. reis*. Sed habito reſpectu ad intereſſe, tunc debet ſortiri acceſſorium, ſicut principale *l.quemadmodũ C.de agricol. & cenſ. lib.11.* Et ita diſtinguit *Bald.in l.1.in fin. q. 13.* 41 *C.pro ſocio.* † Vbi ſubdit idem eſſe in neceſſarijs, & ſupellectilibus ſocietatis *l.ſed addes. §.ſi quis mulierem. ff.locat.* Quod etiam ſequitur *Petr.de Vbald.de duob.fratrib.p.3.in princ.q.3. Ang. de ſocietat.p.1.n. 10. verſ.ad decimum reſpondeo. tom.6.f.131.Roncagall.in l.eandem. 9. in princ. n.122.ad fin.de duob.reis.* Et quidem non eſt conſiderabile intereſſe conducentium in præiudicium locatoris, cum eius reſpectu partes ſemper debeant eſſe æquales, prout etiam quo ad ipſos conductores ęqualis erit diuiſio actionum; Nam cenſentur obligati pro parte, & contra eos non poterit agere locator ad penſionem, 42 niſi pro æquali portione, † cum enim plures ſe obligant in eodem contractu ſimpliciter, quilibet tenetur pro parte virili *l.ſi non ſinguli. C.ſi cert.petat.l.ſi diuiſa. C.locat.l.cum apparebit. de duob.reis.l.reos.§.cum in tabulis. eod. tit.* Vnde cum obligatio fuerit diuiſa ab ipſo principio, tam ex natura partis obuentæ; prout præſumitur æqualiter perueniſſe, quam ex natura obligationis ſimul contractæ, Talis obligatio eſt deriuatiua, qualis fuit primitiua *l. 2. §. ex his. de* 43 *verb. obligat.* † Et ſtatus primordialis obligationis ſemper eam ſequitur, neque mutatur tractu temporali, nec ex perſona ſucceſſoris *l.viam veritatis.C.locat.l.inſulam. de verb.obligat.* Ex quo de neceſsitate ſequitur, quod ſtando in finibus ſimilium locationũ factarum pluribus, non 44 datur actio, niſi pro parte, † Itaut ſi fuerit ſolutum inſolidum, poſſet pro parte repeti tanquam indebitum, pręſumitur enim error ſaltem iuris, cum repetens tractet de damno vitando, & natura negotij eſt aliqualiter confuſa *l. cum de indebito.de probat.l.fullo.de condict.ſine cauſa.* prout ita in ſpecie omnia prædicta declarat *Bald.conſ.116. columbinus dedit. in princ. n. 1. lib.1. & in l. ſi diuiſa.13. in addit.n.1. C.locat.* 45 Subdens rationem, † quia copula diuidit inter partes *l.1.C.ſi plur. vna ſent. ſuer. condemnat.* 46 *l.1.ff.de vſufruct. accreſcend.* † Cum etiam adſit dinumeratio perſonarum, quæ æqualiter diuidit *l.cui fundus. de condit. & demonſtr.* Vltra quod in dubio, ſi non eſt adiectum inſolidũ, qui-47 libet obligatur pro parte † *l. reos. §. cum in tabulis.de duob.reis.* Et ita etiam declarat *Caſtr. in l.cum apparebit.50.ff.locat.* Vbi adducit ſimi-48 le de depoſito, † in quo obligatio primitiua ad reſtitutionem contrahitur cõtra quemlibet pro parte, niſi aliud actum ſit *l.1.§.ſi apud duos. & l.ſi duo.ff.depoſit.Caſtr.in l.ſi vt certo.5. §.ſi duo-* 49 *bus. n. 4.ff. commodat.* † Vbi etiam de vſu, qui præſumitur perueniſſe ad quemlibet pro parte, & quilibet pro parte tenebitur; Et notat etiam *Gloſ.in d.§.duobus.in verb.habebunt.in fin.* Et faciunt ſimilia de emptione facta à pluribus 50 communiter, † ob quam emptores non poſſunt conueniri, niſi pro parte, & de emphyteuſi, conſtituto, nouatione, euictione, ſententia, cum multis ſimilibus latè adductis per *Roncagall.in l.eandem. 9. in princ. n. 13. vſque ad n. 243. de duob.reis.& in l.reos.§.cum in tabulis n.16.vſ-* 51 *que ad n.95.ff.eod.tit.* † Prout etiam eſt econuerſo in duobus locatoribus, qui intelliguntur pro parte ſua locare *Alex. conſ. 76. in cauſa & lite. n.3 lib.7.* Et multa etiam ſimilia adducit *Surd. conſ.150.n.34 vſque ad n.37. lib.1.*

Et adeo in prædictis cenſebitur quilibet pro parte 52 obligatus, vt neque poſsit agi inſolidum† ex eo, quod commodum ad vnum tantum in totum peruenerit *Alex.in l.ſi cum dotem. §. transgrediamur. col.2.poſt med.verſ.addo tamen. n.7. ff. ſolut.matrim.* Quidquid ibi *Roman. n. 16.* contrariũ ſequatur; Nam contra eum eſt verior opinio, vt teſtatur *Ruin. conſ.19. n.9. in fin. lib. 4. Campeg.de dot.p.3.q.169.in fin.Iacobin.in l.ſi is*

qui. §. 1. in fin. ff. de iur. dot. Barbos. in d. §. transgrediamur. n. 37. post med. vers. qua etiã ratione: Nec obstat Bar. in l. in duobus. 3. q. 7. ff. de duob. reis. Nam loquitur quando quilibet tenebatur insolidum, † sed in casu nostro quilibet tenetur pro 53 virili tantum, licet ex pacto pecunia in totum ad vnum peruenerit, & ita etiam procedit doctrina Bart. in l. cum in plures. §. vestimenta. ff. locat. & in l. vnde quaeritur. ff. commodat. & declarat Ruin. d. cons. 19. n. 9. in fin. lib. 4. cum alijs supra allegatis.

EPITOME.

SVpersessoria quando possit a Iudice reuocari absque citatione. ¶ Subhastationes an valeant non praesente pecunia. ¶ Societas officij, quam quis suscepit cum onere soluendi fructus, & illam postea extinguendi, an habeatur loco solutionis, & numerationis pretij. ¶ Datio in solutum an habeat vim emptionis. ¶ Debitum ex vna causa, quando in aliu n possit conuerti, ita vt non dicatur simulatum. ¶ Depositum confessatum quo casu sit priuilegiatum sicut verum. ¶ Confessio mutui an subiaceat exceptioni non numeratae pecuniae, si debitum ex alia causa esset conuersum in causam eiusdem mutui. ¶ Constitutum, aut precarium an transferat veram possessionem. ¶ Redemptio census an possit fieri in alijs rebus, quàm in pecunia numerata. ¶ Census an valeat, si loco pretij detur verum debitum. ¶ Licitator quando habeatur pro renunciante, & possit per Iudicem repelli.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio legitima ligat, prout ligaret citatio legitime facta.*
2 *Supersessoria potest à iudice reuocari absque citatione, dummodo postea parti notificetur.*
3 *In reuocatione supersessoria, si fuerit legitime facta intimatio, non attenditur citatio nulliter executa tanquam non necessaria, nec facit nullitatem si omittatur.*
4 *Subhastatio facta partim praesente pecunia, & partim sine illa, est nulla. Limita si creditor permittat hoc fieri. n. 5.*
6 *Societates officij, quas quis suscepit cum onere soluendi fructus, & eas debitis temporibus extinguendi, habentur loco solutionis, & numerationis pretij.*
7 *In subhastatione habetur pro solutione quod datur de consensu contrahentium, etiam si adesset iuramentum.*
8 *Datio in solutum habet vim emptionis.*
9 *Debitum ex vna causa potest ex partium conuentione in aliam conuerti, & non dicitur simulatio.*
10 *Depositum confessatum habet priuilegium veri depositi, quando aliud debitum fuit conuersum in depositum.*
11 *Debitum verum, si conuertitur in solutionem pretij, iudicatur idem esse ac si numerata pecunia interuenisset.*
12 *Exceptio non numeratae pecuniae non datur contra confessionem mutui, quod versum fuit ex alia causa vera.*
13 *Numeratio fingitur in vero debito, licet pretium non fuerit numeratum.*
14 *Solutio dicitur esse vera, licet actus sit fictus, cum modus acquirendi non attendatur, dummodo acquisitum sit in veritate, & substantia.*
15 *Constitutum, & precarium transfert veram, & propriam possessionẽ, quamuis actus sit fictus.*
16 *In census redemptione licebit pretium illius soluere in rebus, mercibus, & similibus subrogatis loco pecuniae numeratae.*
17 *Census emi potest non praesente pecunia, si verum debitum in census solutionem conuertatur.*
18 *In creatione census quare debeat esse pecunia numerata.*
19 *Oblatio maioris summae admittitur reiectis primis oblationibus minoribus.*
20 *Licitator non comparens, nec consignans cedulam in termino à iudice praefixo, habetur pro renunciante.*
21 *Licitator positus a principale debitore ad impediendam adiudicationem, & non animo faciendi meliorem conditionem, potest per iudicem repelli.*

CAPVT CCCXXI.

EX facto mihi exhibito, Dixi non posse considerari aliquam nullitatem, quae obstet subhastationi, & deliberationi, de qua agimus. Etenim, quamuis termino dato ad deliberandum iudex mandauerit supersederi, & pro tali supersessoria reuocanda fuerit citatus procurator non legitimus; Tamen reuocatio eiusdem supersessoriae fuit intimata vero procuratori, per quam intimationem non solum pars habuit notitiam illius, & omnium gestorum, sed immo ipsemet debitor principalis post receptas tres oblationes in actis, & post obtentum mandatum de deliberando vltimo licitatori, tanquam plus offerenti, intimauit creditori nouam oblationem excedentem alias prius factas in summa scutorum 750. Inhibendo eidem creditori, ne faceret aliquam deliberationem dicto vltimo oblatori, cum reproductione dictae intimationis, ex quibus satis colligitur notitia subsecu-1 ta omnium praedictorum, † quae operatur, vt intimatio legitima ita liget, prout ligaret citatio legitime emanata *Felin. in c. cum contingat. 24. col. 6. in fin. vers. & pro ista prima limitatione. n. 8. de rescript. Roman. cons. 410. n. 2. Alex. cons. 123. viso processu. n. 3. vers. & posito. lib. 2. Boer. decis. 235. col. penult. ad med. vers. & signanter. n. 3. Ruin. cons. 117. n. 5. lib. 5.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glos. 2. n. 18.*

Maxime quia supersessoria, de qua agimus, pote-2 rat reuocari absque citatione, † dummodo postea, prout in casu nostro factum fuit, notifi-

cetur

tetur parti, cum hæc notificatio sufficiat ad effectum, vt quis habẽs facultatem prorogandi dilationem, aut illam reuocandi possit hoc facere *Bald. in l. eos. 6. §. apostolos. col. 2. in princ. vers. quæro nunquid iudex. n. 5. & Salic. col. 2. in fin. q. 5. n. 11. C. de appellation. Felin. in c. cum olim. 11. col. 10. in fin. notab. 3. de rescript. Alex. cõs. 34 viso themate suprascripto. n. 5. vers. hoc probatur & n. 6. lib. 1. & cons. 63. in fin. lib. 3.*

Vnde cum executio intimationis quo ad reuocationem supersessoriæ fuerit legitime facta, non 3 attendetur † citatio nulla prius executa ad videndum reuocari supersessoriam tanquam non necessaria, quæ nunquam facit nullitatem siue omittatur, siue non fuerit legitima *Innoc. in c. cum inter. il 2. ad med. in verb. assumatis. de electionib. Ang. in l. diuus. col. 2. de restitut. in integr. Felin. in c. cum ordinem. 6. col. 3. in princ. vers. & ad hæc addo. n. 3. ad med. de rescript.* Vbi etiam, quod citationi factæ ex abundanti nulla ineptitudo potest opponi *Rot. decis. 15. si executor. n. 2. de dol. & contumac. in nou. Roman. cons. 497. n. 6. & ibi Mandos. in verb. non vitiat. Marsil. cons. 81. n. 56. & in l. de vno quoque. n. 42 ff. de re iudicat.*

Neque obstabit altera nullitas, quæ forsan posset prætendi vigore subhastationis factæ partim 4 præsente pecunia, partim sine illa, † cum tamen in totum deberet præsens esse pretium *Bar. in l. a diuo pio. §. sed si emptor. de re iudicat & ibi Alex. col. 2. ad med. n. 5. & 6. Surd. consil. 168. n. 24. lib. 2.* cum alijs per *Coler. de processib. executiu. p. 3. c. 9. n. 94.*

Quia stante consensu creditoris permittentis fieri subhastationem absque numeratione pre-5 tij, talis nullitas non potest allegari † *Rot. coram Cardin. Pamphil. Vrbeuetana domus. 5. decembris 1594. & coram* R. P. D. Penia *Perusina dotis 1. Iulij 1598.* Quamuis vere in hoc casu non possit dici fuisse habitam fidem de pretio aut illud non interuenisse, cum pro complemento pecuniæ debitæ vltra illam, quæ fuit 6 numerata, & soluta incontanti, † fuerint acceptæ duæ societates officiorum cum onere soluendi fructus, & eas debitis temporibus extinguendi, quod facit, vt illæ habeantur loco solutionis, & numerationis pretij *l. si prædium.* C. *de euict. l. 1. ff. pro empt. l. fin. ff. de quib. caus. in 7 possess. eatur.* † Cum etiam pro solutione in hac materia habendum sit quidquid datur de consensu contrahentium *l. satisfactio. ff. de solution. l. 1. ff. qui satisd. cogant. l. si rem alienam. 9. §. omnis. de pignorat. action. Natt. cons. 426. n. 20.* Quamuis etiam adesset iuramentum *Io. Andr. in c. ad nostram. de iureiurand. vbi Felin. col. 3. in princ. vers. dicit ergo. n. 12. Surd. cons. 166. n. 30. lib. 2.*

Ideo dicimus dationem in solutum habere vicem 8 emptionis † *Bart. Castr. & alij in l. eleganter in in princ. de pignorat. action.* Etiam in pęnalibus *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. n. 3. in fin. Ias. in l. senatus. 45.* quam repetit *in l. cætera. 43. §. sed si parauerit. n. 10. in 7. & 8. notab. ff. de lega. 1. Alberic. de statut. par. 2. q. 2. col. 1. vers. ex prædictis colligi potest.*

Et facit quia debitum ex vna causa potest ex partium conuentione in aliam causam conuerti, 9 Itaut † ista conuersio non sapiat simulationem tanquam habens fomentum à veritate causæ præcedentis *l. certi condictio. §. deposui. & ibi Bar. n. 20. & 21. ff. si cert. petat.* latè *Surd. consil.* 10 *162. n. 42. & 43. lib. 2.* † Vbi infert ad compensationem, cuius exceptio licet possit opponi contra depositum confessatum tanquam irregulare & non verum *Socin. cons. 144. n. 13. lib. 1.* Tamen aliud est, quando debitum ex vna causa fuit cõuersum in causam depositi, quia tunc perinde habetur, ac si vera numeratio interuenisset *Castr. cons. 170. viso puncto suprascripto. n. 1. lib. 2. Natt. cons. 438. n. 6.*

Et generale est, quod si verum debitum conuer-11 titur in solutionem pretij, † tunc iudicatur idem esse, ac si interuenisset pecunia numerata & erit satisfactum per dictam conuersionem, quæ non patitur fraudis, aut simulationis suspicionem, prout dicimus de confessione mutui, quæ licet subiaceat exceptioni non numeratæ 12 pecuniæ, † Tamen fallit si debitum ex alia causa esset conuersum in causam mutui, tunc enim habetur pro vera numeratione, neque competeret dicta exceptio *Glos. in l. aduersus. in fin. C. de non numerat. pecun.* quam omnes sequi testatur *Ruin. cons. 19. n. 11. lib. 4. Felin. in c. si cautio. 14. col 16. post med. vers. fallit septimo & vltimo. n. 56. in fin. de fid. instrument. Costa in l. si ex cautione. vers. tertio fallit.* C. *de non numerat. pecun.* cum alijs per *Roland. cons. 4. n. 15. & 16. lib. 4.*

Quare licet pretium non fuerit numeratum, tamen cum debitum sit verum fingitur numera-13 tionem adfuisse † *Paris. cons. 75. n. 32. lib. 4.* Nã quamuis videatur ficte agi ex trãsfusione vnius debiti in aliud, Nihilominus solutio dicitur ve-14 re esse facta, licet actus sit fictus, † qui non attenditur, tanquam non sit in consideratione modus acquirendi, dummodo acquisitum sit in veritate, & substantia *Castr. cons. 170. n. 1. lib. 2. Surd. cons. 162. n. 45. lib. 2.* Exemplo constituti, & precarij, quod transfert possessionem vere, & pro-15 prie, † quamuis dicatur actus fictus *l. certe. §. 1. ff. de precar. Bald. in l. ab emptione. in fin. ff. de pact. Alex. cons. 83. viso processu. n. 8. lib. 6. Ruin. cons. 224. n. 4. lib. 1. Guid. Pap. cons. 192. in fin. Dec. cons. 152. in effectu quæritur. col. 2. ad med. vers. sicut dicimus. n. 2.* cum alijs per *Tiraq. de iur. constit. possessor. ampliat. 1. n. 2. p. 2.*

Ex quibus etiam dicimus, quod in redemptione census licebit pretium illius soluere in rebus, 16 mercibus, † & alijs similibus subrogatis loco pecuniæ numeratæ, cum pro solutione habeatur quidquid traditur per debitorem de consensu creditoris, vt in specie census concludit *Nauarr. de vsur. q. 37. n. 123. p. 1. fol. 312.* Immo etiam in eiusdem census creatione posset dici 17 quod illius constitutio valeret, † si præcedens debitum venditoris conuertatur in solutionem

census

census quam iis pecunia non sit præsens, quasi tunc illud debitum succedat loco pretij, vt in terminis late cõcludit *Surd.cons.162. n.38.lib. 2.post Redan.de reb. eccles. non alienand. rubr. de constitut.annui census. n.61.* quod tamen modo non est opus firmare, cum de hoc non disceptetur, † Maxime quia in creatione census adest alia ratio particularis, quare debeat esse pecunia numerata, vt tenet in specie *Nauarr.in tract.de vsur.n.89.ad me d.glos.4.*

18

Vltimo non obstat oblatio maioris summæ, quæ potius† debebat admitti, reiectis primis oblationibus tanquam continentibus minorem summam iuxta *auth.hoc ius porrectum.C.de sacros.eccles.Bart.in l.si tempora. in princ. C. de fid.instrum.& iur.hast.fiscal. lib.10.* Quia cum licitator amplius non comparuerit,† nec per cũ fuerit consignata cedula in termino sibi per iudicem præfixo, habetur pro renunciante, cum temporis lapsus hoc inducat *Bald. in l.si ego.ff. de negot.gest.& cons.466.in 2. dub. lib.1. Surd. decis.189.n.8.Tiraq.de retract.lignag.glos 4.§. 3.n.2.* Et in terminis deliberationis *Neuiz.cõs. 77.n.12.ad med.per tex. in l.3.§. an ego.ff. de reb.eor.post Rom.cons.199.in fin.* & notat *Asin. de executionib.c.3.§.9.n.5.per l.4.C.de fid.instr. & iur.hast.fiscal.lib.10.*† Maxime quia constat quod talis vltimus licitator fuit ab ipsomet principali debitore positus ad impediendam adiudicationem prius alteri factam pro iusto pretio, non autem, quod haberet animum augendi, & meliorem conditionem faciendi, tunc enim poterit repelli per iudicem tanquam nimis animosus licitator *Bald.in l. ad officium.3. n.6.& ibi Castr.col.1.in fin. Salic. col.1. q.1. C. commun.diuid. Mar. Muta super consuetud. panormitan.c.26.n.34.*

19
20
21

EPITOME.

Commissio causæ cum clausula sola facti veritate inspecta an comprehendat, vt possit procedi manu regia. ¶ Et quomodo loquantur Doctores in hac materia. ¶ Verba de iure, & de facto qualiter debeant intelligi. ¶ Et an differant à verbis sola facti veritate inspecta. ¶ Clausulæ manu regia, & de facto, quid significent. ¶ Et in quibus æquiparentur. ¶ Habens facultatem procedendi de facto, quomodo debeat procedere. ¶ Et an possit proferre sententiam sine scriptis. ¶ Et an hæc solemnitas proferendi sententias in scriptis sit de iure ciuili. ¶ Testes an possint recipi die feriata, & iuris ordine prætermisso per iudidicem habentem potestatem procedendi de iure, & de facto.

SVMMARIVM.

1 *Manu regia procedi potest, si causa est commissa sola facti veritate inspecta. Intellige vt n. 14.*
2 *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur. in fin. qualiter loquatur.*
3 *Bald.in c.1.n.3.de nou.for.fidelitat.& in l.nemo n.4.C.de sentent. & in l. nec quicquam.§. de plano.n.2.ff.de offic.proconsul.& legat.& in l. solam.in fin.C.de testib.& in l.scimus.n.9.C. de iur.deliberan.declaratur.& n.4.5.7.& 10.*
6 *Aret.cons.84.n.3. qualiter intelligatur.*
8 *Iudex habens arbitrium de facto, & de iure potest recipere testes die feriata, & iuris ordine prætermisso.*
9 *Verba de iure, & de facto intelliguntur ad instar arbitratoris à lege deputati.*
11 *Natta cons.585.in fin.loquitur, vt possit procedi manu regia in casu, in quo est procedendum de facto.*
12 *Verba de facto, vel manu regia operantur, vt possit procedi præter legem, non contra legem, Et quid importent dicta verba.n.19. & 23.*
13 *Cardin.in clem.sæpe.§.non sic.n.6.de verb.sign. declaratur.*
15 *Verba sola facti veritate inspecta, & verba de facto an idem significent, & an debeant intelligi de iure.n.16.*
17 *Rom.cons.248. n.3. quomodo intelligatur.*
18 *Habens facultatem procedendi de facto debet iudicare de iure, & multo magis, qui potest procedere sola facti veritate inspecta.*
20 *In causa cognoscenda de facto, vel manu regia potest proferri sententia sine scriptis, & procedi sicut Princeps; secus si adest tantum clausula sine strepitu & figura iudicij, simpliciter, & de plano.n.22.*
21 *Princeps potest procedere, & causas definire sine scriptis.*
24 *Clausula sine figura iudicij operatur, vt non sit necesse, quod feratur sententia à iudice sedente, sed debet ferri in scriptis.*
25 *Sententia vt feratur in scriptis an sit solemnitas de iure ciuili.*

CAPVT CCCXXII.

Votiescunque committitur causa sola facti veritate inspecta, intelligitur commissum, vt possit procedi manu regia, vt concludit † *Ias.in l.certi condictio.§.si nummos.n.33.col.penul.post med.ff.si cert. pet.* quem refert & sequitur *Osas.decis.1.n.30.vers.subdit alium effectum.Grammat.decis.29.n.4. Mandos.cons.96.n. 5. Francisc. Niconit. in c. quoniam contra. n.808.par.2. de probation. tom.3. fol. 349.*

1

Cum de veritate prædictorum ageretur obseruandum dixi, quod omnes Doctores, qui per *Ias.& alios* adducuntur pro ista opinione, nihil dicunt † *Bart.* enim *in extrauag.ad reprimendum. in verb. videbitur. in fin. n. 12.* loquitur in statuto mandante procedi de facto, quod intelligetur eodem modo, scilicet manu regia; Nos autem loquimur in commissione causæ sola facti veritate inspecta, quæ differt à clausula, vt procedatur de facto *Natt. cons.575.n. 4.cum seq.* dixi *decis. 68. n. 11. Ruginell.pract. quæst. c. 1. n. 134.*

2

Bald.

Bald.in c.2.ad fin.n.3. de nou form. fidelitat. dicit quod Princeps bene facit committendo causam de plano, 3 † summarie, & sola facti veritate inspecta. Nam quidquid Princeps facit, vt Deus facit *auth. de haeredib. & faleid. in princ.col.1.* Deus autem est ipsa veritas *c. cum esses.de testam.* & Princeps causam decidere debet sola veritate inspecta, etiam si ordo iudiciarius esse omissus *c. ad petitionem.22.de accusationib.*

Idem Bald.in l.nemo 13.ad fin.n.4. C. *de sentent.* solum concludit quod si Princeps committit 4 causam de veritate, & iustitia, † intelligitur de veritate, cui ius patrocinatur, non autem quod ex nudo pacto intelligitur, quia ius non patrocinatur.

Idem Bald.in l.nec quidquam.§.de plano.col.2.ante med.vers.quid si sub aduerbio fauorabili.n.2. 5 *ff.de offic.proconsul.& legat.* † concludit quod si committatur causa sub hac forma summarie, & de facto, sufficit, quod iudex procedat salua iustitia, & aequitate, licet non seruet ordinem ciuilem, vel statutarium iudiciorum, Vnde ius debet reddere in conclusione, idest exitu controuersiae, non potest tamen ius alicuius partis tollere per suam sententiam, sicut nec olim, cum omnia manu regia gubernantur, iustitia tamen naturalis non debet deesse, sicut arbitrator, qui procedit de facto, aequitate tamen seruata *l. vnde si nerua. ff. pro soc.* Sed id quod non est magni praeiudicij facere potest *l. quoties.C.de precib.imperat.offer.* Alibi dicitur de facto, idest absque iuris effectu *l.meuius.de condit.& demonstrat.l.vbi pactum.40.C.de transact.l.eum qui.18.C.de adulter.*

Aret.cons.84.diligenter ponderatis.col.3.in fi.n.3. ponit exemplum, quando iudex habet simplici- 6 ter arbitrium procedendi de facto, † quae verba important etiam, vt possit procedi manu regia, remota solemnitate iuris ciuilis secundum *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur.in fin. & in l.societatem. mecum.77.§.arbitrorum.ff. pro soc.*

Bald.in l.solam.3.in fin.C.de testib. ponit quaestionem de iudice habente arbitrium de iure, & 7 de facto, † qui non potest credere testi reddenti nullam, vel malam causam, quia bonus vir esse debet, licet cum arbitrio, & non homo temerarius, non fundans se in ratione *l. continuus.ff.de verb.obligat.* Si tamen esset ratio nō plena, sed persuasiua, poterit ex sua conscientia inhibere ei ratione arbitrij *arg. c.statutū.11.§.assessorē.de rescript.in 6.c.cū aeterni.1.de re iudic.* 8 *eod.li.* Istud enim arbitriū operatur, † quod possit recipere testes die feriata, & iuris ordine praetermisso, & illa verba de iure, & de facto intelliguntur quasi dicat ad instar arbitratoris à 9 lege deputati † ad not. per *Bart. in l. filius. de donat.& Innoc.in c.quintuallis.de iureiur.& in c.1.de offic.deleg.in clement.*

Bald.in l.scimus.in princ.col.2.ad fin. q.6.vers. & tunc etiam in foro ecclesiastico.n.9.C. de iur.de- 10 *liber.* † concludit quod apud Theologos, quia forum poenitentiale consideratur, non attenditur ius ciuile, sed iudicant prout Deus iudicaturus esset sola veritate inspecta. In foro autem ecclesiastico seruabantur haec iura, quae de inuentario loquuntur, cum ius canonicum non contradicat.

Natt.cons.585.in fin. loquitur etiam in casū, in 11 quo est procedendum de facto, † Intelligitur enim tunc manu regia, omissa omni solemnitate iuris, subdens, quod neque dicta verba poterunt operari, vt iura alterius vllo modo tollantur, nec laedantur contra naturalem aequitatem, etiam si per alia similia quaecunque verba concipiantur; non enim quis potest esse solutus legibus plus, quam Princeps, cuius tamen libertas ad hoc non extenditur *Corn. cons.114.* 12 *n.6.lib.2.* † Vnde verba de facto operabuntur, vt possit procedere praeter legem, non contra legem *Lap.alleg.128.n.4.& ibi Mandos. in addit.in verb.propter legem.Roman.cons.248.post med.vers.tertio dicitur.n.3.*

Cardinal. in clem.saepe.§.non sic tamen.col.penul. 13 *in princ.n.6.q.4.de verb.signific.* † ponit quaestionem in eo, cui datur potestas procedendi de facto, quod intelligitur manu regia, omissa solemnitate, non tamen contra naturalem aequitatem, vt late declarat *Idem Cardinal. ibid. q.2.n.5.*

Et quidem omnes Doctores loquuntur de pote- 14 state data procedendi de facto, † prout vltra praedictos dicit *Soccin.cons.12.insignis. col.2.in princ. vers. nec etiam per illa verba. n.6. lib.1. Dec.cons.434.placet.n.4.Corn.cons.10.n.9.lib.2 & cons.114.n.6.eod.lib.& cons.218.n.4.vers.tamen his non obstantibus.lib.1.Mandos.ad Lap.allegat.128.in verb.de facto.*

Verum est quod *Corn.cons.218.n.4. col.penult.in princ.vers.dicitur enim.lib.1.* concludit, quod 15 verba, † vt quis procedat sola facti veritate inspecta idem significant, ac si dictum fuisset quod de facto procedat; Sed nihil allegat, & eius opinio est contra omnes, & sine vlla ratione, quia per se patet, quod aliud est procedere de facto, aliud de veritate facti; In primo enim casu datur arbitrium merum; In secundo vero virtus illius consistit, vt sufficiat constare de veritate sine aliqua tela iudiciaria, & censentur sublatae omnes solemnitates iuris ciuilis, & subtilitates, & apices illius, & similia, dūmodo alias constet de veritate *Natt. cons. 585. lib. 3.* cum alijs, quos adduxi *decis.68.n.11.*

Conueniunt tamen ista verba de facto, & sola veritate inspecta, quod debeant intelligi de iu- 16 re; † Vnde qui habet facultatem iudicandi sola facti veritate inspecta, debet tamen iudicare de iure *Catell.in memorab.in verb.arbiter debet procedere.in fin.* vbi allegat *Bart.cons.172 in 5.dub.lib.1.* Sed nihil de hoc loquitur; Adducit etiam *Roman.cons.248.ex sententia.n.3.* 17 Sed neque ipse loquitur † in clausula sola facti veritate inspecta, sed in clausula de facto. Hoc tamen erit in argumentum à maioritate rationis; Quia habens potestatem procedendi

de facto

18 de facto, debet iudicare de iure, † multo magis, qui habet facultatem iudicandi sola facti veritate inspecta, quod est minus, vt dictum est; Quod est notandum contra eos, qui volunt habentem auctoritatem de facto posse arbitrio suo lædere partem, quod non est tutum. Quia verior est opinio, per verba de facto non posse
19 iudicari aliquid contra ius naturale, † nec tolli defensionem partis, nec aliquid turpe, vel iniquum fieri, nec lædi iura alicuius contra æquitatem naturalem, nec contra rigorem ciuilem circa ei quæsita ex præscriptione, prout neque dolo aliquid committi, seu donari, aut quid simile fieri *Corn. cons. 114. n. 6. & 7. lib. 2. & cons. 218. n. 4. lib. 1. & cons. 10. n. 9. & 10. lib. 2. Rom. cons. 248. n. 3. Socin. cons. 13. n. 6. & 7. lib. 4. Catell. in memorab. in verb. arbiter debet procedere. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur. n. 12.*

Ex prædictis colligitur, quod si causa sit cogno-
20 scenda de facto, seu manu regia † poterit negotium terminari, & sententia proferri sine scriptis, cum ista clausula operetur, vt quis possit facere, & procedere sicut princeps *Specul. de fer. §. 1. n. 9.* Princeps autem potest procede-
21 re, & causas diffinire sine scriptis † *Glos. in c. vlt. in verb. illustrium. de re iudic. in 6.* & ita in specie concludit *Mandos. cons. 65. n. 10. & 11.* Vbi respondet ad *clem. sæpe. de verb. signific.* vt procedat, quando adesset solum clausula sine strepitu, & figura iudicij, simpliciter, & de pla-
22 no, prout ibi dicitur, † nam per istas clausulas non efficietur, vt iudex possit sententiare sine scriptis; Cum aliud sit, quando dictum esset manu regia, vel de facto; tunc enim tolluntur omnes solemnitates iuris ciuilis *l. 2. in*
23 *princ. ff. de orig. iuris.* † Vnde si detur facultas terminandi omni substantialitate omissa, sequitur, ad hoc vt ista verba aliquid operentur, vt valeant in sententia scripta, & non lecta, vel lata viua voce sine scriptura *Bald.* in terminis *in l. prolatam. 2. vel. penul. in fin. vers. quid si statutum dicit. n. 11. in fin. C. de sent. & interloc. omn. iudic.* sequitur *Mandos. cons. 65. n. 11. ad med.* vbi etiam allegat *Rom. in rubr. de arbitr. n. 36. vers. item si statutum diceret quod arbiter procedere posset.*

Et ita etiam loquitur *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. figura. ad fin. vers. item an hoc casu. n. 21.* vbi solum format quæstionem stante clausula sine figura iudicij, iuxta *clem.*
24 *sæpe. de verb. signific.* † & concludit, quod non est necesse, quod feratur à iudice sedente, quia hæc est solemnitas iuris ciuilis, feretur tamen in scriptis, quia ita disponitur *in d. clem. sæpe.* vbi specialiter hoc referuatur *Corn. cõs. 243. n. 3. lib.*
25 *4.* † Quidquid alias sit dicẽda etiam solemnitas iuris ciuilis, quod feratur in scriptis; Sed ideo in foro ciuili hoc non erit necesse, cum solum in scriptis redigatur, vt posit probari *Bart. in d. extrauag. ad reprimendum. in verb. figura in fin. vers. in foro autem ciuili non arbitror illud necesse. n. 21. post med.*

EPITOME.

Census an posit redimi pro parte inuito creditore. ¶ Interesse quando diuidatur inter hæredes pro portione hæreditaria. ¶ Et quid si veniat in iudicium per viam executionis. ¶ Via executiua an competat pro eo, quod virtualiter inest. ¶ Statutum concedens paratam executionem instrumento, quando intelligatur illam concedere etiam respectu tacitæ hypothecæ. ¶ Contra vnum ex hæredibus quo casu posit agi insolidum. ¶ Et quid si fuerit relictum opus, vel mille pro opere faciendo. ¶ Hæredes, quamuis debeant extinguere censum in solidum, non facta illius extinctione an teneatur ad interesse pro virili.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum quilibet tenetur insolidum, tam si est relictum opus, quam si sunt relicta mille pro opere faciendo. Contrarium n. 3.*
2 *Obligatio quantitatis, quando ordinatur ad factum, tunc de ea iudicatur, prout de facto.*
4 *Census pro parte redimi non potest inuito creditore ob incommoditatem particularis solutionis, & huiusmodi retrouenditiones sunt indiuiduæ.*
5 *Hæredes quamuis teneantur extinguere censum insolidum, tamen non facta extinctione tenebuntur ad interesse pro virili.*
6 *Interesse diuiditur inter hæredes pro parte hæreditaria. Limita quando subrogatur loco indiuidui, & venit in iudicium per viam executionis. n. 7. & 8.*
9 *Executiuè agi potest pro eo, quod virtualiter est in instrumento comprehensum. Præsertim quando agitur contra principales, vel eorum hæredes, non autem contra tertios possessores. & n. 11.*
10 *Statutum tribuens paratam executionem apochæ, vel instrumento, illam concedet respectu hypothecæ etiam tacitæ.*
12 *Insolidum agi potest contra vnum ex hæredibus promissoris, qui habet rem, seu fundum apud se, licet essemus in personalibus. Et id ex quadam æquitate. n. 13.*

CAPVT CCCXXIII.

PRo distincta, & vera decisione eorum, de quibus dubitatum fuit; Ad primum Dixi, quod opinio *Bart. in l. fideicommissa. 11. §. in opere. ff. de legat. 3.* non est adeo indubitabilis, vt præsupponitur, Cum contrarium sequatur *Ang. in l. in executione. 85. §. 1. n. 1. & ibi Imol. n. 1. ad med. vers. quid autem si testator. ff. de verbor.*
1 *obligat.* † Vbi, quod non attenditur an sint relicta mille pro opere faciendo, vel sit relictum opus, quia semper obligatio est indiuidua, & quilibet hæredum tenetur insolidum, licet enim videantur hæredes grauati ad quantitatem; Tamen quia obligatio quantitatis ordinatur

ad fa-

ad factum, tunc de ea iudicamus, prout de facto, † quasi debeamus cogitare de fine, ad quem ista quantitas est relicta *Glos. in l. naturalis.5.§.quod si faciam.in princ.ff. de praescript. verb.Bald.in l.cum proponas.4.n.2.in fin. C. de dol.malo.* Et contra *Bart.* concludit etiã *Alex. in l.2.§.& harum. post princ. vers. item & secundo fallit.n.5.de verb.obligat.Gomes. var. resolut.tom.2.c.10.de indiuid.n.23.vers.tertio infero quod si promissio.f.211.*

Sed dato quod praeualeat opinio *Bart.* quam in 3 praxi seruari dicit † *Castr.in l.in executione. 84.n.3.in fin. ff. de verb. obligat. Ias.in l.2.§.& harum.n.10.post med.vers.& istã rationem ad istã fallentiam.ff.eod.tit. Florian. in l. fideicommissa.11.§.in opere.n.2.ff.de legat.3. Bald. in l. mortuo.50.§.si testator.in fin.ff.de legat.1. Alex.* sibi cõtrarius *in l.stipulationes nõ diuiduntur. col.6.n.28.ff.de ver.oblig. Alber. Iacob.de Aren. Soc.Vincen.et alij per Gomes.de indiuid.d.n.23.*

In casu nostro cessat omnis difficultas, quia actum fuit tam vigore instrumenti, quam apochae in actis repetitae, in qua adest promissio clara extinguendi censum cum onere illum super se suscipiendi, & sic non fuit simpliciter promissum soluere pecuniam pro extinctione census sed fuit conuentum ad fauorem dominorum census de illum extinguendo, quod importat 4 factum indiuiduum, † cum pro parte non possit fieri redemptio census inuito creditore ob incommoditatem, quam affert particularis solutio; prout in similibus retrouenditionibus, quod sint indiuiduae dicit *Bart.in l.uxorem. 36.§.agri plagam.n.3.de legat.3.et in l.cui vsusfructus.30.de vsufruct.legat.& in l.si quis aliã. 46.in fin.ff.de solution.Bald. in l. ex hoc iure. ff.de iust.& iur.Alberi.in l.vsus.in princ.ff. de vsu.& habitat.* cum alijs late per *Tiraq. de retract.lignag.§.23.glos.1.n.16.Gomes.de indiuid. n.23.vers.quinto infero.Crass.in §.hereditas.q. 12.n.18.Cassan.in consuetud.burgund.rubr.10. in textu ibi.soneritage.n.16.f.1313.*

Ad secundum. Verum est quod quamuis haeredes tenerentur extinguere censum in solidum; 5 Tamen non facta † extinctione tenebuntur ad interesse, quod succedit loco facti pro virili tantum, non insolidum *Rip. in l.4.§. cato. n.12.36.& 42. de verb.obligat.Bald.cons.242. n.2. lib.5.* Prout regulare est, quod interesse diuiditur inter haeredes pro parte haeredita-6 ria, † neque enim cogitur vnus haeres totum illud praestare, quasi consistat in quantitate, quae est naturaliter diuidua ex lege duodecim tabularum *l.stipulationes non diuiduntur.& l. 4.§.cato. in fin.ff.de verb.obligat. Ant. Fum. de eo quod inter.c.2.n.20.*

Hoc tamen declaratur non procedere, quando idem interesse subrogaretur loco indiuidui, 7 prout in casu, † de quo agimus, tunc enim habebit naturam, & conditionem indiuidui, & ipsum quoque erit indiuiduum, ideo haeres condemnabitur ad factum, quod si non potuerit obseruare, cogetur soluere totum interesse, & non sufficeret, si traderet partem in quantitate, nulla habita consideratione, quod non sit haeres in totum, sed solum pro portionibus haereditarijs; Etenim interesse dupliciter venit in iudicium aut per viã actionis, aut per viam executionis; Primo casu diuiditur inter haeredes, & ita loquuntur contraria; Si enim Titius promiserit aliquid facere, & existat in mora, si ego peto interesse iure actionis, & obtineo contra haeredes, tunc verũ est, quod quilibet haeres tenebitur in parte, quamuis factum esset indiuiduum, quia non petij opus fieri, sed egi ad damnum, & interesse ex eo, quod opus non 8 fuit factum; † Aliud est quando petitur ipsum idem factum ab haeredibus, ad quod tenebatur defunctus, tunc enim si fuerit actum contra vnum haeredem, qui condemnatur ad factum, veniret interesse per viam executionis, & per consequens habebitur pro subrogato loco facti, quod tanquam tale ex necessitate non diuidetur inter haeredes, sed erit indiuiduum, & sapiet naturam eius, in cuius locum subrogatur; Ista est communis distinctio doctorum, quã approbat *Bart. in l.2.§. ex his. col. 3. ad med. vers.sed tunc oppono.n.9.& 10.ff.de verb.obligat.& ibi Zas.col.antepenul.post med. vers.ex quo iterum colligitur. n. 27. Alex.col.2.post princ.vers.ex quo habes perpetuo.n.6 Castr.col. 3.ante med.vers.& ex hoc infero vltra.n.3.in fin. Imol. col. 4. in princ. vers. qua ratio cessat quando stipulator.n.22.ad med.Gomes. de indiuid. tom.2.c.10.n.16 vers.ex quo infert.*

Quo ad tertium. Verior est opinio, quod potuerit agi via executiua pro huiusmodi interesse, 9 quamuis non adsit expressa obligatio, † cum sufficiat virtualiter illud esse comprehensum in instrumento, quod habebitur pro expresso, quamuis esset materia stricta, & expressio requiretur pro forma *Bald.in l.1.post med. vers. item facit ad quaestionẽ.ff. de his quae in testam. delent.* vbi quod ita consuluit primo quod intrauit palatium ex commissione iudicis in causa dubitantis, prout refert etiam *Idem Bald.in l.ad probationem dominij.21.ad fi.vers. sed contrarium.C.de probat.* quod etiam notat *Suarez.in l.post rẽ iudicatam.vers.secundo extende hanc legem.n.1.ad med.de re iudic.f.525. Alex.cons.126.repetitus.col.1.n.4. lib. 6. Surd. decis.154.n.37.vsque ad n.40.& cons.143.n.20. & 21.lib.1.Rot.coram Card. Seraph. Romana subhastationis.20.iunij 1597.& coram R.P.D. Cantuccio Romana dotis.11.februarij.1583.*

Ex quibus etiam colligitur quod vera est opinio, de qua per *Corn.cons.55.n.17. lib. 3.* dum con-10 cludit, † quod statutum si tribuit paratam executionem apochae, seu instrumento, illam etiam concedet respectu hypothecariae, quae in instrumento continetur, & licet sola auctoritas *Corn.* sufficeret, cum adsit pro eo ratio, quod virtualiter subintelligitur, & quia praesumptio ex instrumento elicita dicitur eius tenor *l.iurisgentium.§. quod fere.ff.de pact.l.1. ff.de vsur.* Tamen quoniam desiderantur alio-

rum

rum auctoritates, id etiam voluit *Bald. in l. vbi adhuc. in repet. n. 18. col. 4. in fin. verf. aduerte.* C. *de iur. dot.* vbi amplius loquitur in tacita hypotheca, ne dum in expressa *Idem Bald. in l. ad probationem dominij. 21. ad fin.* vbi multa *Barbat. in addit. in verb. executioni. C. de prob.* & late etiam declarat *Alex. conf. 126. n. 7. & 8. lib. 6. Barbat. in l. cum acutissimi. C. de fideicom miss. Afin. de execution. §. 9. c. 75. n. 4. f. 299. Bald Nouell.* qui de communi testatur *de dot. priuil. 7. n. 2. ad fin. p. 6. Neguf. de pignor. p. 2. membr. 4. in fin. n. 167. Soarez. in repet. l. post rem iudicatam. in declarat. leg. regn. verf. secundo extende hanc legem. n. 2. ff. de re iudic. f. 526.*

Quæ sine difficultate procedunt in casu nostro, cum agatur via executiua contra principales 11 & eorum hæredes per hypothecariam, † quidquid aliud sit contra tertios possessores, quasi illi neque tacite, neque expresse dicantur nominati in instrumento, prout declarat *Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuil. 7. col. 2. in princ. verf. vidi tamen consultum. n. 2. in fin.* cum alijs per *Neguf. de pignor. membr. 4. in fin. p. 2.*

Constat igitur ex prædictis de euidenti iustitia mandati, præsertim cum maxima concurrat 12 æquitas, † vt possit agi contra vnum ex pluribus hæredibus promissoris, qui habet apud se rem, seu fundum, prout in casu, de quo agimus; Tunc enim poterit ob hanc rationem in solidum conueniri, quamuis essemus in personalibus, quidquid alias quilibet hæredum in partem teneretur pro portionibus hæreditarijs, vt in specie declarat *Zaf. in l. 4. §. cato. col. 12. in fin. verf. credo tamen. n. 47. & col. 16. post med. verf. secundo fallit. n. 67. ff. de verb. obligat.* per tex. notabilem *in l. 3. §. hæres. & ibi Glos. in verb. insolidum. ff. commod.* Et quamuis aliqui teneant, quod hoc procedit, quando hæres cōuenitur in casu, in quo dolo malo rem interuertit, & sic actione secundaria; Tamen contrarium est verius, & magis receptum, Etenim non arguitur dolus ex eo, quia rem non restituit, neque ex hoc solo potest induci secundaria obligatio, cum possit subesse causa, quæ dolum excuset; † Vnde simpliciter tenebitur hæres 13 insolidum, quando rem possidet ex quadam æquitate, & specialiter in istis contractibus bonæ fidei, vt de magis communi opinione testatur *Alciat. in l. 4. n. 49. vsque ad n. 53. ff. de verb. obligat.*

EPITOME.

Diuisio ex falsa causa, quando possit reuocari non obstante clausula euictionis, & promissione de non molestando. ¶ Et an incurratur pœna, aut interesse promissum de non contraueniendo. ¶ Et quid si tractaretur de lucro captando. ¶ Et an attendatur tam error iuris, quam facti. ¶ Dominium, quando possit transferri per errantem siue principalem, siue procuratorem cum libera. ¶ Et an errore detecto rescindatur translatio condictione indebiti. ¶ Et an iuramentum talem repetitionem excludat. ¶ Vendens rem quam credebat suam ex vna causa an transferat dominium, si esset sua ex alia causa. ¶ Dominium an transferatur per diuisionem extraiudicialiter. ¶ Et quid si fieret diuisio de bonis communibus in vniuersitate. ¶ Error in substantia facti an influat in omnes clausulas quomodocunque conceptas. ¶ Diuisio facta per iudicem, vel extra iudicium, quando possit retractari.

SVMMARIVM.

1 *Diuidens qui per errorem non retinuit, quod poterat retinere, non facit sibi præiudicium etiã quod promiserit non venire contra diuisionem. Vel nunquam aliquid petere. n. 2. Et licet renunciatum sit condictioni indebiti. n. 3. Siue simus in errore facti, siue iuris. n. 4.*

5 *Diuisio ex falsa causa potest reuocari non obstante clausula euictionis, & promissione de non molestando. Nec incurritur in aliquam pœnam, aut interesse promissum de non contrauueniendo. n. 6. Etiam si ex causa posset diuisio sustineri, vel tractaretur de lucro captando. n. 7.*

8 *Danti bona feudalia pro allodialibus subuenitur tanquam in facto erranti, & idem si errasset in iure, licet tractaret de lucro iam quæsito.*

9 *Diuisio facta cum aliquo vti hærede, cognito errore, reuocatur.*

10 *Falsa causa in contractibus parit repetitionem.*

11 *Ex verbo adæquandi, & natura contractus apparet contrahentes nolle in aliquo etiam minimo decipi.*

12 *Iuramentum non tollit repetitionem, quæ propter errorem videtur competere per condictionem indebiti.*

14 *Iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam habet actus, & promissio, cui adhæreret, quæ tacita conditio operatur, vt non requiratur absolutio à iuramento.*

14 *Iusiurandum excludit etiam ignorantem a priuilegio sibi competenti, secus in errante, cum error non concurrat cum veritate.*

15 *Soluens per errorem etiam iuris repetit, vbi agitur de damno, secus si de lucro.*

16 *Dominium potest etiam per errantem transferri, nec error impedit translationem. Siue diuisio fiat per principalem, siue per procuratorẽ cum libera. n. 17. Sed errore detecto translatio rescinditur condictione indebiti. n. 21.*

18 *Vendens rem, quam credebat suam ex vna causa transfert dominium quamuis esset sua ex alia causa.*

19 *Tradens licet non perdat dominium tamen exceptione potest repelli.*

20 *Factum proprium efficaciter obligatorium propter errorem reuocatur.*

22 *Condictio indebiti, vt competat præsupponit dominium translatum.*

23 *Rei vendicatio non habet locum pro re tradita in diui-*

in diuisione post dominium translatum, sed condictio indebiti.

24 *Vendicare dicitur agens actione personali.*

25 *Diuisio facta per iudicem nullo modo retractatur, secus si esset facta extra iudicium.*

26 *Clausulæ renunciando omnibus exceptionibus condictioni indebiti, sine causa, doli mali, & similes, quæ renunciantem excludunt ab omni auxilio, non operantur conflicto de errore, sicut non operatur principalis dispositio.*

27 *Error, & deceptio, quæ interuenit in substantia facti influit in omnibus clausulis quomodocunque conceptis.*

28 *Dominium non transfertur per diuisionem extraiudicialem, nisi pro ea parte, quæ spectat ad tradentem. Et quid si fiat diuisio de bonis communibus in vniuersitate. n. 29.*

CAPVT CCCXXIV.

CAsum, de quo agimus, Dixi decidendum affirmatiue, quod detecto errore sit locus rescissioni dominij iam translati bonorum, de quibus in actis, iuxta doctrinam *Castr.* qui in terminis ita docuit *in l. vlt. §. item quæsitum est. n. 2. ff. de condict. indeb.* vbi per illum tex. & allegata ibi per *Bart.* consuluit, quod cum quidam fratres diuisissent bona paterna, fraterna, & materna æqualiter inter se, & promisissent non venire contra diuisionem, & alter alterum non molestare occasione dictorum bonorum,

1 postea apparuit, † quod bona fratris mortui pertinebant ad alterum tantum, & quia erat vtrinque coniunctus, sed alter ex vno latere tantum, & sic non veniebant diuidenda, sed illi soli applicanda, volebat repetere, & venire contra, opponebatur sibi de illa diuisione, & de conuentione de non veniendo contra istud pactum per errorem interpositum, non sibi præiudicauit.

Prædictam opinionem *Castr.* sequitur *Dec. cons. 526. visis his quæ accurate. col. 2. post princ. vers. & ad hoc bene facit. n 5. & cons. 350. in casu proposito. col. 3. in princ. vers. & in simili casu. n. 4. & cons. 475. in causa quæ mantuæ. col. 5. in princ. vers. & in simili notabili quæstione. n. 30. & cons. 408. in præsenti consultatione. n. 1. &*

2 *cons. 205. quæritur an diuisio. n. 1.* † Vbi, quod neque attenditur, quod in diuisione dictum fuerit de nunquam aliquid petendo, nec quærendo super dictis bonis renunciatis *Natt. ad Alex. cons. 168. in princ. lib. 5. Ruin. cons. 134. n.*

3 *7. & 8. lib. 2.* † Vbi ampliat, quamuis sit renunciatum condictioni indebiti, etiam cum iuramento *Menoch. cons. 91. n. 54. ad med. vers. & in claris terminis. lib. 1.* Nulla habita distinctione,

4 siue simus in errore facti, siue iuris † *Socin. Iun. cons. 128. n. 121. lib. 1.* Vbi de eo, qui errauit tradendo rem, quam non putabat esse fideicommisso subiectam *Castr. cons. 125. dubitatur primo. col. 3. ante med. vers. sexto dubitatur. n. 5. lib. 2.* vbi de diuisione cohæredum errantium tam in iure, quam in facto *Alex. cons. 168. ponderatis narratis. in princ. lib. 5. Bald. cons. 386. proponitur quod frater. lib. 1.* Vbi quod maxime procedit, quando tractatur de iure quæsito auferendo, quo casu error iuris semper excusat *Anchar. cons. 291. super pluribus.*

5 *n. 3.* † Vbi de diuisione facta ex falsa causa, quod essent bona hæreditaria, quæ poterit reuocari, non obstante clausula euictionis, & promissione de non molestando, & similibus stipulationibus *Corn. cons. 278. col. penul. &*

6 *vlt. n. 14. lib. 4.* † Vbi, quod neque incurritur in aliquam pœnam, aut interesse promissum de non contraueniendo diuisioni *Aym. cons. 26. in fin.* vbi ampliat, quamuis ex causa posset diuisio

7 sustineri *Idem Aym. cons. 188. n. 10.* † Vbi etiam si tractaretur de lucro captando in casibus, in quibus subuenitur maioribus errantibus in iure circa lucrum *Ias. cons. 87. in 2. dub. n. 2.*

8 *lib. 1.* Vbi de dante bona feudalia † pro allodialibus, cui subuenitur tanquam erranti in facto, prout etiam subueniretur, si erraret in iure, quamuis tractaret de lucro iam quæsito, quod æquiparatur damno.

Et facit *l. cum putarem. ff. famil. ercifcund.* vbi diuisio facta cum aliquo vti hærede, cognito erro-

9 re reuocatur † *l. post diuisionem. C. de iuris & fact. ignor. l. maioribus. C. commun. vtriusque iudic.* Quasi tunc vitietur diuisio ex defectu causæ finalis *Bald. in l. nec apud. C. de hered. instit. Bart. in l. demonstratio falsa. §. quod autem. vers.*

10 *sexto quæro. ff. de condit. & demonstrat.* † vbi, quod falsa causa in contractibus parit repetitionem *Fulgos. cons. 23. in fin.* cũ alijs late per *Dec. cõs. 408. n. 1. & 2. & cõs. 125. in 2. concl. n. 5. & 6.*

Maxime, quia in casu nostro fuit facta diuisio ratione adæquationis partium, ex quo verbo adæ-

11 quandi, † & natura contractus apparet, quod contrahentes nolebant in aliquo decipi, nec volunt quid acquirere, nec tolerare etiam modicam deceptionem, quæ re ipsa incidit, & quæ alias tacito quodam naturali sensu, & promiscuo vsu censetur mutuo tolerari, vel remitti *Addit. ad Dec. cons. 350. visis allegationibus. in verb. retactari.*

Neque obstat iuramentum, per quod videbatur non posse allegari errorem, aut ignorantiam *Glos. in c. ex rescripto. de iureiur. Castr. in l. fin.*

12 *ad velleian. Alex. cons. 17. põderatis. lib. 3.* † Quia verius est, quod per similia iuramenta non tollatur repetitio, quæ propter errorem videtur competere per condictionem indebiti, cum iusiurandum semper habeat illam tacitam conditionem, quam habet actus, & promissio, cui ad-

13 hæret; † itaut ista tacita conditio operetur, quod non requiratur absolutio à iuramento, vt late omnia prædicta explicat *Dec. cons. 350. visis allegationibus. n. 8. vsque ad n. 11.* vbi etiam subdit, quod quatenus contraria possent procedere in ignorante, qui propter iuramentum excluditur ab aliquo beneficio, seu priuilegio sibi com-

14 petenti; † Tamen aliud est in errore, cum ignorantia possit concurrere cum veritate, error autem illi repugnat; vnde iurans potuit cogitare

in genere, quod iurauit, quod non est in eo, qui errauit, quia error non concurrit cum veritate, neque errans consentit *Bald. in l. falsum. vers. & scias quod aliud est ignorantia* C. *de furt.* Cum etiam maior sit defectus erroris, quàm ignorantiæ, quasi ista opponatur scientiæ, error autem consensui *Glos. in clem. 1. de iudic. & in rubr. de iur. & fact. ignor. Seraph. priuil. iuram.* 80. *n.* 9. licet ipse multa arguat in contrarium.

Præsertim, quia sumus in persona, quæ iam obtinuerat bona emphyteotica, de quibus agimus, & eorum dominium, & possessionem quæ-
15 siuerat, vnde tunc tractatur de damno, † & error etiam iuris excusat, & datur repetitio, cum enim lucrum sit iam quæsitum, dicitur quis pati damnum, quidquid aliud sit, quando tractaretur de perdenda spe lucri, vt in terminis concludit *Ias. cons.* 87. *in* 2. *dub. n.* 2. *lib.* 1. *Aym. cons.* 183. *n.* 10.

Nec facit, quod quamuis fuerit erratum in huiusmodi diuisione dando bona emphyteotica pro hæreditarijs, tamen non videtur competere aliqua repetitio, cum iam fuerit translatum domi-
16 nium, † quod etiam potest transferri per errantem, neque enim error potest impedire translationem dominij *Bart. in l. eius qui in prouincia. n.* 15. *&* 20. *ff. si cert. petat. & in l.* 1. *in* 1. *lect. vers. tertio casu principali. col.* 2. *in fin. & in* 2. *lect. col.* 3. *post med. n.* 8. *ff. de offic. procur. cæsar. & ibi*
17 *Ias. n.* 13. † vbi ampliat, siue fiat per principalem, siue per procuratorem habentem administrationem cum libera *Alex. in l. si ego pecuniam. col.* 2. *post princ. vers. & hoc vltimum. n.* 4. *ff. si cert. petat. Glos. in l. seruus inscio. ff. de fideiussor.* quam ibi *Ang.* dicit singularem, & est *tex. in l. rem indebitam. ff. de condict. indebit. & in l. si procurator. ff. eod. tit.* & facit *l. si seruum*
18 *titij.* 49. *in primo responso. ff. mandat.* † vbi quando quis vendidit rem, quam credebat esse suam ex vna causa, transfert dominium, quamuis esset sua ex alia causa *Bart. in d. l.* 1. *n.* 3. *vers. quandoque autem erratur. Alber. n.* 1. *vers. aut error. Salic. in l si ego. n.* 3. *ff. si cert. petat. & in l. eius qui in prouincia. §. quas vero. n.* 10. *ff. eod. tit.*
19 Adeo vt quamuis † etiam tradens non perdidisset dominium, tamen exceptione posset repelli *Glos. in d. l. seruum titij.* 49. *in verbo vendicationem ff. mandat. & ibi Alber. n.* 3. *vers. oppono. Bart. in fin. Salic. n.* 2. *vers. item nota. & Bald.*
20 *n.* 1. *in ad lit.* † vbi, quod propter errorem non reuocat quis factum proprium, quod est efficaciter obligatorium.

Quia licet transferatur dominium, tamen errore
21 detecto translatio rescinditur, † & competit condictio indebiti, vel sine causa, cum tales condictiones præsupponant dominium transla-
22 tum, quia alias non competerent † *§. sic itaque. instit. de action. l. fin. ff. vsufruct. quemadmod. caue.* & ita in specie concludit *Corn. cons.* 278. *col. penult. in fin. vers. secundo ibi agitur. n* 13. *lib.* 4. *Socin. Iun cons.* 128. *n.* 121. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 91. *n.* 59. *&* 60. & voluit etiam *Dec. cons.* 350. *visis allegationibus. col. penul. post med. vers. sed dato quod ipso iure. n.* 5. *Gabr. cons.* 79. *n.* 14. *lib.* 2. *Anchar cons.* 291. *super pluribus. col.* 2. *in fin. vers. sed dixerit aliquis. & vers. ad istam respondeo. n* 3. *&* 4. *Alex. cons.* 168. *ponderatis. in princ. lib.* 5. & clarius *in l. si soror. in fin. C. de collat.* Vbi, quod proprie non potest
23 vendicari res tradita in diuisione, † cum fuerit translatum dominium, vnde non competit rei vendicatio, quæ præsupponit vendicantem esse dominum; Poterit tamen vendicari per condictionem indebiti *l. si qui hæreditatem. l. si quis cum à fideicommissario. l. qui exceptio-*
24 *nem. §. si pars. ff. de condict. indebit.* † Cum etiam dicatur vendicare, qui agit actione personali *Glos. in l. per diuersas. in verb. sua. & in l. si peculium.* 6. *§. & si fuerit. in verb. vendicatio. ff. de pecul. legat.*

Neque obstat *l. cum putarem. ff. famil. ercisc und.* Quia procedit, quando esset facta diuisio per
25 Iudicem, † tunc enim nullo modo retractatur, secus si extra iudicium, vt in casu, de quo agimus *Glos. in l. post diuisionem. C. de iur. & fact. ignor.* quam ab omnibus approbatam testatur *Socin. cons.* 26. *n.* 12. *lib.* 4. *Menoch. cons.* 91. *n.* 26. *lib.* 1. *Dec. cons.* 351. *in casu proposito. col. vlt. in princ. n.* 7. *in fin. Anchar. cons.* 291. *col.* 2. *in fin. n.* 3.

Minus obstant clausulæ, de quibus in diuisione, renunciando omnibus exceptionibus, condictio-
26 ni indebiti, † sine causa, doli mali, aut similibus, per quas talis renuncians se ipsum excludit ab omni ope, & auxilio.

Quia istæ clausulæ tanquam accessoriæ non operantur constito de errore, prout non operatur ipsamet principalis dispositio diuisionis, Error enim, & deceptio, quæ interuenit in substan-
27 tia facti † influit in quibuscunque clausulis quomodocunque conceptis *Dec. cons.* 197. *pro tenui facultate. col.* 6. *in fin. n.* 6. *ad med. Rol. cons.* 7. *n.* 111. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 103. *n.* 78. *lib.* 1. *& cons.* 378. *n.* 27. *lib.* 4. Et de huiusmodi clausulis in diuisione contentis, quod non obstent *Idem Menoch. cons.* 91. *n.* 54. *post Bart. in l. vlt. §. item quæsiuit. n.* 1. *&* 2. *vers. vnde quaro. ff. de condict. indeb. Barbat. cons.* 76. *col. vlt. lib.* 3. *Gabr. cons.* 62. *n.* 15. *lib.* 2.

Obseruandum est etiam, quod in casu nostro non adest, nisi titulus diuisionis extraiudicialiter
28 celebratæ, † per quam non transfertur dominium directum, vel quasi, nisi pro ea parte, quæ spectat ad tradentem; pro alijs enim partibus nullum titulum dicitur habere socius, in quem res communis transfertur, maxime cum non constet de traditione possessionis vere, nec
29 ficte, † nisi talis diuisio fieret de bonis communibus in vniuersitate, tunc enim est speciale in contractu societatis vniuersalis, & illius dissolutione, & diuisione, quod transeat dominium sine traditione late *Alex. cōs.* 137. *n.* 21. *et* 22. *col. penult. in princ. lib* 2. Et de confitente rem propriam esse alterius quando in eum transferat dominium, multa *Menoch. cons.* 91. *n.* 38. *lib.* 1.

EPI-

EPITOME.

OBlatio quando requiratur, tam in eo qui vult consequi actionem, & illius executionem, quam in illo qui vult excludere ius iam quæsitum ab aduersario. ¶ Emptor an possit agere ad rem venditam, si non offerat pretium etiam non petitum. ¶ Et quid in contractibus innominatis, vel in statutis requirentibus oblationem. ¶ Iudex an possit ex officio opponere defectum non adimplementi, & non solutionem pretij. ¶ Oblatio an valide fiat pendente iudicio per eum, qui tenetur adimplere. ¶ Exceptio pretij non soluti an possit opponi post conclusionem in causa in executione sententiæ per cōdemnatum ad tradēdam rem emptam. ¶ Et an executio impediatur, quamuis contractus sit iuratus. ¶ Iudex an possit condemnare iuxta formam instrumenti emptionis quamuis non expresserit pretium non esse soluendum. ¶ Iuramentum an excludat exceptionem, quæ prouenit ex natura contractus.

SVMMARIVM.

1 *Emens vt possit agere ad rem venditam tenetur pretium offerre, licet non petatur. Contrarium. n. 13. Et quid in contractibus innominatis. n. 14. vel in statutis requirentibus oblationem. n. 18.*

2 *Onus intrinsecum actioni debet prius impleri, et offerri; Et intrinsecum dicitur, si venit ex eadem causa.*

3 *Venditor vt agat ad pretium, debet prius offerre traditionem rei.*

4 *Oblatio requiritur tam in eo, qui vult consequi actionem, & illius executionem ex suo implemento, quam in illo, qui vult excludere ius iam quæsitum ab aduersario, etiam si conditio esset in veritate impleta, quia nihilominus debet liquidari, & iudici cōstare. n. 5. Amplia, vt n. 6.*

7 *Conditionis euentus debet corā iudice liquidari.*

8 *Defectum non adimplementi, vel non solutionis pretij potest iudex ex officio etiam nemine petente opponere. Declara. n. 15.*

9 *Oppositio quando insurgit ex tenore contractus obstat repulsio, & ex eodem actu venit actio & exceptio.*

10 *Offerre potest etiam pendente iudicio qui tenetur ad implementum.*

11 *Venditor an liberetur ab actione ex vendito, si precarium interueniat.*

12 *Oblatio requiritur rebus ipsis, & factis quando quis vult nouiter aliquid consequi. Et quid si vult ius quæsitum conseruare.*

16 *Actione deducta, censetur allegatum quod est intrinsecum actioni, vel obligationi. Et quid si non inesset.*

17 *Iudex potest condemnare iuxta formam instrumenti emptionis quamuis non expresserit pretium esse soluendum.*

19 *Exceptio pretij non soluti potest opponi in executione sententiæ per condemnatum ad tradēdum rem emptam, & executio impeditur. & n. 22. & 23. Et est verior, & magis communis opinio. n. 24.*

20 *Exceptio pretij non soluti impedit executionem contractus iurati.*

21 *Iuramentum nō excludit exceptionem, quæ prouenit ex natura contractus.*

CAPVT CCCXXV.

EMens tenetur pretium offerre quamuis nō petatur, ad hoc vt possit agere ad rem 1 venditam † *Alex. cons. 73. viso & diligenter in fin. vers. denique debebant. lib. 6.* Quando enim onus est intrinsecum actioni, debet prius impleri, & offerri, & dicitur intrinsecum, si venit 2 ex eadem causa; † Vnde non mirum si emptor tenetur offerre pretium, prout etiam sequitur *Dec. cons. 421. plene & subtiliter. col. 2. ad med.* 3 *vers. præterea de iure communi. n. 6. in fin.* † Vbi etiam dicit idem econtra in venditore, qui agendo ad pretium debet prius offerre traditionem rei; Quod etiam voluit *Anchar. cons. 332. visis diligenter. in prin. n. 1. Imol. in l. stipulatio. 21. in fin. prin. n. 5. et 6. ff. de oper. nou. nun-* 4 *ciat.* † Vbi quod requiritur oblatio tā in eo, qui vult consequi actionem, & illius exercitium contra alium ex suo implemento, quam in eo, qui vult excludere ius iam quæsitum aduersario; Et sequuntur *Fulgos. & Aret. in l. filia licet 12. C. de collat. & ibi Dec. n. 3. vers. sed tamen aduertendum est.* vbi testatur de veriori opinione *Petr. Ferrar. in prax. in form. libell. in caus. vendit. in verb. suprascriptum pretium.*

Immo etiam si conditio esset in veritate adim- 5 pleta, neque sufficiet, nisi hoc liquidetur, † & constet iudici *Dec. cons. 421. col. 2. ad med. vers. immo quod plus est. n. 6. in fin.* Exemplo instrumenti guarantigiæ, quod si habet conditionem 6 re vera purificatam, † sed in iudicio nondum probatam, dicitur instrumentum purum, & non conditionale, quamuis ad executionem facti non possit procedi, donec liqueat iudici *Bald. in l. cum testamento. 4. in fin. n. 5. C. de testam. manumis.* & tanquam singulare sequitur *Alex. in l. vlt. §. titius. ad fin. n. 5. ff. de vulgar. & pupill.* 7 Vbi † quod euentus conditionis debet liquidari coram iudice *l. hoc iure. de verb. obligat.*

Cum etiam iudex ex officio nemine petente pos- 8 sit opponere defectum non adimplementi, † & agentem repellere quando non obseruat *Aret. in l. licet. in princ. vers. alioquin. n. 1. C. de collation. Rom. cons. 244. col. 2. in fin. vers. breuiter respondetur. Aym. cons. 151. n. 10. vers. & adeo fa-* 9 *uorabilis.* † Quasi hæc oppositio insurgat ex tenore ipsius conuentionis, & contractus, & sic obstat repulsio, quia ipsemet se repellit, & ex eodem actu venit actio, & exceptio, & ita est nata actio, sicut exceptio *Bart. in l. cum. qui ita. ff. de verbor. obligat. Bald. in auth. præsente. n. 4. in fin. C. de fideiussorib. & in l. ex his prædijs. 5. ad med. C. de euiction.*

Poterit tamen ille qui tenetur ad implendum, of- 10 ferre etiam pendente iudicio, † adeo quod idē iudicium intentatum per actorem reconuale-

scat per ius superueniens ex causa de præterito *Alex.cons.17.viso libello.col.2.ad med.vers.consulo tamen.lib.1.& cons.78.in causa & lite. in fin.vers.cautũ tamen.eod.lib.Dec. in l.filiæ licet 11.in fin.C.de collat.Castr.cons.166.nulli dubium.in fin.vers.de quodam consanguineo.lib.1. Tiraq.de retract.lignag.§.1.glos.18.n.13.*

Neque etiam obstabit precarium, quia venditor 11 non est liberatus ab actione ex vendito, † licet idem precarium interuenerit, si enim tradit rem emptori, qui constituit se precario nomine possidere à venditore, puta quousque eidem venditori pretium solueretur, tunc non habetur pro re perfectè tradita emptori, cum venditor possit reuocare precarium, & rem auocare, Quidquid aliud sit quando venditor constituit se possidere precario nomine emptoris, nam tunc liberabitur venditor *Alex. cons. 27. col.2. post med. vers.nec prædictis obstat.lib. 2.* Vbi ita declarat *Glos.in l.iulianus.§.ex vendito. ff. de act. empt.*

Et facit regula generalis, quod volens aliquid consequi, ad cuius acquisitionem oblatio re- 12 quiritur, † tunc debet offerre rebus ipsis, & factis, nisi esset talis res, quæ non posset offerri, sicut res immobilis, quæ non potest offerri, nisi in re ipsa, & non in iudicio, Quidquid aliud sit in eo, qui non vult aliquid consequi, sed ius quæsitum conseruare, cui non imminet ius offerendi, nisi quãdo esset apposita dies, in qua debet offerre, ne in pœnam incidat *Bald.in c. licet in prin.si de feud.fuer.controu. inter dom. & agnat.Dec.cons.421.col.2 in fin.n.11.Ias.in prælud.feud.col.22.vers.quarto ad idẽ adduco. Tiraq.de retract.lignag.§.1.glos.17.n.6.ad med.*

Hæc videbantur multum facere in casu, de quo agebamus, itaut ex eis posset confirmari sententia contra emptorem lata; Verum contra- 13 rium dixi, † quod immo emptor possit agere ad rem venditam, quamuis non offerat, & soluat pretium si non opponatur; Quia actio est ipso iure nata etiam sine oblatione in contractibus nominatis propter solum consensum interuenientẽ, prout est emptio, absque eo quod agens impleat ex parte sua, nisi opponatur exceptio; 14 Quidquid aliud sit in contractibus innominatis, vt declarat *Felin.in c. in tantum. 36. in fin. vers.vt intelligas.n.4.de simon.Bald in l.1.ad fi. vers.quæro quid si est legatus.n.22. in fin. C. de vsur.& fruct.legat.& in l.1.in fin.C.de his quæ sub mod.legat.relinquũt.et in l.1.col.2.post prin. vers.breuiter dico.n.3.in fin.C. ne liceat in vna eadẽq; causa tert.prouoc.*& clarius *in l.si traditio.4.col.1.in fi.q.3.C.de act.emp.* latè *Boer.decis. 123.col.10.in prin.n.30.Dec. cons.197. viso instrumẽto cõuẽtionis.in princ.n.1.Castr.Ias.*Bar. *Raph Come.*& alij, de quibus *per Tiraq.de retr. lignag.§.1.glos.17.n.4.Corn.& Alex. in l. filiæ licet.C.de collat.Bertazol.cons.ciuil.16.n.4.post Galiag.in rubr.de verb.oblig.conclus.19.n. 221. Portuẽ.Garz.in l.iurisgentium.in princ.n.9.de pact.*& voluit etiam *Bart.in l.si duo patroni.13. § si quis iurauerit.ad fin.n.3.ff.de iureiur.*& ibi *Add.in verb.iuxta hoc.Andr.ab Exea.de pact. n.424.vsque ad n.437.*vbi latissime cõprobat & de veriori opinione testatur *Bertazol. cons. ciuil.13.n.8.& 9.*

Contraria autem procedunt in contractibus innominatis *l.ex placito.C.de rer. permut.Castr. cons.81.viso quodam processu. col.1.ad fin.vers. nam à primis. Felin. in c. in tantum. 36. ad fin. de simon.*

Poterit tamen iudex, si videt non esse solutum pretium venditori, ex officio mandare emptori 15 agenti, quod soluat pretium, † quamuis de hoc actum non fuerit, & sententia concipietur condemnando venditorem ad tradendam rem emptori soluenti pretium, alias non *Felin.in c.in tantum.36.in fin.de simon. per text.in l. si pater.8.in fin.& ibi Bald.in 5. notab. C. de act. empt.* Quasi hoc sit connexum actioni *l.cum eorum.C.de sent.*Et quamuis *Salic.in d.l.pater.teneat*, quod iudex non possit hoc facere, cum requiratur petitio, Tamen verior est prima opinio, vt per *Bertazol.cons.ciuil.16.n.6.Boer. decis.123.n.31.Andr.ab Exea.de pact.n.436.vers. ego tamen.* & bene declarat *Felin.in c. cum ordinem.6.col.13.ad fi.vers.& caue.in 5.declarat. 16 n.17.de rescript.* † Vbi quod illud quod est intrinsecum actioni, vel obligationi censetur allegatum, deducta actione, vel obligatione, adeo vt tunc iudex teneatur supplere super omnibus; Quidquid aliud sit quando non inesset, tũc enim eliceretur ex deductis, & iudex non teneretur; Exemplo actoris, qui petit reum cõdemnari ad decem pure, si enim constet iudici illa decem fuisse promissa ad diem, condemnabit ad dandum dicto tempore, quamuis reus non opposuerit *Bart.in l.eum qui ita stipulatur.56. §.qui ita.de verb.obligat.Felin.in c. in tantum. 36.in fin. de simon.*

Et huiusmodi condemnatio subsistet, quamuis Iudex non expresserit soluendum esse pretium, 17 sed solum dicat condemno iuxta formam instrumenti emptionis, nam ad illud se referendo, censetur retulisse eius tenorem totum, & integrum, & in consequentiam condemnasse tradendam rem quo ad vnum, & soluendum pretium quo ad alterum, cum valeat sententia referens se ad acta probatoria *l.in summa. de re iudic.l.2.C.de sent.quæ sin.cert.quant.Vant. de nullit.ex defect.process.n.103.* & ita in specie concludit *Bertazol.cons.ciuil.16.n.6.& 7.*

Adde tamen quod si essemus in statutis, quæ re- 18 quirerent oblationem, † tunc opus esset offerre vltrò, & spontè etiam non petenti, aut interpellanti ob peculiarem, & propriam vim, & naturam huius verbi offerri, quod significat vltroneam, & spontaneam exhibitionem non petitam, neque fortuitam, quasi in statutis verba sint proprie accipienda, prout in terminis late declarat *Tiraq. de retract. lignag. §. 1.glos. 17. n. 5. & 6.vers.verum in casu.*

Ista autem exceptio non soluti pretij quando emptor agit ad rem emptam tradendam, & 19 reportauit sententiam fauorabilem, † an possit opponi per condemnatum in executione ipsius sententiæ; Communis est opinio affirmatiua, quod

quod talis executio impediatur, Prout dicimus 20 in executione contractus iurati, † quæ per huiusmodi exceptionem non soluti pretij impeditur, cum iuramentum, & sententia æquiparentur *l. sed & si possessori. §. fin. de iureiur.* Maxime, quia iuramentum nunquam excludit exce- 21 ptionem, † quæ prouenit ex natura contractus *l. eum qui. 30. § fin. de iureiur. l. fundus. 9. de rescind. vendition.* Et in specie ita concludit, & de magis communi testatur *Ias. in l. si duo patroni. 13. §. si quis iurauerit. n. 4. ff. de iureiur.*

Nec obstat contraria opinio *Specul. de execut. sent. §. fin. n. 3.* Vbi tenet, quod exceptio pretij non soluti, non admittatur amplius post con- 22 clusionem in causa, † cum solutio pretij, antequam res tradatur, veniat iure exceptionis, quæ exceptio pretij non soluti magis est dilatoria solutionis rei venditæ, quam peremptoria, Ideo vel ante litem contestatam, vel cum ipsa, vel non longe post erit opponenda, vel probanda, Quidquid aliud sit in contractibus innominatis, & in pactis, quæ debent inuestiri rei interuentu, tunc enim exceptio de non implemento agentis erit peremptoria, vt late declarat *Bald. in l. peremptorias. 2. n. 12. in princ. & post med. vers. sed pro contraria parte. C. de sent. rescind. non poss.* vbi dicit esse quæstionem antiquam, & ita etiam tenere *Bart.* quem appellat *modernum Doctorem in l. si duo patroni. 13. §. si quis. ff. de iureiur.*

Quia licet dicta exceptio de sui natura sit solutionis dilatoria, Tamen dubiam habet causam, an videlicet emptor sit oblaturus pretium, nec- 23 ne, Vnde † pendente ista dubietate exceptio interim reputatur pro perpetua, argumento *l. sufficit. 16. de condict. indeb.* & declarat *Coler. de processib. execut. p. 4. c. 1. n. 97. vsque ad n. 104. & in c. cum venerabilis. n. 35. de exception.* vbi etiam respondet alijs argumentis, quæ in contrarium adducuntur, & præsertim dum dicitur, quod debet imputari condemnato, quare ante sententiam talem exceptionem pretij non soluti non opposuerit; Quia hoc fuit in libertate rei, quasi sciret dictam exceptionem, etiam postea oppositam non impugnare ipsum iudicatum, & sententiam, sed solum executionem ipsius impedire, quod permittitur *l. nesennius. 41. §. fin. ff. de re iudic.* quam in proposito adducit *Ias. in l. si duo patroni. 13. §. si quis iurauerit. n. 4. in fin. ff. de iureiur.* vbi etiam *Castr. Salic.* & alij ita tenent *Capic. decis. 119. n. 4. Bald. in l. 1. col. 2. ad med. vers. de quo pono tria. C. de iur. & fact. ignorant. & in c. cum inter. col. vlt. ad med. n. 8. de except. & in l. si traditio. 4. n. 3. vers. tertio quæro. C. de act. empt.* cum alijs per *Boer. decis. 43. n. 16. & 17. Barbat. cons. 86. col. 3. lib. 3. Milanes. decis. 1. n.* 24 *185. & 186. n. 2.* late *Dec.* † qui de veriori & magis communi opinione testatur *cons. 119. pro tenui facultate. n. 2. & in c. ex parte. col. 6. ad med. vers. secundo prædicta limitatio. de offic. delegat.* & de prædictis late differit *Asin. de execut. c. 272. §. 9. fol. 357. post Corn. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur.*

EPITOME.

CReditor an habeat actionem ad pretium, de quo fuit habita fides in subhastationibus, si tã ipse, quam executor ad eius instantiam vendidit. ¶ Subhastatio an possit fieri non præsente pecunia cum promissione de accollando census, seu aliud debitum. ¶ In creditore vendente quando consideretur eadem ratio, quæ in executore, itaut factum illius censeatur factum partis. ¶ Executor in subhastatione an habeat potestatem limitatam, vt conuertat pretium in causam iudicati. ¶ Et an illa adimpleatur habendo fidem de pretio. ¶ Et quid in procuratoribus, administratoribus, & similibus deputatis ad vendendum. ¶ In subhastatione an attendatur depositum postea factum. ¶ Creditori fatenti habuisse pretium rei subhastatæ, quod apud eum perpetuo non remansit quomodo succurratur. ¶ Et an illi detur eiusdem rei vendicatio.

SVMMARIVM.

1 *Creditori qui fassus est habuisse pretium rei subhastatæ, quod perpetuo apud ipsum non remansit, datur actio contra emptorem, vt illud pretium soluat, nec liberatur soluendo interesse. Et ei liceret rem venditam vendicare ob pretium non solutum. n. 2.*

3 *Creditor habet actionem ad pretium, de quo habita fuit fides in subhastationibus, quando ipse, & non executor vendidit. & n. 8. Et est opinio magis tuta. n. 9.*

4 *Executor vendens in subhastatione habet potestatem limitatam, vt pretium conuertat in causam iudicati, quæ non impletur habendo fidem de pretio.*

5 *Subhastatio valet, etiam non interueniente pretio, seu de eo habita fide, si de consensu creditoris fiat venditio.*

6 *In creditore vendente debet esse eadem ratio, quæ in executore, cum eius factum reputetur factum partis. Declara vt n. 7. & 10.*

11 *Executor, procurator, administrator, & similes deputati ad vendendum non possunt vendere habita fide de pretio, quasi tunc minoris vendere videantur.*

12 *Actio de dolo datur contra iudicem, qui consentit, quod emptor habeat fidem de pretio.*

13 *Culpa præsumitur in omittente remedium sibi competens sine iusta causa.*

14 *Subhastationes, quod debeant fieri præsente pecunia, qualiter intelligetur. Et an possint fieri per promissionem de accollando censum, seu aliud debitum. n. 15. & 16.*

17 *In subhastatione non attenditur depositum post multos dies postea factum.*

CAPVT CCCXXVI.

DIspositionem *l. à diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iudic.* Dixi non militare in casu, & ad effectum, de quo agebamus, Non enim prætenditur

Tt 3

ditur aliqua nullitas subhastationis, quasi fuerit res distracta, non præsente pecunia, quia illa interuenit, sed solum agitur, vt succurrendum
1 sit creditrici, † quæ fassa est habuisse pretium d. rei subhastatæ, quod breui manu fuit restitutum ipsi emptori ad effectum, vt illud reportaret mercatoribus, à quibus mutuò habuit occasione oblationis per ipsum factæ, Et cum d. pretium non remanserit perpetuo penes venditorem, datur ei actio contra emptorem præcise, vt illud pretium soluat, & illius dominium transferat, neque liberatur, si velit soluere interesse *Bart. in l. 1. in princ. col. vlt. ad med. n. 15.* Quidquid contrarium ibi sequatur *Glos.* quam non esse approbatam testatur *ibidem Bald. col. 1. ad med. vers. in eadem glosa. in fin. n. 2. ff. de act. empt. Aret. in §. actionum. n. 7. instit. de action.* licet simus in procuratore *Salic. in l. cum venden*
2 *te. in fin. q. 4. C. de rei vendic.* † Quamuis etiam competeret alia actio, vt posset res vendita vendicari ob dictum pretium non solutum *Fab. de Monte de empt. & vendit. q. 5. col. 8. in princ. n. 36. tom. 6. p. 1. fol. 53. Aret. & alij in §. venditæ. instit de rer. diuision. Bald. in l. quod vendidi. 19. ff. de contrah. empt.*

Præterea in casu nostro fuit facta venditio per ipsammet creditricem, & sic merito debet ei da-
3 ri actio ad pretium, † quasi tunc illa non detur in subhastationibus, quando executor vendidit quo casu victor nullam habet actionem ad pretium contra emptorem, vt declarat *Castr. in l. à diuo pio. §. sed si emptor. ad fin. in verb. melius igitur. ff de re iudic. post Bart. ibid. in princ. vers.*
4 *nota huc. n. 1. Ias. in 2. notab. n. 2.* † Cum enim detur executori certa potestas in causam limitatam, scilicet vt conuertatur in causam iudicati, ista causa non impletur habendo fidem de pretio, sed solum recipiendo *Bart. in d. §. sed si emptor. n. 2.* Qud non est in ipsomet creditore vendente, de cuius consensu si fiat venditio non consideratur, an sit præsens pecunia, necne, cum
5 valeat † etiam subhastatio, non interueniente pretio, seu de eo habita fide, ipso non contradicente, vel consentiente *Rot. coram Cardin. Pamphilio. Vrbeuetan. domus. 5. decembris. 1594. & coram R. P. D. Penia. Perusina dotis. 1. iulij. 1598. in fin. Imol. in l. a diuo pio. §. sic quoque n. 29. in glos. super verb. capi. ff. de re iudic. Castr. in l. eleganter. §. si vendiderit. in prin. n. 2. ff. de pignorat. act.* Quod dictum sit ex abundanti, cum ex superius allegatis appareat vere pecuniam interuenisse in huiusmodi subhastatione.

Neque obstat, quod eadem ratio debeat esse in ipso creditore vendente, quæ est in executore,
6 ideo perinde est, † ac si ipse victor vendidisset interpretatione iuris, cum eius factum reputetur factum partis *l. si ob causam. C. de euiction. Aym. cons. 5. n. 1.* Quia hoc procedit quando executor, seu iudex rite, & recte prosequitur, ser-
7 uando ordinem ordinem officij sui; † non abutendo iurisdictione sibi concessa, secus vbi non rite procedit, & quando illud factum non clauditur sub administratione suæ iurisdictionis, prout in casu nostro, in quo vendit nō præsente pecunia, quod non poterat facere, tūc enim non habetur pro facto partis *Ias. in d. l. a diuo pio. §. sed si emptor. in 2. notab. n. 2. & ibi Zas. n. 6. vers. quinto collige. ff. de re iudic.* Quæ ratio nō cōsideratur in ipso creditore, qui potest quomodocūque velit vēdere, vel presēte pecunia, vel habita fide de pretio *Cyn. in l. inciuile. n. 2. C. de rei vendic. Aret. in §. vēdita. n. 2. instit. de rer. diuis.*

Quod etiam erit, quando ipse victor venderet de mandato iudicis, quamuis enim non habeat actionem ad finem, vt iudex occasione sententiæ se interponat propter euitandam infinitatem, & alias rationes, de quibus *in d. §. sed si em-*
8 *ptor.* † Tamen si velit ordinarie agere ad pretium ex vi contractus celebrati inter ipsum & emptorem, hoc ei licebit, vt declarat *Imol. in d. l. a diuo pio. §. si post addictum. in fin. & in §. sed si emptor. col. 1. in fin. vers. item nota quod vbi venditor. n. 19 ff. de re iudic.* per notata *in l. 1.*
9 *& 2. C. creditor. euict. pignor. non deber.* † Quæ opinio est magis tuta, quamuis *Alex. in d. §. sed si emptor. n. 5. in 2. notab. teneat contrarium.* Quia non consideratur ratio, quod victor sit subrogatus loco iudicis. & quod non vendat iu-
10 re suo, sed solū, † quia poterat creditor sibi præiudicare vendendo habita fide de pretio, quod iudici non permittebatur tanquam habenti facultatem vendendi dumtaxat præsente pecunia
11 vigore mandati limitati, † prout idem est in quolibet alio executore, procuratore, administratoribus, & similibus, quasi tunc videantur minoris vendere, quam si esset pecunia præsens *Zas. in d. §. sed si emptor. n. 7. & 8.*

Quare etiam datur actio de dolo contra iudicem, qui consentit, quod emptor habeat fidem de
12 pretio, † cum hoc non posset facere, quasi executor teneatur ista actione, tanquam male versetur in distrahendis pignoribus *l. si pignor. 1. C. de euiction.* & declarat *Zas. in d. l. a diuo pio. §. sed si emptor. in fin. vers. quid autem si iudex. n. 9 ff. de re iudic.*

Ex istis colligitur iustitia trium conformium in huiusmodi causa latarum, quarum executio, & res iudicata non potest modo impediri, sub prætextu, quod instrumentum non fuerit productum, nisi in tertia instantia; Quia ad hunc effectum attenduntur verba sententiarum, an sint conformes, nec ne, non prosequuta *Corn. cons. 10. col. 3. in fin. lib. 4.* Et cum nulla iusta causa allegetur huius productionis retardatæ, non
13 debet † moroso patrocinari culpa sua, in qua præsumitur ex omissione remedij sibi competentis *l. fin. §. illud. C. de temporib. appell. Bald. cons. 395. col. 2. in princ. vers. quinto quia saltem. n. 4. lib. 2. Aym. cons. 21. n. 10.*

Adde tamen his, quæ supra dicta sunt, quod in huiusmodi deliberationibus, & subhastationibus, quamuis venditio debeat fieri præsente
14 pecunia, † Tamen istud verbum pecunia, non erit ita strictè accipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione, iuxta *l. 4. §.*

ait

ait praetor. & §. condemnatum in fin. vers. soluisse ff. de re iudic. l. si procurator. alias incip. l. si curator. 3. §. si ab eo. vbi glos. in verb. soluto. ff. de iur. fisc. & in materia subhastationis, ita fuit decisum per *Rot. coram R.P.D. Ludouisio. Romana* 15 *vinea 18. may* 1601. † Dũmodo tamẽ satisfactio interueniat, non autem promissio de accollando censum, aut quid simile, cũ ista non sit accollatio *l. si quis stipulatus sit stichum. §. fin. de verb. obligat. Bald. in l. si pupillus. 21. in fin. princ. & ibi Castr. n. 2. ff. ad leg. falcid. Idẽ Bart. in l. iurisgẽtium. in fin. princ. ff. de pact. Bald. & Ang. in l. 1. C. de pact. pign. Aret. cons. 28. in primo dubio. Ti-* 16 *raq. de retract. conuent. in fin. n. 22.* † Maxime si esset promissio de accollando in genere census, & debita, quæ propter incertitudinẽ ex nũc non potest dici accollatio *l. sed & si quid §. interdũ. de vsufruct. l. duo sunt titij 30. ff. de testam. tutel. l. si fuerit. de reb. dub. l. in tẽpus. §. 1. ff. de hæred. instit.* Cum etiã possint oriri multæ controuersiæ super huiusmodi accollatione, ita vt venditor propterea non sit liberatus à molestijs, & sic lõgius res protrahetur contra *l. à diuo pio. §. sed si emptor. de re iudic.* vt in specie de similibus promissionibus de accollando in subhastationibus resoluit *Rot. corã Cardin. Ludouisio* Rom. *vinea* 17 18. *maij* 1601. † Vbi etiam quod neque depositũ post multos dies postea factum erit attendendũ vt per eandem *Rot. coram Sanctissimo Tiburtina castri Sambuci 27. ianuarij* 1578.

EPITOME.

POtestas data per patrem filio donandi bona, in quibus habet vsumfructum an intelligatur tam respectu proprietatis, quam vsusfructus. ¶ Et quid stante clausula pleno iure, cessionis iurium, & actionum, vel simili in donatione expressa. ¶ Proprietarius an dicatur habere plenam possessionẽ, si alius habet vsumfructum. ¶ Verba pleno iure, integre, & sine diminutione quid importent. ¶ Per pactum an possit impediri acquisitio vsusfructus legalis in personam patris. ¶ Possessio plena an intelligatur tam de ciuili, quam naturali. ¶ Hæres institutus pleno iure an concurrat in vsufructu cum vsufructuario. ¶ Res tradita cum onere hypothecæ, restitutionis, & euictionis an dicatur tradita pleno iure. ¶ Vsusfructus an acquiratur patri inuito, & ignoranti. ¶ Portio debita Rectori an sit excepta, si præstetur consensus de submittendo Ecclesiam aliquibus pleno iure. ¶ Consentiens vẽditioni pignoris an videatur ius suum remittere. ¶ Libertatem amplissimam an quis dicatur habere, quamuis alius sit patronus, Et quando donatum liberto pleno iure possit ob superuenientem ingratitudinem reuocari. ¶ Suffraganei, quibus fuit concessa plena libertas an censeantur exempti à iurisdictione Diœcesani. ¶ Statutum disponens quod donationes factæ pleno iure debeant valere an permittat, quod sit renunciatum dispositioni *l. si vnquam C. de reuoc. donat.*

SVMMARIVM.

1 *Pater habens vsumfructum in bonis aduẽtitijs filij si permittat filio bona illa donare non censetur remittere vsumfructum. Nisi pater protestetur quod non intendit, vt sibi aliquid de tali vsufructu quæratur. n. 2. & 14. Et quid si esset concessa donatio pleno iure. n. 11. 16. & 25. Et quid si cessisset omnia iura, & actiones sibi competentes. n. 23.*

3 *Vsusfructus per patrem in donatione non censetur remissus, si est pauper & n. 6.*

4 *Coniectura qualibet sufficit ad excludendam tacitam donationem.*

5 *Donatio vt excludatur potius præsumitur error tam in facto proprio, quam in iure.*

7 *Pater consentiens, vt filius donet bona aduentitia non præsumitur remittere vsumfructum si esset grauatus multis debitis. Et si non haberet vnde posset sustentare vitam suam præsumeretur fraus. n. 8. Præsertim in vsufructu patri quæsito. n. 9.*

10 *Vsusfructus acquiritur patri inuito, & ignorãti quo ad commutabilem, seu reuocabilẽ acquisitionem, sed non quo ad irreuocabilem, & incommutabilem.*

12 *Proprietarius dicitur habere plenam possessionẽ licet alius habeat vsumfructum. & n. 26.*

13 *Pleno iure possidere quis dicitur, quamuis alius habeat proprietatem.*

15 *Donatio permissa filio in bonis, in quibus patri quæritur vsusfructus, intelligitur dummodo ita alienetur, vt in nihilo fiat patri præiudicium in vsufructu.*

17 *Verba pleno iure intelliguntur ac si dictum fuisset integre, & sine diminutione. Et quid d. verba importent remissiue. n. 34.*

18 *Proprietarius dicitur habere plenam potestatem si ei accedit vsusfructus.*

19 *Pleno iure concedens intelligitur tam respectu propritatis, quam vsusfructus.*

20 *Plena possessio intelligitur de ciuili, & naturali.*

21 *Hæres institutus pleno iure concurrit in vsufructu cum vsufructuario.*

22 *Pleno iure non dicitur tradita res cum onere hypothecæ. Et quid si subiaceat restitutioni, euictioni, vel similibus. n. 32.*

24 *Per pactum potest impediri acquisitio vsusfructus legalis in personam patris.*

27 *Portio debita Rectori semper censetur excepta si præstetur consensus de submittendo ecclesiam aliquibus pleno iure.*

28 *Beneficium plenum quis habere dicitur, licet possideatur de iure tantum.*

29 *Libertatem plenissimam quis habet, quamuis alius sit patronus. Et an donatum liberto pleno iure possit ob superuenientem ingratitudinem reuocari. n. 33.*

30 *Suffraganei quibus conceditur plena libertas nõ censentur exempti à iurisdictione diocœsani, nisi vt non possint excommunicari.*

31 *Statutum si disponat quod donationes factæ pleno iure debeant valere, non infertur ex istis verbis*

verbis, quod sit renunciatum l. si vnquam. C. de reuocan. donat.

33 *Consentiens venditioni pignoris videtur ius suum remittere, nisi contrarium fuerit protestatus. Et de ratione. n. 36.*

CAPVT CCCXXVII.

DAta potestate per patrem filio donandi bona, de quibus agebamus, Dixi verius esse non censeri remissum vsumfructum ei competentem super eisdem bonis, † Quia esset do-1 nare, quod in dubio non præsumitur, & consensus operabitur, vt talis dispositio valeat in proprietate, quæ citra consensum non valeret, ita in specie concludit *Anchar cons. 106. dubitatur. in princ n. 1. & 2.* sequitur *Franc. decis. 585. n. 5. cum seq. p. 4.*

Quibus adde, quod huiusmodi donatio adeo valebit solum respectu proprietatis, non autem vsusfructus debiti patri, † Vt sit necesse, quod 2 pater consentiens filio, vt donet alteri fratri suo, protestetur, quod non intendit, vt sibi aliquid quæratur de tali vsufruct; Nam alias ista protestatione cessante, nunquam sibi præiudicasset quo ad vsumfructum, ita in terminis bene declarat *Ang. de testam. in fin. princ. ante glos. 1. n. 43. vers. quinimo non posset præstare consensum. tom. 6. p. 2. fol. 33.*

Et magis talis interpretatio iuuaretur, vt non censeatur remissus vsusfructus, si pater erat pauper, † neque aliud habebat in bonis, ex 3 quibus posset se sustentare, quasi non sit præsumendum se voluisse ponere in tali necessitate, cum charitas naturalis maxime valeat ad interpretationem voluntatis *l. titius. ff. de hæred. instit. Paris. cons. 51. n. 21. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 11. lib. 6. n. 5.* † Ita 4 vt sufficiat qualibet coniectura ad excludendam tacitam donationem *Alex. cons. 133. n. 5. lib. 1. Bald. in l. 1. n. 3. vers. item vbi cadit. C. ad senatuscons. trebell.* per tex *in l. dispensatorem. ff. de solut. Rot. coram. R. P. D. Lauretano Rom. pecuniaria de Zabrerys 20. may 1580.* quam adducit *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 9. n. 11.* vbi etiam *n. 3.* † quod potius 5 præsumeretur error tam in facto proprio, quam in iure ad excludendam donationem, vt in *d. Romana pecuniaria.* & latè *Aym. in responso pro genero. n. 419.* † & in specie consensus præstiti per patrem, qui non habet aliquid aliud in 6 bonis *Anchar. cons. 106. col. 2. in princ. n. 4. in fin. vers. item quia videtur.*

Prout etiam faceret alia coniectura, si videlicet pater, qui consentit filio donanti talia bona haberet multa debita, cum non sit præsumen-7 dum voluisse creditoribus præiudicare in vsufructu, quem habet in bonis aduentitijs filij, cũ etiam pater non possit remittere vsumfructum in præiudicium, & fraudem creditorum *l. 2. & 3. §. gesta. ff. de his quæ in fraud. credit.* & in terminis notat *Ancharan. cons. 106. col. 2. in princ. vers. item quia videtur expressum. n. 4. in fin.* 8 vbi ampliat † maxime non habente debitore aliquid in bonis, ex quibus posset sustentare vitam suam, quasi tunc præsumatur fraus *l. omnes. 17. §. lucius. ff. de his quæ in fraud. creditor.*

9 Præsertim † quando iam vsusfructus esset quæsitus patri, quidquid aliud sit in non delato, tunc enim creditor non posset conqueri, quia nunquam fuit in bonis creditoris *l. qui autem. in princ. ff. de his quæ in fraud. credit. Aym. d. cons. 106. n. 4. in fin. Caualcan. de vsufruct. n. 185. in fin.* vbi multis similibus comprobat, & dixi latè supra *c. 132. & c. 171.* & latius *Ceuall. q. 811. n. 7. vsque ad n. 23. Crot. in l. frater à fratre. n. 80 ff. de condiction. indeb.* quem optime loqui dicit *Surd. cons. 116. n. 83. in fin. lib. 1.* Vbi *n. 77. cum seq.* quod quamuis patri inuito, & ignoranti acquiratur vsusfructus, tamen hoc est verum quo 10 ad commutabilem, † seu reuocabilem acquisitionem, sed non acquiritur irreuocabiliter, & incommutabiliter *Aretin. in §. item nobis. instit. per quas person. nob. acquir. Cagnol. in l. inuito. 70. n. 13. de reg. iur.*

Immo neque præsumeretur remissus talis vsusfructus in præiudicium patris consentientis huiusmodi bona donari, quamuis illa fuerint 11 donata pleno iure, † prout consuluit *Anchar. d. cons. 106. in princ.* vbi in casu per eum proposito adsunt dicta verba pleno iure, ob eam rationem, quia illa possunt intelligi respectu proprietatis, & directi dominij, cuius respectu dicetur ius plenum, nam ratione subiectæ materiæ non est inconueniens, quod dicatur plenum ius, quod indiget adiectione *Glos. fin. in l. iulianus. 17. §. item iulianus. l. 2. de rei vendic. & ibi Bald. in 2. lectur.* & multa adduxi supra 12 *c. 46. n. 1. vsque ad n. 8.* † Vbi etiam quod proprietarius dicitur habere plenam possessionem. quamuis alius habeat vsumfructum *Bald. in l. raptores. §. si autem. C. de episcop. & cleric.*

13 Prout † econtra dicitur quis possidere pleno iure, licet alius habeat proprietatem, cum sufficiat ad hunc effectum quod colligat fructus ex re, quam possidet, & de illis disponat pro libito suæ voluntatis *Idem Bald. in l. 1. in 14 addit. in fin. C. de reuoc. donat.* † Maxime cum in huiusmodi consensu, quem pater dat, vt donentur bona, in quibus habet vsumfructum, requiratur expressa protestatio patris, quod nihil vult sibi quæri, aut reseruari de dicto vsufructu, alias in eo sibi non præiudicauit, vt dictum est supra ex doctrina *Ang. de testam. in fin. princ. ante glos. 1. n. 43. vers. quinimmo non posset. tom. 9. p. 1. fol. 33.*

Prout generale est, quod alienatio, seu donatio permissa filio de bonis, in quibus patri quæri-15 tur vsusfructus † intelligitur, dummodo ita alienetur, vt in nihilo fiat præiudicium patri in eius vsufructu, cum de suo non alieno permissa censeatur distractio, quasi talis consensus fuerit principaliter adhibitus ad validandum actum, qui alias non valeret *l. tam is. §. 1. ff. de donationib. caus. mort.* & in specie declarat *Bald. in l. si quæramus. in fin. vers. secundo quæro. ff.*

ro.ff.de testam.Pinell.in l.1.p.1.ampliat.12.n.43. C.de bon.mater.per tex.in l.cum maritus.§.fin. ff.de pact.dotal.l.ex facto.in prin.de vulgar.substit.Ang.de testam.in prin.col. 3. post med. vers. adde in quantũ dicit quod.statutũ.n.12.tom.6.p.1.f.31.& late cõprobat *Gomes.in l.6.taur.n.* 13.

Prædicta tamen quo ad verba pleno iure non videntur ita simpliciter admittenda, [16] † cum obstet *cons.Butr.18.tam copiose & eleganter.n.* 1: vbi firmat consensum in donatione adhibitum cum verbis pleno iure ex voluntate se extendere ad vsumfructum patris per tex. *in l. generaliter.29.ff.qui & à quib. manum.lib.non fiãt. & ad leg.aliam sent.l. diuortio. 37.ff. de negot. gest.l.si proprietas.10.& ibi Glos.in verb.fundi. de vsufruct.accres.l.inde neratius.4.§. non solũ. & ibi Glos.in verb.fundus.ff.eod.tit.& Butr.* sequitur dicens mirabilem decisionem *Paris. in addit.ad Bart.in l.vlt.§.filijs autem.in verb.disponere in contractu.ad med.vers. quid autem si pater. C.de bonis quæ liber.* Vbi quod videtur per dicta verba renunciare vsufructui, itaut ille extinguatur, ac si iam fuisset alicui creditori delegatus, & in eo immissus creditor auctoritate iudicis pro vtendo vsufructu quousque esset sibi satisfactum, quod etiam voluit *Franc. decis.585.in fin.n.7.* quibus adde *Caccialup. in l.frater à fratre.n.88.ff.de condict. indebit.* quẽ refert, & sequitur *Surd.cons.259.n.17.in princ. lib.2.* vbi quod verba pleno iure importãt, quod [17] patri non quæratur vsusfructus, † cum illa intelligantur, ac si dictum fuisset integre, & sine diminutione *Bald.cons.293.thema integrale. in fin.n.3.lib.4.Natt.cons.505.n.* 28. latè *Roland. cons.85.n.53.lib.4.*

Et facit, quia tunc proprietarius dicitur in re habere plenam potestatem, quando ei accedit [18] vsusfructus † *§.fin.instit.de vsufruct. Cephal. cons.37.n.32.Aldobrand.cons.20.n.56.* Vnde qui pleno iure aliquid concedit, dicitur concedere [19] tam respectu proprietatis, † quam vsusfructus *l.si stipulatus fuero sititius.§.1.ff.de verb.obligat.Bald.in l.fœmina.3.§.illud etiam.in fin.in 1.lectur.C.de secund.nupt.* vbi quod de hoc fuit interrogatus à Papa *Felin.in c.conquestus.16. n.2.de for.compet. Castr. in l. mater. vbi Bald.* [20] *n.2.C. ad senatuscons. tertull.* † Vbi etiam de plena possessione, quæ intelligitur de ciuili, naturali, & pacifica *l.raptores.C.de episcop. & cleric.* & multa adduxi *decis.*210. Vbi quod quãdo [21] instituitur hæres pleno iure † concurrit in vsufructu cum vsufructuario iuxta opinionem *Alex.cons.56. lib.3.Card.Mantic.de coniectur. vlt.volunt.lib.9.tit.6.n.29.Surd.de alim.tit.2.q. 15.n.113.* Et quod ex verbis pleno iure intelli[22]gatur data proprietas cum vsufructu, † adeo quod si res tradita sit cum aliquo onere hypothecæ, seu similis, non dicatur tradita pleno iure, multa adducit *Dec.cons.468.superiori anno. col.2.in fin.n.10.Alex.cons.208.viso summario. n.2.vsque ad n.5.lib.2.* & latius *Felin. in c. auditis. 15.n.7.col.4.& 5.de præscript. Surd.de alim.tit.2.q.13.n.109.*

Minus esset dubitandum de prædictis, si pater vl[23]tra verba pleno iure in donatione † cessisset omnia, & quæcumque iura, omnesque, & quascunque actiones sibi competentes, cum istæ frustra fuissent cessæ, si pater haberet talium bonorum vsumfructum, quasi cessio concernat exercitium, & eo casu non esset apta ad agendum *l.1.in fin.C.de annal.except.* Vt igitur cessio sit vtilis, dicendum est patrem cedentem voluisse remittere vsumfructum, vt in specie [24] concludit *Surd.cons.259.n.17.in fin.lib.2.* † Cũ per pactum possit impediri acquisitio vsusfructus legalis in persona patris *auth.excipitur.C. de bon.quæ liber.Bald.in l.iubemus.§.in supradictis.n.2.vers.illud.constat.C.ad trebellian.*

Hæc omnia sunt notanda pro decisione eorum quæ supra adduxi circa consensum patris in donatione facta per filium de bonis aduentitijs. Quamuis in casu de quo agebamus non sit recedẽdum ab opinione superius firmata, quod videlicet talis consensus non præiudicet patri, [25] licet fuerit præstitus cum verbis pleno iure; omnia enim quæ pro altera parte adducuntur sunt intelligenda quando adsunt coniecturæ quod pater sibi voluerit præiudicare in vsufructu, prout loquitur *Surd.d.cons.259.cum cæteris supra allegatis;* Nam alias solus consensus datus per patrem, vt filius donet bona aduentitia pleno iure, non operabitur talem remissionem, Cum ista verba pleno iure non sint prolata simpliciter, & absolute respectu totius dominij, non enim pater donauit pleno iure, sed solum respectu dominij spectãtis ad filium, quo casu ratione subiectæ materiæ, secũdum quam proferuntur, debent intelligi, vt verificentur in dominio, quod habet filius, & sic solum in directo, vt late concludit *Felin.in c.auditis.15.col.4. in fin.n.7.de præscript.Ruin.cons.137.n.8.lib.2. Menoch.cons.21.n.26.lib.1.Bald.in l.raptores.* [26] 41. *n.5.C.de episco. et cleric.* † Vbi quod proprietarius dicitur habere plenam possessionem quamuis habeat vsumfructum; Vnde etiam si consensus præstetur de submittendo ecclesiam [27] aliquibus pleno iure, † censetur semper excepta portio debita Rectori *Felin.in d.c. auditis. n.7.col.5.ad med.* vbi etiam quod quis dicitur [28] habere beneficium plenum, † quamuis possideatur de iure tantum *Rot.decis.18.de præbend. in antiq.* Et dicitur quis habere libertatem ple[29]nissimam, † quamuis alius sit patronus *l.1.§. si autẽ socius.C.de commun.seru.manum. Ang. in l.mater.n.2.C.ad tertull.* Vbi etiam de concessione libertatis facta Ecclesiæ, quæ non in[30]telligitur auferre ius patronatus, † prout si cõcedatur suffraganeis plena libertas, non tamen censebitur eos eximere à iurisdictione diœcesani, nisi vt non possint excommunicari, vel subijci ecclesiastico interdicto *Innoc. in c. veniens.ad fin.de verb.signif.* quod fixum menti tenendum dicit *Ang. in l. mater.n.2.C.ad senatusconsult.tertull.*

Ideo etiam videmus, quod quamuis fuerit conuentum, vel statutum disponat, vt donationes

factæ

31 facta pleno iure debeant valere, † Non tamen ex istis verbis infertur, vt sit renunciatum dispositioni *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* Cum etiam pleno iure dicatur quis rem habere,
32 † quamuis subiaceat restitutioni, euictioni, vel similibus casibus *Alex. cons. 162. visis his quae copiose. col. 2. ad med. n. 5. lib. 6.* late *Tiraq. in d. l. si vnquam. in fin. n. 11. C. de reuocād. donat. per tex. in l. 1. C. eod. titul.* vbi licet libertus pleno iure possederit id, quod ei patronus
33 donauit, † tamen ob superuenientem ingratitudinem retractatur, cum non ex hoc possit dici, quod non possideatur pleno iure, quamuis contingat reuocari *Bald. in d. l. 1. in 1. lect. n. 2. & in 2. lect. in princ. C. de reuoc. donat. & est tex. in l. generaliter. §. sub conditione. ff. qui & à quib. manumiss.* Quae dicta sint ad ostendendum quod verba pleno iure non semper inducunt omnimodam, & perpetuam, & totalem
34 abdicationem, † prout multa de dictis verbis quid importent, vltra superius allegata, adducit *Tiraq. in d. l. si vnquam. in fin. n. 10. & 11. C. de reuoc. donat.*

Non obstat *tex. in l. si debitor. 4. §. 1. ff. quib. mod.*
35 *pign. vel hypothec. soluit.* † vbi qui consentit vēditioni pignoris, videtur ius suum remittere, nisi contrarium fuerit protestatus *l. sicut. §. vēditionis. ff. eod. tit. l. si quis à filio. §. 1. de legat. 3. l. si*
36 *quis in conscribendo C. de pact.* † Quia in d. casu consensus non potest operari aliud, quam remissionem pignoris, Nam in dubio potest debitor, rem suam inuito creditore, sin tamē praeiudicio ipsius, alienare, nec creditor poterit impedire venditionem pignoris, quod transit cum suo onere *l. 1. § cum praedium. de pignor. l. vnic. C. de rei vxor. act.* Secus in casu nostro, in quo cōsensus potest operari validitatē alienationis bonorū aduentitiorum quae sine patris consensu alias non valeret *l. cum non solum. §. filij autem. C. de bonis quae liber.* & ita in specie respōdet *Anchar. cons. 106. n. 1. Franc. decis. 585. n. 6.*

EPITOME.

Arbitrio iudicis quando sit standum, vt quis dicatur senex. ¶ Sexagenarij, & septuagenarij an possint carcerari pro debito. ¶ Et quid si se obligauerint cum iuramento dum essent talis aetatis. ¶ De priuilegijs senibus concessis, & quibus illi aequiparentur. ¶ Et de eorum excusatione à tutelis, & muneribus personalibus. ¶ Conducens domum tempore belli an videatur renunciare beneficio remissionis. ¶ Mortuo mederi, senem admonere, & senis mutare linguam, & similia in eos adagia. ¶ Nobilis an possit tacite renunciare priuilegio, ne carceretur, conducendo redditus, & gabellas.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia senibus concessa relatiue.*
2 *Senex quis dicatur, relinquendum est iudicis arbitrio. Declara vt n. 3.*
4 *Aetas septuaginta annorum requiritur ad obtinendam excusationem tutelae, & curae.*
5 *Habens annum quintum & quinquagesimum excusatur quoad munus personale.*
6 *Non est nubendum in aetate annorum quinquaginta quinque.*
7 *Lectura Bart. super l. 2. de excusat. tutor. non est illi attribuenda.*
8 *Sexagenarius, & septuagenarius an possit carcerari pro debito, & puniri, ac torqueri. n. 9. 10. 12. & 14.*
11 *Sententia tangens statum personae facit ius contra omnes.*
13 *In casibus in quibus quis non potest carcerari ob aliquod priuilegium an illi possit per eum renunciari. n. 23. & 24.*
15 *Senes aequiparantur mulieribus.*
16 *Mulieres non carcerantur pro debito.*
17 *Pueri non detinentur in carceribus pro debitis.*
18 *Senes in quibus non conueniant cum pueris.*
19 *Mortuo mederi, & senem admonere, et senis mutare linguam, & similia in eos adagia.*
20 *Septuagenarius si se obligauit cum iuramento dum esset talis aetatis an habeat priuilegium, vt non possit carcerari.*
21 *Conducēs domum tempore belli an videatur renūtiare beneficio remissionis. Et quid in emēte rem, quam sciebat subiectam fideicom. ipso.*
22 *Imputandum est ei, qui sciuit conditionem, & statum rei tempore obligationis.*
25 *Nobilis an possit tacite renunciare priuilegio ne carceretur, conducendo redditus, & gabellas, aut similia.*

CAPVT CCCXXVIII.

Multa priuilegia, quae conceduntur senibus adducit *Tiraq. de iur. primogen. in praefat.*
1 *n. 79.* † *vsque ad n. 121. Gulielm. Bened. in c. raynutius. in verb. adiectae impuberi. de testam. Cassan. in catalog. glor. mund. consid. 17. p. 11. f. 262. Card. Paleott. in tractat. de senect.*

Qua vero aetate quis dicatur senex iudicis arbitrio
2 relinqui † concludit *Menoch. de arbitr. cas. 59. n. 3. post Bal. in margar. in verb. senex. Florian. in l. in lege aquilia. si deletum. col. 3. in prin. n. 6. ff. ad leg. aquil. Felin. in c. quoniam frequenter 5. col. 7. in fin. in 3. q. vers. probatur etiam senectus.*
3 *n. 4. in fin. vt lit. non contestat.* Vbi etiam quod de hoc summaria erit cognitio, intelligēdo tamen in illis casibus, in quibus de iure nihil est statutum; Nam vbi ius definiret aetatem, cessaret arbitrium,
4 † vt dicimus de excusatione tutelae, & curae, ad quam obtinendam requiritur aetas 70. annorum *l. 3. ff. de iur. immunit. §.*
5 *item maior. instit. de excusat. tutor.* † Et quo ad munus personale excusabitur habens annum quintum, & quinquagesimum *l. vlt. C. qui aetat. se excusar. lib. 10. Glos. in l. 2. in verb. senili. C. de his qui non implet. stipend. eod. lib. Florian. in*
6 *l. muliti. n. 4. ff. de testib.* † Vbi dicit notandum contra vxorantes se in illa aetate *Felin. in d. c. quoniam frequenter. n. 4. in fin.* cum alijs per Doctor.

Doctor. in l.1. ff. de excusat.tutor. in quo titulo licet *Bart.* scripserit † Tamen illa lectura non approbanda est pro sua, ideo in quibusdam impressionibus attribuitur *Nicol. de Neapol.* vt notat *Felin.in d.c. quoniam frequenter. n.4. in fin. post Anton.de Rosell. in tract. limitationum.fol.39.*

7

Præsupposito tamen, quod non ambigatur an quis sit senex, nec ne, † Concludunt Doctores, quod nulla habita distinctione ætatis, quis possit carcerari,& pro debito ciuili detineri, quãuis essemus in sexagenario, cum huiusmodi casu non reperiantur senes expresse priuilegiati,quidquid sit in tortura, in pœnis infligendis & similibus casibus, vt late concludit *Osasc.decis.123.per tot.* quod etiam voluit *Natt. cons. 319.n.2.& 3.*vbi loquitur de septuagenario,qui licet non possit torqueri, tamen non ex hoc infertur, vt non debeat carcerari, cum tortura non sit sine dolore corporis, carcer autem datur ad custodiam *Bald.in l.1.C. de custod. reor. Angel.in l.item apud labeonem.§.quæstionis. ff.de minorib.*

8

9

Contrarium tamen voluit *Anchar. cons.336.præmitto.n.2.* vbi agebatur de sententia lata † super ætate septuagenarij, quæ cum non transisset in iudicatum,non obstabat,vt talis non posset capi, & incarcerari pro debito, Quidquid aliud esset dicendum, si constaret de re iudicata dictæ sententiæ, quæ cum tangat statum personæ † producit effectum generaliter contra multos, & apta est illos lædere, & facit ius contra omnes *l.ingenuum ff. de stat.homin.* Idẽ in septuagenario voluit *Intrigliol. cons.18. n.1.* quem refert † & sequitur *Carol. de Graff. in tract.de exception.in prælud.n.177.& 188.* Vbi etiã allegat *Prouinzal.in addit.ad Bertacchin. in verb.senex.*Adeo quod in omnibus casibus in quibus non potest quis carcerari † ob priuilegium dignitatis, sexus, vel ætatis, neque poterit per eum tali priuilegio renunciari *Bald.in l.1.n.8.vers.item tres sunt casus. C. qui bon. ceder.poss.Gabr.Saraina ad Matthesil.sing.168.nota casum.n.3. Duen. reg. 312. limit. 2. ad med. vers.& ideo succedit.n.3.Asin.de execution.§.2. c.7.n.13.fol.30.*† Et vere ista opinio est æquior, vt septuagenarius non possit detineri in carceribus pro debito, prout passim seruatur in visitationibus carceratorum, Et voluit etiã *Carpan. super statut. Mediolanen.p.1.c.243.n.6.* vbi sequitur *Anchar.d.cons.336.n.2.*† Equiparantur enim senes mulieribus *Iasf.in l.ad personas egregias.n.9.& 10.post Glos.ibi in verb. egregias.ff. de iureiurand.* & tamen mulieres non carcerãtur pro debito† *l.1.C.de offic.diuers.iudic.auth. sed nouo.C.de cust.reor.*nisi in casibus,de quibus per *Duen. Matthesil.et Asin.vbi supra.*Maxime quia bis pueri senes. † & tamen pueri non detinentur in carceribus pro debito *Bald. in l. 1. n.10.C qui bon.ceder.poss.*†Quamuis in multis non æquiparentur senes pueris cum iuuenta, & pueritia docilis,& in quemuis habitum sequax, senecta autem intractabilis, tarda,atque obliuiosa; † Vnde mortuo mederi,& senem admonere idem esse dicimus, Quare prouerbium senis mutare linguam, de frustra ac intempestiue laborantibus, & senex psittacus negligit ferulam, & serum esse,canes vetulos loris assuefacere vt per *Manut.in adag.*

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

In casu autem,in quo aliquis esset septuagenarius, & tunc temporis se obligasset cum iuramento in aliquo contractu, non haberet huiusm di priuilegium, vt tanquam senex non possit carcerari; quasi tunc non superueniat istud ius, & exceptio post contractum,& renunciationem, sed inerat tempore obligationis, Vnde non videtur considerabile beneficium senectutis,vt in specie concludit *Anchar. q.8.n.9.p.2.* quem sequitur *Carpan. super statut. mediolanen.c.243. n. 8. p. 1.*

20

Et faciunt similia de conducente domum, cum sciebat tempus belli imminere, † qui videtur renunciare beneficio remissionis, & de emente rem, quam sciebat esse subiectam fideicommisso eum alijs similibus exemplis, de quibus per *Aym.cons.77.n.18.* latè *Rimin.Iun. cons.49.n. 6.vsque ad n.10.lib.1.*† Quasi imputandum sit ei,qui sciuit conditionem,& statum rei tempore obligationis,quæ scientia facit, vt nulla excusatio admittatur *l.qui bona §.de illo.de damno infect.Bal cons.247.si propter.post princ.vers. ego distinguo. lib. 3. Alex cons.112. n.4. lib.1.* Quamuis in hoc sint consideranda ea, quæ supra dicta sunt de renunciatione inualida † in concernentibus priuilegium sexus, dignitatis, vel ætatis,cui cum non possit renunciari, sequitur quod neque se obligans tempore, quo erat septuagenarius, videatur sibi præiudicasse quo ad huiusmodi beneficium sibi competens, quasi contraria procedant in alijs priuilegijs,quibus poterat renunciari stante scientia status,& conditionis rei; licet posset dici veriorem opinionẽ esse & magis communem, vt possit renunciari priuilegio, † quod quis habet, ne possit carcerari pro debito ciuili, Maxime quando adesset iuramentũ,vt latè concludit *Balthassar.Gomes. de potestat in se ipsum.lib.2.c.23.n.7.Gars.de nobilitat.glos.6.in princ.n.19. Barbos.in l. alia.§. eleganter.n.13.ff.solut.matr.Couar. in c. quamuis.p.2.in princ.n.5.Gutier.de iurament. confirmat.c.13. n.49. & 52.* † Cum etiam tacite quis possit renunciare priuilegio,ne carceretur,vt in nobili, qui licet habeat huiusmodi beneficium, tamen si conducat redditus, gabellas & similia tacite videtur sibi in prædictis præiudicare, & in alijs casibus,de quibus per *Gomes.in d.tract. de potestat.in se ipsum c.23.lib.2.n.8.& 9.*

21

22

23

24

25

EPITOME.

Legatum pium an dicatur,cum aliquid relinquitur pro emendandis forisfactis, & male ablatis, vel pro soluendis debitis testatoris. ¶ Et quæ veniant appellatione forisfactorum. ¶ Executor quo casu possit agere, & conueniri.¶ Et an si vnus non vult exequi,alius habeat

habeat potestatem in totum. ¶ Et an possit vendere habita fide de pretio, ac sine requisitione hæredis, & quid in hoc operetur potestas libere, & plene data à testatore. ¶ Procurator habens mandatum certo pretio quando possit habere fidem de eo, & an valeat statuere terminum ad soluendum. ¶ Et quando differendo exactionem etiam à fratribus pupilli teneatur de periculo debitorum, qui effecti sunt non soluendo. ¶ Habens mandatum cum libera à lege, siue ab homine an possit domino præiudicare. ¶ Et an talis clausula cum libera intelligatur de executione contentorum in testamento. ¶ Vnus executorum debitor defuncti quando possit ab altero conueniri etiam existente hærede, & in casu alimentorum, & similibus. ¶ Deputatus ad soluendum forisfacta an possit soluere debita ex contractu, vel agere contra hæredem, vt illa soluat.

SVMMARIVM.

1 *Actio non potest exerceri per executorem testamentarium contra hæredem, seu debitores, nisi in legatis pijs, alimentorum, & similibus. n.2.*
3 *Executor sicut non agit, ita neque poterit conueniri. Fallit, vt n.4.*
5 *Executor ordinatus à testatore ad sua forisfacta emendanda an teneatur debita ex contractu soluere, & possit agere contra hæredem, vt illa soluat. n.7.9.10. & 11.*
6 *Forisfactorum appellatione quæ debita veniant & n.12.*
8 *Debitor non soluens in tempore peccat, & frangit promissionem.*
13 *Legatum pium dicitur, cum aliquid relinquitur pro emendandis forisfactis, & malè ablatis. & n.14.*
15 *Executor ad distribuendum male ablata an teneatur soluere debita ex contractu.*
16 *Relictum factum ad soluendum creditoribus an dicatur ad pias causas. & n.18.*
17 *Debitum solum naturale an sit quantum ciuile, & naturale in foro animæ.*
19 *Executores plures si fuerint dati, qui erant debitores defuncti an possit vnus ab altero conueniri, & quid si adsit hæres, & in causa alimentorum. n.23. & 24.*
20 *Vnus executorum si non vult exequi, alius habet potestatem in totum. Amplia etiam si nollet exequi post susceptum, seu acceptatum officium. n.21.*
22 *Executor dicitur incæpisse agere quando se immiscuit executioni.*
25 *Executor agens pro pia causa dicitur agere suo nomine.*
26 *Executor testamentarius tenet locum hæredum mortuo filio in pupillari ætate, & non prouiso de alio hærede.*
27 *Executores non possunt exequi non requisito prius hærede.*
28 *Venditiones factæ ab executoribus potius de vna re, quam alia, sine requisitione hæredis, non valent, neque emptori aliqua possessio acquiritur, quamuis in eam immissus fuerit, licet adsit potestas libere, & plene vendendi data à testatore n.29. n.30. & 31.*
32 *Procurator fisci, tutor, & curator habent mandatum generale cum libera, non tamen possunt vendere habita fide de pretio. n.33.*
34 *Executores non possunt vendere nisi præsente pecunia, alias non transferunt dominium, quamuis vēderent pro soluendis relictis pijs. Amplia vt n.35. Declara vt n.36.*
37 *Executor habens generalem potestatem cum libera potest habere fidem de pretio, dummodo bona fide faciat. Declara, vt n.40.*
38 *Habens mandatum cum libera à lege non potest domino præiudicare, secus si illud habeat ab homine. n.39.*
41 *Clausula cum libera intelligitur de executione contentorum in testamento.*
42 *Executor debet reddere rationem hæredibus an solutio sit facta in causam à testatore demandatam.*
43 *Procurator, seu executor habens mandatum ad vendendum certo pretio an possit statuere terminum ad soluendum. Et quando possit habere fidem de pretio. n.44. Et quid in procuratore fisci, & Ecclesiæ, & executore ad pias causas & similes. n.45.*
46 *Procurator cui est concessa facultas habendi fidem de pretio non debet differre exactionem etiam à fratribus pupilli, ita ut periculum debitorum ad eum spectet.*

CAPVT CCCXXIX.

Executor testamentarius non potest exercere actionem contra hæredem, aut debitores, neque illos conuenire, † cum sit nudus minister *l.lucius. §.mæuia. ff. ad trebell. l.si quis tistio. ff. de leg.2.* Nisi in legatis pijs, alimentorum, & similibus, vt latè *per Surd. de aliment. tit.8. priuil.32.* † & plenius *per Capr. in tract. de executor. vltim. volunt. 6. membr. n.12. vsque ad n.49.* vbi multos alios casus addit ad declarationem prædictæ conclusionis *Innoc. Couar. & alij in c.ioannes.19. de testam.*

Ob eandem rationem dicendum est contra talem executorem non posse agi, cum enim sit merus executor, † sicut non potest agere, ita neque particulariter poterit conueniri, Quasi non habeatur loco hæredis *Glos. in l.firmio.26. §.cum ab hæredibus. in verb. ab hæredibus. ad med. ver. & secundum hoc. videtur. ff. quand. dies leg. vel. fideicom. ced. Bart. in l.alio hærede. n.26. in fin. versf. vltimo quæro. ff. de aliment. & cibar. legat.*

Quidquid † aliud sit in relictis ad pias causas, in quibus sicut potest agere, ita etiam cōueniri *l.nulli. & ibi Glos. C. de episcop. & cleric. Bart. in l.firmio. §. cum ab hæredibus. in fin. n.2. ff. quand. dies leg. ced. Capr. de executor. vlt. volunt. memb.6. n.57.*

Addendum est tamen, quod si testator relicto sibi hærede ex testamento, † vel ab intestato, ordinauit

nauit quendam executorem ad sua forisfacta emendanda tantum, si talis testator mortis suæ tempore tenebatur creditoribus, & iam termini solutionum effluxerant, Quæsitum fuit an talis executor ista debita soluere teneretur, & eorum occasione possit à creditoribus conueniri, vel possit agere contra hæredem, vt vel soluat, vel pecuniam sibi tradat ad soluendum, Et videbatur quod non, nisi hoc testator præ-
6 ceperit *c.penul. de testam.* † Nam appellatione forisfactorum non videntur contineri debita, quæ ex contractu, vel quasi debentur, argumẽto *c.dilectos.de offic.ordin.c.2.in prin.de ord.cogn.*
7 Contrarium tamen est verius, † quia lapsis solutionum terminis defunctus incipit iniuriari, creditoribus non soluendo, cum ex præcepto domini videatur esse facienda solutio debiti, argumento *c.si res.14.q.6. c. magnum. 11.q.1.*
8 *c.tributum. 23.q.vlt.c.1.de solut.* † Vnde peccatur in non soluendo in termino, & frangitur promissio *c.1.& 3.de pact.*& d. termino elapso retinetur alienum inuito domino *l.doli.§.circa*
9 *de except.dol.* † Vnde merito poterit executor conueniri ad ista debita, quæ cõtinebuntur sub nomine forisfactorum, cum illorum solutionis terminus lapsus fuerit tempore mortis, nulla habita consideratione, quod adsit hæres ex te-
10 stamento, vel ab intestato, † Quidquid aliud sit de illis debitis, quorum terminus nondum venerat tempore mortis; Ita in omnibus prædictis casibus concludit, & obtinuisse testatur *Specul.de instrum.edit.§.nunc vero aliqua.sub rubr.de vltim.volũtat.executor. vers. septuagesimo tertio de hoc autem quæritur.n.67.* quem sequitur *Arebidiac.in c.si res.in princ.14.q.6.* vbi citat *d.Speculat.sub rubr. qualiter scriptura in iudic.profer. §. nunc vero.* & pulchram resolutionem dicit *Franc.decis.622.in fin.n.4.*

In prædictis tamen obseruandum est, quod *Alber.*
11 *in dictionar. in verb.forisfacta.ad fin.* † meminit de huiusmodi conclusione firmata per *Specul.& Arebid.* subdens illorũ auctoritatem esse magnam, De ea tamen dubitat, cum non possit dici iniuriam inferri creditori, si per debitorem ei non soluatur, neque enim ex hoc aliquod delictum incurrit, Nam licet obligatus sit, tamẽ obligatio est ex contractu, ex qua delictum non oritur, cum sit species diuersa obligatio ex contractu, & ex delicto, Vnde forte talis executor non tenebitur soluere huiusmodi
12 debita, neque ad ea poterit conueniri, † cum forisfactum denotet maleficium *c.ex parte tua il 3. est 27.& ibi Glos. in verb. forisfactis. de priuileg.c.ad audientiam. 13. de præscript.* vbi *Glos.* dicit esse pecuniarias pœnas delinquentium *c.presbyteri.de pœn.c.si res.in princ.14.q.6.*
13 Et dicitur † legatum pium cum aliquid relinquitur pro emendandis forisfactis, vt per *Specul. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua.vers. sexagesimo secundo denuo quæritur. in fin. n. 69.* Vbi *Add. in verb.factis.* multa adducit quando pro male ablatis dicatur relictum ad pias
14 causas, & quod sit tale † concludit *Bald. & Angel.in l.hæreditas.§.defuncta.in 1.lectur ff.de petit.hæredit.Florian.in l.eum quidam. §. dict. de vsur.Tiraq.de priuil.piæ causæ in præfat. in fin.vers.item relictum pro incertis.*

Quare etiam executor deputatus ad distribuendũ male ablata, non teneretur soluere debita ex
15 contractu † *Bald. in l. id quod pauperibus. 24. q.8.n.21.C.de episcop.& cleric.Capr. de execut. vlt.volunt.memb.6.n.138.*

Sed posset dici quod relictum factum ad soluendũ, & satisfaciendum creditoribus dicatur etiam
16 ad pias causas, † vt per *Vita.Nemau.in repetit. c.ioannes.19.in 3.notab.de testam.* quem refert *Tiraq.de priuileg.piæ caus.in præfat.in fi.* Vnde etiam executor deputatus ad soluendum debita potest soluere debita naturaliter tantum,
17 quasi in foro animæ debitum solum naturale sit, quantum ciuile & naturale *Bald.in l.id quod pauperibus.q.9.n.22.C.de episcop.& cleric.* de quo latius per *Capr. de executor. vlt. volunt. memb.6.n.139.*

Quod tamen non est tutum, quia inter satisfactiones debitorum, & pios vsus sit differentia *in d.*
18 *c.ioannes.de testam.* † Vnde videtur quod huiusmodi relictum non possit dici ad pias causas, vt notat *Innoc.in d.c.ioannes.ad med. Tiraq. de priuil.piæ caus.in præfat.in fin.*

Notandum est etiam, quod si fuerunt dati plures
19 executores, qui erant debitores defuncti † poterit vnus ab altero conueniri secundum doctrinam *Bart.in l.qui proprio. 46. §.si duobus. n.4.ff.de procurat.per tex.in l.si plures. ff. de administr.tutor.* Maxime, quia si vnus executorũ non vult exequi, alius habet potestatem in
20 totum † *c.vlt.§.sanè.de testam.in 6.Bald. cons. 287.dicta mulier.in prin.n.4.lib.4.* Vnde si ille, qui est debitor sibi, vel socio nõ soluit, apparet quod non vult exequi, Quare alius in totum potest petere *Dec. cons. 91. n. 3. vers. ad quod*
21 *etiam facit. col. 2. in fin.* † Quod procedit etiam si nollet exequi post susceptum, siue acceptatum officium, Huiusmodi enim acceptatio non facit, quod non possit fieri executio sine eo, quando non vult, vel non potest exequi; Nam officium executoris est voluntarium etiam post acceptationem quo ad hũc effectum; vt alius executor possit exequi, vel etiam quando non acceptasset officium; Quoniam alius post acceptationem posset ad hoc compelli per Episcopum, prout idem esset quando incepisset agere, posito quod alius expresse non
22 acceptasset, † Itaut dicatur incepisse agere quãdo se immiscuit executioni; Ita omnia prædicta declarat *Franc. in c. fin. §. sanè. n. 2. in 3. notab. de testam. in. 6.*

Ista tamen sunt intelligenda, quando non subesset persona principalis, quæ posset sibi prouidere,
23 cum aliud sit quando aliquis specialiter fuisset institutus hæres, existente enim hærede vniuersali vnus executor debitor defuncti non poterit conueniri ab altero, quasi tunc adsit hæres, qui potest agere, Ita distinguit *Castr. in l. qui proprio.46.§.si duobus.n.3.ff.de procurat.* quod tan

quam notabile,sequitur *Dec.conf.91. diligenter pro tenui.col.1.in fi.n.3.Surd.de alim.priuil. 32. n.5.tit.8.* Vbi limitat † fauore alimentorum in quibus vnus executor agit etiam dato hærede, & mouet actiones non nomine legatarij,sed nomine proprio *Bald.in l.id quod pauperibus. n. 18.q.5. C. de episcop.& cleric.* ob illam rationē, quia prætendit interesse agendo pro causa pia, ideo etiam agit suo nomine *§.si vero. auth. de hered.& falcid. Angel.de testam.glos.97.n. 8. in princ.tom. 8. p. 1.fol.76.* † Et de executoribus testamentarijs quod teneant locum hæredum mortuo filio in pupillari ætate, & non prouiso de alio hærede *Alex.conf.12. attentis verbis.n.12.lib.3.*

Ideo etiam dicimus,quod executores non possunt exequi non requisito prius hærede, † cum hoc bonæ fidei conueniat *l.prohibetur. §. clam. ff. quod vi aut clam.l.creditor. C.de distract.pign.* prout in specie concludit *Angel.de testam. glos. 97.in verb.executores.n.6.tom.8. p. 1.f.76.* post *Bart.in l.alio.col.5.n.4.ff.de alim.& cib.legat. Anchar.in c.tua nobis.de testam.* † Quod est notandum pro venditionibus, quas faciunt executores potius de vna re,quam de alia, Adeo vt non præmissa d.requisitione hæredis non acquiratur aliqua possessio emptori,vt late per *Aldobrand.conf.69.n.24.& 23.* Quamuis enim talis executor habeat potestatem vendendi sib à testatore datam, non tamen potest transferre dominium, & possessionem inuito hærede, qui possidet, † Quare si hæres non discedat à possessione,illam non perdet, Neque sufficiet,quod emptor mittatur in possessionem, quamuis non constituatur verus possessor,Quia hoc procedit quando dominus vendidit,non minister; Vnde licet executor habeat potestatem à testatore, non tamen potest facere testator, quod dominium ex contractu transeat sine possessione. Ideo emptor agere debet ex d. contractu aduersus hæredem, & consequenter acquiret possessionem, & dominium mediante Iudice;† Cū etiam non possit executor per vim expellere hæredem de possessione; Ita omnia prædicta explicat *Bal.in l.id quod pauperibus.24. col. 6.in princ.n.31.q.18.C.de episc.& cleric. Alex. conf.62.visa facti narratione. n. 5. lib. 2. Imol. conf.122.in princ.& in fin.n.1.& 2.Bursat.cōs. 28.n.13.lib.1.* † Quæ procedunt, quamuis executores habeant liberam, & plenam facultatem alienandi, tenentur enim requirere hæredem, quasi illius præsentia potuisset illos inducere ad vendendam aliam rem *Ruin. conf. 84. in fin. n. 13. lib. 2.*

Et quoniam locuti sumus de executore habente facultatem vendendi à testatore, circa hoc notandum est, † Quod quamuis procurator fisci, tutor, & curator habeat mandatum generale cum libera *Bart.in l. inter bonorum.49. n.1. ff. de administrat. & pericul. tutor.* Tamen non poterunt vendere habita fide de pretio † *Glos. in l. si procurator.5. in fin.in verb.soluto.ff.de iur.fisc. Iaf.in l.à diuo pio.§.sed si emptor. n. 7. ff.de re iudic.Rot.corā R.P.D.Caualerio. Terracinen.administrationis tutela.29.febr. 1608.*

Vnde si hoc denegatur tutoribus, multo magis erit denegandum executoribus à testatore relictis,† qui non poterunt vendere,nisi præsente pecunia, alias non transferrent dominium rei venditæ, siue vendant, vt pretium conuertant in piam causam,siue vt satisfaciant relictis pijs *Bald.in l. inciuile.12.n.2.in fi.C.de rei vēdicat. Iaf.* qui de communi *in d. §.sed si emptor. n. 7. vers.secundo quærit.in princ.* † Quamuis maiorem partem pretij rei venditæ accepisset, & de minimo tantum haberet fidem *Michael Craff. in §.executor.vltim.volunt. q.11. n. 4. ad med.* Non tamen erit contractus nullus, sed est aliquis, licet traditio non trasferat dominium, nisi soluto pretio *Bald.in d.l.inciuile.n.2. in fi. & n.4. C.de rei vendic.* & sic est efficax quantum ad obligationem.

Hoc autem limitatur, quando tales executores habuissent generalem potestatem cum libera, tunc enim † possent habere fidem de pretio, dummodo bona fide faciant *l.qui roma. §. callimacus.in vlt.respons.ff.de verbor.obligat.* iuxta distinctionem *Bart.in l. alio hærede. col. fin. ad med.n.22.ff.de alim.& cibar. legat.* † Quamuis enim tutor,curator, & similes non possint habere fidem de pretio, licet habeant mandatum cū libera,*vt supra dictum est*; Tamen hoc procedit, quia tales illam habent à lege, ideo non possunt Domino præiudicare *l. 1. in princ. in verb.denique.& ibi Bald.ff.de offic. procur. cesar.* Aliud est † in habente mandatum cum libera à testatore,& domino, cui poterit per procuratorē præiudicari,quasi imputandum sit ei, qui tam amplam facultatem dedit suo administratori *Iaf.* qui ita distinguit *in l. à diuo pio. §. sed si emptor.n.9.& 10.ff.de re iudic.post Bald. in c.contingit.col.vlt.de transact.*

Verum prædicta sunt intelligenda, quando facultas fuit data simpliciter, secus si ob causam limitatam, † quando scilicet testator mandauit, vt certa animalia venderentur, & ex illis debita soluerentur, tunc enim per talem venditionem,habita fide de pretio, non esset adimpleta voluntas testatoris, quasi clausula cum libera intelligatur de executione contentorum in testamento † *Oldrad.conf.297. Doctor. in c. sedes. de rescript. Ruin.conf.84.in fin.n. 12. & 13.lib.2.* Et ita in specie resoluit *Rot.coram R. P.D. Caualerio. Terracinen. administrationis tutela.29.februar.1608.* Vbi etiam quod tales executores† debent de prædictis rationem reddere hæredibus an scilicet fuerit facta solutio in causam à testatore demandatam *Castr.conf. 330.viso testamento.col.2.vers.sequitur responsio. n. 2. lib. 1.*

Quibus adde *Bald. in l.inciuile. 12.n.3. C. de rei vendic.* vbi quod procurator, † seu executor habens mandatum ad vendendum certo pretio non poterit statuere terminum ad soluendum, quasi ratione temporis videatur minoris vendere,quā habet in mandatis *l. quod in diem.*

diem. in fin. ff. in diem addict. Si autem non eſt limitatum pretium, non poterit habere fidem de pretio, quando erat limitata cauſa, quæ ex pretio erat de præſenti adimplenda *l. à*
44 *diuo pio §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic.* Aut non erat adiecta cauſa & tunc poteſt habere fidem de pretio, dummodo faciat bona fide, puta vt rē carius vendat pro vtilitate domini, vt idem operetur mandatum ſpeciale in ſpecie, quod operatur generale in genere *l. quicunque. §. ſi ei. ff. de inſtitor. act.* Quidquid aliud ſit in procura-
45 tore fiſci, & Eccleſiæ, † & executore ad pias cauſas, quaſi illius executio non recipiat moram, & quia ſemper tales dantur cum cauſa *Bald. in d. l. in ciuile. n. 3. in fin.* quem ſequitur in omnibus prædictis caſibus *Felin. in c. cum olim. 32. n. 5. & 6. de offic. delegat.*

In caſibus autem, in quibus poſſent tales habere fidem de pretio, non debent permittere differri
46 exactionem † etiam à fratribus pupilli *l. qui negotiationem. § penult. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi puella. ff. eod. tit.* ita vt periculum debitorum, qui efficiuntur non ſoluendo ad eos ſpectaret ſtante huiuſmodi negligentia *Rom. conſ. 425. col. 2. ad med. verſ. octauo pupillares Socin. conſ. 2. col. 2. ad med. Claud. ad Bertazol. conſ. crimin. 409. in verb. quod aut. & in verb. apparet ergo. Piot. in l. ſi quando. n. 216. C. vnd. vi.*

EPITOME.

HAeres vnus eius, qui rem depoſuit, quando inſolidum poſſit illam repetere præſtita cautione de dando partem cohæredi. ¶ Et an talis cautio poſſit præſtari in executione ſententiæ. ¶ Mandatum procuratoris an ſufficiat producere poſt ſententiam. ¶ Filius ergo hæres quomodo intelligatur. ¶ Vnus ex venditoribus, ſeu hæredibus quo caſu poſſit cogere emptorem ad retrouendendam totam rem. ¶ Ex pluribus qui eundem gradum obtinent, quando alter poſſit totum fideicommiſſum petere.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex venditoribus, vel hæredibus poteſt cogere emptorem ad ſibi retrouendendam totam rem. n. 3. & 5. Intellige, vt n. 6.*
2 *Caſus in quo habet locum ius accreſcendi in diſpoſitionibus inter viuos.*
4 *Pro ſolutione habetur non tantum ea, quæ fit ab obligato, ſed etiam quæ fit ab alio.*
7 *Hæres vnus eius qui rem aliquam depoſuit, quæ non recipit diuiſionem, poteſt inſolidum repetere præſtita cautione de dando partem cohæredi, ſi voluerit.*
8 *Vnus ex pluribus, qui eundem gradum obtinet poteſt totum fideicommiſſum petere præſtita fideiuſſione de dando portionem alteri agnato ſi ab eo petatur, & n. 12.*
9 *Qui vult admitti ad ſolidi petitionem poteſt cauere etiam in executione ſententiæ.*
10 *Aditio hæreditatis eſt probanda per allegantem.*
11 *Filius ergo hæres quomodo intelligatur.*
13 *Mandatum procuratoris quando ſufficiat producere poſt ſententiam.*

CAPVT CCCXXX.

DVbium propoſitum fuit ſæpius deciſum; Ideo breuiter tanquam non indigens vlteriori diſcuſſione reſoluendum eſt affirmatiue,
1 quod vnus ex venditoribus, vel vnus ex hæredibus venditoris poteſt cogere emptorem ad ſibi retrouendendam totam rem, offerendo totum pretium, ſiue alter repudiet, ſiue non; Si enim repudiat integrum ius manet apud alterum iure accreſcendi, ſi non repudiat ei ſeruatur ius illæſum, quaſi poſſit cogere ſocium, qui totum redemit, vt ei partem ſuam reuendat, reſtituto pretio pro portione ei contingente *Caſtr. conſ. 221. in hoc paſſu in fin. verſ. & po-*
2 *ſito quod non potuiſſet. lib. 1.* † Vbi etiam quod hic eſt vnus caſus, in quo habet locum ius accreſcendi in diſpoſitionibus inter viuos *Idem Caſtr. conſ. 74. in cauſa mota. in fin. verſ. illud*
3 *autem certum. lib. 2.* † & iuxta prædictam opinionem iudicatum fuiſſe in Curia Pariſienſi teſtatur *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. n. 37. in fin.* Vnius enim oblatio ſufficit in hoc
4 caſu, cum ſint duo rei credendi, † & quia pro ſolutione habetur non tantum ea, quæ fit ab obligato, ſed etiam quæ fit ab alio, vt in terminis iſtius retrouenditionis notat *Bald. conſ. 133 quædam mulier. in fin. verſic. circa tertium dubium. n. 3. lib. 1. Socin. in l. 1. §. ſed & quoties. n. 4. ff. ad ſenatuſconſult. trebell. & conſ. 26. per tot. lib. 4. Caſſan. ſuper conſuetud. burgund. rubr. 5. §. 1. incip. rentes vendues. n. 38. in fin. colu. 8. ad med. verſ. quartum fuit dubiū. fol. 814.* cum alijs
5 per *Garz. Maſtrill. deciſ. 21. n. 1. & 2.* † Vbi quod hoc maxime procedit in venditione iudiciali facta nulla præcedente æſtimatione, ſtante pacto ad decurſum, quæ dicitur indiuidua, & ex nulla ratione pro parte reſolui poterat *Bartol. in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut. & in l. cui vſusfructus. de vſufruct. legat.*

Quæ ſine difficultate procedunt in caſu, de quo agimus, cum petens admitti ad recuperatio-
6 nem, † non ſolum obtulerit totum prætium, ſed etiam præſtiterit cautionem de reſtituendo alteri ſocio partem ad eum tangentem, & de conſeruando indemnem emptorem, qui tenetur ad retrouendendum, tunc enim poterit cogi emptor ad totam rem emptam retradendam *Cagnol. in l. 2. n. 103. in fin. q. 13. in fin. C. de pact. inter. empt. & vendit. Rub. Alexand. conſ. 90. in fin. verſ. ſecundo dico, n. 5. Roncag. in l. eandem. in princ. n. 121. ff. de duob. reis Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. n. 38. in fin. verſ. nec tamen omiſerim.*

Et facit *tex. in l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo. verſ. ſed*
7 *ſi res. ff. depoſ.* † Vbi vnus ex hæredibus eius qui rem aliquam depoſuit, quæ non recipit com-

modam diuisionem, potest insolidum repetere cautione præstita de dando partem cohæredi si voluerit *Ias. in l. stipulationes non diuiduntur col. 11. ad med. vers. tene quod vnus ex stipulatoribus. n. 21. ff. de verb. obligat.* vbi etiam adducit *tex. in l. fistulas. §. qui fundum. de contrahend. empt. l. tutor cogentibus. §. 1. de minor.*

Quare etiam vnus ex pluribus, qui eundem gradum obtinent, potest totum fideicommissum petere † præstita cautione de dando portionem alteri, si à parte petatur, idest ab agnato, non à conuento, non solum, quando sumus in casu, in quo alius speratur, puta partus; Sed etiam vbi aliquis iam adest *Bald. in l. peto. 71. §. frater hærede. in fin. vers. oppono vltimo. ff. de legat. 2.* & ibi *Imol. in fin. vers. vel saltem debet. Castr. in fi. in verb. paratus sit cauere. n. 2. Surd. cons. 359. n. 15. & 16. lib. 3.* † Vbi quod est notandum pro eo, qui vult admitti ad solidi petitionem, iubdens quod etiam posset præstari talis cautio in execut one sententiæ; Ita vt in hoc casu non sit præsumendum omnes filios, qui sunt pares in gradu, esse hæredes, cum aditio non præsumatur, † sed sit probanda per eum, qui illam allegat *l. necessarijs. de acquir. hæred. Roman. cons. 154. in princ.* Quamuis in filio, qui agit vt hæres, præsumatur illum esse hæredē; Sed vbi nō agit, quicunque dicit illum hæredem tenetur probare, † tunc enim non est locus dicto Apostoli, filius ergo hæres *Surd. d. cons. 359. n. 17. lib. 3.* Et de vno fideicommissario, qui agit ad totum, quamuis sibi acto non cōpetat ad totum, † cū intendit restituere partem alteri, & cauere *Doctor. in l. 1. §. sed quoties. ff. ad trebell. Rube. Alexandr. cons. 90. in fin. vers. secundo dico. n. 3.* Et f cit *tex. in l. vbicunque. de ventr. in possess. mitten.*

Ex quibus concluditur bene fuisse iudicatum ad fauorem volentis reemere, cum constet de eius bono iure *ex supra allegatis*, † non obstante nullitate oblationis, quæ prætendebatur tanquam factæ à non habente mandatum, quia cum hodie de ea doceatur, & ex illo appareat, quod de dicto tempore talis erat verè procurator, quamuis ante sententiam non fuerit productum in actis, cum non fuerit oppositum, sufficit etiam post sententiam de illo constare *Rot. decis. 19. de procurat. in antiq. Felin. in c. suscitatus. n. 15. de rescript. Crescēt. decis. 1. n. 3. de re iudic. Achill. decis. 6. de procurat. Rot. corā R. P. D. Manzanedo. Maceraten. spolij. 4. iunij 1610.* Vbi allegantur concordantes decisiones *coram Card. Pamphilio Asculana dotis 7. iunij 1599. & coram R. P. D. Ortemberg. Perusin. dotis. 7. Aprilis 1606.*

EPITOME.

Alienatio bonorum fideicommissi materni quando permittatur tam pro restitutione, quam constitutione dotis facienda vxori filij defuncti. ¶ Et quæ sit ratio finalis, & impulsiua istius permissionis. ¶ Dotare filias, & descendentes an sit officium tam paternum, quam maternum. ¶ Verbum si quis quo casu comprehendat masculos, & fœminas. ¶ Parentum appellatione, quando veniat tam pater quam mater. ¶ Probatio cui incumbat, quod alia bona libera non extent tā ante, quam post alienationem, cum agitur de dote repetenda.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta fideicommisso materno possunt alienari pro restitutione dotis facienda vxori filij defuncti. Contrarium. n. 2. & 3. Sed prima opinio est verior, & à Rota approbata. n. 4. Et de ratione. 5. 7. 9. & 10.*

6 *Publica vtilitas versatur in matrimonijs contrahendis, vt ciuitates liberis repleantur.*

8 *Interesse publicum, & fauor mulierum præponderat quibuscunque priuatis fideicommissorum præiudicijs.*

11 *Alienatio fideicommissi permittitur pro restitutione dotis propter ignorantiam mulieris tradentis dotem viro grauato bona restituere, ista tamen ratio non est finalis, sed impulsiua, cum principalis sit illa, quæ colligitur ex præsumpta voluntate testatoris.*

12 *Dotare filias, & descendentes non est officium maternum. Fallit. n. 13. 14. & 15.*

16 *Fideicommissum maternum diminuitur tā pro constituenda dote, quam restituenda. & n. 17.*

18 *Verbum si quis comprehendit tam masculum, quam fœminam tam de iure diuino, quam canonico, & ciuili.*

19 *Dispositio loquens de liberis intelligitur tam respectu patris, quam matris.*

20 *Parentum appellatione venit pater & mater. Declara vt n. 21.*

22 *Probatio cui incumbat, quod alia bona libera non extent tam antequam post alienationem cum agitur de dotis repetitione. n. 23. & 26.*

24 *Dispositio est admittenda cum sua qualitate, & illa probanda.*

25 *Detractio dotis, & legitima quæ fit ex rebus subiectis fideicommisso habet implicitam qualitatem dummodo adsint alia bona, ex quibus filia possit illam consequi.*

CAPVT CCCXXXI.

IN controuersia illa, an bona subiecta fideicommisso materno possint alienari pro restitutione dotis facienda vxori filij defuncti; † Doctores sunt in contraria sententia; Affirmatiuam enim opinionem, quod permittatur alienatio in subsidium, bonis paternis, aut alijs non extantibus tenuit *Peregr. de fideicommiss. art. 42. n. 46. ad fin. fol. 388.* vbi nihil allegat, sed solum quod ita practicauit, quamuis sit dubia quæstio, Idem voluit *Cozad. cons. 97. prima facie. col. penult. post princ. vers. quinto non solum. n. 11. Marzar. in epitom. de fideicommiss. q. 48. in fin. n. 76.* Vbi etiam quod ita firmauit *Rot. Florentin. in motiuis lib. 12. n. 66.* An-

66. *Ancharan. Regiens. familiar. quaest. 64. lib. 3. Cost. de remed. subsidiar. c. 6. n. 3.*

Contrariam negatiuam sententiam tenuit *Socin.* 2 *Iun. consil. 119. n. 11. in fin. lib. 2.* † Vbi quod bona materna fideicommissaria non sunt subiecta restitutioni dotis per filium acceptae, cum nullo iure cogatur mater assecurare dotem nurus suae; Vnde quamuis non adsint bona paterna, aut ascendentium per lineam paternam, non tamen poterunt capi bona subiecta fideicommisso ascendentium per lineam maternam pro constitutione, & restitutione dotis, quia non reperitur, quod Auia materna, aut paterna teneatur dotare neptes, & multo minus pronepotes, & deinceps foeminas descendentium; Idem sequendo *Socin.* simpliciter voluit *Gabr. consil. 119. n. 37. lib. 2. Petr. à Petr. de* 3 *fideicommiss. q. 8. n. 393.* † Et in dotibus constituendis, quod non possint capi bona subiecta fideicommisso materno concludit *Rimin. Iun. consil. 23. n. 318. lib. 1. post Ias. in auth. res quae. col. penult. ad med. n. 33. vers. secundo limita. C. commun. de legat.*

In praedicta varietate opinionum nihil resoluit *Menoch. praesump. 190. in fin. vers. declaratur quarto. n. 52.* Prout neque *Intrigliol. de substitut. art. 3. q. 73. n. 393.*

Non est tamen recedendum ab opinione affirmatiua, quod permittatur huiusmodi alienatio 4 etiam in bonis fideicommissi materni, † prout vltra auctoritates supra relatas illam tanquam magis aequam sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto Romana fideicommissi* 18. *maij* 1607. vbi etiam dicitur ita tenuisse *Rotam Florentinam*; Dispositio enim *auth. res quae C. commun. de* 5 *legat.* dum permittit, quod bona subiecta fideicommisso possint alienari pro dotibus, fundatur in diuersis causis, & rationibus, quae militant tam in bonis paternis, quam maternis, fauor videlicet mulierum, quae dotem dederunt, ne remaneant deceptae, & dotes suas 6 amittant; † Item publica vtilitas, vt matrimonia contrahantur, & Ciuitates liberis repleantur *§. quamobrem. & §. adierunt. auth. de restit. & ea quae par. Castr. consil. 219. visis, & consideratis. col. 1. ad fin. vers. in contrarium quia* 7 *prouisio. lib. 1.* † Quae publica vtilitas, & fauor dotis militat tam in bonis paternis, quam maternis, quando alia bona non adsunt, & tam in conseruatione, & restitutione dotis, quam in illa constituenda; Ita vt huiusmodi 8 publicum interesse, † & fauor mulierum praeponderet quibuscunque priuatis fideicommissorum praeiudicijs *l. 1. ff. solut. matrim. §. rursus auth. de restit. & ea quae parit. Peregr. de fideicommiss. art. 42. n. 5. Menoch. consil. 33. n. 15. lib. 1. Eugen. consil. 54. n. 23.*

Accedat, quia etiam in matre praesumendum est, quod voluerit permittere bonorum suorum 9 alienationem, & obligationem, † vt filius vxorem cum dote inuenire valeat, & quod in eius bonis possint dotari filiae grauati; Vnde multo magis censendum erit voluisse permittere eidem grauato, vt possit bona obligare pro restituenda dote propriae vxori, tum ob maiorem effectionem erga filium masculum, & suae familiae conseruationem, tum etiam quia in constitutione dotis semper infertur praeiudicium propter certam alienationem, quae certitudo non est ita determinata in restitutione, 10 cum semper dotes non dissipentur. † Et in matre etiam militat ratio principalis, in qua fundatur *auth. res quae. C. commun. de legat.* est enim illa, quae colligitur ex praesumpta voluntate testatoris fideicommittentis, quod scilicet voluerit eius bona posse obligari pro dote restituenda, non secus ac si ipse viueret, facturus esset; Quare multo magis credendum est hoc voluisse fieri ab haeredibus, & successoribus suis, quos onere fideicommissi grauauit *l. cum seruus. vers. nam si vnius. ff. de condit. &* 11 *demonstrat.* † Quamuis enim multi teneant, quod permittatur alienatio fideicommissi pro restitutione dotis propter ignorantiam mulieris tradentis dotem viro grauato bona restituere, ne ex dicta ignorantia decipiatur; Tamen ista ignorantia non est finalis ratio permittendi alienationem, sed impulsiua, cum principalis, & praecipua sit illa, quae colligitur ex praesumpta voluntate testatoris iuncta cum fauore dotis, vt de veriori opinione testatur *Couar. lib. 3. var. resolut. c. 6. col. antepenult. post med. vers. praeterea ratio praedicta caesarea nouella n. 10.* quam sententiam etiam approbauit *Rot. coram R. P. D. Rubeo Roman. dotis 9 iunij* 1574. & coram *Cardin. Lancellotto Romana fideicommissi* 17. *maij* 1607. *ad med. Natt. consil. 61. col. penult. in princ. Castr. in l. mulier §. cum proponeretur. col. 1. ff. ad trebell. Surd. de alim. tit. 1. q. 14. n. 16.*

Praeterea quamuis dotare filias, & descendentes 12 non sit officium maternum, † sed paternum *l. fin. C. de dot. promission. l à filia ff. ad trebell.* Tamen ex causa probabili mater cogitur do- 13 tem dare filiae † *l. neque mater. C. de iur. dot.* Causa autem probabilis est, quando ex paternis, seu proprijs bonis non potest sibi dotem 14 constituere † *Alex. consil. 144. viso themate quaestionis. col. penult. in fin. n. 14. lib. 6. Rip. in l. 1. n. 79. ff. solut. matrim. Cephal. consil. 5. n. 63.* Quidquid contrarium sequantur *Ang. in l. filiam. ff.* 15 *ad trebell. & Roman. & Alex. in d. l. 1.* † Quia contra eos est verior opinio, vt testatur *Surd. de alim. tit. 1. q. 14. n. 13. & 14. Euerard. in loco argum. ab alim. ad dot. n. 5. Curt. Iun. in auth. res quae. n. 17. & 18. & ibi Bald. n. 9. & Anton. Padill. n. 59. C. commun. de legat.* Cum ergo mater teneantur ad dotandam filiam in subsidium 16 consequens est, † vt etiam sit locus diminutioni in fideicommisso materno *Menoch. de arbitr. cas. 460. n. 7. Peregr. de fideicommiss. art. 45. n. 5. Anchar. quaest. famil. 64. n. 16. lib. 3. post Ambros. Opizo. in l. filius familias. §. diui. n. 95. ff. de legat. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 14. n. 15.* Nulla facta distinctione an simus in constituenda dote 17 siue restituenda, † cum vtroque casu militet

Vu 3 eadem

eadem ratio voluntatis testatoris, qui viuens ita faceret; Vnde non attenditur, quod dos fuerit soluta post iniunctum fideicommissum *Castr. cons. 219. ad fin. lib. 1. Io. de Anan. inter cons. Alex. 67. visis & ponderatis. col. vlt. in princ. n. 4.* latè *Natt. cons. 61. per tot. Ias. cons. 157. agredior primam difficultatem. col. 1. & 2. lib. 2. Socin. cons. 23. in proposita consultatione. lib. 3.* & sæpe resoluit *Rot. coram Card. Lancellotto Firmana restitutionis dotis. 27. nouembris 1600. & coram eodem Romana fideicommissi. 27 maij. 1607. in fin.* quasi semper vigeat ratio necessarij oneris dotationis, & ne fideicommissi ignorantia mulieres defraudentur *Rolãd. cons. 19. in fin. n. 11. lib. 4.*

Et facit quia *tex. in §. si quis de caetero. & in §. quamobrem. auth. de restit. & ea quæ par.* 18 † loquitur per verbum si quis, quod comprehendit tam masculum, quam fœminam, quasi hæc dictio referatur ad hominem, quæ est dictio communis, vnde etiam ex proprietate sermonis refertur ad fœminas, tam de iure diuino, quam canonico, & ciuili, vt post *Alciat.* concludit *Rebuff. in l. 1. col. 4. in fin. vers. primo hac regula. ff. de verb. signific.* Vnde etiam mater erit comprehẽsa in dispositione, de qua agimus *Anchar. q. 64. n. 5. lib. 3.* 19 † Vbi etiam *n. 7. quod dicta auth. res quæ. C. commun. de legat.* loquitur de liberis, qui debent intelligi, tam respectu matris, quam patris, cum descendant ab vtrisque parentibus, quorum appellatione venit tam mater, quam pater 20 † *l. parentes. C. de testib. l. appellatione parentis. 51. ff. de verb. signific.* Quidquid aliud sit in materia non congruente mulieribus, quo casu appellatio parentis matrem non comprehendit, vt in substitutione pupillari, 21 † in potestate erga filios, & in similibus casibus, de quibus per *Rebuff. in d. l. appellatione. 51. col. 3. in prin. vers. primo perdit. ff. de verb. signific.*

Ex istis colligitur non posse allegari nullitatem alienationis tamquam factam ex causa legitima restitutionis dotis ex supra adductis; 22 † Itaut neque obstet, quod non fuerit probatum alia bona libera non extare, Cum enim iam creditor sit in possessione bonorum, & fuerit facta alienatio, onus probandi incumbit ei, qui vult alienationem reuocare, quasi præsumptio sit pro possidente, prout distinguit, & de veriori opinione testatur *Ludouic. Molin. de primogen. hispan. lib. 4. c. 7. n. 36. post Curt. Sen. cons. 27.* quem sequitur *Loares in l. filiusfamilias. §. diui. n. 138. de legat. 1.* 23 † Cum etiam mulier, quando iam fuit dotata in bonis fideicommissarijs, habeat fundatam suam intentionem in negatiua, quod alia bona non extabant ad tuendam suam dotationem *Dec. cons. 519. visis his quæ à præclarissimo. in fin. Roland. cons. 19. n. 9. lib. 4. Aym. cons. 19. n. 18. ad med. Curt. Iun. in auth. res quæ n. 50. C. commun. de legat. Peregrin. de fideicommis. art. 42 n. 73. f. 390. Cagnol. in l. fin. n. 273. C. de pact.* Quamuis alias ante quam fiat alienatio incumberet onus probandi creditori dotis, vt de magis probabili opinione testatur *Molin. de primogen. hispan. lib. 4. c. 7. n. 34. in fin. post Marzar. in epitom. de fideicõmis. q. 48. n. 74. ad med. Fran. decis. 241. n. 2. Corn. cons. 3. n. 3. lib. 3. Fab. Ann. cons. 85. n. 11. p. 1.* 24 † Et facit regula quod dispositio est admittenda cum sua qualitate, & illa probanda *Bart. in l. non solum. §. sed & probari. n. 9. de oper. nou. nunciat. Felin. in c. auditis n. 13. de præscript.* 25 † Prout est detractio dotis, & legitimæ, quæ fit ex rebus fideicommisso subiectis, quæ habet implicitam qualitatem; dummodo adsint alia bona, ex quibus filia possit illam consequi, Vnde non sufficiet dicere aliam esse regulam, quod talis detractio non fiat ex bonis fideicommissarijs, stante ista implicita qualitate, vt in specie cõcludit *Rot. diuers. decis. 210. p. 2.* 26 † Et multa, cui incũbat probatio, quod alia bona nõ extent *Menoch. præsumpt. 26. lib. 6*

EPITOME.

Actio an acquiratur substitutis absentibus in donatione vocatis per stipulationẽ donantis, seu donatarij: ¶ Et in illos an transeat dominium ipso iure etiam sine traditione, itaut eis competat rei vendicatio. ¶ Et an talis actus sit potius substitutio, quam donatio. ¶ Et quando possit reuocari tam respectu primi donatarij, quam secundi. ¶ Pupillus, vel Abbas interpositus ad emendum, seu alium contractum faciendum quando possit remittere iura sibi quæsita, vel transferre in alium sine decreto superioris. ¶ Stipulatio pro altero quando valeat. ¶ Et quid fauore exercentis liberalitatem in casu *l. quoties. C. de donat. quæ sub mod.*

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio donantis et donatarij suffragatur alijs substitutis, & illis etiam absentibus actio acquiritur. n. 2.*

3 *In dubio videtur quis stipulari ex eadem causa ex qua ipse donauit.*

4 *Donatio facta cum substitutione est potius substitutio, quam donatio.*

5 *In instituente primogenituram per viam contractus tot sunt donationes, quot sunt personæ.*

6 *Verbum promitto quando importet stipulationẽ.*

7 *Donatio si fiat ad tempus, & post illud alteri acquiratur, an cum dies venerit, dominium trãseat ipso iure in substitutum etiam sine traditione, itaut ei competat rei vendicatio. n. 8. & 9.*

10 *Ius vtile acquiritur substituto, quando etiam primo donatario fuit acquisitum; & quid stãte stipulatione pro omnibus interposita. n. 11.*

12 *Donatio facta alicui, vt post certum tempus, ad alium perueniat an possit reuocari tam quo ad primum, quam quo ad secundum. n. 14.*

13 *Actio sine cessione acquiritur substituto etiam absenti ex stipulatione notarij.*

15 *Tertius si est in potestate prouidentis, ita quod prouidendo sibi resultet prouisionis effectus in ipso prouidente, quando possit à tali prouisione recedi.*

Pupil-

16 *Pupillus, vel Abbas interpositus ad emendum, an possit remittere iura sibi quæsita, vel transferre in alium sine decreto superiorum.*

17 *Non potest quis alteri stipulari. Fallit fauore exercentis liberalitatem in casu l.quoties. C.donat. quæ sub mod. & de ratione. n.18. & quomodo hoc procedat.n.19.20.& 21.*

CAPVT CCCXXXII.

PRopter stipulationem donantis, & donatarij, quæ aderat in instrumento, de quo agebatur, 1 † Dixi illã suffragari alijs substitutis iuxta *l.quoties.3. C.de donat.quæ sub mod. Aym.cons.19.n.8.* & sæpe resoluit *Rot. vt per Card. Blanchettum*, qui alias concordantes decisiones allegat, *Romana donationis palatij. 28. ianuarij.* 1591. Talis enim substitutio non indiget stipulatione, cum etiam præter notarium hæc stipulatio efficaciter fieri possit nomine absentis ab ipsomet donatario, immo neque erit stipulatio necessaria adhibita verborum solemnitate ad 2 actionem absenti acquirendam; † cum ex *d. l. quoties.C.de donat. quæ sub mod.* quæratur tertio, etiã absenti ex pacto donatoris *Couar. var. resolut.lib.1.c.14.n.13.vers.secundo loco. Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.13.tit.48. n.5.in fin. Socin.cons.125. col.1. in fin. vers. ex qua solutione. & vers. præterea ipse donator.lib.3.& cons.115.n.1.lib.4.Aym.d.cons.19.n.9.vers. amplius.Decian.cons.55.n.3.lib.3.Bertran.cons.156. ex themate.n.14. lib.1. Salic. in l.1. ad fin.* 3 *vers.ego addo.n.6.C.de donat.causa mort.* † Vbi etiam quod in dubio videtur stipulari ex eadem causa, ex qua ipse primo donauit.

Maxime, quia in casu nostro est vnica donatio facta cum substitutione, tunc enim potius est sub4stitutio, † quam donatio, etiam si quis vtatur verbis donationis, cum in proposito huiusmodi verba faciant substitutionem directam, vt in specie declarat *Castr.cons.384. si quæritur in princ.vers.sed in casu nostro.lib.1.* quem sequitur *Rot. coram Card. Blanchetto Romana donationis palatij.28. ianuarij.1591.* & faciunt notata per *Doct.in l.1.C.de donat.caus.mort.& per Dyn. in l.ei cui mortis.10.ff.eod.tit. Bart.in l.vt here-*5*dibus.51.ff.de legat.2.* † Cum etiam in instituente primogenituram per viã contractus tot sint donationes, quot sunt personæ, & tamen de illis iudicabitur iuxta *d. l.quoties. Ludou. Molin. de primog.hisp.c.1.n.17.lib.1.* dixi *supr.c.247.n.10.*

Immo neque obstabit, quod in donatione non di6catur mihi notario, &c. † Quia cum donatarius, & notarius sint præsentes, qui acceptarunt donationem cum cõditione substitutionis adiecta verbo promitto, importat stipulationem, cum pro validitate actus hæc interpretatio sit facienda, vt in terminis resoluit *Rot. in d. Romana donationis palatij*, vbi etiam allegatur decisio coram *Card.Seraph. Vrbeuetana hereditatis.15.iunij.1580.*

In quibus quoque est obseruandum, quod si dona7tio fiet alicui ad tempus, & post illud alteri acquiratur, cum dies venerit, dominium transit ipso iure in substitutum etiam sine traditione, Ideo purificata conditione substitutionis, poterit substitutus agere rei vendicatione ad consequendum bona, in quibus fuit substitutus, licet res illæ traditæ nunquam fuerint *Dec. cons.238. primo non videtur. col.5. ad fin. vers. concludit tamen.n.8. & in l.traditionibus.n.14.C.de pact. Decian. cons.55. n.3. lib.3. Rip.in l.vlt.n.136. C. de reuocand. donat. post Speculat. de emphyt. §.70.* cum alijs per *Peregr. de fideicommiss. art.* 8 *51.n.17.* † Quamuis hæc opinio non sit tuta, cum non appareat in huiusmodi casu ista specialitas, vt dominium transeat sine traditione, prout ad hunc effectum debet esse particulare priuilegium, vt in Ecclesia, & similibus, de quibus per *Couar. lib.1. var. resolut.c.14.col.2. vers. hanc vero. n.2.* vbi docet de veriori opinione contra *Dec.* sigillatim omnibus respondendo, prout etiam dubitat *Aym.cons.19.n.9. in fin.post Bellam.cons.39.* & notat etiam *Menoch. cons.325.n.3. post med.lib.4. Card.Mant. de tacit. & ambig.conuent.lib.13.tit.48.n.6.* Et quidem ista est verior, & magis communis opi9nio, quam etiam in iudicijs seruari † testatur *Tiraq. de iur. constit. p.2. ampliat.30.n.3. & 4. Vincen. de Franch. decis.74.n.2. Magon. decis. Florent.71.n.8.& decis.202.n.16.* vbi quod neque actio in subsidium competet contra tertios possessores, quidquid aliud sit in vltimis voluntatibus, & stante participatione fraudis, vt per *Magon.d.decis.202.in fin.Rot. Lucens.decis.38. n.28. Molin.de primogenit hispanor.lib.3.c.12. n.2.in fin. fol.421. Soarez. allegat.19. n.12. in fin.* Rip.*in l.vlt.n.129.C.de reuoc. donat.Socin. cons.115. ad fin lib.4 Guid.Pap.decis.512.*

Verum est, quod sine vlla dubitatione ius vtile 10 acquiritur substitutio, † quando etiam primo donatario fuit acquisitum. Quamuis in casu, in quo stipulatio esset pro omnibus interposita ius vtile acquireretur substituto, licet primo 11 donatario non esset ius quæsitum † *Rot.coram Card. Seraphin. Vrbeuetan. hereditatis.15.iunij.* 1580. quam sequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.13.tit.48. n.6. in fin. vers. sed illud est aduertendum.*

Prout etiam notandum est, quod in huiusmodi 12 substitutionibus si res donata ad certum, † vel incertum tempus ad alium perueniat, non poterit reuocari, quando tabellio, vel donatarius pro illo substituto fuit stipulatus, quasi tunc substitutus videatur sibi per ministrum prospexisse, & ideo ius irreuocabiliter intelligitur ei quæsitum, Vnde inuito eo non haberet locum pœnitentia in sui præiudicium; quidquid aliud sit, quando communis consensus accessisset *l. bonorum. ff. rem rat.haber,* & declarat *Bald. in l. cum à socero.7. col.vlt. in princ. vers.aduerte. n.7.C.de iur.dot.in 1.lectura illius tit.Ruin.cons.54.n.3.ad med. lib.1.* cum alijs per *Card.Mant. de tacit.& ambig conuent.lib.13.tit.48.n.13.* vbi testatur ita conclusum per *Rot. coram Cardin. Seraph. Portuen. bonorum. 27.decembris.1579.*

Itaut

13 Itaut actio sine cessione acquiratur substituto etiam absenti ex stipulatione notarij *Ias. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. col. 5. vers. adde circa fallentiam de notario. ff. de verb. obligat.* Roman. *cons. 513. n. 3. Socin. Iun. cons. 567. n. 4. lib. 3.* Paris. *cons. 88. n. 90. lib. 3. Alexan. cons. 53.* 14 *n. 5. lib. 7. Bertrand. cons. 99. n. 3. lib. 1.* † Adeo quod facta substitutione in contractu donationis, licet reuocetur donatio quo ad primum donatarium, non tamen censeatur reuocata quo ad substitutos Ca*str. cons. 384. si quaritur. lib. 1. Aym. cons. 19. n. 8. in fin.*

Quando tamen iste tertius est in potestate prouidentis, ita quod prouidendo sibi relatiue resultat prouisionis effectus in ipso prouidente, 15 tunc à tali prouisione posset recedere, vt si dominus prouidet seruo suo, vel pater filio in potestate; Quidquid secus sit quando non resultaret ista relatiua prouisio in suam personam, vt declarat *Bald. in d. l. à socero. 7. in fin. vers. & considera etiam.* C. *de iur. dot.* argumento *l. 1. C. si seruu. exter. se emi mandauer.* Vbi idem *Bald.* 16 *n. 20.* notat, quod si pupillus, † vel Abbas est interpositus ad emendum, seu aliquem contractũ faciendum pro alio, poterit remittere iura sibi quæsita, vel transferre in alium sine decreto superiorum, cum hoc fiat sine damno eius, & ecclesiæ *l. 4. §. nam & si pupillus. ff. de manumissionib.* & sequitur *Salic.* Extendens etiam ad Monachum *in d. l. 1. in fin.* C. *si seruus exter.*

Vlterius notandum est, quod quidquid alias non 17 possit quis alteri stipulari, † In casu tamen *d. l. quoties. C. de donat. quæ sub mod.* hoc permittitur fauore exercentis liberalitatem *Bart. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. n. 3. ad fin. ff. de verb. obligat. Bald. in l. certi condictio. §. si nummos. col. 2. in fin. ff. si cert. petat. Castr. in l. debitor §. vlt. n. 2. ad trebell. Rot. coram Cardin. Seraphino portuen. bonorum. 27. nouembris. 1579.* de qua per *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 28. n. 29.*

Quod tamen in casu *d. l. quoties.* ideo est, quia stipulatio fuit interposita super re stipulatoris 18 Quare valebit, † quamuis sit concepta in alterius personam, licet res in eius dominio non permaneat *Bart. cons. 71. n. 1. lib. 1. Castr. in l. pu* 19 *blia. in princ. n. 2. ff. depo*s*it.* † Aliud est in illo qui aliquam rem, quæ non fuit ab eo donata alteri stipulatur fauore exercentis liberalitatẽ, tunc enim stipulatio non valebit *l. cum res.* C. 20 *de donat.* † Et ita supradictam *Rot. decisionem* & alia superius adducta declarat *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuen. lib. 14. tit. 28. n. 29. vsq; ad n. 31* Itaut idem sit quod res, vel sit sua tempore, quo concipitur stipulatio, vel quam- 21 uis d. tempore non sit sua, † Tamen proxime eius futura sit, saltem ratione vtilis dominij, tunc enim dicta stipulatio valebit *Bartol. in l. quod dicitur. la 2. ff. de verb. obligat. Bald. in l. aunt. n. 1. de pact. Rimin. Sen. cons. 525. n. 8. Alex. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. n. 20. ff. de verb. obligat.*

EPITOME.

IVdex declarans bona, super quibus est faciẽda executio, an dicatur inferre nouum grauamẽ, à quo sit licita appellatio. ¶ Et quomodo in hoc concordentur Rotæ decisiones. ¶ Defectus liquidationis quãdo obstet executioni sententiæ. ¶ Et qualiter in iudicijs vniuersalibus petitionis hæreditatis, familiæ ærciscundæ, & similium sit probanda liquidatio post sententim. ¶ Causa an sit exprimenda quando appellatur ab excessu executionis. ¶ Sententia & executio facta extra horã, ad quam quis fuit citatus, quo casu sit nulla. ¶ Et iudex possit illam prorogare in sequentem diem. ¶ Mandatum speciale an requiratur ad appellandum ab executione.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à pronunciatione de exequendo.*

2 *Iudex declarans bona, super quibus est facienda executio an dicatur inferre nouum grauamen à quo possit appellari. n. 3. & 4. & quomodo in hoc concordantur Rota decisiones. n. 5.*

6 *Liquidationis negotium petitum prius debet absolui.*

7 *Attentata prius sunt reuocanda.*

8 *Defectus liquidationis obstat quando agitur de executione sententia.*

9 *In iudicijs vniuersalibus sufficit obtinere sentẽtiam, & deinde facere liquidationem rerum in ipsa contentarum, & probare extraordinario modo post d. sententiam. n. 10. & 11.*

12 *Pertinentia quæ petuntur tamquam accessoria quomodo probentur, et sententia super eis mandetur executioni.*

13 *Causa est exprimenda in appellatione ab excessu executionis. Intellige, vt n. 14. & 15. & quid seruetur in praxi n. 16.*

17 *Mandatum speciale requiritur ad appellandum ab executione.*

18 *Sententia, & executio facta extra horam in citatione demonstratam est nulla. Dummodo citatio non fuisset prorogata in sequentem diem, seu horam. n. 20. Declara, vt n. 21. & 22.*

CAPVT CCCXXXIII.

EXecutionem, de qua in casu mihi proposito, Dixi non fuisse attentatam, cum simus 1 in pronunciatione de exequendo, † à qua non datur appellatio, vt sit litium finis, siue petatur executio per actionem in factum, siue iudicis officio, cum ipsa pronunciatio sit de executione, & pars executionis *Castr. in l. ab executione. C. quor. appellat. non recipiunt. Guid. Pap. q. 573* cum alijs per *Roland.* qui de veriori, & magis communi opinione testatur *cons. 43. n. 5. lib. 1. & per Rot. diuers. decis. 100. n. 13. p. 1.*

Neque obstabat, quod executor expresserit bona, 2 super quibus danda erat immissio, † quasi per hanc

hanc expreſsionem, & declarationem dicatur intuliſſe nouum grauamen, à quo licuit appellare *Felin. in c. quo ad cōſultationem. n. 16. col. 9. in fin. verſ. ſecundo limita. de re iudicat. Ang. in l. ſi cum exceptione. §. hac autem actio. ff. quod met. cauſ.* vbi atteſtatur ita practicari ex mente *Innocent. in c. ſuper eo. eod. tit. Ruin. conſ. 78. n. 1. & 2. lib. 5.*

Quia in caſu noſtro non potuit conſiderari no- 3 uum grauamen, † cum præceſſerit condemnatio in actione vniuerſali, & ſecuta fuerit iuſta liquidatio executorialis continens ſolum declarationem qualitatis pertinentiarum, non augentium, vel minuentium condemnationem, & executionem, ſed tantum inducentium declarationem interpretatiuam ſententiæ vniuerſalis, & condemnationis præcedentis, & ad conſequentiam petitorum *Lap. allegat. 82. in cauſa. col. penult. in prin. verſ. vnde licet de iure. n. 7. Bald. in l. terminato. 3. n. 6. verſ. modo ego quaero. & n. 8. in fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Franc. in c. ſæpe. 42. q. 12. n. 60. de appellat. Roman. conſ. 43. n. 2. & 3.* Et ita in ſpecie concludit *Rot. diuerſ. deciſ.* 100. *n.* 14. *p.* 1.

Contraria autem procedunt, quando executor non declarauit ſimpliciter ſententiam præce- 4 dentē, † ſed expreſſit bona, ſuper quibus facienda eſſet executio tanquam non comprehenſa in inueſtituris conceſſis, tunc enim eſſet nouum grauamen ideo daretur appellatio, prout diſtinguit *Rot. coram R. P. D. Vbaldo Mātuan. 5 bonorum. 17. iunij* 1611. † vbi ita declarat *d. deciſ. Rot. diuerſ.* 100. *n.* 14. & 15. *p.* 1. Et per conſequens executio, & omnia inde ſecuta pendente termino ad appellandum eſſent nulla, & attentata *c. cum ſolum. de appellat. in 6.* & in terminis ſimilis executionis ita etiam voluit. *Rot. coram R. P. D. Orano Aſculana bonorum. 24. nouembris.* 1595. & 13. *maij* 1596.

Maxime ſi non præceſſiſſet coram iudice competente aliqua legitima liquidatio, quæ eſſent huiuſmodi terræ conceſſæ in dictis inueſtituris, 6 præſertim † ſi id fuerit petitum per partem, tunc enim ante omnia negotium illud liquidationis petitum debebat prius abſolui, vt per *Rot. in d. Mantuana bonorum in fin. coram R. P. D. Vbaldo 17. iunij* 1611. & *coram Card. Seraphino Turritana tertiariæ. 18. decēbris* 1595 7 *Rot. diuerſ. deciſ. 352. n. 3. lib. 1.* † Vbi quod hoc eſt exemplo attentatorum, quando petuntur reuocari *Peregr. deciſ. 48. & 65. lib. 3. Anton. Auguſt. deciſ. 712. lib. 3. & in repert. de attētat. n. 18.* & in terminis executionis ita declarat 8 *Aym. conſ. 13. verſ. tertio reſpondeo n. 2.* † vbi quod defectus liquidationis obſtat, quando agitur de executione ſententiæ, cum talis executio ante liquidationem fieri non poſſit, & ſi flat, erit nulla *Caſtr. conſ. 169. viſo puncto & dubio. in fin. verſ. poſtremo videtur poſſe. poſt Bald. in l. 2. C. de execut. rei iudic. & conſ. 165. ſtatutum diſponit. lib. 4. Bart. in l. multum. ff. de condit. & demonſtrat.*

Verum eſſet, quod in iſtis actionibus, & iudicijs 9 vniuerſalibus petitionis hæreditatis, † familiæ erciſcundæ, actionis ex empto, quæ datur quoties tota hæreditas emitur totius patrimonij, vel ſimilibus, de quibus per *Innoc. in c. conquerente. 16. n. 5. de offic. ordin.* ſufficeret obtinere rem iudicatam ſuper illis, & deinde in executione, & extraordinario modo ſummarie, ſine libello, & litis conteſtatione facere iuſtam liquidationem pertinentiarum, vel aliarum rerum contentarum in ipſa ſententia vniuer- 10 ſali, † alias nihil proficeret in iſtis iudicijs vniuerſalis obtinere huiuſmodi ſententias, ſi non liceret iſto modo extraordinario liquidare, & procedere ad executionem, vt notat *Innoc. in c. conquerente. 16. n. 5. in fin. de offic. ordin.* Vbi quod ſi fuerit lata ſententia ad reſtitutionem hæreditatis, multum proderit, ſi probatum ſit res à te poſſeſſas, fuiſſe in bonis pa- 11 tris mei, † tunc enim ad illa condemnaberis, & in eis mandabitur ſententia executioni, ſi autem non probaui pendente lite, tunc poterit poſt ſententiam probari quodam extraordinario modo, petendo ſcilicet ſententiam mandari executioni in his rebus, & ſi illa negaue- 12 ris probabo fuiſſe in bonis patris mei † argumento *l. à diuo pio. §. ſed ſi ſuper. de re iudic. Idē Innoc. in c. cum ad ſedem. 15. n. 1. & 2. de reſtit. ſpoliat.* vbi loquitur de pertinentijs, quæ petuntur tanquam acceſſoria, & mandabitur ſententia executioni ſuper omnibus, quæ probauerit ad rem pertinere principaliter, & acceſſorie etiā ſine litis conteſtatione *Bald. & alij in l. 1. col. 2. poſt princ. ff. de edend.* late *Rot. diuerſ. deciſ.* 100. *n.* 16. *p.* 1. *poſt Roman. conſ.* 211. *n.* 5. *Ruin. conſ.* 22. *n.* 2. *lib* 1.

Præterea, quamuis in huiuſmodi caſu eſſet ex- 13 ceſſum, & nouum grauamen illatum † ex quo licuiſſet appellare ex ſupra allegatis, Tamen non fuit expreſſa cauſa grauaminis nominatim, & non in genere in executione, prout debebat exprimi, ad hoc, vt ſit admittenda appellatio propter præſumptionem, quam habet contra ſe appellans, cum etiam huiuſmodi executoriales meram contineant interlocutoriam, quamuis enim iſta expreſſio cauſæ non 14 requiratur de ſubſtantia appellationis, † tamen hoc caſu erit exprimenda, vt iudex ſciat an iſti appellationi ſit deferendum, nec ne, cum enim interponatur contra formam iuris communis, poteſt in dubio illam reijcere, tanquam friuolā, ſi non apponatur cauſa, cum non ſit præſumendum de exceſſu executionis, niſi doceatur *Felin. in c. quo ad conſultationem. 15. col. 12. ad med. verſ. oportet exprimere. n. 18. de re iudic. Dec. in c. nouit. col. 2. de appell. Roland. conſ. 43. n. 6. lib. 1. Roman. conſ. 41. n. 1. poſt med.*

15 Quidquid aliud ſit, † quando ex forma ipſius ſententiæ conſtaret vere de grauamine, tunc enim in appellatione ab ipſa non eſſet aliter exprimenda cauſa, ſi videlicet in dicta ſententia exprimeretur cauſa iniuſta, vel à iure reprobata *Capic. deciſ. 1. n. 22. poſt Bald. in l. minoribus. 6. n. 5. C. de his quib. vt indign.*

Ideo

Ideo signatura ad obuiandum fraudibus, quæ in expressione causarum fierent, non licet stare parti de excessu executionis, sed vult gustare aliquid de grauamine, antequam transferat executionem, aut committit causam appellationis suspensiuæ alteri iudici cum facultate inhibendi executori *Rot. de appell. in nou. decis. 45. & 50. Pelin. in c. quo ad consultationem. 15. col. 12. ad fin. vers. & quod iudex datus. n. 18. de re iudic. Rot. diuers. decis. 100. n. 16. p. 1.*

16

Vlterius appellatio fuit interposita per procuratorem habentem mandatum ad lites, † & causas, quod non sufficit ad hoc, vt possit appellari ab executione, quamuis dicatur in mandato ad appellandum ab omni sententia diffinitiua, seu interlocutoria, requiritur enim mandatum specificum, & indiuiduum ad appellandum ab executione, quia appellans, & succumbens in causa appellationis executionis incidit in pœnam quinquaginta librarum argenti; ita vt non possit talis procurator facere dominum incurrere in hanc pœnam, nisi habeat in hoc specialem facultatem *Roland.* qui in praxi dicit perpetuo menti commendandum tanquam singulare *cons. 73. in fin. n. 10 lib. 1. post Aret. in l. ab executore. col. 4. ff. de appellat. Ang. in §. præterea. il 2. col. 17. vers. & idē in causa matrimoniali. instit. de exception. Feli. in c. quo ad consultationem. col. 13. in fin. vers. nota insuper perpetuo. n. 21. de re iudic.*

17

Quo vero ad nullitatem executionis tanquam fuerit lata sententia ab executore sine citatione, non constabat de hoc in actis; † ideo non potuit fieri fundamentum, quamuis si id constitisset, sententia prædicta, & inde sequuta remanerent nulla defectu citationis; Vbi enim citatio respicit horam præcisam, si actus fiat extra illam horam dicitur fieri sine citatione, & non valet *Bart. in l. vlt. §. fin. ff. quod vi aut clam. Rutn. cons. 209. n. 19. post med. vers. nec valuit productio. lib. 1. Aym. cons. 122. in fin. n. 17.*

18

Et in executore † *Rot. coram* R. P. D. *Vbaldo Mantuana bonorum 17. iunij 1611.* Dummodo per iudicem prima citatio non fuisset expresse prorogata in sequentem diem, seu horam *Felin. in c. 1. † col. vlt. ad med. n. 22. in fin. vers. limita nisi iudex. de iudic. Vant. de nullitat. ex defect. citation. n. 73. post prin. per tex. in c. consuluit. 24. vbi latè Felin. n. 3. & 4. de offic. delegat.* Vbi intelligit, quando esset assignatus terminus certa die, secus si certa hora diei, tunc enim non poterit inuito actore iudex differre, & prorogare in beneficium rei in diem sequentem, sed solum in horas sequentes, cum principales horæ diei supersunt, de quo tamen *Bald. in l. cum non eo die. 6. n. 2. C. quand. prouocar. nō est necess. & in l. terminato. 3. n. 7. ad fin. vers. vel dicas subtilius. C. de fruct. & lit expens.*

19

20

21

Quando tamen appareret, quod citationes caderent in secunda, vel tertia die post earum executionem, † poterit hoc contingere, quia tunc dies intermedia esset feriata, quod in hoc casu erit probandum, quod scilicet dictus dies esset feriatus ad sustinendam sententiam, ne remaneat sine citatione *Rot. coram R. P. D. Orano Tarusina pensionis 8. iunij. 1590. & coram R. P. D. Vbaldo Mantuana bonorum 17. iunij. 1611.*

22

EPITOME.

Trebellianica, aut legitima an possit detrahi in re particulariter probibita alienari, seu alteri legata. ¶ Fideicommissum an imminuatur per æs alienum debitum ipsi hæredi etiam non conficienti inuentarium. ¶ Res prohibita in specie alienari an possit vendi per solum hæredem pro soluendis debitis defuncti, vel requiratur decretum iudicis, & quod creditores vrgeant, & non adsint alia bona. ¶ Prohibitio alienationis, quamuis nuda, & sine causa si est vestita à pœna an valeat contemplatione eius, in quem transfertur. ¶ Et quia si adsit pœna extrinseca pecuniaria. ¶ Et an compræhendat alienationem per modum subueniendi necessitatibus hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis probibitio, quamuis nuda, & sine causa, si est vestita à pœna propter contrauentionem, operatur effectum validitatis tanquam facta cōtemplatione eius in, quem transfertur. Amplia in pœna extrinseca. n. 3. & 4.*

2 *Pœna dicitur, si quis probibeat alienare, & si alienetur ad alium res perueniat.*

5 *Filius probibitus alienare, si aliquid alienat, imputat illud in legitimam. Fallit in particulari probibitione certa rei. n. 6.*

7 *Legitima non potest eligi per filium in re alij legata. Intellige, quando hareditas est soluendo. n. 8. & cui incumbat talis probatio. n. 9.*

10 *Trebellianicam non detrabit filius in re particulariter probibita alienari. & n. 11.*

12 *Probibitio alienandi non intelligitur de necessaria. n. 13.*

14 *Potentius est ius creditoris, & æs alienum, quam probibitio testatoris debitoris.*

15 *Fideicommissum imminuitur per æs alienum debitum ipsi haredi etiam non conficienti inuentarium.*

16 *Res probibita alienari in specie non poterit vendi per solum haredem, quamuis immineat æs alienum, sed per iudicem, & creditores seruatis seruādis, staut non adsint alia bona. n. 17. cum alijs requisitis de quibus. n. 20.*

18 *Legitima babetur loco æris alieni, & in ea filius dicitur creditor, non tamen detrabitur ex re probibita alienari, quando alia bona supersunt. n. 19.*

21 *Alienatio magis interdicitur per clausulas, quouis modo, & ex quacūque causa, ita vt tūc talis probibitio contineat etiam alienationem per modum subueniendi necessitatibus haredis.*

22 *Hæres magis dicitur contrauenire probibitioni de non alienando, cum rem tradidit.*

CA-

CAPVT CCCXXXIIII.

PRohibitio alienationis, de qua agimus licet sit nuda, & sine causa, 1 † tamen est vestita à pœna in casu contrauentionis, quod facit, vt censeatur facta contemplatione eius in quem transfertur, & per consequens, Dixi verius esse, quod fuerit quæsitum prædium illi, cui testator voluit prouidere in pœnam hæredis contrafacientis *Bart. in l. quoties. 11. ad med. vers. nisi expresse. C. de fideicommiss. Ang. cons. 168 testator in omnibus. col. 3. vers. contrarium est veritas. & vers. forsitan autem dicet. n. 4. & 5. Alex. cons. 57. perspectis. in prin. n. 1. lib. 2. Dec. cons. 182. in causa occurrenti. col. 2. post med. vers. & cum constet de voluntate. n. 4. ad fin.*

Quæ adeo vera sunt, vt procedant non solum quantum ad pœnam translationis rei alienatæ in alium, 2 † cum dicatur pœna, si quis prohibeat alienari, & si alienetur ad alterum perueniat *Bald. in l. 1. in fin. vers. addit. C. debitor. vendit. pignor. impedir. non poss.* 3 † Sed etiã quo ad pœnam extrinsecam pecuniariam, quam testator solui voluit per alienantem, tunc enim etiam valet prohibitio nuda, & poterit vestiri à dispositione pœnali accessoria, quasi hoc casu agatur de pœnæ commissione, quia fuit contrauentum prohibitioni, cuius respectu valebit prohibitio, cum lex non resistat testatori, neque prohibitioni, ideo etiam procedet adiectio pœnæ, 4 † prout contra *Crot. & alios.* de veriori opinione testatur *Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. col. 4. ad fin. vers. sed istud nihil est. in 2. fallent. n. 22. ff. de legat. 1. per tex. in l. 1. C. de his quæ pœn. nomin.* cuius dispositio procedit etiam in pœna extrinseca.

Neque poterit hæres excusari, quod huiusmodi alienatio debeat valere quantum capit. sua legitima 5 † non obstante prohibitione *l. marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell. Socin. cons. 36. n. 2. vers. & tunc etiam dando. lib. 3. Alex. cons. 78. attentis verbis. n. 4. lib. 5.* Quia hoc procedit in filio prohibito alienare omnia bona, 6 † secus quando adest particularis prohibitio certæ rei, prout in casu nostro, tunc enim in illa non admittitur ista electio legitimæ, quasi eam consequi possit in alijs rebus non prohibitis, maxime quia præsupponitur bona non prohibita sufficere ad integram legitimam, prout declarat *Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. col. 6. ad med. vers. secundo fallit. n. 29. ff. de legat. 1. post Ias. ibid. in 2. lectur. col. 3. in fin. vers. secundo notabiliter limita. n. 30. Castr. cons. 217. in causa quæ vertitur saonæ. col. 5. post med. vers. dicitur etiam. n. 4. lib. 1.* late *Roland. cons. 9. n. 16. lib. 4.*

Et facit, quod dicimus de filio, qui non potest eligere legitimam in re alij legata, 7 † quando supersunt omnia bona *Bald. in rubr. de rer. diuis. col. 1. ante med. vers. sed pone pater mãdauit. n. 1. Dec. cons. 81. in casu proposito. col. vlt. ad med. vers. septimo quæritur. n. 7. Peregr. de fideicommiss. artic. 40. n. 28. post med. vers. circa secundũ. Alex. cons. 12. perspectis. n. 2. lib. 5. Corn. cons. 106. lib. 2. & cons. 180. in fin. lib. 4. Aym. cons. 19. n. 14.* 8 † Quod sine dubio procedit, quando hæreditas est soluendo, alias fiet detractio de legatis pro rata *Natt. ad Alex. cons. 12. lib. 5. Gramat. decis. 93. n. 5. Aym. cons. 109. n. 6.* 9 † Adeo vt ista probatio, quod non adsint alia bona incumbat filio, tanquam sit fundamentum suæ intentionis, vt in specie concludit *Natt. cons. 199. n. 8. & 9.* cum alijs per *Peregrin. de fideicommiss. art. 4. n. 34. ante fin.*

Idem erit in trebellianica, quam neque filius detrahet in re particulari prohibita alienari *auth. sed & in ea re. C. ad leg. falcid.* 10 † vbi *Bald.* dicit casum notabilem, & quotidianum, ad quem Aduocati, & Doctores communiter non aduertunt *Guid. Pap. q. 51. secundum stylum. ad fin. n. 2. Aret. cons. 19. col. vlt. post princ. vers. amplius dico. n. 6. ad med. & cons. 3. col. fin. in princ. vers. maxime quia testator. n. 10. Catell. in memorab. in verb. trebellianica non detrahitur. Roman. cons. 106. in princ. vers. primo quia rerum. n. 1. & ibi Mandos.* qui testatur de communi *in verb. non detrahitur.* late *Roland. cons. 9. n. 15. lib. 4. Paris. cons. 126. n. 34. & 35. lib. 1.* 11 † Quidquid alias de cæteris bonis non prohibitis ista deductio trebellianicæ fiat *Rimin. Iun. cons. 456. n. 96. & 97. lib. 4. Neuizan. cõs. 2. n. 43. Menoc. præsumption. 198. n. 28. lib. 4. Eugen. cons. 6. n. 46. Socin. Iun. cons. 170 n. 40. lib. 2.*

Minus oberit, quod prædium, de quo agimus, fuerit datum in solutum Nepti testatoris pro eius legitima, 12 † & alijs creditis, de quibus in consignatione, quasi tunc prohibitio alienationis non intelligatur de necessaria, quæ fit ob æs alienum exsoluendum, cum non obsit creditoribus *l. peto. §. prædium. de legat. 2. Bart. in l. pater filium. 36. in princ. n. 2. de legat. 3.* 13 † Prout generaliter prohibitio alienandi non intelligitur de necessaria, sed de voluntaria *l. 1. de fund. instruct. l. senatus. in princ. de legat. 1. Bald. in l. 2. ad fin. vers. secundo quæritur. n. 4. C. si aduers. vendit. pignor. & in l. 1. C. debitor. vendit. pignor. impedir. non poss.* 14 † Cum sit potentius æs alienum, & ius creditoris, quam prohibitio testatoris debitoris *l. qui solum. §. fin. de legat. 2. l. cum fideicommissum. de fideicommiss. libertat.* 15 Et de ære alieno, quod imminuat fideicommissum etiam quando esset debitum ipsi hæredi, si nullum quoque fecerit inuentarium multa *Surd. cons. 7. n. 23. cum seq. & decis. 62. n. 22.*

Quia quando relictum, & prohibitio consistit in specie, prout in casu nostro, 16 † non potest talis species alienari auctoritate solius hæredis, sed hoc erit faciendum per iudicem, & creditores seruato iuris ordine *Bald. in l. fin. §. & si præfatam. col. vlt. in prin. q. 4. vers. & caue tibi. n. 4. C. de iur. deliberan. Peregr. de fideicommiss. art. 40. n. 28. Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. in 2. lectur. n. 72. col. 8. in fin. vers. limita istam regulam. de legat. 1.* 17 † Vbi quod requiritur, vt non subsint alia bona ad soluendum, si enim extarent, non atten-

attenditur ista necessitas *Purpur. ad Ias. in d. §. diui. in 1. lectur. n. 18. in 7. notab. in verb. voluntariam. Gabr. conf. 118. n. 8. lib. 1.* † Exemplo legitimæ filio debitæ, quæ habetur loco æris alieni, & in ea filius dicitur creditor *Bald. in l. si vero. §. 1. ff. de testam. milit.* cum alijs per *Peregin. de fideicommiss. art. 4. n. 14. & 15.* † Tamen illam non potest filius consequi in re particulariter prohibita alienari, quando alia bona suppetunt pro illius detractione *Cephal. cōs. 320. n. 27. lib. 3. & conf. 674. n. 4. lib. 5. cum alijs supra allegatis. Surd. decis. 316. n. 13.*

Præterea non sufficit sola necessitas alienationis, sed etiam requiritur, † vt creditores vrgeant, & æs alienum prius ex pecunia soluatur, nec pro aliqua parte sit distractio necessaria, sed in totum, itaut pœnitus excludatur voluntaria, & quod non adsint alia bona, vnde solui possit, & quod hoc probetur per allegantem, cum nitatur contra regulam, secundum quam alienatio fieri non potuit; Adeo vt pro luitione vnius rei à testatore obligatæ, liceat aliam rem obligare, non autem dare illam insolutum, si aliæ adsunt; neque enim hæres debet pati, vt à creditore vendatur, quod prohibuit testator, Quidquid aliud sit quando creditor venderet iure creditoris, quia tunc venditio valeret, licet daretur regressus contra hæredem, si potuit aliunde soluere; Vnde cum in casu nostro hæc omnia non interuenerint, sequitur propter prohibitionem alienandi non valuisse dationem insolutum, & conditionem extitisse, & iure vendicari posse huiusmodi prædium alienatum, prout omnia supradicta late declarat *Gabr. conf. 118. n. 5. vsque ad n. 10. lib. 1.*

Maxime stantibus clausulis quouis modo, & ex quacumque causa, † & alijs de quibus in testamento, quæ faciunt, vt magis alienatio interdicatur, adeo vt hoc casu contineret etiam alienationem per modum subueniendi necessitatibus hæredis, quidquid alias non comprehenderet *Alex. conf. 23. col. vlt. lib. 1. Ruin. Curt. Iun. & alij* de quibus *Peregrin. de fideicommiss. art. 46. n. 20. vers. contra expresse.*

Et magis hæres dicitur contrauenisse prohibitioni de non alienando, † cum rem actu tradiderit *Glos. in l. 1. §. si rem depositam. in verb. teneri. ff. deposit. Bald. in c. 1. §. aut si libellaria. col. 2. in fin. vers. sequitur in textu. n. 4. quib. mod. feud. amittat. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. col. 9. ad fin. vers. sed contra istam differentiam. n. 46. ff. de legat. 1.*

EPITOME.

AGens ex certo contractu celebrato à tutore nomine tutorio an audiatur, si neget illum esse tutorem. ¶ Et quando debeat approbari factum cum sua qualitate. ¶ Et quid si approbatio fuerit limitata. ¶ Et quomodo in hoc intelligatur *Rot. decis. 22. de procurat. in nou.* ¶ Generales decisiones an concludant viris doctis, vel requirantur Doctrinæ in puncto, vt melius de iure respondeatur. ¶ Et an decisio Doctoris in terminis habeat vim legis. ¶ Tutor an possit conueniri ad certam rem ante generalem rationem totius administrationis. ¶ Actio directa, seu vtilis negotiorum gestorum quando competat contra tutorem, seu curatorem, & detur cumulatio ad actionem pro cura, seu pro tutela.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa, seu vtilis negotiorum gestorum quando competat contra tutorem, seu curatorem. n. 2. et quando detur cumulatiuè ad actionem pro tutela, seu pro cura. n. 3. & 7.*

4 *Auxilium vnum extraordinarium non excluditur ab alio.*

5 *Habilitas requiritur, vt quis possit conueniri actione pro tutela.*

6 *Tutor gerens negotia eius, qui iam pubes est, non tenetur actione pro tutela, sed negotiorum gestorum.*

8 *Actio pro tutela competit quando impedimentum oritur ex parte eius, qui gerit, secus illius cuius negotia geruntur.*

9 *Agens ex certo contractu celebrato à tutore nomine tutorio agente, non auditur, si negat illum fuisse tutorem. n. 10. & 13.*

11 *Agens ex instrumento debet fateri omnia in eo asserta.*

12 *Factum est acceptandum cum sua qualitate, & causa, & quid si acceptatio fuerit limitata. n. 17. & quomodo intelligatur Rot. decis. 22. de procurat. in nou. n. 18.*

14 *Qualitas non potest diuidi ab ipsa dispositione.*

15 *Totum non potest separari à suis partibus, & qualitatibus.*

16 *Dispositio noua dicitur, si ab ea qualitas detrahatur.*

19 *Generalia sunt faciliora, & ad ea non est recurrendum, sed ad singularia tamquam magis vera quamuis difficiliora.*

20 *Respondendum est de iure per speciales decisiones, non per regulas generales.*

21 *Generalia concludunt grossis viris, non doctis.*

22 *Theoricæ generales non illuminant intellectum practicum.*

23 *Decisio Doctoris in specie an habeat vim legis.*

24 *Approbatio contractus cum suis qualitatibus an debeat fieri tam respectu tertij, quam negotiorum gestoris.*

25 *Tutor an possit conueniri ad certam rem ante generalem rationem totius administrationis.*

CAPVT CCCXXXV.

TEstator quando dedit curatorem, & adultus non petijt, Dicebatur quod talis datio non arctauit illum ad gerendum, & per consequens si gessit, videtur sponte gessisse, † vnde competeret actio directa negotiorum gestorum, quidquid aliud sit, quando arctaret, quia tunc competeret vtilis *Alex. in l. curatori. 6. in prin.* & ibi

& ibi Castr.n.2.Salic.in fin.vers.quaero an in casu nostro.n.2.C.de negot.gest.post Bart.ibid. in princ.& Corn.n.1.

Et facit, nam quod fit per curatorem sine confir- 2 matione valida † venit in actione negotiorum gestorum tamquam gestum à simplici gestore, cum non sit curator, neque habeat ius administrandi sine confirmatione *l.eaius.ff. de excusat. tutor.l pater seuerinam.§.conditionum.ff. de cōdit.& demonstrat.* Vnde tamquam contra simplicem gestorem agendum erit *Bald. in l.curatorem.n.1.& 2.de negot.gest.*

Hoc stante non poterit dari ista actio negotiorum gestorum cumulatiue ad actionem pro tutelae, 3 seu pro curae † cum vt dictū est, detur actio negotiorum gestorum directa, quae non concurrit cum actione pro tutelae, licet quando daretur actio vtilis negotiorum gestorum, posset habere locum concursus, quasi vtilis cum vtili ad 4 inuicem non se impediat; cum ambae sint auxilia extraordinaria, & vnum non excludatur ab alio *l.de pecoribus.C.ad leg.aquil.l.quemadmodum.§.magistratus.ff.eod tit.Glos. in l.qui bona. §.si quis opus. ff. damn. infect.* & in specie ita distinguit *Bart.in l.1.§.si curator.n.1.& 2.ff.de eo qui pro tutor.negot.gess.*

Adde quod sumus in eo, qui administrauit tamquam simplex negotiorum gestor, cum non potuerit dici curator sine confirmatione valida, 5 vt supra dictum est; † Vnde per consequens cessat actio pro tutelae, seu pro curae, requiritur e[...]n habilitas, vt quis posit cōueniri illa actione *Glos.in l.3.§.hac actione.in verb.necessitatis.* 6 *in fin.ff.de neg.gest.* † Prout dicimus de tutore gerente negotia eius, qui iam pubes est, neque tutorem habere potest, non enim contra talem datur actio pro tutelae, cum debeat esse persona, cuius aetas recipiat tutelam, idest, quod sit impubes; Vnde solum aduersus eum dabitur actio negotiorum gestorum, cum non posit habere locum concursus istarum actionum, prout in terminis est tex. *in l.1.§.si quis quasi tutor.ff. de eo qui pro tut. neg.gess.& ibi Glos. in verb. actio.& in verb.hanc actionem.Salic. in l.militia armata. 4. in fin. vers.secundo casu. C.qui dar. tut. vel cur. poss.*

Maxime, quia sumus in casu, in quo curator sponte gessit ob administrationem susceptam sine 7 petitione adulti, † tunc enim orta est actio directa negotiorum gestorum, nam si ex necessitate gestum fuisset, daretur vtilis, quasi tunc gerens ex necessitate dicatur gerere tamquam negotia propria ipsius gerentis cura, & sollicitudine, Vnde non potest habere locum directa, sed vtilis per extensionem iurisconsulti, Intelligendo quando non oritur propria actio; Nam si necessitas incumberet alicui ex natura alicuius contractus, vel quasi, ex quo oriretur propria actio, vt tutelae, & mandati, tunc non haberet locum actio negotiorum gestorum, prout distinguit *Bart.in l.3.§.hac actione.n.1.& 2. ff.de neg.gest.* vbi ita declarat *l.curatorem.C. eod. titul.*

Accedat quod quando impedimentum est ex par- 8 te eius, cuius negotia geruntur, † quia scilicet tutorem, vel curatorem habere non potest, datur solum actio negotiorum gestorum, non autem actio pro tutelae, quae tantum competit, quando impedimentum oriretur ex parte eius qui gerit *Cyn.in l.1.ad med.C. de eo qui pro tut. negot.gess.post Glos.ibi in verb. pro tutore. in princ.* sequitur *Bart.in l.3.§. hac actione. in fin. ff.de neg.gest.* & multum notandum dicit *Salic. in l.militia armata.in fin. vers.secundo casu.C. qui dar.tut.vel cur.poss.post Cyn. ibid. ad med. vers. solutio.n.2.*

Haec videbantur sufficere pro excludenda actione pro tutelae, seu pro curae; sed quoniam de eis dubitabatur, quasi essemus in eo, qui non sponte gessit, & quia officium iniunctum arctabat gerentem, maxime ad fauorem minoris, in cuius electione erit, qua actione velit agere; 9 Ideo tutius † & sine vlla difficultate concludendum est ex alia ratione non potuisse agi, prout actum fuit ex instrumento, de quo in processu, Nam agens ex certo contractu celebrato à tutore nō auditur, si negat illum fuisse tutorem, quia non impleuit contractum, ex quo vult agere, tenetur enim talem contractum cum sua causa approbare, Ita in specie omissis generalibus concludit *Bald.cons.10.statuto cauetur.& cons. 32.in fin.vers. conclusio mea. & cons.34.n.1.& cons.44.&* melius *cōs.15.omnis assessor. eod.lib.*

10 Vbi † quod petens executionem instrumenti facti à tutrice tutorio nomine non potest negare illam fuisse tutricem, quia quando petitur executio instrumenti, tunc instrumentum, est pars formalis ipsius petitionis, & ille qui negat id, quod est pars formalis instrumenti est contrarius suae petitioni, sed hic negando esse tutricem negat in petitione illud, quod est formale instrumenti, ergo non procedit petitio, & quod ista qualitas sit formalis probat 11 *Idem Bald. dict. cons. 15. lib. 2.* † vbi addit quod agendo ex instrumento debet necessario confiteri omnia, & singula asserta, cum talis petitio sit impossibilis, & contraria instrumento, & iniqua, & euidenter cauillosa, quasi deficiat consensus, cum alias qui contraxit non contraxisset, nisi cum ista qualitate veri tutoris, Quare debet agi via ordinaria, quia tale instrumentum non meretur executionem, si negatur tutela, Idem quoque sequendo *Bald.* voluit *Tiraq.de retract.cōuen.ad fin.tit.n.5.f.586.*

12 Vbi *vsque ad n.11.* addit similia de facto acceptando cum sua qualitate & causa, de quibus etiam multa *Surd.cons.52.n.39.vsque ad n.44. lib.1.Brun.de reb.dub.fol.14. n.4. in fin.* quem amplissime de similibus qualitatibus acceptandis tractare dicit *Cephal.cons.312. n. 150. lib.3.* 13 quod † etiam in minore de contractu tutoris voluit *Curt.Iun.cons.147.n.7.& 8.lib.1.*

Et de qualitate quod non posit separari ab ipsa 14 dispositione † *Bald.in l.si quidem.de exception. Grat.cons.151.n.22.lib.2.Rot. diuers. decis.266. n.1.p.1.* Quasi totum non dicatur sine suis partibus,

15 tibus,& qualitatibus † *l. qui vsufructu.de verb. oblig.l.si quis eum posuit.de except.rei iudic.* Ita vt si detraherentur d. qualitates non posset amplius dici comprehensio sub eadem dispositio-
16 ne, † cum potius tunc dicatur omnino noua dispositio *Bald.in l.penult.in fin.princ.de excus. tutor.Socin.cons.87.pensatis.in fin.n.9.lib.4.* per tex.*l.1.§.quis simpliciter.de verb.oblig.l.ius ciuile.de iust.& iur.*

Immo prædicta etiam habent locum quamuis
17 acceptatio fuerit limitata, † & facta quo ad aliqua tantum, quia adhuc tenetur ad omnia, quæ ipsi actui acceptato incumbunt *Rimin. cons.132.n.12.* vbi allegat *decis.* Rot. quam dicit singularem 303. *in nou. alias 23. licet procurator.de procurator.in nou.& Aym.* sequitur *Surd. cons.52. n.41.in fin. lib. 1.* Licet hoc de limitatione, & protestatione non sit tutum, prout esse dubitabile dicit *Idem Aym.dict. cons.132.*
18 *n.12.ad med.* † Cum *dict.decis.303.alias.22.de procurat.in nou.* procedat quando procurator acceptauit simpliciter, prout ita intelligit *Papazon. ibid. in addit. in verb. licet procurator. & in addit. ad decis. 26.alias.733. fuit dubitatum. de procurat. in nou. & in addit. ad decis. 9. alias 147. eod. tit. in nou.* vbi testatur ita seruari in praxi.

Alia similia de approbatione actus cum suis qualitatis non opus est allegare, cum adducantur per supradictos Doctores, & habeamus auctoritatem in specie *Bald.* fundatam ratione, vt dictum est, Ideo non debemus reccurrere ad
19 generalia, † cum sint faciliora, sed ad singularia tamquam magis vera, licet difficiliora secundum *Philosoph.2.athicor.* de quo *per Aretin.cons.13.n.1.in fin.& cons.99.in princ.Mantua.cons.32.n.2,& cons.121.n.10.& cons.208.*
20 *n.2.lib.1.* † Cum etiam sit respondendum de iure per speciales decisiones, non per regulas generales more pauperum Doctorum, vt dicit *Felin.in c.1.col.6.post med.vers.& ista nota vt scias.n.6.in fin.de præscript.Vincent. de Franc. decis.266.n.3.Martin.Monter.in respons.pro vxoris amita.p.3.n.154. quod est post decis. 45.*
21 Immo non † est standum istis generalibus, quæ non sunt apicicatoria, neque concludunt subtilibus viris, sed grossis, vt docet *Aret. cons. 106.in præsenti dubitatione.col.4.post med.vers.*
22 *venio ad tertium.n. 6. in fin.* † Cum theoricæ generales non illuminent intellectum practicum, qui debet esse de rebus singularibus, & tractam quodammodo subiacentibus *Bald. in c.cum accessissent.col.penult.in princ. vers.modo prosequor.n.21.de constit. Cardin. Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit.1. n.1.* Nam alias in singulis ambiguum superest *Monter.*
23 *in d.responso.n.155.* † Vbi etiam quod decisio Doctoris in specie habet vim legis quamuis sine auctoritate loquatur, si non adsit contradictor *Iaf. in l.penult. col. penult. C. de pact. Rimin. Iun. cons.689.n. 160. Marzar. in epit. de fideicommis. p. 2. q. 8. n. 3.*

Illud tamen addendum est in materia approba-
24 tionis contractus cum suis qualitatibus, † quod in præiudicium tertij non potest actus approbari secundum quid, sed in præiudicium negotiorum gestoris distinguendum est, quod aut Domino potest plene consuli non variando, & tunc non debet variare, aut non potest ei plene consuli in totum appellando, & tunc potest approbare factum, & reprobare modum, Aliud enim est in scriptura testimoniali, quæ debet esse in totum vera, vel falsa, Aliud ad administratione negotiorum, Ita declarat *Bald.in l. obseruare.§.post hac.col.3.in fi.vers.quinto quaero.n.6.ff.de offic.proconsul.& legat.*

Obseruandum est etiam quod vbi agitur via or-
25 dinaria, & ex iure communi † poterit tutor conueniri ad certam rem ante generalem rationem totius administrationis, secus quando ageretur via executiua instrumenti, in quo promisit rationem reddere. & reliqua restituere, tunc enim non conuenitur ad certum quid dandum, vel soluendum late *Surd. cons.296. n.23.lib.2.*

EPITOME.

PRæsumptiones, & coniecturæ quales debeant esse ad probandam tacitam societatem. ¶ Et an sufficiant confessiones, testes singulares, libri rationum, actus positiui, dimissiones pecuniarum apud socium, communis reputatio, publica vox, & fama cum similibus. ¶ Mandatum ad societas dicatur sit mande emi frumentum communi nomine. ¶ Cancellatio sententiæ, seu instrumenti facta ad fauorem vnius quando obstet, vt alius non possit ex illis agere, ¶ Tutela an probetur ex communi reputatione. ¶ Habentes conductiones de publico an possit insolidum conueniri, vel insolidum conuenire. ¶ Et quid in illis qui assumpti sunt in consocios post conductionem à principalibus factam. ¶ Et an tales assumpti possint alios consocios obligare. ¶ Socius an teneantur solum pro ea quantitate, quam in societate posuit.

SVMMARIVM.

1 *Tacita societas probatur coniecturis, & præsumptionibus. Et quales debeant esse ista coniectura.n.2.& 21.*
3 *In societate omnium bonorum inducenda, debent esse præsumptiones plures, & graues.*
4 *Patruus gubernans personam, & res nepotis nõ dicitur contraxisse cum eo societatem, quamuis bona cum eo retineat.*
5 *Societas probatur ex confessione extraiudiciali, Et qualis debeat esse.n.6.& 7.*
8 *Confessio absente parte facit semiplenam probationem, si probetur per duos testes. Intellige vt n.9.& 10.*
11 *Imperfecta probationes, quando coniungantur ad plene probandum.*

Con-

12 *Confessio societatis geminata praiudicat ac si esset iudicialis.*
13 *Societas probatur, si aliqui consentiunt, dum dicitur, quod debeant esse socij omnium bonorum.*
14 *Libri rationum vtriusque partis sociorum faciunt præsumptionem validam ad deferendum iuramentum in modicis summis. Et quando ex d. libris probetur voluntas contrahendi societatem, vel illam reuocandi. n. 29. & 30.*
15 *Societas est præsumenda ad effugiendum dolum, & intentionem sibi particulariter acquirendi.*
16 *Societas dicitur contracta, si mandetur emi frumentum communi nomine, neque hoc casu erit simplex mandatum. Amplia vt n. 17. & 18.*
19 *Socij dicuntur, si plures præposuerunt vnum ad exercendum aliquam negotiationem.*
20 *Argentarij, quando dicantur habere publicam causam, & officium. Et de coniectura societatis per confusionem bonorum.*
22 *Confessio absente parte non probat societatem, neque prodest ad lucrum consequendum. & n. 23.*
24 *Forma societatis est probanda, vt ex ea possit agi.*
25 *Coniectura dimissionis pecuniæ apud socium an sit actus positiuus, ex quo dicatur probata societas. & n. 26.*
27 *Maritus retinens dotem vxoris non censetur ex hoc adiuisse hæreditatem nomine filiorum.*
28 *Actus consistens in pati non arguit consensum.*
31 *Liber priuatus scriptus sub nomine alicuius, & sociorum an probet, si illud verbum sociorum sit cancellatum.*
32 *Cancellatio sententiæ condemnatoriæ quo ad solutionem remanebit firma quo ad infamiam.*
33 *Tutor an possit conueniri à pupillis pro instrumento, in quo confitetur habuisse bona inuentariata, si illud fuerit cancellatum, quia eadem bona reddidit matri pupillorum.*
34 *Communis reputatio non probat societatem.*
35 *Error communis, quando faciat ius.*
36 *Tutela non probatur ex communi reputatione.*
37 *Singularitas testium non obstat in probanda societate.*
38 *Sæuitia, & similia entia successiua probantur per testes singulares.*
39 *Socius obligatur solum pro ea quantitate, quam in societate habet. Fallit stante statuto. n. 40.*
41 *Locans, seu vendens vectigalia potest agere non solum contra conductores illorum, sed etiam contra eos, qui illis communicant, & consocij effecti sunt, prout econtra ei datur actio aduersus omnes debitores vectigalium. n. 42.*
43 *Habentes conductiones de publico possunt insolidum conuenire, & insolidum conueniri. Et an tales assumpti in socios possint alios consocios obligare. n. 44.*

CAPVT CCCXXXVI.

SOcietas, vt dicatur tacite contracta, pendet à coniecturis, & præsumptionibus *Bald.* 1 *cons. 304. † non est nouum. post med. vers. respondeo ista probatio. n. 1. lib. 1. Ias. cons. 2. col. 7. ad med. vers. sexto facit quia in ista societate. lib. 3. Menoch. præsumpt. 56. n. 4. lib. 3. & cons. 860. n. 7. & cons. 657. n. 1.*

Istæ tamen coniecturæ debent esse tales, quæ de necessitate inferant societatem contracta n, 2 ita vt sint præsumptiones, † & actus, qui non possint fieri citra ius, & nomen societatis, & quandoque sunt graues, quandoque violentæ, & aliquando leues secundum qualitatem casuum *Dec. cons. 21. col. 2. ad med. vers. talis enim* 3 *societas. n. 1.* † Vbi infert quod in societate omnium bonorum inducenda debent esse coniecturæ plures, & graues *Cephal. cons. 247. n. 20. lib. 2.* Vbi quod isti actus debent concludenter probari, vt inferant societatem, vnde subdit, quod patruus gubernans personam, & res nepotis non dicitur contraxisse societatem, 4 quamuis † bona simul in communi retinuerit, cum potuerit moueri intuitu pietatis tanquam ad eum vti proximiorem spectet d. administratio, ad cuius rationem reddendam tenebitur non tamen tanquam socius communicabit *Mascard. conclus. 1310. in fin. n. 48.* vbi de communi omnium opinione testatur *Alciat. præsumpt. 25. n. 1. cum seq. reg. 3.*

Coniectura autem societatis colligitur, quando constaret ex aliqua confessione extraiudiciali 5 hos aliquando dixisse se esse socios, † tã aliquorum bonorum, quam lucrorum *Socin. cons. 160. in præsenti consultatione. col. 4. ante fin. n. 8. vers. sed quid plura. lib. 2.* Vbi loquitur de confessione præsente parte, dum patruus hortabatur ne-6 potes, † vt gererent diligenter illam negotiationem, asserens se ad communem vtilitatem gerere, & quod negligentia verteretur in præiudicium commune.

Idem in confessione societatis absente parte, quæ faciet præsumptionem aduersus confitentem, 7 & † semiplenam probationem *Roman. cons. 291. cum isti fratres. col. 4. post med. vers. tertio nec earum. n. 8. & ibi Mandos. in verb. præsumptionem. Idem Mandos. ad eundem Rom. cons. 373. in casu proposito. ad fin. in verb. determi-* 8 *nat. & in verb. facere.* † Vbi de ista confessione, quod faciat semiplenam probationem, quando est facta absente parte, probata tamen per duos testes, vt de magis communi testatur *Afflict. decis. 375. n. 3.* Intelligendo in his, quæ depen-9 dent à voluntate duorum, † si enim à voluntate vnius, in quibus non requireretur præsentia partis, tunc talis confessio sibi noceret *Affl. ibid. n. 4. Alex. cons. 13. col. vlt. in princ. n. 8. in fin. lib. 1.* Vbi quod quando testis non deponit de substantia negotij, aut promissionis, sed de confessione facta absente parte etiam si probaretur confessio per duos testes, non esset ple-10 na probatio; † vnde si vnus testis deponeret de veritate, & substantia contractus, & societatis, vt quia illi contractui interfuit, alter testis deponit de fama, alius de aliquo adminiculo, seu indicio, certe isti tres testes non 11 coniunguntur ad plenam probationem, † so-

lum enim iunguntur indicia plura ad plene probandum, quando vnumquodque indicium est sufficienter probatum per duos testes *Bald. in l. si quis ex argentarijs. §.1. de edend.* late *Alex. d. conf.13. col. vlt. n.19. lib.1.*

Quando tamen ista confessio societatis esset ge-
12 minata, & pluries repetita; † ita praeiudicaret ac si esset iudicialis, & facta in figura iudicij *Ias.* in specie *conf.2. col.7. ante fin. vers. septimo vltra tot & tantas. lib.3.*

Non solum autem dicta confessio probabit socie-
13 tatem, vt supra, sed etiam probabitur, † si fratres maioribus suis, aut alicui eorum consensissent, dum dixerunt, quod esse deberent socij omnium bonorum *Menoch. praesumpt. 56. n.33. lib.3.*

Saepe etiam recurritur ad libros rationum vtriusque partis sociorum pro habenda quadam
14 praesumptione, † non pro plena probatione, quae praesumptio valebit pro deferendo iuramentum in modicis summis *Bald. conf.204. ante fin. n.2. lib.1.* Itaut etiam si in iudicando, quem socium inducatur praesumptio bonita-
15 tis, † concludendum fit extare societatem, ne dicamus quod illam non inducendo, quis acquisiuerit dolo, & intentione sibi particulariter acquirendi *Rimin. Iun. conf.280. n.44. lib.3.*

Idem si mandetur emi puta frumentum communi nomine, dicitur enim ex hoc contracta socie-
16 tas, † neque erit simplex mandatum, prout in alijs qui emerunt rem communiter *Bald. in l. cum duobus. ff. pro soc. Decian. conf.97. n.35. lib.2.* vbi ampliat quamuis principales non
17 emerint, † cum sufficiat illis mandantibus per eorum nuncios hoc factum fuisse *l. societatem coire. ff. pro soc.* Et multo magis hoc erit, si non solum emptio est facta communi nomine, sed etiam si venditio frumenti eodem commu-
18 ni nomine fieret † *Decian. d. conf.97. n.40. lib.2.* Vbi etiam quod si plures praeposuerunt vnum ad exercendam aliquam negotiationem, dicuntur ex hoc effecti socij, & tales sic mandantes
19 insolidum tenentur † ex facto institorum. *Gabr. conf.157. n.5. lib.2. Mastrill. decis.135. n.20. cum seq* vbi multa, quando inter Argentarios, & similes dicatur contracta societas, & quo casu tales habeant publicam causam, & pu-
20 blicum officium. † Et de coniectura initae societatis per confusionem bonorum *Idem Mastrill. decis.75. n.6. p.1.*

Ex praedictis apparet non esse probatam societatem, de qua agebamus, cum coniecturae, & praesumptiones super quibus se fundabat actor
21 non sint tales, quae includant actum societatis, vt dictum est supra *vers. ista tamen.* Neque vlla vis potuit fieri in confessionibus, cum de eis neque constet, nisi per testes singulares, qui non sufficiunt, iuxta superius adducta *vers. idem in confessione.*

Et quamuis etiam plene probaretur confessio, quod quis fassus fuerit se socium, non tamen
22 ex ea probatur societas, † quia cum facta sit parte absente, non facit nisi semiplenam probationem, vt in specie declarat *Castr. conf.269. ad fin. vers. & posito. lib.2.* Itaut si non apparet de societate per instrumentum, vel per scripturam manu partium, nec per testes, qui in-
23 terfuerunt contractui societatis, † non tamen hoc prodesset ad lucrum consequendum, quia si adfuisset damnum, negasset illud subire, vt concludit *Idem Castr. d. conf.266. n.2. lib.2.*

Praesertim, quia nulla fuit probata forma societatis, neque ad illum actum, de quo quaereba-
24 tur, † prout debebat probari *Bald. conf.125. lib.5.* Vbi ex hoc consuluit non sufficere, quod duo faciant simul macellum ad effectum, vt animalia per vnum empta communicentur.

Nec facit coniectura dimissionis pecuniae apud socium, per quam dicitur quis facere actum
25 positiuum, † quasi videatur pecuniam apud se habere, & postea breui quadam manu socio tradere, Itaut ex isto actu positiuo censeatur societas contracta *Alex. conf.136. viso processu. col. penult. ante med. vers. nec obstat si diceretur. n.4. lib.5. per tex. in l. singularia. ff. si cert. petat.*

Quia verius est, quod ista dimissio capitalis non
26 sit actus positiuus, sed actus non facti, † ex quo non potest resultare nouus consensus aptus ad renouationem societatis, vnde non dicetur societas renouata, cum possit argui etiam dimissum capitale ad custodiam, Et sic non semper praesumitur dimissio capitalis pro renouanda societate late *Menoch. conf.121. n.83. cum
27 seq. lib.2.* † Vbi etiam de marito, retinente dotem vxoris, qui non censetur, ex hoc adiuisse haereditatem nomine filiorum, cum iste actus retentionis sit solum silentium, quod nihil refert, Quare silentium non significat animum,
28 & voluntatem hominis, † quasi actus consistens in pati non arguat consensum *Menoch. d. conf.121. n.83.* Vbi etiam de socio retinente pecuniam alterius socij, & ea vtente, qui non acquirit aliquid communi nomine, & ei solum tenetur ad vsuras *l. socium qui in eo. in princ. ff. pro socio.* Quamuis de istis non esset discutiendum, cum non fuerit probata neque principalis societas, neque dimissio capitalis, neque agatur de renouatione, sed de primo actu societatis.

Accedat, quod contrahere societatem, vel non contrahere dependet a voluntate vniuscuius-
29 que, † & in declarando huiusmodi voluntatem etiam libri priuati rationum faciunt plenam fidem, vnde si fuerint facti actus dubij, itaut non appareat contractam fuisse societatem nec ne, stabitur scripturae priuatae, in qua talis scribens hoc declaret, quando scilicet in illis libris, ac scripturis adnotasset, quod emebat granum nomine proprio, & non communi, claues domus, vbi reponebatur, penes se retinebat, & alia his similia, prout erat in casu, de quo agebamus, tunc enim ista scriptura, quamuis priuata plenam fidem faciet ad probandam voluntatem non contractae societatis

cietatis *Dec.conf.21. viso puncto & diligenter col.4.ad med.n.6.Stracc.de mercatur. n.53.fol. 42.Rimin.Iun.conf.280.n.3.lib.3.Cephal.conf. 340.n.2.lib.3.per l.nesennius.36.in fi.vbi Bart. n.4.ff.de negot.gest.& in l.admonendi.de iureiur.& in l.nuda.de donation.& in auth. si contractus.C.de fid.instrum.*

Et ita concordantur opiniones contrariæ, quæ procedunt, quando iam erat contracta socie- 30 tas,† tunc enim tales scripturæ non probabunt istam voluntatem,ad effectum, vt illa censeatur reuocata,quia non potest hoc casu ei derogari in præiudicium alterius socij, si vnus occulte faciat scripturam altero ignorante, & sic non erit dissoluta societas, cum solum huiusmodi scriptura fidem faciat, quando non apparet an fuerit,nec ne illa contracta *Butr.conf. 71. primo videtur. ad fin. vers. ergo erat actus iste. Dec. d. conf.21. n.6.Rimin.Iun.conf. 280. n. 3. lib.3.*

Immo etiam si appareret librum priuatum fuisse 31 inscriptum sub eius nomine, & sociorum, † & verbum illud sociorũ esset cancellatum, tamen idem liber probaret non obstante dicta cassatura,& si consentiret scribens,quod d. verbum sociorum cassum haberetur pro non cancellato, non ex hoc posset dici liber vitiatus, & sic posset etiam colligi voluntas contractæ societatis *Castr.conf.314.omisso primo in princ. n.1. lib.2.Stracc.de mercatur.p.2.n.54.*

In quibus est notandum, quod ea, quæ dicta sunt de cancellatione semper sunt restringenda ad 32 causã † propter quã illa facta fuit, vnde si fiat cancellatio sententiæ condemnatoriæ ob solutionem,remanebit firma quo ad infamiam,& si fiat ob solutionem vnius, executioni demandabitur quo ad alios, late *Surd. conf. 16. n. 15.* 33 *vsque ad n.20.lib.1.* † Vbi ex hoc concludit, quod tutor poterit conueniri pro instrumento ab eo facto,in quo confitetur habuisse bona inuentariata,quãuis enim d.instrumentum fuerit cancellatum, quia idem tutor reddidit dicta bona inuentariata matri pupillorum, tamen ista cancellatio non operabitur impedimentũ, quo ad executionem petitam à d. filijs, quod etiam erit in libris sociorum stante cancellatione respectu vnius, de quibus latius Deo dante alibi dicendum erit.

Neque prædictis oberit, quod socius in casu nostro fuerit communi opinione reputatus pro 34 tali: † Nam non ex hoc probatur contractus societatis; Communis enim opinio sufficit ad probandam qualitatem hominis, ex qua actus hominis reddatur solemnis, non autem satis est ad probandum contractum, de quo non constat,ita in societate concludit *Rimin. Iun. conf.377.in fin.n. 37. & 38. Ruin. conf. 92. n. 11.lib.1.* Ex doctrina *Bald.in l.2. in fin. C. de sentent.& interlocut.omn.iud.* Vbi si erat publi- 35 ca opinio, † quod talis esset mortuus,vel quod Titius erat emancipatus,cum tamen non esset verum, iste error non facit ius, ideo testamentum non valebit, quidquid aliud sit fauore iurisdictionis,vel respectu solemnitatis, cum hoc pertineat ad substantialitatem; Quare licet valeant gesta, si solemniter facta sint iuxta *l.barbarius.de offic.præsid.* Tamen Barbarius non erat in vera substantia officij,cum ens,& verum conuertantur, & vnumquodque sicut se habet ad esse, sic ad veritatem, vt ex *Arist.2.Metaphis.*dicit *Bald.in d.l.2.in fin.C.de sentent.&* 36 *interlocutor. omn. iudic.* † Et de tutela, quod non valeat, quamuis tutor fuerit communiter reputatus, & diu se pro tali gesserit *Gabr.conf. 36.n. 36. lib. 1.* Quia communis reputatio, & quasi possessio nihil operatur in tutelis, nec in officijs priuatis, cum in istis non intersit an aliquid sit publicum, vel occultum *Felin. in c. sicut.n.32.de re iudic.*

Minus obstat, quod societas probetur ex pluribus actibus diuersis per testes singulares. Quia nihil probatur in casu nostro respectu actuum, sed solum testes deponunt de confessione, quæ non probatur per testes singulares, vt dictũ est supra *vers. idem in confessione.n.7.*

37 Si tamen isti actus probarentur,vera esset conclusio, quod singularitas non obstaret, societas enim est quid successiuum continens plura indiuidua socialia,adeo vt ad probandum aliquod ens successiuum,vel in genere sufficiãt testes singulares deponẽtes per diuersa media, ita de societate *Corn.conf.134.col.1.& 2.lib.1.* 38 *Siluest. Aldobrand.conf.71.n.30.* † Vbi etiam multa de sæuitia, & similibus quod probentur per testes singulares.

Addebatur etiam quod quamuis probaretur societas, tamen non poterat conueniri socius 39 vltra corpus societatis, † cum vnusquisque solum obligetur pro quantitate, quam in ea habet. Contrahens enim cum societate debet inuestigare qualitates, & quantitates illius societatis, & eorum, cum quibus contrahit, & sic tenebitur socius insolidum, quatenus tamen ascendit summa sortis in societate posita cum lucro percepto ex d.sorte *Osasc.decis. 150.* 40 *n.8.* † Quidquid aliud sit stante statuto, quod omnes socij ex contractu vnius socij insolidum obligentur, tunc enim cessat d. quæstio vt per *Magon.decis.Lucens.1.n.24.*

Verum esset, quod in emptionibus, aut conductionibus vectigalium, aut pedagiorum,si illa 41 communicantur cum alijs socijs, † & acquirantur in eis consocij, poterunt locantes, & vendentes agere contra eos ad solutionem pretij, sicut contra emptores, aut conductores dictorum vectigalium; Prout è conuerso ipsi socij poterunt exercere eorum iura 42 sine aliqua cessione † contra omnes debitores vectigalium, sicut si ipsi emptores fuissent *Ang. in l. 1. ad fin. in vlt. notab. de loc. publ. fruend. in tit. de interdict.* Vbi quod est tenendum menti tanquam quotidianum. Et sequitur *Rebuff.in tract. de mercatur.art. vlt. glos.vnic.n.15.* † Vbi quod habentes conductionem de publico possunt insolidum conuenire, & insolidum conueniri *Alciat.in l.ciuitas.ff.si*

cert.petat. vbi asserit publicanos obligari, & socios vectigalium ex contractu administratorum publicanorum, quamuis non probent pecuniam versam in rem eorum, quod etiam referendo *Ang.Rebuff.et Alciat.* notat *Rot.Genuens.*

44 *decis.14.n.25.* † Licet *ibid.n.120* subdat intelligendos esse prædictos, vt loquatur solum quod tales assumpti in socios possint conueniri à Republica, & conuenire debitores societatis vectigalium, Non autem, quod vnus socius contrahendo cum tertio alios socios obliget, cum illos non possit obligare, prout nec *Ang.* nec *Rebuff.* hoc affirmant. & *Alciat.* licet dicat quod administratores publicanorum obligant Dominum, quia illis concesserunt administrationē non tamen cōcludit quod alios consocios obligent, cum de hoc nullum verbū, vt per *Rot. Genuens.d.decis.14.n.130.* Et de socijs quando insolidum obligentur *Rimin.Iun.cons.331.lib.3* Et quod requiratur expressa obligatio & non sufficiat societas tacita *Surd decis.213. Mar. Mut super consuetud Panormit.c.46.n.37.*

EPITOME.

IN definita quando æquipolleat vniuersali tā in probationibus, quam in vltimis voluntatibus. ¶ Testes deponentes Abbatem, & Monachos constituisse procuratorem an probent mandatum totius capituli. ¶ Et quid si deponant super dispositione collectiua an tunc intelligatur deposuisse de omnibus, & de tota re. ¶ Mandatum contra omnem personam an comprehendat collegium, & Rempublicam. ¶ Restitutio in integrum quo casu peti possit sine speciali mandato & quando dicatur incidenter postulari. ¶ Constitutio procuratoris an probetur per testes. ¶ Producens mandatum nullum an possit se iuuare ex valido.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio procuratoris potest probari per testes dummodo non sit ad exigendum.*

2 *Testes deponentes procuratorem fuisse constitutū per Abbatissam, & Moniales non probant, quod totum Capitulum illum constituerit. n.3. & 17. Contrariū n.11. Declara vt n.16. & 18.*

4 *Probatio testium deponentium de terreno non intelligitur de toto, secus in vltimis voluntatibus, in quibus testator loquens de hæreditate venit tota. & n.9.*

5 *Testes loquentes de dominis debent intelligi de duobus, non de omnibus.*

6 *Communitas non dicitur fecisse, si testes probant quod homines illius fecerunt.*

7 *Renunciatio indefinita de restauro non intelligitur de omni & quocumque restauro.*

8 *Probatio indefinita tam per testes quam per instrumenta non æquipollet vniuersali.*

10 *Deponens aliquem exercuisse iura episcopalia non probat de omnibus.*

12 *Capitulum est nomen collectiuum, & si dicatur constituisse procuratorem intelligitur de toto.*

13 *Verba filij, agnati, & cognati sunt collectiua.*

14 *Testes deponentes super dispositione collectiua an probent de tota.*

15 *Nomen podere est nomen vniuersitatis significans plura prædia. n.21. & 22.*

19 *Mandatum contra omnem personam non comprehendit Rempublicam, Collegium, et Vniuersitatem.*

20 *Constitutio procuratoris est stricte intelligēda.*

23 *Mandatum validum in causa principali extenditur etiā ad causam restitutionis in integrū.*

24 *Restitutio in integrum quando sine speciali mādato peti possit, & quo casu dicatur incidenter postulari. & n.25.*

26 *Restitutio in integrum conceditur ob specialem fauorem petentis, neque in ea quis cogitur habere nouū defensorē, sed potest compelli primus*

27 *Procurator restringens se ad mandatum nullum non potest se iuuare ex valido.*

CAPVT CCCXXXVII.

MAndatum procuratoris posse probari per testes, quidquid aliud sit in mandato 1 ad exigendum, † passim concludunt *Doctores* de quibus per *Sarnens. decis.50.lib.1.* de qua per *Card.Mantic.de tacit.& ambig. conuent. lib.7.tit.3.n.26.* cum alijs quos adduxi *decis.105* & latius *in addit.n.1.*

In casu tamen, de quo agebamus, quamuis fuerint examinati multi testes ad probādum huiusmo-2 di constitutionem procuratoris, † Tamen dixi illam non esse legitimè probatam, cum solum testes deponant de Abbatissa, & Monialibus, quæ verba possunt verificari in duobus, & per consequens non constat quod interuenerit cōsensus totius capituli, seu maioris partis, quasi in probationibus indefinita non æquipolleat vniuersali, cum debeat talis probatio de necessitate concludere; Ita in specie de canonicis constituentibus syndicum resoluit *Alex. cons. 108. in causa & lite vertēte. col. penul. ante med. vers. benè facit quod notat. n.14. lib.2. & cōs.110. visis acutissimis. col. 1. in fin. lib.1. post Oldrad.* 3 *cons.100.* † vbi loquitur de Monachis. *Ripa* qui de veriori opinione testatur *in c. cum m. ferrarien. col.4. ante fin. vers. secundo obstat decisio. n.11. de constitut.*

Quare probatio facta per testes de terreno non 4 intelligetur de toto † *Surd.* qui alia similia adducit *decis.163.n.9. vsque ad n.13.* Quidquid aliud sit in vltimis voluntatibus, in quibus testator loquens de hæreditate, intelligitur de tota *Idem Surd.cons.352.n.19.lib.3.* & multa quando in vltimis voluntatibus indefinita æquipolleat vniuersali *Menoch.cons.173.n. 23. vsque ad n.30.lib.2.*

Vnde si testes dicant scientibus, & intelligentibus 5 dominis molendinorum † non intelligentur de omnibus, quia illa indefinita potest verificari in duobus *Alex.cons.108.n.13.lib.2.*

Item

Item cum dicitur, quod homines casalis hoc fecerunt, non tamen probatur, quod commune
6 hoc fecerit † *Alex.cons.7.in fin.vers.satis etiam n.2.lib.1.& cons.114.n.12.lib.4. post Bart.in l.fin.n.4.C. de præd.curial.alias incip. de præd. decurion.*

Idem in renunciatione indefinita facta de re-
7 stauro, quæ cum non sit generalis, † pro omni, & quocunque restauro non æquipollet vniuersali, maximè in materia stricta, prout est renunciatio, in qua minus debet operari vniuersitatem, quasi quando operatur, veniat ex æquitate, & benignitate, non ex proprietate sermonis Ita latè omnia prædicta declarat *Surd. cons. 431.n.66.vsque ad n.73.lib.3.*

Quæ procedunt tam in probatione facta per te-
8 stes, quam per instrumenta, † in quibus indefinita non operatur idem, quod vniuersalis, cum sit par probatio, & in vtraque militat eadem ratio, quod non concludat omnes monachos, & canonicos elegisse, cum possit verificari in duobus *Surd.d.cons.431.n.69.lib.3 post Oldrad. cons.100.*

Et non solum circa personas, sed etiam circa res *Bart.in l. si ita relictum.in princ. de legat. 2.*
9 *Alex.cons.26.n.3.lib.4.* † Vnde testis deponens Titium possedisse terrenum positum inter certas foueas, tamen non per hoc videtur concludenter deponere de toto terreno, & dicens se vidisse solui ad tertium, & quartum terminum non probat concludenter de toto tempore, & de omnibus terminis solutionum, & sic quod
10 integre solutiones factę fuerint; † Et si quis deponat aliquem exercuisse iura episcopalia, non tamen probat, quod exercuerit omnia iura, cũ ipsius dictum possit verificari in aliquibus, scilicet in duobus, & sic indefinita in istis aut similibus casibus non æquipollet vniuersali, prout omnia prædicta comprobat *Mascard.conclus. 1199.n.10.vsque ad 20.p.3.*

Neque obstat videri probatum mandatum, de quo agimus, cum in casu nostro adsint verba
11 illa Abbatissa, & Moniales, quæ sunt verba collectiua, prout Decanus, & canonici, itaut per illa censeatur concessum mandatum ab omnibus canonicis tamquam simus in actu, qui fit ab vniuersitate, pro cuius validitate debemus præsumere, vt concludit *Couar. var. resolut. lib. 1.c.13. col.penult.ad med.vers. vndecimo ex his adnotanda. in fin. Menoc.cons.73.n.4.vsque ad n.8.lib.1.post Gemin.in c.si canonici.in 1.notab. de restit.spoliat.in 6.per tex. in c.cũ omnes.de*
12 *constit.* † Vnde etiam si dicatur capitulum cõstituisse procuratorem, intelligetur de toto capitulo, quasi illud sit nomen collectiuũ *Couar. d.vers. vndecimo.ad fin.Addit.ad Alex.cons.7. in verb.duobus.lib.1.Oldrad.cõs.100.vers.tertio.*

13 Idem in verbis filij, agnati, † vel cognati, aut similibus tamquam collectiuis *l.fin.C. de suis &*
14 *legit.Decian.cõs.17.n.21.lib.1.* † Quod etiã est in testibus, qui deponunt indefinite super dispositione collectiua *Bald.cons.298.in fin.lib.4.* & de testibus deponentibus de podere, qui probabunt totum esse emphytheoticum, quamuis
15 non dicant de toto, † quia nomen podere est nomen vniuersitatis significans plura prædia, & sic vniuersitatem agrorum *Bald.in l.legatis. 27.in prin.C.de legat. Menoc.cõs.409.n.61.lib.5.*

Quia prædicta procedunt quando verbum canonici esset prolatum à iure, vel in materia non
16 probatoria, secus si ab homine, † & in probationibus *Dec.cons.61.col.penult. ad med. & ibi Addit.in verb.reprehẽdit. Felin.in c.cũ omnes. n.22.de constitut.* cum alijs per *Mascard. cõcl. 1307.n.8.& 12.p. 3.Speculat. de sindic.col.3.ad*
17 *fin. vers. porro si in instrumento.n. 9.* † Vbi si dicatur quod Abbas cum consilio Monachorũ, vel Abbas, & Monachi aliquid fecerunt, vel Potestas de consilio consiliariorum, non valebit talis dispositio, quia non verificatur in maiori parte, vnde requiritur quod dictum sit: Abbas, & omnes Monachi *Marsil.sing.171. audiuisti aliam regulam.n.2.* Et ita etiam loquitur *Menoc.* exaduerso allegatus *cons. 73. n. 16. lib. 1.* vbi quod in solis probationibus indefinita non æquipollet vniuersali, Ideo ibi sustinet trãsactionem factam ab Abbatissa & Monialibus, licet non constet nominatim omnes interuenisse, cum non agatur de probationibus, quamuis si in illis essemus, neque d. transactio subsisteret, cum par sit vis probationum, testium, & instrumentorum, vnde in vtrisque indefinita non æquipollet vniuersali, vt dictum est supra *vers. quæ procedunt.n.7.*

In prædictis tamen obseruandum esset, quod licet testis loquens de re non intelligatur de tota
18 *ex supra allegatis,* † Tamen si in capitulis fuit articulatum de procuratore constituto ab omnibus, & testis deponit super contentis in d.capitulo idem esset, ac si de omnibus monialibus deposuisset *Fel.in c.auditis.col.12.in princ.de præscript.Surd.cons.352.n. 22. lib. 3. Mascard. conclus.1199.n.25.& 26.lib. 3.* Quæ cum non verificentur in casu, de quo agimus, ideo neque ex prædictis potest dici constitutionem d. procuratoris fuisse legitime probatam.

Præterea testes non probant mandatum contra
19 communitatem, seu vniuersitatem, † non enim sufficit dicere illud factum contra omnem personam, cum Respublica, Collegium, vel Vniuersitas non sit propriè persona, sed ficte *Bald. in rubr. C.ad trebell.n.2.per tex.in l. metum. §.*
20 *animaduertendum.ff. quod met.caus.* † Cum in istis dispositionibus stricta interpretatio sit facienda, & sine fictione iuris, prout est mandatum *Rot.decis.13.de procur.in nou. Caputaq. decis.181. n. 2. p. 2. Rot. coram R. P. D. Lauretano Tirasonen.canonicatus.28.ianuarij.1575.* de qua per *Card. Mant. de tacit. & ambig. con-*
21 *uention.lib.7.tit. 14. n. 1.* † Ideo debet exprimi in huiusmodi mandatis Vniuersitas, vt illa cõprehendatur *Castr. in auth.item quicunque. n.*
22 *1.C.de episcop.& cleric.* † & de communi opinione, & per *Rot.* approbata testatur *Cardin. Mantic.d.tit.14 n.3.in fin.post Sarnens.in reg. de idiomat. q.2.n.4.& 5.*

Et

Et stante defectu d. mandati principalis, non est quærendum de incidentibus, in quibus quamuis non requiratur mandatum speciale, Tamẽ, vt dictum est, hoc intelligitur, quatenus probaretur validitas eiusdem mandati, tunc enim non est necessaria aliqua specialis mentio quo
23 ad incidentia,† Vnde quando præcedit mandatum validum in causa principali extenditur etiam ad causam restitutionis in integrum quæ contra sententiam postulatur, quia restitutio in integrum est iudicium consequens, & secundarium, & ideo procurator actoris, qui obtinuit rem iudicatam, potest, & debet absque alio mandato defendere suum principalem *l. qui proprio nomine.46.§.item quæritur.ff.de procurat.* secundum intellectum *Accurs.* quem ibi post *Ang. Bald. & Castr. in fin.n.6.& 7.* approbat *Rot.* vt testatur *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 22. n. 24. Bellam. decis. 283. procurator ad agendum. de procurator.*
24 Nam † quando restitutio in integrum postulatur aduersus sententiam latam pro actore, procurator principalis non indiget speciali mandato, quamuis illud sit necessarium, quando restitutio in integrum petitur ab actore, qui
25 succubuit *l. illud.§.1.de minor.*† Et ratio diuersitatis est, quia restitutio contra sententiam latam pro actore venit quodãmodo incidenter ex illis, quæ prius acta sunt, in quibus incidentibus non requiritur speciale mandatum *Glos. in c. suscitata. de restit. in integr. Cassador. decis.2.de procurat. Mohed. decis.4.eod.tit. Simonett. decis.80.lib.1.& decis.32.lib.2.* quos refert, & sequitur *Card. Mantic. d. lib.7. tit.22. n. 25.*
26 Cum etiam † restitutio in integrum concedatur ob specialem fauorem petentis, ideo fauorabilis interpretatio est facienda, vt non cogatur habere nouum defensorem, sed possit compellere primum, præsertim, quia in causa restitutionis non mutatur Iudex, quidquid sit in causa appellationis *Castr.* qui dicit singulariter notãdum in *d.l. qui proprio.46.§.item quæritur. in fin. de procurat.*

Quo vero ad aliud mandatum legitimum, quod prætenditur exhiberi stante inualiditate eius,
27 de quo fuit quæsitum, † Cum in casu nostro constet partes se restrinxisse ad illud inualidum dicendum est non sufficere, vt per *Rot. coram R.P.D. Robusterio. Bononien. iurispatronatus. 29. martij. 1574.* de qua per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.7. tit. 12. n. 13. Put. decis.383.n.7.lib.2.& decis.332.lib.3.* dixi *decis. 49.& ibid. in addit. n. 6. & 7. Rimin. Iun. consi. 561.n.11.lib.5.*

EPITOME.

Electio quando spectet ad creditorem, seu debitorem in alternatiua rerum, personarum, remediorum, in iudicijs stricti iuris, exactionibus, & in illis quibus ordo iuris datur, vel sim libus casibus. ¶ Promissio soluendi, vel repræsentãdi debitorẽ in carceribus an sit pro securitate creditoris, itaut potius ad eum spectet electio, quam ad promittentem, seu illum, qui pro eo fideiussit. ¶ Ex obligatione dandi vnum vel duos cappones, an possint peti duo. ¶ Suscipiens alienam obligationem an habeatur pro fideiussore.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de soluẽdo creditori, aut de repræsentando debitorem ad carceres quomodo intelligatur, & an sit potius subordinatio itaut electio sit actoris. n.2. Et quid in fideiussore. n.13.*
3 *Verba promissionis executiua in creditorem an faciant, vt electio ad ipsum pertineat.*
4 *Effectus dispositionis, in quem confertur, attenditur, non tenor verborum quo ad exitum actionis mouendæ.*
5 *Electio spectat ad creditorem in alternatiua remediorum.*
6 *Obligatio de soluendo, vel repræsentando debitorem in carceribus est pro securitate, creditoris cui dabitur electio quod remedium velit magis exercere. & n.7.*
8 *In promissione dandi vnum vel dua plaustra lignorum, seu vnum, vel duos cappones possunt peti duo.*
9 *Creditor post electionem vnius remedij potest recurrere ad aliud.*
10 *Creditor alternatiuus remediorum in quo differat à creditore alternatiuo rerum.*
11 *Alternatiua posita inter illa, in quibus ordo iuris datur, debet intelligi quod fiet ordinatim vt prius verificetur in primo, postea in secũdo.*
12 *Alternatiua exigendi dat electionem creditori, in cuius fauorem censetur apposita.*
14 *Suscipiens alienam obligationem habetur pro principali.*
15 *Obligatio alternatiua qualis sit, et de eius materia, ad quem electio pertineat.*
16 *Alternatiua non datur in iudicijs stricti iuris, & competit condictio indebiti.*

CAPVT CCCXXXVIII.

Obligatio, quæ præsupponitur de soluendo, creditori est principalis, & pure facta, cui licet accesserit secunda pars promissionis, aut
1 de repræsentando debitorem ad carceres,† Tamen est accessoria, & facta sub conditione, ac si dictum esset, si non sequatur solutio, iterum debitor reducetur ad pristinum locum *Menoc. cons.547.n.2.lib.6.* Vnde Dixi verius esse quod non sumus proprie in alternatiua, sed in quadã
2 subordinatione, † seu subrogatione loco rei principaliter in obligatione venientis, & in defectum illius, quo casu electio debet esse actoris *Alber. in l. scriptũ.§.si pacto. col.3.n.4. vers. aut obligationes sũt simul. ff. de pact. Simon de Pret. cons.13.n.12. Loffred. cons.19.n.7. in fin.* quos sequitur *Martin. Monter. decis. Arag.48.n.24.& 25.* Exemplo eorum, de quibus per *Florian. in l. Lutio.23. in fin. ff. de legat.* [illegible]

Et

Et quatenus etiam essemus in alternatiua, Tamen adue electio spectare debet ad creditorem, cum verba promissionis, de qua agimus, sint executiua in creditorem *Bald. conf. 170. ad euidentiam. n. 2. uerf. quãdoque. lib. 2. post Iacob de Aren. in l. si ita distrahatur. ff. de contrah. empt. Bart. in l. lucius. n. 2. ff. de legat. 2.* † Cum semper attendi debeat, in quem effectus dispositionis confertur, non autem tenor verborum quo ad actionis mouendæ exitum *l. si cui legetur. §. fin. ff. de legat. 1. Dec. conf. 407. n. 9.* cum alis latè per *Monter. decis. 36. n. 4. & 5.*

3

4

Accedat quod sumus in alternatiua remediorum, in quibus non spectat electio ad debitorem, sed ad creditorem, cui dicta remedia competunt, quia eius fauore videntur posita, & concessa, quidquid aliud sit in alternatiua rerum *Castr. in l. cum proponas. 17. in fin. n. 4. in glos. ult. C. de transact.* † vbi in specie loquitur de eo qui promisit soluere, vel representare in carceribus, quia omnia ista veniunt pro securitate creditoris. cui dabitur electio, quod remedium magis velit exercere, & sequitur etiam in terminis *Barbat. conf. 15. n. 30. lib. 2. Salicet. in d. l. cum proponas. ante fin. verf. quaero igitur. n. 3. C. de transact. & in l. non dubium col. 6. ad fi. verf. in contrarium est ista. n. 14. post med. C. de legib. Bursatt. conf. 113. n. 20. lib. 1. Surd. cõs. 402. n. 33 in fin.* † & de communi late testatur *Gomes. de qualitat. contract. tom. 2. c. 11. n. 41. verf. item adde.* cum alijs per *Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 8. n. 35. vsq; ad n. 38. Rip. de donat. et grat. perficiend. & reuocan. c. 8. n. 3. Ias. in § sunt autẽ n. 10. instit. de action.* † vbi ex hoc infert ad quæstionem, quam amenam vocat, de promittente vnum, vel duo plaustra lignorum de nemore suo, quod possit recipere duo, & de promittente dare vnum, vel duos cappones, quod poterit duos petere *Vrsill. ad Afflic. decis. 397. n. 4. Rip. in c. inter caeteras. col. vlt. n. 70. de rescript.*

5

6

7

8

Quæ adeo vera sunt, vt possit etiam creditor post electionem vnius remedij puta pignorum, † aut similis rei, mutare consilium, & executiue agere, quasi per electionem vnius non censeatur præclusa via alijs, quando per primum non est satisfactum *Bald. in c. contingit. 9. n. 19. col. 6. in fin. verf. quaero reus positus est in carcere. de dol. & contum.* & in specie de creditore alternatiuo ita concludit † *Guid. Pap. conf. 214. quia in causa. col. fin. in princ. verf. secundo quia videmus. n. 5. Capic. decis. 119. n. 6.* vbi intelligit cõtraria in creditore alternatiuo rerum, prout etiam hanc opinionem tanquam veriorem latissime comprobat *Matth. Col. de process. execut. p. 1. c. 8. n. 38. vsque ad n. 67.* Et multa etiam in simili adducit *Ias. in l. 1. in princ. col. 6. post med. n. 23. ff. si quis ius dicent. non obtemper.*

9

10

Vlterius quamuis essemus in dubio, Tamen iuris ordo disponit, vt prius concordetur creditor, quam ad carceres repræsentetur, qui iam fuit relaxatus, vt solueretur creditori, & bonis non existentibus recurritur ad carcerationem, ex quo sequitur, quod quando alternatiua ponitur inter illa, in quibus ordo iuris datur, tunc debet intelligi, vt fiet ordinatim, & prius verificetur in primo, deinde successiue in alio *Bart. in l. uxorem. §. testamento. ff. de leg. 3. & in l. 4. §. praetor ait. in princ. n. 2. & 3. ff. de damn. infect. Bero. conf. 147. n. 5. lib. 3. Aret. conf. 96. col. 2. in princ. verf. & probatur ratione. n. 3.* & in specie electionis alternatiuæ, de qua agimus *Monter. decis. 48. n. 8. & 9.*

11

Adde quod sumus in alternatiua exigendi, quo casu datur electio creditori, † in cuius fauorem censetur apposita, quod facit, vt alternatio illi iuuet, non autem debitori *Bald. in l. fin. col. pen. post princ. verf. quaero in isto. n. 5. C. de petit. hæreditat. Purpur. conf. 188. n. 1. lib. 1. Asin. de execution. §. 7. c. 168. col. 1. in fin. n. 5. fol. 237.*

12

Ex quibus non obstant contraria quæ loquuntur in alternatiua rerum, in quibus datur electio debitori, vt dictum est; † Prout neque obest quod simus in fideiussore, non debitore, quia eadem ratio adest in vtroque, quemadmodum etiam de fideiussore loquitur *Coler. de process. execut. p. 1. c. 8 n. 35. cum seq.* Vltra quod sumus in suscipiente alienam obligationem, † qui habetur pro principali, quasi voluerit debitorem eximere, & in se transferre totum onus alienæ obligationis *Idem. Coler. de process. executiu. p. 1. c. 10. n. 307. verf. ideoque vocabula. Andr. Gail. obseruat. 28. ad fin. verf. hodie tamen. n. 6. lib. 2.* vbi quod ita seruatur in praxi post *Marsil. in rubr. de fideiussor. n. 65. & 70.*

13

14

Multa alia notabilia ad materiam istarum electionum, & alternatiuarum vltra supra adducta † ponunt *Monter. decis. 48. & Coler. de processib. executiu. p. 2. c. 1. n. 50. & 51. Neapolit. in c. quoniam cõtra. n. 310. de probat. Affl. decis. 397. & ibi Vrsill. in addit. Surd. conf. 98. & 413. Menoch. conf. 547. lib. 6. Euerard. in loco argument. ab alternatiu. Gabr. conf. 118. lib. 2.* † Et in iudicijs stricti iuris, quod non detur alternatiua, *Garz. de expens. c. 18. n. 40. & 41. tom. 17. fol. 322.* vbi quod competit condictio indebiti, non vt pretium suppleatur, cum supplementum sit in potestate soluentis, de quo tamen alibi Deo dãte erit particulariter videndum.

15

16

EPITOME.

RElatio executoris, quod fuerit eiectus de possessione Titius illicitus detentor an debeat in totum approbari, itaut dicatur constare de illicita detentione. ¶ Confessio quando sit in totum reijcienda, vel admittenda cum sua qualitate. ¶ Et quid si adest præsumptio iuris in contrarium. ¶ Executori an credatur in cõcernentibus suum officium circa immissionem in possessionem, etiam si deponeret, quod bona in quibus fuit facta executio spectarent ad debitorem. ¶ Detentator iniustus an sit expellendus absq; citatione. ¶ Et quando habens facultatem se informandi de intrusione summariè, & de plano possit aliquid facere contra non citatum. ¶ Et quo casu sufficiat citatio per edictum. ¶ Legitimus contradictor quis dicatur ad impediendam immissionem in possessionem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio debet in totum reijci, vel admitti, & cum sua qualitate n.2.6.& 9.*

3 *Executori creditur in concernentibus suum officium circa immissionem in possessionem, etiamsi deponeret quod bona, in quibus fuit facta executio, spectarent ad debitorem. Intellige, vt n.4.*

5 *Relatio executoris quod fuerit eiectus Titius illicitus detentor an debeat in totum approbari, ita vt dicatur constare de illicita detentatione. n.18.& 33.*

7 *Producens instrumentum factum à tutore est acceptandum cum illa qualitate tutela.*

8 *Relatio quod quis possidet pro dimidia non potest diuidi.*

10 *Confessio habet vim maioris probationis.*

11 *Titulus nullus habetur pro non titulo.*

12 *Habens titulum illicitum non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem in possessionem.*

13 *Fideicommissarius non admittitur pro legitimo contradictore, quando habet possessionem vitiosam.*

14 *Prætor non tuetur illicitam possessionem.*

15 *Contradictori potest obijci nullitas euidens.*

16 *Admissus ad probandum suum titulum coloratum ad effectum contradicendi non impedit immissionem in possessionem.*

17 *Possessio cuiuslibet præsumitur iusta.*

19 *Præsumptio iuris est, quod testator noluerit multiplicare onus legatorum. Et confessio circa hoc poterit diuidi.*

20 *Confessio quod quis habuerit arbores, sed siccas potest acceptari reiecta qualitate siccitatis.*

21 *Confessiones cum aliquibus qualitatibus, quæ sunt contra præsumptiones iuris, possunt diuidi, vt in exemplis de quibus. n.22.& 23.*

24 *Possessio an sit iusta, vel vitiosa pertinet ad iuris dispositionem, & in hoc non attenditur dictum partis, quæ tantum debet deponere de facto an possideat nec ne.*

25 *Citatio potest omitti stante notorio defectu defensionis.*

26 *Detentator iniustus non expellitur absque citatione, & sine ea an possit aliquid facere, qui habet facultatem se informandi de intrusione summarie, & de plano.*

27 *Iudex debet iterum ponere in possessionem, si expulit possessorem non citatum etiam intrusum.*

28 *Possessio propria auctoritate non potest capi sine citatione partis, & quando sufficiat citatio per edictum.n.29.*

30 *Statutum de possessione translata quomodo intelligatur.*

31 *Possessione non dicitur priuatus, qui illam continuat.*

32 *Facultas iudicis nulliter dantis possessionem illam non transfert.*

CAPVT CCCXXXIX.

EX relatione executoris, de qua in casu mihi proposito, dicebatur non probari aliquam possessionem, cum illa contineat vnicum dictũ, quod videlicet fuerit eiectus Titius illicitus de-1 tentor; † Quare aliunde erat probanda prætẽsa possessio legitima, quasi confessio debeat, vel in totum reijci, vel in totum admitti *Bart. in L. aurelius. §. idem quæsiuit. in princ. de liber. legat. Alex. cons. 78. in causa. in princ. vers. & ideo si confiteor lib. 1. Surd. decis. 257. n. 4. Caputaq. decis. 186. p. 1.* vbi quod ita seruatur *in Rota.* cum alijs per R.P.D. *Manzanedum Ternoden. do-2 tium de Aptis 23. ianuar. 1606.* † Maxime quia si in casu nostro non acceptaretur ista qualitas illicitæ detentationis, redderetur executio, & actus nullus, quod facit, vt tunc confessio debeat acceptari in totum cum sua qualitate, quidquid alias posset diuidi *Rot. coram Sanctissimo Aristorteen. Archidiaconatus. 27. aprilis. 1577. & coram Card. Pamphilio Narnien. pecunaria 18. iunij 1585.*

Neque obstat, quod non sit habenda fides executori, quod talis expulsus fuerit illegitimus detensor, cum non spectet ad eum iudicare, sed 3 ad iudicem. † Quidquid alias credatur executori in concernentibus eius officium circa immissionem in possessionem, etiamsi deponeret, quod bona in quibus fuit facta executio spectarent ad debitorem *Natt. cons. 654. n. 3. Grat. cons. 30. n. 57. lib. 1. Alciat. præsumpt. 14. n. 5. reg. 3. Bald. in l. 2. col. 1. ad med. n. 9. vers. sed hic dubitatur. C. quand. fisc. vel priuat. debit. de-4 bitor. exig. poss.* Et est verior opinio † nisi appareat contradictor, qui contrariũ probet *Franc. in c. cum parati. 19. col. 7. in fin. n. 41. de appellat. Mascard. conclus. 189. n. 5. tom. 1 fol. 181.* Et ita concordantur opiniones contrariæ, quia interim statur relationi nunciorum, quæ tamen non est adeo firma, vt non possit probari contrariũ *Natt. cons. 654. in fin.*

Quia modo non agitur, an circa prædicta debeat credi executori, nec ne, sed solum, quod ista productio relationis, in qua pars se fundat, non 5 potest ei patrocinari, nisi in totum approbetur dicta relatio, cum illa qualitate illicitæ detentionis, quasi circa eundem actum non detur diuisio, sed debeat totus illius tenor approbari, quando est vna oratio, prout in casu nostro, & non sunt plura capitula, & adiectio 6 qualificat † *Bald. in l. si quidem. 24. n. 1. C. de transact. & in l. contra iuris. in 1. lect. § si filius. in fin. n. 4. vers. sexto & vltimo nota. ff. de pact. Ias. cons. 57. col. 4. ad fin. vers. & tanto plus. lib. 2.*

7 Quemadmodum etiam dicimus † de producẽte instrumentum factum à tutore, seu procuratore, quod debet acceptari cum illa qualitate tutoris, quamuis ille non esset talis *Bald. cons. 10. in fin. vers. & hac est veritas. lib. 2. per tex. in l. cum quæritur. de administr. tutor.* Et de si-8 mili relatione, † quod talis possidet pro dimidia, cum tamen ad referentem non spectaret indi-

iudicare quantum possideat, quod non possit scindi *Aym. cons. 560. n. 6.* quem sequitur *Surd. decis. 158. n. 5. post princ.* † Et de similibus qualitatibus, quod debeant in totum recipi cum principali enarrato, late *Rimin. Iun. cons. 127. n. 14. cum seq. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 911 n. 19.* Et quidem si hoc est in confessione qualificata, multo magis erit in relatione etiam qualificata, ne dicamus, quod relatio magis afficiat, quam confessio, Cum tamen fundans se in relatione reproducta non debeat plus obtinere, quàm si fundaret suam intentionem in confessione, quæ habet vim maioris probationis *l. cum te. C. de transaction. Bald. cons. 192. col. 2. lib. 2. Surd. cons. 60. n. 1. lib. 1.*

Quibus stantibus videbatur dicendum non constare de aliqua prætensa possessione, cum enim sit illicita detentio ex supra allegatis, habetur pro non detentione, † cum titulus nullus iudicetur pro non titulo *l. nec vllam. de petit. hæredit. Afflict. decis. 228. n. 2. Rol. cons. 9. n. 46. lib. 3.* Et habens titulum illicitum non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem ex † *l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. Gozad. cons. 93. n. 6. Bero. cons. 60. n. 4. lib. 2. & cons. 176. n. 50. eod. lib. Roland. cons. 2. in fin. n. 47. lib. 3.* Cum semper quo ad huiusmodi contradictores attendatur, vt possessio non sit vitiosa, sed legitima *Dec. in d. l. fin. col. 19. ad med. n. 41. C. de edict. diu. adr. toll.* † Prout etiam in fideicommissario, & similibus, qui nunquam sunt legitimi contradictores, quando habent possessionem vitiosam *Bart. Castr. Alex. & alij in l. filiam. ff. ad trebellian. Peregr. de fideicommiss. art. 47. n. 64.* † Quasi illicitam possessionem Prætor non tueatur *l. communi diuidundo. §. inter prædones. ff. commun. diuid. Bald. cons. 330. statuto cauetur. in fin. lib. 1. & cons. 337. in princ. lib. 5. Oldrad. cons. 109. in causa hospitalis. col. 2. in fin. Aym. cons. 104. n. 14.*

Ex prædictis etiam sequitur, quod cum sit approbata relatio quo ad qualitatem illicitæ detentionis, non potest aduersarius, quamuis prætendat se non citatum, dici legitimus contradictor, cum enim compareat post sententiam de immittendo in possessionem, debet incontinenti docere de suo interesse, & statim ius suum probare, quod in casu nostro non potest facere, cum de eius detentione illicita appareat per productionem dictæ relationis, & sic de nullitate tituli euidenter constat, quo casu contradictori † potest sẽper obijci talis nullitas euidens *Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 622. & 624.* Maxime, quia etiam ille, qui admittitur ad probandum suum titulum coloratum ad effectum contradicendi, † non tamen ex hoc impedit missionem in possessionem *Dec. in l. fin. n. 46. vers. & quod dictum est. C. de edict. diu. adr. toll.*

Hæc videbantur multum facere pro excludenda probatione possessionis, quæ prætendebatur; Verum prædictis obstabat, † quod quilibet præsumitur iuste posidere *Bart. in l. communi diuidundo. §. inter prædones. & ibi Alex. in verb. præsumitur. ff. commun. diuid.* † Ideo confessio, seu relatio, quod quis detinet, sed vitiose, poterit diuidi tanquam contra præsumptionem iuris, ita concludit in specie *Aym. cons. 150. n. 5.* quem sequitur *Rot. diuers. decis. 802. n. 2. p. 1. Surd. decis. 258. n. 6.*

Quare dicimus, quod præsumptio iuris est, quod testator noluerit multiplicare onus legatorum; Ideo tunc † confessio poterit acceptari reiecta qualitate contra præsumptionem iuris *Purpurat. cons. 242. n. 6. lib. 1.*

Prout quoque si arbores erant viridæ, quando fuerunt consignatæ, præsumptio iuris est, † quod remanserint viridæ, & non siccæ, aut demortuæ; Vnde confessio, quod habuerit arbores, sed siccas, poterit diudi tanquam contra præsumptionem iuris *Bursat. cons. 53. n. 18. lib. 1.*

Ideo etiam si quis confiteatur, quod habuit aliquam summam pecuniarum, quam ille qui dedit consensit, † vt excomputaretur in partem vnius debiti, poterit talis confessio diuidi, quia præsumptio est pro debitore, quod soluerit in causam duriorem *Alex. cons. 2. col. vlt. in fin. vers. & non obstat si dicatur. n. 21. lib. 4.*

Vnde etiam confitens recepisse pecuniam à conductore ex causa locatiois non potest prætendere, quod confessio non diuidatur, † si adhuc tempus locationis non aduenerat, cum repugnet præsumptioni iuris, per quod non debet dari solutio ante tempus, tanquam sit iactatio non verisimilis *Butr. cons. 65. primo aspectu. ad med. vers. nec obstat quod confitens.*

Et facit simile de confitente occidisse aliquem, sed ad sui defensionem, † qui sibi præiudicat, cum habeat contra se præsumptionem iuris *Bart. in l. aurelius. § idem quæsiit. de liberat. legat. Surd. decis. 258. n. 6.* cum alijs per *Addent. ad Matthæsil. notab. 37. n. 7. & 8.* Cetera similia omitto, cum non expediat, & ponunt *Doctores in c. 1. de confess. in 6. & in d. § idem quæsiit.*

Quod magis suadebatur in casu nostro, Nam ad iuris dispositionem pertinet, an possessio, de qua agimus, sit iusta, vel vitiosa, † vnde non est curandum de huiusmodi qualificatione in eo, quod est iuris *l. ornamentorũ. 39. & ibi Gloss. in verb. hæredis. ff. de aur. & arg. leg. l. labeo. de suppellect. legat. Aym. cons. 150. in fin. n. 5.* vbi in specie possessionis, de qua agimus, concludit non debere attendi, quod pars dicit in eo, quod est iuris, sed de facto tantum, idest an in facto verum sit, vtrum quis possideat nec ne, cum iuste, vel iniuste possideat relinquatur arbitrio iudicis.

Cum igitur ex supradictis non constet de illicita possessione per talem confessionem partis, sequitur non potuisse dici nullam competere defensionem tali posidenti; † Ideo citatio de eo erat facienda, quæ solum omittitur stante notorio defectu defensionis, & nullius iuris *Abb. in c. accepta. vers. concludo igitur. de restit. spoliator. Felin. in c. 1. col. 10. ad fin. vers. ad idem bene facit. n. 25. ad med. de iureiurand. Menoch. de adi-*

de adipisc. possess. remed. 4. q. 56. vers. declaratur primo. n. 450. Calcan. cons. 18. n. 1. in fin.

Præterea etiam detentator iniustus non expellitur absque citatione, Adeo vt ille, qui debet 26 se informare de intr. sione summarie, † & de plano non possit aliquid facere sine citatione quando debet eũ expellere, seu priuare, Quidquid aliud, sit si habet solum referre superiori, nam ab illo postea citabitur *Calder. cons. 4. de dilation. Felin. in c. cum olim. 12. col. 11. in prin. n. 11. vers. per quem dixit. de senten. & re iudic.*

27 Vbi † etiam quod si iudex expulit possessorem non citatum, cum esset intrusus, debet reuocare traditionem possessionis, & expulsum in eam iterum ponere *Card. cons. 75. ad med.* Cum non valeat immissio in possessionem etiam contra 28 possidentem de facto, si non fuit citatus, † prout neque licebit capere possessionem propria auctoritate non vocato possessore, quamuis liceat solitam continuare, Itaut nulla interpretatio statuti plene loquentis tollat citationem possidentis, Neque sufficiet citatio per edictum, quando scitur, vel sciri potest 29 quis sit possessor, † vel cuius intersit, prout omnia prædicta refert *Felin. in c. cum olim. 12. col. 11. & 12. n. 11. de sent. & re iudicat.* Quamuis possessio vigore statuti esset translata, cum tale statutum intelligatur, nisi illa possessio iam esset apud alium, cum per actus fictos non tran-30 sferatur in alterum, non interueniente consensu, & facto illius, pœnes quem est, quidquid alias bene per actus veros transferretur *Alex. cons. 83. visa facti narratione. col. 1. post med. n. 2. & 3. lib. 2.*

Quibus stantibus concludendum est non esse probatam illicitam detentationem ex confessione, seu relatione, de qua agebatur, ob præsumptionem iuris in cõtrarium, vt dictum est, Ideo non potuisse omitti citationem, cum contraria procedant, quando constaret nullam competere defensionem, de quo hic non apparet *ex supra allegatis in vers. cum igitur.* Et alia adducta procedunt, quando quis continuaret suam pos-31 sessionem, quod non probatur, † Tunc enim non diceretur quis priuatus *Alex. in l. qui vniuersas. 30. §. item cum prætor. de acquir. possess. & in l. clam. §. qui ad nundinas. col. 2. vers. præterea. ff. eod. tit. Anchar. cons. 353. n. 3. Bald. in l. 2. n. 5.* 32 *C. ne vxor pro marit.* † Quasi facultas Iudicis nulliter dantis possessionem nihil addat, aut operetur, nec possessionem transferat *Bart. in l. creditores. n. 35. C. de pignor.*

Obseruandum tamen erit, quod quamuis possit acceptari confessio reiecta illa qualitate iniustæ 33 detentationis, † Non tamen esset exclusa probatio, quæ aliunde posset fieri circa veritatem huiusmodi qualitatis adiectæ quo ad illicitam detentationem *Abb. in c. cum venissent. 6. col. 2. ad fin. vers. & ideo incumbit. n. 7. & 8. de instit. Andr. Gail. obseruat. 106. n. 7. vers. non tamẽ lib. 2.* Ideo quatenus pars super hoc innitatur erit audienda per iudicem, dando illi terminum ad probationem prædictorum.

EPITOME.

Notarius Episcopi quando gaudeat priuilegio fori. ¶ Et quid si non viuat expensis illius, & non delinquat in officio. ¶ Familiariũ appellatione qui veniant. ¶ Et an debeant esse continui commensales. ¶ Arbitrium Iudicis an attendatur in cognoscendo quis sit familiaris. ¶ Priuilegia Inquisitoribus concessa an competant Episcopis. ¶ Cõsuetudo quod clerici subijciantur Iudicibus laicis quando valeat. ¶ Seruientes in exercitu quo casu habeant exceptionem hosticam & alia militum priuilegia. ¶ Familia laicorum quando gaudeat priuilegijs dominorum. ¶ Scriptores, notarij, & bidelli scholarium an sint sub eodem foro, sicut Scholares. ¶ Familiares inquisitionis an debeãt puniri per Inquisitores. ¶ Materia fori quando debeat restringi. ¶ Habentes litteras familiaritatis Episcoporũ an gaudeant priuilegijs illis concessis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori conceditur notario Episcopi tamquam sit de ipsius familia. & n. 2.*

3 *Famuli Episcoporum an gaudeant priuilegio fori ex speciali ipsorum fauore.*

4 *Coloni, & serui, & alij de familia clericorum quando habeant priuilegium fori clericis concessum. n. 5.*

6 *Familia laicorum gaudet priuilegio dominis cõcesso, si ipsi non possent commode vti suo priuilegio.*

7 *Notarius debet gaudere priuilegio fori quando viueret expensis Episcopi, & n. 27.* Contrarium *est verius. n. 8. 28. & 29.*

9 *Familiares militum habent priuilegium illis concessum.*

10 *Medici, & Chirugi qui non viuunt expensis militum gaudent eorum priuilegijs.*

11 *Omnes qui seruiunt in exercitu pro rebus necessarijs ad illum spectantibus habent exceptionẽ hosticam, & alia priuilegia militibus concessa & n. 12.*

13 *Milites cœlestis militiæ æquiparantur militibus militiæ terrestris.*

14 *Scriptores, notarij, & bidelli scholarium sunt sub eodem foro, sicut scholares, quamuis non viuãt expensis illorum.*

15 *Inseruiens clerico, & habens generalem administrationem rerum Ecclesiæ debet frui priuilegio fori.*

16 *Familiaris quando debeat habere qualitatem quod viuat expensis domini. & n. 17.*

18 *Intelligentia verborum debet sumi ex causis, & ex loco, tempore, & personis, & alijs circumstantijs.*

19 *Familiares Imperatoris qui dicantur.*

20 *Habentes litteras familiaritatis ab Episcopis nõ gaudent priuilegijs illis concessis.*

21 *Materia fori est fauorabilis Ecclesiæ, & non debet restringi.*

22 *Fami-*

22 *Familiarum appellatione quando non veniant nisi continui commensales.* & *n.*23.

24 *Familiares qui dicantur consistit in arbitrio Iudicis.*

25 *Iudex arbitratur quando Episcopus impediatur seruitio familiaris, si non posset vti priuilegio fori.*

26 *Familia armata Episcoporum venit appellatione familiæ quo ad priuilegium fori.*

30 *Dispositio requirens qualitatem commensalitatis non verificatur nisi probata d. qualitate.*

31 *Notarius an gaudeat priuilegio fori quando deliquit extra officium,* & *n.*32. & *quid in enormissimis delictis.n.*33.

34 *Familiares inquisitionis quando debeant puniri per Inquisitores.*

35 *Priuilegia Inquisitoribus concessa an competant Episcopis.*

36 *Consuetudo damnosa Ecclesiæ nõ debet admitti.*

37 *Consuetudo debet esse præscripta,* & *antea dicitur voluntas inducendi consuetudinem, non consuetudo.*

38 *Consuetudo generalis quod clerici subijciantur laicis nõ valet. Fallit in consuetudine particulari,* & *in aliquibus casibus,* & *personis.n.*39.

CAPVT CCCXXX.

NOtarius Episcopi debet gaudere priuilegio fori non solum quia est de ipsius familia, sed etiam quia dicitur curialis, & de iu-
1 risdictione Episcopi, & illi necessarius, † itaut sine eo officium exerceri commode non possit, & per consequens priuilegium fori, quod habet Episcopus tamquam principalis, & caput, traheretur etiam ad eius membra accessoria, & appendices, ex notatis per *Doctor. in c. fin. de offic. archid.* & in specie de notario quod hæc sit ve-
2 rior † opinio multis auctoritatibus, & rationibus comprobaui *decis.*233.*per tot.*

Quibus potest addi, quod hæc ratio incommoditatis non solum consideratur in famulis Epi-
3 scoporum † quibus conceditur priuilegium fori ex fauore magis speciali Episcopis tributo *Socin. in c.*1.*declar.*18.*in princ.n.*21.*de for. compet. Auffr. de potest. secul. in ecclesi. reg.*2.*n.*76. Sed etiam erit attendenda d. incommoditas in seruis, colonis, ac alijs de familia clericorum.
4 Tales † enim habebunt priuilegium fori clericis concessum, quando ipsi impedirentur vti seruitio famulorum, & colonorum, si extra forũ trahi possent cum magno incommodo clericorum, quamuis etiam essemus in illis, qui mercede promissa ad tempus seruiunt, prout late distinguit *Menoch. de arbitr. cas.*562.*n.*11. vbi attestatur de magis vera opinione, post *Felin. in c.*2.*n.*2.*vers. tene istã conclusionem. de for. cõpet.*
5 & † secundum præfatam distinctionem saluantur opiniones contrariæ, quas recenset *Menoch. d. cas.*562.*n.*4.*vsque ad n.*11.

Immo hoc non solum esset in familia Episcopi, &
6 Clericorum, sed in familia laicorum, † quæ gauderet eodem priuilegio dominis concesso, si ipsi non possent commode vti suo priuilegio *Io. Ant. Niger. in extrauag. vnic. n.*93.*ad med. de vita* & *honestat. cleric. post Bart. de represal. p.*7.*q.*7.*princip.n.*8. *Bald. in l. scriniarios. C. de testam. milit. Luc. de Penn. in rubric. de apparit. præfect. vrb. ad fin. versic. cuius ratio est. Carauit. ritu magn. cur.*66.*n.*28. & voluit etiã *Oldrad. cons.*11.*thema tale est.* Vnde hoc multo magis concedendum erit Episcopis, quorum priuilegium est maius respectu fori *Socin. in c.*1.*n.*21.*de for. compet.*

Ista conclusio, & decisio quo ad Notarium fuit comprobata, cum iterum de eius veritate
7 fuisset quæsitum, Verum per aliquos dicebatur illam esse restringendum, vt solum talis notarius debeat gaudere priuilegio fori, quando viueret expensis Episcopi, quasi tunc posset dici familiaris ipsius *c. fi. de verb. sinificat. in* 6. *Guid. Pap. sing.*321. *Aret. cons.*34. *in princ. inter cons. criminal. diuers. lib.*1.

Sed quidem non est attendenda huiusmodi restrictio, cum nulla ratio concludens, neque aliqua auctoritas allegetur, ex qua illa possit
8 subsistere, † Immo stante necessitate supra considerata, quam habet Episcopus de notario, sufficit, quod sit necessarius Episcopo secundum ipsius dignitatem, & actu seruiat in officio episcopatus, ad hoc vt tanquam familiaris gau-
9 deat priuilegio Dominis concesso, † Prout dicimus de familiaribus militum, in quibus consideratur ista necessitas, ob quam datur priuilegium illis concessum *Bald. in l.*1.*ad med. C. de vxor. milit.* & *ibi Salic.* de communi *n.*2. *ad med. vers. communiter distinguunt* argumento *l. non alias.* §.1. *de iudic. l.*2. *ad fin. C. de episcop.* & *cleric. Nig. in extrauag. vnic. n.*94. *de vit.* &
10 *honest. cleric.* † Vnde etiam Medici, & Chirurgi, qui non viuunt expensis militum, gaudebunt quoque priuilegijs militibus concessis tamquã illis sint necessarij *Cyn. in l.*1.*n.*2.*vers. nec obstat. C. de vxor. milit. Mart. Ladens. de milit. q.*7.*ad.*
11 *fin.* † Quemadmodum etiam omnes, qui seruiunt in exercitu pro rebus necessarijs ad illum spectantibus, gaudent priuilegijs militum, & habent priuilegium, & exceptionem hosticam cum laborent ad opus Reipublicæ, Et idem in similibus, qui vadunt in exercitu maritimo,
12 cum † etiam eadem pericula subeant *Afflict. super constit. regn. lib.*2. *rubr.*19. *incip. hostici exceptionem. n.*5. *p.*2. qui loquitur etiam in notarijs, seu scriptoribus, & sequitur *Aloys.*
13 *de Leo. in l.*2.*n.*9.*C. de vxor. milit.* † Vnde multo magis hoc erit dicendum in militibus cœlestis militiæ *Bar. in l. miles. de re iudic. Euerard. loc. argum.*56.*in princ.*

Quod etiam est in scriptoribus, Notarijs, & Bidellis scholarium, qui non viuunt expensis illorum & tamen sunt sub eodem foro, sicut scholares,
14 quia sunt appendices, & necessarij in studio *Bart. de represal. p.*7.*q.*6.*n.*8. *Bald. in proœm. digest.* §. *hac autem tria. n.*7. *vers. item nota.* & *in auth. habita. col.*4. *vers. sequitur.* & *vers. nec ob alterius. n.*18. *C. ne fil. pro patr. Rebuff.* de

de priuileg. scholar. q. 166. n. 1.

Quare etiam inseruiens clerico, & habens generalem administrationem rerum ecclesiæ frui de-
15 bet hoc priuilegio fori, † neque consideratur in eo, vt viuat expensis clerici, quasi sufficiat ratio, quod cum magno incommodo clerici talis inseruiens traheretur extra suum forum *Abb. in c. 2. n. 6. vers. fallit in duobus de for. compet. Thesaur. decis. 22. n. 7. vers. fallit quarto. Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 12. in fin.*

Et magis hæc interpretatio est tenenda, quia nomen familiaris secundum subiectam materiam
16 diuersimodè sumitur; † Quamuis enim aliquãdo requiratur qualitas illa, quod viuat expensis domini, vt in *c. vlt. vbi Franc. n. 4. in fin. Gemin.*
17 *n. 8. ad med. de verb. signific. in 6.* † Tamen quandoq; sufficit, vt sit ad seruitium Legati, seu Episcopi, licet viueret suis expensis, ad hoc vt dicatur familiaris, & gaudeat eorum priuilegijs, vt notat *Gambar. de auctor. legat. de latere. lib. 5. tit. an legat. poss. plur. benefic. vni confer. n. 135. ad fin. vers. & aduerte. to. 13. p. 2. fol. 188. post Calder. cons. 8. ad med. vers. incontanter hoc*
18 *dicendum. de offic. legat.* † Quasi intelligentia verborum debeat sumi ex causis, & ex loco, tempore, & personis, & alijs circunstantijs *c. intelligentia de verb. signific. c. 1. 29. aijs inct. in princ. c. de occidendis. 24. q. 5.* quod etiam voluit *Carauit. rit. magn. cur. 46. col. 6. ad med. vers. de hac etiam loquitur. n. 31. per tex. in l. item apud labeonem. § 5. §. si quis virginem. de iniur. Henric. Boic. in c. cum dilectus. n. 2. & 3. de cleric. non resident. Luc. de Pen. in rubr. C. de*
19 *domest. & protector. in princ.* † Vbi quod familiares Imperatoris dicuntur, qui absque officij distinctione sibi obsequuntur, & seruiunt, & sic sufficiet quod notarij actu sint in obsequio, & famulatu, quo casu tamquam magis necessarij debent gaudere priuilegio *Imol. in clem.*
20 *vnic. n. 9. de reliq. & vener. sanctor.* † Ad excludendum illos, qui habent litteras familiaritatis ab Episcopis, Tales enim non habebunt priuilegia illis concessa, quasi non sint in d. famulatu, & seruitio *Abb. in c. cum dilectus. 14. ad fin. n. 8. de cleric. non residentib. Azor. in sum. lib. 5. c. 23. q. 8. Decian. in prax. lib. 3. c. 8. n. 52. Affl. super constit. regn. lib. 1. rubr. 9. incip. intentionis. notab. 4. n. 23. Nig. in extrauag. vnic. n. 96. de vit. & honestat. cleric.*

Maxime, quia sumus in materia fori fauorabili
21 ecclesijs, quæ non debet restringi † *Remig. de immunit. eccles. ampliat. 15. in fin. vers. nam. videmus.* Quidquid aliud sit in odiosis, in quibus appellatione familiarium non venirent nisi con-
22 tinui commensales † *Gambar. de auctor. legat. lib. 3. rubr. de potestat. legat. circ. benefic. confer.*
23 *n. 149. tom. 13. p. 2. fol. 169. post Egid. cons. 20.* † Et quidquid aliud sit in materia reseruationis beneficiorum, quæ tamquam stricta, & exorbitans debet restringi adeo, vt appellatione familiarium tunc non comprehendantur, nisi continui commensales, prout loquuntur omnes in *c. fin. de verb. signif. in 6. Gomes. de impetr. benefic.*
24 *per obit. cardin. q. 15. n. 4.* † Itaut in arbitrio iudicis sit, qui dicantur familiares secundum qualitatem personarum, & seruitiorum, & obsequij *Henric. Boic. in c. cum dilectus.*
25 *n. 2. & 3. de cleric. non resident.* † Prout etiam erit in eiusdem Iudicis arbitrio ad cognoscendum quando Episcopus impediretur seruitio familiaris, si non posset vti priuilegio fori *Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 12.* Itaut etiam veniat
26 sanctia armata Episcoporum † appellatione familiæ circa hoc priuilegium fori, vt concludit *Io. Francisc. Leo in thesaur. for. ecclesiast. c. 11. n. 19. & 20.* Quæ tamen regulariter non viuit expensis Episcopi.

Neque obstat *Menoch. de arbitr. cas. 352. n. 17.* qui licet non allegetur, neque alius pro ista restrictione, quæ exaduerso prætenditur, Tamen vo-
27 lui adducere, cum in specie concludat, † quod priuilegium fori concessum familiaribus Episcoporum debet intelligi de illis, qui inseruiunt Episcopis, & ab eis impensam victus accipiunt;
28 Quia contrarium est verius ex supra allegatis. Et Carauit ac *Luc. de Pen. per Menoch.* adducti
29 non requirunt istam qualitatem victus, † sed solum seruitium etiam quod expensis proprijs viuant, vt dicit *Carauit. rit. 46. n. 31. in fin.* qui licet *n. 35.* concludat debere esse commensalem, Tamen hoc ib est, quia illa dispositio
30 requirebat qualitatem commensalitatis, † quo casu non est dubium non sufficere solam familiaritatem, nisi etiam probetur commensalitas *Bald. in l. si quis non dicam rapere col. 3. ad fin. vers. & in istis omnibus. n. 4. C. de episc. & cleric. Alex cons. 224 viso processu. col. 2. in princ. n. 3. lib. 2.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 8. glos. 7. n. 1. & 2.*

Neque obest alia restrictio allegata, vt tunc Notarius gaudeat priuilegio fori, quando deliquit
31 in officio; † Quia immo generaliter concedendum est familiaribus Episcopi huiusmodi priuilegium tam in ciuilibus, quam in criminalibus *Niger. in extrauag. vnic. n. 89. de vit. & honestat. cleric. Calcan. cons. 71. n. 4. ante med. vers. nec obstat. si dicatur* & clarius *Io. de Monte Sperello inter cons. eiusd. Calcan. 72. ad med. vers. &*
32 *intelligendum,* † qui loquitur generaliter in delictis etiam enormibus, & enormissimis per *tex. in l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. 12. l. in sacris. l. 3. C. de proxim. sacror. scrinior. eod. lib.* Et ita practicari etiam in delictis extra officium testatur
33 *Prax. Archiepiscop. Neapolit. c. 9. in fi.* † Quãuis illud de enormissimis non sit tutum ex his quæ scribit de familiaribus inquisitionis *Iacob. Simane. de catholic. instit. tit. 41. de ministr.*
34 *& cor. offic. n. 19. tom. 11. p. 2. f. 172.* † Vbi loquitur de familiaribus inquisitionis, qui eximuntur à iurisdictione iudicum secularium, & puniri debent ab inquisitoribus exceptis crimini-
35 bus enormissimis, de quibus *ibidem* † Cum etiam priuilegia Inquisitoribus concessa competant Episcopis cum distinctione tamen de qua per *R. P. D. Peniam in addit. ad director. inquisitor. p. 3. schol. 114. in fin.*

Vlti-

Vltimum de consuetudine dicendum est illam non esse admittendam tamquam damnosam 36 ecclesijs † *Rot. decis. 10. de consuetud. in antiq. Abb. in c. clerici. de iudic. Roland. cons. 23. n. 9. lib. 2. Socin. in c. si quis clericus. fall. 19. de for. compet.* Quamuis de hoc non sit agendum, cum præsupponatur de ea non legitimè 37 constare, prout requiritur, † cum antequam sit præscripta non dicatur consuetudo, sed voluntas inducendi consuetudinem, quæ non obstat *Bald. de feud. cognit. c. 1. in princ. n. 1.*

Licet tutius esset in hoc casu admittere talem 38 consuetudinem, si legitimè probaretur, † Quamuis enim non valeat consuetudo generalis, quod clerici subijciantur Iudicibus laicis *c. clericis. de iudic. Decian. in prax. c. 9. lib. 4. n. 10.* Tamen sustinetur consuetudo particularis, quod 39 in aliquibus casibus, † personis, vel causis præiudicetur exemptioni clericorum; cui tunc non derogatur in totum, sed illa solum restringitur, & limitatur, quod permittitur, maximè quando non imminet graue damnum, aut dedecus ordini Ecclesiastico, vt declarat *Couar. pract. quæst. c. 31. n. 5. post princ. vers. opinor tamen. Clar. in prax. q. 36. n. 3. vers. sed ea retenta. ad med. Villalob. in suis communibus opinion. in verb. clericus. n. 80. in fin.* vbi de recepta sententia testatur.

EPITOME.

IN eadem materia quando notarius Episcopi gaudeat priuilegio fori, etiam si non sit perpetuus, sed temporalis, & quamuis delinquat extra officium. ¶ Familiares, & subditi titulis Cardinalium an debeant remitti ad eorum Vicarios, itaut Vicarius Papæ non possit de delictis per eos commissis cognoscere. ¶ Seruientes alicui, & similes officiales an debeant conueniri pro criminibus coram eo, cui seruiunt.

SVMMARIVM.

1 *Notarius Episcopi gaudet priuilegio fori quando est perpetuus, non temporalis. & n. 12. Contrarium est verius. n. 3. 13. 14. & 18. Intellige vt n. 4.*

2 *Oblati, & filij sacerdotum, & similes secundum consuetudinem Græcorum an habeant priuilegium fori.*

5 *Notarius Episcopi delinquens extra officium an gaudeat priuilegio fori. n. 7. & 11.*

6 *Indefinita quãdo æquipolleat vniuersali. & n. 8.*

9 *Familia Episcopi habet priuilegium fori ob specialem ipsius fauorem.*

10 *Familiares nobiles non debent esse minus priuilegiati, quam viles, & mercennarij.*

11 *Priuilegium fori datur familiaribus inquisitorum.*

15 *Seruiens alicui an debeat pro delictis coram eo conueniri. & n. 17.*

16 *Familiares, & subditi titulis Cardinalium remittuntur ad eorum Vicarios, neque Vicarius Papæ de illorum delictis cognoscit.*

CAPVT CCCXXXXI.

COntra conclusionem supra firmatam iterum fuit opposita alia restrictio, quod vi-1 delicet † Notarius gaudeat priuilegio fori, quando esset perpetuus, non temporalis; Nam ratione dictæ perpetuitatis, familiares etiam simplicium Clericorum vt sunt filij, & vxores Sacerdotum iuxta consuetudinem Græcorum, laici oblati, & mancipia gaudent priuilegio fori, quo alias non gaudent familiares tempora-2 nei, † vt tradit *Felin. in c. 2. sub n. 1. vers. ad idem & n. 2. & 3. de for. compet. & ibid. Imol. n. 2. & 3. Abb. n. 6. & 7. Aret n. 2. 8 & 10. Thesaur. decis. pedam. 22. n. 5.* & post alios *Decian. in prax. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 49. 53. & 57.*

Sed quidẽ prædicta distinctio an Notarij sint per-3 petui, † vel temporales de iure non subsistit, Quia donec durant in seruitio Episcopi, habent priuilegium fori, nõ propter se, sed propter Episcopum, licet quando essent perpetui gauderent eodem priuilegio perpetuo sicut Dominus, ita declarat *Bal. in l. 1. ad med. n. 2. vers. item operatur. & ibi Salic. n. 3. in fin. Alois. de Leo. n. 11. & 22. C. de episcop. & cleric. Calcan. cons. 71. n. 3. in fin. Imol. in c. 2. in fin. de for. compet. & ibi Capr.* 4 *col. 2. Capic. decis. 12. n. 2. & 3.* † Quamuis forsan si essemus in famulis, qui dietim seruirent, non haberent priuilegium fori iuxta opinionem *Socin. in c. 2. declarat 18. n. 21. de for. compet. Niger in extrauag. vnic. n. 90. ad fin. de vit. & honest. cleric. Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 44.*

Prout neque erit admittenda altera distinctio an Notarius deliquerit in officio, vel extra ad hoc 5 vt gaudeat priuilegio fori; † Quia vt dictum est etiam in superiori capite generaliter hoc debet intelligi etiam in delictis extra officium, cum omnes Doctores indistinctè concedant priuilegium fori familiaribus Episcopi tam in ciuilibus, quàm in criminalibus *Calcan. cons. 71. n. 4. ante med.* cum alijs per *Nig. in extrauag. vnic.* 6 *n. 86. de vit. & honest. cleric.* † Vnde ista indefinita æquipollet vniuersali *Bart. in l. qui ædificium. n. 2. ff. de seruitut. vrban. præd.* Maxime quando, prout in casu nostro, non est diuersa 7 ratio, quare magis intelligatur de vno, quàm de alio † *Idem Bart. in l. 1. §. sed si incertum. de ventr. in possess. mitten.* & in proposito de simi-8 libus officialibus *Carauit. rit. 49. n. 6.* † & in specie ita concludit *Io. de Mont. Sperell. inter cons. Calcan. 72. ad med.* qui loquitur in criminibus enormibus, & enormissimis, quæ non possunt dici solum committi in officio & *Io. Sperell.* sequitur *Sbrozz.* qui testatur de communi *de vicar. lib. 2. c. 146. n. 2. ad med.* & voluit etiam *Clar. in pract. q. 35. vers. quæro nunquid. n. 18.* prout etiam ita practicari in excessibus extra officium testatur *Prax. Archiepiscop. Neapolit. per Genuens. c. 9. in fin.*

Et facit, quia si solum esset restrictum priuilegium ad delicta in officio, sequeretur, quod alij de familia Episcopi non habentes officium, † in quo possit cadere delictum, non gauderent priuilegio fori in criminalibus, quod est absurdum, cum illud concedatur toti familiæ Episcopi ob specialem eius fauorem *Socin. in c. 2. n. 21. in princ. de for. compet.*

9

Et si daretur priuilegium fori familiaribus, qui non habent officium, in quo possit cadere delictum, & non istis officialibus, sequeretur absurdum, † quod familiares nobiles minus essent priuilegiati, quàm viles, & mercennarij, quod non est dicendum, Ideo non debent ad imparia iudicari *Rol. consf. 69. n. 27. lib. 4.*

10

Ideo videmus, quod familiares Inquisitorum habent priuilegium fori in omnibus criminibus, præter quædam enormissima, † de quibus *Iacob. Simanc. de catholic. institut. tit. 41. n. 19.* Vnde idem erit in Episcopis, qui habent priuilegia Inquisitorum *R. P. D. Pena in direct. inquisit. p. 3. schol. 114. in fin.*

11

Neque obstat *Auth. de potest. eccles. in secular. vers. vigesimoquinto episcopus. n. 19.* † Vbi concedit posse puniri officiales laicos per Episcopos quo ad delicta commissa in officio, & sequitur *Boer. decis. 9. n. 7.* Quia non loquuntur de familiaribus Episcopi, sed solum de officialibus, qui possunt esse deputati ad aliquod officium absque eo, quod sint familiares; † Vnde concurrente qualitate familiaritatis remanebit priuilegium fori in omnibus criminibus, prout conceditur familiæ Episcopi, ex speciali eius fauore *Felin. in c. 2. n. 2. in fin. de for. compet.*

12

13

Præterea non ex hoc quod conceditur Episcopis punitio delictorum in officio, excluduntur alia crimina cômissa per familiares extra officium.

14 Quotiescumque † enim officialis delinquit in exercitio sui officij non sortitur forum ratione loci, vbi reperitur, sed ratione officij, & iurisdictionis, adeo quod tunc non consideratur vti homo vassallus ibi delinquens, sed tamquam officialis *Carauit.* qui latè declarat *tit. 49. n. 13. & 14.* Vnde quo ad alia crimina extra officium remanebit priuilegium, quod conceditur Iudici ecclesiastico, qui poterit punire familiares Episcoporum *Sbrozz. de vicar lib. 2. c. 146. n. 4. post Clar.* qui de communi *in prax. q. 35. vers. quaro nunquid. n. 18. Soarez receptar. sentent. n. 156. in verb. episcopi familia.*

Et quamuis aliquis propter excessus non debeat conueniri coram eo, cui seruit † *c. cum contingat. de for. compet.* Tamen contraria sententia est verior, vt post *Barbat. Foller. & alios* latè concludit *Sbrozz. de vicar. lib. 2. q. 146. per tot.*

15

16 Exemplo clericorum, † & laicorum familiarium, & subditorum titulis Cardinalium, qui remittuntur ad Vicarios ipsorum Cardinalium, Ita vt neque Vicarius Papæ cognoscat de huiusmodi causis *Cardin. in clem. ne romani. §. irritum. n. 8. de elect. Barbat. de præstant. Cardin. q. 11. in fin. n. 10. tom. 13. p. 2. fol. 48.*

Præsertim, quia passim conceditur alijs punitio officialium suorum quo ad delicta in officio *l. si quis † fortè. 6. §. si quis comitum. ff. de pœn. §. quod si delinquentes. auth. de mandat. princip.* Vnde aliquid amplius debet esse in Episcopis, quibus magis defertur tam quo ad priuilegia for, quam in alijs *Felin. in c. 2. n. 1. in fin. de for. compet. c fin. de re iudic. in 6. c. quia periculosum. de sentent. excommun. eod. lib. Nig. in extraung. vnic. n. 89. & 90. de vit. & honestat. clericor.*

17

Ex istis etiam colligitur nihil esse deferendum *Vulpell de libert. eccles. p. 3. n. 26.* † dum voluit notarium delinquentem in officio, neque posse puniri per Episcopum, Quia nihil allegat, & loquitur contra communes opiniones Doctorum supra allegatas.

18

EPITOME.

Mandatum procuratoris in rem suam quo casu expiret morte mandantis ¶ Et quid si mandans relinquat hæredes pupillos, & furiosos. ¶ Vel nullum habeat hæredem. ¶ Vel quando sumus in mandatis necessarijs, & institorum, seu vniuersalibus. ¶ Clausula in rem propriam, & verbum, assigno, an transferat dominium. ¶ Alienatio fructuum an sit valida solum viuente vassal'o, seu emphyteuta. ¶ Donatio cum reseruatione fructuum in vita donantis an statim post eius mortem transeat ad donatarium. ¶ Dispositio *l. 2. C. de pignorib.* quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in rem suam non intelligitur reuocatus morte mandantis.*
2 *Mandatum procuratoris in rem suam expirat morte mandantis, qui reliquit hæredes pupillos, seu furiosos. Idem in eo, qui nullum habet hæredem. n. 6.*
3 *Mandatum institoris durat etiam existente herede pupillo, vel furioso. Et de ratione. n. 4.*
5 *Mandatum vniuersale non expirat morte, quamuis res sit omnino integra.*
7 *Mandata necessaria non extinguuntur morte. Intellige vt n. 8.*
9 *Mandata necessaria quæ sint.*
10 *Procurator in rem suam quis sit remissiue.*
11 *Clausula in rem propriam quando transferat dominium.*
12 *Fructus quando possint dari in solutum creditoribus stante inuestitura facta patri pro se filijs & nepotibus, & an alienatio resoluatur mortuo debitore, & valeat solum obligatio respectu personalis actionis. n. 13.*
14 *Alienatio fructuũ est ualida solũ uiuẽte vassallo.*
15 *Verbum, assigno, quando transferat dominium.*
16 *Donatio cum reseruatione fructuum in vita donantis statim post eius mortem reuertitur ad donatarium.*
17 *Dispositio l. 2. C. de pignorib. quãdo habeat locũ.*
18 *Exceptio dubia non impedit processum in possessorio.*

CA-

CAPVT CCCXXXXII.

MAndatum procuratoris, de quo in casu mihi proposito, dicebatur non expirasse morte mandantis, neque mandatarij, sed transiuisse ad hæredes vtriusque, cum essemus in eo, 1 qui fuit constitutus procurator in rem suã, † qui regulariter non intelligitur reuocatus morte mandantis *Bar. in l. 1. C. de act. & obligat. Gabr. conclus. 2. de procurat. n. 36. Bertazol. claus. 29. glos. 2. n. 4.* cum alijs per *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 3. n. 52.* vbi etiam testatur ita resolutum *in Rot. coram Card. Seraph. Roman. pecuniaria. 27. Octobris. 1581.*

Verum breuiter Dixi contrarium concludendum 2 esse, quia eramus in hæredibus pupillis, † quo casu per istam mutationem status mandatum expirauit, Etenim hæres fingitur persona defuncti iuris interpretatione, & sic mandans, qui erat maior, effectus est pupillus, adeo vt per hãc mutationem status nihil sit prouisum, quare nõ debeat mutari mandatum, quod etiam est dicẽdum relicto hærede furioso, seu in similibus hæredibus, qui per tutores, seu curatores regi cõsueuerunt, Ita in specie declarat *Socin.* dicens esse nouam, & singularem limitationem *cons. 112 dubium abundè. col. 8. in fin. vers. quibus præmissis. n. 12. & 13. lib. 1.* sequitur *Ancbar. Regiens. q. 23. n. 1. in fin. Strac. de mercatur. in fin. tit. mandati. n. 49. tom. 6. p. 1. fol. 301.*

Nec obstat quod duret mandatum institoris etiam 3 existente hærede pupillo, vel furioso † *l. si quis mancipijs. §. si impulsus. de instit. act. l. sed & si pupillus. in princ. ff. eod.* Quia illud procedit in mandato actus vniuersalis; Eo enim ipso quod istud vniuersale est cæptum dicitur esse res integra etiam quo ad gerenda, & ideo morte non 4 finitur mandatum, † & hoc propter vtilitatem promiscui vsus, & ne contrahentes decipiantur quasi tunc liceat pupillum obligari ex actu defuncti sine tutore, quãuis obligatio sumat initiũ in persona defuncti, & sic speciale est, quod in illo casu, & mandatum duret post mortem, & quod pupillus de nouo obligetur à procuratore defuncti, prout declarat *Castr. in l. si quis mancipijs. 17. §. si impubes in princ. ff. de institut.* 5 *action. Socin cons. 112. n. 13. lib. 1.* † Et de mandato vniuersali, quod non expiret morte, licet res sit omnino integra *Ruin. cons. 115. n. 5. & 11. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. n. 39.*

Idem est, quando sine hærede mandans decederet, quia tunc nulla remanet imago defuncti, 6 & ideo † qui mandatum suscepit, non potest vti titulo nominis ipsius, quod nec vere, neq; ficte amplius extat, & sic nullus adest, cuius nomine agatur, & per consequens mandatum quamuis in rem suam intelligitur morte solutum *Bar. in l. 1. col. 1. post med. n. 4. vers. mihi videtur. C. de act. & obligat. Ias. in l. eius qui in prouincia. §. placebat. limit. 5. ff. si cert. pet. Alex. in l. fundi. n. 4. ff. de acquir. possess. Gabr. de procurat. conclus. 2* 7 *n. 37.* † Prout dicitur de mandato necessario quod quamuis morte non extinguatur *Bald. in c. licet. n. 5. de offic. de leg. Roman. cons. 202. n. 4.* Tamen intelligitur quando cum hærede mandans decessit, secus si absque eo obijsset † *l post-* 8 *quam. in princ. ff. vt legat. nom. caueat. Bald. in l. 1. n. 3. vers. ista oppositiones tendunt. C. de act. & obligat. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. n. 51. Alex. in l. fundi. n. 4. ff. de acqu.* 9 *possess.* † & quæ sint ista mandata necessaria *Card. Mantic. ibid. n. 35. vsque ad n. 50. Couar. pract. quæst. c. 11. n. 2. Felin. in c. relatum. n. 8. de offic. delegat.* Et de huiusmodi mandatis in rem 10 suam † *Io. de Graff. de cession. iur. §. 5. tom. 3. p. 2. fol. 73. Bertazol. claus. 27. glos. 4. n. 4. & claus. 28 glos. 2. & clausul. 29. glos. 2. Strac. de adiect. n. 61* 11 *& q. 14. to. 6. p. 1. fol. 392. & 402.* † Et de clausula in rem propriam quando transferat dominium cum multis similibus *Menoch. cons. 361. n. 38. vers. quod autem venditio. lib. 4.*

Præterea quamuis huiusmodi mandatum non expirauerit morte mandantis, Tamen ex instrumento in actis producto apparet quod inuestitura, domorum de quibus agimus, fuit fa-12 cta patri pro se filijs & nepotibus, † vnde sequitur, quod licet potuerint fructus dari in solutũ suis creditoribus, Nihilominus mortuo debitore, fuit resoluta omnis alienatio, cum illa non possit fieri in præiudicium eorum, qui in ea succedunt *Ruin. cons. 176. n. 11. lib. 1. Afflict. decis. 240. n. 10. Menoch. de arbitr. cas. 560. n. 7. & 8.* 13 Ideo † valebit obligatio respectu tantum personalis actionis, non autem, vt constituatur ius in re *Neguf. de pignor. 2. m. 2. p. n. 48. Redoan. de reb. eccles. non alienand. de constit. ann. cens. in reb. eccles. n. 23. Surd. de alim. tit. 4. q. 10.* 14 *n. 25. vsque ad n. 34.* † Cum solum viuente vassallo, seu emphyteuta sit licita fructuum alienatio, & executio *Tiraq. de retract. consanguin. glos. 7. §. 1. n. 47. post Doctor. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damn. infect. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 10.*

Hoc stante non potest dici assignationem pensionum dictarum domorum pro debito annuorum censuum importare aliquam trãslationem dominij, cum in casu nostro iuris ratio, & materia 15 hoc non patiatur, † quasi tunc verbum assigno transferat dominium, quando non repugnat subiecta materia, cum alias secundum illam reguletur, & possit importare plus, & minus *Aret. in l. si pluribus. 33. col. 2. in princ. n. 3. in 3. notab. ff. de legat. 1. Rebuff. in l. assignare. 107. col. 1. ff. de verb. signific. post Bald. in l. 2. n. 7. ad fin. vers. & si per verbum assigno. datur interdum possessio. C. commun. de legat.*

Immo quamuis d. assignatio operaretur translationem dominij, tamen expirauit propter donationem censuum, pro quibus illa fuit facta, cum per donantem fuerit solum talis donatio 16 reseruata eius, & vxoris vita durante, † Vnde post eorum mortem statim nulla alia expectata licentia reuersa est ad donatarios ex vi temporis limitati, quod hunc effectum operatur

etiam ad correctionem iuris communis, prout in vsufructu, & similibus dispositionibus concludit *Alex.conf.3.n.6.lib.7.* cum alijs per *Surd. decis.75.n.5.*

Ex quibus etiam colligitur non esse impediendum salu anum intentatum, cum non adsit amplius aliqua specialis hypotheca in d. pensionibus

17 assignatis, † Præsertim quia possessor conuentus non habet aliquod creditum, aut aliquam obligationem in bonis possessis, quo casu non militat dispositio *l.2.C.de pignorib. Socin.conf. 75.primo aspectu.col.penult.in fin.vers.praetere a arbitror. n.14. lib.4.Couarru.* qui de communi *lib.3.var.resolut.c.18.n.2.vers.quarto animadvertendum. Neguf. de pignorib. p. 2.m. 2. n. 51. in fin. vers. & per hoc infert. & p. 8.m. 1. n. 20. limit. 7.*

Et in omnem euentum non potest negari istas

18 exceptiones esse dubias, † & requirere altiorem indaginem, quo casu non debet impediri processus in possessorio *Roland. conf.1.n.73.lib.1. Dec.cõs.424.col.fin.Rot.diuers.decis.250.n.2.p.1.*

EPITOME.

DOnatio an requirat insinuationem si res donatæ ascendant ad summam quingentorum aureorum, sed deductis expensis necessarijs non remaneant quingenti auri. ¶ Et an consideretur onus dandi, vel faciendi aliquid, quod transcendat vltra, vel æquiualeat d. summæ. ¶ Emens facta redhibitione quas expensas recuperet. ¶ Et quid si soluit proxeneticum tam coacte, quam sponte. ¶ Solutio spontanea an dicatur si fiat ab eo, qui potest compelli. ¶ Expensæ necessariæ quales sint. ¶ Gabella an exigatur solum respectu eius quod remanet apud venditorem, vel etiam expensarum, quæ factæ sunt causa venditionis. ¶ Statutum annullans contractum mulieris vltra decem libras an comprehendat illum, qui fit pro vndecim libris, si deberet detrahi vna libra pro mediatoribus, vel alijs expensis.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ quæ dantur proxenetis dicuntur necessariæ, & debent detrahi tamquam æs alienum, prout illa quæ fiunt pro subhastationibus, solutione gabellarum, instrumentorum, & similium.*

2 *Gabella solum exigitur respectu eius, quod remanet apud venditorem deductis expensis necessarijs dandis mediatoribus, & alijs. & n.3. Intellige, vt n.4.*

5 *Donatio non requirit insinuationem, si res donata ascendunt ad summam quingentorum aureorum, sed deductis expensis gabella, non remanent quingenti aurei.*

6 *Donatio non insinuata an infirmetur si apponatur onus dandi, vel faciendi aliquid, quod transcendit vltra, vel æquiualet summa quingentorum aureorum.*

7 *Statutum annullans contractum mulieris vltra decem libras an comprehendat venditionem factam pro vndecim libris, si debeat detrahi vna libra pro mediatoribus, & alijs expensis.*

8 *Aestimatio vera non dicitur, nisi deductis oneribus. & n.9.*

10 *Fructus quando intelligantur deductis expensis.*

11 *Emens facta redhibitione an repetat, quod vltra pretium soluit mediatori tam coacte, quam sponte, & secundum morem regionis. n.12.13. 14.15.16.17.& 18. Et an dicatur spontanea solutio facta proxenetæ antequam compellatur. n.19.*

20 *Inuitus dicitur soluere qui sciebat se posse cogi.*

21 *Expensæ necessariæ debent restitui ei, a quo fuerunt retractæ res emptæ.*

22 *Emptor agens redhibitoria recuperat, quod soluit nomine vectigalis. Intellige, vt n.24.*

23 *Collectæ sunt soluendæ ei, cui euincitur possessio.*

25 *Gabella debet solui per emptorem.*

CAPVT CCCXXXXIII.

QVo ad expensas, quarum restitutio petebatur tam respectu retractus, quam aliarum rerum, de quibus quæsitum fuit, Dixi firmandas esse infrascriptas conclusiones.

Prima conclusio. Inter expensas necessarias connumerantur illæ, quæ solent dari proxenetis, &

1 mediatoribus, adeo vt prius detrahantur † tanquam æs alienum, exemplo earum, quæ fiunt in subhastationibus, solutione instrumentorum, gabellarum, & similium, vt docet *Bart.in l.vbi pure.19.§.fin.n.1.ff.ad senatusconf.trebellian.& in l.quantitas patrimonij.72.ff. ad leg.falcid.& in l.fin.§. in computatione. in princ. n. 3. in 3. notab. & ibi Iaf. col. 1. in princ. n. 2. Corn. n.1. in fin. C. de iur. deliber.*

Secunda conclusio. Semper ratio habetur eorum quæ proxenetis, & pro similibus expensis data sunt, etiam quantum ad tertium, cui ius com-

2 petit ex contractu, † Vnde si pro venditione debeat solui gabella ad rationem tot solidorum pro quolibet aureo, deducitur quod erogatur in faciendis subhastationibus, aut in soluendo proxeneticum, & pro gabella solum exigitur respectu eius, quod remanet apud venditorem *Bart.in l.sed si hoc.61.* quem repetit in *l. sed si vir vxori.60.§.cuidam.in princ.n.1.ff.de condit. & demonstrat. & ibi Castr.in fin. vers.similiter n.3.Iaf.in l.non amplius.23. in princ. n.4. vers. secundo adde.de legat.1.Cattell. Cott. in memorab. in verb. statuto mediolani cauetur quod in diuisionibus.col.2.in princ. vers. cõfirmatur per illud. Rip.in l.vbi pure.§.vlt. ad fin.n.6.ff.ad*

3 *senatusconf. trebell.* † Quod magis procederet, quando statutum diceret pro pretio, quod recepisset, cum non recipiat, nisi quod apud eum remanet *Bart.in d.§.quidam.in princ.n.1.*

Ista tamen intelliguntur, quando statutum simpliciter loqueretur, quod soluatur gabella pro

4 pretio rei, † tunc enim pretium intelligitur dedu-

deducto omni eo, quod expenditur causa perficiendæ venditionis; Aliud esset in statuto disponente, quod soluatur gabella pro pretio, quo vendidisset, tunc enim pro toto pretio soluitur, cum verum sit, quod tanti vendidit, vnde alia deductio expensarum non poterit fieri *Bart. in d. l. sed si hoc. §. cum quidam. ad med. vers. aut dicit quod soluatur. ff. de condit. & demonstrat.* argumento *l. in quartam. §. fin. ff. ad leg. falcid. & l. qui fundum. eod. tit.*

Tertia conclusio. Quamuis donatio, quæ ascendit vltra quingentos aureos nihil valeat sine in- [5] sinuatione *l. sancimus. C. de donation.* † Tamen si fuerint donatæ tot res, quæ ascendunt vsque ad d. summam, sed deductis expensis gabellæ non supersunt quingenti aurei, valebit donatio absque insinuatione, cum debeant detrahi impensæ, & attendi quod reliquum est *Bart. in l. quoties 67 ff. ad leg. falcid.* vbi quod est casus notabilis *Roman. sing. 203. dico vnum. n. 1.* & ibi *Addit.* testatur de magis vera opinione *Cremēs. sing. 172. quod est penul.* cum alijs ibi adductis *in add. per Gab. Saraina.* sequitur *Cott. in memorab. in verb. statuto mediolani cauetur quod in diuisionibus. post princ. vers. & ideo singulariter. Ias. in l. non amplius. 23. in princ. n. 6. vers. quarto adde. de legat. 1. & in l. penul. §. quoties.* [6] *ad fin. n. 9. de iurisdict. omn. iudic.* † Vnde si apponatur onus dandi, vel faciendi aliquid in donatione, quod transcendit vltra, vel æquiualet, non infirmatur donatio in illo excessu, neque eget insinuatione, quasi non censeatur capere ex causa donationis *Castr. in l. sed si hoc. 60. §. cuidam. n. 2. post Bald. ibid. ante fin. vers. & facit ad quæstionem. ff. de condit. & demonstrat.* Vbi etiam, quod tantum debent æstimari prouentus ecclesiæ, vel castri, quantum valent deductis oneribus.

Quare dicimus, quod si mulier vendat rem pro vndecim libris, & in proxenetis fuerit expensa vna libra, ad hoc vt contractus sortiatur effe- [7] ctum, † detrahetur de d. venditione illa libra, & contractus iudicabitur validus in decem tantum, itaut non comprehendatur in statuto annullante contractum mulieris vltra decem libras *Lamberteng. super statut. de contract. mulier. glos. 5. q. 7. n. 18.* ex doctrina *Bart. in l. sed si hoc. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. glos. 1. §. 15. n. 5.* Vbi [8] etiam multa similia adducit, † quod in beneficijs, & cæteris dispositionibus de lucenda sunt onera, & expensæ ad cognoscendum verā æstimationem rei, cum declarationibus, de quibus per *eundem Tiraq. ibid. n. 1. vsque ad n. 18. & glos. 4. §. 19. n. 8. vsque ad n. 11.* vbi etiam loqui- [9] tur in casu rescissionis venditionis † ex *l. 2. C. de rescind. vendit. post Petr. Iacob. in tit. de act. ex vendit. quando vendit. est deceptus. col. 3. vers. & est notandum.* Et quando etiam fructus in- [10] telligantur deductis expensis † *Barbos. in l. fructus 7. ff solut. matrim.*

Quarta conclusio Si emens vltra pretium aliquid soluit mediatori, si fiat redhibitio, repetit quod [11] dedit ex necessitate, † secus autem si sponte *Bart. in l. debet. 37. per illum tex. ff. de adil. edict.* Cum non solum pretium cum vsuris sit restituendum, sed omne id, quod emptionis causa erogatum est, & quod venditioni accessit *d. l. debet. & l. eum autem. 23. §. iubet. ff. de adil. edict.* Quod etiam voluit *Glos. in d. l. debet. in verb. e-* [12] *rogatum. & ibi Ang. in princ.* † Vbi intelligit, quando ex necessitate hoc faceret, si videlicet venditor dixisset emptori, non venderem aliquo modo, nisi per manus talis mediatoris, qui concordabit nos de pretio, cui dabis salarium pro labore, tunc enim habet locum repetitio; idem sequitur *Bald. in d. l. debet.* vbi dicit casum notandum referendo *Glos. ibid. in verb. erogatum.* & ita etiam determinasse *Mart. de Fano* dicit *Ias. in l. 1. post med. in vlt. notab. n. 7. ff. de* [13] *condict. caus. dat. caus. non secut.* † licet ipse contrarium sentiat, prout etiam hanc distinctionem spontaneæ, vel coactæ solutionis dicit rationabilem *Benuenut. Stracc. de proxenet. vers. item quæritur. n. 1. tom. 6. p. 1. fol 342.* vbi etiam ita intelligit *Ang. Aretin. in §. duplum. col. pen. vers. & dicitur redhibitoria. instit. de action.* & hanc distinctionem refert etiam *Tiraq. de retract. lignag. glos. 4 §. 19. n. 8.*

Verum est, quod *Ias. in l. 1. in vlt. notab. n. 7. ff. de* [14] *condict. caus. dat.* † tenet, quod si dedi decē proxenetæ, vt faceret mihi vendi certum equum, si post venditionem eius opera secutam, eum redhibui tanquam morbosum, non possum repetere illa decem, quia cum sint data pro seruitio, & opera proxenetæ, quæ est secuta, d. bet impedire repetitionem per *tex. in l. diebus. & ibi Glos. de adil. edict. Bart. in l sciendu n. §. fin.* [15] *ff. eod. tit.* † Sed nec *Glos.* nec *Bart.* nec *tex.* hoc dicunt, ideo sententia *Ias.* non est admittenda, cum immo *Doctores supra allegati* teneant contrarium cum illa distinctione spontaneæ, seu [16] necessariæ solutionis. † Posset tamen opinio *Ias.* procedere, quando contra eundem proxenetam ageretur ad restitutionem proxenetici, quia tunc non dabitur talis repetitio, nisi dolus proxenetæ interuenisset, quo casu daretur etiam actio de dolo, vt per *Strac. de proxenet. vers. item quæritur si res vendita. in fin. tom. 6. p. 1. f. 342.* Et in isto casu loquitur *Ias.* si recte inspiciatur, Adeo vt non debeat pro alia parte allegari circa ea, quæ dicta sunt de solutione spontanea.

Quinta conclusio. Non datur repetitio eorum, quæ dantur mediatoribus per emptorem suo [17] motu, vel curialitate, † cum enim dependeant ex voluntarijs causæ motibus, non dicuntur necessaria, ideo non habetur istorum consideratio, prout in terminis *l. debet. 27. de adil. edict.* declarat *Bald. in l. si prædia. 4. col. 2. post princ. vers. id autem quod facit. n. 6. C. de adil. action.* sequitur *Caball. de euict. c. 2. de redhibit. n. 48.* [18] vbi, quod restituitur emptori † exhibitum proxenetis secundum morem, & consuetudinem loci, non tamen quod ex sua liberalitate soluit, cum ad illud dandum nemo potuisset emptorem

rem cogere, ne alias fraus fieret, si hoc permitteretur *Ferron in consuetud Burdigalens. lib. 1. tit. 2. de retract. col. 2. in fin. vers. nam cum in ea.*

Sexta conclusio. Non consideratur, quod solutiones, quæ fiunt proxenetis fuerint factæ sponte, 19 si † in similibus emptionibus interueniant tales personæ, cum enim per eos possit compelli emptor ad soluendum, dicitur fuisse compulsus, quamuis actum sponte fecerit, quasi paria sint soluere coacte, vel metu coactionis, adeo vt semper dicatur inuitus soluere, qui sciebat se posse cogi *l. nouissime. 7. ff. quod fals. tut. auct. gest. ess. dicat.* vbi *Bald. in princ.* † multis simili- 20 bus comprobat † *Bart. in l. creditor. vers. tertio quaro. ff. de solution. Abb. cons. 60. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 25. pro tenui facultate mea. col. 3. in princ. vers. & idem in ista quæstione latè Felin. in c. cumm. ferrariensis. 9. col. 13. post med. vers. pro hoc facit. n. 21. de constitut.*

Septima conclusio Expensæ mediatorum, seu proxenetarum tanquam necessariæ, & aliæ similes 21 debent restitui ei, † à quo fuerunt retractæ res emptæ, cum semper primus emptor ab illis conseruari debeat indemnis *Glos.* in specie *in l. illud sciendum. 29. in verb. accessionesq. ff. de adil. edict. Aret. in §. in duplum. col. penul. ante med. vers. & dicitur redhibitoria. n. 10. in fin. instit. de action. Anton. Ferron. super consuetud. Burdigal. lib. 1. tit. 2. de retract. col. 2. ad med. vers. in his sumptibus restituendis. Caball. de euiction. c. 2. de redhibitor. col. 6. ad fin. vers. facta redhibitione. n. 48. tom. 6. p. 1. fol. 98.*

Ideo etiam emptor agens redhibitoria recupe- 22 rat, quod soluit nomine vectigalis, † quod notandum pro gabellis equorum dicit *Ang. in l. debet 27. in fin. ff de adil. edict.* prout etiam collectæ sunt restituendæ ei, cui euincitur posses- 23 sio † *Bart. in d. l. debet. in fin.* Indemnis enim emptor discedere debet, ideo etiam quod datum est nomine vectigalis repetitur *l. debet. 27.* 24 *in fin. de adil. edict.* † Quidquid sit in fisco, qui redhibitione facta non tenebitur restituere gabellam, quam accepit pro contractu, sed venditor debet illam restituere emptori, & si non fit mentio in statuto quis soluat gabellam, 25 intelligitur, quod soluat acquirens, † non venditor *Bald. in l. si prædium. 4. n. 6. col. 2. in princ. C. de euiction.*

Ex prædictis colligitur expensas, de quibus agimus, esse restituendas per retrahentem emptori domus, à quo fuit retracta, *vt in septima conclusione.* Cum simus in expensis necessarijs, *vt in prima, & secunda conclusione*, & in solutione non spontanea, vel ex proprio motu, sed solita dari ex consuetudine, & statuto, quæ licet etiam fuisset sponte facta, tamen ex quo poterat emptor cogi ad soluendum, habetur pro compulso quasi hæc omnia detrahantur, tanquam æs alienum, exemplo gabellæ, datij, subhastationum, & similium, quæ semper deducuntur tam in emptionibus, quam donationibus, cæterisq. contractibus, *vt in tertia, quarta, quinta, & sexta conclusione* dictum fuit.

EPITOME.

Emphyteusis, quando dicatur hæreditaria. ¶ Clausula ad habendum &c. an ampliet dispositionem, & inducat facultatem alienandi. ¶ Et quid si huiusmodi potestas alienationis permittatur solum conductori. ¶ Vel post d. clausulam subsequatur pactū prohibens alienationem irrequisito domino. ¶ Bona feudalia, & emphyteotica, quo casu veniant in institutione.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteotica, & feudalia non veniunt in generali dispositione, & de ratione n. 5. Fallit in vniuersali. n. 2. Et in familiari, & ex pacto, non hæreditaria. n. 8.*

3 *Verba vniuersalia prolata ab homine, non recipiunt restrictionem, secus si à lege proferantur.*

4 *Emphyteusis pro se, & successoribus ad disponendum prout placuerit, habetur pro hæreditaria.*

6 *Alienatione permissa sine aliqua pœna, permittitur etiam dispositio per viam institutionis.*

7 *Feuda hæreditaria veniunt in fideicommisso, & petitione hæreditatis.*

9 *Per clausulam, ad habendum, &c. positam in executiuis non dicitur ampliata concessio, neq; venit licentia alienandi. Idem si talis facultas esset data solum conductori. n. 10.*

11 *Post clausulam, ad habendum, &c. si subsequatur pactum prohibens alienationem irrequisito domino non datur potestas alienandi.*

CAPVT CCCXXXXIIII.

In generali dispositione bonorum, quamuis non veniant bona emphyteotica, & feudalia 1 *c. † generali. si de feud. defunct. fuer. controu. Paris. cōs. 7. n. 3. vsque ad n. 8. li. 3.* Tamē aliud Dixi concludendū esse in vniuersali omnium bonorum institutione, de qua agebamus, cum in ea 2 illa contineantur, † quasi plura veniant in vniuersali, quæ non in generali, vt in specie concludit *Natt. cons. 149 n. 24. vsque ad n. 31. Cephal. cons. 107. n. 34. lib. 2. Menoch. cons. 16. n. 6. in fin. Ruin. cons. 37. n. 12. lib. 1. Curt. Iun. cons. 26. n. 8.*

3 Etenim † in verbis vniuersaliter prolatis ab homine nulla restrictio est admittenda, Quidquid aliud sit in prolatis à lege, quæ tunc recipiunt restrictionem de habilitate *Idem Ruin. cons. 60. n. 24. lib. 4. Becc. cons. 96. n. 32. Surd. cons. 73. n. 71. lib. 1.*

Quæ maxime procedunt, quia eramus in emphyteusi hæreditaria concessa pro se, & successoribus ad faciendum, & disponendum, prout eis 4 placuerit; † cum similibus clausulis, cum per ista verba talis emphyteusis non retineat amplius naturam suam, sed comprehendatur omnis titulus hæreditarius, & successionis, & de ea iudicamus sicut de alijs bonis hæreditarijs *Bald.*

Bald.conf.70.punctus.post med.verf.praeterea in hoc.n.4.lib.2. & conf. 107. quaestio. col. 1. in fin. verf.in contrarium videtur.eod.lib. & in l. cum virum. 16. in fin. n. 21. verf. extra quaero. C. de fideicommiss. Quidquid contrarium sentiat *Dec.conf.192. pro tenui.col.4.post med.verf.non obstat fundamentum.n.5.* Cum eius opinio non approbetur, vt late concludit *Aym. conf. 256. col.3.ad med.verf.sed hic dubitatur an testamenta. n.4.& 5.*

Quorum ratio est, Nam ista feuda,& bona emphyteotica, non veniunt in generali dispositione,

5 quia † prohibentur alienari sine consensu domini; Vnde talis dispositio non extenditur ad illicita, & prohibita *Castr.conf.396.lib.1.Alex. conf.10. ad fin. lib.7.* Quae ratio cessat, quando emphyteusis est vere & proprie haereditaria, cum enim de ea permittatur dispositio sine domini consensu, nihil deperit alienanti; Ideo etiam censetur cogitasse de emphyteusi, dum

6 de bonis suis generaliter disponit; † Vnde permissa alienatione absque aliqua poena permittetur etiam dispositio per viam institutionis *Corn.conf.321.ad fin.n.10.lib.4.Curt.Iun.conf.109.contra ea.col.4. ad fin. verf. cum igitur non constet.n.11.& conf.110.col.11.ad med. verf.sed quid fortius.n. 24.* Quidquid contrarium sentiat *Ias.conf.6.col.penult.lib.3.* Quia contra eum est verior opinio, vt multis comprobat *Aym. conf.*

7 *256.col.4.n.5.& 6.* † Vbi etiam, quod ista feuda haereditaria includentur in dispositione generali, cum veniant in fideicommisso, & petitione haereditatis, sicut caeterae res haereditariae, quasi per talem inclusionem nulla cadat poena, nec damnum disponentis; Vnde multo magis includetur in dispositione vniuersali *Curt. Iun. conf.26.col.4.ad med. n. 8. Dec. conf. 389.n.11. Ias.conf.224.col.2.in fin. verf.tertio istud statutum. lib. 2. Natt. conf.159. n.26. Menoch.conf. 129.n.12.in fin. lib.2.*

Et ita intelligitur *Surd. decif.11.* Vbi, quod non censentur venire bona emphyteotica in institu-

8 tione. † Quia loquitur, quando essemus in emphyteusi familiari,& ex pacto,non haereditaria, & in casu,in quo requireretur consensus Domini,vt explicat *Idem Surd.d.decif.11.in fin.n.19.* & declarat etiam *Sim. de Prat.de interpret. vlt. volunt.lib.3.folut.2.n.6.& 7.fol.184.Natt.conf. 475.n.3.& 4.*

Contraria, quae adducuntur procedunt in emphyteusi, cum clausula ad habendum &c. vel simili

9 apposita in executiuis,†non autem in dispositiuis,tunc enim non diceretur ampliata cōcessio, & licentia alienandi non veniret, vt per *Ofasc. decif.164.n.5.*quam sequitur *Rot.coram R.P.D. Manzanedo. Romana domus. 9. martij. 1609.* vbi, quod magis procedit, quando ista facultas

10 esset data solum ipsimet conductori, † quo casu etiam clausula sola ad habendum apposita in parte dispositiua, neque aliquid operaretur, quasi tunc facultas alienandi esset personalis, non egrediens personam,cui fuit facta concessio *Bald.conf.304.n.1.lib.5.Aym.conf.98.n.8.& 9.*

Prout etiam quando post similes clausulas ad habendum, &c. subsequeretur pactum prohibens

11 alienationem irrequisito domino, † tunc enim staret restrictiue ad d. clausulas, quae non operarentur facultatem alienandi, quamuis essent appositae in dispositiuis *Dec.conf. 170. in causa venerabilium. n.3.in fin.verf.quarto & vltimo. col.penul.in prin.* cum alijs per *Rot.in d. Romana domus.coram R.P.D.Manzanedo.Rot.diuerf.decif.11.ad fin.p.1.& coram R.P.D.Gipsio. Camerin. domus, 4.iunij.1593.*

EPITOME.

Pater in stipulatione emphyteusis pro filijs, & haeredibus, quando censeatur adhibitus tanquam nudus minister, itaut illa non dicatur haereditaria. ¶ Concessio emphyteusis facta filijs tam nominibus proprijs, quàm appellatiuis, quo casu censenda sit contemplatione illorum, vel patris. ¶ Dos relicta ab auo nepti an dicatur constituta intuitu ipsius, vel filij. ¶ Principium acquisitionis, quando incipiat habere eff. ctum à patre, qui stipulatus est emphyteusim filijs, non admixta persona sua. ¶ Et quando in ea filius censeatur nominatus vt filius, vel vt haeres,

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis non dicitur haereditaria, si pater illam acquisiuit suis filijs, & haeredibus tanquam legitimus eorum administrator.*
2 *Filius quando censeatur nominatus in emphyteusi vt filius, vel vt haeres.*
3 *Inuestitura prima attenditur, & secunda ab ea dependens censetur facta secundum conditiones primae.*
4 *Pater in stipulatione emphyteusis pro filijs quando dicatur adhibitus tanquam nudus minister.*
5 *Emphyteusis concessa filijs nominibus proprijs non appellatiuis,censetur facta contemplatione illorum,non patris. Amplia vt n.7. & quando dicatur nomen patris simulate appositum,itaut illa sit haereditaria. n.8.& 9.*
6 *Dos relicta ab auo nepti proprio nomine dicitur relicta intuitu ipsius, non filij.*
10 *Emphyteusis quando censeatur acquisita filijs ex gratia concedentis, non ex facto patris.*
11 *Stipulatio emphyteusis facta per patrem filio non admixta persona sua, non potest habere effectum & principium acquisitionis ab eo. Amplia vt n.13. Et in dubio censetur pater stipulari vt filio, non vt haeredi. n.12.*

CAPVT CCCXXXXV.

Emphyteusim,de qua agimus, Dixi non esse haereditariam, cum ex illius concessione

1 appareat, † quod pater tanquam legitimus administrator filiorum eam acquisiuit ipsis filijs, & haeredibus ipsorum filiorum, non autem sibi; Itaut d. filij dicantur primi acquirentes; Vnde non

de adipisc. possess. remed. 4. q. 56. vers. declaratur primo. n. 450. Calcan. cons. 18. n. 1. in fin.

Præterea etiam detentator iniustus non expellitur absque citatione, Adeo vt ille, qui debet 26 se informare de intrusione summarie, † & de plano non possit aliquid facere sine citatione quando debet eũ expellere, seu priuare, Quidquid aliud, sit si habet solum referre superiori, nam ab illo postea citabitur *Calder. cons. 4. de dilation. Felin. in c. cum olim. 12. col. 11. in prin. n. 11. vers. per quem dixit. de senten. & re iudic.*

27 Vbi † etiam quod si iudex expulit possessorem non citatum, cum esset intrusus, debet reuocare traditionem possessionis, & expulsum in eam iterum ponere *Card. cons. 75. ad med.* Cum non valeat immissio in possessionem etiam contra 28 possidentem de facto, si non fuit citatus, † prout neque licebit capere possessionem propria auctoritate non vocato possessore, quamuis liceat solitam continuare, itaut nulla interpretatio statuti plene loquentis tollat citationem possidentis, Neque sufficiet citatio per edictum, quando scitur, vel sciri potest 29 quis sit possessor, † vel cuius intersit, prout omnia prædicta refert *Felin. in c. cum olim. 12. col. 11. & 12. n. 11. de sent. & re iudicat.* Quamuis possessio vigore statuti esset translata, cum tale statutum intelligatur, nisi illa possessio iam esset apud alium, cum per actus fictos non tran-30 sferatur in alterum, non interueniente consensu, & facto illius, pœnes quem est, quidquid alias bene per actus veros transferretur *Alex. cons. 83. visa facti narratione. col. 1. post med. n. 2. & 3. lib. 2.*

Quibus stantibus concludendum est non esse probatam illicitam detentationem ex confessione, seu relatione, de qua agebatur, ob præsumptionem iuris in cõtrarium, vt dictum est, Ideo non potuisse omitti citationem, cum contraria procedant, quando constaret nullam competere defensionem, de quo hic non apparet *ex supra allegatis in vers. cum igitur.* Et alia adducta procedunt, quando quis continuaret suam pos-31 sessionem, quod non probatur, † Tunc enim non diceretur quis priuatus *Alex. in l. qui vniuersas. 30. §. item cum prætor. de acquir. possess. & in l. clam. §. qui ad nundinas. col. 2. vers. præterea. ff. eod. tit. Anchar. cons. 353. n. 3. Bald. in l. 2. n. 5.* 32 *C. ne uxor pro marit.* † Quasi facultas Iudicis nulliter dantis possessionem nihil addat, aut operetur, nec possessionem transferat *Bart. in l. creditores. n. 25. C. de pignor.*

Obseruandum tamen erit, quod quamuis possit acceptari confessio reiecta illa qualitate iniustæ 33 detentationis, † Non tamen esset exclusa probatio, quæ aliunde posset fieri circa veritatem huiusmodi qualitatis adiectæ quo ad illicitam detentationem *Abb. in c. cum venissent. 6. col. 2. ad fin. vers. & ideo incumbit. n. 7. & 8. de institut. Andr. Gail. obseruat. 106. n. 7. vers. non tamẽ lib. 2.* Ideo quatenus pars super hoc innitatur erit audienda per iudicem, dando illi terminum ad probationem prædictorum.

EPITOME.

Notarius Episcopi quando gaudeat priuilegio fori. ¶ Et quid si non viuat expensis illius, & non delinquat in officio. ¶ Familiariũ appellatione qui veniant. ¶ Et an debeant esse continui commensales. ¶ Arbitrium Iudicis an attendatur in cognoscendo quis sit familiaris. ¶ Priuilegia Inquisitoribus concessa an competant Episcopis. ¶ Cõsuetudo quod clerici subijciantur Iudicibus laicis quando valeat. ¶ Seruientes in exercitu quo casu habeant exceptionem hosticam, & alia militum priuilegia. ¶ Familia laicorum quando gaudeat priuilegijs dominorum. ¶ Scriptores, notarij, & bidelli scholarium an sint sub eodem foro, sicut Scholares. ¶ Familiares inquisitionis an debeãt puniri per Inquisitores. ¶ Materia fori quando debeat restringi. ¶ Habentes litteras familiaritatis Episcoporũ an gaudeant priuilegijs illis concessis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori conceditur notario Episcopi tamquam sit de ipsius familia. & n. 2.*
3 *Famuli Episcoporum an gaudeant priuilegio fori ex speciali ipsorum fauore.*
4 *Coloni, & serui, & alij de familia clericorum quando habeant priuilegium fori clericis concessum. n. 5.*
6 *Familia laicorum gaudet priuilegio dominis cõcesso, si ipsi non possent commode vti suo priuilegio.*
7 *Notarius debet gaudere priuilegio fori quando viueret expensis Episcopi, & n. 27. Contrarium est verius. n. 8. 28. & 29.*
9 *Familiares militum habent priuilegium illis concessum.*
10 *Medici, & Chirurgi qui non viuunt expensis militum gaudent eorum priuilegijs.*
11 *Omnes qui seruiunt in exercitu pro rebus necessarijs ad illum spectantibus habent exceptionẽ hosticam, & alia priuilegia militibus concessa & n. 12.*
13 *Milites cœlestis militiæ æquiparantur militibus militiæ terrestris.*
14 *Scriptores, notarij, & bidelli scholarium sunt sub eodem foro, sicut scholares, quamuis non viuãt expensis illorum.*
15 *Inseruiens clerico, & habens generalem administrationem rerum Ecclesiæ debet frui priuilegio fori.*
16 *Familiaris quando debeat habere qualitatem quod viuat expensis domini, & n. 17.*
18 *Intelligentia verborum debet sumi ex causis, & ex loco, tempore, & personis, & alijs circumstantijs.*
19 *Familiares Imperatoris qui dicantur.*
20 *Habentes litteras familiaritatis ab Episcopis nõ gaudent priuilegijs illis concessis.*
21 *Materia fori est fauorabilis Ecclesiæ, & non debet restringi.*

22 Fami-

22 *Familiarum appellatione quando non veniant nisi continui commensales. & n. 23.*
24 *Familiares qui dicantur consistit in arbitrio Iudicis.*
25 *Iudex arbitratur quando Episcopus impediatur seruitio familiaris, si non posset vti priuilegio fori.*
26 *Familia armata Episcoporum venit appellatione familia quo ad priuilegium fori.*
30 *Dispositio requirens qualitatem commensalitatis non verificatur nisi probata d. qualitate.*
31 *Notarius an gaudeat priuilegio fori quando deliquit extra officium, & n. 32. & quid in enormissimis delictis. n. 33.*
34 *Familiares inquisitionis quando debeant puniri per Inquisitores.*
35 *Priuilegia Inquisitoribus concessa an competant Episcopis.*
36 *Consuetudo damnosa Ecclesia nõ debet admitti.*
37 *Consuetudo debet esse praescripta, & antea dicitur voluntas inducendi consuetudinem, non consuetudo.*
38 *Consuetudo generalis quod clerici subijciantur laicis nõ valet. Fallit in consuetudine particulari, & in aliquibus casibus, & personis. n. 39.*

CAPVT CCCXXXX.

NOtarius Episcopi debet gaudere priuilegio fori non solum quia est de ipsius familia, sed etiam quia dicitur curialis, & de iurisdictione Episcopi, & illi necessarius, 1 † itaut sine eo officium exerceri commode non possit, & per consequens priuilegium fori, quod habet Episcopus tamquam principalis, & caput, traheretur etiam ad eius membra accessoria, & appendices, ex notatis per *Doctor. in c. fin. de offic. archid.* & in specie de notario quod hæc sit verior 2 † opinio multis auctoritatibus, & rationibus comprobaui *decis. 233. per tot.*

Quibus potest addi, quod hæc ratio incommoditatis non solum consideratur in famulis Episcoporum 3 † quibus conceditur priuilegium fori ex fauore magis speciali Episcopis tributo *Socin. in c. 1. declar. 18. in princ. n. 21. de for. compet. Auffr. de potest. secul. in eccles. reg. 2. n. 76.* Sed etiam erit attendenda d. incommoditas in seruis, colonis, ac alijs de familia clericorum. 4 Tales † enim habebunt priuilegium fori clericis concessum, quando ipsi impedirentur vti seruitio famulorum, & colonorum, si extra forũ trahi possent cum magno incommodo clericorum, quamuis etiam essemus in illis, qui mercede promissa ad tempus seruiunt, prout late distinguit *Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 11.* vbi attestatur de magis vera opinione, post *Felin. in c. 2. n. 2. vers. tene istã conclusionem. de for. cõpet.* 5 & † secundum præfatam distinctionem saluantur opiniones contrariæ, quas recenset *Menoch. d. cas. 562. n. 4. vsque ad n. 11.*

Immo hoc non solum esset in familia Episcopi, & Clericorum, sed in familia laicorum, 6 † quæ gauderet eodem priuilegio dominis concesso, si ipsi non possent commode vti suo priuilegio *Io. Ant. Niger. in extrauag. vnic. n. 93. ad med. de vita & honestat. cleric. post Bart. de represal. p. 7. q. 7. princip. n. 8. Bald. in l. scriniarios. C. de testam. milit. Luc. de Penn. in rubric. de apparit. præfect. vrb. ad fin. versic. cuius ratio est. Carauit. ritu magn. cur. 66. n. 28.* & voluit etiã *Oldrad. cons. 11. thema, tale est.* Vnde hoc multo magis concedendum erit Episcopis, quorum priuilegium est maius respectu fori *Socin. in c. 1. n. 21. de for. compet.*

Ista conclusio, & decisio quo ad Notarium fuit comprobata, cum iterum de eius veritate 7 fuisset quæsitum, Verum per aliquos dicebatur illam esse restringendum, vt solum talis notarius debeat gaudere priuilegio fori, quando viueret expensis Episcopi, quasi tunc possit dici familiaris ipsius *c. si. de verb. signif. cat. in 6. Guid. Pap. sing. 321. Aret. cons. 34. in princ. inter cons. criminal. diuers. lib. 1.*

Sed quidem non est attendenda huiusmodi restrictio, cum nulla ratio concludens, neque aliqua auctoritas allegetur, ex qua illa possit 8 subsistere, † Immo stante necessitate supra considerata, quam habet Episcopus de notario, sufficit, quod sit necessarius Episcopo secundum ipsius dignitatem, & actu seruiat in officio episcopatus, ad hoc vt tanquam familiaris gau-9 deat priuilegio Dominis concesso, † Prout dicimus de familiaribus militum, in quibus consideratur ista necessitas, ob quam datur priuilegium illis concessum *Bald. in l. 1. ad med. C. de uxor. milit. & ibi Salic.* de communi *n. 2. ad med. vers. communiter distinguunt* argumento *l. non alias. §. 1. de iudic. l. 2. ad fin. C. de episcop. & cleric. Nig. in extrauag. vnic. n. 94. de vit. & 10 honest. cleric.* † Vnde etiam Medici, & Chirurgi, qui non viuunt expensis militum, gaudebunt quoque priuilegijs militibus concessis tamquã illis sint necessarij *Cyn. in l. 1. n. 2. vers. nec obstat. C. de uxor. milit. Mart. Laudens. de milit. q. 7. ad 11 fin.* † Quemadmodum etiam omnes, qui seruiunt in exercitu pro rebus necessarijs ad illum spectantibus, gaudent priuilegijs militum, & habent priuilegium, & exceptionem hosticam cum laborent ad opus Reipublicæ, Et idem in similibus, qui vadunt in exercitu maritimo, 12 cum † etiam eadem pericula subeant *Afflict. super constit. regn. lib. 2. rubr. 19. incip. hostici exceptionem. n. 5. p. 2.* qui loquitur etiam in notarijs, seu scriptoribus, & sequitur *Aloys. 13 de Leo. in l. 2. n. 9. C. de uxor. milit.* † Vnde multo magis hoc erit dicendum in militibus cœlestis militiæ *Bar. in l. miles. de re iudic. Euerard. loc. argum. 56. in princ.*

Quod etiam est in scriptoribus, Notarijs, & Bidellis scholarium, qui non viuunt expensis illorum & tamen sunt sub eodem foro, sicut scholares, 14 quia sunt appendices, & necessarij in studio *Bart. de represal. p. 7. q. 6. n. 8. Bald. in prohem. digest. §. hac autem tria. n. 7. vers. item nota. & in auth. habita. col. 4. vers. sequitur. & vers. nec ob alterius. n. 18. C. ne fil. pro patr. Rebuff.*

de priuileg. scholar. q. 166. n. 1.

Quare etiam inseruiens clerico, & habens generalem administrationem rerum ecclesiæ frui debet hoc priuilegio fori, † neque consideratur in eo, vt viuat expensis clerici, quasi sufficiat ratio, quod cum magno incommodo clerici talis inseruiens traheretur extra suum forum *Abb. in c. 1. n. 6. vers. fallit in duobus de for. compet Thesaur. decis. 22. n. 7. vers. fallit quarto. Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 12. in fin.*

Et magis hæc interpretatio est sumenda, quia nomen familiaris secundum subiectam materiam diuersimodè sumitur; † Quamuis enim aliquando requiratur qualitas illa, quod viuat expensis domini, vt in *c. vlt. vbi Franc. n. 4. in fin. Gemin. n. 8. ad med. de verb. signific. in 6.* † Tamen quandoq; sufficit, vt sit ad seruitium Legati, seu Episcopi, licet viueret suis expensis, ad hoc vt dicatur familiaris, & gaudeat eorum priuilegijs, vt notat Gambar. *de auctor. legat. de latere. lib. 5. tit. an legat. poss. plur. benefic. vni confer. n. 135. ad fin. vers. & aduerte. to. 13. p. 2. fol. 188. post Calder. cons. 8. ad med. vers. incontanter hoc dicendum. de offic. legat.* † Quasi intelligentia verborum debeat sumi ex causis, & ex loco, tempore, & personis, & alijs circunstantijs *c. intelligentia de verb. signific. c. 1. 29. ac. inst. in princ. c. de occidendis. 24. q. 5.* quod etiam voluit Carauit. *rit. magn. cur. 46. col. 6. ad med. vers. de hac etiam loquitur. n. 31. per tex. in l. item apud labeonem. § 5. § si quis virginem. de iniur.* Henric. Boic. *in c. cum dilectus. n. 2. & 3. de cleric. non resident. Luc. de Pen. in rubr. C. de domest. & protector. in princ.* † Vbi quod familiares Imperatoris dicuntur, qui absque officij distinctione sibi obsequuntur, & seruiunt, & sic sufficiet quod notarij actu sint in obsequio, & famulatu, quo casu tamquam magis necessarij debent gaudere priuilegio *Imol. in clem. vnic. n. 9. de reliq. & vener. sanctor.* † Ad excludendum illos, qui habent litteras familiaritatis ab Episcopis, Tales enim non habebunt priuilegia illis concessa, quasi non sint in d. famulatu, & seruitio *Abb. in c. cum dilectus. 14. ad fin. n. 8. de cleric. non residentib. Azor. in sum. lib. 5. c. 23. q. 8. Decian. in prax. lib. 3. c. 8. n. 52. Affl. super constit. regn. lib. 1. rubr. 9. incip. intentionis. notab. 4. n. 23. Nig. in extrauag. vnic. n. 96. de vit. & honestat. cleric.*

Maxime, quia sumus in materia fori fauorabili ecclesijs, quæ non debet restringi † *Remig. de immunit. eccles. ampliat. 15. in fin. vers. nam. videmus.* Quidquid aliud sit in odiosis, in quibus appellatione familiarium non venirent nisi continui commensales † *Gambar. de auctor. legat. lib. 3. rubr. de potestat. legat. circ. benefic. confer. n. 149. tom. 13. p. 2. fol. 169. post Egid. cons. 20.* † Et quidquid aliud sit in materia reseruationis beneficiorum, quæ tamquam stricta, & exorbitans debet restringi adeo, vt appellatione familiarium tunc non comprehendantur, nisi continui commensales, prout loquuntur omnes in *c. fin. de verb. signif. in 6. Gomes. de impetr. benefic. per obit. cardin. q. 15. n. 4.* † Itaut in arbitrio iudicis sit, qui dicantur familiares secundum qualitatem personarum, & seruitiorum, & obsequij *Henric. Boic. in c. cum dilectus. n. 2. & de cleric. non resident.* † Prout etiam erit in eiusdem Iudicis arbitrio ad cognoscendum quando Episcopus impediretur seruitio familiaris, si non posset vti priuilegio fori *Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 12.* Itaut etiam veniat familia armata Episcoporum † appellatione familiæ circa hoc priuilegium fori, vt concludit *Io. Francisc. Leo in thesaur. for. ecclesiast. c. 11. n. 19. & 20.* Quæ tamen regulariter non viuit expensis Episcopi.

Neque obstat *Menoch. de arbitr. cas. 352. n. 17.* qui licet non allegetur, neque alius pro ista restrictione, quæ ex aduerso prætenditur, Tamen volui adducere, cum in specie concludat, † quod priuilegium fori concessum familiaribus Episcoporum debet intelligi de illis, qui inseruiunt Episcopis, & ab eis impensam victus accipiunt; Quia contrarium est verius ex supra allegatis. Et Carauit ac *Luc. de Pen. per Menoch.* adducti non requirunt istam qualitatem victus, † sed solum seruitium etiam quod expensis proprijs viuant, vt dicit *Carauit. rit. 46. n. 31. in fin.* qui licet *n. 35.* concludat debere esse commensalem, Tamen hoc ibi est, quia illa dispositio requirebat qualitatem commensalitatis, † quo casu non est dubium non sufficere solam familiaritatem, nisi etiam probetur commensalitas *Bald. in l. si quis non dicam rapere. col. 3. ad fin. vers. & in istis omnibus. n. 4. C. de episc. & cleric. Alex. cons. 224. viso processu. col. 2. in princ. n. 3. lib. 2.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. § 8. glos. 7. n. 1. & 2.*

Neque obstat alia restrictio allegata, vt tunc Notarius gaudeat priuilegio fori, quando deliquit in officio; † Quia immo generaliter concedendum est familiaribus Episcopi huiusmodi priuilegium tam in ciuilibus, quam in criminalibus *Niger. in extrauag. vnic. n. 89. de vit. & honestat. cleric. Calcan. cons. 71. n. 4. ante med. vers. nec obstat. si dicatur* & clarius *Io. de Monte Sperello inter cons. eiusd. Calcan. 72. ad med. vers. & intelligendum,* † qui loquitur generaliter in delictis etiam enormibus, & enormissimis per *tex. in l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. 12. l. in sacris. la 3. C. de proxim. sacror. scrinior. eod. lib.* Et ita practicari etiam in delictis extra officium testatur *Prax. Archiepiscop. Neapolit. c. 9. in fi.* † Quamuis illud de enormissimis non sit tutum ex his quæ scribit de familiaribus inquisitionis *Iacob. Simanc. de catholic. instit. tit. 41. de ministr. & eor. offic. n. 19. tom. 11. p. 2. f. 172.* † Vbi loquitur de familiaribus inquisitionis, qui eximuntur à iurisdictione iudicum secularium, & puniri debent ab inquisitoribus exceptis criminibus enormissimis, de quibus *ibidem* † Cum etiam priuilegia Inquisitoribus concessa competant Episcopis cum distinctione tamen de qua per *R. P. D. Peniam in addit. ad director. inquisitor. p. 3. schol. 114. in fin.*

Vlti-

Vltimum de consuetudine dicendum est illam non esse admittendam tamquam damnosam 36 ecclesijs † *Rot. decis. 10. de consuetud. in antiq. Abb. in c. clerici. de iudic. Roland. cons. 23. n. 9. lib. 2. Socin. in c. si quis clericus. fall. 19. de for. compet.* Quamuis de hoc non sit agendum, cum præsupponatur de ea non legi- 37 timè constare, prout requiritur, † cum antequam sit præscripta non dicatur consuetudo, sed voluntas inducendi consuetudinem, quæ non obstat *Bald. de feud. cognit. c. 1. in princ. n. 1.*

Licet tutius esset in hoc casu admittere talem 38 consuetudinem, si legitimè probaretur, † Quamuis enim non valeat consuetudo generalis, quod clerici subijciantur Iudicibus laicis *c. clericis. de iudic. Decian. in prax. c. 9. lib. 4. n. 10.* Tamen sustinetur consuetudo particularis, quod 39 in aliquibus casibus, † personis, vel causis præiudicetur exemptioni clericorum; cui tunc non derogatur in totum, sed illa solum restringitur, & limitatur, quod permittitur, maximè quando non imminet graue damnum, aut dedecus ordini Ecclesiastico, vt declarat *Couar. pract. quæst. c. 31. n. 5. post princ. vers. opinor tamen. Clar. in prax. q. 36. n. 3. vers. sed ea retenta. ad med. Villalob. in suis communibus opinion. in verb. clericus. n. 80. in fin.* vbi de recepta sententia testatur.

EPITOME.

IN eadem materia quando notarius Episcopi gaudeat priuilegio fori, etiam si non sit perpetuus, sed temporalis, & quamuis delinquat extra officium. ¶ Familiares, & subditi titulis Cardinalium an debeant remitti ad eorum Vicarios, itaut Vicarius Papæ non possit de delictis per eos commissis cognoscere. ¶ Seruientes alicui, & similes officiales an debeant conueniri pro criminibus coram eo, cui seruiunt.

SVMMARIVM.

1 *Notarius Episcopi gaudet priuilegio fori quando est perpetuus, non temporalis. & n. 12. Contrarium est verius. n. 3. 13. 14. & 18. Intellige vt n. 4.*

2 *Oblati, & filij sacerdotum, & similes secundum consuetudinem* Græcorum *an habeant priuilegium fori.*

5 *Notarius Episcopi delinquens extra officium an gaudeat priuilegio fori. n. 7. & 11.*

6 *Indefinita quãdo æquipolleat uniuersali. & n. 8.*

9 *Familia Episcopi habet priuilegium fori ob specialem ipsius fauorem.*

10 *Familiares nobiles non debent esse minus priuilegiati, quam viles, & mercennarij.*

11 *Priuilegium fori datur familiaribus inquisitorum.*

15 *Seruiens alicui an debeat pro delictis coram eo conueniri. & n. 17.*

16 *Familiares, & subditi titulis Cardinalium remittuntur ad eorum Vicarios, neque Vicarius Papæ de illorum delictis cognoscit.*

CAPVT CCCXXXXI.

COntra conclusionem supra firmatam iterum fuit opposita alia restrictio, quod vi- 1 delicet † Notarius gaudeat priuilegio fori, quando esset perpetuus, non temporalis; Nam ratione dictæ perpetuitatis, familiares etiam simplicium Clericorum vt sunt filij, & vxores Sacerdotum iuxta consuetudinem Græcorum, laici oblati, & mancipia gaudent priuilegio fori, quo alias non gaudent familiares tempora- 2 nei, † vt tradit *Felin. in c. 2. sub n. 1. vers. ad idem & n. 2. & 3. de for. compet. & ibid. Imol. n. 2. & 3. Abb. n. 6. & 7. Aret n. 2. 8. & 10. Thesaur. decis. pedam. 22. n. 5.* & post alios *Decian. in prax. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 49. 53. & 57.*

Sed quidẽ prædicta distinctio an Notarij sint per- 3 petui, † vel temporales de iure non subsistit, Quia donec durant in seruitio Episcopi, habent priuilegium fori, nõ propter se, sed propter Episcopum, licet quando essent perpetui gauderent eodem priuilegio perpetuo sicut Dominus, ita declarat *Bal. in l. 1. ad med. n. 2. vers. item operatur. & ibi Salic. n. 3. in fin. Aloys. de Leo. n. 11. & 22. C. de episcop. & cleric. Calcan. cons. 71. n. 3. in fin. Imol. in c. 2. in fin. de for. compet. & ibi Capr. 4 col. 2. Capic. decis. 11. n. 2. & 3.* † Quamuis forsan si essemus in famulis, qui dietim seruirent, non haberent priuilegium fori iuxta opinionem *Socin. in c. 2. declarat 18. n. 21. de for. compet. Niger in extrauag. vnic. n. 90. ad fin. de vit. & honest. cleric. Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 44.*

Prout neque erit admittenda altera distinctio an Notarius deliquerit in officio, vel extra ad hoc 5 vt gaudeat priuilegio fori; † Quia vt dictum est etiam in superiori capite generaliter hoc debet intelligi etiam in delictis extra officium, cum omnes Doctores indistinctè concedant priuilegium fori familiaribus Episcopi tam in ciuilibus, quàm in criminalibus *Calcan. cons. 71. n. 4. ante med.* cum alijs per *Nig. in extrauag. vnic. 6 n. 86. de vit. & honest. cleric.* † Vnde ista indefinita æquipollet vniuersali *Bart. in l. qui adificium. n. 2. ff. de seruitut. urban. præd.* Maxime quando, prout in casu nostro, non est diuersa 7 ratio, quare magis intelligatur de vno, quàm de alio † *Idem Bart. in l. 1. §. sed si incertum. de ventr. in possess. mitten.* & in proposito de simi- 8 libus officialibus *Carauit. rit. 49. n. 6.* † & in specie ita concludit *Io. de Mont. Sperell. inter cons. Calcan. 71. ad med.* qui loquitur in criminibus enormibus, & enormissimis, quæ non possunt dici solum committi in officio & *Io. Sperell.* sequitur *Sbrozz.* qui testatur de communi *de vicar. lib. 2. c. 146. n. 2. ad med.* & voluit etiam *Clar. in pract. q. 35. vers. quæro nunquid. n. 18.* prout etiam ita practicari in excessibus extra officium testatur *Prax. Archiepiscop. Neapolit. per Genuens. c. 9. in fin.*

Et facit, quia si solum esset restrictum priuilegium ad delicta in officio, sequeretur, quod alij de familia Episcopi non habentes officium, † in quo possit cadere delictum, non gauderent priuilegio fori in criminalibus, quod est absurdum, cum illud concedatur toti familiæ Episcopi ob specialem eius fauorem *Socin. in c. 2. n. 21. in princ. de for. compet.*

Et si daretur priuilegium fori familiaribus, qui non habent officium, in quo possit cadere delictum, & non istis officialibus, sequeretur absurdum, † quod familiares nobiles minus essent priuilegiati, quàm viles, & mercennarij, quod non est dicendum, Ideo non debent ad imparia iudicari *Rol. cons. 69. n. 27. lib. 4.*

Ideo videmus, quod familiares Inquisitorum habent priuilegium fori in omnibus criminibus, præter quædam enormissima, † de quibus *Iacob. Simane. de catholic. institut. tit. 41. n. 19.* Vnde idem erit in Episcopis, qui habent priuilegia Inquisitorum *R. P. D. Penia in direct. inquisit. p. 3. schol. 114. in fin.*

Neque obstat *Auth. de potest. eccles. in secular. vers. vigesimoquinto episcopus. n. 19.* † Vbi concedit posse puniri officiales laicos per Episcopos quo ad delicta commissa in officio, & sequitur *Boer. decis. 9. n. 7.* Quia non loquuntur de familiaribus Episcopi, sed solum de officialibus, qui possunt esse deputati ad aliquod officium absque eo, quod sint familiares; † Vnde concurrente qualitate familiaritatis remanebit priuilegium fori in omnibus criminibus, prout conceditur familiæ Episcopi, ex speciali eius fauore *Felin. in c. 2. n. 2. in fin. de for. compet.*

Præterea non ex hoc quod conceditur Episcopis punitio delictorum in officio, excluduntur alia crimina cõmissa per familiares extra officium. Quotiescumque † enim officialis delinquit in exercitio sui officij non sortitur forum ratione loci, vbi reperitur, sed ratione officij, & iurisdictionis, adeo quod tunc non consideratur vti homo vassallus ibi delinquens, sed tamquam officialis *Carauit.* qui latè declarat *tit. 49. n. 13. & 14.* Vnde quo ad alia crimina extra officium remanebit priuilegium, quod conceditur Iudici ecclesiastico, qui poterit punire familiares Episcoporum *Sbrozz. de vicar lib. 2. c. 146. n. 4. post Clar.* qui de communi *in prax. q. 35. vers. quaro nunquid. n. 18. Soarez receptar. sentent. n. 156. in verb. episcopi familia.*

Et quamuis aliquis propter excessus non debeat conueniri coram eo, cui seruit † *c. eum contingat. de for. compet.* Tamen contraria sententia est verior, vt post *Barbat. Foller. & alios* latè concludit *Sbrozz. de vicar. lib. 1. q. 146. per tot.* Exemplo clericorum, † & laicorum familiarium, & subditorum titulis Cardinalium, qui remittuntur ad Vicarios ipsorum Cardinalium, Ita vt neque Vicarius Papæ cognoscat de huiusmodi causis *Cardin. in clem. ne romani. §. irritum. n. 8. de elect. Barbat. de præstant. Cardin. q. 11. in fin. n. 10. tom. 13. p. 2. fol. 48.*

Præsertim, quia passim conceditur alijs punitio officialium suorum quo ad delicta in officio *l. si quis † fortè. 6. 9. ff. si quis comitum. ff. de pœn. §. quod si delinquentes. auth. de mandat. princip.* Vnde aliquid amplius debet esse in Episcopis, quibus magis defertur tam quo ad priuilegia for, quam in alijs *Felin. in c. 2. n. 1. in fin. de for. compet. & fin. de re iudic. in 6. c. quia periculosum. de sentent. excommun. eod. lib. Nig. in extraung. vnic. n. 89. & 90. de vit. & honestat. clericor.*

Ex istis etiam colligitur nihil esse deferendum *Vulpell de libert. eccles. p. 3. n. 26.* † dum voluit notarium delinquentem in officio, neque posse puniri per Episcopum, Quia nihil allegat, & loquitur contra communes opiniones Doctorum supra allegatas.

EPITOME.

MAndatum procuratoris in rem suam quo casu expiret morte mandantis ¶ Et quid si mandans relinquat hæredes pupillos, & furiosos. ¶ Vel nullum habeat hæredem. ¶ Vel quando sumus in mandatis necessarijs, & institorum, seu vniuersalibus. ¶ Clausula in rem propriam, & verbum, assigno, an transferat dominium. ¶ Alienatio fructuum an sit valida solum viuente vassallo, seu emphyteuta. ¶ Donatio cum reseruatione fructuum in vita donantis an statim post eius mortem transeat ad donatarium. ¶ Dispositio *l. 2. C. de pignorib.* quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in rem suam non intelligitur reuocatus morte mandantis.*
2 *Mandatum procuratoris in rem suam expirat morte mandantis, qui reliquit hæredes pupillos, seu furiosos. Idem in eo, qui nullum habet hæredem. n. 6.*
3 *Mandatum institoris durat etiam existente hærede pupillo, vel furioso. Et de ratione. n. 4.*
5 *Mandatum vniuersale non expirat morte, quamuis res sit omnino integra.*
7 *Mandata necessaria non extinguuntur morte. Intellige vt n. 8.*
9 *Mandata necessaria quæ sint.*
10 *Procurator in rem suam quis sit remissiue.*
11 *Clausula in rem propriam quando transferat dominium.*
12 *Fructus quando possint dari in solutum creditoribus stante inuestitura facta patri pro se filijs & nepotibus, & an alienatio resoluatur mortuo debitore, & valeat solum obligatio respectu personalis actionis. n. 13.*
14 *Alienatio fructuũ est ualida solũ uiuẽte vassallo.*
15 *Verbum, assigno, quando transferat dominium.*
16 *Donatio cum reseruatione fructuum in vita donantis statim post eius mortem reuertitur ad donatarium.*
17 *Dispositio l. 2. C. de pignorib. quãdo habeat locũ.*
18 *Exceptio dubia non impedit processum in possessorio.*

CA-

CAPVT CCCXXXXII.

MAndatum procuratoris, de quo in casu mihi proposito, dicebatur non expirasse morte mandantis, neque mandatarij, sed transiuisse ad hæredes vtriusque, cum essemus in eo, 1 qui fuit constitutus procurator in rem suã, † qui regulariter non intelligitur reuocatus morte mandantis *Bar. in l. 1. C. de act. & obligat. Gabr. conclus. 2. de procurat. n. 36. Bertazol. claus. 29. glos. 2. n. 4.* cum alijs per *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 3. n. 52.* vbi etiam testatur ita resolutum *in Rot. coram Card. Seraph. Roman. pecuniaria. 27. Octobris. 1581.*

Verum breuiter Dixi contrarium concludendum 2 esse, quia eramus in hæredibus pupillis, † quo casu per istam mutationem status mandatum expirauit, Etenim hæres fingitur persona defuncti iuris interpretatione, & sic mandans, qui erat maior, effectus est pupillus, adeo vt per hãc mutationem status nihil sit prouisum, quare nõ debeat mutari mandatum, quod etiam est dicẽdum relicto hærede furioso, seu in similibus hæredibus, qui per tutores, seu curatores regi cõsueuerunt, Ita in specie declarat *Socin.* dicens esse nouam, & singularem limitationem *cons. 112 dubium abundè. col. 8. in fin. vers. quibus præmissis. n. 12. & 13. lib. 1.* sequitur *Anchar. Regiens. q. 23. n. 1. in fin. Strac. de mercatur. in fin. tit. mandati. n. 49. tom. 6. p. 1. fol. 302.*

Nec obstat quod duret mandatum institoris etiam 3 existente hærede pupillo, vel furioso † *l. si quis mancipijs. §. si impulsus. de instit. act. l. sed & si pupillus. in princ. ff. eod.* Quia illud procedit in mandato actus vniuersalis; Eo enim ipso quod istud vniuersale est cæptum dicitur esse res integra etiam quo ad gerenda, & ideo morte non 4 finitur mandatum, † & hoc propter vtilitatem promiscui vsus, & ne contrahentes decipiantur quasi tunc liceat pupillum obligari ex actu defuncti sine tutore, quãuis obligatio sumat initiũ in persona defuncti, & sic speciale est, quod in illo casu, & mandatum duret post mortem, & quod pupillus de nouo obligetur à procuratore defuncti, prout declarat *Castr. in l. si quis mancipijs. 17. §. si impubes. in princ. ff. de institut.* 5 *action. Socin cons. 112. n. 13. lib. 1.* † Et de mandato vniuersali, quod non expiret morte, licet res sit omnino integra *Ruin. cons. 115. n. 5. & 11. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. n. 39.*

Idem est, quando sine hærede mandans decederet, quia tunc nulla remanet imago defuncti, 6 & ideo † qui mandatum suscepit, non potest vti titulo nominis ipsius, quod nec vere, neq; ficte amplius extat, & sic nullus adest, cuius nomine agatur, & per consequens mandatum quamuis in rem suam intelligitur morte solutum *Bar. in l. 1. col. 1. post med. n. 4. vers. mihi videtur. C. de act. & obligat. Ias. in l. eius qui in prouincia. §. placebat. limit. 5. ff. si cert. pet. Alex. in l. fundi. n. 4. ff. de acquir. possess. Gabr. de procurat. conclus. 2* 7 *n. 37.* † Prout dicitur de mandato necessario quod quamuis morte non extinguatur *Bald. in c. licet. n. 5. de offic. deleg. Roman. cons. 202. n. 4.* Tamen intelligitur quando cum hærede man-8 dans decessit, secus si absque eo obijsset † *l postquam. in princ. ff. vt legat. nom. caueat. Bald. in l. 1. n. 3. vers. ista oppositiones tendunt. C. de act. & obligat. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. n. 51. Alex. in l. fundi. n. 4. ff. de acqu.* 9 *possess.* † & quæ sint ista mandata necessaria *Card. Mantic. ibid. n. 35. vsque ad n. 50. Couar. pract. quæst. c. 11. n. 2. Felin. in c. relatum. n. 8. de offic. delegat.* Et de huiusmodi mandatis in rem 10 suam † *Io. de Graff. de cession. iur. §. 5. tom. 3. p. 2. fol. 73. Bertazol. claus. 27. glos. 4. n. 4. & claus. 28 glos. 2. & clausul. 29. glos. 2. Strac. de adiect. n. 61* 11 *& q. 14. to. 6. p. 1. fol. 392. & 402.* † Et de clausula in rem propriam quando transferat dominium cum multis similibus *Menoch. cons. 361. n. 38. vers. quod autem venditio. lib. 4.*

Præterea quamuis huiusmodi mandatum non expirauerit morte mandantis, Tamen ex instrumento in actis producto apparet quod inuestitura, domorum de quibus agimus, fuit fa-12 cta patri pro se filijs & nepotibus, † vnde sequitur, quod licet potuerint fructus dari in solutũ suis creditoribus, Nihilominus mortuo debitore, fuit resoluta omnis alienatio, cum illa non posset fieri in præiudicium eorum, qui in ea succedunt *Ruin. cons. 176. n. 11. lib. 1. Afflict. decis. 240. n. 10. Menoch. de arbitr. cas. 560. n. 7. & 8.* 13 Ideo † valebit obligatio respectu tantum personalis actionis, non autem, vt constituatur ius in re *Negus. de pignor. 2. m. 2. p. n. 48. Redoan. de reb. eccles. non alienand. de constit. ann. cens. in reb. eccles. n. 23. Surd. de alim. tit. 4. q. 10.* 14 *n. 25. vsque ad n. 34.* † Cum solum viuente vassallo, seu emphyteuta sit licita fructuum alienatio, & executio *Tiraq. de retract. consanguin. glos. 7. §. 1. n. 47. post Doctor. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damn. infect. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 10.*

Hoc stante non potest dici assignationem pensionum dictarum domorum pro debito annuorum censuum importare aliquam trãslationem dominij, cum in casu nostro iuris ratio, & materia 15 hoc non patiatur, † quasi tunc verbum assigno transferat dominium, quando non repugnat subiecta materia, cum alias secundum illam reguletur, & possit importare plus, & minus *Aret. in l. si pluribus. 33. col. 2. in princ. n. 3. in 3. notab. ff. de legat. 1. Rebuff. in l. assignare. 107. col. 1. ff. de verb. signific. post Bald. in l. 2. n. 7. ad fin. vers. & si per verbum assigno. datur interdum possessio. C. commun. de legat.*

Immo quamuis d. assignatio operaretur translationem dominij, tamen expirauit propter donationem censuum, pro quibus illa fuit facta, cum per donantem fuerit solum talis donatio 16 reseruata eius, & vxoris vita durante, † Vnde post eorum mortem statim nulla alia expectata licentia reuersa est ad donatarios ex vi temporis limitati, quod hunc effectum operatur

etiam ad correctionem iuris communis, prout in vsufructu, & similibus dispositionibus concludit *Alex.cons.3.n.6.lib.7.* cum alijs per *Surd. decis.75.n.5.*

Ex quibus etiam colligitur non esse impediendum saluianum intentatum, cum non adsit amplius aliqua specialis hypotheca in d. pensionibus assignatis, † Præsertim quia possessor conuentus non habet aliquod creditum, aut aliquam obligationem in bonis possessis, quo casu non militat dispositio *l.2.C.de pignorib. Socin.cons.75.primo aspectu.col.penult.in fin.vers.praeterea arbitror. n.14. lib.4.Couarru.* qui de communi *lib.3.var.resolut.c.18.n.2.vers.quarto animaduertendum. Neguf. de pignorib. p.2.m.2.n.51. in fin. vers. & per hoc infert. & p.8.m.1.n.20.limit.7.*

Et in omnem euentum non potest negari istas exceptiones esse dubias, † & requirere altiorem indaginem, quo casu non debet impediri processus in possessorio *Roland. cons.1.n.73.lib.1. Dec.cõs.424.col.fin.Rot.diuers.decis.250.n.2.p.1.*

17, 18

EPITOME.

DOnatio an requirat insinuationem si res donatæ ascendant ad summam quingentorum aureorum, sed deductis expensis necessarijs non remaneant quingenti aurei. ¶ Et an consideretur onus dandi, vel faciendi aliquid, quod transcendat vltra, vel æquiualeat d.summæ. ¶ Emens facta redhibitione quas expensas recuperet. ¶ Et quid si soluit proxeneticum tam coacte, quam sponte. ¶ Solutio spontanea an dicatur si fiat ab eo, qui potest compelli. ¶ Expensæ necessariæ quales sint. ¶ Gabella an exigatur solum respectu eius quod remanet apud venditorem, vel etiam expensarum, quæ factæ sunt causa venditionis. ¶ Statutum annullans contractum mulieris vltra decem libras an comprehendat illum, qui fit pro vndecim libris, si deberet detrahi vna libra pro mediatoribus, vel alijs expensis.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ quæ dantur proxenetis dicuntur necessaria, & debent detrahi tamquam æs alienum, prout illa quæ fiunt pro subhastationibus, solutione gabellarum, instrumentorum, & similium.*
2 *Gabella solum exigitur respectu eius, quod remanet apud venditorem deductis expensis necessarijs dandis mediatoribus, & alijs. & n.3. Intellige, vt n.4.*
5 *Donatio non requirit insinuationem, si res donata ascendunt ad summam quingentorum aureorum, sed deductis expensis gabellæ, non remanent quingenti aurei.*
6 *Donatio non insinuata an infirmetur si apponatur onus dandi, vel faciendi aliquid, quod transcendit vltra, vel æquiualet summa quingentorum aureorum.*
7 *Statutum annullans contractum mulieris vltra decem libras an comprehendat venditionem factam pro vndecim libris, si debeat detrahi vna libra pro mediatoribus, & alijs expensis.*
8 *Aestimatio vera non dicitur, nisi deductis oneribus. & n.9.*
10 *Fructus quando intelligantur deductis expẽsis.*
11 *Emens facta redditione an repetat, quod vltra pretium soluit mediatori tam coacte, quam sponte, & secundum morem regionis. n.12.13.14.15.16.17. & 18. Et an dicatur spontanea solutio facta proxenetæ antequam compellatur. n.19.*
20 *Inuitus dicitur soluere qui sciebat se posse cogi.*
21 *Expensæ necessariæ debent restitui ei, a quo fuerunt retractæ res emptæ.*
22 *Emptor agens redhibitoria recuperat, quod soluit nomine vectigalis. Intellige, vt n.24.*
23 *Collectæ sunt soluendæ ei, cui euincitur possessio.*
25 *Gabella debet solui per emptorem.*

CAPVT CCCXXXXIII.

QVo ad expensas, quarum restitutio petebatur tam respectu retractus, quam aliarum rerum, de quibus quæsitum fuit, Dixi firmandas esse infrascriptas conclusiones.

Prima conclusio. Inter expensas necessarias connumerantur illæ, quæ solent dari proxenetis, & mediatoribus, adeo vt prius detrahantur † tanquam æs alienum, exemplo earum, quæ fiunt in subhastationibus, solutione instrumentorum, gabellarum, & similium, vt docet *Bart.in l.vbi pure.19.§.fin.n.1.ff.ad senatusconf.trebellian.& in l.quantitas patrimonij.72.ff. ad leg.falcid.& in l.fin.§. in computatione. in princ. n.3. in 3. notab. & ibi Iaf.col.1.in princ.n.2. Corn. n.1. in fin. C. de iur. deliber.*

1

Secunda conclusio. Semper ratio habetur eorum quæ proxenetis, & pro similibus expensis data sunt, etiam quantum ad tertium, cui ius competit ex contractu, † Vnde si pro venditione debeat solui gabella ad rationem tot solidorum pro quolibet aureo, deducitur quod erogatur in faciendis subhastationibus, aut in soluendo proxeneticum, & pro gabella solum exigitur respectu eius, quod remanet apud venditorem *Bart.in l.sed si hoc.61.* quem repetit in *l. sed si vir vxori.60.§.cuidam.in princ.n.1.ff.de condit. & demonstrat.& ibi Castr.in fin. vers.similiter n.3.Iaf.in l.non amplius.23. in princ.n.4. vers. secundo adde.de legat.1.Cattell. Cott. in memorab. in verb. statuto mediolani cauetur quod in diuisionibus.col.2.in princ. vers.cõfirmatur per illud.Rip.in l.vbi pura.§.vlt. ad fin.n.6.ff.ad senatusconf. trebell.* † Quod magis procederet, quando statutum diceret pro pretio, quod recepisset, cum non recipiat, nisi quod apud eum remanet *Bart.in d.§.quidam.in princ.n.1.*

2, 3

Ista tamen intelligentur, quando statutum simpliciter loqueretur, quod soluatur gabella pro pretio rei. † tunc enim pretium intelligitur dedu-

4

deducto omni eo, quod expenditur causa perficiendæ venditionis; Aliud esset in statuto disponente, quod soluatur gabella pro pretio, quo vendidisset, tunc enim pro toto pretio soluitur, cum verum sit, quod tanti vendidit, vnde alia deductio expensarum non poterit fieri *Bart. in d. l. sed si hoc. §. cum quidam. ad med. vers. aut dicit quod soluatur. ff. de condit. & demonstrat.* argumento *l. in quartam. §. fin. ff. ad leg. falcid. & l. qui fundum. eod. tit.*

Tertia conclusio. Quamuis donatio, quæ ascendit vltra quingentos aureos nihil valeat sine insinuatione *l. sancimus. C de donation.* † Tamen si fuerint donatæ tot res, quæ ascendunt vsque ad d. summam, sed deductis expensis gabellæ non supersunt quingenti aurei, valebit donatio absque insinuatione, cum debeant detrahi impensæ, & attendi quod reliquum est *Bart. in l. quoties 67 ff. ad leg falcid.* vbi quod est casus notabilis *Roman. sing 203. dico vnum. n. 1.* & ibi *Addit.* testatur de magis vera opinione *Cremēs. sing. 172. quod est penul.* cum alijs ibi adductis *in add. per Gab. Saraina.* sequitur *Cott. in memorab. in verb. statuto mediolani cauetur quod in diuisionibus. post princ. vers. & ideo singulariter. Ias. in l. non amplius. 23. in princ. n. 6. vers. quarto adde. de legat. 1. & in l. penul. §. quoties. ad fin. n. 9. de iurisdict. omn. iudic.* † Vnde si apponatur onus dandi, vel faciendi aliquid in donatione, quod transcendit vltra, vel æquiualet, non infirmatur donatio in illo excessu, neque eget insinuatione, quasi non censeatur capere ex causa donationis *Castr. in l. sed si hoc. 60. §. cuidam. n. 2. post Bald. ibid. ante fin. vers. & facit ad quæstionem. ff. de condit. & demonstrat.* Vbi etiam, quod tantum debent æstimari prouentus ecclesiæ, vel castri, quantum valent deductis oneribus.

Quare dicimus, quod si mulier vendat rem pro vndecim libris, & in proxenetis fuerit expensa vna libra, ad hoc vt contractus sortiatur effectum, † detrahetur de d. venditione illa libra, & contractus iudicabitur validus in decem tantum, itaut non comprehendatur in statuto annullante contractum mulieris vltra decem libras *Lamberteng. super statut. de contract. mulier. glos. 5. q. 7. n. 18.* ex doctrina *Bart. in l. sed si hoc. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. glos. 1. §. 15. n. 5.* Vbi etiam multa similia adducit, † quod in beneficijs, & cæteris dispositionibus deducenda sunt onera, & expensæ ad cognoscendum verā æstimationem rei, cum declarationibus, de quibus per *eundem Tiraq. ibid. n. 1. vsque ad n. 18. & glos. 4. §. 29. n. 8. vsque ad n. 11.* vbi etiam loquitur in casu rescissionis venditionis † ex *l. 2. C. de rescind. vendit. post Petr. Iacob. in tit. de act. ex vendit. quando vendit. est deceptus. col. 3. vers. & est notandum.* Et quando etiam fructus intelligantur deductis expensis † *Barbos. in l. fruct. 41. 7. ff solut. matrim.*

Quarta conclusio. Si emens vltra pretium aliquid soluit mediatori, si fiat redhibitio, repetit quod dedit ex necessitate, † secus autem si sponte *Bart. in l. debet. 37. per illum tex. ff. de adil. edict.* Cum non solum pretium cum vsuris sit restituendum, sed omne id, quod emptionis causa erogatum est, & quod venditioni accessit *d. l. debet. & l. cum autem. 23. §. iubet. ff. de adil. edict.* Quod etiam voluit *Glos. in d. l. debet. in verb. erogatum. & ibi Ang. in princ.* † Vbi intelligit, quando ex necessitate hoc faceret, si videlicet venditor dixisset emptori, non venderem aliquo modo, nisi per manus talis mediatoris, qui concordabit nos de pretio, cui dabis salarium pro labore, tunc enim habet locum repetitio; idem sequitur *Bald. in d. l. debet.* vbi dicit casum notandum referendo *Glos. ibid. in verb. erogatum.* & ita etiam determinasse *Mart. de Fano* dicit *Ias. in l. 1. post med. in vlt. notab. n. 7. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* † licet ipse contrarium sentiat, prout etiam hanc distinctionem spontaneæ, vel coactæ solutionis dicit rationabilem *Benuenut. Strac. de proxenet. vers. item quæritur. n. 2. tom. 6. p. 1. fol 342.* vbi etiam ita intelligit *Ang. Aretin. in §. duplum. col. pen. vers. & dicitur redhibitoria. instit. de action.* & hanc distinctionem refert etiam *Tiraq. de retract. lignag. glos. 4 §. 29 n. 8.*

Verum est, quod *Ias. in l. 1. in vlt. notab. n. 7. ff. de condict. caus. dat.* † tenet, quod si dedi decē proxenetæ, vt faceret mihi vendi certum equum, & si post venditionem eius opera secutam, eum redhibui tanquam morbosum, non possum repetere illa decem, quia cum sint data pro seruitio, & opera proxenetæ, quæ est secuta, debet impedire repetitionem per *tex. in l. diebus. & ibi Glos. de adil. edict. Bart. in l sciendū n. §. fin. ff. eod. tit.* † Sed nec *Glos.* nec *Bart.* nec *tex.* hoc dicunt, ideo sententia *Ias.* non est admittenda, cum immo *Doctores supra allegati* teneant contrarium cum illa distinctione spontaneæ, seu necessariæ solutionis. † Posset tamen opinio *Ias.* procedere, quando contra eundem proxenetam ageretur ad restitutionem proxenetici, quia tunc non dabitur talis repetitio, nisi dolus proxenetæ interuenisset, quo casu daretur etiam actio de dolo, vt per *Strac. de proxenet. vers. item quæritur si res vendita. in fin. tom. 6. p. 1. f. 342.* Et in isto casu loquitur *Ias.* si recte inspiciatur, Adeo vt non debeat pro alia parte allegari circa ea, quæ dicta sunt de solutione spontanea.

Quinta conclusio. Non datur repetitio eorum, quæ dantur mediatoribus per emptorem suo motu, vel curialitate, † cum enim dependeant ex voluntarijs causæ motibus, non dicuntur necessaria, ideo non habetur istorum consideratio, prout in terminis *l. debet. 27. de adil. edict.* declarat *Bald. in l. si prædict. 4. col. 2. post princ. vers. id autem quod facit. n. 6. C. de adil. action.* sequitur *Caball. de euict. c. 2. de redhibit. n. 48.* vbi, quod restituitur emptori † exhibitum proxenetis secundum morem, & consuetudinem loci, non tamen quod ex sua liberalitate soluit, cum ad illud dandum nemo potuisset emptorem

rem cogere, ne alias fraus fieret, si hoc permitteretur *Ferron in consuetud Burdigalens. lib. 1. tit. 2. de retract. col. 2. in fin. vers. nam cum in ea.*

Sexta conclusio. Non consideratur, quod solutiones, quæ fiunt proxenetis fuerint factæ sponte,

19 si † in similibus emptionibus interueniant tales personæ. cum enim per eos possit compelli emptor ad soluendum, dicitur fuisse compulsus, quamuis actum sponte fecerit, quasi paria sint soluere coacte, vel metu coactionis, adeo vt semper dicatur inuitus soluere, qui sciebat se posse cogi *l. nouissime. 7. ff. quod fals. tut. auct. gest. ess. dicat.* vbi *Bald. in princ.* † multis similibus comprobat †

20 *Bart. in l. creditor. vers. tertio quaero. ff. de solution. Abb. cons. 60. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 25. pro tenui facultate mea. col. 3. in princ. vers. & idem in ista quæstione late Felin. in c. cum m. ferrariensis. 9. col. 13. post med. vers. pro hoc facit. n. 21. de constitut.*

Septima conclusio. Expensæ mediatorum, seu proxenetarum tanquam necessariæ, & aliæ similes

21 debent restitui ei, † à quo fuerunt retractæ res emptæ, cum semper primus emptor ab illis conseruari debeat indemnis *Glos.* in specie *in l. illud sciendum. 29. in verb. accessioneq. ff. de adil. edict. Aret. in §. in duplum. col. penul. ante med. vers. & dicitur redhibitoria. n. 10. in fin. instit. de action. Anton. Ferron. super consuetud. Burdigal. lib. 1. tit. 2. de retract. col. 2. ad med. vers. in his sumptibus restituendis. Caball. de euiction. c. 2. de redhibitor. col. 6. ad fin. vers. facta redhibitione. n. 48. tom. 6. p. 1. fol. 98.*

Ideo etiam emptor agens redhibitoria recupe-

22 rat, quod soluit nomine vectigalis, † quod notandum pro gabellis equorum dicit *Ang. in l. debet 27. in fin. ff. de adil. edict.* Prout etiam collectæ sunt restituendæ ei, cui euincitur posses-

23 sio † *Bart. in d. l. debet. in fin.* Indemnis enim emptor discedere debet, ideo etiam quod datum est nomine vectigalis repetitur *l. debet. 27.*

24 *in fin. de adil. edict.* † Quidquid sit in fisco, qui redhibitione facta non tenebitur restituere gabellam, quam accepit pro contractu, sed venditor debet illam restituere emptori, & si non sit mentio in statuto quis soluat gabellam,

25 intelligitur, quod soluat acquirens, † non venditor *Bald. in l. si prædium. 4. n. 6. col. 2. in princ. C. de euiction.*

Ex prædictis colligitur expensas, de quibus agimus, esse restituendas per retrahentem emptori domus, à quo fuit retracta, *vt in septima conclusione.* Cum simus in expensis necessarijs, *vt in prima, & secunda conclusione*, & in solutione non spontanea, vel ex proprio motu, sed solita dari ex consuetudine, & statuto, quæ licet etiam fuisset sponte fact., tamen ex quo poterat emptor cogi ad soluendum, habetur pro compulso quasi hæc omnia detrahantur, tanquam æs alienum, exemplo gabellæ, darij, subhastationum, & similium, quæ semper deducuntur tam in emptionibus, quam donationibus, cæterisq. contractibus, *vt in tertia, quarta, quinta, & sexta conclusione* dictum fuit.

EPITOME.

Emphyteusis, quando dicatur hæreditaria. ¶ Clausula ad habendum &c. an ampliet dispositionem, & inducat facultatem alienandi. ¶ Et quid si huiusmodi potestas alienationis permittatur solum conductori. ¶ Vel post d. clausulam subsequatur pactū prohibens alienationem irrequisito domino. ¶ Bona feudalia, & emphyteotica, quo casu veniant in institutione.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteotica, & feudalia non veniunt in generali dispositione, & de ratione n. 5. Fallit in vniuersali. n. 2. Et in familiari, & ex pacto, non hæreditaria. n. 8.*

3 *Verba vniuersalia prolata ab homine, non recipiunt restrictionem, secus si à lege proferantur.*

4 *Emphyteusis pro se, & successoribus ad disponendum prout placuerit, habetur pro hæreditaria.*

6 *Alienatione permissa sine aliqua pœna, permittitur etiam dispositio per viam institutionis.*

7 *Feuda hæreditaria veniunt in fideicommisso, & petitione hæreditatis.*

9 *Per clausulam, ad habendum, &c. positam in executiuis non dicitur ampliata concessio, neq; venit licentia alienandi. Idem si talis facultas esset data solum conductori. n. 10.*

11 *Post clausulam, ad habendum, &c. si subsequatur pactum prohibens alienationem irrequisito domino non datur potestas alienandi.*

CAPVT CCCXXXXIIII.

In generali dispositione bonorum, quamuis non veniant bona emphyteotica, & feudalia

1 *c. † generali. si de feud. defunct. fuer. controu. Paris. cōs. 7. n. 3. vsque ad n. 8. li. 3.* Tamē aliud Dixi concludendū esse in vniuersali omnium bonorum institutione, de qua agebamus, cum in ea

2 illa contineantur, † quasi plura veniant in vniuersali, quæ non in generali, vt in specie concludit *Natt. cons. 159. n. 24. vsque ad n. 31. Cephal. cons. 207. n. 34. lib. 2. Menoch. cons. 16. n. 6. in fin. Ruin. cons. 37. n. 12. lib. 1. Curt. Iun. cons. 26. n. 8.*

3 Etenim † in verbis vniuersaliter prolatis ab homine nulla restrictio est admittenda, Quidquid aliud sit in prolatis à lege, quæ tunc recipiunt restrictionem de habilitate *Idem Ruin. cons. 60. n. 24. lib. 4. Becc. cons. 96. n. 32. Surd. cons. 73. n. 71. lib. 1.*

Quæ maxime procedunt, quia eramus in emphyteusi hæreditaria concessa pro se, & successoribus ad faciendum, & disponendum, prout eis

4 placuerit; † cum similibus clausulis, cum per ista verba talis emphyteusis non retineat amplius naturam suam, sed comprehendatur omnis titulus hæreditarius, & successionis, & de ea iudicamus sicut de alijs bonis hæreditarijs *Bald.*

Bald.conſ.70.punctus.poſt med.verſ.præterea in hoc.n.4.lib.2. & conſ. 107. quæſtio. col. 1. in fin. verſ.in contrarium videtur.eod.lib. & in l. eum virum. 16. in fin. n. 21. verſ. extra quæro. C. *de fideicommiſ.* Quidquid contrarium ſentiat *Dec.conſ.192. pro tenui.col.4.poſt med.verſ.non obſtat fundamentum.n.5.* Cum eius opinio non approbetur, vt late concludit *Aym. conſ. 256. col.3.ad med.verſ.ſed hic dubitatur an teſtamenta. n.4.& 5.*

Quorum ratio eſt, Nam iſta feuda, & bona emphyteotica, non veniunt in generali diſpoſitione, 5 quia † prohibentur alienari ſine conſenſu domini; Vnde talis diſpoſitio non extenditur ad illicita, & prohibita *Caſtr.conſ.396.lib.1.Alex. conſ.10. ad fin. lib.7.* Quæ ratio ceſſat, quando emphyteuſis eſt vere & proprie hæreditaria, cum enim de ea permittatur diſpoſitio ſine domini conſenſu, nihil deperit alienanti; Ideo etiam cenſetur cogitaſſe de emphyteuſi, dum 6 de bonis ſuis generaliter diſponit; † Vnde permiſſa alienatione abſque aliqua pœna permittetur etiam diſpoſitio per viam inſtitutionis *Corn.conſ.321.ad fin.n.10.lib.4.Curt.Iun.conſ. 109.contra ea.col.4. ad fin. verſ. cum igitur non conſtet.n.11.& conſ.110.col.11.ad med. verſ.ſed quid fortius.n.24.* Quidquid contrarium ſentiat *Iaſ.conſ.6.col.penult.lib.3.* Quia contra eum eſt verior opinio, vt multis comprobat *Aym. conſ.* 7 *256.col.4.n.5.& 6.* † Vbi etiam, quod iſta feuda hæreditaria includentur in diſpoſitione generali, cum veniant in fideicommiſſo, & petitione hæreditatis, ſicut cæteræ res hæreditariæ, quaſi per talem incluſionem nulla cadat pœna, nec damnum diſponentis; Vnde multo magis includetur in diſpoſitione vniuerſali *Curt. Iun. conſ.26.col.4.ad med. n. 8. Dec. conſ. 389.n.11. Iaſ.conſ.224.col.2.in fin. verſ.tertio iſtud ſtatutum. lib. 2. Natt. conſ.159. n.26. Menoch.conſ. 129.n.12.in fin. lib.2.*

Et ita intelligitur *Surd. decіſ.11.* Vbi, quod non cenſentur venire bona emphyteotica in inſtitu- 8 tione. † Quia loquitur, quando eſſemus in emphyteuſi familiari, & ex pacto, non hæreditaria, & in caſu, in quo requireretur conſenſus Domini, vt explicat *Idem Surd.d.decіſ.11.in fin.n.19.* & declarat etiam *Sim. de Prat.de interpret. vlt. volunt.lib.3.ſolut.2.n.6.& 7.fol.184.Natt.conſ. 475.n.3.& 4.*

Contraria, quæ adducuntur procedunt in emphyteuſi, cum clauſula ad habendum &c. vel ſimili 9 appoſita in executiuis, † non autem in diſpoſitiuis, tunc enim non diceretur ampliata cõceſſio, & licentia alienandi non veniret, vt per *Oſaſc. decіſ.164.n.5.* quam ſequitur *Rot.coram R.P.D. Manzanedo. Romana domus. 9. martij.* 1609. vbi, quod magis procedit, quando iſta facultas 10 eſſet data ſolum ipſimet conductori, † quo caſu etiam clauſula ſola ad habendum appoſita in parte diſpoſitiua, neque aliquid operaretur, quaſi tunc facultas alienandi eſſet perſonalis, non egrediens perſonam, cui fuit facta conceſſio *Bald.conſ.304.n.1.lib.5.Aym.conſ.98.n.8.& 9.*

Prout etiam quando poſt ſimiles clauſulas ad habendum, &c. ſubſequeretur pactum prohibens 11 alienationem irrequiſito domino, † tunc enim ſtaret reſtrictiue ad d. clauſulas, quæ non operarentur facultatem alienandi, quamuis eſſent appoſitæ in diſpoſitiuis *Dec.conſ. 170. in cauſa venerabilium. n.3.in fin.verſ.quarto & vltimo. col.penul.in prin.* cum alijs per *Rot.in d.Romana domus.coram R.P.D. Manzanedo. Rot.diuerſ.decіſ.11.ad fin.p.1.& coram R.P.D.Gipſio. Camerin. domus. 4.iunij.* 1593.

EPITOME.

Pater in ſtipulatione emphyteuſis pro filijs, & hæredibus, quando cenſeatur adhibitus tanquam nudus miniſter, itaut illa non dicatur hæreditaria. ¶ Conceſſio emphyteuſis facta filijs tam nominibus proprijs, quàm appellatiuis, quo caſu cenſenda ſit contemplatione illorum, vel patris. ¶ Dos relicta ab auo nepti an dicatur conſtituta intuitu ipſius, vel filij. ¶ Principium acquiſitionis, quando incipiat habere effectum à patre, qui ſtipulatus eſt emphyteuſim filijs, non admixta perſona ſua. ¶ Et quando in ea filius cenſeatur nominatus vt filius, vel vt hæres.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis non dicitur hæreditaria, ſi pater illam acquiſiuit ſuis filijs, & hæredibus tanquam legitimus eorum adminiſtrator.*
2 *Filius quando cenſeatur nominatus in emphyteuſi vt filius, vel vt hæres.*
3 *Inueſtitura prima attenditur, & ſecunda ab ea dependens cenſetur facta ſecundum conditiones primæ.*
4 *Pater in ſtipulatione emphyteuſis pro filijs quando dicatur adhibitus tanquam nudus miniſter.*
5 *Emphyteuſis conceſſa filijs nominibus proprijs non appellatiuis, cenſetur facta contemplatione illorum, non patris. Amplia vt n.7. & quando dicatur nomen patris ſimulate appoſitum, itaut illa ſit hæreditaria. n.8.& 9.*
6 *Dos relicta ab auo nepti proprio nomine dicitur relicta intuitu ipſius, non filij.*
10 *Emphyteuſis quando cenſeatur acquiſita filijs ex gratia concedentis, non ex facto patris.*
11 *Stipulatio emphyteuſis facta per patrem filio non admixta perſona ſua, non poteſt habere effectum & principium acquiſitionis ab eo. Amplia vt n.13. Et in dubio cenſetur pater ſtipulari vt filio, non vt hæredi. n.12.*

CAPVT CCCXXXXV.

Emphyteuſim, de qua agimus, Dixi non eſſe hæreditariam, cum ex illius conceſſione 1 appareat, † quod pater tanquam legitimus adminiſtrator filiorum eam acquiſiuit ipſis filijs, & hæredibus ipſorum filiorum, non autem ſibi; Itaut d. filij dicantur primi acquirentes; Vnde non

non potest considerari, quod debeant aliquo modo esse hæredes patris, cum aliud sit quando pater se & filios nominasset, tunc enim videretur stipulari vt hæredibus, Nam in iuribus, quæ descendunt à patre in filium simpliciter videtur filius nominari vt hæres, † quidquid aliud sit in iuribus, quæ primitiue descendunt à filio, quo casu videtur nominari vt filius, ita bene declarat *Bal. in l. quodcunque. 45. §. si quis ita ad med. ff. de verb. oblig. & ibi Zas. n. 5. ad fi. vers. dicite patrem. Alciat. n. 17. vers. idem quoq; traditum est, post Ang. & Aretin. in l. gallus. §. quidem recte. col. 3. in fin. vers. posset tamen saluari. ff. de liber. & posthum.*

Et facit quia prior inuestitura facta primo acquirenti in cuius locum fuit subrogatus iste, de quo agimus non fuit hæreditaria, sed solum ad vitam, & nominationem duarum personarum, Vnde illa tamquam antiquior non censetur immutata, sed secunda ab ea dependens semper censebitur facta iuxta conditiones primæ, nisi expressè aliter statueretur late *Siluestr. Aldobr. cons. 42. n. 6. & 7. post Cardin. cons. 92. in princ. Dec. cons. 184. in causa illorum. col. 3. ad fin. vers. non obstat quod in alia. n. 3.*

Accedat quod domus emphytheotica, de qua agitur, non fuit concessa patri, sed filijs, licet absentibus, tamen patre, & notario pro eis stipulātibus, † Vnde nulla est habēda ratio de persona eorum patris, qui neque in emphyteusi includitur, quasi solum interuenerit cum notario ad stipulandum pro filijs absentibus, itaut tamquā nudus minister adhibitus præsumatur *Honded. in specie cōs. 51. n. 9. & 10. lib. 1.* † Maxime, quia emphyteusis non fuit facta filijs nomine appellatiuo vocatis, sed eis nominibus proprijs expressis, Vnde censetur facta tantum contemplatione filiorum, non intuitu patris stipulantis *Isern. in c. 1. in princ. col. 1. de success. feud. Clar. in §. emphyteusis. q. 16. vers. his præmissis. in fin. Affli. decis. 393. n. 5. Vbi Vrsill. etiam. n. 5.* Exemplo dotis † relictæ ab auo nepti proprio nomine nominatæ, quæ censetur relicta contemplatione ipsius neptis, non filij, quasi mentio filij censeatur facta tantum causa demonstrationis *Cephal. cons. 435. n. 38. lib. 4.* † Quod etiam procedit quādo concessio fuisset facta patri recipienti pro se & filio proprio nominato *Clar. d. q. 16. cum alijs supra allegatis*; Vnde à fortiori hoc erit in casu nostro, in quo locatio fuit facta filijs tantum nomine proprio, & pater cum notario stipulatus fuit pro filijs absentibus tamquam nudus minister *Hond. d. cons. 51. n. 11. lib. 1.*

Neque obstat *Gabr. cons. 52. vol. 2.* vbi quod quāuis pater accomodauerit nomen filiorum in emphytheusi, † Tamen censetur fecisse simulatè, ita vt huiusmodi bona censeantur potius remāsisse in hæreditate patris, maxime cum nō appareat de traditione, quæ requiritur ad hoc, vt præsumantur donata talia bona empta nomine filiorum *l. 2. C. si quis alt. vel sib. cum alijs per Barbos. in l. qua dotis. n. 31. ff. solut. matrim.*

Quia cum simus in materia priuilegiata emphyteusis, filius est capax tamquam potius habeat à concedente, † quam à patre, & satis est quod stipulatio sit facta sub nomine appellatiuo filij, tunc enim aliud non requiritur, nisi quod sit filius, quasi sufficiat inesse qualitatem, de qua est actum inter contrahentes, nec attenditur qualitas, quod sit hæres, nam filius dicitur venire potius ex donatione paterna, quam vt hæres, quia pater contraxit nomine filij, & eo nomine recipit possessionem rei, & ista acquisitio descēdit à patre in filium ex pecunia, siue ex contractu paterno, quod facit, vt sit quid profectitium neque descendit in peculio, in quo filius non haberet nisi titulum, sed nudam administrationem, & sic habet per viam donationis, quæ ad sui validitatem non requirit aditionem hæreditatis, Ita omnia prædicta in materia emphyteusis declarat *Bald. in auth. si quas ruinas. col. 3. & 4. vers. in contrarium. & vers. tertio hoc probatur. & vers. quinto probatur quod in materia. n. 5. C. de sacros. eccles.* † Et dicitur talis emphyteusis acquisita non tam ex facto patris, quam ex gratia concedentis, ideo non poterit in filiorum præiudicium alienari *Natt. cons. 531. n. 43. Gabr. cons. 85. n. 5. lib. 1.* cum alijs, quos adduxi *decis. 65. n. 11. & 12. Peregr. de fideicom. art. 6. n. 24. Bertazol. cons. crim. 114. col. 2. & cons. 161. n. 15. & 52. Cephal. cons. 468. n. 35. lib. 4.*

Quibus adde quod quando pater stipulatur emphyteusim filio non admixta persona sua, † talis stipulatio nec incipit, nec vnquam potest incipere habere effectum in persona patris, Itaut hoc casu semper in dubio censeatur stipulari vt filio, non vt hæredi, † Quidquid aliud sit quando in stipulatione, vel pacto est admixta persona patris, quia stipulatus est sibi & filio; tunc enim principium acquisitionis cœpit radicari in personam ipsius patris stipulantis, quo casu in dubio videtur stipulari vt hæredi *Ias. in l. quod dicitur patrē. la 2. col. 7. n. 27. vers. unde respōde aliter. ff. de verb. obligat. post Alex. ibid. per tex. in l. quodcunque. §. si quis ita. ff. eod. Menoch. præsumpt. 48. n. 7. lib. 3.* † Vbi ampliat quamuis pater stipulatus fuisset ab eo, de quo ipse filius est benemeritus, nam tunc etiam præsumitur stipulari vt filio, non vt extraneo secundum opinionem magis veram, & æquiorem, de qua testatur *Ias. in d. l. quod dicitur. n. 20. & 21. de verb. obligat. & in l. si tibi. §. si pactus. vbi Bald. Raphael. Fulgos. & alij ff. de pact.*

EPITOME.

Per renunciationem generalem quando censeatur remissum ius succedendi ex pacto, quod quis habet in emphyteusi. ¶ Scientia implicita iuris futuri an operetur, vt renunciatio ad illud extendatur. ¶ Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi quamuis nulla adsit portio. ¶ Et an potius debeat dici ius succedendi, quam accrescendi. ¶ Renunciatio an in dubio sit præsumenda personalis, vel realis, & de illarum differentia,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio generalissima non comprehendit ius futurum. Intellige vt n. 11. 12. & 17.*
2 *Ius succedendi ex pacto, quod quis habet in emphyteusi an censeatur remissum per renunciationem generalem.*
3 *Per renunciationem personalem factam intuitu alterius non abdicatur in totum ius renunciantis, prout quando esset refutatio realis.*
4 *Renunciatio in dubio præsumitur personalis.*
5 *Ius accrescendi proprie non dicitur in emphyteusi, sed ius succedendi ex pacto, & fit admissio, licet quis nullam habeat portionem.*
6 *Causa noua superueniens semper excluditur in renunciatione.*
7 *Renunciatio erronea potest reuocari.*
8 *Iuramentum non extenditur ad ignorata.*
9 *Remissio non debet esse inutilis.*
10 *Pretij quantitas consideratur in renunciationibus ad cognoscendum, quæ in ea contineantur.*
13 *Spes futura an debeat intelligi ex noua causa.*
14 *Scientia implicita iuris futuri facit, vt renunciatio ad illud extendatur.*
15 *Clausulæ generales quomodo debeant concipi, vt ius de futuro veniat in renunciatione.*
16 *Verba vniuersalia, quando inducant remissionem iuris futuri.*
18 *Scientia partis infert scientiam totius.*

CAPVT CCCXXXXVI.

POst conclusionem firmatam in præcedenti capite, quod non simus in emphyteusi hæreditaria, dubitatum fuit an obstaret renun- 1 ciatio, de qua agebatur, † & quidem pro negatiua opinione faciebat, quod renunciatio etiam generalissima non comprehendit ius futurum, quamuis etiam dictum sit omnibus iuribus, quæ haberi sperantur *Surd. cons. 70. n. 7. & 10.* Vbi etiam, quod neque expresse potest renunciari iuri de futuro *Bece. cons. 106. n. 47.* cum alijs per *Ann. sing. 439.*

Secundo, quia in casu nostro nulla fuit facta mentio emphyteusis, cui quamuis etiam fuisset in specie renunciatum, tamen quia sumus in iure 2 accrescendi, † seu succedendi ex pacto, quod quis habet in emphyteusi, non omnis renunciatio excludit renunciantem à dicto iure, quod post mortem alterius decedentis ad ipsum peruenire debebat ex clausula iuris accrescendi, quia illa verba, quantumuis generalia, per quæ renunciatur iuri, quod habet, vel habere sperat, non comprehendunt ius acquisitum post mortem, & post renunciationem quomodocunque, & qualitercunque ius fuerit remissum, & ex quauis causa cogitata, & incogitata *Ruin. cons. 47. n. 2. lib. 1. post Bart. in l. qui roma. §. duo fratres. q. 10. de verb. obligat.* & latè declarat *Corbul. de caus. priuat. ob renunciat. n. 18. & 19. Ios. Ludouic. decis. Lucen. 29. n. 68.*

Tertio, quia renunciatio fuit facta intuitu fratris, & sic tanquam personalis, non realis, non de- 3 bet egredi eius personam, † & solum illi accrescit, & non alijs coemphyteutis, quorum fauore remissio facta non fuit, itaut si non acquiratur ei, cui est remissa, semper ius renunciatum redeat ad renunciantem, quidquid aliud sit, quando renunciatio esset facta in rem in manibus Domini emphyteutæ, tunc enim est omnimoda refutatio, & in totum excluditur, qui ita renunciauit *Alex. cons. 13. n. 4. & 5. lib. 5.* cum alijs per *Corbul. de caus. priuation. ob renunciat. n. 34. vsque ad n. 41. Gabr. cons. 89. n. 9. lib. 1.* la- 4 tè *Honded. cons. 36. n. 11. lib. 1.* † cum etiam in dubio renunciatio iudicetur personalis *Alex. in l. qui roma. §. duo fratres. n. 60. & ibid. Socin. Iun. n. 140. ff. de verb. obligat.* Itaut non sit considerandum in hoc casu, quod quis non habeat portionem, cum in emphyteusi ius accrescen- 5 di non sit proprie ius accrescendi, sed ius succedendi ex pacto inuestituræ, † ac ius successorium, ex quo superstes succedit defuncto; & acquisitio fit non ex tacita, sed expressa dispositione, & pacto, & propterea admittitur etiam qui nullam habet portionem *Ruin. cons. 154. n. 2. lib. 1. & cons. 169. n. 3. eod. lib. Alex. in l. si mihi & titio. n. 15. de verb. obligat. post Bald. in c. 1. n. 3. in 1. notab. de feud. march. & in c. 1. §. & quia vidimus. n. 4. de his qui feud. dar. poss. Honded. cons. 36. n. 17. lib. 1.*

Neque obstant clausulæ generales renunciationis, 6 quia intelliguntur rebus sic stantibus, † itaut semper excludatur noua causa superueniens, cum de ea non præsumatur cogitatum, vnde semper renuncians admittetur, quamuis renunciauerit non solum iuribus tempore diuisionis competentibus, sed etiam futuris, & quæ habere sperabat, vt concludunt *Bart. Alex. & alij* communiter *in l. qui roma. §. duo fratres. de verb. obligat. Gozad. cons. 52. n. 16. Dec. cons. 411. visis his quæ accurate. n. 3. Bero. Soc. Gabr. & alij*, de quibus latè *Honded. cons. 36. n. 19. &* 7 *20. lib. 1.* † Stante præsertim renunciatione facta per renunciantem sub prætextu, quod bona renunciata sint hæreditaria, quæ tamen non possent dici talia ex adductis supra c. Vnde minus 8 renunciatio obstabit tanquam erronea, † & de his, quæ ignorãtur, ad quæ etiã neque iuramentũ extendetur *Surd. cons. 150. n. 45. & 46. lib. 1.*

Hæc multum faciunt ad fauorem renunciantis; Non tamen adeo sunt tuta, vt contra eum non vrgeant infrascripta; Etenim præsupponitur in facto non adesse in huiusmodi hæreditate, nisi bona, de quibus agimus, grauata tot oneribus, 9 vt merito † possit dici talem remissionem ad illa extendi, ac de eis fuisse cogitatum, ne alias dicatur inutilis renunciatio *Bald. in l. liberti libertaq. col. penult. vers. attende tamen, n. 28. in fin. C. de oper. libert. Alex. cons. 222. ponderatis. n. 2. lib. 6. Catell. in memorabil. in verb. emphyteusis non venit. in fin. vers. tertio potest declarari. Valasc. de emphyteus. q. 44. n. 8. ad fin. vers. sed & tertio.*

Maxime, quia ex qualitate recompensationis pretij

pretij dati renuncianti per fratrem, præsupponebatur posse suaderi de dictis bonis fuisse cogitatum, prout in hoc esset facilis inspectio inuestigando valorem domorum, quæ deductis supradictis oneribus, si ascendunt ad condecentem valorem d. pretij, venirent in d. renunciatione, 10 † prout talem qualitatem pretij in huiusmodi cessionibus considerat *Alex. cons. 221. n. 2. lib. 6. per tex. in l. 1. §. 1. ff. de superficieb.* quod etiam voluit *Bald. in l. liberti libertaq. 10. col. vlt. in princ. n. 28. in fin. C. de oper. libert.*

Vnde etiam dicimus, quod si renuncians tempore, quo renunciauit, habebat solum spem succe- 11 dendi in emphyteusi † ex iure accrescendi post mortem alterius, diceretur illud ius futurum ex iure accrescendi nominatim expressum, ex quo renuncianti non competebat aliud ius tempore renunciationis, & eo ipso quo opponitur nullum aliud ius competere, dicitur fundata intentio opponentis, & onus probandi contrarium incumbit aduersario, vt bene explicat *Ruin. cons. 144. n. 19. & cons. 152. n. 9. lib. 2. Bart Curt. Parif.* & alij per *Corbul.* qui etiam testantur de communi *de caus. priuat. ob renunciat. n. 27.* Quamuis enim renunciatio iuris, quod quis habet, vel habere sperat, non includat ius, quod neque re competit, neque spe, sed est penitus de futuro, & restringitur ad ius consistens in spe radicata de præsenti, Tamen 12 hoc fallit, † quando nullum subesset ius de futuro consistens in spe de præsenti, in quo renunciatio ipsa posset verificari, nam tunc extenditur ad ius, quod est omnino de futuro, tam ratione spei, quam rei, etiam si superueniat ex causa prorsus noua *Surd. cons. 168. n. 31. & 32. lib. 2. post Dec. in l. 1. n. 32. & ibi Iaf. n. 17. in fin. C. de pact. Rolan. cons. 34. n. 92. lib. 4.* 13 *Menoch. præsumpt. 115. n. 24. lib. 3.* † Cum etiam spes futura videatur esse intelligenda ex noua quoque causa *Rip. in l. 1. col. penul. in princ. n. 26. ad med. C. de pact.* Præsertim quia renuncians saltem implicite scire poterat ius sibi 14 competiturum ex alia causa de futuro, † ex qua implicita scientia etiam ad illud ius renunciatio extenditur *Roman. cons. 22. n. 3. in fin. vers. eo quoque casu. per tex. in l. qui iure militari. de testam. milit. post Ang. in l. tres fratres. 36. n. 5. ff. de pact.*

Accedant in casu nostro multæ clausulæ ne dum generales, sed vniuersalissimæ cum cessione omnium iurium in posterum competiturorum, 15 & quæ poterunt † quomodolibet competere, tam ex causis ibi specificatis ratione administrationis, & bonorum, & hæreditatum, quàm aliorum quorumcumque bonorum, & iurium contra eum, ad cuius fauorem fuit facta renunciatio, quam alios quoscunque, & quomodocunque tam de præsenti, quàm etiam superuenientis, & competituro, etiam si de eo specialis specifica, & expressa nota, & mentio esset facienda, & sub generalitate non veniret, extendendo ad expressa, & non expressa, & penitus incognita, ita quod de cetero nihil renuncians prætendere possit, quam pretium sibi promissum, faciendo pactum perpetuum de quidquam aliud non petendo, cum clausula ad habendum posita in dispositiuis, & cum promissione euictionis super d. bonis, & iuribus, constituendo procuratorem in rem propriam, cum alijs clausulis ita vniuersalibus in instrumento appositis, vt possit colligi mens contrahentium etiam de huiusmodi domibus fuisse cogitatum, prout ad hunc effectum omnia prædicta late adducit *Corbul. de caus. priuat. ob renunciat. n. 27. & 28. Ruin. cons. 137. n. 7. lib. 2. & cons. 166. n. 11. lib. 1. Alex. cons. 189. n. 10. lib. 2. Roland. cons. 34. n. 86.* 16 *vsque ad n. 93. lib. 4. Port. cons. 142.* † Maxime quia d. verba vniuersalia, & ampla non restringunt se ad præsens tempus diuisionis, & renunciationis, quo casu non inducerent remissionem iuris futuri *Ang. cons. 287. col. 2. Dec. cons. 86. n. 4. Corn. cons. 339. col. fin. lib. 1.*

Ex quibus non videntur obstare contraria, cum habeant locum, quando ex verbis non apparet renunciantem voluisse à se omne ius abdicare 17 fauore quorumcunque, † si enim de hoc constaret, prout in casu nostro videtur colligi ex supra adductis, censeretur quis etiam exclusus per talem renunciationem ab emphyteusi, & à iure futuro *Ruin. cons. 166. n. 11. lib. 1. Alex. cons. 189. n. 10. cum seq. lib. 2. Gabr. cons. 89. n. 13. lib. 1.* Maxime præsupposita scientia renunciantis, quod bona, de quibus agimus, essent emphyteotica, de qua præsupponitur constare tam ex testamento patris, quàm canonis debiti domino directo emphyteusis, & alijs, de quibus in 18 facto; † ita vt à scientia partis inferatur ad scientiam totius *l. non est ferendus. de transact.* cum alijs per *Surd. cons. 150. n. 31. & 32. lib. 1.*

EPITOME.

Pater acquirens emphyteusim pro se, & filijs, quando censeatur illam stipulasse ordine successiuo. ¶ Et quo casu nepotes in ea concurrant cum patruis, & succedant in locum patris, tam quando sumus in emphyteusi priuati, quam ecclesiastica. ¶ Et quid si filiæ sint exclusæ per statutum. ¶ Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis accepta per patrem pro se, suisq. filijs censetur stipulata ordine successiuo. Amplia quamuis filij sint præsentes. n. 3. Limita in filijs sui iuris. n. 4.*

2 *Pactum prius radicatur in persona paciscentis, deinde transit ad hæredes.*

5 *Nepotes concurrunt cum patruis in emphyteusi, & succedant in locum patris. & n. 6. & de ratione. n. 7. Et quid in emphyteusi ecclesiastica. n. 8.*

9 *Concursus nepotum cum patruis non datur in emphyteusi accepta nomine proprio filiorum, & n. 10.*

Ius

11 *Ius accrescendi habet locum in emphyteusi.*
12 *Portio quando desertur per ius accrescendi potius accrescit portioni, quam personæ.*
13 *Fœminæ exclusæ per statutum an admittantur post masculos in emphyteusi. & n.14.*
15 *Contrahentes videntur semper voluisse sequi dispositionem statuti, quamuis verba repugnent.*

CAPVT CCCXXXVII.

PAter stipulans emphyteusim sibi, suisq. filijs videtur stipulari ordine successiuo, vt primo 1 sibi totaliter competat, † demum post eius obitum filij, filiæq. simul ad eam admittantur *Bart. in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat.* *Roman. cons. 22. in princ. n. 2 Surd. cons. 32. n. 37. Clar. in §. emphyteusis. q. 35. Dec. cons. 607. viso puncto. col. 4. ante fin. n. 10. & cons. 662. accurrate. n. 2.*

2 Pactum † enim, & stipulatio prius radicatur in persona paciscentis, deinde transit ad hæredes *Ias. in l. quod dicitur. 130. in fin. ff. de verb. obligat.* cum multis ampliationibus, & declarationibus, de quibus per *Menoch. præsumpt. 47. n. 3. vsque ad n. 16. lib. 3.*

Quæ ampliantur, quamuis filij fuerint præsentes 3 stipulationi, † quia censentur etiam vocati ordine successiuo post patrem *Peregrin. de fideicommiss. art. 17. n. 25. post Castr. cons. 159. lib. 2.* Maxime quando pater stipulatur sibi, & filio in potestate constituto, quidquid secus sit in eo, 4 qui erat sui iuris, † nam tunc à principio emphyteusis tam filio, quam patri esset quæsita *Imol. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. Rot.* de qua per *Mandos. ad Roman. cons. 22. in princ. in verb. competat. Bursat. cons. 67. n. 5. lib. 1.*

Verum ista dixi non applicari ad factum mihi exhibitum, Doctores enim supra adducti loquuntur, vt nepotes admitti non possint, donec pater viuit, quia pater eos præcedit, sed non habent locum quo ad nepotes, quorum pater prædecessit stantibus patruis, prout erat 5 in casu nostro, † tunc enim quamuis nepotes sint in gradu vlteriori, tamen succedunt in locum patris, & admittuntur cum patruis *Aym. cons. 67. n. 5. vers. & in terminis nostris.* Vbi loquitur de emphyteusi concessa pro se, & suis nepotibus, nam isti nepotes, licet respectu parentum videantur vocari ordine successiuo, tamen mortuis parentibus respectu patruorum simul admittuntur, nec censentur vo- 6 cati ordine successiuo, † Idem voluit prius *Ang. in l. gallus. §. quidam recte. de liber. & posthum. Honded. cons. 70. n. 59. lib. 2. Decian. cons. 59. n. 50. ad fin. lib. 3. & cons. 9. n. 5. in fin. lib. 2. Alex. cons. 26. n. 9. lib. 3. Tiraq. de primogenit. q. 40. n. 21. Corn. cons. 24. n. 31. lib. 2. & cons. 190. n. 4. & 5. lib. 3.*

Et facit ratio, quia præsumitur, quod testator 7 habuerit parem affectionem ad eos, qui iuris dispositione sunt in eodem gradu, quamuis secundum naturam alter præcedat, & sic nepotes admittentur, qui de iure communi succedunt in locum patris, & cum patruo concurrunt, Maxime quia isti nepotes non intendunt excludere patruum ab eius portione, sed tantum admitti ad eam partem, ad quam eorum pater fuit vocatus, cum in portione, qua prædilexit filium, in eadem quoque censeatur prædilexisse nepotem, vt in specie late declarat *Honded. cons. 70. n. 16. & 61. lib. 1.*

Prædictis autem videbatur obstare, quia eramus in emphyteusi ecclesiastica, non priuati, 8 Ratio diuersitatis est, † quia quando pater accipit emphyteusim à priuato videtur recipere pro se, filijs, nepotibus, & hæredibus, quo casu tractatur de hæreditate, vel cohærente hæreditati, & nepotes repræsentant personam patris præmortui, secus in ecclesiastica, quæ cum non sit recepta pro hæredibus, non est quid hæreditarium, & tales non repræsentant personã patris *Alex.* in puncto *cons. 128. n. 8. lib. 5.* sequitur *Ruin. cons. 134. in fin. n. 26. lib. 2. & cons. 162 alias 167. n. 11. lib. 1. Curt. Iun. in l. 2. n. 14. C. de success. edict.* & late defendit *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 18. n. 8. vsque ad n. 20. Gabr. conclus. 1. in fin. n. 34. de success. ab intest. Magon. decis. Lucen. 19. n. 13. Rot. coram* Cardin. *Seraphin. de qua decis. 192. lib. 1. diuers.*

Non est tamen recedendum à supra firmatis, cum verior sit opinio, vt etiam in emphyteusi ecclesiastica debeant admitti nepotes cum patruis, & in ea detur repræsentatio, quasi illa videatur recepta eo ordine, quo ad successionem vocantur, præsumitur enim contrahentes tempore inuestituræ se conformasse cum dispositione iuris, & voluisse descendentes admitti ad emphyteusim eo modo, quo ad hæreditatem vocantur, prout late defendit *Ruin. cons. 163. n. 8. post princ. vers. & quod in casu nostro lib. 1.* & sequitur *Honded. cons. 13. n. 29. lib. 1.* & bene declarat *Gabr. cons. 86. n. 9. ad med. vers. & quidem si opinio. lib. 1. Aleiat.* qui de magis communi *in l. cum ita legatur. 33. §. in fideicommisso. col. 6. ante med. n. 9. ff. de legat. 2.*

Maxime, quia in ista emphyteusi non est facta aliqua expressio nomine proprio filiorum, 9 si enim talis vocatio ita facta fuisset, excluderentur nepotes, neque daretur huiusmodi concursus, cum patruo, qui esset præferendus nepoti, & ipse solus admitteretur, eodem nepote excluso *Ruin. cons. 134. in fin. n. 26. vers. & tanto magis. lib. 2. Curt. Iun. in l. 2. n. 14. vers. & maxime quando. C. de successor. edict. Menoch. cons.* 10 *200. n. 60. & 65. lib. 2.* † qui omnes ita declarãt illam opinionem *Doctorum*, quod in successionibus ex hominis dispositione filius intret in locum patris, & concurrat cum patruo.

Accedat, quia in emphyteusi habet locum ius accrescẽdi *Alex. in l. si mihi & titio. 110. n. 1. ff. de* 11 *verb. obligat.* † Vnde cum in ea nepos habeat suam portionem, in qua patri successit, sequitur quod portio deficiens alterius fratris defuncti sine liberis debeat etiam accrescere portioni ipsius nepotis, nam quando portio deser-

12 defertur per ius accrescendi † accrescit potius portioni, quam personæ *Corn.cons.131.n.6.lib.1. per tex.in l.si totam.de acquir.haredit.*

Obseruandum est tamen circa ea, quæ dicta sunt de emphyteusi, vt in illa prius succedat pater, deinde post illius obitū filij, & filiæ simul admit-
13 tātur, † quod hoc procedet, dūmodo per statutū filiæ non sint exclusæ, tunc enim filij, & filiæ non debēt pariter succedere *Alex. cons.9.post.prin. lib.5.* & ita cōmuniter seruari dicit *Mandos.ad*
14 *Rom.cons.22.in verb.admittatur.* † Et sic fœminæ admittentur post masculos *Pereg.de fideicōmis.art.17.n.14.Card.Mant.de tacit.& ambig. convent.tit.8.lib.3.& lib.11.tit.17.n.23. Aldo-*
15 *brand.cons.5.n.33.* † Quia semper contrahentes videntur voluisse sequi dispositionē statuti, quāuis verba repugnent *Bar.in l.vt iusiurandi.§.si liberi.n.5.de oper.libert.Cephal.cons.451.n.197.*

EPITOME.

Fideiussor iudicatum solui quando teneatur in causa appellationis, tam si fuerit satisdatum proprio nomine, quam officij. ¶ Et quid si se obligauerit tanquam principalis, & insolidū. ¶ Vel quando sumus in tribunali subordinato ad illud, à quo fuit appellatum. ¶ Reseruatio melius agendi quo casu possit fieri per iudicem ¶ Absolutio ab obseruatione iudicij an sit sententia definitiua, vel interlocutoria, & conseruet iurisdictionem iudicis etiam delegati. ¶ Sequestrum quando duret in causa appellationis, & quo casu reuocetur per satisdationem de iudicio sisti. ¶ Fideiussio data ad effugiendū carceres an respiciat instantiam, vel duret vsque ad finem litis. ¶ Cautio necessaria quæ dicatur. ¶ Sententia absoluens reum reseruans ius actori melius agendi an sit absolutio simplex, vel qualificata, itaut allegans huiusmodi absolutoriam debeat etiam recipere contra se talem reseruationem, siue simus in fideiussore contractus siue iudicij. ¶ Iuramentum an faciat, vt quis obligetur, quamuis principalis non teneretur. ¶ Dispositio *l.per hanc. C. de tempor.appell.* an procedat in interlocutorijs ante sententiam. ¶ Et an in eis durent satisdationes prius præstitæ, vel nouæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de stando iuri, & iudicatum soluĕdo restringitur ad casum sententiæ latæ per iudicem, coram quo fuit præstita, & est communis opinio. n.2. & 3. nec habet locum in causa appellationis. Amplia quamuis non fuerit satisdatum sub proprio nomine, sed officij. n.4. Contrarium est magis receptum. n.24. Maxime in causa deuoluta ad tribunal subordinatum ad illud, à quo fuit appellatum. n.32.*

5 *Obligans de soluendo quidquid fuerit iudicatū tanquam principalis, & insolidum etiam cum iuramento non tenetur in causa appellationis. & n.6. Contrarium est verius. n.22, 26. & 29.*

7 *Satisdatio iudicatum solui finitur per sententiam absolutoriam.*

8 *Sententia reseruans ius actori melius agendi an sit absolutio simplex, vel qualificata, itaut allegans huiusmodi absolutoriam debeat etiam contra se recipere talem reseruationem, & an procedat tam in fideiussore contractus, quam iudicij n.9. & 11.*

10 *Reseruatio melius agendi, quando possit fieri per iudicem. & n.19.*

12 *Absolutoria ab obseruatione iudicij an sit interlocutoria, vel diffinitiua. n.16. & an conseruet iurisdictionem iudicis etiam delegati. n.13. & 14. & an faciat expirare instantiam. n.15.*

17 *Sententia absolutoria in dubio censetur lata, quia non probatum.*

18 *Absolutio ab obseruatione iudicij non dicitur, quando iudex absoluit à causa.*

20 *Intentio iudicis, non verba attenduntur.*

21 *Cautio necessaria quæ dicatur.*

23 *Sequestrum quando reuocetur per satisdationē de iudicio sisti, & quo casu illud duret in causa appellationis.*

25 *Fideiussio data ad euitandū carceres nō respicit instantiam, & durat vsque ad finem litis.*

27 *Statutū vt fideiussor teneatur tāquā principalis facit, vt quis obligetur vsque ad litem finitam.*

28 *Argumentum valet de statuto ad pactum.*

30 *Iuramentum facit, vt quis obligetur tanquam principalis, licet sit fideiussor, etiā si principalis nō teneretur tanquā sine causa obligatus. n.31.*

33 *Satisdationes nouæ non requiruntur, sed durant quæ prius fuerunt præstitæ, quando sumus in casibus, in quibus appellatur ante sententiam.*

34 *In interlocutorijs ante sententiam non procedit dispositio l.per hanc. C.de tempor.appellat.*

CAPVT CCCXXXXVIII.

Obligatio facta per fideiussorem de stando iuri, & iudicatum soluendo videbatur ex-
1 tincta, † itaut idem fideiussor non posset amplius conueniri in causa appellationis, quasi huiusmodi fideiussio tanquam stricti iuris secundū mentem partium sit restringenda ad eum casum, quo iudicatum sit à primo iudice, apud quem illa fuit interposita *Bart. in l.cum apud sempronium.quæ est penult. n. 4 ff. iudic. solu. & sing. 30. Imol.cons.47.n.1. Bald.in rubr. extr. de appell.in fi.n.25. Ias.in l.2. in fi.C.de procur.Rom.*
2 † qui testatur omnes ita tenere *cons. 100. in fin. vers. quinimmo. Aret.in §.sed hodie n. 1. instit. de satisd. Franc. Marc.decis.357.n.2.p.2.Surd. cons.271.n.54.lib.2.* cum alijs quos late adducit *Caball.resol. criminal.cas.109.n.6.* vbi testatur
3 de † magis communi opinione *Facchine. cōtrouer.lib.8.c.57. Mars. in rubr. de fideiuss.q.10. n.108. ad med. vers. quo ad secundum. Iaffred. decis.99.in princ.Card.Mant.de tacit.& ambig. conuention.lib.16 tit.14.n.6.& 12.*

Nec facit, quod secundum aliquos prædicta videantur procedere, quando satisdatio fuisset
4 præstita Iudici, sub eius proprio nomine. † Quia

verior

verior est opinio, & magis communis, vt sufficiat simpliciter fuisse satisdatũ, cum enim quis fideiubet penes acta alicuius curiæ, in qua iudicium agitatur, prout in casu, de quo agimus, censetur promisisse de soluendo quidquid per d. curiam iudicabitur, & virtute decreti per eam interponendi, Vnde nihil refert, quod sub nomine proprio, vel officij, & nomine appellatiuo fuerit satisdatio interposita *Ias. in l. 2. in fin. C. de procurat. Rim. Iun. cons. 738. n. 33. lib. 7. Vinc. de Franch. decis. 108. n. 1. & 3.* & magis communem dicit *Caball. resolut. criminal. cas. 109. n. 12.*

Non obstat, quod talis fideiussor se obligauerit tanquam principalis, & in solidum de soluendo quidquid fuerit iudicatum: 5 † Quia neque ex hoc tenebitur in causa appellationis, quamuis enim principalis teneatur ad solutionem iudicati in d. causa appellationis, tamen non tenetur virtute illius obligationis, quæ erat facta in causa principali, sed solum respectu eius debiti, à quo talis obligatio descendit, quod non potest considerari in fideiussore, qui solum tenetur ratione fideiussionis, Vnde istæ clausulæ non debent operari, vt teneatur in plus, quàm prouisum est per decretum, cuius virtute fideiussit, sed dumtaxat in casu, in quo fuisset condemnatus per Iudicem hoc mandantem, vt declarat *Caball. d. cas. 109. n. 9. post Io. Bernard. Muscatell.* per eum adductum *in praxi fideius. p. 1. mod. 12. n. 7.* quod etiam voluit *Franc. decis. 108. n. 3. & 4.* Adeo vt neque iuramentum 6 interpositum † in huiusmodi fideiussionibus aliquid alteret, vt teneatur in causa appellationis *Bald. in l. iulianus. in 1. lectur. col. 3. post med. vers. secundo quæritur. n. 2. ff. qui satisd. cogant. post Glos. in c. quod bene. 6. q. 4. Barbat. ad Bart. in l. cum apud. in verb. quæro ergo ff. iudic. solui. August. ad Ang. Aret. de malefic in glos. pro quibus & quolibet eorum. n. 2. ad fin. vers. & sic bene cautus. Addit. ad Bart. sing. 40.*

Præterea quidquid sit de prædictis in casu, de quo 7 agimus, res videtur minus dubitabilis, † cum simus in sententia absolutoria, per quam incontinenti finitur stipulatio iudicatum solui, adeo vt nulla possit postea sequi condemnatio, ex quo enim fuit principalis semel absolutus, est quæsita statim liberatio fideiussori, vnde non potest condemnatio auferre ius iam quæsitum *Socin.* in specie *cons. 91. n. 1. in fin. lib. 4.* Vbi, quod ita fuit seruatum in ciuitate Bononiæ, per tex. *in l. fin. vbi Bart. n. 1. ff. de pact.* & sequitur etiam *Anchar. q. 15. n. 9. p. 2. Gabr. de fideiussor. conclus. 4. n. 10.*

Amplius neque obstabit, quod in sententia absolutoria, de qua agitur, fuerit reseruatum ius actori rectius, & melius 8 † experiendi in alio iudicio, quasi tunc non sit simplex absolutio, sed qualificata cum d. reseruatione, Itaut allegans talem absolutoriam, debeat etiam contra se recipere d. reseruationem eodem tempore natam ex eadem sententia, quidquid aliud sit quando nouus actus nascitur ex interuallo post ius quæsitum, tunc enim illud non posset ex isto nouo actu auferri iuxta doctrinam *Io. de Monte Sperell. in l. fin. ff. de pact.*

Quia respondetur prædictam distinctionem procedere in fideiussione contractus, non autem 9 iudicij; † Nam quando sententia absolutoria est lata simul cum ea nascitur remedium appellandi, & sic extinguendi sententiam, & tamen fideiussor iudicatum solui semel per sententiam liberatus, illa retractat, anon reincidet in obligationem, Vnde idem erit, quando retractaretur virtute reseruationis, de qua in sententia, cum talis reseruatio nata fuerit cum ipsa sententia, Adeo vt Iudex virtute d. reseruationis non potuerit facere, vt fideiussor non esset liberatus. Ita in specie bene declarat *Socin. cons. 91. n. 8. vsque ad n. 13. lib. 4. Anchar. q. 15. n. 10. p. 2.*

10 Cum etiam † iudex non potuisset facere huiusmodi reseruationem, ex quo in sententia præsupponitur male probatum, quo casu reseruatio non procedit *Felin. in c. examinata. in fin. de iudic.*

Et quatenus de prædicta responsione posset dubi- 11 tari, in casu nostro nulla adest difficultas, † quia fuit mutatus iudex, tunc enim fideiussor est liberatus per primam sententiam, quidquid aliud sit, quando primus iudex super reseruatis iudicaret, quia tunc non esset quærendum de aliqua liberatione fideiussorum, prout secundum prædictam distinctionem esse intelligendum *Socin.* notat *Thesaur. decis. 202. vers. nonus effingi potest. n. 19.* & ita etiam loquitur *Anchar. q. 15. n. 12. vers. quod multo magis. lib. 2.*

Neque etiam obstabit, quod in casu nostro non fuerit lata sententia simpliciter, sed solum ab- 12 solutoria ab obseruatione iudicij, † quæ dicitur esse interlocutoria, non definitiua, tanquam non absoluat à causa, itaut per eam lis non finiatur, sed iudex remaneat cum iurisdictione post dictam absolutoriam ab obseruatione iudicij *Mandos. de inhibit. q. 114. n. 3. & 4. tom. 5.* 13 *fol. 112.* † Adeo vt licet huiusmodi absolutio ab instantia fiat etiam per delegatum, non tamen expiret eius iurisdictio, itaut si actor veniat intra annum, possit postea iudex procedere in causa virtute primæ commissionis, citato tamen, & vocato de nouo reo *Rot. decis. 3. de dol. & contum. in nou. post Innoc. & Archidiac. in c. venerabilis. de iudic.*

Quia immo sententia ab obseruatione iudicij ma- 14 gis accedit ad naturam diffinitiuæ, † quam interlocutoriæ *Anchar. cons. 16. viso processu. col. 2. in fin. vers. & maxime. n. 4. Felin. in c. examinata. 10. col. vlt. ad fin. vers. & vide. de iudic.* adeo 15 vt etiam † expiret instantia, quamuis non finiatur iurisdictio, & iudex facit litem suam, licet ius, & actio non perimatur *Rot. decis. 3. & ibi Add. in verb. expirat. de dol. & contum. in nou.*

Præsertim, quia absolutoria ab obseruatione iudi- 16 cij, tunc dicitur interlocutoria, † quãdo esset lata propter libellum ineptum, aut partis absentiam, cum aliud sit, quia non probatũ, prout in casu nostro, tunc enim dicitur definitiua tanquã imponens finem causæ *Bart. in l. titia. n. 4. de*

17 *accusat. Magon. decis. Lucens. 32. n. 55.* † Itaut etiam in dubio semper censeatur lata, quia non probatum, quamuis non appareret de causa *Castr. cons. 65. n. 1. & cons. 169. n. 2. lib. 2. Couar.* qui de communi *lib. 1. var. resolut. c. 1. n. 8. Magon. d. decis. 32. n. 56.*

Vlterius ex verbis sententiæ apparet illam non esse absolutoriam ab obseruatione iudicij, sed
18 potius in totum definitiuam, † quia absoluit à causa, tunc enim non dicitur absolutio ab obseruatione iudicij *Mandos. de inhibit. q. 114. n. 3. post Bart. in l. admonendi. post n. 13. de iureiur.* Absoluitur enim actor non solum ex capite personæ non comparentis in iudicio cum consensu patris, sed quia liber non fuit recognitus, quod con ernit male fuisse probatum;
19 Itaut reseruatio iuris agendi † non procedat, tunc enim istud ius reseruatur, quando est male actum, & bene probatum, secus si est bene actum, & male probatum, quia tunc reus absoluitur definitiue, extincto omni remedio actoris *Felin. in c. examinata. 15. ad fin. de iudic.* Ideo non refert quibus verbis iudex vtatur in pro-
20 nunciatione, † dummodo ex eis possit percipi illius intentio *Anchar. cons. 16. col. 1. ad med. n. 2. per tex. in c. in his. de verb. signific. l. quid tamen. 25. §. 1. de arbitr.*

Nec aduersatur, quod *tex. in l. cum apud. ff. iudic.*
21 *solu.* procedat in cautione necessaria, † quæ datur, vt quis possit admitti ad defendēdū, secus in voluntaria, qualis est ista, de qua agimus *Gabr. cons. 53. lib. 1.* Quia immo sumus in cautione necessaria tanquam facta ad euitandos carceres, cum ad hunc effectum præcesserit mandatum suspicionis fugæ, à quo si se volebat liberari, necesse erat aut soluere, aut satisdare *l. si creditores. de priuil. credit. l. si fideiussor. in fin. ff. qui satisd. cogant.* & in specie itu declarat *Aret. cons. 87. col. 1. in fin. vers. quinimmo etiam si promittatur. n. 2.*

Ex prædictis videbatur concludendum pro fideiussore, vt non teneatur in causa appellationis; Ve-
22 rum contra eundem multum facit, † quod ex verbis obligationis per eum factæ videtur colligi esse alteratam naturam fideiussionis, cum non solum promittat tanquam principalis, & insolidum de stando iuri, & iudicatum soluere, sed etiam constituat, & faciat se principalem debitorem, quod operatur, vt susceperit in se omne onus debiti, itaut non possit dici fideiussor, nec accedat alterius obligationi, quasi illa prior iam sit extincta, & in istam transfusa, & facta nouatio *l. 1. ff. de nouat. §. præterea. instit. quib. mod. toll. oblig. Alex. cons. 32. n. 10. lib. 4.* & declarat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 1. post Duar. de const. pecun. c. 2. col. 6. & c. 3. col. 1. vers. hinc etiam colligitur.*

Et facit simile de sequestro, quod licet censeatur reuocatum per satisdationem de iudicio sisti *l. si*
23 *fideiussor. ff. qui satisd. cogant.* † quæ satisdatio finitur lata sententia *l. grege. §. post litem. de fideiussor.* Tamen hoc procedit, quando talis fideiussio est simplex de iudicio sisti, secus si addatur de re non barattanda, aut restituenda, tunc enim huiusmodi satisdatio non cadit, nisi postquam transierit in rem iudicatam; Ideo non mirum, si sequestratio duret in causis appellationum, cum fideiussio succedat in locum sequestrationis, prout in specie declarat *Curt. de sequestr. ad fin. q. 18. n. 66. & 67. tom. 3. p. 2. fol. 147.*

Accedat non esse tutam communem opinionem
24 supra firmatam, † quod fideiussor iudicatum solui non teneatur in causa appellationis; Contrariū enim practicari testatur *Addit. ad Alex. cons. 209. in verb. instantia. ad med. lib. 7.* vbi, quod contraria procedunt, quando quis se restrinxisset ad certum iudicem, nam alias fideiussio simpliciter præstita duraret in alijs instantijs *Vrsill. ad Afflict. decis. 182. n. 6. Thesaur. decis. 202. n. 5. in fin. vers. ne quicquam mouet. Caball. mille loq. 270. post med. vers. veritas. p. 1. Bellamer. decis. 253. Vinc. de Franch. decis. 320. ad fin. Mar. Mut. super consuetud. Panormit. c. 22. n. 19. post Intrigliol. sing. 217.* & ita etiam iudicatum dicit *Gabr. de fideiussor. conclus. 4. n. 2. vers. contrarium. post Fulgos. Io. Andr. Socin. & alios* ibi per eum adductos *Aret. cons. 87. in fin. n. 4. Gaspar Beat. de inop. debit. credit. addit. c. 5. n. 7. ad med. vers. sed certe.*

Adde, quod cautio in casu nostro est data ad euitandum carceres propter mādatum suspicionis
25 fugæ, de quo in actis; † Vnde sicut carceratio durasset, donec durat lis, Ita etiam fideiussio, quæ non dicetur in hoc respicere instantiam, & sic non debet finire eo modo, quo expirat instantia, vnde tanquam succedat in locum carcerationis, & pro ea subrogetur, durabit vsque ad finem litis *Gab. cons. 53. lib. 1.* & voluit etiam *Curt. de sequest. ad fin. q. 18. n. 66. & 67.*

Vltimo verba fideiussionis, de qua agimus, sunt
26 multum ampla, † itaut ex eis colligatur mens contrahentium velle teneri etiam in alijs instantijs, cū adsit clausula principaliter, & insolidū, per quam non videtur stare amplius in statu fideiussoris, sed consideratur tanquam in rem suam, ideo semper tenebitur *Grat. cōs. 34. n. 2. &*
27 *4. lib. 2.* † vbi etiam infert, quod stante statuto, vt fideiussor iudicatum solui teneatur tanquam principalis, tunc erit obligatus vsque ad finem
28 litis; † Vnde etiam stante pacto, cum de statuto ad pactum licitum sit arguere *Glos. in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. Bart. & alij in l. fin. C. de fideiussor. Euerard. in loc. argum. de pacto ad le-*
29 *gem. in princ.* † Et ita etiam, quod stante clausula principaliter, & insolidum non expiret fideiussio seruat *Rot. coram R. P. D. Oradino. Nucerina nullitatis. 7. februarij. 1560. & coram R. P. D. Bubalo etiam Nucerina nullitatis. 7. februa-*
30 *rij. 1580.* † Itaut etiam iuramentum faciat, quod quis obligetur, tanquā principalis, quamuis sit fideiussor, adeo vt teneatur, licet principalis non teneretur *Mohed. decis. 223. alias 2. de fideiussor.* de qua per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 11. in fin. n. 13. Decian.*
31 *cons. 82. n. 8. & 9. lib. 2.* † qui loquitur quando princi-

principalis sine causa est obligatus *iux. l. si stipulatus esses à me.in prin.de fideiussor.* quæ propter iusiurandum sic debet restringi.

Quæ magis procederent, quando causa esset de-
32 uoluta ad Iudicem alicuius tribunalis, † ad quod erat subordinatum illud tribunal, à quo fuit appellatum, quasi tunc sit eadem instantia & idem iudicium, & causa remansit in d. tribunali, seu Curia ex grauamine per primum illato, vt in specie ita iudicatum dicit *Franc. decis.344.n.2.& 3.post Vrsil.ad Afflic.decis.* 202. vbi exemplificant in interlocutorijs, à quibus si appelletur, Iudex superior faciet id quod infe-
33 rior esset facturus; † Vnde quando appellatur ante sententiam, nouæ satisdationes non requiruntur, sed durant, quæ fuerunt prius præstitæ *l. qui proprios. §. item quæritur. ff. de procurat.*
34 *Bald.in rubr.extr.de appellat.in fin.n.24.* † Prout in interlocutorijs ante sententiam non procedit dispositio tex. *in l.per hãc. C.de tẽpor.appellat.* vt *ibi* notat *Bald. ad fi.n.17.* Quæ etiam faciunt ad casum nostrum, quamuis admitteretur nos esse in sententia ab obseruatione iudicij tanquam interlocutoria *ex supra allegatis.*

EPITOME.

Appellatione pendente à definitiua quando permittatur taxatio expensarum Iudici à quo sibi illam reseruanti. ¶ Et quid post inhibitionem, & stante clausula sine præiudicio litterarum Apostolicarum. ¶ Expensæ an debeant taxari in fine litis, & post tres conformes. ¶ Et an illarum taxatio sit simplex declaratoria, & ab ea detur appellatio, quamuis illa prohiberetur in negotio principali.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio expensarum pendẽte appellatione à definitiua non permittitur Iudici etiam sibi illam reseruãti. Maxime si non est facta incontinenti. n.2.*
3 *Inhibitio præcedens taxationem facit, vt illa nõ possit fieri per Iudicem appellationis.*
4 *Expensarũ taxatio non est simplex declaratoria, & ab ea datur appellatio, quamuis non appellaretur à negotio principali. n.5. & 11.*
6 *Expensæ nõ taxantur nisi in fine litis, cõstito de calumnia, & post tres sentẽtias conformes. n.8.*
7 *Clausula sine præiudicio litterarũ Apostolicarum an præseruet executionem Iudici à quo tã respectu literarum, quam expensarum. & n.9.*
10 *Principalis causa quamuis non suspendatur per appellationem, potest tamen fieri suspensio respectu expensarum.*
12 *Executio mera non est quando aliquid adijcitur primæ sententiæ.*

CAPVT CCCXXXVIII.

Pendente appellatione à definitiua Dixi non
1 permitti taxationem expensarum, † etiam si Iudex sibi illã reseruauerit, adeo vt huiusmodi taxatio debeat reuocari per viã attentatorũ *Rot.decis.46.de re iudic.in antiq.Butr.in c.pastoralis.§.verũ.col.4.vers.vltimo per hãc decretalẽ. & ibi Dec.ante fin.vers.postremo non omitto.n.4.de appellat. Afin.in prax.§.32.c.12.n.5. & 6.*

Maxime, quia non sumus in taxatione facta incon-
2 tinenti post appellationẽ, † quo casu posset permitti talis taxatio, quasi tũc nõ videatur Iudex aliquid de nouo facere *Lancellott.de attent. appellat.pend.limit.11.ad fin.n.11.* Vbi ita declarat *decis.Cappell.Tholos.466. & Lap. alleg.82.n.8. & Felin.cons.13. & alios* contrarium sentiẽtes.

Ex in casu nostro nulla adest dubitatio, quia inhi-
3 bitio præcessit taxationem, † quæ facit, vt illa nunquam possit fieri postquam est inhibitum *Carauit.super rit.magn.cur.298.n.25.* quem sequitur *Mandos.de inhibition.q.106.in fin.*

Et facit, quia ista taxatio expensarum non est
4 simplex declaratio, † cũ in illa pars possit grauari excedendo modum, ideo datur appellatio *Bald. in l. sancimus.ad fi.C.de iudic. Afin.in prax.c.21.§.32.n.2.* Vnde non debet procedi ad istam taxationem, quamuis principalis causa
5 non suspenderetur per appellationem, † nam aliud est in expensis, à quibus appellatio suspẽdit, vt declarat *Dec. in c. pastoralis. §. verum. ad fin. vers.contrarium tenet.n.4.de appellat.*

Vlterius non apparet de aliqua calumnia litigantium, donec non fuerit cognitum, an bene sit
6 appellatum, † Vnde non debet dari aliqua taxatio expensarum, neque executio, nisi in fine litis, constito de d. calumnia, ob quam ad executionem expensarum deuenitur *l.properandũ. §.sin autem alterutra.C.de iudic.Couar.Pract. quæst.c.27.n.1. Rot.diuers.decis.730.n.3.lib.1.*

Non obstat, quod causa fuerit commissa sine præ-
7 iudicio litterarum apostolicarum. † Quia non per hoc retardatur executio, quamuis non possit fieri taxatio expẽsarum, satis enim est quod d.clausula præseruet executionem Iudici à quo respectu litterarum, non autem expensarum, de quibus cum nihil fuerit dictum per signaturam, remanet in dispositione iuris communis, per quod taxatio non datur, nisi post terminationem causæ post tres sententias conformes
8 *Rot.decis.46.de sent.& re iudic.in antiq.Mandos.de inhibit.q.106.post med. vers.idem & sic contra.n.2.* vbi quod ita seruat Palatiũ, omisso rigore iuris, de quo per *Rot.decis.25. in princ. de re iudic.* Qui rigor nõ attenditur, vt etiã notat *Lancellott.de attent.appellat.pend.limit.11. n.3. Auffrer.ad decis.Capp.Tholos.466.in princ.*

Et satis est, quod rigor commissionis extendatur
9 ad executionem litterarum apostolicarum, † in quibus est præseruata iurisdictio iudicis à quo, absque eo quod idem rigor comprehendat etiã taxationem, & executionem expensarum, ne quis duplici onere grauetur, Maxime, quia non est inconueniens, quod principalis causa non
10 suspendatur per appellationem, † & tamen respectu expensarum possit fieri suspensio, vt declarat *Dec. in c. pastoralis. §. verum. ante fin.*

vers. contrarium tenet. n. 4. de appellat. Quasi in expensis adsit diuersa ratio propter appellationem, quæ admittitur ab huiusmodi taxationibus † *Iason in l. properandum. §. sin autem alterutra. n. 25. C. de iudic. Io. de Amic. cons. 147. n. 7. Rom. cons. 357. in fin.* † Ideo requiritur citatio, cum non sit mera executio, quando aliquid adijcitur primæ sententiæ, scilicet certa quantitas *Bald. in l. 3. n. 7. C. de fruct. & lit. expens.* argumento *l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testam.* Maxime quando taxatio fieret postea, non incontinenti *Franc. in c. sæpe. 44. n. 61. de appell.*

EPITOME.

Generi per speciem quando derogetur. ¶ Vsufructuarius quo casu cócurrat pro dimidia cum legatario in vsufructu rei particularis legatæ. ¶ Et quid in hoc operentur coniecturæ, quando videlicet testator mandaret quod legatarius non expelleret inquilinum. ¶ Vel aliquod onus ei imponeret celebrandi missas, vel simile. ¶ Vel si vsusfructus esset relictus eum, verbis pleno iure. ¶ Vel in vno legato eiusdem testamenti esset exceptus vsusfructus. ¶ Vel adesset prohibitio de non molestando. ¶ Vel concurreret prædilectio potius respectu vnius, quam alterius cum alijs coniecturis. ¶ Hæres institutus in omnibus bonis an habeat partem vsusfructus cum vxore relicta vsufructuaria omniú bonorum. ¶ Legatum pro missis quando valeat. ¶ Et cui incumbat probatio illas fuisse celebratas.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius in vsufructu rei particularis alteri legatæ concurrit pro dimidia cum legatario. Contrariũ. n. 3. sed prima opinio est verior. n. 4. Et seruatur per Rotam. n. 6. & de ratione. n. 5. Fallit stantibus coniecturis. n. 7. & 8. Et quales sint istæ coniecturæ. n. 11.*

2 *Generi per speciem quando derogetur.*

9 *Mens testatoris, quæ colligitur ex coniecturis, dicitur expressa.*

10 *Legata possunt relinqui nutu, quamuis fiant ab eo qui non potest articulate loqui.*

12 *Pars vna testamenti declaratur per aliam.*

13 *Vsusfructus exceptus in vno legato, an faciat vt vsufructuarius in altero legato non concurrat in vsufructu rei alteri legatæ. & n. 16.*

14 *Permittens dispositionem in vno casu censetur prohibere in alijs.*

15 *Discreta dispositio facta in vno loco facit, vt testator aliud voluisse credatur, quando non expressit.*

17 *Testator mandans, quod legatarius non expellat inquilinum, videtur excludere vsufructuariũ ab vsufructu domus alteri legatæ.*

18 *Prohibitio auget dispositionem, & inducit plenum legatum.*

19 *Onus impositum legatario celebrandi missas facit vt cómodum legati ad eum spectet, & quod cum illo nõ concurrat vsufructuarius, et n. 25.*

20 *Onera annua debent solui ab vsufructuario.*

21 *Vsusfructus verus æstimatur, neque resoluitur in alimenta propter onus impositum vsufructuariæ.*

22 *Dispositio defuncti est trahenda in dubio ad casum magis necessarium.*

23 *Voluntas ambigua testatoris est declaranda ad fauorem piæ causæ.*

24 *Natura correspectiuorum qualis sit.*

25 *Vxor vsufructuaria, & similes non concurrũt in prædilectione cum anima testatoris.*

26 *Vsusfructus relictus cum verbis pleno iure, & similibus, facit vt legatarius cum eo non concurrat. Fallit si relinquatur vsusfructus per verba vniuersalia. n. 27.*

28 *Prohibitio de non molestando an inducat coniecturam, vt legatarius non concurrat cum vsufructuario.*

29 *Hæres institutus in omnibus bonis non habebit partem vsusfructus cum vxore relicta vsufructuaria omnium bonorum.*

30 *Legatum pro missis dicendis an valeat. & n. 31.*

32 *Probatio quod missæ fuerint celebratæ an spectet ad Monachos, vt possint consequi legatum, & quanto tempore illud præscribatur.*

CAPVT CCCL.

Legatum vsusfructus omnium bonorum potest stare de per se, & facit nouum dominium respectu vsufructuarij, † Vnde si postea legetur fundus alteri simpliciter, videtur legari detracto vsufructu, de quo iam fuit dispositum, ne videatur testator sibi contrarius, & statim se ipsum corrigere; Quamuis enim generi per speciem derogetur, tamen hoc procedit quando genus, & species continentur sub eodem numero, & qualitate, † secus si sub diuersis, prout quando vsusfructus fuit separatus à proprietate, tũc enim est diuersa species à proprietate, & sunt diuersa genera, adeo quod vnum non respicit aliud. Ita per supradictas, & similes rationes concludit *Socin. cons. 1. col. vlt. in princ. vers. nam primum legatum. n. 14. lib. 4.* quem refert, licet non sequatur *Rip. in l. re coniuncti. n. 39. ad fin. de legat. 3.* Couar. qui de communi *lib. 2. var. resolut. c. 2. in 6. conclusione. vers. primo etenim. n. 7. Roman. sing. 586. an legato generali. n. 1.* & ibi *Addit.* testatur de communi *Ruin. cons. 35. attentis verbis. in fin. n. 10. vers. & istud etiam. lib. 2.*

Contrarium voluit *Bald. in l. quoties. ad fi. vers. & prædicta faciunt ad quæstionem.* † *n. 5. C. famil. erciscund. Cott. in memor. in verb. fundus. in princ. Socin. Iun. cons. 109. col. antepenult. in fin. vers. venio ad quintum. n. 30. lib. 1. Dec. cons. 607. viso puncto & diligenter. col. 4. post princ. vers. & ex supradictis. n. 7. in fin.* & ibi *Addit. in verb. omnium.* testatur de veriori opinione; Nam qui legat certum fundum eo ipso videtur legare fructum eiusdem fundi *l. si alij. de vsu-*

vsufruct.legat. Ergo in hac specie derogat legato generali vsusfructus præcedenti, seu subsequenti, sicut legatum vsusfructus certi fundi derogasset, Et eandem opinionem sequitur tamquam magis æquam *Aret.in §.1.post prin. in glos.in verb.deducto.instit.de vsufruct.*

Non est tamen recedendum à prima opinione, 4 quæ est magis communis, quod videlicet si testator legat alicui prædium, & postea relinquit alium vsufructuarium omnium bonorum tunc in bonis alteri legatis vsufructuarius habebit dimidiam, aliam vero legatarius, & sic vsufructuarius in vsufructu rei particularis alteri legatæ concurret pro dimidia cum legatario *l.si alij. de vsufruct. l.sempronio. in princ. eod.tit.*& late de communi testatur *Surd.cons. 466.n.4.lib.4.Bocc.cons.98.n.9.Caualcan. de vsufruct.n.45.in 6.limit.Rimin.Iun. cons.633. n.44.lib.6.*& de veriori opinione testatur, & durum esse in iudicando ab ea recedere dicit *Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.9.tit.6. n.22.vers. aliam vero col.penult.ad med.*Gabr. 5 *cons.102.in prin.lib.1.*† Vbi quod si vni relinquatur totum integrale, alij vero pars substantialis, datur in ea parte concursus, quia aliter primum legatum non remaneret purificatum, Ideo merito legato fundo, si alteri legetur vsusfructus, concurrunt in vsufructu, late *Roland.* 6 *cons.8.n.36.lib.2.*† & hanc opinionem tamquã magis receptam sequitur *Rot.coram R. P. D. Pirouano Romana legati pij.18.martij.1611.et coram Card.Lancellott.Vrbeuetan.fructuum. 11.Ianuarij.1602.*

Prædicta tamen sunt declaranda non habere locũ stãtibus coniecturis, ex quibus recederetur à d. 7 opinione,† itaut non esset dandus concursus in legatis particulariter relictis, prout in specie legati vsusfructus concludit *Abb.cons.4.n.6.lib. 2.Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.9.tit. 6.in fin.vers.et hoc quidem procedit.Socin.cons. 1.col.vlt.post princ.vers.non obstat.n.15. lib.4.*

8 Vbi † quod si est dubium an testator reliquerit vsumfructum ex legatis factis alteri, coniecturæ erunt liquidissimæ probationes, & sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto. Vrbeuetan. fructuum.11.ianuarij.1602.*

Prout regulare est in materia vltimarum voluntatum semper ex coniecturis colligendam esse 9 mentẽ testatoris,† quæ tunc habebitur pro expressa *l.cum proponebatur.de legat.*2.cum alijs per *Card.Mant.de coniectur.vlt.volunt. lib.3. tit.3.n.10.* Maxime in legatis, quæ etiam nutu possunt fieri,& quomodocumque relicta valent 10 *l.nutu.21.de legat.3.*† Quãuis essent facta ab eo qui propter morbum non posset articulate loqui *Couar.in c.si tibi.n.3.de testam.* contra *Salic.in l.& in epistola, C. de fideicommiss.* prout etiam aduersus eum tenet *Card.Mantic.de cõiect.vlt.volunt.lib.8.tit.1.n.19.*

Coniecturæ autem sufficerent; quando testator in eodem testamento fecisset legatum alicui mandando, vt ex eo Vsusfructuarius haberet vsum- 11 fructum, Nam si adesset alterum legatum sine ista expressione verisimiliter colligeretur, quod ex hoc non esset dandus vsusfructus vsufructuario, sed in totum spectabit ad legatarium, 12 quasi † vna pars testamenti per alteram declaretur *l.qui filiabus.de legat.2.Roland. cons.25. n.29.lib.4.*& in specie bonorum particulariter relictorum, quod non veniat vsusfructus, quan- 13 do fuit exceptus in vno legato† *Surd.cons.466. n.7.vers.ex alio quoque elicitur.lib.4.Rot.corã Card.Lancellott.Vrbeuetan.fructuũ.11.ianuarij.1602.vers.quod autem.in fin.& coram R.P. D.Pirouano Romana legati pij.18.martij.1611.*

14 Cum etiam † permittens dispositionem in vno casu censeatur prohibere in alijs *Gabr.cons. 108.n.33.lib.2.*& discreta dispositio facta in 15 vno loco operatur, vt testator aliud voluisse credatur, quando non expressit *Socin.Iun.cons.* 16 *3.n.7.& cons.114.n.19.vol.1.*† & in proposito *Surd.d.cons.466.n.7.lib.4.& Rot.coram R. P. D.Pirouano d.Romana legati pij.*

Secundo quando testator mandasset legatario, vt non expelleret inquilinum ex domo legata, 17 neque augeret pensionem, † dummodo tamen pensionem solitam solueret ipsi legatario, ex hoc enim videretur excludi vsufructuarius ab vsufructu istius domus, cum ei hoc non fuerit demandatum, quasi cura, & gubernium alteri commissum sit,& exactio pensionis alij concessa *Castr.cons.416.ad primũ quæsitum.in prin. vers.nec propterea dico.lib.2.Aym.cons.25.n.28 Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.6.tit.5. n.4.Caualcan.de vsufruct.n.21.* quem sequitur 18 *Gabr.cons.108.n.29.lib.2.*†cum etiam prohibitio augeat dispositionem,& inducat plenum legatum *Ruin.cons.133.n.12.in fin.lib.2.*

Tertio si fuisset impositum onus legatario cele- 19 brandi missas pro anima sua, † tunc videretur etiam commodum legati ad eum spectare, non ad vsufructuarium, cum onera annua debeant præstari ab vsufructuario, quasi recipiant dilationem de anno in annum, sicut vsus- 20 fructus *Surd.decis.193.in princ.et decis.28.n.6.* Vnde cum illi non fuerit onus impositum, sed legatario spectabit etiam ad eum vsusfructus d.legati; Maxime quia quando imponitur onus vsufructuariæ facit; vt extimetur verus vsus- 21 fructus, † Quidquid alias resolueretur in alimenta *Gabr.cons.108.n.28. lib.2.post Bertrand. cons.36.n.2.& cons.57.n.3.lib.4. Peguer. decis. 103.col.3.in princ.n.4.Card.Mantic.de coniect. vlt.volunt.tit.7.lib.9.n.31.in fin.*

Præsertim quia est magis necessarium testatori, vt legatarius adimpleat onus celebrandi missas pro eius anima, quas non celebraret, nisi 22 haberet emolumentum legati; † Vnde talis dispositio defuncti in dubio est potius trahenda ad casum magis necessarium, & proficuum *Bald.cons.39.pater filio.post med.vers.facit quia dispositio.lib.2.Aym.cons.25.n.29. per tex. in l. 1.§.quid ergo.de ventr.inspic.l. quod labeo. de* 23 *carbon. edict.*† Cum etiam ambiguam testatoris voluntatem semper debeamus interpretari pro pia causa *Anchar.cons.79.Felin.in c.in pra-*

præsentia.col.7.vers.nota.de probat.Marsil.sing. 151 *Tiraq.de priuileg.pia caus.priuil.*165.

Et tale onus celebrandi missas tanquam annexum, & inseparabile legato, faciet, vt ex voluntate testatoris dijudicetur vsusfructus inseparabilis, † & correspectiuus oneri iniuncto ex natura correspectiuorum *l.etiam.* §. *ex causa ff.de minor l. cum emptor. de rescind. vendit. Aym.cons.*130.*n.*2.*Menoc.cons.*156.*n.*14.*lib.*2. (24) Maxime quando essemus in vxore vsufructuaria, aut similibus, quæ iuris præsumptione non concurrerent in prædilectione cum anima testatoris *Card. Mant.de coniectur. vlt.volūt. lib.*1.*tit.*7.*n.*9. † Et istam coniecturam ratione oneris correspectiui celebrandi missas, vt debeatur vsusfructus legati in hanc causam facti contra vsufructuariam, approbauit *Rot.coram R. P. D. Pirouano Romana legati pij* 18. *martij* 1611. (25)

Quando tamen vsufructuarius esset institutus cum verbis pleno iure, † integro vsufructu, & similibus, tunc recederetur à d.communi opinione, & legatarius cum eo non concurret *Surd.de alim.tit.*2.*q.*9.*n.*9.*&* *q.*15.*n.*108.*vsque ad n.*113.*eod. tit.* & sequitur *Rot. coram Card. Lancellotto Vrbeuetan. Fructuum* 11.*Ianuarij* 1602.vbi ita declarat *Paris.cons.*94.*n.*19.*n.*17. *&* 44.*lib.*2. † Non sufficeret tamen, quod quis esset relictus vsufructuarius omnium, & singulorum bonorum per verba vniuersalia, cum ista verba importent totalitatem bonorum, non autem totalitatem vsusfructus, neque enim est bona illatio de vno casu ad alium, & ita intelligitur *Bart.in l. vlt. in fin. de vsu & vsufruct.legat.*Card.*Mantic.de coniect. vltim. volunt.lib.*9.*tit.*6.*n.*12. *Crass. in* §. *legatum. q.* 35.*n.*3.*&* 4. *Rot.coram Card.Lancellotto. in d. Vrbeuetan.Fructuum. vers.nam quantum ad coniecturas.*11.*ianuarij* 1602.† Vbi etiam non approbatur coniectura illa ex prohibitione de non molestando, cum intelligi possit super proprietate, licet admitteretur, quando legatum vsusfructus redderetur elusorium, prout ibi dicitur, quod tamen alias, Deo dante, declarabitur *in capite particulari*. (26) (27) (28)

Adde tamen quod si testator reliquisset vxorem vsufructuariam omnium bonorum, † & alium hæredem instituisset in omnibus bonis, hoc casu talis hæres non concurret, neque habebit partem vsusfructus cum ipsa vxore, & sic habebit solum proprietatem *Pic. Paris. Castr. & alij*, de quibus late *Menoc.cons.*627.*n.*4. *vsque ad n* 9. *lib.* 7. (29)

Vltimum, quod dicebatur de inualiditate legati pro missis dicendis singulis diebus non est attendendum; † Quia non sumus in casu, in quo fuerit factum speciale pactum de missarum celebratione inter testatorem, & Monachos, tunc enim esset simonia, tanquam ageretur de venditione sacri ministerij, prout in istis terminis loquitur *Imol.post Innoc. in c. significatum.n.*12.*de præbend.* † Aliud enim est in legatis factis à testatore, qui potest rebus suis pro anima, & suffragio hoc onus imponere, & illas in ecclesias transferre cum d.onere, tūc enim valebit legatum, modo sacerdotes ad tale onus missarum celebrandarum non se obligent, neque principaliter consequantur pecuniam ea intentione, alias missas non celebraturi vt per *Bursat.cons.*236.*n.*109.*lib.*3. cū alijs per *Thesaur.quæst* 86.*n.*1.† Vbi etiam multa, quādo ad Monachos spectet probatio, quod fuerūt missæ celebratæ, vt possint consequi legatum, & quando tempore illud præscribatur. (30) (31) (32)

E P I T O M E.

Renunciatio generalis quando comprehendat emphyteusim ecclesiasticam. ¶ Et quid si fuerit promissum plus nō petere de bonis. ¶ Verbum hæres quando accipiatur pro descendentibus. ¶ Emphyteusis ecclesiastica accepta pro se, filijs, hæredibus, & successoribus quibuscunque an dicatur hæreditaria. ¶ Et quid si dictum fuerit pro hæredibus masculis. ¶ Et accepta sit à patre pro filijs tanquā eorum ministro. ¶ Et an magna pensio, quæ pro ea soluitur faciat illam potius esse locationem. ¶ Et an propter multa melioramenta in ea facta sit transitoria ad hæredes, quæ alias non transiret.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusis ecclesiastica accepta pro se, filijs, et hæredibus, & successoribus quibuscunque dicitur hæreditaria, secus si acciperetur pro descendentibus, cognatis, & hæredibus. Idē est in feudo.n.*2. *Amplia quamuis dictum fuerit hæredibus masculis.n.*3. *Intellige vt n.*4.

5 *Renunciatio generalis de omni quod ad eū possit pertinere de hæreditate paterna comprehendit emphyteusim ecclesiasticam.*

6 *Verbum hæres quando accipiatur pro descendentibus, & qualitas hæredis requiratur in successione emphyteusis.n.*7.

8 *Renuncians hæreditati paternæ potest petere bona emphyteotica, quæ non petit tanquam hæres. Et quid si promiserit plus non petere de bonis. n.*9.

10 *Emphyteusis habetur pro hæreditaria propter magnam pensionem, quæ ex ea soluitur, & an tunc potius dicatur locatio.n.*11.*&* 13.

12 *Emphyteusis ecclesiastica non transitoria ad hæredes ad illos transiret, quando in ea essent facta multa melioramenta.*

14 *Clausula quibuscunque facit, vt in emphyteusi ecclesiastica veniant etiam extranei. Declara vt n.*15.

16 *Verba vniuersalia prolata ab homine non recipiunt restrictionem de habilitate, secus in verbis statuti, & legis.*

17 *Emphyteusis accepta pro se, hæredibus, & successoribus intelligitur pro descendentibus tātum.*

18 *Emphyteusis accepta pro filijs à patre tanquam ministro non dicitur hæreditaria.*

C A-

CAPVT CCCLI.

Emphyteusim Ecclesiasticam, de qua dubitabatur in casu mihi proposito, Dixi esse hæreditariam simpliciter, & absolute tamquam acceptam † pro se, filijs, eorumq; hæredibus, & successoribus quibuscunque, quidqnid aliud sit quando acciperetur pro descendentibus, vel agnatis, & hæredibus, quo casu non est hæreditaria simpliciter, sed solum, vt descendentes, & agnati ad eã non admittantur, nisi sint hæredes *Gabr. cons. 30. n. 24. lib. 1.* late *Surd. cons. 63. n. 10. vsque ad n. 17. lib. 1. & cons. 395. n. 12. lib. 3.*

Idem dicimus in feudo, in quo non constituitur indistincte & simpliciter feudum hæreditarium per illa verba hæredibus, † & successoribus, sed erit hæreditarium mixtum, vel secundum quid participans de hæreditario absoluto, inquantũ in eo requiritur qualitas hæreditaria ad hoc, vt quis ad illud admittatur, cum in reliquis remaneat ex pacto, & prouidentia, retinendo propriè, & in omnibus naturam feudi ex pacto, vnde non venit in petitione hæreditatis, nec in restitutione fideicommissi, nec sustinebitur de eo testamentaria dispositio, quamuis aliud sit in feudo pro hęredibus quibuscunque, quod simpliciter, & absolute dicetur hęreditarium, vt late declarat *Becc. cons. 88. n. 5. vsque ad n. 10. lib. 1. Gabr. de verb. signif. conclus. 3. n. 13. & 14. Rub. Alex. cons. 84. n. 2. & 7. Osas. decis. 161. ad fin. n. 16. vers. & pro hac opinione.*

Quæ etiam procedunt, quamuis dictum fuerit hęredibus masculis, licet enim ista verba nõ possint conuenire, † nisi filijs, & descendentibus, nõ tamen ex hoc sequitur, vt non debeant esse hæredes, possunt enim filijs adaptari, dũmodo hæredes sint, & sic nõ erit deferẽda emphyteusis alijs quam hæredibus hæreditatẽ adeuntibus, cum illa dictio masculis adijciatur ad exclusionem fœminarum, non ad licentiam repudiandi hæreditatem, vel admittendi filios, qui non sint hæredes, † Quamuis aliud sit, quando ex præsumpta mente contrahentium possit cõtrarium colligi, Ita bene declarat *Couar. var. resolut. lib. 2. c. 18. col. 4. ad fin. vers. immo etiam si vera sit vti ferè omnibus. n. 3. conclus. 6. Aym. cons. 131. n. 8. ad med. vers. sed tamen idem. Rub. Alex.* qui de cõmuni *cons. 18. n. 5.* quidquid contrariũ defendat *Bellon. cons. 33. in princ.* Quia contra eum est verior opinio, vt testatur *Valasc. de emphyt. q. 44. n. 23. ad med. vers. in alia autem specie. Osas. decis. 161. n. 2. ad fin. vers. & hanc opinionem.*

Ex qua conclusione inferunt Doctores, quod cum in emphyteusi ecclesiastica pro se, & hæredibus requiratur etiam qualitas hæredis, vt dictum est, † generalis renunciatio fratris de omni, quod ad eum possit pertinere de hæreditate paterna, comprehendet etiam istam emphyteusim ecclesiasticam, quasi facta mentione hæredum, non possit succedere in d. emphyteusi qui non sit hæres patri, vt in specie de simili renunciatione fratris concludit *Aluar. Valasc. de emphyt. q. 44. n. 8. vers. rursus & illud dictũ.*

Et generale est, vt in emphyteusi siue ecclesiastica, seu seculari concepta pro se, filijs, & hæredibus non admittatur, qui non sit hæres, † licet enim istud verbum hæres accipiatur secundum vulgarẽ modum pro descendentibus; Tamen hoc intelligitur, quando esset prolatum de per se, secus autem quando vtrumque profertur, tunc enim debet accipi proprie, itaut qualitas hæredis sit necessaria, † vt late explicat *Ias. cons. 57. col. 1. & 2. lib. 1. post Castr. in l. ex facto. § vlt. ad fin. ad trebellian.* siue emphyteusis cõcepta sit sub verbis Titio, eius filijs, & hæredibus, siue Titio, & eius hæredibus *Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 18. conclus. 6. n. 3. Surd. cons. 395 n. 12. lib. 3 post Bart. in l. iusiurandi. § si liberi. n. 4. de oper. libert.* quem esse communiter receptum testatur *Corbul. de caus. priuat. ob lin. finit. n. 35. Menoch. cons. 772 n. 6. lib. 8.*

Vnde etiam colligitur, quod qui renunciauit hæreditati paternæ, poterit petere bona emphyteotica, † quæ non petit tanquam hæres, sed ex cõtractu, qui enim hoc modo paciscitur, videtur solum renunciare his, quæ potest petere iure hæreditario, non vt se priuet illis bonis, quæ nõ habet vt hæres, concesso enim quod emphyteusis sit in bonis, & quod verba prohibentis petere de bonis, possint etiam intelligi de emphyteoticis, † Nihilominus si quis promittat plus non petere de bonis, non excluditur ab emphyteusi, quasi videatur renunciasse solum his, quæ poterat petere vt hæres, prout in vendente hæreditatem, qui censetur solum vendidisse, quod poterat consequi tamquam hæres, itaut possit petere quod ei defunctus debebat, cum inter eum qui vendit hæreditatem, & illum qui transigendo eam remittit, nulla sit facienda differentia, prout omnia supradicta late declarat *Gabr. cons. 60. n. 1. vsque ad n. 10. lib. 1.*

Poterit etiam in casu, de quo agimus multo magis concludi emphyteusim esse hæreditariam propter magnam pensionem, † quæ soluitur, vt in instrumento, in quo etiam narratur, quod huiusmodi domus non locaretur scutis quinquaginta; Itaut ex hoc potius videatur locatio, non emphyteusis, & nihil differat à locatione, stante præsertim quod solutio pensionis est facienda de semestri, in semestri, Adeo vt quamuis emphyteusis ecclesiæ regulariter non transeat ad extraneos † Tamen aliud esset quando est magna pensio, & coequalis fructibus *Gloss. in l. 1. § qui superficiem. in verb. agendo ff. de superficieb.* quam notabilem dicit *Bald. in c. littera. col. 2. ante med. vers. modo ego quaero. n. 2. de dilation. Neuiz. cons. 92. n. 25. Roland. cons. 96. n. 42. lib. 1. Cephal. cons. 9. n. 12. Surd. decis. 198. n. 2* & sępius ita fuisse in Rot. decisum testatur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 2. n. 9. & tit. 6. n. 24. eod. lib.* † Prout etiam emphyteusis ecclesiastica alioquin non transitoria, tamen transiret quoque ad hæredes extraneos, quando in ea essent facta multa melioramenta ab ipso emphyteuta *Menoch. cons. 753. n. 10. lib. 8.*

13 *lib.*8.†Cũ etiam locationes fiãt pro maiori pensione, quam emphyteusis; vnde merito ex hoc dignoscitur qualis fuerit intentio contrahentium *Alex. cons.* 112. *n.*2. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 929.*n.*12.*&* 13.*lib.*10.

Quare ex prædictis colligitur, quod siue simus in emphyteusi hæreditaria absoluta, siue mixta secundum quid, semper sit verificanda qualitas hæredis, Itaut stante renunciatione facta de bonis hæreditarijs, de quibus agimus, videatur etiam esse renunciatum huiusmodi emphyteusi, vt dictum est supra *vers. vnde etiam colligitur*. *n.* 8.

Quibus adde clausulam illam quibuscumque, de 14 qua in d. emphyteusi ecclesiastica, facere, † vt veniant hæredes etiam extranei secundum magis communem opinionem, de qua *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 15 19.*n.*22. *Gabr. conf.* 76. *n.* 12. *lib.* 2.† Vbi *n.*6. quod procedit sine difficultate, si interuenit licentia Papæ cum alijs solemnitatibus, quæ debent adhiberi in similibus contractibus emphyteoticis, prout est in emphyteusi, de qua 16 agimus *Rim. Iun. cons.* 160.*n.*13. † Quasi verba vniuersalia prolata ab homine non recipiant restrictionem de habilitate, quamuis aliud sit in verbis statuti, aut legis *Bald. in l. fin. col.* 1. *C. fin. cens. vel reliq. Burs. cons.* 22. *n.* 15. *lib.* 1.

17 Quidquid alias † si fuerit accepta pro se, hæredibus, & successoribus, intelligatur pro hæredibus, & successoribus sanguinis, & sic descendentibus tantum *Dec. cons.* 171. *col. vlt. Gabr. cons.*76.*n.*11.*Cardin. Mantic. ibid. n.*19. late *Honded. cons.*92.*n.*19.*vsque ad n.*22. *lib.*1.

Non obstant ea, quæ dicta sunt supra *c.* 345. Quia ibi emphyteusis fuit accepta pro filijs à patre 18 tamquam ministro, † vnde non mirum, si non potest dici hæreditaria, cum ex verbis d. emphyteusis clare colligatur filios non debere esse hæredes patri, quasi pater tamquam eorum administrator acquisierit d. emphyteusim eisdem filijs, & eorundem filiorum hæredibus, ad quos transibit tanquam filios, & hæredes filiorum, non tanquam hæredes patris, cum non sint vocati, vt eius filij, & hæredes *Alex. cons.* 8. *n.*1. *lib.* 3. cum cæteris allegatis in *d.c.*345. Aliud est in casu nostro, in quo pater illam acquisiuit pro se, filijs, eorumque hæredibus, & successoribus, tunc enim est simpliciter, & absolute hæreditaria *Surd. cons.*63.*n.*10.*vsque ad n.* 17. cum alijs adductis in principio præsentis capitis.

EPITOME.

Liberi positi in conditione quando censeantur vocati. ¶ Et quid operetur qualitas, quòd sint legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati. ¶ Et quando vocantur per ablatiuos absolutos. ¶ Et in casibus, in quibus non possent succedere soli ab intestato. ¶ Et stante progressu ad plures gradus substitutionum, & vocatione collectiua, & prohibitione alienationis. ¶ Vel conditione negatiua. ¶ Et clausula masculinitatis, & omni meliori modo, & geminatione conditionis, & exclusione fœminarum, & substitutione vltimo loco facta de extraneis, & vocatione fœminarum, non existentibus masculis, cum similibus coniecturis in hac materia. ¶ Et quando leuiores præsumptiones sufficiant. ¶ Et quo casu stetur arbitrio Iudicis circa huiusmodi coniecturas.

SVMMARIVM.

1 *In conditione positus non censetur dispositiue vocatus. Et de ratione. n.* 2. *Fallit stantibus coniecturis. n.* 3.

4 *Positi in conditione sub illa qualitate, quod sint legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati censentur vocati ad successionem testamentariam. Intellige, vt n.*6.

5 *Vocati dicuntur ex testamento, qui sunt positi in conditione in omnibus casibus, in quibus non possent succedere soli ab intestato.*

7 *Ablatiui absoluti faciunt, vt in conditione positi dicantur vocati, & de ratione n.* 8.

9 *Progressus ad plures gradus substitutionum, & vocatio collectiua filiorum, & prohibitio alienationis in infinitum faciunt coniecturas, per quas censentur vocati, qui fuerunt in conditione positi. & n.* 10.

11 *Dispositio, quod hæreditas nunquam perueniat ad filias, vel fœminas descendentes, sed semper remaneat apud masculos, concludit descendentes fuisse vocatos, quamuis ponantur in conditione.*

12 *Descendentes, si vocentur ad portiones transuersalium, & partem relictam fœminis, habent præsumptionem, vt censeantur vocati, licet sint positi in conditione. Et quid stante clausula masculinitatis expressa in conditione. n.*13. *&* 14.

15 *Filij vocati sub conditione negatiua quando veniant in dispositione.*

16 *Clausula, omni meliori modo, an inducat vocationem positorum in conditione. & n.*17.

18 *Liberi bis positi in conditione censentur vocati. Amplia vt n.*19.

20 *Vocatio præsumitur quando masculi sunt positi in conditione, exclusis fœminis, dotibus eis relictis.*

21 *Substitutio vltimo loco facta de extraneis, facit vt liberi positi in conditione sint vocati.*

22 *Fœminarum vocatio, non existentibus masculis inducit coniecturam, vt positi in conditione intelligantur vocati.*

23 *Coniecturæ leuiores sufficiunt in descendentibus, vt præsumatur vocatio positorum in conditione. Maxime quando plures præsumptiones concurrunt, n.*24. *Contrarium. n.*25. *Sed prima opinio seruatur. n.*26.

27 *Arbitrio Iudicis statur quæ sint coniecturæ sufficientes, vt positi in conditione habeantur pro vocatis, & pro vocatione potius est arbitrandum. n.* 28.

29 *Probationum pondus est in arbitrio Iudicis.*

CA-

CAPVT CCCLII.

PRo exclusione fideicommissi videbatur prima facie concludendum in casu, de quo agebatur; † Eramus enim in posito in conditione, qui nõ censetur dispositiue vocatus, sed quod potius ei reseruatum sit ius succedendi ab intestato, iuxta doctriuam *Glos. in l. lucius. la 1. de hared. institeun.* quem sequuntur communiter *Doctores*, de quibus latè *Surd. decis. 162. n. 1. & cons. 554. n. 20. Thesaur. decis. 96. n. 3.* quã etiam sequitur *Purpur. cons. 596. n. 5. in fin. vers. verum. lib. 2.* † Possunt enim simul stare, quod filij masculi nati faciant deficere conditionem, & tamen non sint vocati, quasi potuerit testator eos ponere in conditione ad excludendum substitutum, non autem ad succedendum, cum conditio nihil ponat in esse, & quæ sunt in conditione non sunt in dispositione, & facile fuisset testatori illos honorare, si voluisset, quod cum non fecerit credendum est noluisse, late *Peregrin. de fideicõmis. art. 28. n. 8. cum seq. Natt. cons. 551. n. 3.*

Et quamuis ab ista opinione recedatur, quando ex coniecturis constat de contraria mente testatoris † *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. n. 19.* & pluries Rotam recessisse testatur *Put. decis. 215. p. 3. & in causa Spoletan. terrarum. 21. iunij. 1599. coram* Card. *Millino. & Interamnen. bonorum. 15. nouembris. 1599. coram* Card. *Seraphino*.

Tamen in casu nostro nulla adest coniectura, quæ obsit; Etenim non sunt positi in conditione sub illa qualitate, † quod sint legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreati, Nam tunc si illa adesset, daretur expresse intelligi, quod testator eis non reseruauit solã successionem ab intestato, sed voluit, quod succedant ex testamento, & sic erunt vocati ad successionem testamentariam, Quasi in isto casu etiam legitimati per subsequens matrimonium potuissent succedere ab intestato, & sic filij legitimi, & naturales nati ex legitimo matrimonio non possent soli ab intestato succedere, quia concurrerent cum legitimatis, † Admittitur enim semper illa coniectura, quod in omnibus casibus, in quibus positi in conditione non possent soli succedere ab intestato, tunc dicantur vocati ex testamento, vt late declarat *Surd. decis. 162. n. 8. post Menoch. cons. 348. n. 2. Socin. Iun. cons. 110. n. 25. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. n. 7. Honded. cons. 65. n. 42. lib. 1.* Vbi, quod non sufficit, † vt filij sint positi in conditione sub illa qualitate tantum, quod sint legitimi, & naturales, sed etiam requiritur, vt dicatur, & de legitimo matrimonio, ad hoc, vt cẽseantur vocati, iuxta *decis. Rota coram R. P. D. Robusterio. Bononien. de Pepulis. 13. nouembris. 1566. Menoch. præsumpt. 76. n. 48. in fin. lib. 4.*

Secundo. Quia isti nepotes non sunt positi in conditione per ablatiuos absolutos, † si enim ita factum esset, censerentur magis vocati *Dec. cons. 578. n. 12. Ludouic. Bologn. cons. 62. col. 5. vers. vel secundo dicamus. Socin. Iun. cons. 4. n. 7. lib. 2. Corn. in l. 1. col. 3. vers. nõ obstat.* C. *de condit. insert. Menoch. cõs. 152. n. 9. lib. 2. & cons. 393. n. 22. lib. 4.* † Quasi tunc conditio, quæ ex ablatiuo absoluto inducitur, maiorem vim habeat, quàm aliæ conditiones, & sic habebit vim dispositionis, cum testator disponere potest *Bart. in l. 2. ad tertull. Alex.* in specie *cons. 185. viso titulo. col. 8. in princ. n. 19. vers. nono non obstat. lib. 2.*

Tertio. Non fuit progressum ad plures gradus substitutionum, neque post filios in conditione positos † testator collectiue vocauit agnatos; Nec vetuit in infinitum sua bona alienari, quæ tres coniecturæ facerent, vt in conditione positi censeãtur vocati, prout illas late explicat *Surd. cõs. 539. per tot. post Thesaur. decis. 96. n. 17. & 29.* Et † d. coniecturã progressus ad plures gradus substitutionum cum alijs coniecturis multum suffragari dixit *Rot. coram Card. Millin. Spoletan. terrarũ. 20. iunij. 1599. & corã Cardin. Ludouisio. Ciuitatis Castelli fideicommissi. 14. maij. 1607. & corã R. P. D. Coccino. Vrbeuetan. fideicommissi. 10. decembris. 1607. post Alex. cons. 64. n. 5. vers. corroborantur prædicta. lib. 5. Anchar. cons. 74. n. 2. in fin. Ruin. cons. 128. n. 7. lib. 3.*

Quarto. Quia non adest aliqua dispositio, quod hæreditas testatoris nunquã deueniat ad filias, vel fœminas descendentes, sed semper remaneat apud masculos de stirpe, si enim hoc adesset, oporteret necessario concludere descendentes fuisse vocatos, quia cum expresserit rationem, quod bona semper maneant apud masculos de stirpe, & sic pro conseruatione agnationis, videretur etiã voluisse vocare descendentes, & alios quos posuit in conditione, iuxta communem sententiam, quam sequitur *Rot. coram R. P. D. Coccino. Vrbeuetan. fideicõmissi. 3. aprilis. 1609. post Paris. cons. 6. n. 16. lib. 3. Cardin. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. n. 15.*

Quinto. Descendentes non vocantur ad portiones transuersalium, & † ad portionem relictam fœminis, quatenus morerentur sine filijs, si enim vocarẽtur intraret coniectura, quod essent vocati, dum ponuntur in conditione, iuxta *cons. Ias. 108. lib. 4.* quod sæpius approbauit *Rot. vt per R. P. D. Coccinum. Vrbeuetan. fideicommissi. 10. decembris. 1607. vers. hic autem adsunt.*

Nec prędictis obstabit qualitas masculinitatis expressa in conditione, † per quam censentur filij vocati, quasi non fuerint simpliciter in cõditione positi *Guid. Pap. decis. 184.* latissime *Menoch. cons. 152. n. 3. lib. 2.* Quamuis etiam non expresse, sed tacite ex præsumptionibus mentio fuerit facta de masculis *Ruin. Socin. Dec. & alij per Thesaur. decis. 96. n. 21. post med.*

Quia contraria opinio est verior, & magis communis, vt testatur *Roland. cons. 51. col. 6. in prin. vers. secundo non obstat. lib. 5. Natt. cons. 551. n. 14.* late *Aym. cons. 763. n. 1.* † cum alijs per *Surd. cons. 554. n. 20. lib. 4.* Vbi, quod ista coniectura masculinitatis est leuis, & communiter reijcitur post *Gabr. cons. 93. n. 34. vsque ad n. 42. lib. 2. & cons. 123. n. 28. eod. lib. Bertaz. cons. ciuil. 96. n. 2. & 16. Petr. de fideicommis. q. 9. n. 154.*

Vlti-

Vltimo addendũ eſt filios in caſu, de quo agimus, eſſe vocatos ſub conditione negatiua, tunc enim 15 liberi † ſi extant, non cenſentur vocati, ſed ſolum faciunt deficere conditionem alterius, quaſi illis aliter prouideatur, quia videlicet vocari poſſunt ab inteſtato ad bona, de quibus agitur, & in cauſa inteſtati non eſt dare priores liberis; Cum etiam quando ponuntur negatiue, & ſi non extiterint, & ipſi extant, tuncnon eſt conditio expreſſa à teſtatore, ſed adeſt conditio contraria expreſſæ; Quidquid aliud ſit, quando liberi ponuntur affirmatiue, vt declarat diſtinguendo *Natt.conſ.550.n.10.vſque ad n.13. Roland.conſ.51.col.8.n.6.lib.3. Ruin.conſ.141.col.5.ad fin.n.13. lib. 3. poſt Caſtr. conſ. 137. alias 359. ſupraſcriptus. ad med. lib. 2. Grat. Dec. Zuccard. & alij, de quibus per Menoch. præſumpt.76.n.66.& 67.lib.4.*

Neque erit in cõſideratione clauſula, omni melio-16 ri modo, quatenus adeſſet † in teſtamento, per quam induci vocationem dicit *Honded. conſ. 65.n.41.lib.1.Sim.de Prat. de interpret. vlt. volunt.dub.2.col.3.lib.3.n.17.* Quia d.clauſula operatur quando diſpoſitio, & actus non poſſet valere aliquo modo, ſecus ſi poteſt, prout in caſu noſtro, in quo ſatis valida eſt diſpoſitio teſtato-17 ris, qui poſuit filios in conditione, † vt intelligatur illis reſeruata ſucceſſio ab inteſtato; Vnde non debet operari, vt ex teſtamento vocentur *Curt.Iun.conſ.73.n.22. Menoch. præſumpt. 76. n.82.poſt princ.verſ.hac coniectura. lib.4.*

Verum pro contraria opinione, vt d. liberi cen-18 ſeantur vocati, multum obſtat, † quod fuerunt in teſtamento bis poſiti in conditione, quæ geminatio operatur vocationem, Quidquid alias ſola, & vnica mentio non ſufficeret *Rimin. Iun. conſ.21.n.43.ad fin.verſ.& præter relatos.lib.1. Sim.de Prat.de interpretat.vlt.volunt. lib.3.ſolut.3.dubit.2.n.17.fol.301. Cephal.conſ.251.n.77.lib.2.Gozad.conſ.64.n.19. Grat. conſ.89. n. 6. lib.2.Menoch.præſump.76.n.33.& 58. lib.4.*

19 Siue iſta † geminatio ſit facta incontinenti, ſiue ex interuallo in eodem teſtamento, & quamuis ſit reſpectu diuerſi gradus perſonarum, nempe primò filiorum, poſtea nepotum, & tranſuerſalium, prout late declarat *Idem Menoch. conſ. 393.n.14. vſque ad n.19. lib.4.*

Præterea maſculi fuerunt poſiti in conditione, & 20 fœminæ excluſæ dotibus eis relictis, † quod facit præſumi vocationem, quaſi tunc vnius excluſio alterum includat, & magis enixa mens teſtatoris colligatur agnationis conſeruãdæ, vt in ſpecie concludit *Aym.conſ.130. n.4. & conſ.62. n.9.in fin.Rimin.Iun.conſ.21.n.42.lib.1.& conſ. 456.n.41.& 42.lib.4.Honded.conſ.65.n.35.lib.1. Thob.conſ.31.n.18.Curt.Iun.conſ.48.col.penult. poſt med.n.7.Ruin.conſ.140.n.14.verſ.reſtat itaque.lib.3.Menoc.cõſ.393.n.19.vſq;ad n.23.li.4.*

Accedat, quod vltimo loco fuerunt ſubſtituti extranei, tunc enim videtur multo magis fuiſſe de 21 mente teſtatoris, † quod liberi ſimpliciter poſiti in conditione cenſeãtur vocati *Albenſ.conſ. 86. ad fin. n. 12.* vbi iſtam coniecturam pro vrgenti admittit *Menoch.præſumpt.76.n.35.lib.4.* & latius *conſ.393.n.28.& 29.lib.4.*

22 Vlterius fuerunt expreſſe vocatæ fœminæ non exiſtẽtibus maſculis, quo caſu procedit coniectura vocationis † *Zanch.in l.heredes mei.§.cum ita. p.7.n.62.ad fin.verſ.ſed poteſt ſaluari.ff.ad trebell.* poſt *Curt.Iun.* per eũ allegatũ *conſ.48. col. penult.* Quidquid dubitet *Rip. in l.1. n.19.C.de pact.& in l.centurio.n.163.de vulgar.ſubſtitut.*

Quæ coniecturæ magis procedunt, cum ſimus in deſcendentibus, in quibus leuiores ſufficiunt ad 23 effectum, † vt dicantur vocati *Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.3.n.18.Honded.cõſ. 65.n.31.lib.1.Rot.coram R.P.D.Coccino.Vrbeuetana fideicommiſſi. 27. ianuarij. 1606. & coram R.P.D.Litta Viterbien.fideicõmiſſi. 28.decẽbris.1600.Dec.conſ.242.circa fin.verſ.& quoniam filij. Aym.conſ.367.n.9.Surd.deciſ.164.ad fin.n.11.ad med.Craſſ.in §.fideicõmiſſ. q.14. n.7.*

Maxime, quando plures coniecturæ concurrunt, 24 quo caſu magis admittuntur leues † *Rot.* de qua per *Menoch. conſ.393. n.34.* & per *Marzar.de fideicommiſſ.q.20.Cephal.conſ.476. n.19. lib. 4. Honded.conſ.65.n.42.43.& 44. lib.1.Gabr.conſ. 93.n.46. lib.2.*

Nec obſtat, quod *Gabr.ibid.* dubitet de prædicta 25 *Rota* deciſione, † & magis receptum dicat debere eſſe coniecturas ſi non neceſſarias, ſaltem vrgentes, quæ emanent ex verbis, & diſpoſitione eiuſdem teſtamenti, vnde appareat illas prolatas ad finem, vt filij in conditione poſiti admittantur *Socin.conſ.104. n.8.lib.3. Pariſ.conſ. 87.n.10.lib.2.Rip.in l.heredes mei.§.cum ita. n.17.ff.ad trebellian.*

Quia reſpondetur verius eſſe in deſcẽdentibus le-26 uiores ſufficere ex ſupra allegatis; † & ex *d.deciſ.coram R.P.D.Coccino.* Vbi etiam quando ſunt plures coniecturæ, admittitur illa, quod ſint poſiti in conditione ſub qualitate maſculinitatis iuxta opinionẽ *Guid.Pap. deciſ.184. n.2. Dec.in l.1.n.16.& ibi Curt.Iun.n.14. C. de pact.*

Ex prædictis apparet dubiam eſſe opinionem, cum hinc inde adſint multa, quæ illam incertam red-27 dunt, † Ideo arbitrio Iudicis ſtandum erit; prout regulariter illi defertur ad iudicandum, quæ ſit coniectura ſufficiens ad hoc, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati *Socin. in l.cum auus.in fin.de condit.& demonſtrat. Menoch.de* 28 *arbitr.caſ.148.Surd.deciſ.162.n.11.* † Vbi, quod ad coniecturas pro vocatione Iudex debet inclinare, cum non poſſit negari, quod teſtator, qui voluit excludi ſubſtitutũ propter filios poſitos in conditione, eos magis dilexerit, quam ſubſtitutum, Itaut hæc tacita voluntas, quamuis non tranſeat in diſpoſitionem, Tamen ſufficiet, vt haberi debeat pro diſpoſitione, ſi quid addatur, per quod poſſit conſtare, quod non fuerit nuda, & pura mente retenta *Theſaur. deciſ.96.n.23.* Cum enim probationum pondus ſit 29 arbitrarium † Iudici multo magis erit eidem committenda examinatio coniecturarum *Petr. de fideicommiſſ.q.9.n.190.Couar.in c.raynutius. §.3.n.8.de teſtam.*

EPI-

EPITOME.

Debitores tributorum fiscalium, & pœnarum an possint conueniri, & exigi de facto nullo iuris ordine seruato, incipiendo à persona omissa excussione bonorum. ¶ Dilatio quæ solet concedi condemnatis an habeat locum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. ¶ Ordo adiudicationis, de quo in *l. à diuo pio. §. in venditione. de re iudic.* an quibus casibus seruetur. ¶ Et an peruersio illius inducat nullitatem, vel debeat appellari siue simus in Nuntio, siue Iudice. ¶ Termini qui solent dari ad reluendum, alias ad tradendum, & adiudicandum rem creditori an sint de iure, vel de stylo. ¶ Nullitates an attendãtur quando ius dicitur per Notarios iuris ignaros.

SVMMARIVM.

1 *In debitis fiscalibus exigendis nullus ordo iudiciarius seruatur, & potest capi prius persona non excussis bonis. n. 2. & proceditur de facto. n. 3. Amplia in prouentibus ex causa pœnæ. n. 4. 12. & 21.*

5 *Exactio celeris pœnarum est vtilis Reipublicæ.*

6 *Debita prouenientia ex tributis fiscalibus æquiparantur debitis pœnarum.*

7 *Dilatio quæ solet concedi condemnatis habet locum in ciuilibus, non in criminalibus. Et erit in arbitrio Iudicis facere quidquid voluerit. n. 8. & est verior opinio. n. 9.*

10 *In exequendis sententijs latis quo ad pœnas fiscales an sit seruandus ordo, de quo in l. à diuo pio. §. in venditione. de re iudic. & n. 11.*

13 *Peruersio ordinis in exequendo non inducit nullitatem, sed datur parti remedium appellationis. Amplia siue simus in Nuntio, siue Iudice. n. 14. Et ita seruatur in Rota. n. 15. Et stante negligentia in appellando an excludatur reintegratio. n. 16.*

17 *Nullitates non attenduntur quando ius redditur per notarios iuris ignaros. Idem in peruersione ordinis circa adiudicationem. n. 18.*

19 *Exactum quod vere erat debitum, licet non ordine iudicario, non est annullandum.*

20 *Valet quod Iudex abstulit per viam compulsiuam, si erat debitum auctoritate Iudicis, & rei iudicatæ.*

22 *Termini ad reluendum, alias ad tradendum, & adiudicandum creditori fundantur in stylo, et obseruantia.*

23 *Iudex debet seruare stylum fori, quam si non seruat, actus non est nullus, sed dabitur appellatio.*

CAPVT CCCLIII.

Contra debitores fiscales pro eorum debito liquido nullus ordo seruatur, sed pro-
1 ceditur ad capturam personæ, † & ad tenutam bonorum, prout Iudici videbitur etiam nulla facta prius discussione, neque vlla habita consideratione, quod prius capiantur mobilia, aut minus damnosa iuxta ordinem datum *in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudicat.* quemadmodum ita seruari attestatur *Marant. in prax. p. 6. in 3. & vlt. actu. n. 11. & 12. vers. limita tamen. fol.* 474. & voluit prius *Ang. in l. nemo carcerem. ad med. C. de exact.*
2 *tribut. lib.* 10. † Vbi quod in similibus debitis, quidquid sit in priuatis, Iudex poterit eligere quem ordinem magis expedire viderit, & sic procedere prius ad personam, postea ad res, & econtra *Alex. ad Bart. in d. l. nemo. n. 3. Bald. in l. 2. col. vlt. post princ. vers. item procedendo.*
3 *n. 7. C. de heredit. vel act. vendit.* † Vbi quod proceditur de facto in exactionibus fiscalibus *Idem Bald. in l. 2. in princ. C. quand. fisc. vel priuat. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. n. 7.* Et licet modo indebito, & coacto fuerint iussi soluere, tamen solutio firma remanet *Ioann. de Plat. in d. l. nemo carcerem. in princ. vers. alij autem impugnant. n. 1.*

Quæ etiam procedunt tam in debitis publicis,
4 & fiscalibus, † quàm in prouentibus ex causa pœnæ, prout de consuetudine, quidquid aliud sit de iure, ita seruari testatur *Idem Ioan. de Plat. in d. l. nemo. colum. 5. post med. vers.*
5 *secundo colligo. C. de exact. tribut. lib.* 10. quia earum exactio celeris est vtilis reipublicæ *Ias. Ioan. de Plat. ibidem. colum. 6. post med. in 3. & 4. opposit.* & æquiparari debita prouenien-
6 tia ex tributis fiscalibus cum pœnis † concludit etiam *Boer. decis. 45. in fin. post Bald. in l. vlt. col. fin. in princ. vers. item do pro regula. n. 9. C. de execut. rei iudicat.*

Ideo etiam dilatio, quæ solet concedi condemnatis non habet locum, nisi in causis ciuilibus,
7 non autem in criminalibus, † Nam tempus quadrimestre, seu simile datur miserationis gratia, qua dignus non est qui delictum perpetrauit, & ita intelligitur *tex. in l. 2. C. de execut. rei iudicat.* quod procedat solum in ciuilibus, cum
8 in criminalibus hoc nihil ius disponat, † Ideo erit in arbitrio Iudicis facere, quid voluerit *Mantua in c. vlt. n. 17. de consuetud.* Quidquid contrarium senserint *Ang. in l. 1. ff. de iniust. & irrit. fact. testam. & Imol. in l. suus quoque*
9 *§. sed & si filio. ff. de heredib. instit.* † Quia contra eos est verior opinio, vt testatur *Menoc. de arbitr. cas. 334. n. 4. & 5.* quod etiam voluit *Bald. in d. §. sed & si filio. in fin. vers. ego dico. & in l. vlt. col. 1. ad med. C. de execut. rei indic.* vbi ita declarat *l. si debitori meo. 21. de iudic.* & sequitur *Felin. in c. quærenti. 27. col. 2. in princ. vers. quinto fallit. n. 2. de offic. deleg. per tex. in l. cum res. C. de pœnis. Idem Felin. in c. quo ad consultationem. 15. col. 9. in fin. vers. certos autem casus. n. 13. de re iudicat. post Aret.* qui copiose insistit in *l. ita stipulatus. 115. colum. 18. ad med. versic. pro qua conclusione. ff. de verb. obligat.*

Ex quibus colligitur non esse veram opinionem Carauit.rit.134.ad fin. vers. bene tamen fateor. n.2.† Vbi quod in exequendis sententijs latis, & in iudicatum transactis etiam quo ad pœnas fiscales sit seruandus ordo, de quo in l. à diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudicat. quod etiam videtur tenere Clar. in prax. q. 95.n. 1. in fin. Quia huiusmodi ordo non seruatur, nisi prout Iudici videbitur tam in dilationibus concedendis, quàm circa executionem faciendam prius in bonis stabilibus, seu mobilibus, vel carceratione personæ ex Ang.Bald.& alijs supra allegatis, & de magis communi testatur Ias.in l.debitoribus 31.in fin.& ibi Alex.n.19.de re iudic.† Vbi quod leuato velo, & rigide agitur in criminalibus, & pœnis exigendis,& absque aliqua dilatione Innoc. in c. quarenti. 27. de offic. deleg.

Et quatenus talis ordo esset seruandus, tamen illius peruersio adhibita siue per executorem, siue per Iudicem non inducit nullitatem, cum non sit substantialis, & parti detur remedium appellationis, si hoc non seruetur Bart. & Ias. in l.à diuo pio.§.in venditione.de re iudic.Guid Pap. decis. 329.de iure creditor.n.2. post Innoc. in c.ex ratione. de appell. Non admissa distinctione inter Iudicem,& Nuncium, † de qua per Alex.cons.5.n.3.lib.2. Afflict.decis.158.et ibi Vrsil.n.1.Quia indistinctè verior est opinio,vt non adsit nullitas,siue peruersio d. ordinis fiat per Iudicem,siue per Nuncium, vt seruat Rot. per Mohed.decis.185.de re iudic. † quam sequitur, & de magis communi testatur Ceuall.q.815.in fin.Surd.cons.39.n.2.Et cum non fuerit appellatum ex tali negligentia, videtur exclusus actor à remedio reintegrationis †Neuiz.cōs.77. n.15.in fin.post Socin. in l. rem qua nobis.col.6. vers.tertio & vltimo.de acquir.possess.

Accedat quod istæ nullitates non attenduntur, quando ius redditur † per notarios iuris ignaros & causæ agitātur corā Vicarijs castrorum, & Iudicibus ruralibus,prout sumus in casu, de quo agimus, cum de apicibus iuris tunc non sit curandum Alex.cons. 61. col. penult. ad fin. n.11.lib.2.post Bald.& Salic.in auth.nisi.C. de sent.ex breuic.recitan. Ias. in l. 1. col. 1. in fin. n. 6. in 3. notab. de offic. assess.† Et in specie adiudicationis Io. de Amic. consil.55. n. 13. & 14. Vbi etiam quod quando fuit exactum, quod vere erat debitum, licet non ordine iudiciario, non est propterea annullandum † l. fin. §.penult. & ibi Glos. in verb. simplici. ff. de eo quod met. caus. & notat Io. de Plat. in l. nemo carcerem.in prin.vers.alij autem impugnant.C. de exactor. tribut. lib. 10.† Cum etiam valeat, quod Iudex per viam compulsiuam abstulit, si erat debitum auctoritate Iudicis,& rei iudicatæ Io.de Amic.d.cons.55.n.15.Maxime in exactione pœnarum,in quibus proceditur de facto & nullo iuris † ordine seruato Bald.in l.2.n. 7. C.de hered.vel.action.vendit. cum alijs supra allegatis Magon. decis. Flor. 66. n. 27. Ferrett. de gabell. n. 381. tom. 12. f. 90.

Vltimo non est omittendum quod isti termini, qui dantur ad reluendum, † alias adiudicandum, vel creditori tradendum insolutum fundantur in quodam stylo, seu obseruantia, vt dicit Marant.in prax.p.6.in 3.& vlt.act.n.19. ad fin.f.475. Vnde cum nihil in iure de hoc disponatur, non debet causari nullitas, si fuerit talis obseruantia omissa.† licet enim Iudex debeat seruare stylum fori Bart. in auth. qui semel.col.penul.in prin.n.14.C.quomod.& quando iud. Aym. cons.201. n. 21.† Tamen dabitur appellatio,si illum non seruet Praeposit.in c.cum sit romana.5. col. 4. in fin.n. 19. de appellat.in 6. Quamuis neque talis stylus Iudicem debeat arctare in casu nostro, cum satis possit operari in ciuilibus,non in criminalibus,in quibus nullus ordo seruatur ex supra allegatis,neque probetur quod sit in eius foro; Itaut ex hoc magis sit excusandus Iudex à nullitate prætensa,& per consequens à spolio, pro cuius exclusione semper in dubio iudicandum est. Omissio autem termini ad reluendum an inducat nullitatem Mar. Mut.super consuet. Panormit.c.86.n. 10. vbi refert se ad prax.tribun.Reg.cur.

EPITOME.

Conductor quando debeat denunciare locatori incendium vicinum domui sibi locatæ, vel similia damna, & impedimenta. ¶ Et quo casu dicatur habere tacitum mandatum pro expedientibus ad rem conductam, & si negligat sibi caueri de damno infecto à vicino an teneatur domino ex conducto. ¶ Incendium quando sit casus fortuitus tam respectu inhabitantium,quàm vicinorum. ¶ Gerens negotia pupillorum an debeat notificare corū coniunctis recessum à gestione. ¶ Et quid in conductore volente recedere à domo conducta. ¶ Debitor, & inquilinus per vim exactus soluere alij quam creditori quando liberetur, & quid sit probandum vt violentia excuset. ¶ Petens remissionem mercedis an debeat denunciare domino sterilitatem. ¶ Pensio an debeatur per inquilinum,qui nō certiorauit dominum de incendio. ¶ Euictio an habeat locum contra venditorem non facta denunciatione litis ab emptore. ¶ Damnum incendij quando sit resarciendum per vicinos. ¶ In iactura mercium ob saluandam nauem an debeant contribuere damnum passis qui merces suas saluas habuerunt. ¶ Locatio accidentalis quæ dicatur. ¶ Emens domum, & donec pretium soluerit illam conducens an dicatur dominus, & periculum interitus spectet ad eum, vel ad venditorem, qui sibi dominium reseruauit. ¶ Et an talis res vendita cum dicta reseruatione dominij possit alteri vendi non soluente emptore pretium debito tempore,& an ei detur remedium recuperandę contra secundum emptorem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Incendium an præsumatur culpa inhabitantium.*

2 *Incendium quo ad vicinos dicitur casus fortuitus, de quo illi non tenentur aliquod damnum resarcire domino. & n.4. Declara vt n.37.*

3. *Intellectus l.cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. & l. si vt certo. §. damna fatalia. ff. commod.*

5 *Incendia neglecta solent vires sumere.*

6 *Conductor tenetur denunciare locatori incendium vicinum domui conductæ.*

7 *Inquilinus est procurator Domini ad faciendã denunciationem, per quam satis dicitur custodire rem locatam.*

8 *Conductor censetur habere tacitum mandatum pro expedientibus ad ipsam rem conductam, & si negligat sibi caueri de damno infecto à vicino tenetur Domino ex conducto. Distingue. vt n. 9.*

10 *Denunciatio non est facienda per inquilinum locatori, si non profuisset ob impotentiam tollendi impedimenta denunciata*

11 *Inquilinus tenetur denunciare locatori incendium domus vicinæ quando ignis non inuasit domum ex improuiso. Idem in simili damno successiuo. n.12.*

13 *Denunciatio damni est facienda per conductorem Domino quando ex ea nullum periculum illi imminet.*

14 *Coniuncti & amici locatoris absentis sunt certiorandi per conductorem de damno imminenti domo locatæ.*

15 *Gerens negotia pupillorum debet notificare recessum à gestione coniunctis pupilli.*

16 *Absentia est probanda, & in dubio præsentia præsumitur.*

17 *Conductor coactus soluere pensionem alteri quã Domino non liberatur, si illi nõ denunciat violentiam illatam.*

18 *Debitor per vim exactus quando liberetur.*

19 *Violentia facta non iuuat nisi probetur illi fuisse repugnatum.*

20 *Conductor ad certum tempus volens recedere à domo conducta debet denunciare locatori, alias tenetur ad pensionem. Intellige. vt n. 21. & 22.*

23 *Casus inundationis, vel similis est denunciandus per inquilinum conductori.*

24 *Petens remissionem mercedis debet denunciare sterilitatem Domino.*

25 *Damna illata in silua conducta sunt denunciãda per colonum locatori. Fallit in illis, quæ proueniunt culpa ipsius. n.28.*

26 *Conductor tenetur ad custodiam siluæ sibi locatæ.*

27 *Damna notoria non debent denunciari locatori.*

29 *Inquilinus non tenetur ad pensionem domus cõbustæ, quamuis non denunciauerit incendium Domino.*

30 *Res dicitur perempta, & deperdita quando vsus illius non potest haberi.*

31 *Pensio non debetur, quando ex re conducta nihil potest percipi.*

32 *Denunciatio non est facienda per conductorem, si locator non ostendat, quod sua intererat, & quando nulla verisimilis prouisio potuisset ab eo fieri quo ad remotionem damnorum.*

33 *Venditor non auditur nolens teneri de euictione quia sibi non fuit facta denunciatio, si non probet ius habere contra illum qui euicit.*

34 *Omittens prouidere casui patenti, & necessario dicitur in culpa.*

35 *Imputatur ei, qui non cogitat quod potest euenire.*

36 *Non faciens quod fecisset diligens paterfamilias est in culpa.*

38 *Damnum incendij quando sit resarciendum per vicinos. n.40.43.44.45.46. & 47. & quid seruetur de consuetudine. n.41.*

39 *In iactura mercium pro saluanda naue, qui merces suas habent saluas debent alijs damnũ passis adiumento esse.*

42 *Officio suo fungens non potest dici facere animo alium damnificandi.*

48 *Emens domum, & donec pretium soluerit illam conducens an dicatur dominus, & periculum incendij, vel similis casus spectet ad eum, vel ad venditorem, qui reseruauit sibi dominium, & an talis contractus valeat. n. 51. 52. & 53.*

49 *Casus notabilis, in quo contractus claudicat.*

50 *Locatio accidentalis quando dicatur.*

54 *Venditioni an conueniat clausula reseruationis dominij.*

55 *Res vendita cum reseruatione dominij, donec fuerit pretium solutum, an possit alteri vendi non soluente emptore d. pretium in tempore, & an detur remedium recuperãdæ primo emptori. n.56.*

CAPVT CCCLIIII.

VIdebatur prima facie concludendum conductorem non teneri resarcire aliquod damnum locatori ex incendio, de quo agimus, Quamuis enim simus in incendio nõ commisso à casu, † itaut etiam præsumatur illud esse cum culpa *l. si vendita. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Tamen hoc est verum quo ad illos, in quorum domibus oritur ignis *l. 3. §. 1. de offic. præfect. vrb.* † Cum aliud sit, quo ad vicinos, quorum respectu dicitur casus fortuitus, adeo vt de tali incendio nunquam vicini teneantur. Vnde si incendium veniat in domum meam ex domo vicini, prout in casu, de quo agimus, non teneor ad aliquod damnum domino domus, cũ quo ad me dicatur casus fortuitus *Odoffr. in l. 3. §. cognoscit. vers. sed quantum ad alios. ff. de offic. præfect. vigil Alex. cons. 50. visis & opportune. n. 4. lib. 1.* † Vbi quod ita intelligitur *l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro soc. & l. si vt certo. §.*

damna fatalia. ff. commodat. & probatur *in l. cum videamus. §. 2. cum l. seq.* à contrario sensu 4 *ff. locat. & l. contractus. de reg. iur.* † & voluit etiam *Imol. in c. 1. in fin. n. 35. commod. Alex. cons. 74. viso titulo quaestionis n. 4. & 10. versic. secundo respondeo. lib. 6. Farinac. q. 110. n. 140. Afflict super constit. Regn. lib. 3. rubr. 51. incip. qui dolose. ad fin. n. 5.*

Contrarium tamen est verius, cum praesupponatur, quod conductor praeuidit per tres dies ante periculum ignis ex domo, seu fenili ipsi contiguo, & ad hunc effectum conuocauit tam conductorem fenilis, quam alios, qui opportune prouiderent incendio imminenti, licet nihil postea ad finem perduxerit ex denegata mercede, & alijs, de quibus latius in facto, Vnde ex hoc colligitur, quod stante d. scientia, & certa suspitione ortus incendij in pariete proximo, tenebatur occurere periculo praeuiso iuxta illud,

5 Nam tua † res agitur, cum paries proximus ardet, Et neglecta solent incendia sumere vires vt per *Glos. in l. si quis fumo. 50. §. quod dicitur in verb. extinctus. in fin. ff. ad leg. aquil.* Et quatenus nollet huiusmodi curā suscipere, debebat saltem omnia praedicta Dominis denunciare, qui potuissent omnia damna secuta euitare, Itaut tali denunciatione non facta, illa sint resarcienda per inquilinos, & conductores, † quo-6 rum culpa † locator non comparuit, vt est tex. in *l. item quaeritur. 14. §. exercitu. & ibi Fulgos. ff. locat. Rip. de pest. tit. de priuil. contract. n. 23.* & bene declarat *Boss. de remiss. merced. conduct. n. 51. vers. aduerte tamen. col. 18. in fin.* qui loquitur etiam in demolitionibus domorum *Menoch. cons. 246. n. 31. & 32. lib. 3. Socin. Iun. cons. 120. n. 19. lib. 3.*

Quorum ratio est, quia colonus, & conductor dicitur esse procurator Domini ad denunciandū, 7 cum enim ad eum pertineat custodire † satis custodit per denunciationem, quam facit domino *Bart. in l. in prouinciali. 3. §. si ego. n. 2. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi loquitur in specie *d. §. exercitu.* sequitur *Ruin. cons. 147. in fin. n. 17.* 8 *lib. 1.* Prout regulariter inquilinus censetur habere tacite mandatum pro expedientibus ad ipsam rem conductam, & ad ea, quae concernunt custodiam eiusdem rei, Itaut etiam si negligat sibi petere caueri de damno infecto à vicino, teneatur domino ex conducto, vt bene explicat *Alex. in d. l. in prouinciali. §. si ego. in fin. n. 9.* 9 *ff. de nou. oper. nunciat.* † cum distinctione quod quando dominus est praesens sufficiat illi denunciare, si autem esset absens teneatur petere sibi caueri *Castr. in l. si filiusfamilias. 21. ad fi. vers. possumus dicere. n. 2. ff. de damn. infect.*

Quae magis procedunt in casu, de quo agimus, cū 10 simus in denunciatione, † quae profuisset locatori, praesupponitur enim in facto, quod Domini re intellecta prouidissent, & potuissent prouidere ob commoditatem multorum, qui incumbebant alteri aedificio eorumdem Dominorum contiguo domui combustae, qui statim aperiendo tectum fenilis facile occurrissent incendio dictę domus, quo stante numquam excusatur conductor ab omissa denunciatione, quidquid aliud sit, quando locator non esset potens ad tollendum similia impedimenta, vel verisimiliter non potuisset tollere *Boss. de remiss. merced. conduct. n. 52. vers. arbitror tamen. & n. 53. vers. de denunciatione vero.*

Maxime, quia sumus in casu, in quo conductor poterat denunciare, cum ignis non inuaserit 11 domum ex improuiso, † sed per tres dies ante de eo fuit suspicatum, & verisimiliter cogitatum, quod facit, vt tunc magis requiratur denunciatio *d. l. item quaeritur. §. exercitu. in fin. ff. locat. Boss. de remiss. merced. conductor. n. 52. vers. & ita etiam limito.* Praesertim quando su-12 mus in damno, † quod habet tractum successiuum, tunc enim magis denunciatio requiritur *Menoch. de arbitr. c. 137. n. 20.* Et quia nullum periculum poterat pati conductor ex tali de-13 nunciatione, † quę tunc nunquam debet omitti, quidquid aliud sit stante periculo, aut metu *Roman. in l. si filiusfamilias. de damn. infect. Menoch. cons. 346. n. 31. lib. 3.*

Immo etiam quod locator non fuisset praesens, sed absens, erat facienda talis denunciatio, 14 quasi tunc conductor teneatur certiorare coniunctos, & amicos, vt in specie *d. §. exercitu.* concludit *Bald. in l. 1. §. in pro tutela. ad med. vers. & est argumentum. ff. de eo qui pro tut. vel* 15 *cur. negot. gess.* † Exemplo eius, qui gerit negotia pupillorum, qui volens recedere à gestione debet notificare coniunctis pupilli *Bald. in d. §. in pro tutela. in princ.* Quae opinio est verior, quidquid aliud concludat *Boss. de remiss. merced. conduct. n. 53. ad fin.* vbi excusat conductorem stante absentia locatoris ab huiusmodi denunciatione.

Et quatenus praetenderetur absentia, illa esset probanda, cum in dubio quis praesumatur prae-16 sens in loco, vbi est, vel vbi habitat *Bart. in l. is potest. ad med. de acquiren. heredit.* Vnde non excusabitur conductor sub praetextu absentiae locatoris, vt in casu *d. §. exercitu.* notat *Ruin. cons. 147. in fin. n. 17. & 18. lib. 1.*

Quod etiam est in similibus casibus, prout in conductore coacto soluere alij pensionem, 17 quam domino, qui non liberabitur, si non denunciauit praeceptum sibi factum, & violentiam illatam, cum potuisset dominus facta tali denunciatione comparere, & se defendere, & sic militat semper ratio *d. §. exercitu.* vt concludit *Ruin. cons. 147. in fin. n. 17. lib. 1. Gabr. de solut. & liberat. conclus. 11. ad fin. n. 47. Menoch. de arbitr. cas. 137. n. 18. vsque ad n. 22.* Vbi 18 etiam multa † quando debitor per vim exactus liberetur *Bart. in l. creditor. de solut. Dec. cons. 25.* Et quod non possit allegari violentia facta, nisi probetur se violentiae restitisse, quan-19 tum possibile fuit † *Bald. in l. item quaeritur. §. exercitu. ff. locat.* per notata *in l. dolo. ff. si mulier. ventr. nomin. in possess. mit.*

Vnde

Vnde etiam conductor ad certum tempus volens recedere à domo conducta, debet denunciare do-
20 mino, † alias tenetur ad pensionem, donec notificet, licet sit lapsum tempus *Bald. in l. 1. §. fin. ff. de eo qui se pro tut. per tex. in d. l. item quaeritur. §. exercitu. ff. locat.* & sequitur *Ias. in l. si ex legati causa. col. 4. in fin. vers. sexto signanter limita. ff. de verb. obligat. Mar. Mut. super consuet. panormitan. c. 55. n. 33. Cephal. cons. 475. lib. 4.*
21 & ita seruari † de consuetudine in Francia testatur *Rebuff. in l. habere. 188. col. 2. in fin. vers. vndecimo dies. ff. de verb. signif.* licet dubitet de iure per *l. qui ad certum. ff. locat.* Verius tamen est denunciationem faciendam esse, quando cō-
22 ductor vult recedere, † si locator ex tali recessu damnum passurus est *Menoch. cons. 246. n. 31. ad med. vers. intelligitur. lib. 3.*

Idem in casu inundationis aquarum, vel similium
23 casuum fortuitorum, † quorum requiritur denunciatio *Bursat. cons. 11. n. 29. lib. 1. & cons. 309. n. 11. lib. 3. post Soc. Iun. cons. 85. in prin. n. 2 lib. 2. Celsus Vgo. cons. 18. n. 9. Parpal. in l. si quis nec causam. §. fin. ff. si cert. petat. Port. cons. 143. n. 17 Rimin. Iun. cons. 11. n. 32. lib. 1.* cum alijs
24 per *Thesaur. decis. 168. in princ.* † vbi quod ita practicatur in petentibus remissionem mercedis, qui debent denunciare sterilitatem domino *per tex. in d. l. item quaeritur §. exercitu. ff. locat.* quem ad omnes vltra colonos extendit
25 *Menoch. de arbitr. cas. 137. n. 19. & 21.* † Et de damnis, quae inferebantur in silua conducta, quod requiratur denunciatio facienda per colonos domino *Rot. diuers. decis. 241. n. 2. p. 2.* Vbi etiam, quod cōductor tenetur custodire siluam
26 ab huiusmodi damnificantibus † *l. in lege. ff. locat. Bal. cons. 22. lib. 3. Castr. in l. non impossibile n. 3. & ibid. Ias. n. 5. ff. de pact. Cagnol. in l. cōtractus. n. 45. ff. de reg. iur.*

Verum esset, quod in damnis notorijs non requi-
27 reretur aliqua denunciatio † *Dec. cons. 356. col. 3. vers. secundo responderi. Castr. Socin. & alij per Menoch. cons. 220. n. 15. lib. 2. & cons. 246. n. 39. lib. 3. Ruin. cons. 77. n. 2. lib. 5.* & ita practicari testatur *Addit. ad Thesaur. decis. 108. Ludo. conclus. 12. col. 4. ad fin. vers. primus casus.*

Prout quando impedimentum, aut damnum pro-
28 uenit ex facto ipsius locatoris, † quasi tunc de eo dicatur constare plusquam notorie, ideo non requiritur denunciatio, quae erit facienda quando damnum prouenirет ex facto tertij, qui impediret conductorem vti frui re locata, debet enim tunc protestari, & denunciare locatori, vt is possit prouidere *Alex. cons. 127. n. 6. lib. 5. Menoch. cons. 220. n. 13. & 14. lib. 2. & cons. 246. n. 29. lib. 3. Ludouic. conclus. 12. col. 4. in fin. vers. secundus casus.*

Obseruandum est tamen, quod quidquid sit circa damna, in quibus condemnabitur condu-
29 ctor non denuncians; † Aliud erit circa pensionem, à qua liberabitur conductor ipso facto absque aliqua denunciatione, quae respectu pensionis non soluendae non erit necessaria,

Etenim paria sunt rem esse inundatam, vel casmate peremptam, aut ab hostibus occupatam, aut combustam, adeo vt quemadmodum, si fundus casmate periret, aut inundaretur, non esset facienda aliqua denunciatio respectu pensionis; Ita etiam quando res esset incendio perempta, vel ab hostibus capta, quia eo ipso liberatus est conductor à pensione, quasi tunc re sibi locata vti non possit. Ita in specie distinguit *Socin. Iun. cons. 120. n. 19. vsque ad n. 22. lib. 3.* quem sequitur *Bursat. cons. 309. n. 11. in*
30 *fin. lib. 3.* † Et faciunt notata per *Alexand. cons. 112. in princ. n. 1. lib. 1.* Vbi quod res dicitur perempta, aut deperdita, quando vsus illius non potest haberi *l. si is qui rem. §. eum qui de furtis. l. si constante. §. si vxor. ff. solut. matrim.*
31 Itaut nunquam pensio debeatur quando nihil percipi potuit *l. cum vnus. §. fin. de pericul. & commod. rei vendit. l. interdum. 21. §. quod ex naufragio. vbi Bart. ff. de acquir. possess. Salic. & alij in l. 1. C. de iur. emphyt. Anchar. & Imol. in c. potuit. locat.*

Notandum est etiam, quod non requiretur aliqua
32 denunciatio ex necessitate. † nisi ostendatur per locatorem, quod sua interesset ad notata per *Imol. in c. vlt. ad fin. vers. sed aduerte. n. 24. de empt. & vendit.* Vbi quod non auditur ven-
33 ditor, si nolit teneri de euictione, † quasi non fuerit sibi facta denunciatio, si nihil alleget rationi consentaneum contra ius illius, qui euicit tamquam sua non interfit *Alex. in l. non solum. §. morte. col. penult. ad med. n. 47. ff. de nou. oper. nunciat.* Vnde etiam neque tenebitur conductor ad damna propter omissam denunciationem, quando nulla verisimilis prouisio potuisset fieri à locatore quo ad remotionem damnorum, vt declarat *Boss. de remiss. merced. conductor. n. 52. post med. vers. & regulariter sunt opiniones.*

Praedictis adde magnam culpam considerari in tali conductore, qui non fecit quod debet, vel quod consuetum est, & non prouidit, quod de facili poterat euenire, idest quod fenum vicinum esset causaturum incendium stante fe-
34 tore per tot dies continuato, † Itaut omittens prouidere casui tam patenti, & necessario imminenti sit in tali culpa, vt illi imputari debeat, qui sciens non praeuidit quid futurum esset, vel praeuidens non prouidit, prout in specie incendij ita explicat *Surd. decis. 198. n. 16. vsque ad n. 19.* argumento *l. habitatores. 30. §. fin. ff. locat. l. qui bona. §. cum intur. & l. in bac. de damn. infect.* cum alijs per *Aym. cons. 97. n. 4.*
35 Vbi † quod imputatur ei, qui non cogitat, quod facile potest euenire *Idem Aym. cons. 179. n. 5. Alex. cons. 41. col. 3. lib. 3. Bald. cons. 395. col.*
36 *2. lib. 2.* Prout etiam qui omittit facere † quod fecisset diligens paterfamilias dicitur esse in culpa *Bart. in l. ea igitur. de pignorat. act. Menoc. praesumpt. 3. n. 132. lib. 5.*

Non obstat quod quando incendium est ortum aliunde dicatur casus fortuitus, si in loco pro-

37 ximo ortum habuit,† Quia intelligitur quando non erat possibile prouidere, tunc enim erit casus fortuitus, neque erit in culpa, qui non prouidet vt declarat *Flor. in l. si quis fumo. §. quod dicitur. ad fin. vers. aut incendium. ff. ad leg. aquil.* vbi etiam allegat *Cyn. in l. 3. ff. de offic. praefect. vigil.* & ibi quoque *Alberic. in §. cognoscit. n. 6.*

Quo ad secundum cōcludendum est damnum, de 38 quo agimus resarciendum esse per vicinos,† Cū enim pro salute totius viciniæ fuerint diruta tecta, & muri huiusmodi domus, ne ignis latius serperet, & omnia vreret, debent omnes vicini pro illius reparatione in commune contribue-39 re,† Quemadmodum in actu mercium pro saluanda naue, Nam hi qui merces suas adhuc saluas habent alijs damnum passis adiumento, & subsidio esse debent *l. 1. & 2. ff. ad leg. rhod. de* 40 *iact.*† & in specie ita concludit *Bald. cons. 491. lib. 4. & in l. 2. in princ. ff. ad leg. rhod. de iact. Salic. in l. quæ fortuitis. ad fin. C. de pignor. act. Marsil. in l. 2. n. 117. ff. ad leg. corn. de sicar. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. p. 8. n. 19. tom. 6. p. 1. f. 156. cum alijs per Andr. Gail. obseruat. 22. n. 5. lib. 2. per tex. in l. merum. §. sed licet. ff. quod met. caus. l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro soc. Franc. Turzan. conclus. 185. n. 5. lib. 1. Rebuff. priuil. schol. 102. n. 7. Strac. de naut. p. 3. §. sed nec* 41 *est n. 2. to. 6. p. 1. f. 310. Mant. sing. 351.*† Quamuis ibi intelligat de iure, licet de consuetudine dicat non teneri vicinum ad resarciendum, Neque aliqua actio potest dari contra destruentem, Quia si quis destruat ædificium vicini orto incendio causa defendendi domum suam dolo caret, nec tenetur naturaliter, nec ciuiliter ad satisfactionem damni *l. 3. §. quod ait prætor. de incēd. ruin. & naufrag. Aym. cons. 319. n. 6. in fi. Me-* 42 *noch. cons. 107. n. 6. & 9.*† Vbi multis similibus comprobat circa eos, qui officio suo funguntur, quod non possint dici facere animo alium damnificandi.

Addendum est tamen, quod illi de vicina non tenerentur resarcire damnum passo propter do-43 mum destructam causa vitādi incendij, † quando probaretur, quod omnino domus illa fuisset combusta, secus si domus fuisset destructa ad abundantiorem cautelam, quia tunc tenerentur *Felin. in c. tua nos. 19. in fin. de sentent. excommunic. Ferrett. de re naual. lib. 7. n. 6 to. 12. f. 339.*

44 Vbi destruatur domus vicini,† ne ignis progrediatur, tunc communiter damnum resarcitur, si illa destructa domus erat cremanda, alias destruens teneretur, de quo etiam *Aret. in prax. in verb. incendiario. & est tex. in l. si alijs. §. est autem. ff. quod vi, aut clam. cū multis. per Carpan. c. 375. n. 48. p. 2.* Vbi ita declarat *Menoch. cons.* 45 *107. n 6 & 9* † Et de hac quæstione etiam *Alber. de statut. q. 93. p. 2. to. 2. f. 38.* vbi se remittit ad ea quæ dixit in *l. naufragium. §. quod ait prætor. de incend. ruin. & naufrag.*

Neque obstat, quod cum adsit certitudo eius, cu-46 ius culpa incendium est exortum,† hoc damnum non spectet ad vicinos *Socin. in c. si quis damnum. n. 50. de iniur. & damn. dat. Ang. cons. 197. Gozz. ad. cons. 63. n. 1. Petr. de Vbald. de duobus* 47 *fratrib. p. 8. n. 19. tom. 6. p. 1. f. 156.* † Quia præsuponitur in facto non esse soluendo eum, qui causam dedit incendio, vnde in subsidium hoc casu tenebuntur vicini, cum contraria procedant quando ille esset inhabilis ad conueniendum *Raudens. decis. 6. n. 58. in fin. & n. 62. cum alijs per Farinac. q. 110. n. 152.*

In prædictis tamen est etiam notandum, quod in causa similis incendij contigit dubitari de eo, 48 qui emit domum,† & donec pretium non soluerit illam conduxit pro certa mercede, cum postea res perijsset incendio, vel simili causa, quæsitum fuit, an periculum sit emptoris, vel venditoris, & breuiter omissa disputatione Dixi periculum spectare ad emptorem; Quia emptio iam erat perfecta, & ipsi emptori res tradita *Curt. Iun. cons. 82. n. 3. col. 2. in princ.* per text. in 49 *l. sicut emptio. 23. §. interdum. ff. locat.* † qui est notabilis, cum sit casus, in quo contractus claudicat de quo *Dec. cons. 311. col. 2. in fin. vers. ter-* 50 *tio idem comprobatur. n. 4.* † Vbi quod ista locatio dicitur accidentaliter facta, cum illa pensio soluatur tam pro re locata, quam pro interesse pretij non soluti; Et in tali locatione accidentali totum periculum spectat ad conductorem, & nulla fit remissio mercedis, Idem sequitur 51 *Alex. cons. 121. n. 1. lib. 5.* † Vbi si quis emat fundum pro certo pretio, & donec pretium soluat conducit fundum pro certa mercede, valet contractus conductionis quo ad obligandū emptorem, & conductorem quo ad soluendam mercedem, sed non valet quantum ad obligandum locatorē, & venditorem, qui non poterit eo casu cogi ad tradendam rem si nollet, neque ad remissionem mercedis, si res perierit, quia post perfectam venditionem omne commodum spe-52 ctat ad emptorem, † quod etiam voluit *Surd. decis. 198. n. 28. post Boss. tit. de remiss. merced. cōduct. n. 102.* vbi quod obstupuit videndo *tex. in d. §. interdum.* cum contrarium semper dixisset, si illum non vidisset, & quod studiosus satis addisceret hodie hoc notando, Quia si vendo fundum habita fide de pretio, & conueniam, vt 53 apud me dominium remaneat, † donec pecunia omnis persoluatur, & interim certam mercedē numerem, qui contractus est contractus locationis appositus in alio contractu venditionis, Hoc casu damnum contingens in fructibus est emptoris, & conductoris, itaut ad eum etiam spectet periculum interitus, quia emptio dicitur perfecta, quamuis sit reseruatum dominum, 54 cum regulariter † non conueniat venditioni, si dicatur quod in emptorem non transferatur dominium *Corn. cons. 26. n. 1. lib. 1. penult. §. nemo. de contrah. empt.* Vnde ex hoc videretur non adesse aliquam perfectionem, & tamen periculū est emptoris, vt dictum est per *tex. in d. l. sicut emptio. §. interdum. vbi Salic. ff. locat. Boss. de remiss. merced. conduct. n. 102. Curt. Iun. d. cons. 82. n. 3.* cum alijs supra allegatis.

Non

Non soluente autem primo emptore pretium debito tempore, licebit impune alteri vendere, 35 quando fuit facta venditio, † cum reseruatione dominij, & pretium promissum soluere intra tantum tempus *Castr. in l. Iulianus. §. offerri. n. 5. de act. empt. Fabian. de empt. & vendit. q. 3. n. 5. Plot. de in lit. iur. §. 4. n. 60. Magon. decis. Lucens. 31. n. 12.* 36 † Vbi ex hoc, quod talis venditio sit conditionalis, concludit non dari spolium, & remedium recuperandæ primo emptori, si fuerit facta venditio secundo, de quo tamen Deo dante, alibi dicendum erit.

EPITOME.

IN donatione plurium rerum, quæ simul iunctæ excedunt summam prohibitam donari absque insinuatione, an requiratur insinuatio. ¶ Stipulatio annua an sit vna, & transeat ad hæredes, quamuis de illis non fuerit facta mentio. ¶ Donatio certæ quantitatis annis singulis ad vitam donatarij, seu donatoris, quo casu requirat insinuationem. ¶ Et an dicatur vna, vel habeatur pro pluribus. ¶ Et quomodo fiat coaceruatio, vt appareat quam summam excedat. ¶ Hypotheca an extinguatur stante resolutione actus ob defectum insinuationis. ¶ Contractus nominati, quando rescindantur ob defectum causæ. ¶ Donatio propter benemerita, & affectionem sanguinis an dicatur ob causam, & debeat insinuari, quamuis merita probentur. ¶ Statutum requirens insinuationem an extendatur ad casus, in quibus illa de iure non erat necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio requiritur, quando donantur plures res, quæ simul coadunatæ excedunt summam vltra quam non potest donari sine insinuatione.*

2 *Donatio plurium rerum vna præsumitur ratione eiusdem actus donandi, & eiusdem loci, ac temporis.*

3 *Donans per se, & suos hæredes alicui tercentum quolibet anno, donec vixerit debet adhibere insinuationem. Fallit, si nulla facta mentione hæredum fuerint tercentum donata singulis annis durante vita donatarij, seu donatoris. n. 4.*

5 *Positis duobus possibilibus, quorum vnum suadet contractum valere, aliud non, est sumendum illud, per quod redditur actus validus.*

6 *Donatio annua an sit vna, vel dicantur plures tam respectu insinuationis, quàm alterius effectus. n. 11. & 23.*

7 *Stipulatio annua est vna, & transit ad hæredes, quamuis illorum mentio facta non fuerit, & est perpetua. Limita in legato annuo. n. 8.*

9 *Donatio annua pro futuris temporibus non expirat morte donantis, seu donatarij, & fit coaceruatio, vt appareat an excedat legitimam summam, & requirit insinuationem.*

10 *Insinuatio non requiritur in donatione certæ quantitatis annis singulis ad vitam.*

12 *Obligatio omnis extinguitur, stante resolutione actus ob defectum insinuationis. & n. 13.*

14 *Statutum requirens insinuationem extenditur ad casus, in quibus de iure illa non erat necessaria.*

15 *Actio non competit ex donatione, in qua requiritur, vt donatarius aliquid faciat, si non fuerit doctum de adimplemento.*

16 *Contractus nominati rescinduntur per viam actionis, ne dum exceptionis ob defectum causæ non secutæ, & non adimpletæ.*

17 *Insinuatio non requiritur in donatione ob causam.*

18 *Donatio ob causam meritorum, & ob sanguinis affectionem debet insinuari, quamuis probentur merita. & n. 20.*

19 *Causa naturalis magis attenditur, quam accidentalis, & potius illa, quæ nocet, quam ea, quæ prodest.*

21 *Donatio in singulos annos, si dubitatur an excedat quingentos aureos quomodo sit declaranda, & qualiter fiat coaceruatio. & n. 22.*

24 *Compensationis exceptio non liquida non admittitur in saluiano.*

CAPVT CCCLV.

CIrca validitatem donationis, de qua erat dubitatio, omissis multis, quæ proponebantur tanquam non necessarijs, sunt consideranda infrascripta, ex quibus apparebit decisio propositæ difficultatis.

Primo. Si in instrumento conuentum fuerit, quod tot sint donationes, quot sunt iugera terræ do- 1 natæ, † vel tot sint donationes, quot sunt res donatæ, si omnes d. res simul coadunatæ excedunt summam, vltra quam non potest donari sine insinuatione, non valebit donatio sine ea, tanquam præsumatur facta in fraudem *Alex. cons. 165. visis duobus. n. 5. col. 3. in princip. vers. bene faciunt. lib. 2. post Bart. in l. modestinus. in fin. ff. de donat. Thom. Ferrat. caut. 33. donatio* 2 *excedens. n. 1.* † Ratione enim eiusdem actus donandi, eiusdem loci, & eiusdem temporis, omnes reputantur vna donatio *Rom. cons. 26. col. 2. in princ. & ibi Mandos. in verb. requiritur idem Roman. cons. 305. n. 3. vbi etiam Mandos. in verb. donatio*, qui testatur de communi, latè *Rimin. Iun. in §. 1. instit. de donat. n. 297.*

Secundo. Si ex altera parte facta est mentio hæ- 3 redis, quia donasti per te, † & tuos hæredes mihi tercentum quolibet anno, donec viuam, talis donatio requiret insinuationem propter mentionem hæredis, nam tunc non est possibile ex parte illa, pro qua est facta mentio hæredis statim pro futuris annis eam euanescere *Bal. in l. sancimus. 34. §. si quis autē talem. quod est fin. in princ. vers. sed instat pone. C. de donation. & ibi Cyn. ad med. Capic. decis. 203. n. 5.* vbi, quod fiet coaceruatio, & requiretur insinuatio, quan- 4 do hæredes ligantur; † Aliud si fuerint donata puta

ta puta tercentum singulis annis donec viuat donatarius, vel donans, tunc enim talis donatio non excedit modum legitimum, cum possibile esset mori in primo anno, & posito, quod plus superuiuatur, tamen positis duobus possibili-5 bus in esse vnum quod suadet contractum valere, aliud quod non suadet, debemus sumere possibile illud secundum, quod contractus valet *Bald. in d. sancimus. §. fi. in princ. Ias. in l. si stichum. §. stipulatio. in fin. vers. tu dic. melius. de verb. obligat. Rimin. Iun. in §. 1. n. 295. institut. de donat. & eodem tit. in princ. n. 439.*

6 vbi quod communis est solutio esse speciale in *d. l. sancimus. §. fin.* C. *de donat.* vt annua donatio, quæ vere vna est, censeantur plures, ne pereat propter omissam insinuationem.

Tertio. Stipulatio annua in dubio transit ad hæredes etiam quod illorum mentio facta non 7 fuerit † *Alex.* qui de veriori opinione testatur *in l. si stichum. §. stipulatio. n. 4. vers. sed opinio cōtraria. & vers. & pro certo mihi videtur. ff. de verb. obligat.* Vbi etiam quod intelligitur vnica, & erit insinuanda *Salicet. in l. sancimus. §. fin. n. 12. C. de donat.* Vbi quod stipulatio annua est vna, & ad hæredes transitoria, ideo debet dici perpetua *per tex. in d. §. stipulatio.* illum 8 non cauillando, † quidquid aliud sit in legato annuo, quod finitur morte legatarij *l. in singulos. de annuis legat.*

Quod magis procederet si stipulatio non solum esset annua, sed etiam si fuisset facta pro perpetuis futuris temporibus, tunc enim non est 9 personalis, † quæ extinguatur cum persona donantis, seu donatarij, sed habetur tanquam promissio in rem, & fit coaceruatio, vt appareat, an excedat legitimam summam, & requirit insinuationem *Azo. in summ.* C. *de donat. n. 9 Pract. Papiens. in form. libell. quo agitur. de donat. in verb. solemniter. col. 3. in fin. Cyn. in d. l. sancimus. §. fin. ad med. C. de donation.*

Quarto. In donatione certæ quantitatis annis 10 singulis ad vitam † non requiritur insinuatio *Azo. in summ.* C. *de donation. per l. sancimus. §. fin. C. eod. tit. Carpan. ad constitut. Mediolan. c. 324. n. 102. Gabr. conclus. 1. n. 35. de donat. Rimin. Iun. in §. 1. n. 295. instit. eod. tit.* Illa enim verba quo ad vitam restringunt donationem, 11 & faciunt, vt non transeat ad hæredes, † cum aliud sit in donatione annua, quæ habetur pro perpetua promissione, & transitoria ad hæredes, ideo requiret insinuationem, vt dictum est supra, & distinguit *Salic. in d. l. sancimus. §. vlt. ante n. 13. C. de donation.*

Quinto. Stante resolutione actus ob defectum 12 insinuationis † extincta est omnis obligatio *Bald. in l. 2. q. 13. n. 17. in fin. vers. dicit etiam ibidem. C. de rescind. vendit. Surd. de alim. tit. 9. q. 32. n. 18.* Vbi etiam quod ante factam donationem res non erat donatarij, sed per donationem non est facta sua irreuocabiliter, sed cum modificatione, vel quod præstentur alimenta, vel quod fiat insinuatio, cum similibus, 13 non mirum igitur, si reuertitur libera, † & resoluitur omnis hypotheca *Neguf. de pignor. 5. p. m. 1. n. 45.* Præsertim si adesset statutum requirens insinuationem, quod extenditur etiam 14 ad casus, † in quibus de iure insinuatio non est necessaria late *Surd. consf. 165. n. 22. in fin. lib. 3.* vbi de veriori opinione testatur contra *Castr. cons. 212. n. 3. lib. 2. & Veg. cons. 52. n. 9.*

Sexto. In donatione in qua requiritur, vt donatarius aliquid faciat, si non fuerit doctum de 15 adimplemento, nulla ei competit actio, † ita vt etiam hoc casu iudex debeat supplere parte non opponente *Roman. cons. 334. Aym. cons. 151. n. 9. & 10.* Maxime si constaret de damno, & molestijs illatis occasione d. implementi non secuti, & solutionis non factæ, quæ pertinebat ad donatarium, qui ex hoc magis excluderetur à donatione, non solum si adesset pactum resolutiuum ob prædicta non seruata, sed etiam si non adesset, si implementum respiceret commodum, & vtilitatem ipsius donan-16 tis, sine qua donatio facta non esset, † adeo vt etiam contractus nominati rescindantur per viam actionis, ne dum exceptionis ob defectum d. causæ non sequutæ, & non adimpletæ *Aym. cons. 192. n. 21. & 22. post Corn. cons. 101. col. 5. lib. 2. & cons. 291. ad fin. lib. 3. Socin. cons. 26. col. fin. lib. 3. per tex. in l. cum te fundum. C. de pact. int. emptor. & venditor. Doctor. in l. vlt. C. de condict. ob caus.*

Septimo. Insinuatio, quamuis non requiratur in 17 donatione ob causam † *Natt. cons. 609. Surd. cons. 361. n. 6. lib. 3. Molin. de primogenit. Hispanor. lib. 2. c. 8. n. 15. & 16.* Tamen si fuerit donatum filio à patre propter merita, & propter sanguinis affectionem, præsumetur potius facta 18 ex affectione, † quam ex causa meritorum, licet sic intelligendo redderetur nulla, quamuis etiam merita probentur, cum non sit totaliter fundata donatio super meritis, & magis at-19 tendatur causa naturalis, † quam accidentalis, & cum ex causis semper sit inspicienda illa, quæ nocet, non quæ prodest, ideo erit insinuanda tanquam non possit dici ob causam meritorum *Castr. cons. 341. circa bona quæ fuerunt. col. 2. ante med. vers. sed hic pater donauit filio. n. 2. lib. 1. Alex. in l. si donatione. n. 2. ad fin. vers. & ex dictis per eum. & n. 3. vers. tamen transeo ell d. limitatione. C. de collation. Pelin. in c. 1. col. 6. ante med. vers. vnde si pater dicat. n. 10. de re iudic. Socin. cons. 295. in causa contra filios. col. 5. ad fin. vers. sextus & vltimus casus. n. 9. lib. 2.* cum alijs per *Surd. cons. 361. n. 14. vsque ad n.* 20 *17. lib. 3.* † vbi ampliat magis procedere, si in donatione adesset dictio maxime cum similibus *Felin. in d. c. 1. n. 10. col. 6. post princ. vers. ex quo cum illa. de re iudic.*

Octauo. Quando dubitatur an donatio excedat quingentos aureos puta si est facta in singulos 21 annos eius quantitatis, quæ non excedat quingentos aureos, si promissio est personalis ab vtraque parte plures dicuntur donationes, ita vt non requiratur scriptura, vbi autem esset promissio in rem ab vtraque parte, vel altera

tantum

tantum exigitur scriptura *Azo. in summ. C. de donat. n.9.* & istam distinctionē sequitur etiam *Pract. Papiens. in form. libell. quo agit. de donat. vers. solemniter. col. 3. in fin.* † Vbi, quod fiet coacervatio, vt appareat an excedat legitimam summam, quando est realis, secus si personalis, quæ extinguatur cum persona donantis, seu donatarij, quia tunc de ea disponitur tanquam de pluribus donationibus simpliciter separatis;

23 Quamuis autem sint plures donationes quo ad effectum solennitatis insinuandi, non erit tamen nisi vna, vt possit capi *Bart. in l. senatus censuit. §. vlt. in fin. ff. de donation. caus. mort.* vbi ita intelligit *l. sancimus. C. de donation. Ias. in l. si Stichum §. stipulatio. in fin. vers. vltra. de verbor. obligation.*

Ex istis colligitur non obstare exceptionem donationis, de qua agimus, ob defectum insinuationis, quæ requirebatur, cum fuerit donatio annua, quæ iudicatur perpetua, & in dubio transit ad hæredes, maxime, quia fuit facta perpetuis futuris temporibus, quidquid aliud sit, quando esset solum ad vitam, vt *in 2. 3. & 4. conclusione.* Presertim stante defectu implementi non secuti ad commodum donantis, ita vt ex hoc sit resoluta omnis obligatio, vt *in 5. & 6. conclusione.* Non obstante, quod prætenderetur donatio ob causam propter merita, cum potius simus in donatione simplici ob sanguinis coniunctionem, & merita fuerint narrata cum illa dictione, maxime, quæ nihil operatur, vt *in 7. conclusione.* Adeo vt etiam insinuatio requiratur, quamuis dictum fuerit, quod tot sint donationes, quot res donatæ, cum fiat coacervatio, vt *in 1. & 8. conclusione* dictum fuit, ita vt non debeat retardari saluianum interdictum intentatum, in quo non admittitur compensa-

24 tio, † quando non est liquida, & per consequens, neque admittetur ista exceptio fructuum annuæ præstationis, de qua agimus, stante d. defectu insinuationis *Rot. diuers. decis. 257. in fin. n. 6. lib. 2. p. 3. & decis. 708. lib. 3. p. 3. Roman. cons. 76. n. 3. Surd. decis. 191. n. 17.*

E P I T O M E.

Compensationis exceptio, quando possit opponi cessionario. ¶ Et si fuerit facta cessio antequam sit opposita d. compensatio an tunc transeat actio libera, & non elisa tam in creditore chyrographario, quàm in hypothecario, & de differentia inter istos creditores, & an illis concedatur exactio contra debitorem debitoris. ¶ Solutio quando possit fieri cedenti post cessionem factam. ¶ Retentio an sit exclusa, si excludatur compensatio. ¶ Et an dicatur excipere, qui vult retinere. ¶ Exceptiones competentes contra principalem, quando dentur contra singularem successorem. ¶ Creditor succedens debitori an possit vti retentione. ¶ Soluens non opposita compensatione an prohibeatur postea petere, quod sibi debetur. ¶ Testis vnicus in facto proprio an plene probet. ¶ Debitor cessus quando obligetur non facta denunciatione per cessionarium, & non transmisso instrumento cessionis. ¶ Et quo casu illius copia sit exhibenda. ¶ Protestatio quando conseruet ius protestantis quo ad retentionem, quæ sibi competit. ¶ Et an sufficiat semel protestari, vt conseruetur ius in futurum.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones solutionis, & compensationis doli, simulationis, ac similes competunt tam contra principalem, quam aduersus singularem successorem. Et n. 2. 4. 5. 6. & 8.*

3 *Connexa non possunt diuidi.*

7 *Exceptio, quæ obstat cedenti, quando præiudicet cessionario agenti tam actione directa, quam vtili.*

9 *Compensatio potest opponi cessionario, quatenus durat facultas soluendi, secus si antequam fuit opposita d. exceptio compensationis, cedatur actio, quæ tunc transit libera, non elisa, aut vulnerata. & n. 11. 12. 15. 18. 19. 22. 23. 24. & 25. Fallit in creditore hypothecario. n. 26. & 34.*

10 *Actio inutilis apud cedentem quando fit vtilis penes cessionarium.*

13 *Exceptio compensationis non redarguit actionem de iniquitate, sed est quædam satisfactio.*

14 *Compensatio est ficta solutio. & n. 17.*

16 *Solutio non potest fieri cedenti post litem contestatam à procuratore in rem suam, vel post denunciationem, aut partis debiti receptionem. & n. 21.*

20 *Conditionis natura est, vt impleatur formaliter.*

27 *Retentionis exceptio causatur ex hypotheca.*

28 *Retentio non censetur exclusa, quamuis excludatur compensatio.*

29 *Compensatio non obijcitur de pecunia ad factum, datur tamen retentio.*

30 *Excipere non dicitur, qui vult retinere.*

31 *Creditor succedens debitori non compensat, neque agit, tamen vtitur retentione.*

32 *Creditori hypothecario conceditur exactio contra debitorem debitoris, non autem chyrographario. Et quis eorum sit magis priuilegiatus. n. 33.*

35 *Soluens fructus census nō opposita compensatione eius, quod sibi debebatur, non sibi præiudicat quo ad retentionem pro fructibus soluendis.*

36 *Consensus, qui ex actu colligitur non extenditur vltra id, quod ex ipso actu de necessitate infertur.*

37 *Protestatio de non sibi præiudicando quo ad iura competentia contra cedentem facit, vt competat retentio super iuribus reseruatis, & sufficiet in extraiudicialibus semel protestari, vt conseruetur ius in futurum. n. 38.*

39 *Debitor cessus non obligatur non facta denunciatione per cessionarium, & non transmisso instrumento cessionis. Intellige vt n. 40.*

41 *Cessio quando sit valida, & illius copia sit exhibenda.*

Soluens

42 *Soluens non opposita compensatione non prohibetur postea petere, quod sibi debetur. & n.45. Declara vt n.43.*
44 *Soluens ignoranter omissa exceptione compensationis an repetat tanquam indebitum.*
46 *Exceptio quæ obstat cedenti an præiudicet cessionario, quamuis fuerit soluta pars.*
47 *Testis vnicus non probat, licet deponat de facto proprio, maxime si esset pauper, & vilis.*

CAPVT CCCLVI.

Reales exceptiones solutionis, compensationis, & similes possunt opponi cessionario per debitorem cessum, † tanquam rei cohæreant, ideo sicut dantur contra principalem, ita debent dari contra singularem successorem, cessio enim transit cum suo onere, nam cedens non potest transferre ius suum saluum, & integrum, quod penes eum non erat, stante obligatione de bonis cessis ad fauorem alterius, qui ex hoc habebat realem exceptionem compensationis, itaut in præiudicium eius, qui vult de ea excipere, non possit fieri talis cessio, quæ solum potuit transire cum sua causa, & aptitudine passiua, & non alias *Dyn. in c.is qui in ius succedit.46.ad fin.* & ibi latè *Addit. in verb.emptori.de reg.iur.in 6.* *Cyn. in l. eius. 9. post med. vers.tamen secundum veram sententiam.n.2.& ibi Bald.ad med.n.2.in fin. Salic. n.2. vers. sed contrarium. Ang.ad fin.* C.de compensat. *Alex. cons.54.in fin.* & ibi *Addit. in verb. cessionario.* de communi *lib.2. Guid.Pap.sing.564. & 634. & decis.567. an compensatio.n.2.& ibi Răbin. in fin. Tindar. de compensat. art.7.n.4.in verb. hasitatum fuit.tom.6.p.2.fol.255.* † vbi testatur de recepta opinione, & quod ita seruatur *Port.* qui etiam de communi *cons.47. n.5. lib.2.* vbi, quod ista interna qualitas videtur inesse ipsi cessioni ex dispositione legis, † cum etiam connexa disiungi non possint *c.translato. de constitut.Castr.in l.eum actum.de negot.gest.* Et passim ita concludunt omnes *in l.doli. de nouation. Angel.in l.si quis in rem. post Bart. ibid.in fin. Bald. col. 2. de procurat. Afft.decis.163. in fin.* vbi, † quod ita fuit iudicatum, non obstante promissione facta cum iuramẽto *Vrsill.ad Afft. decis.74.n.7. Thesaur. decis.221.n.1. Aufrer.ad decis.capell.Tholos.93. ad fin.* cum alijs late per *Tiraq.de retract.lignag.§.3.glos.3.n.13.Carpan. ad constit. Mediolan.c.448.n.35. Rim.Sen.cons. 69. n.4.* † Et bene declarat *Imol. in l. doli mali exceptio.19.n.5.de nouat. Socin. cons.264.n. 12. & 13. lib.2.* † vbi etiam de exceptione doli, & simulationis, quæ obstat cessionario, *Aret.cons. 96.col. 2. n. 5. & 6. Bart. & alij in l. apud celsum. §.si cum legitima.ff.de dol.mal. & met. except.* Vbi, quod quando agit cessionarius actione directa, † exceptio, quæ obstat cedenti præiudicat etiam cessionario, qui tunc agit nomine cedentis, si autem intentat vtilem nomine suo, si est exceptio, quæ inficit actionem competentem cedenti, & eius substantiæ, vt exceptio doli, & metus in contrahendo commissi, vel compensationis obest cessionario *Glos. in l.si quis in rem. ff.de procurat. Speculat.eod.tit. §. sequitur videre. col.3. ante med. vers.sed nunquid contra procuratorem in rem suam. n.9.*

Ista sunt satis nota, & ab omnibus ponuntur, maxime ab illis, qui speciales tractatus composuerunt in materia compensationum; † Et ex eis in casu occurrenti dicebatur censum, qui fuit cessus transiuisse cum suo onere in cessionarium, cum enim cedens propter generalem suorum bonorum obligationem non potuisset illum transferre saluum, & integrum, consequens erat, vt exceptio realis compensationis, quæ competebat contra cedentem ei, ad cuius fauorem fuit facta obligatio, competeret etiam contra cessionarium, & quemlibet singularem successorem *Alex.cons.54.in fin.lib. 2.cum alijs supra allegatis.*

Verum prædicta non sunt ita simpliciter admittenda, prout omnes admittunt, qui de compensationibus tractant, Etenim adhibenda est distinctio, quam prædicti non tangunt, vt videlicet, tunc cessionario possit opponi compensatio, quatenus durat facultas soluendi; † In illis enim casibus poterit compensare, in quibus potest soluere in præiudicium cessionarij, vnde si antequam sit opposita exceptio compensationis cedo actionem meam, quæ non est vulnerata, nec elisa, libere transit in cessionarium, itaut hoc casu non possit opponi exceptio compensationis de eo, quod debeo, cum sæpe contingat, † quod inutilis actio apud cedentem sit vtilis apud cessionarium, quando cessat causa inutilitatis, quæ erat apud cedentem *l.fin.in princ.C.de iur.dom.impet.* Sed hic cessat, nam quousque fuit apud me poterat elidi per exceptionem, quia eram debitor tuus, quæ cum non sit apud cessionarium videtur, quod non possit elidi, quia ipse non est debitor tuus, licet ego sim; Non sic esset in alijs exceptionibus, quæ eliderent actionem, vel obligationem, vt exceptio pacti, vel iurisiurandi, nam illæ insunt actioni, merito cum eis transit actio in quemcunque; † ita prædicta omnia explicat *Castr.in l.eius.9.ad med.* C. *de compensat.* quod etiam voluit *in l.si quis in rem. 34. ad fin. de procurat.* Vbi si cessi tibi actionem, quam habeo contra Titium, licet ipse Titius haberet contra me exceptionem compensationis, si contra eum egissem, tamen si tu agis, non habes, quoniam agis ad proprium commodum, vnde non obijcis compensationem de eo, quod amplius debet, quia actio mea in te transiuit libera, & sine aliqua elisione.

Et hoc est etiam, quod dixit *Bald.in l.& hæredi.in 1. lectur. §. nos autem. in fin. ff.de pact.* † Vbi, quod potest opponi cessionario exceptio compensationis tanquam rei cohærens, nisi postquam est opposita, ante tempore cessionis non cohærebat rei, si fecit actio liberum transitum, nam exceptio compensationis non redarguit actio-

13 actionem de iniquitate, † sed est quædam satisfactio *l. si debitor. ff. de distract. pignor.* Vnde ex hoc arguitur, quod sicut post litem contestatam à cessionario non potest cedenti solui
14 per veram solutionem, † Ita nec per fictam scilicet per compensationem *l. 1. §. iulianus ait. de condit. & demonstrat.* Propter quod videtur pro debito cedentis nõ posse opponi exceptionem compensationis cessionario, si opponatur
15 post litem contestatam, † secus forte si opponeretur ante *l. 3. C. de nouation.* Hæc *Bald. in d. §. nos autem* vbi commendat tanquam nouum dictum, quamuis alia sint antiqua.

Quod etiam voluit *Alber. in l. doli exceptio alias incip. doli mali exceptio. 19. n. 12. ff. de nouation.*
16 vbi quod cedenti † non potest fieri solutio post litem contestatam à procuratore in rem suam, vel post denunciationem, vel partis debiti receptionem *l. 3. C. de nouation.* Ergo eadem ratione debitor non poterit compensare contra eum, cui facta est cessio, quia dicitur soluere,
17 qui compensat † *l. si constat. C. de compensat. l. si debitor. C. qui potior. in pignor. hab.* Si tamen debitor contra principalem, qui cessit, opponat compensationem, antequam cessionarius litem contestetur, denunciet, aut partem debiti accipiat, admittetur exceptio compensationis sicut
18 præiudicaretur si solueret † Hæc *Alber. in d. l. doli exceptio.* vbi testatur ita obtinuisse corã Magistris Peritis, & ibi allegat etiam *Specul. de procurat. § sequitur videre. vers. item obijcitur quod constitutus procurator. ibi sed nunquid procurator in rẽ suam. & Roffred. in libell. qui pro alijs ager. poss.*

Idem quoque late comprobat *Ang. cons. 259. quadam domina Antonia. per tot.* † Vbi quod ius
19 compensandi antequam deducatur in actum est in solo habitu, & potentia, quæ in actum deducta non afficit, nec affecit actionem cessam, transiuit ergo actio vtilis in cessionarium libera non affecta, vnde ex post facto debitoris, nec affici, nec inquinari potest in præiudicium cessionarij, sicut enim debitori potest auferri simplex potentia soluendi suo creditori interueniente altero ex tribus, quæ habentur in *l. 3. C. de nouation.* Ita quoque poterit auferri, potentia compensandi, quæ solutionis instar habet etiam quo ad effectum implementi con-
20 ditionis, † cuius natura est, vt impleatur formaliter *l. maius. et l. qui hæreditate. ff. de condit. & demõstrat.* Vnde si debitor contra quem est facta cessio, præueniat cessionarium compensando, eo quod deducta cessione ad sui notitiam, antequam illa sibi nomine cessionarij denuncietur, debitum vult compensare, & tunc vera est opinio illorum, qui volunt esse locum
21 compensationi. † Aliud est si denunciatione facta, aut secum lite contestata, aut postquam debiti partem soluerit, vult vti compensatione, tunc enim non poterit, quia ex quolibet prædictorum actuum est sibi interdicta potentia soluendi, & per consequens licentia compensandi, quæ habet se ad instar solutionis. Hæc *Ang. d. cons. 509. col. 2. in princ.* vbi quod ista sunt de apicibus iuris, nec intrabunt in aures incapaces, & quod cum huiusmodi distinctione sunt concordandæ opiniones contrariæ.

Et ita etiam sequendo *Ang.* concludit *Surd. decis.*
22 *191. n. 14. & cons. 82. n. 29. lib. 1.* † Vbi quod compensatio quamuis videatur fieri ipso iure, & statim, cum vtraque pars incipit debere, tamen hoc intelligitur, vt tunc inducatur, quando à parte opponitur, & non ante. Nam prius quam sit opposita à parte, licet dicatur exceptio realis, non tamen afficit rem, & ideo si ante cessionem non sit opposita, non poterit amplius à debitore cesso opponi contra cessionarium, quia prius est solum in potentia, non in actu.

Eandem sententiam approbat *Port. cons. 47. n. 22.*
23 *vsque ad n. 29.* vbi † quod post cessionem, & secuta denunciatione nullum adest debitum compensabile, postquam enim ad sui notitiam deuenit, deficit substantia ipsius debiti, & per consequens nullum debet subesse accidens compensationis argumento *l. 1. de vsufruct. l. si fundum. §. si modum de act. empt. l. 1. & 2. de pecul. legat.* Vnde facta cessione debitor debet esse cautus in præueniendo cessionariũ, antequam per eum sibi cessio notificetur, tunc enim erit locus compensationi *ex superius allegatis.*

Opinionem quoque *Ang. d. cons. 259.* sequitur *Paris. ad Bart. in rubr. C. de compensat. ad med.* &
24 singularem distinctionem dicit † Idem *Paris. etiam ad Bart. in l. si quis in rem. in verb. exceptio compensationis. ad med. de procurat. Marilian. decis. 30. n. 5. Ioseph. de Sese in tract. de inhibition. & magistrat. iust. aragon. §. 7. c. 5. n. 9. vsque ad n. 11.* vbi tamẽ non allegat *Ang.* neque *alios*, sed solũ *Franc. decis. 53. n. 10. & Thesaur. decis. 221. n. 1.* qui tamen nihil de hoc dicunt. Et secundum prædictam opinionem *Ang.* ita etiã
25 late consuluit *Ladereh. cons. 109. per tot. & cons. 164.* vbi etiam *n. 7.* allegat *Fulgos. in l. quoniam. C. de compens. & in l. in rem. eod. tit.*

Ex istis videbatur dubitabilis conclusio, quod esset locus compensationi in casu, & ad effe-
26 ctum, de quo agebatur. † Verum ex alijs poterat iuste defendi competere d. exceptionem compensationis; Etenim eramus in creditore hypothecario, cui fuerunt obligata omnia bona sui debitoris, vnde dicendum est dari re-
27 tentionem, † & ex prædicta hypotheca causari huiusmodi exceptionem *Corn. cons. 62. n. 27. col. 8. in fin. vers. nec refragatur. lib. 3.* Prout generale est, quod etiam in casibus, in quibus reperitur exclusa exceptio compẽsationis, nun-
28 quam tamen quis prohibetur † vti retentione ex hypotheca proueniente, tanquam magis priuilegiata, & fauorabili *Aym. consil. 148. n. 2. per tex. in l. si necessarias. 8. §. si pignori. ff. de pignorat. act. Castr. cons. 93. in causa quæ*
29 *vertitur. col. penult. in princ. lib. 2.* † Vbi quod de pecunia ad factum non obijcitur compensatio, & tamen datur retentio, quod etiam voluit

Glos.

Glos.in l.grege.13.§.cum pignori.in fin.in verb. compensationi.ff.de pignor.Paris.cons.100.n.36. lib.2.Ceph.cons.658.n.15.lib.5.Fab.Ann. cons. 101.n.2.vsque ad n.7.lib.2.

Et facit, quia cum quis vult retinere non dicitur excipere, quasi tunc pignori incumbat, 30 Quare † non mirum, si prohibita quoque exceptione non prohibeatur retentio Bald.in l.si traditio.4.col.2.in fin.n.3.vers. tertio quaro. C. de act.empt. cum alijs per Boer.decis.43.col.penult.in fin. n. 15.& 16.Barbat.cons. 86.col. 6. vers. & si dicit quispiam.lib. 3. Milanes. decis. sicil.1.n.184.p.2.

Vnde etiam quamuis creditor succedens debitori 31 non compenset, † neque agat l. debitori. C. de pact. Tamen non prohibebitur vti retentione pro suo credito Decian.cons.94.n.27. & 28. lib. 3.Aym.cons.65.n.3.

Et quidem est considerabilis differentia inter creditorem chirographarium,& hypothecariũ, 32 cum isti concedatur exactio contra debitorem debitoris, quæ alteri denegatur Bellapert. in l. si solere C.de nouat. Doctor. in l. 1. C. quando fisc.debitor debit.conuen.poss.† Et de credito- 33 re hypothecario quod sit magis priuilegiatus, quam chirographarius Neguſ.de pignor.4.p.4. part.n.33.q.4.post Anchar.cons.101.ad fi.Francis.Pepus.inter cons. Socin. 76. lib. 4. † Et ita 34 etiam cum ista distinctione creditoris hypothecarij, & chirographarij videtur transire Laderch.d.cons. 109.in fin. n. 6. Et facit etiam Butrig.in l.si quis rem.34.de procurat.vbi quod cessionario semper obstat exceptio, quæ obstabat cedenti, quando sumus in iure reali, secus personali,si enim possessio traditur, & per cessionem transfertur dominium, tunc cessionarius agit ex propria persona & ex dominio proprio, & ideo tunc non obstat exceptio,aut non transit dominium, & tunc cessionarius vtitur dominio auctoris,& ex illius persona obstat exceptio compensationis.

Neque obstat quod non fuerit opposita retentio in solutionibus, quæ ex aduerso prætenduntur, 35 Quia non ex hoc arguitur † aliqua renunciatio,& remissio hypothecæ, aut retentionis ex pecunijs,seu fructibus soluendis,quasi talis consensus non operetur respectu sequentium annorum, cum sufficiat dictũ cõsensum intelligi pro illo actu,non pro futuris,quamuis enim sit vna omnium annorum obligatio,plures tamen sunt præstationes, & præsumptio, quæ ex vna colligitur ad alias sequentes non debet trahi Alciat. qui loquitur de censu, prout est casus noster,in l.creditores.n.15.C.de pact.

Et generale est, vt consensus, qui ex actu colligi- 36 tur, non extendatur vltra id, † quod ex ipso actu de necessitate infertur Bart. in l. 1.§. hoc interdicto.de itin. act.priuat.Surd. cons. 126. in fin.n.33.lib.1.& cons.290.n.38.lib. 2. cum alijs per Becc.cons.106.n.46.

Vltra quod ex iuribus nouiter productis apparet 37 solutionem esse factam † cum protestatione de non sibi præiudicando, quo ad iura competentia contra cedentem,quæ protestatio etiam fuit admissa à cessionario in actu solutionis, Itaut ex hoc magis competat retentio super iuribus reseruatis,& ipsi hypotheccatis pro suo credito l.4.§.si in venditione.vbi Bart.n.1.ff.quib. mod. pign.vel.hypoth.solu.Glos.in l.item labeo.23. in verb.si pure.ff.famil.ercisc. Dec. cons. 42. in fin. 38 Surd.cons.385.n.20.lib.3. † Itaut in extraiudicialibus sufficiat semel protestari Mohedan. decis.2.de iudic. Adeo vt conseruetur ius in futurum l.pro harede.§.1. de aquir. hared. l. nesennius.de neg.gest. Luc. de Penn.in l.curiales. 3.col.penult.in princ.C. de prad. curial. lib. 10. Honded.cons.100.n.75.lib.2.

Addebatur etiam nullitas denunciationis factæ per cessionarium, non transmisso instrumento 39 cessionis, † & non constito de veritate causæ, tunc enim non obligat debitorẽ cessum Bart.in l.non solũ.§.morte.n.47.ff.de nou.oper. nunciat. & in l.grege. §. cum pignora. n. 2. ff. de pignor. per tex.in l.nomen.C.quæ res pignor.oblig. poss. l.si quis inficiatus ff. depos. Rom.cons.204.n.12. & in terminis cessionis Rubeus in d. §. morte n.408.Socin.regul.79.fall.1.Surd.cons.22.n.14. 40 & 15.lib.1.† Intelligendo tamen quando ageretur nomine cedentis, secus quando exercentur vtiles actiones, vel fieret iudicis auctoritate, & iudicio, quasi tunc cogatur aduersarius credere,cum pro facto iudicis præsumatur, & non est opus exhibitione cessionis, cum supradicta procedant quando fieret denunciatio à 41 parte Surd.d.cons.22.n.19.& 42.† Et de cessione quo casu sit valida,& illius copia sit exhibenda Rot.Genuens.per Carthar.decis.63.

Vlterius soluens non opposita compensatione, nõ prohibetur postea petere quod sibi debetur Bart.in l.si cum dos.n.1.in princ.& in fin.ff.rer. 42 amotar.† Vbi respondet ad auth.sed cum testator.C.ad leg.falcid. vt habeat locum in casu in quo quis haberet solam exceptionem,seu retentionem, quam perdit soluendo, cum aliud sit quando quis haberet etiam actionem. Et facit l.qui inuicem.ff.de condic.indeb.l.si ambo.de cõpẽsat.l.quod dicitur.§.si dos.ff. de impens.in reb. dotalib.fact.Et declarat etiam in specie Calcan. cons.23.in princ.Vrsill.ad Affl.decis.121.in fin. 43 n.7.Quidquid aliud sit,quando ex coniecturis, vel aliter appareret,quod volebat satisfacere, vt dicunt ibid.Calcan.& Afflict. de quo etiam 44 Castr.in l.si constat.4.C.de compensat. † Et de soluente ignoranter omissa exceptione compensationis an repetat tanquam indebitum Idem Castr.in l.si quis in rem.34.vers.quod patet quia si tutus. ff. de procurat. Quãuis hoc dictum sit ex abundanti,cum quo ad futuras præstationes nullum fuerit factum præiudicium soluenti,itaut non potuerit excipi de compensatione, ex adductis supra vers. neque obstat quod nõ fuerit n.35.Cũ immo neque sit incon- 45 niens, vt quis hodie offerat se soluturum, † & deinde velit post annum,vel aliud tempus compensare, quasi cessionarius non possit hoc impedire tanquam repræsentans personam principalis

cipalis, de quo tamen *Rot. Genuens. decis.* 120. *n.2. vsque ad n.5.* 46 † Et de exceptione, quæ obstat cedenti, an præiudicet etiam cessionario, quamuis fuerit soluta pars *Gabr. cons.* 255. *in fin. n.43. lib.1. Milanes. decis. Steil.* 1. *n.2. p.2.*

Nec facit prætẽsa ratificatio cessionis ob solutiones factas cessionario, quia, vt dictum est supra, non fuit præiudicatum quo ad præstationes futuras, stante præsertim protestatione, de qua supra *vers. vltra quod ex iuribus. n.37.* 47 † Cũ etiam testis sit vnicus, neq; deponat de facto proprio, qui licet etiam de eo deponeret, tamen vnicus non sufficit secũdum magis veram opinionem, de qua per *Aym. cons.* 73. *n.30. post med. vers. hoc tamen vltimum. & cons.* 178. *n.7. Cephal. cons.* 438. *n.47. lib.3. Gabr. cons.* 31. *n.7. lib.1.* & seruat *Rot. coram R. P. D. Coccino. Roman. legati della porta.* 30. *martij.* 1601. *in fin. Achill. decis.* 7. *n.2. de testib.* 48 † Maxime, quia sumus in persona vili, & pauperrimo nihil penitus possidente, vt ipsemet fatetur, quod facit, vt diminuatur de fide testis etiam deponentis de facto proprio, quo ad plenam probationem, quasi hoc casu sufficiat illum solum probare tanquam testem singularem, qui alias non esset vilis *Menoch. de arbitr. q.99. n.9. post Dec. cons.* 263. *n.3. lib.2.*

EPITOME.

NOuus conductor quando præferatur antiquo tam in prædijs rusticis, quàm vrbanis, & pactum in hoc quid operetur. ¶ Et quid in conductoribus fisci, Ecclesiæ, Communitatum, municipij, & rerum publicarum scholaribus, & Magistris, ac similibus. ¶ Augmentum locationis in quibus versetur. ¶ Coloni quando possint cogi continuare locationem. ¶ Causæ legitimæ quæ sint, vt potius vni, quàm alteri res locetur, & vendatur. ¶ Expensæ in disboscando an pertineant ad conductorem. ¶ Et an propter melioramenta facta in locatione inquilinus sit alijs præferendus. ¶ Ius in re conducta quibus conductoribus concedatur tam in locationibus ad modicum tempus, quàm ad longum. ¶ Singularis successor an possit expellere conductores fisci, Reipublicæ, & Ecclesiæ. ¶ Et quando ab illis conducens efficiatur verus dominus, & possit arbores plantatas transferre in præiudicium locatoris, & quomodo in hoc ei succurratur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor nouus præfertur antiquo, quamuis velit eandem oblationem facere. & n.2.3. & 9. Fallit in conductoribus fisci. n.6. & 7. Et est speciale in eis. n.8. Et an hoc intelligatur solum de veteribus, vel de omnibus. n.11. Et tam in prædijs rusticis, quàm vrbanis. n.31. & quid in conductoribus communitatum, & rerum publicarum, aut Ecclesiæ. n.42. & 43.*

4 *Ius relocationis magis precibus impetrandum est, quàm iure communi concedatur. & n.5.*

13 *Domini non debent subijci oneri perpetuo locationis, & in hoc est prouidendum per iudices.*

12 *Conductores fiscales aliquando detinentur inuiti, & in hoc grauati debent subleuari in alio, vt præferantur nouis conductoribus.*

14 *Locator non potest cogere conductorem, vt persistat in locatione.*

15 *Conductores fisci, quamuis conducant ad modicum tempus habent ius in re, secus in conductoribus priuati, qui debent habere locationem ad longum tempus, vt d. ius acquirãt. & n.16. & quid in colonis municipij, vel Reipublicæ. n.19.*

17 *Emptor, & singularis successor non potest expellere conductores fiscales.*

18 *Conductores temporales priuatorum dicuntur impropriè possessores, secus si sint perpetui.*

20 *Conducens à fisco, vel Republica etiã ad modicũ tempus inserendo arbores in re conducta efficitur verus dominus, & poterit illas transferre, nisi locator protestatus fuerit, quod nullum dominium illi acquiratur.*

21 *Augmentum locationis non versatur solum in pretio, sed in faciliori solutione, & in loco, & persona magis idonea, & in alijs, quæ faciunt meliorem conditionem locantis.*

22 *Conductor primus etiam in prædijs fiscalibus non admittitur pro eodem pretio contra secundum, nisi ostenderit soluisse pensionem.*

23 *Antiquus conductor cogitur in locatione perseuerare, quando maximos fructus percepisset.*

24 *Scholares, & Magistri præferũtur in retentione domus conductæ contra secundũ conductorem.*

25 *Agnati, & alij de familia habent ius prælationis in emphyteusi finita generatione; & de ratione diuersitatis inter emphyteusim, & locationem quo ad d. prælationem. n.26. 27. & 28.*

29 *Consuetudo est seruanda, si præferat potius vnum, quàm alium in conductionibus.*

30 *Per statutum potest induci, quod sit per pactum. & n.39.*

32 *Conductor primus non præfertur in locatione, quamuis rem meliorasset.*

33 *Expensæ in disboscando an pertineant ad conductorem.*

34 *Coloni, qui reduxerunt fundos steriles ad culturam, an sint præferendi nouis.*

35 *Pactum an sit validum, vt nouus conductor non præferatur veteri, & quomodo illud intelligatur. n.37. 38. & 40.*

36 *Libera facultas alienandi, an conuentione tolli possit.*

41 *Causæ legitimæ quæ sint, vt potius debeat res locari, seu vendi vni, quàm alteri.*

44 *Conductor Ecclesiæ an habeat priuilegium, vt non possit expelli per emptorem, sicut conductor fisci. & n.45.*

CAPVT CCCLVII.

PRo nouo conductore Dixi concludendum esse, quod præferatur antiquo, quamuis volenti eandem oblationem facere, 1 † & idem pretium dare iuxta dispositionem *tex. in l. ne cui.* 32. *C. locat. Afflict. decis.* 238. *in fin. n.5. Io. Ign. & Mantua in l. dudum. C. de contrah. empt. Aluar. Valasc.*

Valasc. & ibi Rutger. Ruland. in thesaur. iur. emphyt.q.24.n.1. Calcan. consf.8.n.36. Mantua
2 *cons.48.in fin.vers.sed tamen prima. lib.1.*† vbi de veriori opinione testatur *Boer. decis.107. n. 3.Rot Genuens.per Chartar.decis.97.n.4.*Quidquid contrarium sequantur *Io.Andr. Host. & Goff.in c.1.locat.& Castr. cons.4. circa primum dubium.col.1.in fin.vers.praeterea si dictus.n.6.*
3 *lib.1.* † Cum contra eos sit magis recepta sententia, prout concludunt *Bart. Bald. Alber. & Salic.in d.l.ne cui. C. locat. Innoc.in c. 1. & ibi Cardin.n.4.q.3.in fin.eod.tit.* Cum etiam *Host. Goffr. Io.Andr. & Castr.* loquantur in terminis *l.congruit.C.de locat.prad. ciuil.lib.11.* quae continet casum specialem, vt statim infra dicetur *vers.sed hoc non obstabit. n.8.* Et est ratio, quia huiusmodi ius impetrandi relocationem nõ est tale, quod arctet necessario Dominum, qui solum ex gratia hoc concedit, si voluerit, non
4 quod sit imposita lex relocandi, † & sic magis precibus est impetrandum, quàm iure communi concedatur *Castr.cons.32. proprietarius. in*
5 *fin. vers.concludo ergo. lib. 1.* † Et ita etiam de vrbanitate, & gratia loquitur *Butr. in c. 1. n. 7. q. 2. & ibi Io. de Anan. in fin. & Imol. col. penult. in fin. locat. & conduct. Boer. decis. 107. n. 4.*

Verum est, quod conductores fiscales antiqui praeferuntur nouis, si velint suscipere augmenta ab
6 alijs proposita † *l.congruit. C.de locat.pradior. ciuil.lib.11. l.fin.C.eod.tit. Affl. decis.238.n.3. & in c.1.in verb.vectigal.n.116.qua sint regal. Peregr.de iur.fisc.lib.6.tit.5.n.5.fol.327. Alex. cons. 80. viso & opportune. col. 5.in fin. vers. quarto nam speciale. n. 10.lib. 1. Tiraq. de retract. lignag.glos.18.§.1.n.6.*

Ideo infertur per Doctores, quod si Gabellottus gabellae fiscalis sit paratus tantum dare pro fu-
7 turo anno, † quantum alius conductor, praeferendus est rationabiliter cuicunque *Luc. de Penn. in l.vltim. in fin.vers.si vero casus. C. de locat.pradior.ciuil.lib.11.Affl.de iur.protbomis. in rubr.in princ.n.2.*

Sed hoc non obstabit in casu nostro, cum tale ius praelationis concedatur istis conductoribus re-
8 rum fiscalium † ex speciali fauore, qui cessat in alijs, itaut in contrarium sit ius commune *Alex.cons.80.n.10.in fin.lib.1.per tex.in l.dudum. C.de contrahen.empt.l.ne cui. 32. C.locat.*
9 Vnde † quidquid sit in praedictis, certe in alijs erit in arbitrio Domini admittere quẽ voluerit *Affl.de iur.protbomis.in rubr.n.2.in fin.vers sed quid si tantundem. Luc. de Penn.in l. congruit. 14.post princ. C. de location.pradior.ciuil. lib.11.*
10 vbi subdit † hoc esse ad euitandã reuolutionem, & machinationem, ne Domini subijciãtur oneri perpetuo locationis *§.neque illud. auth. de non alienand.* Immo ex dispositione *d. l. congruit.* praeferuntur tantum veteres possessores fundo-
11 rum publicorum, † Vnde non ita deberent praeferri possessores non veteres, quasi non mereantur eundem fauorem, vt in specie concludit *Rutger. Ruland. in thesaur. iur. emphyteot. q.24.n.2. vers. & sic est restringendus. in fin.*

Quod tamen non videtur tutum, cum adsit ratio in vtroque, quod tam vnus, quàm alius habet ius in re, ex quo datur praelatio, vt dicetur infra *vers.quibus adde.n.15.*

Ratio autem specialitatis est, quia tales condu-
12 ctores fiscales aliquando detinentur inuiti † *l. cotem ferro. §. vlt. ff.de publican.* Vnde non mirum, si in vno grauatus in alio subleuetur, prout
13 hanc rationem diuersitatis considerat † *Cyn. in l.ne cui.32.n.3.in princ.& ibi Bald. n.2. in fin. Salic.n.2.C.locat.Vinc.de Franch. decis.406.n. 7.& per tot. Martin. Laudens. de fisco. q. 148. tom.12.fol.4. Boer. decis.107. n.1. ad med. vers. contrarium.Gomes. var. resolut.tom.2.c.3. de locat.& conduct.n.5. ad med.*

Haec autem cessant in casu nostro, quia primus conductor non posset cogi persistere in condu-
14 ctione † *l.inuitus. C. locat.* Ergo eodem modo non erit cogendus Dominus ad relocandum ratione aequalitatis seruandae, prout in proposito notat *Franc. decis.406. n.6.* sequitur *Fab. Ann.cons.77. n.4.*

Quibus adde, quod isti conductores fisci, quamuis conducant ad modicum tempus, habent ius in
15 re, † quod non est in alijs conducentibus à priuatis, quibus nullum ius in re conducta acquiritur, nisi in locationibus ad longum tempus *Bart.in l.1.n.1.ff.de loco public. fruend. & in l. 1. § quod autem ait.n.6.ff.de superfic.* vbi, quod ista opinio est verior, quidquid ibi *Glos.* con-
16 trarium sequatur, † quod etiam voluit *Idem Bart.in l.emptorem.n.5. C.locat. Bald.in l.1. in princ.C.de iur.emphyt. Menoch.de retin.poss.remed.4.n.35.q.7.Doct.in l.1.in fin.ff.si ag.vectig. vel emph.pet.Afin.de execut.c.39.§.7.n.7.f.176.* cum alijs late per *Rutger. Ruland. in thesaur. iur.emphyteot.q.29. n.28. ad med.* Quare non mirum, si praelatio est concedenda conductoribus fiscalibus tanquam habentibus ius in re,
17 quae denegatur alijs priuatis, † Prout etiam ratione istius iuris emptor, & singularis successor non expellit conductores fiscales, quamuis alius possit expellere *Bart.in d.§.quod autem ait.n.5.Afin.d.c.39.n.8.per tex.in l.fin.ff.de iur.*
18 *fisc.Menoch.d.remed.4.n.37.* † Adeo vt isti conductores temporales priuatarum personarum dicantur improprie possessores, sunt enim potius detentores, & possident pro Domino, non sibi, quidquid secus sit in perpetuis conductoribus *Io.de Plat.in l.congruit.in fin. C.de locat.*
19 *pradior. ciuil. lib. 11.* † Quae procedunt non solum in colonis fisci, vt dictum est, sed etiam in colonis municipij, & Reipublicae, quamuis ad modicum tempus conduxerint, efficiuntur enim vtiles Domini, & eis competit vtilis actio in rem *Bart. in l. 1. de loc. public. fruend.* cum alijs per *Euerard. loc. argum. 19. à feud.*
20 *ad emphyt.n. 32. & 33.* Vbi † ex hoc infert, quod conducens à fisco, vel Republica etiam ad modicum tempus plantando, vel inserendo arbores in re conducta efficitur earum dominus, & eas poterit putare, & transferre, ex quo tempore plantationis fuit vtilis dominus, & imputet sibi verus Dominus rei,

qui rem

qui rem suam sic locando sibi non prospexit, vnde datur cautela, vt adijciatur pactum per locatorem, quod non intendit, vt conductori aliquod dominium etiam vtile in re conducta acquiratur *Bald. in c.1.vers.extra quaero quid de locationibus.qui foeud.dar.poss. & in l.si domus.§.fin.vbi Imol.& Alex ff.de legat.1.Bald. & Florian.in l.codicillis.§.instituto.ff. de leg.2.* & singulariter notandum, quia de facto occurrit, dicit *Euerard.loco argument.29.à foeud. ad emphyt. n.53.*

Adde, quia eramus in nouo conductore magis idoneo, quam antiquus tam facultatibus, quam 21 omnibus alijs, † quae possunt facere meliorem conditionem locantis, itaut ex hoc capite possit considerari augmentum locationis, quod non versatur solum in pretio, sed in faciliori, & maturiori eius solutione, in loco magis opportuno, in persona magis idonea, in leuioribus conditionibus ad fauorem locantis, & in omni eo, quod potest facere meliorem ipsius conditionem, & similibus, de quibus per *Luc. de Penn.in l.congruit.in fin.C.de locat.praedior. ciuil.lib.11.per tex.in l.vbi.§.fin.cum l.seq. C.eod.tit.* Cum etiam praesupponatur in facto veterem conductorem fuisse semper morosum in solutionibus pensionum pro tempore faciendis, propter eius inopiam, itaut sit dubitandum etiam quo ad futuram locationem, si in 22 ea esset praeferendus; † Cum neque in praedijs fiscalibus conductor primus admittatur pro eodem pretio contra secundum, nisi ostenderit se soluisse pensionem *Io. de Plat. in d.l.congruit. in princ. C. de locat. praedior. ciuil. lib. 11. per tex. in l.citatio. §. reliquatore.ff. de publican. & vectigal.*

Alia, quae obijciuntur non faciunt, quia sunt casus speciales, prout est, quando antiquus condu-23 ctor ante † maximos fructus percepisset, propter quos res tanti locari non posset, tunc enim cogeretur in locatione antiqua perseuerare *Io. de Plat.in l.vlt col.2.in princ.C.de locat. praedior. ciuil. lib. 11.* † Prout etiam est 24 speciale in scholaribus, & magistris, qui praeferuntur in retentione domus conductae contra secundum conductorem, quamuis tales priuati non habeant ius in re *Idem Io.de Plat.in l.congruit. in princ. C. eod. tit. Innoc. in c. 1. in fin. de locat. & conduct. Mising. obseruat. 23. n. 3. centur. 4.* cum alijs de quibus late *Marc. Mant. conf. 48. n. 3. lib. 1.*

Nec facit simile de emphyteusi, in qua habent 25 ius praelationis agnati, & alij de familia † finita generatione *Bart.in l.1.§.permittitur.ff.de aqu. quotid.aestiu.& in l.1.in fi.de priuileg.cre-26 dit.*cum alijs per *Franc.decis.237.p.1.* † Prout hanc aequiparationem emphyteusis cum locatione facit *Luc.de Penn.in l.congruit.C. de locat.praedior.ciuil.lib.11.Affl.decis.238.*

Quia communis opinio est in contrarium, cum 27 adsit diuersa ratio in emphyteusi, † in qua propter vtile dominium, & ius in re praeferuntur agnati, quod non est in locationibus ad modicum tempus, & priuatorum, in quibus tale ius non consideratur *Alex.conf.80.in fin.lib.1.Roman.conf.22.Bald.& alij.in l.ne cui.C.locat.* Et de veriori opinione testatur *Io. Francisc. de Pont.conf.22.n.15.Fab.Ann.conf.77.n.6 Rip.in l.1.n.7.ff.de priuileg.creditor.Ruin.conf.168.n. 24.lib.1.Franc.decis.406.col.fin.* Non enim est 28 aequa ratio conductoris ad emphyteutā, † qui fortius ius habet, & ad pristinum dominium facilius debet redire impellentibus meritis, & melioramentis *Rutger.Ruland in thesaur. iur. emphyteot.q.24.n.1.in fin. Tiraq. de retract. lignag.in praefation.n.1.* Et decisionem *Affl.*in contrarium supra adductam loqui in terminis 29 consuetudinis dicit † *Io. Francisc. de Pont. d. conf.22.n.14.* cum in plerisque locis adsit statutum, seu consuetudo, quae circa huiusmodi praelationes erit seruanda *Boer.decis. 107.n. 4. Misinger.obseruat.23.centur.4. n. 4.* Cum per statutum, seu consuetudinem possit induci, 30 quod potest fieri per pactum *Bart. & Bald. in l.vlt.C.de fideiussor.*

Neque est facienda differentia inter praedia rustica, seu vrbana, prout facit *Rot.Genuens. per 31 Carthar.decis.97.in fin.n.7.* Quia in vtrisq. † nouus conductor praefertur secundum veriorem opinionem, de qua per *Io.Francisc.Pont.d.conf. 23.in fin.*late *Fab.Ann.conf.77.n.11.* cum omnia iura loquantur tam in colono, quam in inquilino *Poller.in constit.regn.sicut accepimus. 32 n.37.* † Immo neque primus conductor esset praeferendus in locatione, quamuis rem meliorasset *Valasc. de emph.q. 21. Fab. Ann.d.conf. 77.n.29.* vbi ampliat etiam si essent factae ex-33 pensae in disboscando † cum illae pertineant ad conductorem *Cast.conf.270.n.3. lib. 2. Neguf. de pignor.p.5.m.4. n.11.* cum distinctione de-34 qua per *Valasc.de emphyteus.q.25.n.15.* † Quādo autem coloni fundos steriles reduxissent ad culturam essent praeferendi nouis colonis iuxta declarationes, de quibus late *Honded. conf.85.n.42.lib.1.Bursat.conf.330.n.136.lib.3.*

Immo adeo erit permissa locatio nouo conductori, excluso vetere, vt etiam neque pacto ex-35 presso quis impediatur hoc facere, † quamuis enim respectu interesse, vel poenae committeretur stipulatio, tamen ius commune ita concedit liberam alienandi facultatem, vt neque obstaret d. expressa conuentio, quae inhiberet 36 illius translationem † *l.nemo.ff.de pact. l. si creditor.§.fin.ff.de distract.pignor.l.ea lege.de cond. ob caus.l.vlt.de pact.int. empt. & vendit. l. qui roma.§.cobaredes.de verb. oblig.* prout per d. iura hoc notat *Oldrad.conf.159.ex praesenti. 37 col.2.post princ.vers.Immo adeo libera.n.8.* † Et in proposito ad locationem de qua agimus applicat *Marc.Mant. conf. 48. vnum in praesenti. n.1.in fin.lib.1.* Quamuis hoc de pacto quo ad veterem conductorē non fit tutum, cum valeret conuentio, quod non liceret Domino alij locare, quādiu ipse primus conductor vellet ha-38 bere rem sibi locatam, † & tantum dare, quantum alius, prout huiusmodi conuētionē excipit

tex.in *l.ne cui.31. vers. nisi forte. & ibi Glos. in verb.pacta.* C.*locat.* cũ alijs per *Boer.decis.107. n.3.ad fin.vers.item fallit.* Quasi hoc possit fieri per consuetudinem, seu statutum, † vnde etiam per pactum, in quibus datur æquiparatio tam affirmatiue, quam negatiue *l. fin.* C. *de reb.alien. non alienand. Glos. in rubr. C. de decret.decurion.lib.10. Euerard. loc. argument. 119.de pacto ad legem.n.1.& 10.* † Maxime in rebus emphyteoticis, & fœudalibus propter ius reale, quod sic pacta præcise tuetur, vt non valeat, quod fit contra pactum *Bald.in d.l.ne cui.in fin.C.locat.*

[39] [40]

Quando tamen adesset legitima causa locandi potius veteri conductori, quam nouo, † primus esset præferendus, & quis cogeretur potius ei, quam alteri locare, prout dicimus in emptione, venditione, & similibus contractibus, vt propter præstationis publicæ conseruationem siue publicam vtilitatem, aut gratia impietatis euitandæ, vel etiam libertatis naturalis, & in quamplurimis casibus, de quibus per *Doct. in l. 1. & 2.* C. *quæ res vend. non poss. & in l.1.& 2.C.de eunuch. Marc.Mant. cons.48.n.3.lib.1.Bald.in l.1.C.de commun.seru. manum.l.decernimus. C. de episc.& cleric. l. 1. C.de stud. liber.vrb.rom.l.1.C.de vend.rer.fiscal.lib.10.Marsil.sing.448.c.1.de locat.& conduct.l.nec emere.C.de iur.deliber.l.1.& 2.C.de patrib.qui fil.distrax.*

[41]

In conductore autem Ecclesiæ an idem sit, quod in conductore fisci † *Franc. decis.46.n. 7.* concludit negatiue, sed videtur æquius esse, vt dispositio *l.congruit.C.de locat.prædior. ciuil.lib. 10.* habeat locum in rebus ecclesiæ, cuius administratores semper debent habere præ oculis æquitatem, maxime cum illa non patiatur aliquod damnum ex eo, quod primus conductor præferatur secundo pro eodem pretio, vt tenent *Rebuff. Barbos.& alij*, de quibus *Cen. ill. q.756.n.67.* Vbi etiam *n. 62. vsque ad n. 80.* multa adducit † an idem sit in conductoribus communitatum, & rerum publicarum, & an conductor Ecclesiæ habeat priuilegium, vt non possit expelli per emptorem, † prout conductor rerum fiscalium, & Reipublicæ iuxta *l.fin. ff.de iur.fisc.* de qua quæstione † *Doctor. in l. si filiusfamilias.§.si vir.in quinquennium.ff.solut. matrim.vbi Barbos.n.13.*cum alijs per *Caldas. de renouat.emphyt.q.15.n.34. Gama decis.297. n.2. Valasc.de iur.emphyt.q.29.& consult. 40. Duen.reg.241.limit.8.Pinellin l.1.p.3.n.68. C. de bon. matern.*

[42] [43] [44] [45]

EPITOME.

Ecclesiæ construendæ, & Collegio, seu hospitali futuro, quando possit hæreditas relinqui, & aliquid legari. ¶ Et fructus medij temporis ad quem pertineant. ¶ Et quid in hoc operetur dilatio facta per Episcopum hæredi ad d. Ecclesiam ædificandam. ¶ Et in quo æquiparentur Monasterium futurum, & posthumus circa acquisitionem huiusmodi legatorum. ¶ Et an illa sint conditionalia, vel pura. ¶ Ciuitas, & quilibet de populo an possit petere, quod relinquitur ad construendam Ecclesiam, vel illam reparandam. ¶ Prædium relictum alicui post decem annos, vel cum pubes erit an illi sit debitum cum fructibus à die facti legati. ¶ Vnio beneficiorum an valeat seminario futuro. ¶ Et quid in similibus dispositionibus factis futuris locis an sint validæ. ¶ Restitutio in integrum an competat monasterio ædificando aduersus negligentiam prosequendæ appellationis. ¶ Casus impediens constructionem Ecclesiæ absque culpa hæredis cui præiudicet circa acquisitionem fructuum medij temporis. ¶ Monitio quando requiratur, vt hæres adimpleat præceptum testatoris. ¶ Donatio an valeat Ecclesiæ ædificandæ. ¶ Posita in templo ad eius ornatum an illi acquirantur, quamuis nemo recipiat. ¶ Allegationes partium in textu per Iurisconsultos narratæ quo casu faciant ius, & liceat ab eis arguere. ¶ Statua posita in municipio an possit inde remoueri. ¶ Mora an contrahatur sine interpellatione in relictis ad pias causas.

SVMMARIVM.

1 *Institutio, & legatum potest fieri ecclesiæ construendæ tanquam posthumo alieno.*
2 *Restitutio in integrum competit monasterio ædificando aduersus negligentiam prosequendæ appellationis.*
3 *Partus conceptus gaudet priuilegio iam natorũ in concernentibus eius conseruationem.*
4 *Seruitus potest imponi ædificio futuro.*
5 *Vnio beneficiorum potest fieri seminario futuro.*
6 *Dispositiones futuris locis quando valeant.*
7 *Legatum posthumo futuro est validum.*
8 *Monasterium futurum, & posthumus æquiparantur quo ad legata eis relicta, vt valeant.*
9 *Posthumus potest non nasci, quamuis ecclesia construenda non possit non fieri.*
10 *Legata, quæ fiunt ad constructionem Ecclesiæ, non sunt caduca, quamuis locus non fuerit ædificio designatus.*
11 *Bona relicta Ecclesiæ ædificandæ, si per aliquẽ detineantur, possunt auocari à quolibet possessore per executorem fideicommissarium.*
12 *Ciuitas potest petere relictum quod pertinet ad ciuitatem.*
13 *Syndicus ciuitatis poterit petere quod relinquitur ad construendã ecclesiam, vel illã reparãdam. Et quilibet de populo admittitur. & n.14.*
15 *Legata monasterio cõstruẽdo debent illi tradi sine aliqua diminutione cum assignatione fructuũ medij temporis. n.19. Et de ratione. n.16.*
17 *Prædium relictum alicui post decem annos, vel cum pubes erit, quando illi debeatur cum fructibus à die facti legati.*
18 *Temporis natura est operari in fauorem eius, in cuius gratiam adijcitur.*

Dilatio

20 *Dilatio facta hæredi obligato ad construendum monasterium non prodest ei, vt faciat fructus suos quoad legata eidem monasterio construendo relicta.*

21 *Casus eueniens absque culpa hæredis, per quem impediatur constructio ecclesiæ, non operatur præiudicium, vt Ecclesia non acquirat fructus medij temporis.*

22 *Prorogatio concessa hæredi ad Ecclesiam ædificandam excusat eum à pœna, non vt debeat sibi cedere in lucrum percipiendum cum alterius iactura.*

23 *Mora contrahitur sine interpellatione in relictis ad pias causas.*

24 *Episcopus accipit pro Ecclesia futura legataria, quamuis alius non adsit, qui pro ea recipiat. Idem in relicto ad redemptionem captiuorum, licet nullus captiuus existat. n. 25.*

26 *Legatum pro Ecclesia construenda non est conditionale, sed purum.*

27 *Hæres post lapsum anni est in mora non adimplens præceptum testatoris. Et an requiratur bina monitio. Et cui fructus applicentur propter eius negligentiam. n. 28. & 29.*

30 *Donatio an valeat pro Ecclesia construenda. n. 31. & 40.*

31 *Præsentia partis requiritur in donatione, secus in legato. n. 32.*

33 *Incertitudo personæ non obstat, quando ex euentu potest certificari.*

35 *Donatio eius, quod ponitur in templo ad illius ornatum valet etiam nemine recipiente.*

36 *Statua posita in municipio an possit postea per ponentem remoueri.*

37 *Allegationes partium in textu per iurisconsultum narratæ non faciunt aliquod ius, neque ab eis licet arguere. & n. 38. Declara vt n. 39.*

CAPVT CCCLVIII.

Collegio futuro, & hospitali, vel Ecclesiæ
construendæ potest legari, & hæreditas re-
1 linqui † tanquam posthumo alieno *l. seruos. 17.*
vbi Bart. n. 4. ff. de alim. & cibar. legat. l. seruos.
35. de liber. caus. Ang. cons. 129. bona dicti testa-
toris. in prin. & cons. 125. paucius massinoli. n. 1.
vers. super quo quidem puncto. Bald. cons. 319.
præmittendum. in princ. lib. 5. Cardin. cons. 1. ad
fin. vers. secundo quia. n. 1. Abb. in c. nos quidem.
3. in 1. notab. n. 2. de testam. & ibi Imol. col. pen. in
princ. vers. iuxta prædicta quæri potest. n. 24.
Anan. n. 2. in princ. Roman. cons. 200. quia valo-
rinus. post princ. vers. aut ad vtilitatem. ante n. 1.
2 Prout etiam monasterio † ædificando competit
restitutio in integrum aduersus negligentiam
prosequendæ appellationis *Bisignet. decis. vnic.*
de testam. Silu. de benefic. p. 3. q. 6. col. 2. vers. quin-
3 *to pro ista parte. n. 7.* † Exemplo partus conce-
pti, qui gaudet priuilegio iam natorum in his,
quę concernunt eius pręseruationem, vt produ-
catur in esse *l. pragnantis. de pœnis. l. si quis in*
4 *vtero. ff. de stat. homin.* † Sicut etiam ædificio
futuro potest seruitus imponi *l. si seruitus. §. fu-*
5 *turo. ff. de seruit. vrb. prædior.* † Quemadmodum
etiam futuro Seminario potest fieri vnio benefi-
ciorum, cessante tamen fraude, vt late per *Gon-*
6 *zal. ad reg. 8. cancellar. n. 76.* † vbi *n. 68. vsque*
ad n. 100. multos casus ponit, quando valeant
huiusmodi dispositiones futuris locis.

Et facit simile de eo, quod relinquitur posthumo
7 nascituro, quod valet † *l. penult. ff. de legat. 1. §.*
posthumus. instit. eod. tit. l. gallus. §. ille casus. de
liber. & posthum. instit. de bonor. possess. in princ.
Vnde etiam monasterio futuro poterit relinqui,
8 prout † talem æquiparationem in specie facit
Bart. in l. seruos. 17. in fin. ff. de alim. & cibar. le-
gat. lo. de Anan. in c. nos quidem. 3. n. 2. in princ.
9 *Imol. col. penult. in princ. n. 24. de testam.* † Cum
illa tamen differentia, quia posthumus potest
non nasci, quamuis ecclesia, seu hospitale
non possit, non fieri, necessario enim est facien-
dum *Bald. cons. 319. alias 320. præmittendum*
10 *est. in princ. vers. hæc enim institutio. n. 1.* † Cum
etiam ista legata, quæ fiunt ad constructionem
Ecclesiæ non efficiantur caduca, quamuis locus
non fuerit ædificio designatus *Glos. in c. tua nos.*
3. in verb. in loco. vbi Couar. in fin. n. 12. de te-
stam. Bart. in l. pater. §. tusculanus. ff. de legat. 3.
& in l. si cui. 14. in fin. de annuis legat. Rip. in
l. ita stipulatus. n. 19. vers. secundo fallit. & ibi
Ias. Alex. & alij. ff. de verb. obligat.

Et stante validitate legati facti hospitali ædifican-
do, si huismodi bona illi relicta per aliquem
11 detinentur, poterunt † auocari per executorem
fideicommissarium, intentatis actionibus com-
petentibus, à quolibet possessore tam coram
Episcopo, quàm coram iudice seculari, si pos-
sessores sunt laici *Ang. cons. 129. bona dicti te-*
statoris. ad fin. per l. si quis ad declinandum.
& l. nulli. in princ. C. de episcop. & cleric. l. si quis
sepulchrum. §. funeris. de relig. & sumpt. funer.
cum alijs per *Speculat. de instrum. edit. §. nunc*
vero aliqua. n. 60. & notat *Idem Ang. cons.*
135. paucius. post med. vers. quod autem re-
medium.

Vnde etiam quemadmodum ciuitas potest pete-
12 re relictum, quod pertinet ad ciuitatem † *l. ci-*
uitatibus. 125. de legat. 2. Ita etiam id, quod re-
linquitur ad construendam Ecclesiam, vel ad
fulciendam eam, seu ad ornandam iam con-
13 structam † poterit peti per Syndicum ciuita-
tis, quia ad publicam vtilitatem pertinet, cum
etiam hoc possit fieri officio iudicis secularis,
ne dum Episcopi *l. hæreditas. ff. de petit. hære-*
dit. l. quintus. in fin. de ann. legat. l. si quis
ædificare. auth. de ecclesiast. tit. Bart. in d. l. ci-
14 *uitatibus. 125. n. 2. & 5.* † vbi etiam, quod qui-
libet de populo admittetur *§. si autem. auth. de*
ecclesiast. tit.

Amplius legata, quæ relinquuntur monasterio,
seu loco construendo debent tradi sine aliqua
15 diminutione, † Itaut etiam fructus medij tem-
poris sint illi assignandi; Dies enim in hoc ca-
su non apponitur fauore hæredis, sed monaste-
rij, nam si illud fuisset constructum tempore
testamenti, testator reliquisset de præsenti,

16 non in diem, † quidquid aliud sit, quando tempus esset appositum ad commodum hæredis, tunc enim fructus medij temporis non deberentur legatario secundum distinctionem, quam ponit *tex. in l. si ita relictum. 44. §. pegasus. ff. de*

17 *legat. 2.* † Vbi, si relinquitur prædium alicui post decem annos, vel cum pubes erit, debetur legatum cum fructibus medij temporis, quando tempus fuit appositum gratia hæredis, secus si gratia legatarij, prout secundum istam distinctionem etiam intelligitur *l. in fideicommissariam. ad trebellian. l. cum qui. alias incip. iabolenus. de annuis legat. l. in fideicommissi. §. pollidius. de vsur. l. cum pater. 79. §. curatoris. vbi Glos. in verb. quamquam igitur. ff. de le-*

18 *gat. 2.* † Cum natura temporis sit operari in fauorem eius, in cuius gratiam adijcitur *Bald. & Florian. in d. l. si ita relictum. §. pegasus. ff. de legat. 2.* Et ita in specie per illum tex. de mona-

19 sterio † concludit *Abb. in c. nos quidem. 3. col. 2. post med. n. 7. de testam. & ibi Cardin col. vlt. in princ. q. 8. Imol. col. 3. in fin. n. 16. Barbat. ad Bart. in d. §. pegasus. in princ.* qui omnes dicunt esse casum notandum, & ita consuluisse *Bart. & Francisc. de Albergott. de Aretio*, prout vere consuluerunt *Bart.* inquam *cons. 58. quidam sir martinus. lib. 2. & Francisc. de Albergot. inter cons. eiusd. Bar. cons. 59. lib. 2.* quod etiam sequuntur *Nicol. Lap de Florent. & Io. Calderin. inter cons. Bart. 60. & 61. lib. 2.* & voluit quoque *Bald. cons. 320. alias 318. præmittendum. ad med. vers. æquiparatur igitur episcopus curatori. lib. 5.*

Immo, quamuis dilatio fuisset data per Episcopum, etiam ipsimet hæredi ad construendum

20 monasterium, † tamen illa non debet ei prodesse, vt faciat fructus suos quo ad huiusmodi legata eidem monasterio construendo relicta, cum talis dilatio intelligatur circa ædificium, non circa commoditates medij temporis, quæ sunt per hæredem dandæ Ecclesiæ postea constructæ, cui non censetur præiudicatum *Bart.*

21 *cons. 58. in fin. lib. 2.* † Cum etiam omnis casus eueniens absque culpa hæredis, per quem impediatur constructio monasterij, non possit illi præiudicare, vt fructus medij temporis ei non sint debiti *l. cum fillanianum. 10. C. de his quib. vt indign. l. cum vero. §. idem imperator. ff. de fi-*

22 *deicommissar. libertat.* † ista enim prorogatio, quamuis excuset hæredem à pœna, tamen non debet sibi cedere in lucrum percipiendum cum alterius iactura *l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. public. l. fin. C. de his qui bon. ceder. poss. l. quoties. C. de precib. imper. offer.*

Adde, quod in istis relictis ad pias causas re ipsa absque aliqua interpellatione contrahitur mo-

23 ra † per hæredem non implentem *l. cum vero. 26. §. apparet. & §. idem imperator. ff. de fideicommiss. libertat. Tiraq. priuileg. pia caus. 141.*

Prout etiam quamuis non adesset monasterium,

24 aut aliquis alius, qui pro eo recipiat; † tamen debet accipere Episcopus pro his, qui futuri sunt legatarij *l. si quis ad declinandum. C. de episcop. & cleric.* Vnde non erit considerandum quod non existat certa, & determinata persona

25 legatarij; † Sicut diximus in relicto ad redemptionem captiuorum, licet enim nullus adsit captiuus, percipit Episcopus pro futuris captiuis tanquam persona repræsentans legatarium *Bart. d. cons. 58. cum seq. lib. 2.*

Neque hoc casu vlla consideratur conditio, cum

26 immo legatum sit purum, † inspecta intentione testatoris fauore Ecclesiæ; Nam monasterium de necessitate debet construi, & per Episcopum licentia concedi, itaut adita hæreditate debeat censeri constructum, & commoditates medij temporis illi erunt applicandæ, vt declarat *Calderin. inter cons. Bart. 61. in fin.*

Item hæres fuit in mora post lapsum anni *§. si quis*

27 *hæreditatem auth. de ecclesiast. titul.* † Ergo fructus sunt dandi à die mortis defuncti *§. sin autem legatum ad pias causas. auth. de ecclesiast. titul.* itaut ex hoc etiam quod fructus spectarent ad hæredem, & alia omnia ad ipsum pertinentia occasione d. legati, debeant sine aliqua diminutione per Episcopum assignari

28 ipsi monasterio, † quasi propter negligentiam videatur, quod hæres perdat illa, quæ debebat habere ex testamento, & quod debeant applicari piæ causæ, circa quam est commissa negligentia, & sic ipsi monasterio in casu proposito *§. si autem qui hoc facere. auth. de ecclesiast.*

29 *titul.* † Vbi licet videatur requiri bina monitio, tamen illud procedit, quando ageretur de priuando ante lapsum anni per negligentiam; sed vbi interuenit lapsus anni sufficere debet ipsa vnica monitio, vt declarat *Imol. in c. nos quidem. 3. col. 3. in fin. vers. alius intellectus n. 16. de testam.*

Neque obstabit, quod non possit legari hospitali futuro tanquam legatum sit donatio *l. legatum.*

30 *de legat. 3.* † quæ donatio non valet pro ecclesia construenda *c. abbate sane. vers. nec pro eo quod voluit. de re iudic. in 6.* Quia in donatione hoc est, cum requirat partis præsentiam veram, vel

31 fictam † *l. inter mortis. de donat. caus. mort. l. absentis. de donat. c. si tibi absenti. de præbend. in 6.* quæ præsentia in legato non requiritur, quasi

32 non intersit cum quo testator loquatur † *l. cum pater. 79. §. donationis. de legat. 2.* Itaut neque obstet incertitudo personæ, dummodo ex euen-

33 tu possit certificari † *l. quidam. de reb. dub.* & ita respondet in specie *Bart. in l. seruos 17. n. 4. ff. de alim. & cibar. legat.* quem sequitur *Imol. in c. nos quidem. n. 24. & ibi Anan. n. 2. Abb. in 1. notab. de testam.*

Præterea verior est opinio, quod valeat donatio ad fauorem absentis, quando fit ad piam cau-

34 sam, † prout si fieret pro monasterio construendo, quasi tunc fiat promissio Deo, qui pro loco pio est præsens, & acceptat *Glos. in c. quoties cordis in verb. per te. in fin. 1. q. 7. c. iuramenti. 22. q. 5. Castr. in l. decernimus. in fin. n. 3. C. de sacros. eccles. Bald. cons. 86. circa prædicta videtur dicendum. lib. 5. & in l. cum hi. in vlt. lectur. col. 2. de transaction.* latè *Tiraq. priuileg. pia causa.*

causa. 115. *in princ.* Et quamuis per eum allegentur alij, qui contrarium tenent, Tamen prima opinio est verior *Corn. cons.* 215. *col. penult. post princ. vers. & posset attentari. n.* 6. *lib.* 2. *Felin. in probem. decretal. in verb. gregorius. col.* 2. *post med. vers. & ex isto remedio. n.* 25. *cum alijs per Gonzal. ad reg.* 8. *cancellar. glos.* 5. §. 7. *n.* 101.
35 *cum seq.* † Prout dicimus etiam de eo, qui ponit aliquid in templo ad illius ornatum, valet enim talis donatio etiam nemine recipiente *Tiraq. d. priuil.* 115 *in fin. per l. paulus. vbi Socin. n.* 2. *de*
36 *exception.* † vbi etiam de statua posita in municipio, quam amplius ponens non potest remouere, sed exceptione repellitur cum distinctionibus, de quibus per *Glos. in l. is qui in puteum.* 11. §. *quæsitum. ff. quod vi aut clam.*

Et quamuis in *c. abbate. de re iudic. in* 6. videatur dici contrarium, dum præsupponitur nullitas donationis, quæ fit Monasterio construendo, Tamen illa non est decisio, seu responsio Papæ, sed tantum allegatio partis, cum ibi narrentur prius omnia, quæ litigantes hinc inde adduce-
37 bant, Allegationes autem † partium in textu narratæ non faciunt aliquod ius, cum verba iurisconsulti narrantis factum, seu allegationes non possint adduci pro lege, neque liceat arguere à verbis legis narrantibus factum *Ias. in l.* 1. *n.* 38. *ff. de offic. eius. Felin. in c.* 1. *n.* 18. *col.* 6. *ad med. de constitut. cum alijs per Tiraq. in l. si vnquam. in verb. libertis. n.* 37. *C. de reuocand. do-*
38 *nat.* † Et notat quoque *Glos. in d. c. abbate.* §. *non prodesset. in verb. iudicio. in fin. de re iudic. in* 6. & ibi etiam *Gemin. in fin.* Maxime, quia ibidem Summus Pontifex non narrat factum proprium,
39 neque sui prædecessoris, † neque super huiusmodi verbis narratiuis fundatur intentio legislatoris, neque sunt verba geminata, Istis enim concurrentibus staretur saltem præsumptiue d. verbis, prout etiam quando appareret, quod ex decisione iurisconsulti non remanet allegatio partis impugnata, tunc enim etiam illa posset allegari, vt per *Felin. in c.* 1. *n.* 18. *in fin. vers. & hinc solet dici. de constit. Mandos. ad Roman. cons.* 291. *in verb. non inducit. Curt. Iun. cons.* 125. *pulchra & subtilis. col.* 3. *ad fin. vers. & ideo quatenus.*
40 *n.* 6. † Et in specie, quod non obstet *d. c. abbate.* cum illa verba sint allegationes partis cõcludit *Bero cons.* 21. *n.* 9. *lib.* 2. *Gonzal. ad regul.* 8. *cancellar. glos.* 5. §. 7. *n.* 107. *post Card. Millin. in suo voto dato in causa Toletana donationis.* 17. *nouembris.* 1604. *coram R. P. D. Iusto.*

EPITOME.

PEr petitionem contra omnes debitores, siue contra vnum quando intelligatur facta diuisio debiti, vel electio. ¶ Et quid in hoc operetur protestatio creditoris. ¶ Et an illa debeat fieri in actu solutionis. ¶ Et an obstet clausula, quod vna via electa, altera tollatur, vel si esset renunciatum beneficio epistolæ Diui Adriani. ¶ Vel quando aliqui correi non essent soluendo. ¶ Recipiens fructus census vnius anni pro rata an sibi præiudicet quo ad futuras præstationes. ¶ Et facta diuisione fructuum an dicatur diuisa sors principalis. ¶ Et quid econtra an diuisis fructibus tanquam accessorijs censeatur etiam diuisum capitale. ¶ Administratores, tutores, & similes habentes mandatum cum libera an possint diuidere creditum agendo, seu recipiendo pro rata debitores tangente.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio debiti censetur facta per petitionem contra omnes debitores pro rata eos tangente. n.* 8. *&* 9. *Et quid si fiat petitio contra vnum pro d. portione. n.* 2.
3 *Diuisio debiti magis præsumitur stantibus geminatis petitionibus.*
4 *Exactio pecuniarum post latam sententiam debet intelligi, quod fuerit facta ex præambulo illius.*
5 *A primordio tituli posterior formatur euentus.*
6 *Recipiens plus, & minus quam sit portio pro virili non inducit diuisionem, nisi sit pro rata, seu persona ad quemlibet tangente.*
7 *Solutionem virilem simpliciter recipiens non tanquam partem spectantem ad soluentem, non præsumitur voluisse diuidere debitum.*
10 *Creditor agens contra vnum ex obligatis, & partem recipiens, dicitur eligere, non diuidere, neque requiritur discussio primi electi.*
11 *Administratores, tutores, & similes, etiam cum libera non possunt diuidere creditum, agendo pro rata. Quod magis est in minoribus. n.* 12.
13 *Diuisio facta per receptionem fructuum census vnius anni quãdo sit trahenda ad alios, & detur præscriptio ab exordio illius temporis. n.* 14.
15 *Sors principalis an dicatur diuisa, si fructus diuidantur. Et quid econtra si fuerit recepta pars census ab vno, an talis diuisio extendatur ad fructus. & n.* 16.
17 *Creditor protestans, quod per receptionem partis ad vnum tangentis non intendit creditum diuidere, sibi non præiudicat, dummodo talis protestatio fiat in actu solutionis. n.* 18. *&* 19.
20 *Diuisio debiti facta per receptionem portionis an intelligatur quando aliqui correi non sunt soluendo. n.* 21. 22. *&* 23.
24 *Diuisio debiti ad hoc vt censeatur facta, quæ requirantur relatiue. Et an obstet clausula, quod vna via electa altera tollatur, vel si esset renunciatum beneficio epistola Diui Adriani.*

CAPVT CCCLIX.

NOn esse dubitandum Dixi in casu, de quo agebamus, fuisse factam diuisionem debiti, cum fuerit porrecta petitio contra omnes debitores pro rata eos tangente, & pro virili,
1 seu eorum persona, quod idem significat, † Ita ut ex hoc colligatur mens clara creditoris volentis sibi obligatos condemnari solum in eorum portione, non insolidum, cum hoc casu nulla sit

la sit differentia inter petitionem, seu receptionem, quando omnes pro rata conueniuntur, quasi tunc creditor totum suum ius deduxerit in iudicio, & per consequens videatur illud voluisse diuidere, quidquid aliud sit, quando vnus tantum simpliciter conueniretur, tunc enim erit electio, non diuisio *Aret. in l. si ex toto. §. si ita scriptum. ad med. vers. de petitione non habemus. ff. de legat. 1. & ibi Socin. ad med. vers. prima conclusio. n. 5. Bald. ad fin. vers. & circa hoc distingue. Ias. ad fin. vers. secundum contrarium. n. 12. & 13. Idem Ias. in l. si creditores. in fin. vers. item aduerte.* C. *de pact. & ibi Alex. col. 2. post princ. vers. primo casu dic. n. 5. Ballapert. post princ. vers. dicunt quidam si diuidat. n. 1. Salic. oppos. 5. col. 2. post princ. vers. quaero igitur modo. n. 4. Bal. ad med. vers. sed hic quaritur quãdo dicatur eligere. n. 4. Azo. in fi. Cyn. in addit. in fi. vers. sed quaeris quando, & vers. diuisio praesumitur. Castr. col. vlt. n. 3. post med. vers. contra secundum & n. 4. vers. ex praedictis collige. Bald. in l. liberum. 16. in fi. vers. & attēde bene. n. 3. & ibi Azo. n. 1. Salic. ad med. n. 2. C. de fideiussor. Azo. in l. reos. 23. in fi. & ibi Bald. in princ. Salic. oppos. 5. n. 4. in fin.* C. *eod. tit. Bart. in l. ex duobus. la 2. q. 16. n. 12. vers. veritas est ff. de duob. reis. Affl. decis. 142. n. 3. & per tot. & ibi Vrsill. n. 2. Aret. cons. 33. in fin. n. 11. Rõcagall. in l. 3. vers. vtique. n. 21. de duob. reis.*

Immo etiam in petitione facta, & lite contestata contra vnum idem esset, † quando, prout in casu nostro, adsunt verba pro rata eos tangente, cum per illa, vel similia resultet clarum pactum diuisionis debiti, & exceptio non petendi nisi pro virili *Castr. in l. si ex toto. 8. §. si ita scriptum n. 3. ad fin. de legat. 1. & ibi Bald. ad fi. vers. aut non diuisit actionem suam in omnes. Idē Castr. in l. si creditores. 18. n. 3. & 4. C. de pact. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. tit. 5. lib. 15. n. 3. vers. vnde si creditor.*

Maxime, quia sumus in pluribus petitionibus geminatis factis tam in rescripto, † quam in positionibus, super quibus non solum fuit lis contestata, sed etiam lata sententia per partem acceptata, in qua declaratur omnes habentes interesse debere pro rata, & aequaliter contribuere, Itaut omnibus his concurrentibus magis comprobetur diuisio crediti *Surd. cons. 224. n. 13. vers. tertium pariter. lib. 2.*

Accedat quod post latam sententiam fuerunt exactae multae pecuniarum summae ab obligatis insolidum † pro virili, & rata cuiuslibet; Vnde dicendum est exactionem talem fuisse factam ex praeambulo d. sententiae *l. quae iam. mulier. de rei vendicat. l. 2. C. de acquir. possess. Aym. cons. 284. n. 6.* † cum à primordio tituli posterior formetur euentus *l. 1. ad fin. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10.*

Neque obstat *Alex. cons. 178. n. 12. lib. 7.* Quia loquitur quando quis recipit plus, vel minus, quam sit porcio pro virili, tunc enim non inducitur diuisio, cum debeat esse pro rata, seu persona quamlibet tangente *Glos. in l. inter reos. 32. §. fideiussor. in verb. soluit. ff. de fideiuss. Imol. in l. 2. col. vlt. post princ. vers. quibus dictis adde n. 4. ff. de duob. reis* Aliud est in casu nostro, in quo fuit facta petitio pro rata omnes tangente, & pro eorum persona, quae inducit diuisionem *Bald. in l. liberum. 16. in fin. n. 3. C. de fideiussor.*

Vlterius *Alex.* loquitur quando quis recipit solutionem virilem simpliciter, † non tamquam partem spectantem ad soluentem, seu pro persona soluentis, tunc enim non inducitur diuisio *Iacob. de Aren. in l. si ex toto. 8. §. si ita scriptum, ff. de legat. 1.* Diuersum est in casu nostro, in quo tam in rescripto, quam in libello, positionibus, & sententia declaratur quemlibet teneri pro parte, & rata sua, † Itaut ex istis non possit induci, nisi diuisio, quamuis etiam essemus in petitione *Azo. in l. reos. 23. in fin. & ibi Bald. in princ. Salic. opposit. 5. n. 4. C. de fideiussor. cum alijs supra allegatis.* † Quasi illa concurrens, & punctualis quantitas faciat praesumi talem liberationem; Ideo fit separatio ex praesumpta mente creditoris *Aldobrand. cons. 114. n. 49.*

Et ita etiam loquitur *Castr. cons. 391. non reperio iure cautum. lib. 1.* † vbi quod creditor licet agat contra vnum ex obligatis, & partem recipiat, poterit contra alium postea agere, neque requiritur discussio primi electi, cum per talem electionem non sibi praeiudicetur quo ad alios siue simus in prima istantia, siue in causa appellationis; Ista enim est electio non diuisio, ideo non praeiudicat *Aret. in l. si ex toto. §. si ita scriptum. ad med. vers. de petitione non habemus ff. de legat. 1. cum alijs in principio huius capitis adductis.*

Verum esset, quod respectu eorum, de quorum mãdato non constat, non esset in aliquo eis praeiudicatum, † quo ad huiusmodi diuisionem; cum administratores, tutores, & similes non possint creditum diuidere agendo pro rata, prout neque hoc concederetur procuratori cum libera, cum hoc esset donare, & perdere, quod talibus non permittitur *l. praeses. C. de transact. Roncagall. in l. 3. vers. vtique. n. 43. ff. de duob. reis. Petr. Stell. in l. si creditoris. n. 56. col. 7. ad med. vers. quinto intelligenda. C. de pact.* † vbi multo magis ampliat ad Minores, qui potestatem alienãdi non habent *l. pupillus. de acquir. rer. domin. Ias. in l. possessionem. ff. de acquir. possess.*

Sicuti etiam si esset facta diuisio per receptionem fructuum vnius anni, † non esset trahenda ad alios, Vnde si vnus ex debitoribus annui census, & redditus sit admissus ad solutionem pro rata, non tamen erit diuisa obligatio principalis, prout neque respectu sequentium annorum, nisi toties iterata sit, vt praescriptioni sufficiat, illa enim adiectio, quod quis pro sua persona soluat, intelligitur pro eo actu, non pro futuris, & quamuis sit omnium annorum obligatio, plures tamen sunt praestationes, † neque datur praescriptio ab exordio illius temporis, sed ab initio cuiuslibet anni, vel semestris, Itaut debeant esse tot praescriptiones, quot solutiones *Bald. in*

l. cum

l.cū notissimi.§.in ijs.& ibi Salic.in princ.C. de præscript.trig.vel quadrag.anno. Azo. in tract. de vsucapion.& præscription.rub.de præscr.30. vel 40. annorum.Surd.cons.102.n.8. Vnde merito præsumptio, quæ colligitur ex vna præstatione ad aliam sequentem non trahitur, neque erit facta diuisio, nisi pro tempore, quo fuit facta solutio, prout in specie census concludit *Alciat.l.si creditores. n. 15. C. de pact.* & late cõprobat & de cõmuni testatur *ibid.Petr.Stell. col.5.ad fin.n.41.ad med.vers.verumtamen non*
15 *est ab hac limitatione*, † vbi loquitur de sorte non diuisa, quamuis fructus diuidantur licet *n.48.* dubitet respectu sequentium annorum; sed non est dubitandum, cum opinio *Alciat.* sit verior etiam respectu temporis, vt in futurum non sit præiudicatum *ex superius adductis*.
16 Idem quoque erit si fuerit recepta pars sortis census ab vno, Nam talis diuisio nõ extendetur ad fructus, qui poterunt peti, cum per diuisionem principalis non censeatur diuisum accessorium, de quo tamen multa *Petr.Stell.in d. l.si creditoris.n.42.vsque ad n.48.C.de pact.*

Prædictis addendum est, quod in huiusmodi casibus, ne talis petitio partis, aut receptio præiu-
17 dicet, † creditor solet protestari, quod per similem receptionem non intendit sibi in residuo præiudicare, vt non possit à quocumque illud residuum petere, vt per *Bart.in d.l.si creditores.*
18 *in 2.lect.& ibi Ias.limit.4.C.de pact.* † Quod tamen erit intelligendum, quando protestatio fieret in actu solutionis, cũ alias postea non iuuaret, quasi tunc actus sit consummatus, post quẽ similes protestationes non admittuntur etiam in dependentibus ab animo *Glos.in l.in concubinatu.n.3.in verb.testatione.de concubin. Roma.cons.257.primo dici potest.in fi.Alex. in l.si*
19 *ita scriptũ.14.n.3.de leg.2.* † & in terminis ita declarat *Purpur. in l.si creditores. col. 4. post med.vers.& intellige.n.24.in fin.C.de pact.*

Ite adde, quod tunc inducitur in prædictis diui-
20 sio, quando alij correi sunt soluendo † pro eorum ratis & portionibus, cum alias etiam qui partem suam soluit, possit pro partibus aliorũ conueniri, Ratio enim quare inducitur diuisio est, quia lex præsumit voluntatem creditoris fuisse de faciẽdo pactum tacitum debitori dum recipit partem vnius correi, quod videtur esse modici præiudicij, cum ab alijs possit exigere, sed quando alij non sunt soluendo, non est verisimile, quod creditor voluerit in totum ius suum perdere, cum potius fatuitas quædam videretur *l.cum de indebito.de probat. Bald.in l.generaliter.oppos.4.C.de non numer.pecun.* & ita in specie concludit *Glos. in l.si creditores. C.de pact. Affl.decis.142.n.3.& ibi Vrsil. n. 2. in princ. vers. hic dicitur addere quintum.Ludouic.decis.Lucens.21.n.3.*

Quamuis ista opinio non sit tuta, Nam in hoc cõ-
21 sistit vtilitas huius diuisionis, † vt illa prosit alio non existente soluendo, prout in his terminis concludunt *Iac.de Aren. Bart.Bald.Castr. Salic.Alex.Claud.Aquens. et alij*, de quibus per *Purpur.in d.l.si creditoris.col.6.in prin.n.34.C.*
22 *de pact.* † Vbi *n.35.* dicit considerandum esse, an recipiens crederet correos esse soluendo, necne, quia si erraret, talis error consensum excluderet *l.si per errorem.ff.de iurisd.omn.iudic.* & ita etiam indistinctè nulla habita considera-
23 tione, quod alij sint soluendo † concludit *Petr. Stella in repetit.d.l.si creditoris.n.7. in 2. declarat.& n. 13. in sext. declarat. C. de pact.* & ibi *Curt.Iun.n.10.* testatur de communi; Qui etiã multas quæstiones & requisita ponunt ad hoc,
24 vt talis diuisio debiti censeatur facta. † Et an obstet clausula, quod vna via electa altera tollatur *Vrsil.ad Affl.decis. 142. n. 2.* Et quando esset renunciatum beneficio epistolæ D. Adriani *Pract.Papiens.in form.libell.contr.plur. reos debend.in verb.beneficio nouarum constitutionum. in fin.*

EPITOME.

TVtor & pupillus quando possint contrahere societatem tam expresse, quã tacite. ¶ Et quid si fuerit facta ad commodum ipsius tutoris. ¶ Vel non fuerint seruatæ solemnitates requisitæ per statutum in contractibus minorum. ¶ Vsura an dicatur quod ponens operam participet de lucro non de capitali. ¶ Impubes doli capax an possit carcerari, mulctari, & excommunicari. ¶ Et quando obligetur ex contractu tutoris, & societatibus officij pro eo factis personaliter, & cum obligatione camerali, & similibus clausulis. ¶ Pecuniæ quo casu dicantur versæ in vtilitatem pupilli. ¶ Et quando versio præsumatur sine alia probatione. ¶ Contractus gesti per tutorem, qui publice pro tali habebatur an sint validi. ¶ Et ex illis impubes obligetur. ¶ Et quid si ei fuisset datus adiunctus, sine quo tutor administrabat. ¶ Vel non fuisset factum inuentarium. ¶ In societate in qua vnus ponit operam, alter capitale an fiat communicatio capitalis, & illius dominium transferatur.

SVMMARIVM.

1 *Societas non potest contrahi per pupillum, quãuis de illius vtilitate tractaretur.n.2.Fallit in pupillo habente tutorem.n.3.*
4 *Tutor valide contrahit societatem pro pupillo tam expresse, quam tacite, & n.5.6.& 7.*
8 *In societate, in qua vnus ponit operam, alter capitale, an fiat communicatio capitalis, & illius dominium transferatur, & in dubio an intelligatur positus vsus rei, vel res.n.9.*
10 *Vsura an dicatur quod ponens operam participet in lucro, non in capitali.& n.11.*
12 *Societas facta per tutorem absque solemnitatibus requisitis per statutum in contractibus minorum est valida stante vtilitate pupilli. n. 13. & 15. Maxime si esset super quæstibus, & fructibus.n.14.& quid in pupillo infante.n.16.*
17 *Societas potest contrahi cum tutore pupilli tacite & ex-*

& expresse etiam ad commodum ipsius tutoris. Intellige.vt n.18.

19 *Pupillus obligatur ex contractu tutoris, et tenebitur ciuiliter, & naturaliter. Declara.vt n.20.*

21 *Pater & tutor an possint obligare personam pupilli. & n.22.*

23 *Tutor obligat pupillum etiam cum obligatione camerali, & cum omnibus clausulis solitis apponi in contractibus. n.28.*

24 *Pupillus doli capax potest carcerari. Contrarill. n.26 sed prima opinio est verior. n.27.*

25 *Impubes doli capax propter contumaciam mulctatur, & excommunicatur, licet habeat restitionem in integrum.*

29 *In societatibus officiorum potest pupillus per tutorem obligari, si pecunia in eius commodum fuerint versa. Idem in Ecclesia, & Ciuitate. n.30. & 31.*

32 *Pecunia dicuntur versa in vtilitatem pupilli, si fuerint accepta ad societatẽ officij pro secatione messium, itaut ex recollectione subsecuta versio præsumatur absque alia probatione.*

33 *Obligatio de pupillo facta per tutorẽ valet quãuis non fecisset inuentarium, & quando talia gesta sint valida, & tutor possit remoueri tamquam suspectus. n.34. Et an debeant esse negotia non recipientia dilationem. n.35.*

36 *Contractus gesti cum tutore, qui publice & palam administrabat, et pro tali reputabatur valent, & obligant pupillum. Maxime si celeritatem desiderabant. n. 37.*

38 *Obligatio tutoris, quando attendatur in praiudicium pupilli, & illum obliget si ei fuisset datus adiunctus sub conditione, quod praestaret cautionem, & quid si illi hoc non fuit intimatum, & ad eius notitiam non deuenit, & non apparet de scientia eorum, qui cum illo contraxerunt. n.39. & 40.*

CAPVT CCCLX.

1 PVpillus non potest contrahere societatem *Ang.cons.60.incip.morte dicti filij.n.2.* † cũ alijs per *Menoch.cons.12.n.11.lib.1.per tex. in l.titium & meuium. §.aliter. ff. de administrat. tutor. Bald.in l.si patruus.4.n.13.ad med.vers.si vero vnus negotiatur. C.commun.vtriusque iudic.* 2 † Quamuis tractaretur de vtilitate pupilli *Idem Bald.in l.cum oportet.in prin.col.3.in fin. n.9.vers.si autem vnus potest. C. de bon. quæ liber. Alex.cons.49.mature ponderatis.n.1. in fin. lib.1.Surd.cons.9.n.51.*

Prædicta tamen Dixi in casu mihi proposito non obstare, etenim eramus in pupillo habente tu-3 torem, † cum quo fuit talis societas contracta, quod facit, vt illa non possit iudicari inualida *l.vt in conductionibus.33.ad fin.ff.pro soc.Corn. cons.1.in fin.n.8.lib.1.Ias.in l.2.col.2.post princ. vers.deuenio nunc primum casum. C. qui testam.fac.poss.Cephal.con.483.n.16.lib.2. Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuention.lib. 6.tit. 13.n.6.Alciat.præsumpt.25.n.2.reg.1.*

Quæ procedunt non solum in expressa societate 4 per tutorem facta, sed etiam in tacita, † quæ non debet excludi si colligatur ex actibus tutoris, cum verbis non sit opus, quando per actũ cõsistentẽ in fieri potest dignosci voluntas, licet verba sint necessaria, quãdo tutor interponit auctoritatẽ, & in ijs, quæ procedunt per actũ verbi, Vnde in tali casu tacitę societatis nõ requiritur expressa auctoritas tutoris, Ita in specie matris tutricis declarat *Dec. cons. 21. viso puncto & diligenter.in princ.vers.non obstat quod inter eos.n.1.post Bald.in addit.ad tractat.Bart.de duob.fratrib.col.penul. in princ. vers. item dicit quod vnus.n. 18.Card. Mantic.de tacit. & ambig.conuent.tit.16.lib.6.n.25.ad fin.vers.cum pupillis.& lib.6.tit.13.n.8.* vbi adducit *Rip. re-*5 *spons.14.n.2.de obligat.vol.2.* † Quod etiam voluit *Petrus de Vbaldis.de duob.fratrib.vers.circa tertiam partem principalẽ.col.1.ad med.vers. si vero pupillus habet tutorem.n.5.tom.6. p. 1. f. 133.* vbi ita respõdet *ad l.1.ff.de auctor.tutor.* & 6 sequitur † *Socin. cons.160.in præsenti consultatione.col.6.in prin.vers.respondetur etiam.n.14. lib.2.Bald.in l.mandatum.15.col.2 post princ. vers.alij dicunt quod istud.n.3.et ibi Salic.in 7. opposit.n.5.vers.redeo ad nostram.ibi & hæc videtur societas.C.mandat. Dec.cons.441.præsens consultatio.col.2.post med.n.5.in fin.vers.at cum etiam. Alex.cons.132.perlectis & põderatis.n.2.* 7 *lib.5.* † vbi quod de hoc est bonus *tex. in l. quicunq; §.fin.ff.de institor.Ias.in l.1.n.6. ad med. vers.nec obstat si dicatur.C.qui testam.fac.poss.*

Maxime, quia sumus in societate super quæstu, & fructibus, cum vnus sociorum posuerit operam 8 alter vero pupillus capitale, † quo casu non fit communicatio capitalis, neque dominiũ transfertur, Itaut etiam in dubio potius intelligatur 9 in societate positus vsus rei, quam res † *Bald. in l.1.q.2.ad med.vers.sed respondetur quod nõ est verum.n.4.C.pro soc.* vbi testatur ita de iure, & consuetudine seruari *Dec.in l.si paciscenda. 8.n.1. C. de pact. & ibi Socin. in princ. per tex. in l.cum duobus.§.in coeunda. ff. pro soc. Bald.* 10 *cons.61.in ista quæstione.in princ.lib.2.* † Cum sit vsura quod in lucro participet ponens operam, non in capitali *Rot.Ianuens.decis.159. in fin.* opera enim ponitur loco interusurij pecuniarij capitalis, & sic pretium operæ est loco commodi interusurij medij temporis ipsius pe-11 cuniæ, non autem loco sortis, † & sufficit quod propter capitale, & illo mediante possit sperari lucrum absque eo quod operam præstans nullam partem lucretur de capitali *Alex.cons.131. si quis veras. n. 3. post med. vers. nec obstat secundum. lib. 5.*

Nec oberit statutum sub prætextu, quod non fuerint seruatæ solemnitates in contractibus mi-12 norum. † Quia stante vtilitate præsupposita in facto, quæ redundauit ad fauorem minoris ex societate, de qua agimus, verius est illam valuisse non obstante defectu solemnitatum, quæ per statutũ requiruntur, ne minores lædantur, aut decipiantur. Vnde quando constat cessare ea, quibus leges voluerunt occurrere, con-

tractus

tractus non poteſt iudicari nullus *Roman.conſ. 316.n.2.& conſ.453.n.3. Ruin. conſ. 161. n.3.*
13 *ad med.lib.3.Grat.conſ.46.n.29.lib.1.* † Et de veriori opinione teſtatur *Decian. conſ. 121. n.55. lib.3.* cum alijs latè *per Tiraq.de legib.cōnubial. leg.16.gloſ.8.n.76.Dec.conſ.330.pro reſolutione col.3.ante med.verſ.ſecundo principaliter reſpōdetur.n.4.Socin.conſ.80.col.penult. n.25. lib. 4. Corn.conſ.254.col.2.poſt med.verſ.tertio reſpōdetur.lib.1. Bald. in l.1. in princ. ff. de contrar.*
14 *iud. tutel.* † Maxime cum ſimus in ſocietate ſuper quæſtu, & fructibus, vt dictum eſt, in quibus magis eſt concedenda facultas tutori, vt poſſit contrahere ad fauorem minoris non infantis ex ſuperius allegatis *Bald.in l.neque.7.*
15 *C.de contrahend.& committ.ſtipulat.* † Et quod valeat ſocietas officij contracta per tutorem ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, quando redundauit ad commodum pupilli, & quod idem pupillus ex ea obligetur concludit *Rot. coram Card. Ludouiſio Romana ſocietatis officiorum, 12. nouembris* 1610.

Præſertim quando ſumus, prout in caſu noſtro, in pupillo pubere, vel maiore infante, cum quo contractus ſocietatis ſuſtinetur inquantum cō-
16 cernit illius commodum. † Quidquid aliud ſit in pupillo infante, cum quo contractus eſt omnino nullus, non habita conſideratione dictæ vtilitatis, cum infans non poſſit ſtipulari neque ad ſui commodum *Surd.conſ.9.n.49.verſ.apparet igitur ex præmiſſis.lib.1.*

Amplius non ſolum poterit contrahi ſocietas cū tutore pupilli tacite vel expreſſe, vt dictum eſt,
17 Sed etiam illa licite contrahetur cum eodēmet tutore ad commodum ipſius tutoris, quando palam, & bona fide cum pupillo contraheret Quidquid alias perſona ſocij debeat eſſe diſtincta à perſona tutoris, & non valeat contractus illius geſtus cum pupillo, vt declarat *Surd.*
18 *conſ.9.n.5.6.7.& 39.lib.1.* † vbi tamen requirit probationem iſtius bonæ fidei, & dummodo ſocietas ſit cōtracta cum pupillo maiore infante nam alias ſi fari non poſſet, diceretur tutor cum ſemetipſo contraxiſſe, quod non permittitur, cum requiratur diſtinctio perſonarum *l.pupillus.§.item.de auctor.tut. Bart.in l.2.n.5. ff.de ſtipul.ſeru.Bald.in l.cum ipſo.n.1. C. de contrab.empt.*

Ex quibus colligitur etiam Pupillum obligatum eſſe ex contractu tutoris, cuius nomine fuit
19 celebratus, † non ſecus ac ſi ipſemet contraxiſſet *l.apud iulianum.§.penult.quib.cauſ.in poſſeſſ.eat.Pariſ.conſ.99.n.38.lib.1. Surd. deciſ. 297.n.5.* Et tenebitur ciuiliter, & naturaliter,
20 dummodo promiſſio ſit facta de re, † cuius alienatio non ſit interdicta, quia tunc nec ciuiliter, nec naturaliter obligaretur ſine decreto *l.ſi ad reſoluendam.C.de præd.min.Bart. in l.1. n.7.in*
21 *fin.ff.de nouat.* † Quare etiam poterit dici, quod poſſit tutor obligare perſonam pupilli, quidquid pater in obligatione perſonali filij nihil habeat agere *Aret.in §.pupillus.n.3.& 4. inſtit.*
22 *de inutil.ſtipulat.* † Tutor enim ſupplet animi iudicium, Vnde intellectum in ea parte haberé videtur pupillus, quæ confirmata eſt iudicio tutoris *Silueſtr.inſtit.de auctor.tutor.in princ. in 3.notab. n. 5.*

Et ſi tutor poteſt perſonaliter obligare pupillum
23 etiam poterit † cum obligatione camerali, Maxime ſi attendamus opinionem *Bart.in tractat. de carcerib.verſ.quarto quæro aliquid pupillus. col.2.in princ.n.7.* vbi tenet quod pupillus doli
24 capax poteſt carcerari † etiam pro debito ciuili.licet poſſet reſtitui in integrum, ſi in aliquo caſu fuiſſet læſus per *tex.in l.fin.in verb. ætate. C.de cuſtod.reor.* & ſequitur *Iaſ.in l.neque impuberes.n.2.& 3.ff.de in ius vocand.* Vbi etiam
25 additur, † quod impubes doli capax poteſt propter contumaciam mulctari, & excommunicari, quamuis habeat beneficium reſtitutionis in integrum *Ang. in d. l. neque impuberes. n.1.ff.de in ius vocand.poſt Speculat. de contumac.§.vlt.ad fin.*

Verum eſt quod multi tenent pupillum non poſſe carcerari *Caccialup.de debitor.ſuſpect.q.5.n.3.*
26 *tom.3.p.2.f.150. Bald.in l.1.col.vlt.& ibi Salic.q.11.C.qui bon.ceder.poſſ.Roman. conſ. 120. n.3.vbi Mandoſ.in verb.pupilli.* quod eſt verior opinio *Pariſ.conſ.94.n.40.lib.1. Simoncell.de decret.min. lib.2.tit.6.in ſpect.18.n.128.f.103.*

Non eſt tamen recedendum ab opinione *Bar.in d.*
27 *tract.de carcer.q.4.* † cū ſit magis vera in pupillo maiore infante, quem etiam Curator ad lites poterit perſonaliter obligare cum omnibus pœnis, & clauſulis, quæ in huiuſmodi diſpoſitio-
28 nibus ſolent apponi, † prout latiſsime cōprobat *Felin.conſ.15.n.3.cum ſeq.*

Et in ſocietatibus officiorum poſſe pupillum per
29 tutorem obligari † reſoluit *Rot.coram Cardin. Ludouiſio Roman.ſocietatis officiorum.12.nouēbris.1601.* Dummodo tamen conſtet, quod pecuniæ fuerint acceptæ, & erogatæ in vtilitatem pupilli *l.tutor.16.in princ.ff. de pignor. act. l.3.& ibi Gloſ.in verb. perſonalis. C. quand. ex fact.tutor.vel curat.l.ex facto. §. plane.ff. de pe-*
30 *cul.* † Quod etiam eſt in Eccleſia *auth. hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccleſ.* Et in Ciuitate *l.ciuitas.ff.ſi cert.petat.* & notat *Gloſ.in d. l.3.in*
31 *verb.perſonalis.ad med.* † Et facit *tex.in l.ſi creditor 4.& ibi Gloſ.in verb.nullam. C. ſi tut. vel curat. interuener. l. pater. §.ſeruus.ff. de in rem verſ.l.tutor.§.fin.de minorib.l.penult. §.1.quod falſ.tut.auctor.l.ei qui.7. in fin. C. quod cum eo qui in alien. poteſt.*

De vtilitate autem viſum fuit in ſupradicta deci-
32 ſione ſufficienter conſtare, † quia fuerunt acceptæ pecuniæ ad ſocietatem officij pro ſecatione meſsium, cum in manibus tutoris aliæ nō extarent; Itaut ſtante indigentia huiuſmodi pecuniarum, & recollectione ſubſecuta ſatis probetur pecunias verſas fuiſſe in vtilitatem pupilli, prout in ſpecie concludit *Rot. in d. cauſa Roman.ſocietatis officiorum.* & voluit *Bald. in l.vlt.in fin.C.de pignor.Aym conſ.91. n.6.Alex. conſ.46.circa primum dubium.in fin.lib.5.* cum alijs quos adduxi ſupra *c.107. n.20. Alex.in*

l.ciui-

l.ciuitas.col.3.post med.vers.quod aut statim post mutuum.n.11.ff.si cert.petat.& notant *Doctores in l.si ventri.§.in bonis.de priuileg.credit.*

Immo etiam valeret talis obligatio de pupillo 33 facta per tutorem† quamuis ille non fecisset inventarium, & alia solemnia, quia nihilominus tutor erat.&gesta per ipsum tenebant, quam-34 uis potuisset vt suspectus remoueri † *Bart. in l. tutor qui repertorium. n. 7. vers. contrarium puto.ff.de administr.& pericul. tutor.Ruin.cons. 89.n.6.lib.5.Dec.in c.ex parte. n.5.col.2. ante med.de appellat.Salic.in l. tutores vel curatores. 24.n.7.q.4.C. de administrat. tutor. Put. decis. 287.lib.2.* licet secundum alios prædicta pro-35 cedant in his quæ dilationem † non recipiunt, & ad commodum pupilli spectant, ista enim poterunt explicari per tutorem non facto inuentario, & seruatis seruandis *Alex. cons. 163. alias consultus respondi.n.4.lib.5.*

Et prædicta minorem haberent difficultatem, ac magis obligatio facta per tutorem de pupillo, 36 esset valida, † si tutor publice, & palam administrasset, & se pro tutore gessisset, valent enim gesta cum eo, ne contrahentes decipiantur *Socin. cons.151.n.1.& 4. lib.2.* quem sequitur *Rot. coram R.P.D. Cantuccio Roman. lucri dotis.13.decembris.1578.*quæ est inter *decis.Rot. diuers.89.n.9.p.2.post Chissanen.decis.197.& coram Card.Lancell. Foroliuien.iuris patronatus 25. octobris. 1599. & coram Cardin. Ludouisio Roman.societatis officiorum.12.nouembr.1601.*

37 Vbi subdit hoc magis† procedere in casu d.decisionis,quia negotium non solum concernebat commodum pupilli,quem talis tutor obligauerat, sed etiam celeritatē desiderabat, ne messis cum tritura periret *l.tutor qui repertorium. in princ.de administr.tutor.l.vlt.& ibi Bald. in princ.C. de tutor. & curator. qui non satisded. Bart.in l.legitimos.in fi.princ.vers.ultimo scias. & ibi Add.in verb.dilationem. & in verb. recipiunt.ff.de legitim. tutor.*

Neque etiam obstaret prædictæ obligationi factæ per tutorem,quamuis ei fuisset datus adiunctus 38 sub conditione,quod præstaret cautionē,quia illa non præstita decretum euanesceret *l.certi condictio 3.in prin.& ibi Glos.in verb. non potero. ff si cert.pet.l.2.in fi.quand.dies vsusfruct.legat. ced.l.necessario.8.§.quod si p̄sente.ff.de pericul. & commod.rei vendit.l.cedere. de verb.signific. l.2.in fi.de offic.procons.& legat.*& in specie decreti tutelæ ita concludit Rot.*coram Card. Ludouisio Roman.societatis officij.12.nouem.1601.*

39 Vbi † etiam quod in illo casu decretum tutoris adiuncti fuit cum intimatione,quę nō fuit facta ideo non afficiebat principalem tutorem *Put. decis.174 lib.1.Io.Paul.decis.121.* Maxime, quia neque apparebat ad eius notitiam deuenisse *Cauetsq.decis.322.n.4.p.2.*† Prout etiam neque illi,qui contraxerunt cum d.tutore, & dederunt pecunias ad societatem, nullam habuerunt de prædictis scientiam, itaut magis conualidetur d obligatio *l.quod si forte.14.§.sunt quidam tutores.vers.idem dico quod si sciens.ff.de solution.*

E P I T O M E.

INteresse quando sit præstādum emptori, qui non fuit certioratus à venditore de qualitatibus rei venditæ, ob quas minoris fuisset empturus. ¶ Post emptionem si superueniat notitia alicuius seruitutis debitæ rei emptæ,ob quā reddatur maioris æstimationis quo casu sit augendum pretium venditori. ¶ Commodum proueniens à casu, & augumentum rei venditæ tam intrinsecum, quam extrinsecum an cedat lucro emptoris. ¶ Contrahens quando excusetur non perquirēdo conditiones rerum, & personarum, cum quibus contrahit. ¶ Aestimatio circa restitutionem quanti minoris quomodo sit facienda. ¶ Et quod tempus consideretur. ¶ Emptor, & conductor de quibus sit certiorandus à locatore,& venditore. ¶ Et quid in decreto publicando, ob quod diminueretur pretium rei venditæ.

S V M M A R I V M.

1 *Emptor debet certiorari per venditorem de qualitatibus rei vendita,propter quas minoris esset empturus.n.3.Et quomodo interesse debet præstari ob talem denunciationem non factam.n.2. 6. 7. & 19.*

4 *Venditor tradens rem obligatam emptori non tenetur de euictione,sed ad quantum interest rē non esse obligatam.Amplia etiam quod res esset obligata non pure,sed sub conditione.n.5.*

8 *Post venditionem si superueniat notitia alicuius seruitutis debita rei venditæ, ob quam reddatur maioris æstimationis, augendum erit pretium & n.9. Fallit in commodo seruitutis superueniente à casu,seu fortuna, quod tunc erit emptoris.n.10.*

11 *Augumentum proueniēs ex rei æstimatione post perfectam venditionem spectat ad emptorem.*

12 *Emptor habere debet quod accessit intrinseca rei vendita vt fructus, & extrinseca vt actiones.*

13 *Vendens domum minori pretio ob seruitutem præstandi habitationem libertis, si illi statim moriantur, non potest petere augmentum pretij ab emptore.*

14 *Contrahens debet scrutari conditionem rerum, & personarum,cum quibus contrahit, alias nō excusatur.Declara,vt n.15.*

16 *Emptor est certiorandus explicite de omnibus quæ dependent ab ipsa re,& extra rem. Idem in locationibus,& similibus.n.18.*

17 *Venditor sciens decretum breui publicandum diminuens valorem frumenti venditi debet certiorem reddere emptorem.*

20 *Intellectus l.quo ad seruitutes.ff.de euiction.*

21 *Aestimatio circa restitutionem quanti minoris quomodo sit facienda, & quod tempus consideretur.Et quid in æstimatione bonitatis agri, cū ob euictam partem fundi fuit actum an idem sit iudicandum,prout quando proponitur redhibitoria.n.22.*

CA-

CAPVT CCCLXI.

VEnditor tenetur certiorare emptorem de qualitatibus rei venditæ, propter quas mi-1 noris esset empturus † *l. quaero. 40. vers. specialiter. ff. de act. empt. Alex. cons. 95. lib. 5.* quod est duplicatum *cons. 63. n. 1. lib. 6.* Itaut debeat præstare omne interesse emptori, quando venditor sciens non certiorauit illum de prædictis qua-2 litatibus, † Nam si ignorauit tenetur solù quanti minori esset empturus iuxta distinctionem, de qua per *Alex. d. cons. 63. n. 6. lib. 6.* vbi etiam *n. 8. & 10.* subdit quod si reperiatur in prædio vendito solutio annua, non tenebitur emptor 3 nisi † facta deductione quàti minoris empturus fuisset, & sic ad quanti minoris communiter valent dictæ res venditæ propter d. qualitatem, Vnde si venditor tradat rē obligatam emptori, non simpliciter aget de euictione ad pretiū, sed 4 ad quantum † interest rem non esse obligatam, & sic ad quantum res minus valet *Ang. in l. 1. §. si heres. n. 3. ff. ad trebell.* Quod pro ede etiam 5 quando † res vendita non esset pure obligata, sed sub conditione, quæ adhuc penderet, æstimatur enim, & attenditur ille dubius euentus conditionis, vt per *Alex. d. cons. 63. n. 11. lib. 6.*

Ex istis colligitur quod in casu nostro, cum agatur de seruitute, quā ignorabat vēditor adesse in re 6 vendita, † per eū solum debet præstari quàti minoris emisset emptor, si sciuisset hanc seruitutē impositā *l. quoties. 61. et ibi Gloss. in verb. victus. ff. de aedilit. edict. & in l. 1. §. causa. in verb. teneri. ff. eod. Castr. in l. 1. §. venditor. n. 2. ff. de act. empt.* 7 Cū † alioquin teneretur ad interesse *l. iulianus. §. quod autem dicitur. et l. quaero. et l. si quis fundum ff. eod. tit. l. cum venderes. 59. ff. de contrah. empt. Gloss. in d. l. quoties. in verb. victus. ad med.*

Prout econtra dicimus, quod si post venditionem habita fuerit notitia alicuius seruitutis debitæ 8 rei venditæ, † propter quam reddatur maioris æstimationis, erit augendum pretium, quando plus verisimiliter emptor fuisset illam rem empturus, si de commodo prædictæ seruitutis apparuisset; Quemadmodum enim venditor tenetur emptori quanto minoris emisset, si detegitur aliqua seruitutis debita à re vendita ignorante venditore *l. 1. ad fin. & in l. venditione.* 9 *ff. de act. empt. cum alijs sup. allegatis;* † Ita etiam æquum erit augendum esse pretium quanto pluris emptor emisset, si econtra commoditas seruitutis detegatur, vt contrariorum sit eadem disciplina, & idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito, & propter naturam correlatiuorum, quæ ad paria debent iudicari, prout in specie declarat *Cagnol.* 10 *in l. 2. n. 173. C. de rescind. vendit.* † Quidquid aliud sit in commodo seruitutis superuenientе post perfectam venditionem à casu, seu fortuna, illud enim erit emptoris, nec debebit augeri pretium propter istum casum, vt de eo qui vendidit rem minori pretio propter seruitutem quam patiebatur, si d. seruitus incontinenti est finita, ex quo res plurimi valet, istud commodum erit emptoris, vt concludit *Bald. in rubr. C. de pericul. & commod. rei vendit. in fin. n. 9.* 11 vbi ampliat † ad augmentum, quod prouenit, si crescat rei æstimatio *l. si voluntate. in fin. ff. de rescindend. vendit.* Prout si accessit aliquid rei intrinsecè, vt fructus, vel extrinsecè, vt aliquæ 12 actiones † *Idem Bald. in l. 1. n. 8. C. de pericul. et commod. rei vendit. Bart. in l. praetor. §. quod de fruct. lib. ff. de bon. auctor. iud. possid.* Et facit *tex. in l. penult. in princ. ff. de pericul. & commod. rei* 13 *vendit.* † Vbi si vendidi domum, in qua secundum volūtatem defuncti, cui successi, debebam habitationem libertis, & cum hoc pacto vendidi, & sic minori pretio, si statim liberti obierint, non tamen poterit plus pretij peti ab emptore, cum istud commodum proueniens post emptionem spectet ad emptorem, & quia excipiens onus rei venditæ videtur excipere secundum quod potest imponi, vt per *Castr. in d. l. penult. in princ.* vbi quod est bene notandum.

Hæc habui ex scriptis Francisci Gratiani V. I. D. genitoris mei viri summa integritate, & doctrina, ac in rebus agendis prudentia, & omnibus virtutibus prædíti, & ob eas sanctissimæ m mor. Pio V. Greg. XIII. & Clementi VIII. probato, in cuius laudibus recensendis immorarer, nisi pater esset; Prædicta autem prout iacent allegata in simili casu contingenti, quā 14 tamquam iuri consona fuerunt confirmata, non obstante, quod opponeretur de *l. qui cum alio. ff. de regul. iur.* vbi quod quis debet seruari conditionem tam rerum, super quibus contrahitur, quam personarum, cum aliàs tamquā 15 in crassa ignorantia non excusaretur, † Sed dispositio *d. l. qui cum alio.* non procedit in casibus, in quibus alter contrahentium tenetur ex natura contractus notificare aduersario omnes qualitates rei; Talis enim non poterit postea obijcere ignorantiam, quam ipse causauit, prout est casus noster de venditore, qui tenetur omnia exprimere, quæ potuissent emptorem à 16 contrahendo retrahere, † Adeo vt neque sufficiat partem onerum explicite significare, alia vero perfusoriis verbis, cum etiam emptor debeat certiorari non solum de his, quæ dependent ab ipsa re, sed de illis quoque, quæ sunt extra rem, vt si sciat venditor decretum breui publicandum, per quod diminueretur valor fru-17 menti, † tenebitur enim de hoc certiorem reddere emptorem, quasi valeat argumentum de mutatione bonitatis intrinsecæ ad mutationem extrinsecam, ita omnia prædicta explicat *Surd.* qui pro omnibus sufficiat *cons. 13. n. 19. vsque ad* 18 *n. 41. & cons. 150. n. 125. vsque ad n. 133. lib. 1.* Vbi ampliat ad locatores, † & similes, qui tenentur exprimere vitia, & qualitates rerum *Bald. cons. 413. lib. 5. Alex. cons. 95. lib. 5. Bero. q. 61. in fin. Affl. decis. 399. n. 9.*

Quibus adde *Roman. cons. 303. diligenter inspectis.* 19 *col. 5. post princ. vers. vnde sequitur. n. 10.* † vbi approbat supradictam distinctionem de venditore, qui sciens rem non liberam, non certificauit

cuit eum, in quem est facta alienatio, tunc enim tenebitur ad interesse, cum secus sit quando nesciebat, Nam hoc casu solum restituet tantum de pretio quantum minus fuisset empturus, si sciuisset rem grauatam esse *l. 1. §. 1. &*
20 *l iulianus. ff. de act. empt.* † Et ita intelligitur *l. quod ad seruitutes. ff. de euiction.* & sequitur etiam *Surd. conf. 13. n. 29. ad med. vers. eandem sententiam lib. 1.*

Quomodo autem probetur talis ignorantia in
21 venditore erit alterius inspectionis, † prout etiam qualis debeat esse æstimatio circa restitutionem quanti minoris, & an consideretur tempus emptionis, & venditionis, vel cum agitur, de quo per *Glos. in l. penul. & ibi Cepoll. de adtl. adict.* † vbi de æstimatione bonitatis agri cum ob euictam partem fundi fuerit actum,
22 quæ erit facienda † non secus ac si vno pretio plures serui fuissent empti, & de vno proponatur redhibitoria *Bertazol. clausul. 30. glos. 6. n. 21. Doctor. in l. pretia rerum. ad leg. falcid. & in l. qui solidum. 80. de legat. 2. Alex. in l. 1. §. si hæres. ff. ad trebellian. Carpan. ad constitut. Mediol. c. 331. p. 2.*

EPITOME.

Constitutio dotis an probetur ex coniecturis. ¶ Et quales debeant esse. ¶ Confessio mariti de dote recepta, quo casu probet mulierem fuisse dotatam. ¶ Et an ex ea acquiratur ius vxori illam exigendi ex actis inchoatis per suum virum, executiue, & sine vlla cessione. ¶ Vxor an præsumatur habuisse notitiam dotis promissæ, vel traditæ marito. ¶ Filiá quando possit petere iterum se dotari. ¶ Confessio mariti de dote recepta quando præsumatur simulata, vel vera, itaut præiudicet tam sibi, quam creditoribus. ¶ Et quid si tempore confessionis erat grauatus ære alieno. ¶ Et quomodo de hoc debeat constare.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mariti de dote recepta probat mulierē fuisse dotatam, & ex ea acquiritur mulieri ius perfecte quæsitum ad illius repetitionem. Intellige, vt n. 2. & 3.*
4 *Vxor habet facultatem exigendi dotem promissam viro suo post eius mortem ex eisdem actis inchoatis, intentando ius executiuum, etiam sine vlla cessione. n. 5. & 6.*
7 *Constitutio dotis probatur ex coniecturis. Et quales debeant esse. n. 13.*
8 *Vxor præsumitur habuisse scientiam dotis promissæ eius viro & scire facta mariti. n. 12.*
9 *Coniunctus quando præsumatur scire facta coniuncti stante habitatione, & conuersatione.*
10 *Scientia magis præsumitur ex qualitate facti.*
11 *Præsumendum est factum quod consueuit fieri.*
14 *Scientia probatur ex coniecturis, ex quibus dicitur quis certo scire.*
15 *Filia quando possit petere iterum se dotari.*
16 *Confessio mariti de dote recepta quo casu præiudicet tam ipsi, quam creditoribus & tertio possessori.*
17 *Statutum loquens de dote an habeat locum in confessata.*
18 *Dos in parte soluta facit præsumere aliam portionem confessatam esse veram, non autem simulatam.*
19 *Confessio dotis recepta an adiuuetur ex inditio diuturnæ præstationis alimentorum.*
20 *Fraus excluditur ex cōfessione dotis verisimilis.*
21 *Maritus confitens recepisse dotem quando præsumatur in fraudē si tempore confessionis habebat æs alienum, & quomodo de hoc debeat constare. n. 22. & 23.*

CAPVT CCCLXII.

Per confessionem mariti de dote recepta Dixi probari mulierem fuisse dotatam,
1 Cum enim talis dos detur pro ea ipsius viro, dicitur dos vxoris, quamuis fuerit promissa per patrem, vel alium marito, sufficit namq; quod per eum sit facta efficax confessio, ex qua incontinenti acquiritur mulieri ius perfectè quæsitum ad repetitionem dotis, itaut eius periculo incipiat esse dos, & sit liberatus promissor *Albert. Brun. de statut. excludent. fœmin. art. 6. n. 129. to. 2. f. 288. Campeg. in eod. tract. q. 55. n. 229. to. 2. f. 271. post Ang. conf. 145. incip. gener. Ias Campeg. de dot. p. 5. q. 75. & 76. f. 124. Natt. conf. 581. n. 12. Marzar. conf. 20. n. 7.*

Et quamuis *Georg. Nat. in eod. tract. de statut. q. 2. n. 59. to. 2. f. 250.* qui est desũptus ex repetitione
2 sua *in c. quamuis. in vlt. par. de pact. in 6.* † cōcludat cōtrariũ, quod talis confessio viri non obstet vxori, vt intelligatur dotata secundũ *Isern. Surd.* & alios quos adduxi *supra c. 15. in fin.*

Tamen loquuntur quo ad hoc, vt non intelligatur
3 dotata à fratre, vel ab alijs, † à quorum hæreditate excluditur, istorum enim respectu non dicetur dotata, nisi ipsa mulier velit, secus autem respectu eius, qui dotem marito numerauit, tūc enim quo ad illam intelligetur dotem habuisse, vt declarat in specie *Surd. conf. 45. n. 51.*

Ideo ex promissione dotis facta viro post eius
4 mortem † datur vxori facultas illam exigendi *Guid. Pap. decis. 375. late Ann. sing. 101. & alle-*
5 *gat. 129. lib. 2.* † Vbi etiam quod poterit agere ex eisdem actis inchoatis per quondam suum maritum intentando quoque ius executiuum *Alberic. in l. manifestissimi. n. 10. C. de furt. Bal. Nouell. de dot. priuil. 9. & 10. p. 9.* Itaut neque
6 requiratur cessio iuxta opinionem † *Rot. coram. Cardin. Lancellotto Romana depositi de Varesijs 30. octobris 1598. dixi supra c. 49. vsque ad n. 30.*

Et facit quia probatur etiam dotē fuisse constitu-
7 tam ex coniecturis † *Honded. conf. 83. n. 34. lib. 1. cum alijs per Natt. conf. 581. n. 12. vsque ad n. 16. Marzar. conf. 20. n. 7. col. 4. & 5. Bald. in l. cum citra. C. de iur. dot. Ias. in §. fuerat. n. 29. inst. de actionib. Rot. coram Card. Lancellotto*

Romana

Romana seu Sabinen. dotis. 13. *ianuarij.* 1576. de qua per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib.* 12. *tit.* 14. *n.* 1.

Præterea cum præsumatur Vxorem habuisse scientiam 8 huiusmodi dotis, † non poterit per eam allegari illam non fuisse constitutam, Agitur enim de facto patris, & mariti, quod præsumendum est sciri per coniunctum *l. octaui. in fin. vnd. cognat.* quod procedit non solum respectu 9 eorum, † quæ respiciunt iura sanguinis, sed etiam contractuum, & negotiorum, accedente maxime cohabitatione *Alex. cons.* 213. *n.* 12. *lib.* 2. *Becc. cons.* 6. *n.* 11. *& cons.* 47. *n.* 23. *Ruin. cons.* 50 *n.* 17. *lib.* 1. Et continua conuersatione *Aym. cons.* 168. *n.* 6. *Roland. cons.* 19. 10 *n.* 41. *&* 42. *lib.* 1. † Et cum dos soleat communicari vxoribus, ex qualitate facti, magis præsumitur scientia *c. quanto. de translat. prælat. Rimin. Iun. cons.* 74. *n.* 34. *lib.* 1. 11 † Ideo præsumitur factum, quod consueuit fieri *Bald. in rubr. C. de fid. instrument. n.* 8. *in fin.* Maxime cum vxor præsumatur scire, quod scit mari12tus† *l. aut qui aliter. § sed & seruus. ff. quod vi aut clam. Guliel. de Laud. sing.* 119. Et omnes prædictas circumstantias in specie dotis à marito 13 habitæ † ad hoc, vt vxor dicatur dotata, considerat *Surd. cons.* 419. *n.* 4. *vsque ad n.* 8. *lib.* 4. Itaut ex istis omnibus non possit negari scientia vxoris, cum illa etiam probetur con14iecturis † *Aym. cons.* 193. *n.* 7. *Natt. cons.* 231. *n.* 2. *Alex. cons.* 187. *n.* 13. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 42. *n.* 21. *lib.* 1. Cum pro certo scire dicatur qui scit per præsumptiones, & coniecturas *Bald. cons.* 437 *in princ. lib.* 5. *alias* 74. *lib.* 1. *Rimin. Iun. cons.* 1. *n* 13. *lib.* 1.

Ex istis colligitur constare de dote per confessionem mariti, & socerum fuisse liberatum, & per consequens nullum ius competere in casu, 15 de quo agimus, filiæ contra bona patris. † cum illa excludatur tanquam ab eo dotem habuerit, quam si prætendit iterum sibi assignari tanquam amissam, seu consumptam non poterit contra patrem agere, nisi prius constet de amissione, cum in subsidium conueniatur pater ad iterum dotandum *Alciat. cons.* 31. *lib.* 5. *to. n.* 2. *Alex. & alij in l. si cum dotem. §.* 1. *ff. solut. matrim. Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 5. *n.* 5. dixi supra *c.* 65. *n.* 16.

Neque obstat nos esse in confessione dotis facta per maritum, quæ non probat veram numera16tionem tanquam sit inefficax; † Quia cum simus post lapsa tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, talis confessio præiudicat tam marito, quàm creditoribus, & tertio possessori, etiam quod non præcesserit dotis promissio *Glos. in l.* 1. *in verb. facit. C. de dot. caut. non numerat. Bart. in l. assiduis. n.* 11. *C. qui potior. in pignor. habeantur. Aret. cons.* 86. *n.* 3. *Aym. cons.* 40. *n.* 6. *Caputaq. decis.* 196. *lib.* 1. dixi *decis.* 103. *n.* 18. *Rot. coram Card. Arigon. Roman. supplementi legitimæ.* 8. *nouembris.* 1593.

17 Vbi † etiam, quod statutum loquens de dote habebit locum in dote confessata post lapsa tempora, quia illa est proprie dos *Afflict. decis.* 402. *n.* 10. *&* 15.

Maxime, quia in casu nostro concurrunt adminicula, ex quibus potest iustè præsumi vere dotem numeratam esse, constat enim de parte dotis realiter soluta in scutis ducentum, & suppelle18ctilibus; † Vnde etiam pro alia parte scutorum centum dicetur confessio vera, & non simulata *Socin. cons.* 82. *super quæstionibus propositis. col.* 1. *lib.* 3. *Natt. cons.* 581. *n.* 15. *Couar. lib.* 1. *variar. resolut. c.* 7. *n.* 6. *vers. sic ex confessione. in fin. Menoch. præsumpt.* 12. *n.* 26. *vers. quarta est coniectura. & præsumpt.* 13. *n.* 20. *vers. alias coniectu19ras. lib.* 3. † Vltra iuditium illud diuturnæ præstationis alimentorum, per quod magis adminiculatur confessio dotis *Natt. cons.* 547. *n.* 25. *Aym. cons.* 40. *n.* 2. & est verior opinio, quidquid alij contrarium sentiant, vt testatur *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 22. *n.* 17. *Ceph. cons.* 448. *n.* 23. Et ita in iudicando seruandum esse testatur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. con20uent. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 17. † Cum etiam à communiter accidentibus non accipiantur mulieres indotatæ, & talis dotis constitutio sit verisimilis inspecta qualitate coniugum, & facultatibus dotantis, & mariti, ex quibus excluditur omnis fraus *Aym. cons.* 40. *n.* 2. *&* 4.

Nec faciunt, quæ dicuntur de fraude prætensa; 21 Quia non sufficit † quod maritus tempore confessionis habeat vnum creditorem in parua summa scutorum 64. prout in casu nostro, sed requiritur, quod magno ære alieno sit grauatus, cum pro modica debiti quantitate non caufetur suspitio fraudis *Bald. in auth. sed iam necesse. in fin. C. de donat. ante nupt. Bal. Nouell. de dot. p.* 10. *col.* 6 *post med. n.* 12. *&* 13. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 402. *n.* 7. *Card. Tuscus in verb. dos 22 confessata per maritum. concl.* 748. *n.* 44. † Itaut debeat constare de fraude mariti, quæ in dubio non præsumitur, ideo erit probanda *Afflict. decis.* 402 *in fin. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 36. Requiritur enim probatio, quod maritus non sit soluendo, vel quod 23 dote soluta desinat † esse soluendo ad hoc, vt confessio mariti dotis dicatur facta in fraudem creditorum *Bart. in l. post contractum. n.* 2. *ff. de donat. Cardin. Mantic. d. tit.* 20. *n.* 37.

EPITOME.

Hypotheca an extinguatur ad fauorem possessoris spatio decem annorum. ¶ Sententia ratione excessus, & ob defectum obligationis in qua erat simulata an sit nulla. ¶ Exemplum exempli, & testimonium de auditu auditus an faciat fidem. ¶ Clausula generalia contra an habeat vim oppositionis in specie etiam post terminum citationis. ¶ Executio quo casu debeat iustificari ex eisdem actis, non ex nouiter deducendis. ¶ Monasterium quando teneatur ad debita Monachi tam ante, quàm post ingressum. ¶ Hæreditas delata monacho an possit absque eius ministerio adiri, vel repu-

diari per monasterium. ¶ Et quid in hoc sentiãt Legistæ, & Canonistæ. ¶ Equites hierosolymitani an possint facere testamentum, & sint vere religiosi. ¶ Et an comprehendantur sub dispositione *Concil. sess. 25. c. 18. de regular.* ¶ Et quid in alijs militibus militiarum secularium, & oblatis, ac similibus. ¶ Obligatio Cameralis quomodo debeat extendi, quando succeditur alicui mediante persona alterius.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non competit, nisi facta notificatione litis motæ. Maxime stante bono iure venditoris. n. 3.*
2 *Hypotheca extinguitur ad fauorem possessoris spatio decem annorum.*
4 *Sententia ratione excessus est nulla. & n. 5. quamuis sit in modico. n. 6.*
7 *Iniustitia excessus in vna parte influit in alias tanquam sententia respectu summæ sit indiuidua.*
8 *Sententia dicitur nulla fundans se in obligatione, quæ non adest.*
9 *Approbatio actus non nocet, neque prodest, si fiat pro eo, pro quo nullus fuit rogatus.*
10 *Exemplum exempli non probat tanquam simile testimonio de auditu auditus, quod non facit fidem.*
11 *Clausula generalia contra habet vim oppositionis in specie. Et per eam censentur impugnata iura tanquam non bona, etiam post terminum citationis. n. 12. & 13.*
14 *Mandatum executiuum debet iustificari ex eisdem actis, non ex nouiter deducendis. & n. 31. Intellige vt n. 33.*
15 *Monasterium quando teneatur ad debita monachi, tam ante, quàm post ingressum.*
16 *Hæreditas superueniens post ingressum religionis an dicatur delata monacho, vel immediate ipsi monasterio. Et quæ sit opinio legistarum, & canonistarum. n. 17. & 20.*
18 *Monasterium an possit hæreditatem monacho delatam absque eius ministerio adire, vel repudiare.*
19 *Concil. Trident. c. 16. sess. 25. quomodo intelligatur.*
21 *Equites hierosolymitani non sibi, sed religioni acquirunt, sicut alij professi, & sunt vere religiosi, & persona ecclesiastica, nec possunt conueniri coram seculari. n. 22. & 23.*
24 *Milites hierosolymitani non possunt facere testamentum, quamuis non sint claustrales, sed Præfecti commendæ.*
25 *Monachus factus Episcopus non potest testari.*
26 *Milites militiarum secularium, qui matrimonio vtuntur, possunt disponere de rebus suis, & non dicuntur religiosi, nec persona ecclesiastica.*
27 *Dispositio Concil. sess. 25. c. 15. de regular. vt in qua seu quæ religione non fiat professio ante annum probationis procedit in religione hierosolymitana, cuius priuilegia fuerunt redacta ad formam d. Concilij.*
28 *Oblati, & alij, qui non sunt proprie regulares non comprehenduntur sub dispositione d. Concilij c. 15. & 16. sess. 25. nisi profiteantur tria vota iuxta Bullam Pij Quinti. & n. 29.*
30 *Obligatio Cameralis quomodo debeat extendi, quando succeditur alicui, mediante persona alterius.*
32 *Executio nulliter facta est reuocanda parte opponente.*

CAPVT CCCLXIII.

DEcretum mandati executiui, de quo in casu mihi proposito Dixi esse reuocãdum, cum ex eodem instrumẽto per aduersarios producto contra Sacram Religionem appareat prædium venditum fuisse traditum liberum, & vacuum, & possessum per spatium 30. annorum, 1 vnde † si postea prætenditur euictum erat agendum de euictione, notificando litem motam, de qua notificatione non constat, itaut ex hoc nulla competat actio *l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. l. emptor. C. de euiction. Couar. lib. 3. var. resolut. c. 17. n. 2. in fin.*

Maxime, quia stante d. possessione 30. annorum poterant aduersarij se liberare à prætensis mo-2 lestijs illatis, † cum hypotheca extinguatur ad fauorem possessoris spatio decem annorum *l. cum notissimi. §. 1. de præscript. 30. annor. l. 1. & 2. C. si aduers. credit. præscript. opponat. Roland. cons. 79 n. 7. lib. 1 Rot. coram R. P. D. Iusto. Romana saluiani. 5. decembris. 1601. Menoch. cons.* 3 *361. n. 27.* † Quo bono iure stante, magis requiritur denunciatio, quidquid alias illa non requireretur *Dec. cons. 74. Grat. cons. 157. lib. 1. Fulgos. in l. si ideo de euiction.*

Præterea non probatur peruenisse ad manus Religionis summam pecuniarum, pro qua contra eam fuit relaxatum mandatum, cum tamen ad hoc vt teneatur ex facto Fuluij, cui prætendi-4 tur successisse, hoc probandum esset, † vnde erit nullum decretum in totum ratione excessus *Alex. in l vlt. n. 11. in glos. fin. de iurisdict. omn. iudic. Natt. cons. 611. n. 37. Put. decis. 323. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Gipsio. Ariminen. pecuniaria. 25. iunij. 1593. & coram R. P. D. Orano. Romana pecuniaria de Pinellis. 8. aprilis. 1598:*

5 Cum præsertim † venditio fuerit facta pluribus; Vnde Fuluius, & pro eo Religio solum tenebatur pro eius portione, & sic etiam ex hoc capite decretum erit excessiuum, & in totum annullabitur *Glos. vlt. in d. l. fin. de iurisdict. omn. iud.*

6 Adeo vt † etiam excessus in modico vitiet sententiam *Castr. in l. si non fortem. §. si centum. n. 2. & ibi Ias. n. 5. de condict. indeb. Put. decis. 323. lib. 1. Rot. diuers. decis. 221. n. 1. p. 2. & coram Card. Blanchett. Larinen. frumẽti. 1. iunij. 1577.*

7 Iniustitia enim excessus † in vna parte influit in aliam, cum decretum respectu summæ sit indiuiduum *l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscund.* cum alijs per *Rot. coram R. P. D. Marco Montio. Tiburtina castrorum. 4. iulij. 1607.*

Vlterius instrumentum venditionis principalis factum

factum Bononiæ per D. Io. Andream administratorem non habet aliquam obligationem cameralem, † vnde iudex non poterat in ea fundare suum decretum, quod cessante d. causa obligationis erit nullum ipso iure *l. 1. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei qui in poss. miss. est. Castr. in l. si non sortem §. si centum. n. 2. de condict. indebit. Corn. cons. 131. n. 12. col. vlt. post med. lib. 2.*

8 (margin)

Nec proderit ratificatio postea in vrbe facta cum obligatione camerali, Quia illa solum concernit approbationem omnium, quæ gesta sunt per d. eorum procuratorem, & administratorem; Non autem ex hoc infertur, quod d. obligatio cameralis facta ad fauorem procuratoris circa approbationem rerum administratarum extendatur ad venditionem eorum nomine factam, † cum satis sit, vt ipsi principales conueniantur ad illam habendam ratam, & firmam eo modo, quo fuit facta per eorum procuratorem absque clausula obligationis cameralis, quæ in d. approbatione non fuit apposita ad fauorem emptorum, neque pro eis aliquis fuit rogatus, vnde neque debet eis prodesse *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. col. 4. vers. sed dubitaui. Alex. cons. 110. lib. 2. Ias. in l. cum aliquis. n. 4. C. de iur. deliber. Couar. pract. q. c. 20. in fin.*

9 (margin)

Et quatenus etiam d. clausula extenderetur, tamen instrumenta non sunt in forma probanti, cum simus in exemplo extracto ex processu inter alios agitato, quod tanquam exemplum exempli non probat, quamuis fuerit adhibita causæ cognitio in extractione primi exempli, & pars fuisset præsens, aut citata, † cum non ex hoc inferatur, vt probet exemplum exempli, quasi sit simile testimonio de auditu auditus, quod non facit fidem *Bald. in l. sancimus. 3. ad med. C. de diuers. rescript. Alex. cons. 138. opportune. col. 2. in fin. n. 4. lib. 1.* & de communi testatur *Dec. in auth. si quis in aliquo. col. 9. ad med. n. 30. C. eod. tit. Rot. diuers. decis. 733. n. 1. p. 1.*

10 (margin)

Stante præsertim oppositione facta per procuratorem Religionis cum clausula generali contra, † quæ habet vim oppositionis in specie *Rot. coram Cardin. Seraphin. Romana domus 29. martij. 1574.* † & per eam censetur impugnatum d. instrumentum tanquam non bonum *Granut. theorem. 28. n. 23. Put. decis. 72. lib. 3.* quocunque tempore etiam post terminum citationis *Idem Put. decis. 119. lib. 2. Caputaq. decis. 323. n. 1. p. 1.*

11, 12, 13 (margin)

Accedant aliæ nullitates videlicet relaxationis mandati eodem tempore cum extensione cameralis obligationis, & antequam fuisset facta intimatio, & calculatio, cum aljs adductis in facto, ex quibus magis ostenditur esse locum reuocationi omnium hucusque gestorum, cum etiam non fuerit probatum Religionem esse hæredem Fuluij, † ita vt sufficiat ad effectum reuocandi mandatum executiuum cum executione facta, quod prædictum decretum vna cum illius executione non sit iustificatum ex eisdem actis, quasi non possit ex nouiter deducendis *Abb. in c. inter ceteras. n. 8. & ibi Felin. n. 4. de re iudic. Rot coram Cardin. Lancellott. Tudertina officij cancellariæ 19. ianuarij 1598. & coram Cardin. Pamphil. Roman. census. 4. decembris. 1595.*

14 (margin)

Quibus adde, quod iudicium factum contra Religionem tanquam hæredem Fuluij erat nullum, & iniustum, cum illius nomine non competeret aliqua actio creditoribus contra Religionem, etenim Fuluius ante assumptionem habitus eiusdem Religionis donauerat suis fratribus omnia bona paterna, & materna, & per consequens ex illius persona nihil ex dictis bonis peruenerat ad Religionem, † vnde neque illa tenebatur ad solutionem debitorum Fuluij, qui sine aliquibus bonis fuit religionem ingressus, nec ei in aliquo religio successit, cum solum teneretur, quatenus bona habuisset, & illa sufficerent, iuxta distinctionem an debita sint contracta ante, vel post ingressum, de qua per *Abb. cons. 102. circa personarum. in fi. n. 6. lib. 2. Hostiens. in c. vnic. in fin. vers. tamen de bonis. de obligat. ad ratiocin. Innoc. in c. in præsentia. 9. col. 2. post princ. vers. item monasterium tenetur. n. 5. & 6. post med. vers. hoc autem intelligimus de probat.* argumento *l. 2. C. de vi publ. l. inter eos. ff. de fideiussor. l. tutelas. de capit. diminut. §. vlt. instit. de acquisit. per arrogat.* & concludunt omnes *in auth. ingressi. vbi Bald. n. 11. q. 6. C. de sacros. eccles. Roman. cons. 291. n. 2.*

15 (margin)

Neq; obstat, quod post ingressum Religionis Fuluius fuit hæres Celsi, & Religio hæres Fuluij quāuis ex persona Celsi, & sic cōtra illam recte poterat dici iudiciū fuisse motū. Quia respōdetur verius esse, quod Fuluius iā Religionē professus, nō fuit hæres Celsi sui fratris, sed potius Religio immediate, quāuis ex persona eiusdem Fuluij, † Cum hæreditas superueniens post ingressum Religionis non dicatur delata Monacho, sed immediate ipsi monasterio iuxta communem opinionem Canonistarum, de qua per *Io. And. Innoc. Abb. n. 77. et alios. in c. in præsentis. de probat.* † quam etiam sequuntur multi legum professores, vt *Paul. de Castr. in l. cum proponas. n. 4. C. de hæred. instit. & in l. non est dubium. C. de iur. deliber. & in l. legatum. de legat. 1. Imol. in l. si paterfamilias. de liber. et posthum. Franc. de Ramponib. in d. l. cum proponas. & in l. post aditā. C. de impuber. & aljs substitution. Rimin. Iun. cons. 154. n. 8. lib. 2. Honded. cons. 94. n. 17. & 18. lib. 1. Corn. cons. 88. n. 3. lib. 2. & cons. 52. lib. 4.* cum aljs per *Ceuall. q. 341. n. 1. Spin. de testam. glos. 12. n. 17.* Vbi etiam *n. 19. cum seq.* † Quod monasterium poterit talē hæreditatē absque monachi ministerio adire, & repudiare, dummodo non simus intra annum probationis, quo casu in repudiatione sunt seruanda ea, † de quibus *in Conc. Trident. c. 16. sess. 25.* ad cuius declarationem multa *Menoch. Mandos. Gutierez.* & alij, de quibus *Ceuall. q. 366. n. 4.* Et quidquid *Bart. & Bald.* contrarium sequātur *in l. 2 ff. de vulg. et pupill.*

16, 17, 18, 19 (margin)

Bero. conf. 26.*n.* 9. *lib.* 1. Non est discedendum
20 à prædicta opinione, † tanquam communi & magis fauorabili religioni, prout testatur *Ruin.conf.* 104.*n.* 12. & *conf.* 206.*n.* 6. *lib.* 1. quam etiam sequitur *Rot.coram R.P.D. Man-*
21 *zanedo Bononien.de Pasis* 4.*martij*.1611.† vbi quod magis hæc sententia procedit, quia Equites Hierosolymitani non sibi, sed Religoni acquirunt, prout alij professi *auth. ingressi.* C. *de sacrosf.eccles.* & notant *Doctores in c. in præ-*
22 *sentia. de probation.* † & in terminis de huiusmodi Equitibus concludit *Cæsar.de Grass.decis.* 1.*n.*11.*de probat.Cardin.Tusch.conclus.*107.*n.*2. *tom.*4.*fol.*310. vbi etiam quod tales sunt vere
23 Religiosi, & personæ ecclesiasticæ, † Ideo neque poterunt conueniri coram seculari, sicut nec alij ecclesiastici, de quibus per *Abb. in rub. de regular.Gemin.in c.hoc consultissimo.§. laici. de reb.eccles.non alienand.in* 6.*Felin. in c.* 2. *n.* 10.*de for.compet.Cesar de Grass.d.decis.* 1.*n.*12.
24 *de probation.* † Vnde neque milites Hierosolymitani poterunt facere testamentum tanquam sint vere Religiosi *Rot.coram R.P.D.Ludouisio Interamnen.bonorum* 5.*maij*.1603. vbi ampliat, quamuis non essent claustrales, sed præfecti commendæ, cum habitatio vltra clausu-
25 ram non faciat illum testabilem, † prout dicitur de Monacho facto Episcopo, qui non potest testari *Glos. in c.*1. *de testam.* Quidquid aliud sit in militibus militiarum secularium, qui ma-
26 trimonio vtuntur, † & in eorum domibus cum vxoribus, & liberis habitant, & de eorum bonis disponunt, tales enim non dicuntur Religiosi, nec personæ ecclesiasticæ *Cesar.de Grass. decis.*1.*n.*17.*de probat.Rot.coram Card.Lancellott.Veronen.pensionis.* 21. *Februar.* 1600. *Nauar.de redditib.ecclesiast.q.* 1.*monit.*55. & *conf.*10.*de regular.* V*asq. controuers. illustr. c.* 105.*Mandos.reg.*3.*q.*12.

Prout etiam dispositio *Concil. Trident. sess.* 25. *c.*
27 15.*de regularib.* † vt in quacunque religione non fiat professio ante annum probationis, procedit in Religione S.Ioannis Hierosolymitani, cuius priuilegia redacta sunt ad formam d.Cõcilij, prout declaratum fuit in sacra congregatione eiusdem Concilij, vt per *Episcop. Genuens.in prax.archiepiscopal.c.*21.*in addit.in*
28 *fin.* † Cum alias in his, qui non sunt proprie regulares, non habeat locum dispositio *d.concil. c.* 15. & 16. *sess.* 25. quod non comprehendet oblatos, qui solemniter, & cum iuramento se, & sua offerunt perpetuo in manibus superiorũ
29 tertij ordinis S.Francisci, † nisi profiteantur tria vota iuxta *Bullam Pij* V. quia non sunt proprie regulares *Abb.in rubr. de regularib. n.* 1.*Calder.conf.vlt.eod.tit.* & ita resoluit *Congregatio Concil.*22.*nouembris* 1584.

Ex quibus sequitur quod agendum erat contra Religionem tanquam hæredem Celsi mediante persona Fuluij, non autem tãquam hæredem
30 ipsius Fuluij; † Adeo vt obligatio cameralis esset extendenda ex obligatione eiusdem Celsi, non autem d.Fuluij, quod erit sufficiens pro reuocatione mandati, prout ex prædictis ita fuit conclusum per *Rot. in huiusmodi causa Bononien. de Pasis.* 4. *martij* 1611.*coram R.P. D.Manzanedo.*

Minus obstabat, quod per mortem Iacobi ab intestato, & susceptionem habitus Hierosolymitani per Fuluium, & per Franciscum habitus Iesuitarum portiones illorum remanserunt in communi alijs fratribus Celso, & Octauio, inter quos huiusmodi bona fuerunt æqualiter diuisa, vnde ex persona Celsi religio habuit medietatem integram istorum bonorum, & consequenter pro d. medietate tenebatur de euictione, ideo mandatum pro illa parte non poterat reuocari tanquam iuste relaxatum, Quia respondetur hucusque non constare, nec fuisse probatam talem obiectionem, cum nec iustificetur mors Iacobi ab intestato, nec minus, quod ex persona Frãcisci, & Fuluij illorum integræ portiones deuenerint ad Celsum, & Octauium, quæ omnia erant prius probanda
31 cum executio iustificetur ex deductis, † non ex deducendis *Felin.in c.inter ceteras.n.*4.*de iudic* cũ alijs de quibus supra *n.*14.*vers accedant alia nullitates.in fin.* & quamuis ista possent probari, tamen satis est de illis hucusque nihil constare, cum etiam pro Religione alia possint adduci contra prædictas prætensas probationes,
32 Interim † tamen parte opponente est reuocanda executio nulliter facta ex supra allegatis, & voluit etiam *Rot.coram R. P. D. Gypsio Tol-*
33 *tan.beneficij.*17.*aprilis.*1589. † Quidquid aliud sit quo ad effectum impediendi executionem sententiæ, tunc enim non requiritur iustificatio ex eisdem actis, prout requireretur ad effectum clausulæ si quid exequendũ, sufficit enim quod detegatur iniustitia ex nouiter deductis, cum id tendat ad corroborationem antiquarum probationum, quod potest fieri etiam post sententiam *Rot.coram Card.Lancellott.Tudertina officij cancellariæ* 29.*ianuar.*1598.& *corã R.P.D. Coccino Roman saluiani interdicti* 8. *februarij.*1602.*Gabr.de testib.conclus.*2.*n.* 38.

EPITOME.

Contumax verus quis dicatur. ¶ Et an prohibeatur appellare de æquitate canonica. ¶ Negligentia procuratoris in appellando an præiudicet Domino. ¶ Processus per affixionem contra substitutum non habita ratione substituentis an sit validus. ¶ Appellatio quo casu debeat inteponi à die latæ sententiæ, vel scientiæ. ¶ Et quid in personaliter citato admisso à iudice ad appellandum, quamuis pars non opponat an debeat audiri, vel remitti ad primum iudicem. ¶ Et an illi sit concedenda restitutio nisi parito iudicato, & refectis expensis etiam in vnica sententia lata per contradictas. ¶ Excommunicationes, & suspensiones, quando ligent ignorantes, & absentes statim cum proferuntur. ¶ Et quid in pœna tam descendente à d. excommunicatione, quam in

ea-

ea, quæ venit in consequentiam propter contemptum. ¶ Contumax verus an dicatur cõstituens procuratorem, qui substituit alium, quo substituto recedente docto de absentia processum fuit ad contradictas. ¶ Sententia excommunicationis, & similia, quæ solent fieri sub cõditione an attendantur quo ad appellandum à die sententiæ, vel existentis conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio debet interponi à die scientiæ, non latæ sententiæ. Fallit in personaliter citato. n. 2. Et quid stante statuto Vrbis. n. 3. Contrarium. n. 6. 7. & 8. Sed prima opinio est verior. n. 9. 10. 11. 13. 14. & 15.*

4 *Contumacia in non comparendo non impedit appellationem.*

5 *Verus contumax de æquitate canonica potest appellare.*

12 *Contumax verus dicitur qui fuit personaliter citatus.*

16 *Negligentia procuratoris in non appellãdo præiudicat domino. Intellige vt n. 17.*

18 *Restitutio non datur personaliter citato non appellanti à die sententiæ, nisi parito iudicato, & refectis expensis etiam in vnica sententia lata per contradictas. n. 19. Fallit. vt n. 20. & 21.*

22 *Contumax verus dicitur constituens procuratorem, qui substituit alium, quo substituto recedente docto de absentia processum fuit ad contradictas quo ad validitatem sententiæ, & illius executionis, quidquid sit quo ad alios effectus.*

23 *Processus per affixionem contra substitutũ nulla habita ratione substituentis an sit validus.*

24 *Excommunicationes, et similia decreta solent fieri sub conditione nisi infra tres, vel ad primã, & computantur dies ad appellandum à die sententiæ, non existentis conditionis.*

25 *Contumax verus personaliter citatus admissus à Iudice ad appellandum, quamuis pars non opponat, non debet audiri. Et potest procedi cõtra eum ad executionem, & remittitur appellans ad primum Iudicem. n. 26. & 27.*

28 *Sententia suspensionis, & excommunicationis quando liget absentes, & ignorantes statim cum profertur. Et quando immiscens se in diuinis efficiatur irregularis. n. 29. & 30.*

31 *Pœna descendens ab excommunicatione an statim afficiat ignorantem. Et quid in ea, quæ venit in consequentiam propter contemptũ. n. 32.*

CAPVT CCCLXIIII.

1 TErminus ad appellandum currit à die scientiæ, non latæ sententiæ † *Glos. in c. concertationi. in ver. sciuerit. de appellat.* Duo enim copulatiue requiruntur ad hoc vt currat tempus ad appellandum, videlicet vt quis sciat sententiam esse latam, & tenorem illius *Franc. in c. bona memoria. n. 22. de appellat.* Capic. *decis. 139. n. 1. Natt. cons. 172. n. 13.*

Istud tamen Dixi non procedere in casu mihi pro-2 posito, quia eramus in personaliter citato, † tũc enim appellatio est interponenda à die latæ sententiæ, quasi hoc casu sit verus contumax & debuerit cogitare, quod Iudex ferret sententiam, & sic est in supina & crassa ignorantia, quæ nõ suffragatur *Felin. in c. quo ad consultationem. n. 24. de re iudic. Lancellott. de attentat. appellat. pendent. limitat. 50. n. 147. tom. 5. f. 380.*
3 *Rot. diuers. decis. 220. n. 4. p. 1.* † Maxime stante statuto, quod tempus dierum datum ad appellandum currat à die latæ sententiæ, & non sciẽtiæ nulla habita ratione veri, vel ficti contumacis. *vt lib. 1. c. 166.*

Neque obstat, quod contumacia in non compa-4 rendo non impediat appellationem † *Dec. cons. 34. pro tenui. n. 2. vers. quia respondetur.* Cum de æquitate canonica etiam verus contumax ap-5 pellet, vt late concludit † *Ferret. cons. 216. n. 3.* vbi multis argumentis defendit, quod debeat attendi tempus notitiæ, non latæ sententiæ etiã in citato personaliter, cum Iudex potuerit differre terminum ad aliam diem, vel illum pro-6 rogare, vel ferre sententiam ad fauorem citati, siue in parte, siue in totum, addita aliqua limitatione, & sic non potest argui dolus, neque contemptus, aut ignorantia affectata, cum non sit bona consequentia, sum absens, ergo pro me non potest ferri sententia *l. properandum. §. &* 7 *si quidem. C. de iudic.* † Et ideo requiritur intimatio, vt currat tempus ad appellandum, iuxta *clem. causam. de election.* prout talem praxim esse in tota Italia testatur *Ferret. d. cons. 216. n. 1.* 8 *in fin. lib. 1.* † Et ita etiam seruari in curia Romana, & in prouincia Romandiolæ dicunt Doctores relati per *Grat. cons. 100. n. 4. lib. 1.* secundum opinionem *Fulgos. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic.*

Quia contraria opinio est verior, & passim seruatur, quod citatus personaliter non possit se 9 iuuare appellatione, † nisi à die latæ sententiæ, non attendendo, quod notitiam illius non habuerit, quasi paria sint, quod sciuerit tenorem illius, vel neglexerit scire, prout multis rationibus, iuribus, & auctoritatibus defendit *Grat.* 10 *cons. 100. n. 9. vsque ad n. 40.* † vbi testatur Doctores contrariũ tenentes non approbari, Ideo neque etiam erit admittenda eorum attestatio de obseruantia, quam ipsi adducũt, Cum potius 11 aliud seruetur in sacro palatio, † seu Curia Romana, vt dicit *Vestr. in prax. lib. 7. c. 3. n. 21.* vbi quod semper tempus currit à momento, quo fuit prolata sententia, quando illa fertur contra 12 præsentem, aut verum contumacem, † prout talis dicitur personaliter citatus *Imol. in l. ex consensu. §. vlt. ff. de appellat. Socin. de citat. art. 27. n. 28. Ias. in l. properandum. § sin autẽ reus. C. de iudic.* Cum etiam ad hunc effectum ille dicatur verus contumax, quem Iudicis, vel iuris citatio personaliter apprehendit *Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 22.*

Et quod tempus in hoc casu currat à die latæ sen-13 tentiæ, sequitur † *Caputaq. decis. 130. p. 3. post*

Capic.

Capic.decis.129.n.1.& 2.Franc.in c. bona. 51. col.7.post med. vers.si vero quis fuisset.n. 22. ad fi.de appell.Tholom.inter decis.Rot. diuers. 758. 14 n.1.p.3.lib. 3.f.331.† & ita seruari testatur Rot. decis.16.in fin.vers.immo secundum.de dol.et cõtum.in nou.et decis.46.n.3.de appellat.in antiq. Felin.in c.quo ad consultationem.n. 24. de re iudic.Rot.diuers.decis.220.n.4.p.1.Lancell.de 15 attent appell.pendẽt.limit.50.n.147.† vbi quod ita fuit decisum in causa Leodien. canonicatus coram Rossanen. de qua in recollectis Caputaq. decis.209.p.1. Et in alia Cortonen. canonicatus inter Vincentium Casanoua & Io.Baptistam Ranucium de qua in decis.156.diuersor.in ma-16 nuscript. † Vbi etiam quod neque in hoc excusaret negligentia procuratoris, quasi debuerit eligi diligens, quidquid possit agi per dominũ contra procuratorem ad interesse, licet quando procurator non esset soluendo, restitueretur do-17 minus cum distinctione, † de qua per Cassador. decis.5.de appell.Franc.in c.ex ratione.8.n. 41. col.8.in fi vers.circa quartũ impedimentum, & vers quid autem si occurrerit eod.tit.Rot. decis. 27.de appell.in antiq. Anton. Aug.in repert.in verb.appel.desert.Egid.et alij.de quib.in d.decis. 18 Rot.diuers.156.in manuscr. † vbi etiã quod tali personaliter citato ad cõparendum c nquam vero cõtumaci non dubitur restit uto, nisi parito iudicato, & refectis expensis Mohed. decis. 539.Papaz.in addit.ad Rot.decis.5.de restit.in 19 integr.in nou.† Etiam in vnica lata per contradictas Put.decis.7.de restitut.in integr.Rot.corã R.P.D.Rubeo.Oxemen.parochialis.9 febr 1560.

20 Nisi dolus procuratoris arguatur, † vel aliqua iusta causa mouerit animum Iudicis Cassad. decis.5.in fi.de appellat.Rot.diuers.d.decis. 156. in manuscr. vbi allegãtur concordantes decisiones, & nisi fortè simus in aliqua ex limitationi-21 bus † in quibus non paritur iudicato in causa restitutionis, vt per Rotam coram Catanen. 1. iunij.1560. Cortonen. canonicatus de qua per Card. Paleot.decis.diuers.156.

Itaut etiam in his terminis contumax verus di-22 catur, qui constituit procuratorem, † qui procurator substituit alium, quo procuratore substituto recedente do[mo] de absentia processum fuit per contradictas, ad hoc vt sententia sit valida, & mittẽda executioni, cum aliæ doctrinæ, quæ allegantur de negligentia procuratoris procedant quo ad alios effectus. prout ita semper seruatum fuisse testatur Achill. decis.1.alias 111. de dol. & contumac. vbi quod sæpius fuit reprobata doctrina Bonif.de Vitalin. in clem.si 23 quando.n.17.eod.tit.† Quamuis alias non valeat processus per affixionem contra substitutũ nulla habita ratione substituentis, qui remanebat procurator, cum non sit locus illis subsidiariis, quandiu adest qui potest citari Egid. decis. 155. Rot. coram R. P. D. Sacrato Anconitan. mercedis.10. Decembris.1602.

Quæ adeo vera sunt, vt procedant, quamuis sen-24 tentia esset conditionalis, † prout semper excommunicationes, vel similia decreta solent fieri sub conditione coram Auditore Cameræ ac etiam alijs Iudicibus Ordinarijs Romanæ Curiæ, videlicet nisi infra tres, vel nisi ad primam, Computarentur enim dies decem ad appellandum à die sententiæ, non autem à die existentis conditionis Vestr.in prax.c.3.lib.7.n. 21.in princ.vers. idemque etiam si sententia.per tex.in l.1.§.biduum.in fin.ff.quand.appell.sit.

Amplius talis verus contumax personaliter citatus quãuis fuisset admissus à Iudice ad appellã-25 dum, † & pars non opposuerit, Tamen nihil sibi prodest, quia appellatio fuit nulla ipso iure. Vnde non est deuoluta iurisdictio ad Iudicem ad quem, & sic Iudex est incompetens Bald.in l. & si post edictum.63.§.sciendum est. in fin.in 1.lectur.ff.de iudic Grat.cons. 100.n.40. lib. 1

26 Vnde si constat Iudici à quo de d. vera contumacia non debet deferre appellationi, sed procedere contra eum ad executionem, quousque sibi per Iudicem appellationis inhibeatur, vt etiam contra eumdem procedere tamquam cõtumacem, si autem sibi non constat, tunc deferetur appellationi interpositæ à diffinitiua, sed Iudex appellationis facta sibi fide de vera contumacia pronunciabit appellationem non te-27 nere, † & remittet appellantem ad primum Iudicem Castr in d.l. & si post edictum.63.§. vlt in princ. n.2.& 3.ff.de iudic.post Glos.in c. non solum.de appell.in 6.& in clem.1.de dol. et contumac.Grat.d.cons.100.n.4.lib.1.

Hæc sufficiant pro declaratione articuli, de quo agebatur, cum ex illis ostensum fuerit veriorem esse opinionem, quod attendatur tempus latæ sententiæ, non notitiæ, quamuis multa possent adduci in quibus ista conclusio limitatur tamen quia sunt extra casum propositum, ideo consulto omitto, cum solum fuerit quæsitum an isti vero contumaci præcludatur via appellandi, quasi debuerit cogitare, quod iudex ferret sententiam, prout ex supra allegatis dicendum est apparere de supina, & crassa ignoran-28 tia, quæ non suffragatur; † Qua stante addendum est idem esse in sententia excommunicationis, & suspensionis, quæ stat in cum profertur habet effectum, & ligat etiam absentes, & ignorantes, dummodo tamen absens fuerit citatus, non autem talis punitur, si non gerat se pro excommunicato, si enim excommunicatus ignorans appellet, non denunciabitur, vnde si interim immisceret se in diuinis non fit irre-29 gularis; † Intelligendo hoc verum, nisi esset peremptorie citatus, nec iuit, vel misit, & propter hoc fuit excommunicatus, quia tunc celebrans posset esse irregularis, quamuis nihil 30 sciat de excommunicatione, † Ratio est, quia talis ignorantia censetur crassa, & supina, ex quo enim sciebat se citatum debebat credere, quod procederetur contra eum, prout in specie late declarat Franc.in c.1.§.dicebat. n. 4.& 5. de conceß.præbend.in 6.

Quod etiam est in pœna descendente principali-31 ter ab excommunicatione, † puta quod sit incorrigibilis, vel in simili alia pœna, statim enim cum

cum est lata afficit ignorantem, tamen secus est in pœna, quę venit in consequentiam propter contemptum, quia talis non ligat,† nisi cum fuerit sciens, vel in supina, & crassa ignorantia. *Anchar. in d. c. 1. et ibi Franc. in §. dicebat. in fine vers. quod nota quia ex prædictis. de cōcess. praben. in 6. Doctor. in c. qualiter. il 2. de accusat.*

E P I T O M E.

Coniuncto an posit solui pro coniuncto, quamuis habeat communionem, & offerat cautionem de rato. ¶ Pensiones, & redditus beneficij an sint loco peculij castrensis, vel quasi ita vt in eis pater non habeat aliquam administrationem, neque posint ei solui, & si soluantur an debeant attendi ad effectum acquirendæ possessionis. ¶ Et quid si filius esset minor, impubes, vel non sanæ mentis. ¶ Et an tunc pater sit legitimus administrator, vel datiuus, & teneatur facere inuentarium, & rationem reddere, sicut extraneus. ¶ Pater an posit acquirere vtilem actionem filio in castrensibus, vel quasi. ¶ Absens expulsus à possessione sibi acquisita, antequam illam ratificet, an habeat remedium recuperandę, & operetur ratificatio post spolium facta. ¶ Possessio an posit acquiri ignoranti per tertiam personam, & quomodo hoc intelligatur. ¶ Et quid in filio, seruo, procuratore, & similibus. ¶ Speciale an sit in mutuo, vt ignoranti quæratur actio. ¶ Scientia ex cohabitatione quo casu præsumatur. ¶ Et quando debeat concurrere actus positiuus. ¶ Spatium longi temporis an faciat præsumere ratificationem. ¶ Solutiones factæ antecessori per confessionem an præiudicent successori ad effectum, mandati de manutenendo. ¶ Et quid si adsint verba incontanti, vel probetur stylus partium faciendi similes quietantias, vel quando sumus in actibus conditionalibus. ¶ Exercitium actionis in agendo, vel defendendo filium an competat patri sine eius consensu. ¶ Tutor verus non tamen administrator an posit acquirere pupillo actionem & obligationem, vel recipere solutionem.

S V M M A R I V M.

1 *Pater non potest recipere solutiones rerum spectantium ad filium, in quibus non habet vsumfructum.*

2 *Solutio non potest fieri coniuncto pro coniuncto, quamuis eum eo habeat communionem. n. 3. Et offerat cautionem de rato n. 4.*

5 *Solutio facta patri tamquam legitimo administratori debet fieri cum expressione d. qualitatis.*

6 *Pensiones, & redditus beneficiorum spectant ad filium, neque in eis pater habet vsumfructum, aut administrationem. Et habentur loco peculij castrensis, vel quasi. n. 7. & 8.*

9 *Solutiones factæ patri de pecunijs, in quibus non habet vsumfructum, non attenduntur ad effectum acquirendi possessionem. & n. 11.*

10 *Nemo plus iuris in alium potest transferre, quam ipse habet.*

12 *Mandatum legis, vel hominis requiritur, vt acquiratur possessio. n. 13. & 16.*

14 *Pater potest acquirere vtilem actionem filio existenti in potestate in peculio castrensi, vel quasi. Fallit in possessione. n. 17.*

15 *Possessio facilius acquiritur, quàm ipsa actio, & obligatio.*

18 *Absens expulsus à possessione sibi acquisita, antequam illam ratificet, non habet remedium recuperandæ, & ratificatio post spoliationem facta non admittitur.*

19 *Possessio non potest quæri sine animo illius, cui debet acquiri.*

20 *Pater, affines, coloni, & similes possunt recuperare possessionem absenti spoliati, non tamen poterunt illam acquirere.*

21 *Possessio potest acquiri etiam ignoranti per liberam personam. Intellige in procuratore, secus in alijs. n. 22. & 23.*

24 *Filius, & seruus acquirunt possessionem patri, & domino ignoranti. Et de ratione. n. 25.*

26 *Actio in mutuo, vt acquiratur ignoranti, est speciale.*

27 *Solutiones nulla facta prædecessori non possunt ratificari in præiudicium successoris in beneficio, contra quem prætenditur manutentio.*

28 *Scientia filij ex cohabitatione cum patre est præsumenda in habentibus causam successiuam, secus in factis momentaneis.*

29 *Scientia, & patientia non sufficit, vt ratificatio præsumatur, nisi concurrat aliquis actus positiuus, Maxime in onerosis. n. 30. & 31.*

32 *Possessio non acquiritur ignoranti in mutuis obligationibus.*

33 *Spatium longi temporis facit præsumi scientiam & ratihabitionem. Intellige. vt n. 34.*

35 *Solutiones facta antecessori per confessionem nō præiudicant successori ad effectum acquirendi quasi possessionem. Declara dummodo nō adsint post confessionem illa verba in cōtanti, quæ habent vim solutionis. Maxime stante stylo in partibus faciendi similes confessiones. n. 36. 37. & 38.*

39 *Adminicula desumpta ex dictis testium nulliter examinatorum quando attendantur ad effectum quasi possessionis.*

40 *Solutiones facta antecessori ante purificatam conditionem non præiudicant successori respectu mandati de manutenendo.*

41 *In pensionibus, quæ continent aliquam conditionem, seu qualitatem, nō potest procedi executiue*

42 *Possessio an dicatur extincta per lapsū decēnij.*

43 *Pater habet legitimam administrationem bonorum castrensium filij impuberis, quo casu præfertur alijs si velit, & illi potest acquirere possessionem. n. 44. 45. & 46. Idem si filius esset furiosus, & non sanæ mentis. n. 47.*

48 *Pater an sit legitimus administrator, vel datiuus in casu, in quo præfertur in administratione filij non sanæ mentis, vel minoris. n. 50. Et an tunc posiit dari curator. n. 49.*

Tutor

51 *Tutor verus, non tamen administrator an possit acquirere pupillo actionem, & obligationem, vel recipere solutionem.*

52 *Pater an habeat exercitium actionis in agendo & defendendo absque consensu filij. & n. 53.*

54 *Pater quamuis non habeat vsumfructum bonorum filij poterit tamen esse eius tutor, & curator, & tenetur reddere rationem, & facere inuentarium sicut extraneus. Intellige vt n. 55.*

CAPVT CCCLXV.

Solutiones quæ fiunt patri de rebus, & pecunijs spectantibus ad filium sunt nullæ; 1 † & inualidæ, quando in eis pater non habet vsumfructum, nec legitimam administrationem *Dec. in l. filius. 23. n. 6. in princ. vers. sed aduertendu. C. de pact.* prout ita declaratur *Ang. in l. qui alie na. §. quamquam. ante med. ff. de negot. gest.* quē sequitur *Ias. in l. 3. n. 5. ff. solut. matr.* 2 † Cum sola coniunctio siue paterna, siue materna sine ista qualitate legitimæ administrationis non sufficiat, vt coniunctus posit recipere solutionem pro coniuncto *Alex. cons. 4. n. 3. in fi. vers. tamen quia. lib. 2. Rip. in c. cum m. ferrariensis. col. 16. ad fin. vers. ex istis modo. de constitut.* 3 † Quamuis coniuncta persona haberet communionem, & sic solutio fieret ad propriam vtilitatem *Ias. in l. 1. n. 1. ff. solut. matrim.* 4 † Et quamuis etiam coniunctus volens recipere solutionē offerret cautionem de rato *Imol. in l. vero procuratori. n. 1 ff. de solution.* 5 † Adeo quod etiam in receptione solutionis sit addenda qualitas illa administratoris, cum aliàs sine tali expresione solutiones receptæ essent inualidæ; Exemplo patris petentis in iudicio, quod filio debetur, qui debet exprimere istud nomen administratoris *Menoch. cons. 332. n. 18. lib. 4.*

Huiusmodi autem sunt bona, seu redditus præbēdæ dignitatis beneficiorum, & pensionum, de quibus agimus 6 † in illis enim pater non habet vsumfructum *Pinell. in l. 1. p. 2. n. 29. C. de bon. matern. Palat. Rub. in rubric. de donat. inter. vir. & vxor §. 42. n. 9. Spin. de testam. in rubr. glos. 4. n. 22. Gulicl. Benedict. in c. rainutius. in verb. matrem. n. 17. & 21. de testam. Couar. in c. quia nos. n. 2. eod. tit.* 7 † Cum talia habeantur loco peculij castrensis, vel quasi *Roland. cons. 90. lib. 2. & cons. 54. n. 7. lib. 3. Coras. in l. frater à fratre. n. 103. C. de condict. indebit.* 8 † & per consequens pater in eis nullam habet administrationem, cum illa reguletur ab vsufructu *Bart. in l. fin. §. 1. n. 1. vers. & est ratio. ff. de verb. obligat. & in l. lis nulla. de iudic. Paris.* qui de communi *cons. 157. n. 15. lib. 4. Capic. decis. 56. n. 4. & decis. 71. n. 10.*

Quibus stantibus Dixi non posse competere aliquam manutentionem, 9 † cum simus in exactionibus factis per eos, qui non habebant legitimam administrationem, aut mandatum recipiendi pensiones, de quibus agimus, & solutiones illis factæ sunt inualidæ, & per consequens non attenduntur ad effectum acquirendi possessionem, cum tam in eo; qui soluit, quam in illo, cui soluitur, requiratur mandatum, vt ista quasi possesio constituatur, 10 † quasi plus iuris in alium quis non posit transferre, quam ipse habeat *l. traditio. de acquir. rer. domin.* 11 † & notat *Corn. cons. 19. n. 6. lib. 2. Rot. coram* Card. *Lancellotto. 21. nouembris 1575.* Et regulare est, vt ad acquisitionem possesionis requiratur mandatum legis, vel hominis 12 † *Ias. in l. 1. §. per procuratorem. n. 2. de acquir. possess. Gabr. cons. 52. n. 1. lib. 1.* quod est repetitum *cons. 31. n. 1. lib. 2.* 13 † Cum requiratur consensus eius, cui acquiritur *Alex. in l. quod meo. n. 13. ff. de acquir. possess.*

Non obstat quod ista possesio potuerit acquiri per patrem, 14 † sicut acquiritur vtilis actio per eundem filio in potestate, quamuis simus in castrensibus, vel quasi *l. pactum. & l. pater.* C. *de pact. Bart. in l. quod dicitur. la. 2. 130. n. 1. & 4. ff. de verb. obligat. & ibi Alex. n. 3 col. 2. in prin. cum alijs per* Card. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 17. n. 4. & 6.* 15 † Vnde magis poterit acquiri possesio quę facilius acquiritur, quam ipsa actio & obligatio *l. ea qua ciuiliter. de acquir. rer. domin. Bart. in l. quod mihi donatum. in fin. ff. de donation. Tiraq. de iur. constit. limit. 39. n. 13. in fin. f. 103.*

Quia cum ad effectum acquirendi possesionem in istis solutionibus requiratur mandatum legis, vel hominis, 16 † vt dictum est, non potest argui de vno casu ad alium. in quo præcise habemus iura contrarium disponentia, dum annullant, & inualidant omnes solutiones factas patri in bonis filiorum, in quibus non habet administrationem *Dec. in l. filius. n. 6. C. de pact. cum alijs supra allegatis.*

Præterea supradicta procedunt quo ad validitatē actionis, 17 † quæ acquiritur per patrem filio etiā in bonis castrensibus, secus quo ad effectum transferendi dominium, & possesionem, quæ numquam transfertur, antequam illa ratificetur, quamuis etiam adfuisset constitutum, quod intelligitur quando fuit præsens ille, cuius nomine fuit constitutum, 18 † Adeo quod si talis absens expellatur de possesione antequam ratificet, non competat sibi remedium recuperandæ, cum ante ratificationem possesio illi non fuerit quæsita, & si tunc ratificaret post spoliationem non admittetur ratificatio tamquam facta tempore incongruo, quo constituens possideret, cum iam esset amissa possesio late *Dec. in l. contractus. 23. limit. 5. n. 20. vsque ad n. 24. ff. de reg. iur. & cons. 225. magister ioannes. n. 16. col. penul. ad fi. cum alijs ibi in addit. in verb. & ita. Purpurat. cons. 396. n. 58. lib. 1. Curt. Iun. cōs. 55. col. 3. n. 9. & 10. lib. 1. post Castr. cons. 195. visis his quæ narrantur. col. 3. ad med. lib. 1. Alex. cons. 110. visis acutissimis. col. 2. in prin. vers. præterea testis. li. 1. & cōs. 153. circa litē. in princ. n. 2. vers. præterea si bene inspiciamus. lib. 6. cum alijs per Tiraq. de iur. constitut. p. 3. limitat. 30. n. 5. & 6. fol. 201. Goz. ad. cons. 31. n. 8. Cassan. cons. 7. col. 8. vers. item etiam quia tales. n. 40.*

Et facit quia possesio est eius naturæ, vt non posfit

19 sit quæri sine animo illius, † cui debet acquiri cum animus ad illam acquirendam prius, & ante omnia sit necessarius *l.1.§.adipiscimur. de acquir.possess. l.3. in princ l. quemadmodum. l. quod meo.§.si furioso.& ibi Glos. in verb. possi-* 20 *derè. ff. eod. tit.* † ideo quamuis pater, affinis, coloni, amici, & similes possint recuperare possessionem absentis spoliati, tamen non poterunt acquirere, cum in recuperatione possessionis concurrat animus absentis, qui ciuiliter semper illam retinet, quod non est in acquisitione, in qua non interuenit animus, cum ignorans non consentiat, vt late in specie declarat *Surd. cons. 160.n.45.& 46.lib.2.*

Nec obest oppositio, quod generaliter possit ac- 21 quiri possessio per liberam personam, † etiam ignoranti *l.1.C.de acquir. possess.* Quia dispositio illius legis procedit in procuratore, & sic in 22 eo, qui nostra voluntate facit, † quasi à principio fuerit voluntas domini, vt procurator sibi acquireret *l.1.§.per procuratorem. ff. de acquir. possess.* & in specie ita respondet *Tiraq. de iur. constit.p.3. limit.30. n.55.* & concludunt *Cyn. Bald. Ang.& alij in d. l. 1. C. de acquir. possess.* 23 qui † loquuntur de procuratore *Imol. cons.57. viso quodam instrumento. n.1.* Prout econtra dicimus de seruo, filio, & similibus, qui acqui- 24 runt possessionem earum rerum, † quas peculiariter tenent etiam patri, ac domino ignoranti *l.3. §.item acquirimus. de acquir. possess.* Quia hoc fit quasi eorum voluntate intelligantur possidere illi, quibus peculium permiserunt; 25 Nam † propter præambulam voluntatem fingitur postea interuenire volūtas in alio actu connexo *Imol.in d.l.3. §.item acquirimus. ff. de acquir.possess. Tiraq. de iur.constit.p.3. limit. 30.* 26 *n.54.* † Et quamuis in mutuo acquiratur actio etiam ignoranti, Tamen, illud est speciale, Vnde in contrarium est ius commune *l. certi condictio. §.si nummus. ff.si cert. petat. Castr. cons. 195.col.3.post med.n.2.lib.2.*

Neque aduersatur prætensa ratificatio; Quia non 27 trahitur retro in tertij præiudicium, † cum enim solutiones fuerint factæ prædecessori, non est æquum, vt illæ possint ratificari in præiudicium successoris in beneficio, contra quem prætenditur manutentio, & sic ratificatio non operatur, cum res non sint in eodem statu *Corn. cons.221.col.vlt.post med. n.11. lib. 3. Dec.in l.contractus.n.20.ff.de reg. iur. Alex. cons.110. n. 2.& ibi Addit.in verb. statu. lib. 1.& in l.quod meo. col. 2. de acquir. possess. Bertrand. cons.173.col.5.lib.1. Rot. diuers.decis.318. in fin. p.1.*

Minus obstat præsumptio scientiæ filij ex cohabi- 28 tatione cum patre; † Quia habet locum in habentibus causam successiuam, secus in factis momentaneis, & contractibus, delictis, aut similibus *Rip.in l.qui romæ.§. duo fratres.n.51.ad med. de verb.obligat.& in l.1. n.46. ff.si cert. petat.Bald in l.1.in fin. C.de collus.detegen. Alex. cons.80.n.7.lib.2.Socin cons.97.n.3. lib.4.Surd.* 29 *cons. 7. n.53. lib. 1.* † Vltra quod præter scientiam, & patientiam requiritur aliquis actus positiuus ad hoc, vt præsumatur facta ratificatio *Abb. in c. cum virum. in 3. notab. de regular. Aym.de antiq.tempor.p.1.§. visis de verbis enunciatiuis.n.13.Gabr.cons.36. n.62. lib. 1.* Maxi- 30 me, † quia sumus in onerosis, cum pensio quamuis afferat commodum, Tamen etiam habet onus annexum clericatus, habitus, & tonsuræ, recitationis officij B. Virginis, & similia, quo casu sola scientia non infert approbationem, 31 & † magis requiritur actus positiuus *Bart.in l.quo enim.n.1.ff.rem rat.hab. Abb.in c. non ne. ad fin.de præsumption. Cassador. decis. 3. de re-* 32 *script.* † Adeo vt in istis mutuis obligationibus minus acquiratur possessio ignoranti *Alex.cons.22. vbi Addit. in verb. ratificata. in fin. lib.5.*

Prout neque oberit spatium longi temporis, quod 33 faciet præsumi scientiam, † & ratihabitionem *l.si filiusfamilias.10.C.de petit.heredit.Soc.cons. 46.n.3. lib.3.Cephal.cons.286.n.4. Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.tit. 12. lib. 7. n.2.* 34 Quia † procedit, quando ageretur de modico præiudicio sine damno, & incommodo tertij, vt declarat *Alex. cons.12. viso processu iuxta. col. vlt.n.7.lib.4.& cons.111.eod.lib.post Bart in q. 7. quadam mulier habens magnum patrimonium.in fin.Ias.cons.140.col.vlt. n.5. lib.4. Fulgos.in l.1.col.penult.C.qui admitt.*

Vlterius non est omittendum, quod solutiones, de quibus agimus, factæ antecessori sunt per con- 35 fessionem, † quæ confessio non præiudicat, sicut vera solutio contra successorem ad effectum acquirendi quasi possessionem *Rot. corā Card. Pamphil. Pacten.pensionis.5. Octob.1594.& coram Card.Seraph.Gerunden.pensionis.5.Octob. 1579.*ex adductis per *Felin.in c.vlt.col.fin.vers.* 36 *generaliter autem. de præscription.* † Dummodo vltra confessionem de recepto non adsint illa verba incontanti, quia tunc non esset simplex confessio, sed ex illis verbis probaretur vera numeratio *Bart. in l. si ita stipulatus. §.chrysogonus.n.3. vbi Alex.n.14.de verb.obligat.Bald. in l.si ex cautione. n.14. C. de non numerat. pe-* 37 *cun.* † Et in specie quasi possessionis ita resoluit *Rot.coram R.P.D.Penia. Cæsaragustana pensionis.21.iunij. 1599.* Vbi etiam consideratur stylus partium, in quibus solent fieri si- 38 miles quietantiæ † per modum confessionis de recepto, quæ vulgariter dicitur apochæ, quamuis in prompta, & numerata pecunia solutiones fiant, vt fuit decisum coram *R.P.D.Gipsio Cæsaraugustana pensionis. 30. ianuarij. 1589.* 39 Adeo † vt in istis etiam sufficiant adminicula desumpta ex dictis testium nulliter examinatorum, quæ deseruiunt pro adminiculis *Rot. in d. causa Cæsaragustana pensionis coram R. P. D. Penia. Et in Salamantin. iurisdictionis coram Cardin. Seraphin.27. iunij. 1582.*

Maxime, quia præsupponitur huiusmodi pensionem fuisse reseruatam cum clausula conditio- 40 nali, † dummodo remaneant centum pro canonico, quo casu si fuerit solutum antecessori

ante

ante purificatam conditionem talis solutio non praeiudicaret successori respectu quasi possessionis *Rot. coram R.P.D. Pen.12. Foroliuien. pensionis. 24. aprilis. 1592.* † Cum etiam in istis pensionibus, quae continent aliquas conditiones, seu qualitates non possit procedi executiue, nisi verificatis d. conditionibus *Gomes. & alij per Flores. var. quaest. lib. 1. q. 12. n. 42.*

Addendum est etiam, quod possessio, quae praetenditur, potest dici extincta per lapsum sexdecim annorum, † qui effluxerunt in casu, de quo agimus, quasi d. tempore, immo & minori decem annorum, praesumatur inducta obliuio; ciuilis enim possessio amittitur d. tēpore, & praesūptio continuationis non durat vltra decennium *Bar. in l. siue possidetis. n. 8. de probat.* cū alijs per *Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 1. n. 3. de reg. iur. in 6.*

Post haec scripta fuit probata minor aetas duodecim annorum eius, cui fuit reseruata pensio, qua probatio e stant. dixi omnia supra adducta non applicari ad casum filij existentis in minori aetate, sed solum ad eum, qui erat maior, prout in facti specie mihi exhibita, & in dubijs datis praesupponebatur, de quibus non erat quaerendum, si à principio ista qualitas aetatis fuisset deducta, † Nam illa existente succedit vera Doctorum conclusio, quod quamuis in bonis castrensibus, & similibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, nulla consideretur legitima administratio; tamen aliud est quando sumus in filio impubere, tunc enim semper praefertur pater in talium bonorum gubernatione, iuxta dispositionem tex. *in l. fin. C. de curat. furios.* † Et per consequens pater tanquam eorumdem bonorum administrator potest acquirere possessionem filio minori 14. annorum *Rot. coram R.P.D. Penia. Caesaraugustana pensionis. 21. iunij. 1599.* vbi allegatur *Glos. in l. 1. in verb. legitimū. & ibi Pinell. p. 2. n. 63. et 64. C. de bon. matern.* † Sed est textus *in l. fin. §. sin autem in secunda. in 2. cas. C. de bon. quae liber.* vbi in casibus, in quibus pater non est legitimus administrator, quia non quaeritur vsusfructus, quando filius est minor, poterit si velit administrare, neque tunc dabitur curator, nam pater omnibus praefertur, ipso autem nolente prouidebitur per iudicem de curatore in d. bonis, † quod multum notandū, quia vt plurimum diceretur contrarium, dicit *Aret. in §. pupillus. post med. n. 6. instit. de inutil. stipulat.* Idem sequitur late *Cagnol in l. frater à fratre. n. 161. cū seq. ff. de cond. indeb. Salic. in d. l. fin. §. sin autem in secunda & ibi Corn. n. 4. C. de bon. quae liber. Idem Corn. in auth. excipitur ad fin. vers. & ita generaliter. C. eod. tit.* † vbi, quod idē erit, quando filius esset furiosus, & non sanae mentis per *l. fin. C. de curat. furios.* quod etiā voluit *Burs. cōs. 133. n. 17. lib. 2. Castill. de vsufruct. c. 3. n. 59.*

In praedictis tamen est notandum, quod pater in casu filij non sanae mentis erit legitimus, † non datiuus, vt per *Bal. in l. fin. C. de curat. furios.* Vbi, quod non est legitimus administrator ratione vsusfructus, sed ratione furoris, quod etiam loquens de minore sequitur *Cagnol. in l. frater à fratre. n. 161. cum seq. ff. de condict. indebit.* † Et quamuis *in d. l. fin.* non possit dari curator, hoc intelligitur in curatore, qui daretur ratione personae, secus in eo, qui daretur non personae, sed rebus, vel ad certum actum, quia tunc posset dari curator filio furioso *Alex. cons. 59. n. 4. lib. 2.* † Licet *Bursat. cons. 133. n. 31. & 32. lib. 2.* teneat talem esse datiuum, non legitimum administratorem, itaut debeat de gestis rationem reddere, prout quilibet alius administrator *auth. vt lite. matr. & aui. in princ. vers. si vero forsan. Bart. in l. litis contestata. 39. §. pater. vbi Ang. n. 1. Bald. in princ. Castr. n. 2. ff. de negot. gest. Caldas. de restit. in integr. in verb. laesis. n. 147. Tiraq. in l. si vnquam. in praefat. n. 29. de reuoc. donat. Castill. de vsufr. c. 3. n. 60.*

Item est obseruandum, quod qui est verus tutor, non tamen administrator non potest acquirere pupillo actionem, vel obligationem, † poterit tamen recipere solutionem fauore liberationis, & hoc introducitur potius pro debitore, quàm pro pupillo, sed aliud praeiudicium non potest facere pupillo, & sicut non potest praeiudicare, ita nec obligationem acquirere *Castr.* qui dicit perpetuo menti tenendum *in l. 3. §. stipulationem. n. 6. ff. iudicat. solu.* † Non tamen patri competeret exercitium actionis in agendo, & defendendo, quamuis sit legitimus administrator, nisi cum consensu filij, qui tamen non sit infans, aut absens *Cagnol.* qui de magis communi *in l. frater à fratre. n. 164. de condict. indeb.* † Cum debeat esse praesens, aut maior infante, vt pater teneatur requirere consensum filij in exercitio actionum *Corn. in l. fin. §. vbi autem. n. 2. in fin. post Bald. ibid. n. 1. C. de bon. quae liber.* quae tamen quando procedant, & quomodo sint intelligenda dicam, Deo dante, in capite particulari.

In casibus autem, in quibus patri non acquiritur vsusfructus ex qualitate rerum, vel quia essemus in emancipato, † poterit tamen pater esse eius tutor, & curator, & tenetur reddere rationem, & facere inuentarium, sicut extraneus *l. licet. C. ad leg. falcid. Bald. in l. superstite. C. de dol. & in l. orphanotrophos. col. 2. C. de episc. & cleric. Ias. in l. praeses. col. 2. C. de transact. Gomes. ad leg. taur. 48. n. 17. Doct. in l. cum oportet. §. fin. C. de bon. quae liber.* † Quamuis si pater esset suspectus, vt quia ei fuisset prohibitus vsusfructus, tunc neque esset administrator bonorum filij, & dabitur curator *Salic. in auth. excipitur. C. de bon. quae liber. Rimin. Iun. in §. 1. n. 101. instit. per quas person. nob. acquirit. Castill. de vsufruct. c. 3. n. 57. cum seq. Caldas. de restitut. in integr. in verb. laesis. n. 145.* Quamuis enim pater sit legitimus administrator, si velit, licet non habeat vsumfructum, tamen intelligitur, quando proprio motu recusat vsumfructum, & sic vbi non est suspectus testatori, nec legi, & ita procedit *l. fin. §. sin autem in secunda. C. de bon. quae liber.* vt per *Doct. in d. auth. excipitur, C. eod. tit.*

EPITOME.

HYpotheca quando competat in bonis patris etiam à tertio possessis pro alimentis, & legitima, ac eius supplemento. ¶ Dotis constitutio facta à patre debitis inuoluto an valeat. ¶ Vicarius an sit præferendus pro congrua portione alijs, qui bona suæ Ecclesiæ habuerunt. ¶ Et an sit soluenda in primis per eos, qui percipiunt decimas surgentes in parochiali, vel potius sit petenda ab illis, quibus sacramenta administrantur. ¶ Et an facta translatione decimarum intelligatur translatio cum d. onere congruæ portionis. ¶ Et an illi obstet contraria consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Creditor patris præfertur in bonis illius, non habita consideratione alimentorum, quæ debentur filijs.*
2 *Hypotheca non datur filio in bonis patris pro alimentis.*
3 *Legitima, & eius supplementum non habent aliquam hypothecam. n.4.*
5 *Hypotheca tacita non præfertur expressæ anteriori.*
6 *Alimenta habent hypothecam, quando sunt in testamento relicta, & certa corpora designata.*
7 *Alimenta quando possint peti à patre, seu tertio bona illius possidente. & n.8.*
9 *Dotis constitutio facta à patre debitis inuoluto non valet. & n.10.*
11 *Dos debet constitui secundum qualitatem, & quantitatem facultatum patris.*
12 *Non entium nulla sunt qualitates.*
13 *Rector est præferendus pro congrua portione sibi debita alijs, qui bona suæ ecclesiæ habuerunt.*
14 *Agens de damno præfertur agenti de lucro.*
15 *Bona facilius reuertuntur ad naturam suam.*
16 *Vicarius curat animas, & personaliter deseruit, & habet ius commune pro se, cui nulla consuetudo obstat, vt congrua portio sibi non debeatur.*
17 *Congrua portio debetur parocho in primis ab eo, qui percipit decimas surgentes in parochiali, quæ licet transferantur, tamen transeunt cum d. onere. n.18.19. & 20.*
21 *Congrua portio quando sit petenda à parochianis, quibus sacramenta administrãtur. & n.22.*

CAPVT CCCLXVI.

ALimenta, quæ prætendebantur in bonis, de quibus in casu mihi proposito, Dixi non deberi, aderat enim obligatio antiquior fa-
1 cta per patrem ad fauorem creditoris, † itaut per natiuitatem filiorum nõ posset fieri deterior eius conditio, & per consequens erit prius exul-
Stephani Gratiani

uenda, nulla habita consideratione dictorum alimentorum *Bart. in l. creditor qui prior. 12. in princ ff. qui potior. in pignor. habeant. Præposit. in c. cum haberet. col. penult. post med. n. 7. de eo qui dux. in matrim. quam poll. Surd. de alimen. tit. 1. q. 94. in fin. n. 14. Alex. cons. 85. n. 1. lib. 3. Ruin. cons. 136. n. 5. lib. 4.*

Præsertim, quia pro alimentis nulla datur hypo-
2 theca filio in bonis patris † *Couar. in epit. de Sponsalib. p. 2. §. 6. c. 8. n. 14. post princ. vers. non tamen transit hoc onus. Roman. cons. 51. in re præsenti. in fin. n. 28. Gabr. de aliment. conclus. 2. n. 4. vers. tenendo.* vbi de commun *Cordubens. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. n. 81. de*
3 *liber. agnoscend.* † Cum etiam pro legitima, aut eius supplemento non competat hypotheca *Dec. cons. 234. in casu magnifici domini generalis. col. vlt. in princ. vers. ex quo datur intelligi. n. 6. Roland.* qui de recepta opinione testatur *cons. 78. n. 18. lib. 1. Affl. decis. 162. n. 4. Rip. in l. in quartam. col. 22. ad med. n. 114. ff. ad leg. falcid.* Gabr. *de legitim. concl. 5. n. 1. Put. decis. 137. lib. 2. Rot. coram* Cardin. *Lancellott. Roman. Saluiani interdicti 3. iulij. 1600.* latè *Bolognin. cons. 59. n. 2. Neguss. de pignorib. m. 4. p. 2. n. 16.*
4 *vers. vigesimusquartus casus.* † Et latissime respondendo contrarijs de veriori opinione, & magis communi testatur Cardin. *Mantic. de tacit & ambig. conuention. lib. 11. tit. 13. n. 1. vsque ad n. 80.*

Et quatenus etiam competeret hypotheca, ta-
5 men, cum sit tacita † non erit præferenda expressæ anteriori, de qua agimus, cum lex non tollat illud, quod partes sibi per pactum quæsierunt *Bald. in l. assiduis. 12. col. 1. in fin. vers. item præfertur. n. 5. & ibi Salic. n. 4.* C. *qui potior. in pign. habeant. Rip. in l. 1. n. 27. ff. solut. matrimon.*

Maxime, quia tunc alimenta habent hypothecam, quando à patre fuerunt in testamento re-
6 licta, † & certa corpora designata, quo casu illa obligatio sequitur quemcunque possessorem, contra aliud sit, quando pater aliqua bona alienasset, nam in emptorem illorum non descenderet huiusmodi obligatio, qua pater adstringitur ad alendum filium, licet descendat in hæredem Cordubens. *in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. n. 81. ff. de liber. agnoscend. Couar. in epit. Sponsal. p. 2. §. 6. c. 8. n. 14. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 51. n. 2. in fin. vers. & contrarium. Thesaur. decis. 211. n. 11. in fin. post Bart. in l. Lucius. de alim. & cibar. legat. Roman. cons.*
7 *388. n. 3. Aym. cons. 20. n. 10.* † Et ita intelligitur *Roland. cons. 54. n. 64. lib. 2.* dum voluit, quod alimenta possint peti non solum à patre, sed etiam ab extraneo eius bona possidente; Quia hoc procedit in possessoribus bonorum paternorum, & maternorum tanquam hæredibus, ad quos transit huiusmodi onus alendi tanquam sint vna persona cum defuncto;
8 Aliud est † in emptoribus dictorum bonorum, ad quos non descendit talis obligatio. *Rota*

cons.224.n.12. in fin.lib.1. cum alijs, quos adduxi *decis.129.n.11.& 12.*

Et facit, quod dicitur de patre debitis inuoluto,
9 qui non potuit filiam dotare, † si tamen illi filiæ dotem constituat, non tenet talis dotis constitutio *Bal.in l.fin.col.penult.in princ. vers.sed quid si pater.n.10.C.de dot.promiss.* cum dos non de-
10 beat constitui, nisi soluto ære alieno † *l.vlt.in princ. ff. quæ in fraud. credit.* & notat etiam *Roman.in l.1.ff.solut.matrimon. Ias.in §.fuerat. n.116.instit.de action. Rebuff.de congr. portion.*
11 *n.102.tom.15.p.2.f.245.* † Et est ratio, quia dos debet constitui secundum qualitatem, & quantitatem facultatum patris *l quæro. de iur. dot.l. non potest. §. gener. ff. eod. tit. l. si filia. de legat.3.* Vnde, si non adsunt facultates, neque potest cadere dotis constitutio, cum non entis
12 nullæ † sint qualitates *l. eius qui in prouincia. ff. si cert. petat.*

Quæ omnia applicantur per Doctores ad con-
13 gruam portionem debitam Rectori, † vt per *Rebuff.de congr.portion.n.101.& 102.* vbi, quod si temporalia, vel alij redditus beneficij non sufficerent, nisi Vicario, tunc ipse erit præferendus, quia illud temporale erat prius patrimonium suæ Ecclesiæ, vnde, si postea alijs datum fuit, non debet talis datio obesse ei, qui habet priora, & potiora iura, cum præsertim d. Vicarius agat de damno vitando, alij autem
14 de lucro captando, † in quorum concursu præfertur, qui agit de damno *l.iuris ignorantia.ff.de iur. & fact. ignorant.* Quamuis in Vicario hoc etiam sit propter rationem maioris fauoris, qui in eo consideratur, nam fauorabilius est alere plebem cibis spiritualibus, vt facit Vicarius,
15 cum † etiam bona reuertantur facilius ad suam naturam *l.si vnus. §. pactus. ff. de pact.* Et tolerabilius est, quod Canonicus egeat, quam Rector, qui curat animas, & personaliter deser-
16 uit, † & habet ius commune pro se, cui nulla consuetudo, vel statutum obstat, vt concludit in specie *Henric. Boich. in c.exposuisti. in fin. de præbend. & ibi Card.in 3.notab. Rebuff. de congr.portion.n.104.*

Et quoniam de congrua portione locuti sumus,
17 circa eam obiter notandum est, † quod illa debetur parocho imprimis ab eo, qui percipit decimas surgentes in parochiali, quia istæ sunt specialiter iure diuino, & positiuo sacrorum canonum destinatæ ad vsum Rectoris sustinentis curam animarum *c.omnes decimæ.16. q.7. c. fin.de paroch.c.cum contingat. c. cum in tua. & c. parochianus. de decim. c.reuertimini.16. q.1. Anchar.cons.196. n.2. Rebuff. de decim. q.7. n. 4.Caputaq.decis.356.n.2.p.3.Cardin.cons.26.in*
18 *princ & cons.88. n. 2.* † Et quamuis tales decimæ aliquando transferantur in alios ex concessione Apostolica, tamen semper ista translatio intelligitur facta sub conditione, vt congrua
19 remaneat ipsi Rectori † *c. 2. §. vbi autem. de decim. in 6.* Maxime, si transferantur in laicum *Couar.lib.1.var.resolut.c.17.n.6. in fin. Rebuff. de congr.port.n.47.* Nam transeunt in quoscunque cum isto onere, & Papa nunquam censetur per sua priuilegia voluisse præiudicare congruæ portioni Rectoris *Idem Rebuff.de congr.port.q.*
20 *12.n.103.* † & tenuit *Rot coram R. P.D. Ludouisio. Pampilonen. iurispatronatus de Gongora. 30.ianuar.1609 & coram R.P.D.Sacrato. Pacen.congrua. 8.iunij.1612.*

Neque obstabit, quod congrua sit petenda à pa-
21 rochianis, † quibus sacramenta administrantur *c.omnis christianus.de consecrat.distinct.1. Abb. in c.de rectoribus. n.6.de cleric. ægrotant.Surd. de alim.tit.1. q.60.n.1.* cum seminans spiritualia iustum sit, vt metat temporalia *c. cum ex officij. in fin. de præscrpt.* Quia illud intelligitur, vbi parochiani nullas soluunt decimas,
22 forsan ex aliquo priuilegio Apostolico, † vel ita exiguas, vt non sufficiant pro Rectore, secus vbi soluunt consuetas decimas, quæ sunt satis, superque sufficientes pro sustentatione eiusdem Rectoris, tunc enim ad illas debet Rector se imprimis conuertere tanquam sint specialiter destinatæ ad hunc vsum, vt in terminis declarat *Rot coram R.P.D.Sacrato.Pacen. congrua.8.iunij.1612.*

EPITOME.

Dos etiam inæstimata an possit constitui per tutorem, vel minorem sine decreto, & alijs solemnitatibus. ¶ Et quid stante pacto, seu statuto lucri dotis. ¶ Vel quando esset relicta à patre in testamento. ¶ Et in rebus, quæ seruando seruari non possunt. ¶ Et quid si nupserit pari, vel benemerito. ¶ Et an in hoc consideretur læsio. ¶ Feudum an possit dari inæstimatum pro dote. ¶ Maritus minor recipiendo dotem, an obligetur pro illius restitutione. ¶ Lucrum dotale an sit considerandum stante nullitate dotis. ¶ Matrimonium an possit contrahi per minorem sine solemnitatibus. ¶ Et detur ei restitutio, quamuis nupserit indigno ¶ Dos constituta per tutorem, quantumcunque ampla, an censeatur ratificata per mulierem ex matrimonio postea contracto, itaut etiam in genere hæc cogitatio videatur sufficere. ¶ Conuentio, vel statutum lucrandi dotem an inducat alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, seu minor non possunt constituere dotem quamuis inæstimatam sine decreto, & alijs solemnitatibus, maxime stante statuto dante lucrum dotis.n.2.*

3 *Feudum potest dari inæstimatum pro dote dummodo non adsit consuetudo, seu pactum de illam lucrando.*

4 *Conuentio, seu statutum lucrandi dotem, inducit alienationem.*

5 *Statutum de lucro dotis an sit cum iactura alterius.*

Fauen-

de congr. port. n. 47. Nam transeunt in quoscumque cum isto onere, & Papa nunquam censetur per sua priuilegia voluisse præiudicare congruæ portioni Rectoris *Idem Rebuff. de congr. port. q. 12. n. 103.* † & tenuit *Rot coram R. P. D.* ... *Pamp... iurispatronatus de congr.* *30. ianuar. 609 & coram R. P. D. Serra ... de congrua 8. iunij 1612.*

Neque obstabit, quod congrua sit petenda à parochianis, † quibus sacramenta administrantur *c. omnes christiani de consecrat. dist.* ... *de rectoribus. n. 6. de cleric. agrotant.* ... *de alim. lib. 1. q. 60. n. 1.* cum seminantibus spiritualia iustum sit, ut metant temporalia *c. cum ... ficij. in fin. de præscript.* Quia illud intelligitur, vbi parochiani nullas soluunt decimas, forsan ex aliquo priuilegio Apostolico, † vel ita exiguas, vt non sufficiant pro Rectore, secus vbi soluunt consuetas decimas, quæ sunt satis, superque sufficientes pro ... eiusdem Rectoris, tunc enim ad ... debet Rector se imprimis conuertere, ... sunt specialiter destinatæ ad hunc vsum, ... nis declarat *Rot coram R. P. D. Serra ... congrua 8. iunij 1612.*

EPITOME.

Dos etiam inæstimata an possit constitui per tutorem, vel minorem sine decreto, & alijs solemnitatibus. ¶ Et quid stante pacto, vel statuto lucri dotis. ¶ Vel quando esset relicta à patre in testamento. ¶ Et in rebus, quæ seruando seruari non possunt. ¶ Et quid si nupserit pari, vel benemerito. ¶ Et an in hoc consideretur læsio. ¶ Feudum an possit dari inæstimatum pro dote. ¶ Maritus minor recipiendo dotem, an obligetur pro illius restitutione. ¶ Lucrum dotale an sit considerandum stante nullitate dotis. ¶ Matrimonium an possit contrahi per minorem sine solemnitatibus. ¶ Et ... ... et restitutio, quamuis nupserit indigno. ¶ Dos constituta per tutorem, quantumcumque ampla, an censeatur ratificata per mulierem ex matrimonio postea contracto, itaut etiam in genere hæc cogitatio videatur sufficere. ¶ Conuentio, vel statutum lucrandi dotem an inducat alienationem.

SVMMARIVM.

Tutor, seu minor non possunt constituere dotem quamuis inæstimatam sine decreto, & alijs solemnitatibus, maxime stante statuto de lucro dotis. n. 1.

Feudum potest dari inæstimatum pro dote, dummodo non adsit consuetudo, seu pactum illum lucrandi.

Conuentio, seu statutum lucrandi dotem inducit alienationem.

Statutum de lucro dotis an sit consider... ... *terum.* ... *Statu-*

6 *Fauendum est potius repetitioni dotis, quam lucro aduentitio viri.*

7 *Maritus minor recipiens dotem obligatur pro illius restitutione etiam sine decreto iudicis. Et de ratione differentiæ inter ipsum, & mulierem. n. 8.*

9 *Minor potest contrahere matrimonium sine vlla solemnitate iuris ciuilis.*

10 *Mulier minor restituitur dando maiorem dotem, quam exigeret qualitas viri, vel patrimonij.*

11 *Restitutio non datur minori quamuis sit contractum matrimonium cum indigno.*

12 *Minor in matrimonio habet legitimam personã, & potest stare in iudicio, quidquid secus sit in dote constituenda. n. 13.*

14 *Constitutio dotis non venit in necessariam consequentiam matrimonij, quod sine ea potest contrahi.*

15 *Promissio dotis sine solemnitatibus est nulla, sicut traditio de bonis immobilibus pro dote.*

16 *Tutor non potest promittere dotem etiam relictam à patre sine decreto, & solemnitatibus. Et de ratione. n. 17. & 18. Contrarium. n. 19. & 20. Intellige, vt n. 21.*

22 *Contractus præsumitur damnosus cessante decreto iudicis.*

23 *Dotis constitutio, vt sit nulla, sufficit si aliquo casu possit esse damnosa, quamuis alio respectu vtilitatem afferat.*

24 *Lucrum dotale non debet considerari stante nullitate dotis in rebus immobilibus sine decreto. Intellige, vt n. 25.*

26 *Dos potest constitui per minores in rebus, quæ seruando seruari non possunt. Declara vt num. 27.*

28 *Menochius cons. 242. n. 3. & Gabr. cons. 20. n. 1. circa constitutionem dotis per minorem quomodo intelligantur.*

29 *Mulieri minori an intersit esse dotatam, vt melius à marito tractetur. Et an hoc casu læsio sit consideranda. n. 30.*

31 *Minor sine decreto potest constituere dotem in rebus immobilibus si nupserit pari, vel bene merito, neque in hoc consideratur læsio; nec ei competit restitutio, quamuis in maiore non attenderentur ista merita. num. 32. & 33. Contrarium est verius n. 34. Et de ratione. n. 35. Maxime stante statuto de lucro dotis. nu. 36. 37. 38. & 39. Et quid stante iuramento. num. 40.*

41 *Dos constituta per tutorem cum debitis solemnitatibus quantumcumque ampla censetur ratificata per mulierem ex matrimonio postea contracto. Et sufficit hæc cogitatio in genere.*

CAPVT CCCLXVII.

Constitutionem dotis, de qua agebamus, quamuis inæstimatam, Dixi esse nullam 1 tanquam factam siue per tutorem, † siue per minorem sine decreto, & alijs solemnitatibus requisitis tam per constitutionem Marchiæ quã de iure communi *l. titia. ff. de iur. dot. l. lex quæ tutores. in princ. C. administr. tutor. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 20. n. 31.* vbi etiam *n. 34.* quod ita resoluit *Rot. coram Cardin. Lancellotto Sabinen. dotis 13. ianuarij 1576. Barbos. in l. 1. p. 4. nu. 129. ff. solut.* 2 *matrim.* Et est indubitata opinio, † quando, prout in casu nostro, adesset pactum, seu statutum de lucro dotis, quasi tunc militet ratio, quæ cadit in alienatione, vt testatur *Surd. de-* 3 *cis. 278. n. 1.* † Exemplo fœudi, quod licet possit dari inæstimatum pro dote, tamen hoc non procedit stante statuto, aut pacto lucrandi *Ias. in auth. res quæ col. 7. in princ. vers. limita istam communem. n. 26. C. commun. de legat. Roland. de lucro dot. q. 54. n. 18. Clar. in §. fœudum quæst. 36. ante med. vers. modo duo concurrant;* 4 Quia pactum, seu statutum lucrandi inducit alienationem, si enim valide daretur in dotem fundus immobilis, eueniente casu cederet mariti lucro, cum mulier dando illum in dotem videatur consentire, quod habeat locum lucrum statuti, tanquam hoc sit necessarium antecedens, vt bene explicat *Surd. d. decis. 278.* 5 *n. 16. in fin. vers. sed vbi etiam maritus.* † Ideo decretum videtur esse magis necessarium, si extat statutum de lucro dotis, quasi illud cum iactura alterius concedatur *Bald. consil. 290. quod vir. in fin. lib. 1. Corn. cons. 247. n. 4. lib. 4. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 6 *12. tit. 20. n. 38.* † Vbi etiam quod quatenus hoc esset dubium, potius est fauendum repetitioni dotis, quam lucro aduentitio mariti, quod inspecta causa proxima dicitur tale *Dec. cons. 195. n. 3. & cons. 260. n. 4. & 5. Roland. de lucr. dot. q. 42. in fin.*

Quæ autem dicuntur de valida obligatione dotis 7 facta per minorem, † procedunt, quando essemus in marito, qui recipiendo dotem, quamuis sit minor valide obligat pro illius restitutione omnia sua bona, aliud est in vxore minore, & eius tutore, qui non potest constituere dotem in bonis immobilibus sine decreto, neque illa obligare pro dote, & ideo etiam neque tacite à lege inducitur hypotheca *Neguſ. de pign. 4. memb. p. 2. n. 73. & 74. Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuil. 58. Surd. cons. 191. n. 22. & 23. lib. 2.* 8 Quasi maritus † recipiendo dotem non diminuat patrimonium, sed augeat, & suam conditionem meliorem faciat, quod non est in vxore dotem constituente; Vnde non mirum, si potius in hoc casu, quam in alio decretum requiratur, prout late explicat *Barbos. in l. si constante. 25. in princ. n. 128. vsque ad n. 130 ff. solut. matrim.*

Nec facit quod dicitur de minore, qui est habendus maior, etiam in dote constituenda tanquã 9 accessoria ad matrimoniũ, † quod minor potest contrahere sine vlla solemnitate iuris ciuilis *l. in copulandis. C. de nupt. l. minorem. ff. eod. tit.*

Quia de vno ad aliud non valet consequentia.
10 Mulier † enim minor restituitur dando maiorem dotem, quam ipsius patrimonium exigeret, aut viri qualitas *l. si ex causa. §. in dotis. ff. de minorib. Castr. in l. vnic. C. si ad-*
11 *uers. dot.* † Et tamen non restituitur aduersus matrimonium *c. ex parte. de restitut. spoliator.* quamuis nupserit pauperimo, & indigno *Gomes. var. resolut. tom. 2. c. 14. n. 2. Iacob. de S. Georg. in l. siue generalis. ff. de iur. dot.*
12 Cum minor in matrimonio habeat legitimam personam, & possit stare in iudicio *c. fin. de iudic. in 6. Glos. in l. ait prætor. in princ. ff. de mi-*
13 *norib.* † Sed non potest stare pro dote, neque habet legitimam ætatem pro illa constituenda *Bald. in l. 1. in 3. notab. C. si aduers. dot. & in auth. quod locum. col. vlt. vers. octauo quæritur. C. de collation. late Roland. de lucr. dotis. q. 45. n. 3. & 4. Lup. in c. per vestras. in 2. notab. n. 21.*
14 *de donat. inter. vir. & vxor.* † Cum etiam dotis constitutio non veniat in necessariam consequentiam matrimonij, quasi illud possit contrahi sine dote *l. quod si nulla. ff. de religios. & sump. funer. l. vlt. de repud. l. fin. de donat. ante nupt.* & in proposito notat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. titul. 20. n. 36. post Bald. in l. 1. in 3. notab. C. si aduers. dotem.*

Neque obstat quod apocha, de qua agimus fuerit solum de promissione dotis, quæ est diuer-
15 sa à dote, † Quia sicut non valet traditio de bonis immobilibus pro dote, ita neque promissio, quæ est nulla ipso iure, Vnde frustra agitur de traditione, in qua tamen si decretum interponeretur tacite, videretur confirmata promissio inualida, vt declarat *Barbos. in l. si constante. 25. in princ. n. 130. ff. solut. matrim.*

Amplius neque sufficeret, quod dos fuisset à patre relicta, Quia neque poterat à tutore pro-
16 mitti, † nec fieri pro ea valida bonorum obligatio, Requiritur enim decretum, nam quando dos fuit à testatore non promissa, sed relicta in testamento, nulla alia oritur obligatio, quam illa, quæ datur pro legatis, secundum quam non obligantur bona propria hæredis;
17 Vnde non potest † tutor durius eosdem hæredes obligare promittendo d. dotes, & pro eis hypothecare propria eorum bona, quæ non erant obligata, si enim debitum hæreditarium deducitur ab hærede in promissionem nouatur, & desinit esse hæreditarium, & hæres conuenitur proprio nomine, nec vtitur beneficio in
18 uentarij, † Et vbi agitur de obligando minorem in re propria, non attenditur quod debitum descendat à facto testatoris, ideo non mirum, si etiam debent seruari solemnitates, & adhiberi decretum iudicis, prout late omnia prædicta declarat *Surd. cons. 191. n. 24. vsque*
19 *ad n. 27. lib. 2.* † Quamuis propter voluntatem patris non requiri decretum in hoc casu dicat *Rum. in rubric. ff. solut. matrimon. n. 228.* quod dignissimum notatu reputat *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 20. in fin. n. 40.* contra *Riminald. Iunior. cons. 189.*
20 *n. 5. vsque ad n. 13. lib. 2.* † Quibus adde *Glos. in l. lex. qua tutores. in verb. vel in dotem. post med. C. de administr. tutor.* vbi in specie concludit in hoc casu non requiri decretum propter voluntatem testatoris, & sequitur *Ladereb.*
21 *cons. 66. n. 7.* † Quæ tamen sunt intelligenda iuxta distinctionem, quam aduxi *decis. 131. post Surd. decis. 77. n. 4.*

Accedat quod apparet de magna læsione mulieris minoris, cum fuerint promissa omnia, & singula bona ad eam spectantia tam ex bonis paternis, quam maternis, & ex alia quacunque causa, & occasione, vt latius in apocha continetur, vnde magis decretum requirebatur, cum etiam si adesset vtilitas mulieris illud re-
22 quireretur, † itaut dicto decreto cessante præsumatur contractus damnosus *Corn. cons. 282. col. fin. n. 11. lib. 1. & cons. 254. videtur in hoc. n. 7. col. penult. eod. lib. Phanuc. de lucr. dot. glos. 10.*
23 *n. 25.* † Adeo vt in causa dotis sufficiat ad illam annullandam, si aliquo casu potest esse damnosa, quamuis alio respectu vtilitatem afferret *l. attilicinus. in fin. de pact. dotab. Alex. & Imol. in l. si socer. §. lucius. ff. solut. matrim. Surd. cons. 112. n. 32. lib. 1.*

Stante igitur nullitate dotis in rebus immobili-
24 bus sine decreto, non est tractandum † de aliquo lucro dotali *Corn. cons. 3. col. penult. in prin. vers. & ideo statutum loquens. n. 4. ad fin. lib. 3. Roland. de lucr. dot. q. 45. n. 2. tom. 9. fol. 370. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 13. n. 91. & 92. late Rimin. Iun. cons. 189. n. 1. vsque ad n. 5. lib. 2. post Bald. & Castr. in l. 1. C. si aduers. dot. Roman. cons. 314. col. 1. Cuman. cons. 109. col. 2.*
25 Nisi † statutum ipsum dotem constitueret, quia tunc tanquam dos constituta à lege præter hominis voluntatem, non indigeret solemnitate aliqua statutaria, aut legali *Caualcan. de tutor. n. 158.*

Non obstant alia ex aduerso allegata, quia procedunt in rebus, quæ seruando seruari non
26 possunt, † in quibus valet constitutio dotis per minorem non obstante statuto, aut iuris communis dispositione sine decreto, & solemnitatibus, secus in immobilibus, & pecunijs loco immobilium subrogatis, de quibus extant census, & quæ seruari possunt, & ad fænus exercendum, aut ad cambia ponuntur, aut pro tuitione familiæ, & matrimonij conseruantur *Castr. in l. vnic. C. si aduers. dot. Gurt. Iun. cons. 168. n. 17. Neguf. de pignor. 4. memb. 2. p. n. 75. Bald. in l. si curatorem. n. 5. vers. hic addo vnum. C. de restit. in integr. Paris. cons. 25. n. 77. lib. 2. Natt. cons. 496. n. 14. late Francis. Cald. de restit. in integr. in verb. contractum fecisti. col. 20. vsque ad 31. vers. sexto principaliter. n. 11. cum alijs per Roland. de lucr. dot. q. 45. in fin.*
27 Quamuis † etiam in dandis bonis mobilibus in dotem per minorem seruanda sit distinctio, de qua

de qua in *l. si curatorem. C. de in integr. restit. minor. Curt. Iun. cons.* 168. *n.* 17. *Barbos. in l.* 1. *p.* 4. *n.* 129 *ff. solut. matrim.* Et quod prædicta procedant in mobilibus declarat etiam multos adducens *Menoch. cons.* 241. *n.* 2. *lib.* 3. † vbi ita respondet ad *Gabr. cons.* 20. *lib.* 2. de quorum cõtrarijs consilijs est decisio *Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Romana dotis.* 29. *maij.* 1602. vbi concludit pro opinione *Menoch.* de qua latius dicam Deo dante in *capite particulari*, cum *d. cons. Gabr.* allegauerim *in decis. March.* 95. *n.* 5. quod tamen non firmaui vt *d. n.* 5. *vers. præterea quidquid fit.* Quæ volui dixisse, cum alias d. decisio fuerit allegata tanquam continens opinionem non veram, quod tamen non erat dicendum, cum illam non admiserim.

28

Neque etiam obstabit, quod intersit mulieris minoris esse dotatam, † quasi tunc melius à marito tractetur *l. vlt. C. ad velleian. Socin. cons.* 80. *n.* 7. Quia non ex hoc cessat ratio læsionis, cum etiam illa possit interuenire in dote, ob quam aduersus eandem dotem datur restitutio in integrum *Bald. in l.* 1. *n.* 2. *de minor. Bero. cons.* 39. *n.* 11. *lib.* 1. † Et si minor in constituenda dote non posset circumueniri, nunquam opus esset adhibere decretum iudicis, quod tamen requiritur ad hoc, vt dos in bonis immobilibus minorum possit constitui *l. prædia. C. de præd. minor. l. lex quæ tutores.* 22. *in princ. vers. præcipimus. C. de administr. tutor.*

29 30

Prædictis tamen videbatur obstare *Bal. cons.* 199. *in causa ista considerandum. ante fin. vers. sed quia ista interpretatio. n.* 5. *lib.* 3. † vbi cõcludit quod minor sine decreto potest constituere dotem in rebus immobilibus, si nupserit pari, coetaneo, & bene merito, quia nobilitas, & scientia supplet multa, maxime si matrimonium fuisset laudatum à propinquis, & non vsurpatum & cum eorum consilio contractum; Quod etiã voluit † *Castr. in l.* 1. *n.* 4. *C. si aduers. dot.* vbi si maritus meretur, non consideratur læsio in muliere minore dante omnia sua bona in dotem, neque ei competit restitutio, si autem esset maior, quamuis daret non merenti non restitueretur, † licet læderetur Idem post *Iac. de Aren. & Iac. Butrig* sequitur *Salic. in d. l.* 1. *in fin.* Vbi quod si vir est dignus tanta dote, cessat repetitio, & restitutio, quod comprobat etiam *Tiraq. de legib. connubial. l.* 9. *glos.* 8. *n.* 198. *fol.* 380. *Ladereb. cons.* 66. *n.* 10. *in fin.*

31 32 33

Verum non est recedendum à supra firmatis, quia prædicta intelliguntur, † quatenus in tali constitutione dotis fuerit adhibitum decretum iudicis, prout declarat Idem *Bald.* qui exaduerso allegatur *in l. nulla.* 4. *n.* 5. *C. de iur. dot.* Vbi quod minor potest dare totam patris hæreditatem amplam in dotem interueniente, tamen decreto, dummodo vir sit dignus tanta dote, cum sine d. decreto non valeat constitutio dotis, nec eius augmentum in stabilibus, si fiat per minorem; † Talis enim constitutio non est legalis. & necessaria, sed voluntaria, maxime quia adest alia ratio cognitionis causæ, quæ requiritur in cognoscendo an suppetant facultates, & vir sit dignus tanta dote, itaut huiusmodi cognitio spectet ad iudicem, sine cuius decreto hoc non erit concedendum, Istæ sunt verba *Bald. cons.* 108. *quæritur vtrum ad vltra. n.* 1. *lib.* 1. & sequitur *Roland. de lucr. dot. q.* 45. *n.* 2. *to.* 9. *fol.* 370. *Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 13. *n.* 80. *ante fin.* † Maxime stante statuto, vt vir lucretur dotem, quod facit, vt magis excludatur minor à constitutione dotis sine decreto, quasi tunc militet ratiõ, quæ cadit in alienatione *Surd. decis.* 278. *n.* 1. *cum alijs supra in principio huius capitis allegatis*, † Ita vt hoc casu minus debeat considerari dignitas viri, & quod minor nupserit pari, prout stante d. statuto quod illa non sit consideranda concludit *Tiraquel. de legib. connub. l.* 9. *glos.* 8. *n.* 198. † dum refert se ad *Raphael. Cuman. cons.* 109. *alias est.* 110. *domina ioanna. post princip. vers. ad primum respondetur. & n.* 2. *in fi. vers. & hæc quæ dicta sunt.* † vbi concludit non dari istam cõstitutionem dotis in minore sine decreto stante d. statuto *l. lex. quæ tutores. C. de administr. tutor. l. prædia. C. de præd. minor.* & notatur *in l. titia. ff. de iur. dot.*

34 35 36 37 38 39

Et quamuis *Bald. in d. l. nulla. n.* 5. *in fi. C. de iur. dot.* concludat, † quod si mulier minor iurasset dando talem dotem, tunc nihil referret siue maritus sit dignus, siue non, quasi iuramentum faciat, vt non possit prætendi læsio, nisi dolo aduersarij contingeret; tamen hoc non obstabit in casu nostro, quia non adest iuramentum, sed solum fuit confecta apocha coram testibus, cum etiam si adesset iusiurandum non operaretur stante statuto, per quod annullatur similia iuramenta minorum, vt dixi *decis.* 234. *n.* 7.

40

Si autem fuisset constituta dos per tutorem, seu curatorem mulieris cum debitis solemnitatibus, † quantumcunque ampla, censeretur ratificata per eandem mulierem ex matrimonio postea contracto, itaut etiam in genere hæc cogitaio videatur sufficere *Rot. diuers. decis.* 89. *n.* 11. *p.* 2.

41

EPITOME.

Litteræ officialium, quãdo probent collationem ordinum, & similiũ dispositionum voluntariæ iurisdictionis sine notario, & testibus. ¶ Clericatus collatus absque dispensatione an valeat, si pater clerici fuisset condemnatus de crimine læsæ maiestatis. ¶ Et an obstet si talis sententia fuerit lata à laico sine declaratione iudicis Ecclesiastici. ¶ Crimen læsæ maiestatis an incurratur respectu Principis non recognoscentis superiorem, ¶ Et quando filij incurrant pœnas de quibus *in l. quisquis. C. ad l. iuliam maiestat.* ¶ Successio quæsita alteri antequam quis efficiatur clericus quo casu tollatur ex superuenientia clericatus. ¶ Ex præsentatione inualida an sit consumpta facultas postea valide præsentandi. ¶ Et quid

in nominatione, institutione, & electione. ¶ Effectus quando sit considerandus, ita vt illo non sequuto actus dicatur nullus. ¶ Præsentationes quo casu possint dici habere effectum, & quæ requirantur ad acquirendam possessionem iurispatronatus. ¶ Præsumptio effectuationis an resultet, constito de collatione, & opponenti an incumbat onus probandi illam non fuisse sortitam effectum.

SVMMARIVM.

1 *Collatio ordinum probatur ex litteris Episcopi eius sigillo munitis.*

2 *Actus voluntariæ iurisdictionis probantur ex litteris officialium sine testibus, & tabellione, secus in iudicialibus.*

3 *Collatio clericatus absque dispensatione non valet, si pater clerici fuisset condemnatus de crimine læsæ maiestatis.*

4 *Incidens in crimen læsæ maiestatis priuatur honoribus secularibus, & ecclesiasticis.*

5 *Sententia cōdemnatoria in crimine læsæ maiestatis, non debet ferri à laico nullam habente iurisdictionem respectu spiritualitatis, & absque declaratione iudicis ecclesiastici.*

6 *Crimen læsæ maiestatis an incurratur respectu principis recognoscentis superiorem.*

7 *Filij rei criminis læsæ maiestatis non incurrunt pœnas l. quisquis. C. ad leg. iul. maiestat. nisi quando fuit commissum dc crimen contra personam Imperatoris, & Principis non recognoscentis superiorem.*

8 *Præsentatio an valeat, si fiat per patronum, qui perpetuo non sit clericus stantibus verbis testatoris quandiu permanserit in clericatu.*

9 *Ius quæsitum alicui, antequam quis efficiatur clericus non tollitur ex superuenientia clericatus. Intellige vt n. 10. & 12.*

11 *Voluntas magis declaratur facto, quam verbis*

13 *Nominatio nulla non priuat habentem facultatem nominandi, vt non possit iterum nominare. Idem in electione, institutione, & similibus dispositionibus. n. 14.*

15 *Effectus in omnibus rebus est considerandus, & paria sunt non habere prouisionem, & non effectuatam.*

16 *Pignus non potest accedere obligationi nullæ, & inefficaci.*

17 *Actus validus qui non potest habere effectum dicitur nullus.*

18 *Ratificatio non meretur nomen ratificationis, si caret effectu.*

19 *Præsentatio tunc dicitur habere effectum, quando præsentatus, & institutus acceptauit, & habuit possessionem.*

20 *Ad capiendam possessionem iurispatronatus quæ requirantur. & n. 21.*

22 *Præsumptio effectuationis resultat, constito de collatione,*

[illegible]

CAPVT CCCLXVIII.

Litteris Episcopi attestantibus contulisse ordines alicui credendum est, cum simus 1 in spectantibus ad eius officium, † quo casu tales litteræ faciunt fidem, si sunt sigillatæ eius authentico sigillo, etiam sine subscriptione testium, & tabellione, prout est in omnibus actibus voluntariæ iurisdictionis, siue extraiudicialis pertinentibus ad officium sigillantis, 2 quidquid aliud sit in iudicialibus *Fel. in c. post cessionem. 7. col. 4. post med. vers. fallit septimo. n. 15. de probat. Rot. decis. 16. eod. tit. in antiq. Bellam. decis. 86. n. 1. & 2. Abb. in c. 2. in 2. notab. de cleric. peregrinis Bal. in l. si qua per calumniam. 22. col. 2. post prin. vers. sed pone episcopus petijt. n. 3. C. de episc. & cler.* & multos adducit *Mascard. de probat. conclus. 988. n. 1. p. 2. f. 325. Gramat. decis. 81. n. 81. n. 1. Gemin. cons. 59. in causa archidiaconi. col. 2. in fin. vers. sed ad hoc respondetur. n. 5.*

De prædictis non fuit dubitatum, solum diceba-3 tur non valere clericatum, † de quo agebamus tanquam collatum absque dispensatione, quando pater clerici fuisset cōdemnatus de crimine læsæ maiestatis, cū inciderit in pœnā *l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest.* Vnde filius erat inhabilis absque dispensatione ad suscipiendum clericatum *Gemin. in c. si quis. 6. q. 5. n. 4. Siluest. in* 4 *verb. infamia. q. 3.* † Sicut enim tales priuantur honoribus secularibus, ita etiam ecclesiasticis. cum de iure canonico sint infames, quos leges seculi damnant *c. 2. & ibi Gemin. n. 1. in 1. notab. 6. q. 1. Innoc. in c. qualiter & quando. il 2. de accusat. Siluest. in verb. infamia. q. 6.*

Istæ tamen sententia condemnationis non deberet ferri à laico nullam habente iurisdictionem 5 respectu spiritualitatis, † & absque declaratione iudicis ecclesiastici, quia non nocet quo ad huiusmodi spiritualia *Rot. coram R. P. D. Coccino Lucana iurispatronatus. 12. iunij. 1606. & coram Card. Lancellotto. Ianuen. patrona-* 6 *tus. 25. iunij 1607.* † Vbi etiam dubitatur an respectu Reipublicæ Ianuensis quis incidat in pœnas *d. l. quisquis. iuxta Bald. cons. 58. et 59. lib. 1. Gig. de crimin. læsæ maiest. lib. 1. q. 29. n. 2. tom. 11. p. 1. fol. 41.* vbi quod quamuis etiam committeretur crimen læsæ maiestatis contra Principes superiorē recognoscentes, prout contra ius de consuetudine, & de facto seruatur, ta-7 men † filij delinquentium non incurrunt pœnas, de quibus in *l. quisquis. §. filijs vero. C. ad leg. iul. maiestat.* cum illæ respectu filiorum non habeant locum, nisi aduersus eos, qui attentarunt contra personam Imperatoris, vel aliorū, de quibus in *d. l. quisquis.* Quamuis plura sint capita prædicti criminis, & notat etiā *August. de Arim. in addit. ad Ang. de maleficijs. in verb. hai tradito la tua patria. vers. tu autē in hac materia. n. 6.* de quo tamen plura *Farin. de crim. læsæ maiest. q. 112. in specl. 5. n. 194.*

Cum igitur cōstet de clericatu, licite potuit præsentare. Nam testator non obligauit patronum

vlterius,

vlterius, quam vt clericus esset, & præsuppofuit quod vbi factus est talis, possit postea nubere, 8 & in clericatus ordine non permanere, † quo casu ius patronatus ad alium transit, Vnde non coegit eũ in habitu clericali perpetuo incedere, & in illo perseuerare, Vsus est enim testator verbis quandiu permanserit in clericatu, & dũ clericus fuerit, per quæ verba non grauauit patronum, vt perpetuo deberet esse clericus, sed illum voluit succedere, si esset clericus, vel in clericatus ordine permanserit *Rot. coram Card. Lancellotto Ianuen. iurispatronatus 25. iunij 1607. in fin. vers. hinc quoque cessat.*

Si autem antequã esset factus clericus, alteri fuisset 9 successio quæsita, † illa non tolleretur ex superuenientia clericatus, late *Federic. de Sen. cons. 26. quidam est ingressus. col. penult. in prin. vers. quæstio præmissa. n. 4. ad med. & n. 5. & 6. per l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. l. si meam rem. & l. nemo. ff. eod. tit. l. senatus. de leg. 1. l. penult. de re iud. Dyn. in c. non firmatur. 18. n. 3. et ibi plene Addit. de reg. iur. in 6.* 10 † Dummodo tamen non vocaretur ad successionem qui vellet esse clericus, Tunc enim statim secuta vocatione non esset illi ius quæsitum, donec alter non declarasset suam intentionem, quod nollet esse clericus, cum ad illum excludendum sufficiat, quod vellet esse clericus; Itaut satis sit istam voluntatem declarasse cum effectu suscipiendo clericatum, cum illa magis declaretur 11 facto, † quam verbis *l. paulus. ff. rem rat. haber. l. reprehendenda. C. de institut. & subst. Socin. cons. 162. n. 7. lib. 2. Surd. cons. 445. n. 13. lib. 3.*

12 Itaut † neque obstet, quod prius præsentauerit tanquam laicus, quia non ideo sequitur, quod non vellet esse clericus, cum haberet quadrimestre ad suscipiendum qualitates requisitas ad effectum præsentandi, prout cum effectu si d. clericatum suscepit intra d. tempus, ex prima præsentatione inualida non fuit consumpta illius facultas postea valide præsentandi *Rot. coram Card. Lancellott. d. Ianuen. patronatus 25. iunij. 1607. Bero. cons. 109. n. 2. in fin. lib. 1. Rota coram Card. Seraphin. Roman. domus. 5. nouem-* 13 *bris. 1582.* † vbi de nominatione nulla, quæ non priuat habentem facultatem nominandi, vt non possit iterum nominare *Surd. cons. 264. n. 29. lib. 2.* Prout idem est in electione, institutione, & 14 similibus dispositionibus, † de quibus dixi supra *c. 58. n. 5. vsque ad n. 12. Gomes. in c. cum in multis. in fin. de rescript. in 6.* Et facit quia semper in omnibus rebus considerandus est effectus *Glos. in l. 2. in verb. consumere. de opt. legat. Becc. cons. 14. n. 31.* Et paria sunt prouisionẽ non ha- 15 bere, vel † non effectuatã *Glos. in l. 2. in verb. sed hic quoque. in fi. de condict. ob turp. caus.* vbi de pignore, quod sicut non potest accedere obliga- 16 tioni nullæ, † ita neque ei, quæ est inefficax *Ias. in l. fin. n. 3. ff. de offic. eius.* vbi etiam quod actus validus, qui non potest habere effectum dicitur 17 nullus † *Surd. cons. 3. n. 30. lib. 1.* vbi etiam de ratificatione, quæ neque meretur nomen ratifi- 18 cationis, si caret effectu † *Bald. in l. cum precibus. 18. n. 1. C. de probat.*

Tunc autem dicentur præsentationes habere effectũ, quando Ordinarius illarum vigore instituit 19 præsentatũ à patrono, & præsentatus, & institutus acceptauit possessione subsecuta *Rot. diuers. decis. 147. n. 1. & decis. 167. in prin. p. 2. post Bal. cons. 12. de iur. patron.* Vbi quod inter requisita necessaria ad acquirendam quasi possessionem 20 præsentandi præcipuum est illud, † vt præsentatio habuerit effectum, non autem quod euanuerit *Caputaq. decis. 337. cum duabus seq. p. 2. & decis. 331. & 418. p. ead. Put. decis. 136. in fin. lib. 3. Rot. coram Card. Pãphil. Pampilonen. præeminentiarum. 17. aprilis. 1592.* cum alijs per *Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 18. n. 85. & 86. &* 21 *glos. 45. n. 37.* † vbi ponit requisita ad capiendã possessionem iuris patronatus, de quibus etiam per *Rip. in c. cum ecclesia Sutrina. n. 49. & 93. cum seq. de caus. possess. & propriet.*

Verum esset, quod constito de collatione resulta- 22 ret in dubio præsumptio effectuationis, † & opponenti incumberet onus probandi non fuisse sortitam effectum *Rot. coram Card. Millino Salamantina portionis. 30. aprilis. 1599.* vbi allegantur concordantes decisiones *Gemin. cõs. 103. pro responsione. n. 3. & 4. Mohed. decis. 9. de probat. Put. decis. 257. n. 2. lib. 1. Cassador. decis. 10. n. 5. de conces. præben. Gomes. in c. cum. in multis. in fin. de rescript. in 6. Rot. decis. 7. ante fin. de caus. possess. & propriet. in antiq.*

EPITOME.

PRælegata an veniant in restitutione fideicommissi, quamuis nihil dictum sit de portione. ¶ Substitutio reciproca, quando contineat solum vulgarem, & pupillarem. ¶ In testamento inter liberos an subintelligatur clausula codicillaris. ¶ Et an illa operetur, sicut expressa respectu inducendi fideicommissum. ¶ Substitutio quando referatur ad eos, quibus fuit specialiter prouisum. ¶ Vulgaris substitutio quo casu non deficiat propter aditionem primi. ¶ Clausula codicillaris quando conuertat substitutionem directam, & reciproçam, & compendiosam in fideicommissum. ¶ Et quomodo debeat esse concepta. ¶ Et an solum confirmet voluntatem testatoris, vel illam alteret, aut extendat. ¶ Et an posit operari, si testamentum iam habuit effectum, & substitutio euanuit per aditionem.

SVMMARIVM.

1 *In testamento inter liberos subintelligitur semper clausula codicillaris, quamuis non sit expressa. Maxime de Iure Canonico. n. 2.*

3 *Substitutio reciproca non continet fideicommissum. Fallit stante clausula codicillari, quando præsertim substitutio esset facta per verba communia. n. 4.*

5 *Substitutio breuiloqua concepta verbis communibus non minus trahitur ad fideicommissum,*

quam

quā compēdiosa virtute clausula codicillaris.

6 *Clausula omni meliori modo habet vim clausulæ codicillaris, & per eam resoluitur etiā substitutio directa in fideicommissariam.*

7 *Clausula codicillaris tacite subintellecta an idem operetur sicut expressa respectu inducendi fideicommissum. & n. 18.*

8 *Iuramentum habet vim clausulæ codicillaris.*

9 *Substitutio secunda recipit interpellationem à prima.*

10 *Prouisio generalis non refertur ad specificata.*

11 *Substitutio facta per pluralem numerum habet relationem ad eos, quibus fuit specialiter prouisum, si in alio non potest verificari. Intellige vt n. 12.*

13 *Prælegata an veniant in restitutione fideicommissi. Et quid si nihil fuit dictum de portione an idem operetur simplex substitutio. n. 14. 15. & 17.*

16 *Intellectus l. marcellus. §. quidam liberis. ad trebell.*

19 *Clausula codicillaris debet esse concepta per verba futuri temporis, vt conuertat substitutionē reciprocam in fideicommissum.*

20 *Clausula codicillaris solum confirmat voluntatem testatoris, non autem alterat, vel extendit.*

21 *Substitutio directis verbis facta trahitur ad fideicōmissū virtute clausulæ codicillaris. Declara in substitutione compendiosa. n. 22.*

23 *Substitutio reciproca continet solum vulgarem & pupillarem in his, qui sunt sub potestate testatoris, non autem fideicommissariam, & expirat adita hæreditate. n. 24.*

25 *Bona grauati, qui potuit de his disponere, vadūt ad successores ab intestato nō facta dispositione.*

26 *Testamentum si habuit effectum, & substitutio euanuit per aditionem, nunquam clausula codicillaris potest operari fideicommissum.*

27 *Substitutio quando possit diuerso iure censeri.*

28 *Substitutio vulgaris quo casu non deficiat propter aditionem primi. n. 29. & 30.*

31 *Vulgaris substitutio habet locum tam in hæreditatibus, quam in legatis, & fideicommissis.*

CAPVT CCCLXIX.

CVm testamentum, de quo agimus, sit inter liberos semper in eo intelligitur apposita
1 clausula codicillaris, † quamuis non fuisset expressa *Glos. in l. cohæredi. §. cū filia. in verb. non valuit.* vbi *Ias.* de communi *in fin. ff. de vulgar.*
2 *& pupill.* † Maxime de iure canonico quidquid aliud sit de iure digestorum *Couar. in c. rainutius. §. 1. n. 4. de testam. Surd. cons. 232. n. 14. & 29. lib. 2.* & de veriori & magis recepta sententia testatur *Ceual q. 187.*

Hoc stante videbatur concludendum esse pro fideicommisso, Quamuis enim simus in substitu-
4 tione reciproca, † quæ non continet fideicommissaria *l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. Bart. in l. 2. C. de impub.* cum alijs *per Roland. cons. 25. n. 2. & 3. lib. 1.* Tamen virtute clausulæ codicillaris verba conuertuntur in fideicommissum, † quando præsertim, prout in casu nostro, esset facta substitutio per verba communia, tunc enim non minus potest trahi ad fideicommissum, quam compendiosa, cum natura verbi communis id patiatur, sicut etiam natura compendiosæ substitutionis *Castr. Corn. & alij in l. frater. C. de fideicommiss. Ang. & Bald. in l. verbis ciuilibus. de vulgar. & pupill. Rub. Alexan. cons. 129. n. 2. ad med. & in fin. vers. ego tamen credo. Aym. cons. 22. n. 8. Decian. consil. 1. n. 301. cum seq. lib. 1. Grat. cons. 8. n. 10. lib. 2.* late
5 *Surd. consil. 232. n. 15. vsque ad n. 20. lib. 2.* † vbi etiam *n. 19. in fin.* loquitur de breuiloqua concepta verbis communibus, quæ non minus trahitur ad fideicommissum, quàm compendiosa virtute d. clausulæ codicillaris, quæ licet non soleat mutare voluntatem testatoris, tamen declarat qualis fuerit mens disponentis *Bald. in l. eam quæ. n. 36. vers. sed pone quidam. C. de fideicommiss. Becc. cons. 88. n. 50.*

Maximè cum in testamento, de quo agimus, adsit
6 clausula omni meliori modo, † quæ habet vim clausulæ codicillaris, & per eam resoluitur etiā substitutio directa in fideicommissariam *Rip. in l. centurio. n. 87. de vulg. & pupill. Galiaul. Curt. Odd. et alij,* de quibus *Peregr. de fideicommiss. art. 34. n. 76.* Vnde multo magis in casu nostro, cum vltra d. clausulam omni meliori modo, simus in testamento inter liberos continente clausulā codicillarem tacitè subintellectam,
7 quæ idem operatur respectu inducendi fideicōmissum, quod operaretur expressa *Decian. cons. 1. n. 305. lib. 1. Paris. cons. 62. n. 14. lib. 2. Ias. in l. precibus. n. 11. in fin. C. de impub. & alijs sub-*
8 *stit.* † Vbi etiam de iuramento, quod habet vim clausulæ codicillaris, & parit eundem effectum *Surd. cons. 232. n. 16. post princ. lib. 2.*

Præsertim propter præcedentem substitutionem fideicommissariam factam à testatore mandante, quod in casu obitus vnius ex suis filiabus sine filijs earum portiones deueniant ad alteram
9 filiam, & ad alium filium, & hæredem, † Vnde idem erit iudicandum de subsequenti substitutione, quæ à prima debet recipere declarationem *l. lucius. §. pater. ad trebel. Ias. in l. 1. C. de impub. & alijs substit. Ruin. cons. 168. n. 4. lib. 2. & consil. 149. n. 9. eod. lib. Ceph. cons. 522. n. 6. lib. 4.*

Neque obstat, quod stante d. prima substitutione speciali filiabus facta non possit secunda substitutio generalis referri ad filias, quibus fuit specialiter substitutum in casu, quo ipsæ dece-
10 derent sine filijs, † Quasi generalis prouisio non referatur ad specificata *l. si stipulationis commodissimum. de verb. oblig. l. doli clausula. de pæn.* Quia in casu nostro substitutio fuit facta per pluralem numerum, vnde non potest verificari nisi fiat relatio, etiam ad eos, quibus fuit spe-
11 cialiter prouisum, † & per cōsequens per d. pluralitatem omnes in substitutione comprehendentur *Bart. in l. fin. ff. ad trebellian. Castr. in l. cohæredi. §. qui patrem. n. 2. in fin. vers. item limita quod hic dicitur. ff. de vulg. & pupillar.*

Cyn.

Cyn. Iacob. de Aren. & alij, de quibus per *Iaſ. in* 12 *l. lucius. n. 26. ff. eod. tit.* † Maxime quando eſſemus, prout in caſu noſtro, in diuerſa ſpecie ſubſtitutionis; Quidquid aliud ſit quando eſſent eiuſdem generis, puta in vtraque vulgari, ſeu reciproca, tunc enim generali derogaretur per ſpecialem *Dyn. in c. generi. 34. n. 11. de reg. iur. in 6. Dec. in l. in toto iure. 80. n. 13. verſ. tertio regula. ff. eod. tit.*

Stante igitur fideicõmiſſo, concludendũ eſt etiam prælegata venire in illius reſtitutione, cum te- 13 ſtator poſt prælegata, † & inſtitutionem fecerit ſimplicem ſubſtitutionem reciprocam nulla facta mentione hæreditatis *l. marcellus. §. quidam liberis. ff. ad trebellian.* Et quamuis hic de portione nihil ſit dictum, Tamen nihil refert, cũ 14 idem operetur ſimplex ſubſtitutio, † vt declarat *Curt. Iun. conſ. 13. n. 3. verſ. & hoc textu ſic declarato.*

Immo ſi id admittitur, quando hæres fuit rogatus reſtituere portionem, vt dicitur *in d. §. quidam* 15 *liberis;* † Multo magis idem erit dicendũ quando ſimpliciter, & indiſtincte, prout in caſu noſtro, eſt concepta ſubſtitutio nulla facta mentione hæreditatis per verbum ſubſtituo, quod ſui natura aptũ etiã eſt ſingula legata includere *l. 1. C. cõmun. de leg. Alex. conſ. 252. n. 3. & 4.* 16 *lib. 6.* † Vnde diſpoſitio *tex. in d. §. quidam liberis.* non debet reſtringi ad caſum, tantũ, in quo ſubſtitutio refertur ad portionem, nam in hoc non eſt vis, ſed ſolum an ſit habita relatio ad hæreditatem nec ne, & quoties factis prælegatis hæres ſimpliciter grauatur, ſi ſubſtitutio non eſt reſtricta ad hæreditatem, prælegata veniunt in ſubſtitutione, nulla habita conſideratione, quod portio ſit expreſſa, quaſi ſolum attendatur, nũquid verba ſubſtitutionis ſint apta com- 17 prehendere prælegata, † quæ cum in caſu noſtro poſſint adaptari, etiam includentur in ſubſtitutione, prout declarant *Bart. Caſtr. Imol. & Alex. in d. §. quidam liberis. Salic. in l. eum virũ. C. de fideicommiſſ. Natt. conſ. 321. n. 1.* & latè *Honded.* qui de veriori opinione teſtatur *conſ. 71. n. 11. vſque ad n. 14. & per tot. lib. 1.*

Prædicta licet multum videantur facere pro fideicommiſſo, Tamen non ſunt adeo tuta, vt contrarium non poſſit dici, Etenim in teſtamento, de quo agimus nulla adeſt clauſula codicillaris expreſſa, ex qua poſſit colligi inductum eſſe fideicommiſſum, & quamuis præſupponatur tacita ſubintellecta, tamquam ſimus inter libe- 18 ros, † Nihilominus illa non eſt tantæ potentiæ ad inducendum fideicommiſſum, ſicut expreſſa, præſertim cum clauſula codicillaris nihil operetur quo ad hunc effectum, niſi quando eſſet concepta per verba futuri temporis, Vnde cum non expreſsè legitur, nõ poſſumus ſcire, per quæ verba fuerit appoſita an futuri, vel præſentis temporis, & ſic ratione incertitudinis talis clauſula ſubintellecta nihil poterit operari, & tamquam dubia reſpectu temporis non probabit. Ita in ſpecie latè declarat *Aym. conſ. 34. per tot. Surd. conſ. 232. n. 28. lib. 2.*

Ideo ſemper *Doctores* dum admittunt opinionem illam, vt clauſula codicilaris expreſſa conuertat ſubſtitutionem recipocram in fideicommiſ- 19 ſum, † loquuntur quãdo eſſet concepta per verba futuri temporis ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum. Nam ſi eſſet ſolum per verba temporis præſentis non poteſt valere vti fideicommiſſaria tamquam non habens tractum ſucceſsiuum iuxta diſtinctionẽ *Rip. in l. lucius. n. 45. & in l. centurio. n. 85. de vulg. & pupill.* quam ſequitur *Rub. Alexand. conſ. 129. nu. 2. Socin. Iun. conſ. 169. in fin. lib. 2. Caccialup. Curt. Iun. Sapia. Cagnol. & alij* de quibus *Menoch. præſumpt. 60. n. 83. lib. 4. Trentacinq. de ſubſtitut. p. 5. c. 10. n. 7. & p. 4. c. 9. n. 9. & 13.* vbi de communi *Surd. conſ. 232. n. 15. & 16. lib. 2.*

Immo quamuis adeſſet clauſula codicillaris ex- 20 preſſa, Tamen nihil operaretur, † cum illa tantum confirmet, & corroboret voluntatem teſtatoris, non autem alteret, vel extendat, prout extenderet, ſi in caſu noſtro filij vocati ſolum per vulgarem vocarentur etiam per fideicommiſſum, de quo teſtator non cogitauit *Dec. conſ. 286. in ciuitate Placẽtia. n. 3. & 4. col. 3. ad med. & conſ. 290. viſis & diligenter conſideratis. n. 3. & 4. col. 2. ad med. Bald. conſ. 170. quidam Nicolaus. ante fin. n. 10. lib. 5. Alciat. conſ. 5. n. 39. lib. 4. Rot. coram Card. Ludouiſio. Viterbien. fideicommiſſ. 14. ianuar. 1605. & coram R. P. D. Vbaldo Auximana fideicommiſſi. in fin. 26. nouembris. 1611. Ladereb. conſ. 58. n. 32. poſt Bart. in l. 1. q. 4. n. 8. ff. de iur. codicillor.*

Nec facit quod virtute d. clauſulæ codicillaris ſub- 21 ſtitutio etiam verbis directis facta † trahatur ad fideicõmiſſum *Bald. in l. verbis ciuilibus. in fin. ff. de vulgar. Matthеſil. ſing. 141. nota mirabilem. n. 1. Alex. conſ. 82. perſpectis. nu. 2. lib. 2.* Quia hoc procedit in ſubſtitutione cõpendioſa, quæ ſui natura comprehendit etiam fideicommiſſariam, Ideo quamuis ſit facta verbis dire- 22 ctis, † non eſt mirum quod ex d. clauſula poſſit trahi ad fideicommiſſum *Dec. conſ. 205. n. 9. & conſ. 147. n. 5. in fin. & conſ. 286. col. 3. ad med. verſ. quia illud dictũ. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 2. n. 7. vſque ad 13. & lib. 6. tit. 4. n. 15. Rot. coram R. P. D. Vbald. d. Auximana fideicommiſſi 26. nouembris. 1611. cum alijs per Peregr. de fideicomm. art. 18. n. 6.*

Quibus adde, quod ſumus in ſubſtitutione reciproca, quæ ſolum continet vulgarem, & pupil- 23 larem in illis, † qui ſunt ſub poteſtate teſtatoris, non autem fideicommiſſariam *l. iam hoc iure. de vulg. & pupill. Bened. in c. rainutius, in verb. ſi abſque liberis. il 2. de ſubſtitut. breuiloq. n. 36. de teſtam. Menoch. conſ. 85. n. 66. lib. 1.* 24 Vnde expirauit talis † ſubſtitutio adita hæreditate *l. poſt aditam. C. de impub. Pariſ. conſ. 82. n. 4. lib. 2.* & vbi deficit ſubſtitutio, vel fit cadu- 25 ca, bona remanent penes grauatum, † qui poteſt de eis libere diſponere, & ſi non diſponit tranſeunt ad ſucceſſores ab inteſtato *l. 1. §. fin. autẽ aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollẽd.*

Natt.

Natt.conf.9 1.n.2. Quare cum euanuerit substitutio per aditionem,& per illam testamentum habuerit effectum, nunquam per clausulam codicillarem poterit verti in fideicommissariam, quoniam deficit conditio, † & voluntas testatoris manifestè refragatur, vt declarat *Cardin. Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.5.tit.2.in fin. n.13.* cuius opinionem sequendam esse tanquam efficacibus rationibus munitam dicit *Surd. conf.232 n.32.& 39. lib.2.*

26

Et quamuis substitutio non debeat diuerso iure censeri *l.iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupillar.*

27 Tamen attenta † diuersitate rationis hoc non erit inconueniens *Abb.in c.cum in tua.30. in fin.n.7.de decim.Rip.in l.vlt. n. 123. C.de reuocand.donat. Dec.in l.in testamento.la 1.n 8.vers. & prædicta conclusio intelligitur. C. de testam.*

28 *milit.Menoch.conf.238.n.50.* † & in specie substitutionis ita declarat *Decian.conf.77.n.25.lib. 5.* Præsertim, quia respectu hæredis, post cuius mortem alteri relinquitur, & eius filijs semper

29 substitutio est compendiosa † tam quo ad parentes,quàm quo ad filios,qui intelliguntur vocati,quatenus substitutio nō habuisset effectum in persona ipsorum parentum *Castr. conf. 374. visis omnibus punctis. col.2. post med. vers. respondetur verum est.n.3.lib.1.* sed respectu ipsorum parentum, etiam per fideicommissum substitutorum filij intelliguntur vocati solum per

30 vulgarem *Ladereb.conf.3.n.10.* † vbi,quod si instituo Titium, & illum grauo,vt restituat Seio, cui substituo Caium si decesserit sine liberis,Caius dicetur vulgariter substitutus, licet quo ad Titium succedat ex fideicommisso, & sic vulgaris non deficit ob aditionem primi,iuxta opinionem *Bart.* communiter receptam *in l.quandiu.la 3.§.is qui tertio gradu.de acquir.hæredit. Guid.Pap.decis.550.testator duos habens.n.1.Paris.conf.73.n.31.& 48. lib.3. Castr.conf.152.col. 2. lib.1. Curt.Iun.conf.83.præsupponitur. col.2, Socin.Iun.conf.41.n.16.lib.2.* Quidquid contrarium senserit *Gabr. conf.95.lib.1.* cum aduersus eum sit verior opinio, vt testatur *Ladereb. d. conf.3.n.10.* quem sequitur *Rot. coram R. P.D. Vbaldo. Auximana fideicommissi. ad fin.26.nouembris.1611.*

31 † Cū tam in hæreditatibus,quam in legatis,& fideicommissis habeat locum substitutio vulgaris *l. vt hæredibus, ff. de legat. 2, Ruin.conf.92.n.5.lib.2.Guliel.Bened. in c.raynutius.in verb. absque liberis. il 2. n. 43. de testam. Dec.conf.416. n.15. Socin. Iun. conf.100. n.16. lib.3.Menoch.conf.367. n.7.lib.4.*

EPITOME.

STatus vltimus,vel consuetudo longi temporis an debeat attendi in conuentionibus dubijs,& similibus dispositionibus. ¶ Generalis concessio quando extendatur ad fructus, & decimas futuras. ¶ Dispositio quo casu non restringatur ad primum actum. ¶ Augmentum pretij an faciat, vt contractus dicatur nouus. ¶ Habens arbitrium super facto, an illud habeat super termino facti. ¶ Clausulæ manu regia, sola facti veritate inspecta, & similes, quid significent. ¶ Impediens examen testium, & extractionem scripturarum an faciat, vt in eius odium testes habeantur pro examinatis, & quod stetur scripturis informibus, cum earum simplici copia.

SVMMARIVM.

1 *In conuentionibus dubijs semper vltimus status attenditur, non autem consuetudo longi temporis.n.2.& 4. Amplia vt n.3.*

5 *Pacta prolata per verba vniuersalia super fructibus includunt omnes fructus tam primi, quam futurorum annorum.*

6 *Generalis concessio omnis decimationis noualium comprehendit etiam futuras, quæ eodem iure censeri debent.*

7 *Dispositio non restringitur ad primum actum, quando insequentibus militat eadem ratio.*

8 *Solutio secundum quod tempus debeat iudicari, quod fuerit facta.*

9 *Facultas aliquid faciendi debet intelligi de tempore, quod fuit contemplatum.*

10 *Licitatio secunda cum augmento pretij an dicatur noua, itaut offerens possit dici habere rem ex nouo contractu.*

11 *Quantitas additi, vel detracti pretij debet considerari in quolibet contractu.*

12 *Clausula sola facti veritate inspecta an admittat probationes persuasiuas, & non concludentes. n.13. & 17. & faciat Iudicem posse iudicare, sicut Deus, & quid si fuerit datum plenum, & liberum arbitrium. n.14.*

15 *Clausula arbitrio tuo, an importet summariam cognitionem in procedendo, & decidendo.*

16 *Habens arbitrium super facto,non dicitur illud habere super termino facti.*

17 *Testes habentur pro examinatis in odium eius, qui examen impediuit.*

18 *Impediens ne iura formiter extrahantur facit, vt stetur contra eum scripturis in formibus cum earum simplici copia.*

CAPVT CCCLXX.

EMolumenta, de quibus erat disceptatio in casu mihi proposito, Dicebam esse calculanda habita ratione ad annum præcedentem iuxta decretum alias factum, † Cum semper in huiusmodi dubijs conuentionibus talis vltimus status sit attendendus secundum dispositionem *tex. in l. mela. 14. ff. de aliment. & cibar. legat.*

1

Verum, quia aliqui dubitabant de prædicta opinione, volentes potius attendi debere consuetudinem longi temporis, Ideo placuit addere veriorem esse sententiam supra firmatam, † quod tam in locationibus,quàm similibus dispositionibus sunt inspiciendi anni proximi præcedentes,& ad illos semper facienda est relatio,prout vltra alias adducta concludit *Bald. in l. binos.*

2

10.n.4.

beat super termino facti. ¶ Clausula cum regia, sola facti veritate inspecta, & inius. quid significent. ¶ Impediens examen testium & extractionem scripturarum an faciat, vt eius odium testes habeantur pro examinatis, & quod fletur scripturis informibus, cum earum simplici copia.

SVMMARIVM.

In conuentionibus dubijs semper vltimus status attenditur, non autem consuetudo longi temporis. n. 2. & 4. Amplia vt n. 3.

Pacta prolata per verba vniuersalia super locationibus includunt omnes fructus tam praeteritorum, quam futurorum annorum.

Generalis concessio omnis decimationis nouallium comprehendit etiam futuras, quae eodem iure censeri debent.

Dispositio non restringitur ad primum actum, quando in sequentibus militat eadem ratio.

Solutio secundum quod tempus debetur, quod fuerit factis.

Facultas aliquid faciendi debet intelligi tempore, quod fuit contemplatum.

Licitatio secunda cum augmento pretij dicitur noua, itaut offerens possit dici habere ex nouo contractu.

Quantitas additi, vel detracti pretij debet considerari in quolibet contractu.

Clausula sola facti veritate inspecta an admittat probationes persuasiuas, & non concludentes. n. 13. & 17. & faciat Iudicem posse iudicare, sicut Deus, & quod, si fuerit datum plenum & liberum arbitrium. n. 14.

Clausula arbitrio tuo, an importet summariam cognitionem in procedendo, & decidendo.

Habens arbitrium super facto, non dicitur illud habere super termino facti.

Testes habentur pro examinatis in odium eius, qui examen impediuit.

Instrumentis ne tura formaliter extrahantur facit, vt stetur contra eum scripturis informibus cum earum simplici copia.

CAPVT CCCLXX.

Emolumenta, de quibus erat disceptatio in casu mihi proposito, Dicebam esse calcu-landa habita ratione ad annum praecedentem, iuxta decretum alias factum, † Cum semper in huiusmodi dubijs conuentionibus vlti-mus status sit attendendus secundum dispo-sitionem tex. in l. mela. 14. ff. de aliment. & ci-bar. legat.

Verum, quia aliqui dubitabant de praedictis, volentes potius attendi debere conti-nuatione, ... consue-tudinem longi temporis, Ideo placuit ... ver orem esse sententiam supra firmatam, ... cum in locationibus, quam similibus ... nobus sunt respiciendi anni proximi praeter-ites, & ad illos semper facienda est relatio, ... vltra alias adducta concludit Bald. in l. ... n. 2. 4.

10. n. 4 *in fin. vers. sed tu dic. quod sunt C. de ad-uocat. diuer. iudicior.* quem sequitur *Aret. cons.*
3 *11. col. 3. in fin. vers. facit optime. n. 5.* † vbi am-pliat quamuis ista vltima obseruantia non du-rauit longo tempore; & illam praecessisset con-traria consuetudo inducta etiam longo tẽpore *Bald. in c. 1. §. notandum. n. 4. ad med. de his qui feud. dar. poss. Felin. in c. cum decessissent. 8. col. 18 in fi. vers. tertius casus. n. 31. de constitut.* Cagnol. qui de communi *in l. diem functo. col. 23 n. 97.*
4 *ff. de offic. assessor. Menoch.* † qui etiam de com-muni *praesumpt. 6. lib. 3. n. 38. & 39. Caball.* qui dicit singulare, & notandum *milleloq. 830. p. 2. n. 1. post Lanfranc. in l. admonendi. col. 1. ff. de iureiurand. Purpur. ad Ias. in d. l. diem functo. in verb. decidit. de offic. assessor. et cons. 473. n. 22 lib. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuen. lib. 3. c. 9. n. 76. Capic. decis. 163. n. 3. vers. inde subdit Gozad. cons. 23. n. 5. Roderic. Soarez ad leges for. in probem. col. 6. post med. vers. sic exemplum quod mortuo n. 13.*

Qua conclusione firmata, sequitur quod cum re-spectu vltimi anni fuerint aucti redditus, non solum in primo anno, sed etiam in omnibus sub sequentibus, Debent etiam dari emolumen-ta, de quibus agimus ratione omnium annorum
5 Maxime quia pacta, † & conuentiones sunt pro latae per verba indefinita, & vniuersalia, quae includunt omnes fructus tam primi, quam fu-turorum annorum *Archidiac. in c. cognouimus. ad fin. vers. & est argumentum quod qui cõcedit 12. q. 2.* vbi quod generalis concessio omnis de-cimationis nouallium comprehendit etiam fu-
6 turas, † cum praeteritae, praesentes, & futurae eo-dem iure ei competant, & omnes eodem iure censeri debeant *Praeposit. Alex. in d. c. cognoui-mus. ad fi. 12. q. 2. per tex. in l. 2. de pignor. l. vlt. C. quae res pignor. obligar. poss. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. n. 3. de verb. signific. limit. 25.*

Quae magis procedunt cum in casu nostro fuerint concessa huiusmodi emolumenta non solum ob diligentiam administratorum, & quorum facto affictus receperunt augumentum, sed etiã ob commodum, & vtilitatem, quam percipiebat
7 Communitas ex locationibus auctis, † Vnde participatio emolumentorum non debet re-stringi solum ad primum annum, sed ad sequen-tes, cum in omnibus militet eadem ratio com-modi prouenientis ad fauorem Communita-tis, quo casu nunquam dispositio restringitur ad primum actum *Roman. cons. 504. n. 1. & 2. Ruin. cons. 203. n. 13. lib. 2. Felin. in c. licet di-lectus. 49. in fi. de testib. Ias. in l. praetor ait. §. de-inde. col. fi. in vlt. notab. de oper. nou. nũciat. Bal. in l. fideicommissa. §. si quis aliquis decem. ff. de le-gat. 3. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 10. n. 2. ff. de verb. signif.*

Ex quibus etiam sequitur, quod statim ista emo-lumenta poterunt capi, cum contrahentes solũ habuerint respectum ad locationes faciendas, & augmenta exinde prouenientia, non autem
8 ad exactiones futuras, † Vnde etiam solutio debet verificari secundum illud tempus *Bart. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. Aym. cons. 212. n. 7. & cons. 313. n. 2.* Maximè quia datur facul-tas conductori per Communitatem de accipiẽ-do huiusmodi emolumenta ex semetipso, & pro-
9 pria auctoritate, † Quare hoc intelligendum e-rit durante officio, non illo finito, cum de eo tẽ-pore non posset amplius vti d. facultate, tam-quam tempus administrationis, & officij fuerit contemplatum *Bart. in l. 3. C. de susceptor. & arc-char. lib. 11. Aym. cons. 212. n. 7.*

Accedat quia per huiusmodi augumenta facta in locationibus dicitur nouus contractus, nihil habens connexitatis cum antecedentibus,
10 Adeo quod etiam si primus conductor ad offe-rendum admitteretur, debet ei plus offerenti res addici, non secus, ac si alius plus obtulisset, Itaut si ex tali licitatione remaneat conductor non dicatur habere rem ex primo contractu, sed ex nouo, qui idem operatur in eadem per-sona, quod operaretur in noua, neque enim di-citur res apud eum propriè permanere, sed po-tius discedere à prima conductione, & ex secun-da venire, quasi sit nouum factum cum repeti-tione contractus *l. valerianus. de praetor. stipul.* ob rationem additamenti pretij, quod facit nouum contractum *l. pacta conuenta. §. paulus. de contrahen. empt.* & late omnia praedicta de-clarat *Bald. in l. item quod dictum. §. si quis ex-*
11 *titerit. ff. de in diem addict.* † Et semper quando contrahitur debet considerari quantitas additi vel detracti *Idem Bald. in l. si praedio. §. si fun-dus. ff. eod. tit. per tex. in l. fundi partem. ff. de con-trahend. empt.*

Neque obstat non constare, quod fuerit adhibita diligentia circa huiusmodi augumenta iuxta formam conuentionis, Quia sumus in causis,
12 quae cognoscuntur † per Iudices supremos sola facti veritate inspecta, & manu regia, quod facit vt sufficiant probationes persuasiuae, verisimiles & minus concludentes *Aret. cons. 84 n. 3. Osasc. decis. pedemont. 1. n. 30. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. n. 31. & 32. ff. si cert. petat. Gramat. decis. 9. n. 8. Dec. in c. dilecti. n. 3. de iudic.*

Nec facit quod clausula sola facti veritate inspecta non admittat probationes non concludentes
13 iuxta † *cons. Natt. 585. n. 4. lib. 3.* Quia hic etiam proceditur manu regia, per quam clausulam datur facultas iudicãdi prout ipsimet Princeps & Deus esset iudicaturus inspecto iure gentium
14 remoto penitus iure ciuili † cum pleno arbitrio liberae voluntatis, & licentiae *Roland. cons. 52. n. 14. & 15. lib. 2. Crot. cons. 375. n. 10. & 11. lib. 3. Asin. in prax. §. 3. c. 3. n. 13. & c. 26. n. 9. Rimin. Iun. cons. 42. n. 40. & 41. lib. 1. Bertazol. in repe-tit. l. si quis maior. q. 4. n. 61. C. de transaction. Mandos. cons. 65. n. 10. & 11. Hortens. Caual-can. de bracch. regio. q. 1. n. 137.*

Maxime, quia licet clausulae arbitrio tuo, & simi-les importent summariam cognitionem in pro-
15 cedendo, † non autem in decidendo *Felin. in c. 1. n. 51. col. 23. ad med. vers. & adde quod ista clausula. de constitut.* Tamen in casu nostro ar-bitrium est plenum, & datum etiam in conden-nando, Vnde tunc magis illud extenditur *Bart.*
16 *in l. si in lege. in princ. n. 11. ff. locat.* † Vbi quod

hoc

hoc est ad differentiam eius, qui habet arbitriũ super facto, neque enim intelligetur habere super termino facti, vt latè declarat *Addit. ad Bart. in d.l. si in lege. in verb. arbitrium.*

Vnde non est attendendum, quod testes non fuerint legitime, & formiter examinati, 17 † cum sufficiat aliunde veritatem constare ex supra allegatis *Bald. in l. solam. in fin. C. de testib. Panciral. cons. 108. n. 8. Neuizan. cons. 80. n. 39. Ruin. cons. 134. in fin. lib. 5. Pappon. cons. 23. n. 14. Gerald. Mazzol. cons. 90. n. 37.* 18 † Maxime, quia cõstat de impedimento dato, ne testes examinentur, quod facit, vt illi habeantur pro examinatis in odium impedientium *Cardin. in clem. 2. oppos. 8. n. 12. vt lit. pendent. Bald. in l. fi. in prin. & ibi Ias. n. 24. de eo per quem fact. erit. Felin. in c. illud. col. 7. in fin. n. 11. de praesumpt. cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 2. n. 5. Rot. coram R. P. D. Marco Montio Toletana canonicatus. 10. decembr. 1608. & coram R. P. D. Gipsio Bocconen. praecedentiae. 3. iulij. 1595.*

19 Prout † etiam idem erit quando pars est in causa, ne instrumenta, & iura formiter extrahantur tunc enim in odium impedientis quoquo modo legitimam extractionem stabitur scripturis in formibus cum earum simplici copia *Bald. in l. si publicati. 8. in fin. n. 8. q. 8. C. de testam. Peregr. decis. 359. lib. 2. Rot. coram Card. Seraphin. Carthaginen. portionis. 14. nouembris. 1594. & coram Card. Millino Astoricen. prioratus. 13. iunij. 1598.* Vbi etiam quod praesumetur impedimentum praestitum à parte, quae percipiebat cõmodum; Prout damnum praesumitur factum ab eo, qui habet interesse *Bart. in l. fin. n. 5. de quaestion.* Quemadmodum de laceratione instrumenti appellationis, ad quam verificandam nõ requiritur alia probatio, quasi praesumatur illius subtractio ad instantiam partis contrariae quae commodum sentiebat, vt dixi *in addit. ad decis. 84. n. 3.* vbi alia similia adduxi.

EPITOME.

Inuestitura pro se, & filijs suis an intelligatur, vt filij cuiuslibet sint vocati ad partẽ patris, non ad portionem patrui. ¶ Testator si instituat plures haeredes, & eos ipsorumq. filios inuicem substituat, filij vnius an debeant esse substituti ad inuicem respectu portionis paternae, vel aliorum institutorum. ¶ Substitutio fideicommissaria de qua parte haereditatis intelligatur. ¶ Filij positi in conditione in casu, in quo vocantur, an debeant intelligi substituti proprio eorum patri per fideicommissum, & tantum vocati ad portionem illius, vel etiam ad partem alterius transuersalis. ¶ Et quid stantibus coniecturis, & quales debeant esse, & an leuiores sufficiant. ¶ Et quando vnica portio in persona parentum consideretur ad istum effectum. ¶ In dispositione, quod bona post mortem filiorum deueniant ad eorum filios, & quod cuilibet substituto sint substituti sui descendentes, an ipsi soli de linea dicantur substituti, vel alij de altera linea.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi in casu, in quo vocantur, solum dicuntur substituti proprio eorum patri per fideicommissum, & tantum vocati ad portionem illius, non quo ad partem alterius transuersalis. n. 2. 3. & 4. & est verior opinio, et seruatur in Rota. n. 5. & 6. Fallit. n. 12.*

7 *Filij quando vocantur ad portionem patrui censentur etiam vocati ad portionem patris.*

8 *Testator si instituit plures haeredes, & eos ipsorumque filios inuicem substituit, filij vnius erũt ad inuicem substituti respectu portionis paternae, non autem aliorum institutorum.*

9 *Inuestitura pro se, & filijs suis intelligetur, vt filij cuiuslibet sint vocati ad partem patris, non ad portionem patrui; Amplia tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus. n. 10.*

11 *Testator si disponat, quod bona sua post mortem suorum filiorum deueniant ad eorum filios, & quod cuilibet substituto sint substituti sui descendentes, ipsi soli de illa linea dicentur substituti eorum ascendenti, & inuicem substituti in infinitum, non autem alij de altera linea.*

13 *Portio vnica in persona parentum quando dicatur facta, itaut filius in conditione positus vocetur ad portionem patrui.*

14 *Filij in conditione positi quando censentur vocati, habentur ac si essent expresse substituti.*

15 *Substitutio fideicommissaria intelligitur de omni parte haereditatis, quae ad grauatũ ex dispositione testatoris quomodocumque peruenit.*

16 *Coniectura sufficiunt, vt filij positi in conditione censeantur vocati ad portionem patruorum vt quando adest voluntas testatoris el. [illegible] conseruandi agnationem, & quando sumus in descendentibus illius. n. 17. & 18.*

19 *Praesumptiones leuiores quo casu debeant admitti, vt positi in conditione dicantur vocati.*

CAPVT CCCLXXI.

Cvm praesupposito, quod in casu, de quo agebamus, filij positi in conditione censerentur vocati, fuit quaesitum ad cuius portionem 1 vocentur, † Et breuiter Dixi veriorem esse opinionem, quod tantummodo filius cuiuslibet praemortui intelligatur substitutus proprio eorum patri per fideicommissum, & solum vocatus ad portionem eiusdem patris; Etenim d. filij in conditione positi solum sunt in conditione sui patris, non quo ad partem alterius transuersalis, nam quo ad illum non potest dici filius, Vnde quia non potest intelligi vocatus, nisi tanquam positus in conditione, sequitur quod vocetur ad partem, ad quam conditio illa potest adaptari, & respectu illius portionis, cui eadem 2 conditio potest conuenire. † Quare cum testator instituerit Paulum, & Ioannem eius filios & ipsos ad inuicem substituerit quandocumq; decesserit alter ipsorum sine filis, quamuis filij Pauli censeantur vocati, Tamen solum ipsi dicentur substituti, & in portione illius tantummodo, non autem in parte Ioannis eorum patrui

trui casu, quo etiam ipse decessisset sine filijs etiam præmortuo Paulo, quoniam certum est, quod ex verbis dispositiuis non vocatur ad d. partem Ioannis, cum illis verbis testator vsus non fuerit, † Vnde neque ex verbis conditionis, quia per illam conditionem, si alter decesserit sine filijs, liberi vnius non ponuntur in conditione quo ad partem alterius, sed solum quantum ad portionem proprij parentis, † Ita bene declarat *Ruin. cons. 141. col. penult. in fin. vers. postremo & fortius. n. 13. lib. 3. Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 33. in princ. vers. tertio respondetur. n. 120. in fin. ff. ad senatuscon. trebell. & in l. 1. col. 4. ad med. vers. vltimo declaranda. n. 11. in fin. C. de pact.* † Et ista est verior opinio, quidquid alij contrarium sentiant, vt testatur *Gabr. cons. 93. n. 30. cum seq. lib. 2. & cons. 2. n. 6. & 13. eod. lib. & cons. 115. n. 9. lib. 1. Surd. cõs. 439. n. 7. et cons. 434. n. 23. lib. 3. Natt. cons. 531. n. 5. vsq. ad n. 8. Menoch. cons. 348. n. 9. & 10. lib. 4. Odd. cõs. 45. n. 32.* latè *Peregr. de fideicommis. art. 28. n. 19 vsque ad n. 22. Bursatt. cons. 64. n. 18. lib. 1. Honded. cons. 55. n. 25. lib. 2.* † Et hãc opinionẽ tenuit etiam *Rot. coram R. P. D. Decano Senogallien. fideicommissi. 14. maij. 1601. et coram Cardin. Ludouisio Romana fideicommissi de quinque 12. nouembris. 1607.* vbi quod procedit etiam, quãdo sũt vocati ex dispositione statuti Vrbis *Rot. coram Card. Lancellotto Romana Spolij domorum et fideicommissi 24. octobris. 1605. Gabr cõs. 2. n. 11. lib. 2.* Quidquid aliud sit † quando vocarentur ad portionem patrui, quia tunc censerentur etiam vocati ad portionem patris, cuius hæreditas, & portio magis illis debetur *Add. ad Alex. cons. 109. in verb. præferendum. in fi. vers. octauo finge. lib. 2. Eugen. cons. 32. n. 27.*

Quare etiam dicimus, quod si testator instituit plures hæredes, † & eos ipsorumque filios inuicem substituit, intelligitur quod filij vnius cẽseantur inuicem substituti respectu portionis paternæ, non autem aliorum institutorum, vt declarat *Menoc. cons. 376. n. 29. lib. 4. post Alciat. cons. 546. col. 1. vers. et multum refert.* quasi in substitutione facta de transuersalibus non includatur alter transuersalis, sed descendens transuersalis grauati, † Quẽadmodum dicimus de illis, qui inuestiuntur pro se & filijs suis, intelliguntur enim filij cuiuslibet vocati ad partẽ patris, non ad portionem patrui *Alex. cõs. 104. cõsideratis verbis. col. 2. in prin. n. 3. lib. 2. Ruin. cõs. 142. n. 5. lib. 3. Paris. cons. 31. n. 31. lib. 2.* † Nulla habita consideratione, quod simus in contractibus, vel vltimis voluntatibus, cum etiam supradicti Doctores loquantur in fideicommissis, prout etiam declarat *Menoc. d. cons. 376. n. 30. in fin. cum seq. lib. 4.*

Quæ adeo vera sunt, vt etiam procedant, quando testator disponit, quod bona sua post mortem filiorum suorum deueniant ad eorum filios, & quando cuilibet substituto † sunt substituti sui descendentes, ipsi enim soli de illa linea dicentur substituti eorum ascendenti, & inuicem substituti in infinitum, non autem alij de alia linea alterius instituti *Odd. cons. 45. n. 32. in fin. vers. quinimmo. & n. 33. post Cephal. cons. 430. n. 26. & 27. lib. 3.*

Addendum tamen est, quod aliquando filij positi in conditione censentur non solum vocati ad portionem ipsorum parentum, † sed etiam patruorum, quando per eorum præcedentiam ex substitutione deuenirẽt bona ad parẽtes *Corn. cons. 180. n. 2. col. 1. post med. vers. & insuper dicta opinio. lib. 4. Gabr. cõs. 115 n. 13. ad med. vers. quæ opinio est verissima lib. 1.* † Per illã enim acquisitionem effecta est vnica portio in persona parentum *Corn. cons. 229. n. 5. col. 4. in prin. vers. & licet non specificet in tota hæreditate. lib. 3. Paris. cons. 5. n. 27. lib. 2.* † Nam quando filij positi in conditione censentur vocati, perinde habentur, ac si essent expresse substituti *Gabr. cõs. 115. n. 12. in fin. lib. 1. Peregr. de fideicõmis. art. 28. n. 3.* Substitutio autem fideicommissaria intelligitur de omni parte hæreditatis, † quæ ad grauatum ex dispositione testatoris quomodocunque peruenerit mediatè, vel immediatè, & comprehendit portiones omnes, quæ grauato superuenerunt *Alex. cons. 66. viso testamẽto. col. penul. post med. vers. & quod in casu. n. 8. & col. vlt. ad med. vers. ergo dicta substitutio. n. 10. lib. 2. per tex. in l. sceuola. 76. vbi Bart. ad med. vers. venio ad versiculum quod si inuicem. n. 4. ff. ad trebellian. Grat. cons. 9. n. 20. lib. 2. Roman. cons. 18. visa facti narratione. col. 1. in fin. n. 2. & ibi Mandos. in verb. sceuola. Imol. post Ang. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 1. ad trebellian. Dec. cons. 86. viso puncto. col. 1. ad med. vers. et in tali fideicommisso. & cons. 597. superiori anno. col. 3. ad med. n. 7. Paris. cons. 26. n. 50. lib. 2.* & omnia prædicta sequitur *Rot. coram Card. Ludouisio Romana fideicommissi de Quinque. 12. nouembris. 1607.*

Præterea filij in conditione positi censentur vocati ad portionẽ patruorũ ex coniecturis *Soc. cõs. 62. col. fin. lib. 3. Gabr. cons. 2. n. 14. lib. 2. Alex. cons. 64. difficultas dubitationis. ad fin. n. 5. vers. corroborantur præmissa. lib. 5. Aym. cons. 130. col. 2. & cons. 326. n. 3 Franc. Viui. decis. 393. n. 3. lib. 2.* Et bona coniectura inter alias est intentio testatoris clara, & aperta conseruandi agnationem, † & bona in ea *Ruin. cons. 144. n. 9. col. 5. in princ. vers. secundo dicta interpretatio. lib. 2. Aym. cons. 130. n. 6. et 6. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. p. 7. n. 91. ff. ad trebellia. Iosep. Rustic. de liber. in condit. posit. lib. 5. c. 9. n. 10.* † Præsertim quando sumus in descendentibus testatoris, qui sicut ex leuioribus coniecturis censentur vocati ad portionem parentum *Rot. coram Card. Ludouisio Ciuitatis Castelli fideicõmissi 24. maij. 1606. & coram eodem Perusina. fideicommissi de Alphanis. 22. iunij. 1606.* † Ita multo facilius quãdo extranei vocantur ad portiones patruorum sine alijs filijs præmortuorum *Rot. coram Card. Ludouisio. Romana. fideicommissi de Quinque. 12. nouembris. 1608. post Ioseph. Rustic. de liber. in condit. posit. lib. 5. c. 9. n. 8.*

Stephani Gratiani

EPITOME.

NOua inuestitura, quando possit fieri in præiudicium eius, qui in prima est compræhensus. ¶ Et quo casu præualeat primę. ¶ Acquirens emphyteusim titulo oneroso an possit præiudicare alijs gratiose vocatis. ¶ Hæres particularis an admittatur ad bona emphyteotica hæreditaria, & quando in eo verificetur qualitas hæredis, siue successoris. ¶ Habens emphyteusim pro se, & descendentibus cum potestate alienandi, si alienauit secundo acquirenti pro se, & suis hæredibus, an inuestitura sit renouanda pro se, & descendentibus secundum formam primæ, vel pro se, & hæredibus, sicut fuit facta emptio. ¶ In emphyteusi hæreditaria an debeat admitti ille, cui fuit delata hæreditas, non considerato, quod possit esse, vel non esse hæres. ¶ Verba quod patris hæreditatem habuerit, vel possideat, qualiter intelligantur. ¶ Inuestitura dubia, quomodo declaretur.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura tenor est attendendus.*
2 *Noua inuestitura non potest fieri in præiudiciū eius, qui est comprehensus in prima, nisi adsit consensus partium. n. 3. Quamuis sit quæsitum ius in spe. n. 4.*
5 *Prior inuestitura præualet secundæ, quando primus fuit realiter inuestitus, secus si verbaliter, & secundus realiter.*
6 *Habens emphyteusim pro se, & descendentibus cum potestate alienandi, si alienauit secundo acquirenti pro se, & suis hæredibus, an inuestitura sit renouanda pro se, & descēdentibus secundum formam primæ, vel pro se, & hæredibus, sicut fuit facta emptio.*
7 *Acquirens emphyteusim titulo oneroso an possit præiudicare alijs gratiosè vocatis in prima inuestitura. et n. 8. Et quid si aliquis expresse non fuerit vocatus, & antequam ei perfecte esset ius quæsitum. n. 9. & 10.*
11 *Concessio emphyteusis pro fœmina in defectum masculorum, & si patris hæreditatem habuerit non habet locum, nisi concurrant duæ qualitates, tamquam simul copulatæ.*
12 *Hæres particularis an admittatur ad bona emphyteotica hæreditaria, itaut possit dici habere qualitatem hæredis. n. 16. Et quid si adijciatur verbum successoribus. n. 13. & clausula quibuscunque. n. 14.*
15 *Verba in emphyteusi quod rem patris possideat an verificentur in hærede particulari.*
17 *In emphyteusi hæreditaria an debeat admitti ille cui fuit delata hæreditas non considerato quod possit esse, uel nō esse hæres. Et quid statutis verbis quod patris hæreditatem habuerit. & n. 18.*
19 *Verba significantia tempus præteritum requirunt perfectionem actus.*
20 *Habere rem dicitur, qui possessionem, & dominium illius habet.*
21 *Inuestitura facta caduca an sit locus transmissioni.*
22 *Hæres non debet habere plus quàm defunctus.*
23 *Inuestitura dubia, ex qua non apparet quis sit vocatus, declaratur ex subsequuta petitione noua inuestitura.*

CAPVT CCCLXXII.

PRo Faustina habente fundatam intentionem suam in inuestitura Dixi concludendum esse; cum illius tenor semper debeat atten-1 di † *Bald. in c. 1. de duob fratrib. à capit. inuest. Ias. cons. 114 col. 3. in fin. n. 4. lib. 1.*

Neque obstat, quod adsit alia prima inuestitura, in qua Paula fuit vocata, quo casu non potuit postea in præiudicium ipsius alia noua inuesti-2 tura fieri in personam alterius † excludendo eam, quæ erat in prima comprehensa *Paris. cons. 106. n. 2. lib. 1.* Quamuis Ecclesia consenserit *Goz. ad. cons. 53. n. 18.* Prout generale est, vt in præiudicium tertij non possit mutari forma primæ inuestituræ *Dec. cons. 185. & 193. Bal. in l. 1. C. quand. non petent. part. Curt. de feud. p. 2. q. 7. Cardin. cons. 92. in prin. n. 1.* late *Aldobrād.* 3 *cons. 15. 36. & 42. Menoch. cons. 1. n. 124.* † vbi quod requiritur consensus partium *Idem Menoch. cons. 722. n. 65. & præsumpt. 92. lib. 3.* Quāuis sit quæsitum ius in spe, dummodo sit spes iu-4 ridica † *Becc. cons. 56. n. 15.* Et quod certa sciētia vocatorum requiratur, vt possit mutari *Menoch. cons. 1043. n. 13. lib. 11.* Cum alias non detur alteratio in præiudicium comprehensorum *Bertazol. cons. 12. n. 65. & cons. 39. n. 16. & cons. 49. n. 61.* Itaut inuestitura prima facta, alius non possit inuestiri *Idem Bertazol. cons. 116. n. 50.* Semper enim prior præualet secun-5 dæ, quando primus fuit realiter inuestitus, secus si verbaliter, secundus autem realiter, quia tunc secūdus est potior *Caccialup. de feud. art. 5. reg. 29. n. 29. tom. 10. p. 1. f. 13.* † Adeo vt si emphy-6 teusis sit concessa pro se, & descendentibus cum potestate alienandi, si emphyteuta alienauit secundo acquirenti pro se & suis hæredibus, inuestitura erit renouanda pro se & descendentibus secundum formam primæ inuestituræ, nō pro se & hæredibus, sicut fuit facta emptio *Peregr. cons. 31. n. 12. lib. 1.* quamuis contrarium pro emptore concludant *Anchar. cons. 63. & Thesaur. decis. 146.*

Quia respondetur quod fratres in casu, de quo agimus, acquisiuerunt huiusmodi emphyteusim 7 titulo oneroso. † Vnde potuit superstes acquirere nouam inuestituram pro se & altero per eū nominato, & præiudicare alijs gratiose vocatis *Ruin. cons. 154. ad fin. vers. & ista est clara et vera responsio. n. 11. lib. 1. post Imol. in c. potuit. col. penult. locat.* & clarius *Rip. in l. in quartam. col. 34. ad med. vers. quid tenendum. n. 179. ff. ad* 8 *leg. falcid.* † Quidquid aliud sit in comprehenso in inuestitura, qui non est primus acquisitor, talis enim non potest facere se inuestiri sub alia forma in præiudicium eorum, quibus

à prin-

à principio fuit stipulatum, & qui sunt in prima inuestitura comprehensi *Bald.cõs.215.proponitur.col.fin. in princip.sub n. 4. vers. aduerte hic iacet intellectus.lib.2. Aldobrand.cons.15. in princ.vers.circa primum dico.n.1.Ruin.cons. 7.n.24.lib.1.Curt.Iun.de feud.p.2.q.7.n.42.to. 10.p.2.fol.60.*

Maxime, quia Paula non fuit expresse in prima in- [9] uestitura nominata, † quo casu magis potuit per recipientem emphyteusim præiudicari *Dec. cons.238.primo non videtur.colum.4. ante med. vers. & ita concludunt. n. 6. in princip. Aldobrand.cons.94.n.45.* Quasi permittatur reuocatio per auctorem acquisitionis antequam ius [10] perfectè sit quæsitum vocatis, † quidquid alius non auctor hoc facere non possit *Alex.cons.106 viso themate.ad fin.vers.sed ista disputatio. n.8. lib. 4. & ibi Natt. in verb. qui non fuit. Surd. cons.76.n.5.& 6.lib.1.*

Præterea neque vllum ius competit eidem Paulæ [11] in emphyteusi, de qua agimus, † cum clausula in communi forma licet extendatur pro fœmina in defectum masculorum, Tamen additur quæ patris habuerit hæreditatem, quam cum non acquisierit, caret qualitate requisita, Ideo non est admittenda, quasi concedens istas qualitates copulãdo censeatur ambas requisiuisse *Bar.in l.vt iurisiurãdi.7.§.si liberi.col.1.vers. prædicta puto vera. ff. de oper. libertor. Cephal. cons.303.n.57.vsque ad n.61.lib.3.Dec.cons.38. col.6.post med.n.6.Castr.in l.ex facto.§.vlt.ante fin.vers.& ego cogitaui.ff. ad trebellian.Menoch.cons.160.n.41.& cons.772.n.6.Surd.cons. 395.n.6.& cons.573.n.11.lib.3.*

Nec facit quod Paula fuerit hæres patris in portione legitimæ, Quia tanquam hæres particularis non admittitur ad bona emphyteotica [12] hæreditaria; † cum debeat esse vniuersalis, alioquin non succedit, neque dicitur habere qualitatem hæreditariam requisitam *Alexan. cons.124.consideratis his quæ in themate. col.2. ad fin. n.6. lib.5. Paris. cons. 2.n.28. ante med. vers.tamen ibi loquitur.lib.1.Curt.Sen.cons.82. colum.4.Cuman.cons.366.visa copia testamenti colum. vlt. in princip. vers. ad quod etiam facit. n.2. Salic.in l.2.colum.8.in princip.vers. sed iuxta hoc moueo dubium.n.31.C.de iur.emphyteotic.Surd.cons.573. n.13.li.4.& cons.395. n.7.li.3.* Quamuis etiam adderetur hæredibus, [13] & successoribus, † nunquam enim videtur intellectum de particularibus successoribus, sed de vniuersalibus succedentibus per ius prætorium *Imol.in l. quod dicitur patrem.130. n. 14. col. penult. ad fin. ff. de verb. obligat. Ias. cons.89.col.3.ad fin.vers.sexto bene facit. lib.3. Alexan. in l. quadam.§. nihil. interest.in 1.notab.de edend. & ibi Ias.n.4. Barbos. in l.quia [14] tale. 14. n. 21.ff. solut. matrim.* † Quidquid aliud sit quando adderetur pro successoribus quibuscunque, quo casu veniret etiam singularis successor *Alex.in d. l.quod dicitur patrem col.penult.ante med.n.26.in fin.vers.& dum di-* [15] *cit.ff.de verb.obligationib.* † Et quidquid aliud sit quando diceretur rem patris possideat, tunc enim propria significatio huius verbi verificatur etiam in hærede in re certa late *Aldobran.* [16] *cons.35.n.18.* † qui etiam ibi defendit, quod institutus in re certa veniat in emphyteusi, licet eius opinio ex supra allegatis non sit tuta, nisi cum supradictis requisitis, & quatenus etiam illa procederet in casu nostro, nõ obstabit ex his quæ infra dicentur *vers.vlterius cũ pater.n.21.*

Nec sufficit quod Paula potuerit succedere patri quasi etiam admittatur illa, cui non fuit dela- [17] ta hæreditas *Dec cons.208.in fin.* † Quia verior est opinio, quod requiratur illam esse hæredem, non considerato, quod possit esse nec ne *Capic.decis.199.* cum alijs *per Franc. decis.1. n.23.late Roland.cons.67.n.11.lib.1. & cõs.67. n.29.lib.2.Paris cons.2. n. 29. lib.1.* Et quate- [18] nus alia opinio etiam † procederet in casu nostro non habet difficultatem, cum requiratur in huiusmodi emphyteusi, quod patris hæreditatem habuerit, quæ verba actum perfectum ostendunt, & non potentiam tamquam significatiua temporis præterit requirentis [19] consummationem actus † *Bart. in l. hoc articulo.n.2.de hæred.instit.Bald.in l.fin. n.14. C. de sent.quæ sin.cert.quantit.Marsil. cons.105. n.26.Cassan.super consuetud. Burgund.rubric.* [20] *1.§.5.n.123.* † Cum præsertim habere rem dicatur qui possessionem, dominium, & detentionem illius rei obtinet *Rebuff.in l. id apud se quis.143.col.2.ad fin.vers.notandum vero.ff.de verb.significat.*

Vlterius cum pater Paulæ fuerit vocatus post mortem Dominici, & ante apertam emphyteusim prædecesserit ipsi Dominico, ius istud succedendi in eadem emphyteusi expirauit. Vnde multo minus poterit Sebastianus filius Augustini illud non dum quæsitum in Paulam sororem [21] transmittere, † Cum etiam inuestitura fuerit facta caduca, neque sit locus transmissioni, ex quo Augustinus, & Sebastianus filius fuerunt inuestiti sub conditione mortis Dominici, & aliorum vocatorum quando, prout in casu nostro, inuestitus prædecessit illi, cuius mortis casus fuerat in conditione positus, ne plus habeat [22] hæres, † quam defunctus *Glos. in c.vnic.in verb. inuestiri. qui succes. teneant. feud. confirm.* argumento *l. cum hæres. ff.de diuers.& temporal. præscript.l.3.ff.quod quisque iur.*

Immo sciens Paula non esse comprehensam in d. inuestitura impetrauit aliam narrando, quod emphyteusis erat deuoluta ad mensam Episco- [23] palem per lineam finitam Augustini † patris Vbi autem dubitatur an ex verbis inuestituræ quis sit vocatus, declaratur ex subsecuta petitione nouæ inuestituræ *Cardin. Mantic.de tacit. & ambig.conuent.lib.12.tit.25.n.31.post Rimin. Iun.cons.257.n.29.& 30.lib.3 post Aim.cõs.158. n.1.& cons.247.n.7.Cephal.cons.272 n.144.lib. 2.& cons.331.n.31.lib.3.Felin. in c.cum in.Ferrariensis.n.8.de constitut.*

EPITOME.

Dignitas, & multitudo occupationũ superueniens in arbitro, quo casu faciat cessare compromissum. ¶ Et quid si fuerit factum sub nomine officij an transeat ad successorem. ¶ Ratio finalis compromissi in quo consistat. ¶ Qualitas superueniens an plus operetur, quam qualitas à principio inhærens. ¶ Dignitas quando faciat nouum hominem.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas sacerdotij vel similis superueniens in arbitro facit expirare compromissum. & n.2. Et quomodo intelligatur. n.3. & 4.*
5 *Honor episcopatus an faciat nouum hominem.*
6 *Compromissum finitur propter magnam dignitatem, & multitudinem occupationum. n.7. Et quid in parua dignitate. n.8. & 9.*
10 *Qualitas magna superueniens plus operatur, quam qualitas à principio inhærens.*
11 *Compromissum factum sub nomine dignitatis, & officij non transit ad successorem. Intellige, vt n. 16.*
12 *Ratio finalis compromissi non consistit in dignitate, sed in confidentia, fide, & grauitate arbitri.*
13 *Compromissum factum in Regem an expiret eo mortuo & n.15.*
14 *In successore præsumitur scientia, non tamen confidentia.*
17 *Notitia requiritur personæ, in quam fuit compromissum, vt non censeatur habitus respectus ad dignitatem.*

CAPVT CCCLXXIII.

Compromissum expirasse ob dignitatem, de qua agebamus superuenientem in arbitro 1 Dixi † verius esse iuxta opinionem *Glos. in c. præsentata. 50. in verb. archiepiscopum. de testib. per tex. in l. non distinguemus. 18. §. sacerdotio. ff. de arbitr.* Vbi sacerdotio obueniente, arbiter non 2 cogitur sententiam dicere † cum id indulgeatur non tantum honori personarum, sed etiam maiestati Dei, cuius sacris illos vacare oportet *L. omnes. in princ. C. de episcop. & cleric. §. 1. auth. vt cleric. apud propr. episcop.*

Neque obstat, quod contrarium teneat *Cardin. in* 3 *c. præsentata. n. 2. de testib.* † vbi quod *in d. §. sacerdotio.* mutatus erat forus, cum laicus esset factus sacerdos, & sic per laicum Iudicem arbiter non poterat amplius cogi, quæ ratio cessat quando iste primò erat clericus, vt præsupponitur in casu, de quo agimus, prout idem tenet *Butr. in d. c. præsentata.*

Quia verior est simpliciter opinio *Glos.* quod di-4 gnitas superueniens in clerico, † qui acceptauerat compromissum cum liberet, vt non possit cogi finire, quia in *d. §. sacerdotio.* non pon-deratur mutatio fori, Sed quia sacerdos tunc debet vacare sacris, & ideo fauore tam diuinæ maiestatis, quam honoris personæ non compellitur, Nec minor est ratio in transeunte de vita laicali ad clericalem, quam de clericali simplici ad Episcopalem, seu aliam dignitatem, Maxime cum in Prælato consideretur etiam multitudo negotiorum, & occupationum, 5 Præsertim, † quia talis honoratus dicitur nouus homo *l. eum falsa. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* Ita omnia prædicta declarat *Felin. in c. præsentata. n. 3. vers. an autem iste assumptus. de testib. post Bald. ibid. n. 2. Imol. n. 6. Abb. colum. vlt. in princip. vers. examinandus primo. n. 11.*

Hæc autem omnia concurrunt in dignitate, de qua agebatur, scilicet honor personæ, multitudo occupationum grauiorum, & magna dignitas, quæ facit illum nouum hominem, ex quibus omnibus videtur compromissum expi-6 rare † prout istam magnam dignitatem, & occupationem considerat *Imol. in d. c. præsentata. n. 6. ad med. de testib.* quod extendit *ibi Io. Andr. ad fin. in glos. 1.* ad aliud munus publicum, *per tex. in l. prætor eos. 13. & ibi Glos. in verb. religione. ff. de vacat. & excusat. muner. Hostiens. de arbitr. in sum. col. vlt. in prin. n. 13. Azo. etiam in summ. eod. tit. colum. penult.* 7 *in fin. n. 33.* † Prout distinguendam esse qualitatem dignitatis dicit *Anan. in d. c. præsentata. n. 3.* & magnam dignitatem debere esse notat *Hostiens. ibid. in verb. cum prædicto. n. 2.*
8 Nam si esset parua dignitas, non expiraret compromissum, vt in clerico facto diacono, vel similibus, vt per *Imol. ibid. n. 6.*

Ex quibus colligitur non esse recipiendũ *Anchar*dum *in c. præsentata. n. 3. de testib.* † concludit 9 per dignitatem superuenientem non expirare compromissum, Quia est contra opinionem omnium supradictorum, & quatenus eius opinio admittatur procedet in parua dignitate secundum distinctionem *Imol. in d. c. præsentata.* 10 *n. 6.* † & sic ista qualitas magna superueniens plus operabitur, quam qualitas à principio inhærens *l. si creditores. de priuileg. credit. & notat Bald. in d. l. non distinguemus. §. sacerdotio. n. 2. ff. de arbitr.*

Neque esset facienda vis, quod compromissum duret in successorem in officio eius, qui fuit 11 promotus ad huiusmodi dignitatem. † Quia non fuit factum sub nomine dignitatis, seu officij, sed solum sub nomine proprio, Et quatenus etiam esset sub nomine dignitatis, tamen neque transit ad successorem, quia finalis ratio compromissi non consistit in digni-12 te † sed in explorata eius industria, fide, & grauitate, non aliter se compromissuri in eum, nisi pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, & confidentia *L. 1. §. his cunabulis. de offic. perfect. prætor.* † Et ita in specie de com-13 promisso facto in Regem, quando expiret eo mortuo, quamuis sub nomine solum appella-tiuo

tino regiæ dignitatis factum sit concludit *Bald. in c.1.col.penult. ad fi.n.9. de inuestit.in marit. fact.* & de magis com nunis testatur *Felin.in c.quoniam abbas.col.1.in fin.vers.ego teneo.n.2 de offic.delegat.* vbi latè disputat respondendo contrarijs, quæ procedunt in iurisdictione, non in negotijs, 14 † & quamuis in successore præsumatur scientia, non tamen præsumetur confidentia, & est verior opinio, quidquid *Imol.* & alij contrarium sentiant *in c fin. de offic. delegat.* 15 † vt testatur *Bald.in l. vlt. oppos.25. C.de haredib. instit. & in auth. si tamen. C.de tempor.appellat.Bart.Castr.Imol. & alij in l.qui liberis.'8. §. hac verba. ff. de vulgar. & pupillar. Germon.de indult.cardin.n.60. Firman.de episcop.lib.4.p.5.n.60.tom.13.p.2.fol.350.* Maxime 16 quando constaret, quod compromittentes habebant notam personam Abbatis, Episcopi, seu alterius, sub cuius dignitatis nomine fuit compromissum, Nam aliàs cessante ista notitia censerentur solum habuisse respectum ad di17gnitatem, † & transibit ad successorem *l.qui habeat.29.de reb.dub.* & ita distinguit *Castr. in l.qui liberis.§.hac verba.n.1.vers.quod limito.ff.de vulgar. & pupillar.* Istam quæstionem iterum latius explicaui in casu occurenti de Auditore Rotæ promoto ad Cardinalatum, in quem fuerat compromissa causa grauissima, & dubitatum fuit an per dictam dignitatem superuenientem iurisdictio expirasset, & quoniam multi in prædicto dubio scripserunt, placuit, cum de eo quoque interrogatus fuissem, illud infra pertractare *in capite particulari.* vbi multas conclusiones adduxi, ex quibus omnia, quæ per Doctores in huiusmodi materia implicite ponuntur, satis aperta, & clara, ni fallor, reddentur.

EPITOME.

Exceptio familiaritatis quando repellat testem, quamuis no fuerit opposita tam in familiaribus nobilium, quam alijs. ¶ Et de quo tempore sit probanda. ¶ Actus alimentandi in domo an sit de illis, in quibus testes actu, vel habitu non interueniunt præter domesticos. ¶ Testes ex natura facti, quando dicantur non potuisse interuenire. ¶ Probatio coniecturalis an sufficiat in alimentis. ¶ Et an in eis sit probanda qualitas, quod expensa fuerit facta de re propria. ¶ Animus repetendi alimenta quando præsumatur tam in extraneo, quam in fratre, vitrico, & sanguine coniunctis, & in alijs, qui sperant succedere. ¶ Et quo casu fiat compensatio cum seruitijs, & operis præstitis. ¶ Appellatio an admittatur à sententia Vicarij ad eum, cuius est Locumtenens. ¶ Fideiussor de iudicatum soluendo quando possit appellare. ¶ Contractus gesti apud acta an habeant executionem paratam.

SVMMARIVM.

1 *Probatio coniecturalis, & verisimilis sufficit in alimentis, in quibus neque requiretur probare qualitatem, quod expensa fuerit facta de re propria.*
2 *Exceptio familiaritatis repellit testes, quamuis non fuerit opposita. Et quid in familiaribus nobilium.n.3.*
4 *Familiaritas non obstat testi, si non probetur de tempore iuramenti, & depositionis. Idem in similibus exceptionibus.n.5.*
6 *Probatio domesticorum magis præualet, quãdo agitur de illis, ad quæ nõ cõuocantur extranei.*
7 *Cohabitatio simplex in domo non repellit testem nisi sit mercenarius.*
8 *Testis familiaris probat, nisi sit nimis domesticus*
9 *Depositio familiaris admittitur contra pariter familiarem.*
10 *Domesticus, qui non debet aliquam reuerentiã propter quam possit repelli, est idoneus testis.*
11 *Actus alimentandi in domo an sit de illis, in quibus testes actu, vel habitu non habentur præter domesticos. & n.14.*
12 *Testes ex natura facti quando dicantur non potuisse interuenire.*
13 *Inhabiles admittuntur ad testificandum, si aliter veritas haberi non possit.*
15 *Gesta in capitulo probantur per testes capitulares.*
16 *In dubio iudicandum est pro alimentis.*
17 *Animus repetendi alimenta præsumitur potius, quam donatio. Quamuis simus in eo, qui speraret succedere illi, cui fuerunt præstita. n.18.*
19 *Priuignus qui operas suas impendit pro vitrico non tenetur soluere expensas factas pro alimentis.*
20 *Prætor, & frater tenentur alimenta pupillo præstita compensare cum seruitijs.*
21 *Alere quis tenetur eum, cuius operis vtitur.*
22 *Appellatio non datur à sententia Vicarij ad eũ cuius est locumtenens.n.23. & de ratione.n.25. Intellige vt n.24.*
26 *Auditor Cameræ exercet suam iurisdictionem per duos Vicarios, seu Locumtenentes.*
27 *Fideiussor de iudicatum soluendo quando possit appellare.n.29. & 30.*
28 *Contractus gesti apud acta æquiparantur confessioni, & habent executionem paratam.*

CAPVT CCCLXXIIII.

INtentionem actoris super alimentis, & seruitijs præstitis reo conuento Dixi esse probatam, stantibus depositionibus testium, iunctis adminiculis, quæ colliguntur ex processu vltra iuramentum in supplementum, & alijs de 1 quibus in facto, † Cum in huiusmodi casibus etiam sufficiat probatio coniecturalis, & verisimilis arbitrio boni viri, itaut non requiratur probatio qualitatis, quod expensa fuerit facta

de re propria expendentis, quasi probato facto præsumatur gestum expensis facientis, maxime cum non simus in magna impensa, vt bene omnia prædicta declarat *Bald. in l. fin. §. in computatione, in princ. in 2. notab. n. 2. C. de iur. delib. et in l. in restituendo. 4. post med. C. de petit. hæred. & conf. 323. proponitur. in fin. vers. & tamen sciat. n. 5. lib. 2.*

Neque obstat exceptio familiaritatis, & domesticitatis opposita, propter quam repellitur testis 2 † *l. etiam C. de testib. l. penult. ff. eod. tit. Natt. conf. 354. n. 4. post Speculat. de teste. in prin. n. 12.* Quamuis non fuerit exceptum de familiaritate, & domesticitate, Nā si hoc liqueat ex actis, videlicet, quia testis interogatus dicat se domesticum, non probat *Bald. in l. 2. n. 3. in fin. C.* 3 *de testib.* † Præsertim, quia non sumus in familiaribus nobiliū, quasi in illis adsit præsumptio, quod teneant homines discretos, & bonæ opinionis, cum in alijs pauperibus aliud sit, vt in familiaribus scholarium, cerdonum, & birruariorū, qui stant cum aliquo officiali *Bald. in l. 2. ante fin. n. 4. C. de testib. Crot. conf. 122. n. 17.*

Quia non fuit probatum, quod tempore iuramenti, & depositionis adesset huiusmodi qualitas, 4 familiaritatis † prout requirebatur *Bart. in l. 1. §. si seruus. il 2. ff. de quæstion. Ang. conf. 1. n. 4. Felin. in c. in litteris. 24. col. penult. in fin. vers. prædicta extende. n. 10. de testib. Bald. in l. 2. n. 6. C. eod. tit. Cyn. Specul. & alij per Aufr. ad decis. capp. tholos. 4. n. 2. & 6. Claud. ad Bertazol. conf. crimin. 235. vers. sed vt reijciatur. Roland. conf. 41. n. 46. lib. 1. Crot. conf. 122. viso processu. n. 17. Tiraq. in tract. cessante causa. in verb. famulatio* 5 *n. 102.* † Prout generale est in similibus exceptionibus semper attendendum esse tempus depositioni *Alex. conf. 149. viso processu. col. 2. in fin. n. 7. lib. 5. Dec. conf. 162. col. 9.*

Et quatenus etiam d. exceptio fuisset probata de tempore depositionis, & iuramenti, Tamen non obstabat, cum prætendantur præstita alimenta cum lecto, habitatione, cubiculo, & similibus seruitijs, quæ potius sunt probanda per domesticos, quasi ad illa non conuocentur extranei, 6 Vnde in illorum probatione magis præualebit depositio habitantium in domo *Bart. in l. quoties. n. 2. C. de naufrag. lib. 10. per tex. in l. consensu. §. super plagis. de repud. c. 2. in fin. & c. venies de testib. c. tertio loco. de probat. Io. de Amic. conf.* 7 *53. n. 8.* † Maxime, quia sumus in cohabitatione simplici in domo, quæ non repellit testem nisi esset mercenarius *Alex. conf. 78. in causa* 8 *& lite. colum. penult. in princ. lib. 1.* † Cum non omnis familiaris repellatur, sed nimis domesticus *Idem Alex. d. conf. 78. n. 3. Curt. Iun. conf. 168. n. 16.*

Præterea tam reus conuentus, quam ipsi testes simul habitabant, Vnde omnes erant domestici, Itaut par affectio debeat iudicari erga vtrosque, quo casu cessat ratio inhabilitatis, 9 & † depositio domestici admittitur contra pariter domesticum *Bald. in l. instrumenta. 5. ad fin. vers. extra quærit. n. 2. C. de probat. Aufr. ad decis. cappell. tholos. 4. col. penult. ad fin. vers. item nisi sit pariter. n. 7. Salic. in l. 2. col. penult. ad fin.* 10 *vers. sed quid econtra. C. de testib.* † Præsertim, quia hic vltra domesticitatem non adest aliqua reuerentia, propter quam testis possit repelli *Aufr. ad decis. Tholos. 4. n. 7. vers. dicunt. verum. post Petr. de S. Georg. in d. l. 2. C. de testib.*

Non obstat *Rot. Bononiens. per Benintend. decis. 43* 11 *n. 9.* vbi tenet † quod actus alimentandi in domo non est de his, in quibus testes actu, vel habitu non habentur præter domesticos, Vnde cum in hoc casu potuissent alij testes haberi non recipiuntur testes non integri, quamuis forte actu non habeantur, cum alias sequeretur absurdum, quod vbi solum inhabiles aliquid sciunt, illi semper admittantur, quinimmo semper pars allegaret alios testes non habere *Felin. in c. tertio loco. n. 7. & 8. de probat. & in c. veniēs n. 30. de testib. Alex. conf. 64. viso themate & du-* 12 *bijs. col. 2. lib. 1.* † Ex natura autem facti tunc dicerentur alij testes non potuisse interuenire, vt in his quæ fiunt in naui, & capitulo, & quæ pertractantur in domo, & camera, & in exemplo 13 *l. consensu. C. de repud.* † & in similibus, in quibus in subsidium recurritur ad inhabiles, & domesticos, cum alias veritas probari non possit vt per *Benint. d. decis. 43. n. 9.*

Quia verior est opinio, quod hic actus alimentan- 14 di ad eamdem mensam cum aliquo † nemini potest probabiliter innotescere, nisi domesticis, quia fit in domo, tempore, quo omnes extranei excluduntur, & multis in locis clausis foribus ipsius domus, prout in specie non approbando opinionem Benint. concludit *Surd. de alim. tit. 6. q. 23. in fin. n. 27. & 28.* Vnde merito est admittenda probatio talium testium, sicut di- 15 cimus † de gestis in capitulo, quæ probantur per testes capitulares *c. veniens. de testib.* Cum etiam, quatenus alia opinio admitteretur, quæ tamen non est recipienda, concurrat in casu nostro par causa familiaritatis, cum alijs supra adductis, ex quibus patet non esse locum d. ex- 16 ceptionibus oppositis, † Adeo vt quamuis aliquod dubium adesset, semper pro alimentis deberet iudicari *Corduben. in l. si quis à liberis. §. verum. n. 75. de liber. agnoscend. Surd. de aliment. tit. 9. q. 15. n. 22.*

Nec faciunt, quæ de præsumpta donatione oppo- 17 nuntur. Quia verius est, † vt semper præsumatur potius animus repetendi alimenta non solum in habente exiguum patrimoniū, & in paupere, prout sumus in casu nostro, in quo magis ista præsumptio repetitionis admittitur, sed etiam quando essemus in eo, qui ratione coniunctionis, & sanguinis posset videri voluisse donare, vt est mater, & auia, frater, & soror, & similes *l. nesennius. ff. de negot. gest. l. alimenta C. eod. tit. Alex. conf. 110. n. 1. lib. 7. cum alijs per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention.* 18 *lib. 13. tit. 12. n. 13. vsque ad n. 19.* † Vbi etiam ampliat, quamuis ille qui præstitit alimenta sperarет ei succedere, vt per *Rot. coram Card. Seraph. Rom. compromissi. 4. maij 1582. vers. quarto*

quia

quia in præstandis. maxime quia hic non concurrit aliqua qualitas operarum factarum, aut similium, ex quibus posset prætendi ob illas fuisse præstita alimenta, † vt dicitur de priuigno, qui operas suas impendit pro vitrico, tunc enim non dabitur repetitio, sed donatio præsumetur *Cuman. conf.* 88. *n.* 5. *vers. ac etiã quia ipsa puella. Alex. in l. si paterno. n.* 2. C. *de negot. gest. Purpur. conf.* 457. *n.* 1. *Card. Mantic. d. tit.* 12. *n.* 19. De quibus tamen exactissime *Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 11. *n.* 18. *vsque ad n.* 28. † Exemplo Prætoris qui alimenta pupillo præstita tenetur compensare cum seruitijs, vel fratris, qui alimenta non repetit, quæ præstitit fraternæ familiæ, si ab ea recepit seruitia *Aret. in l. si negotium.* C. *de negot. gest.* † Cum alere quis teneatur eum, cuius operis vtitur *l. in rebus. §. possunt. ff. commod. Cordubens. in l. si quis à liberis. §. si mater. n.* 69. *ff. de liber. agnoscend.*

19 20 21

Ex istis colligitur esse exequendum decretum super prædictis alimentis, non obstante appellatione interposita, cum illa sit nulla, † quasi fuerit appellatum à sentẽtia Vicarij ad eum, cuius est locumtenens, & Vicarius, cum potius debuisset appellari ad illum, ad quem appellaretur, si ipse principalis ordinarius iudicasset *Bart. in l. præcipimus. in prin. n.* 2. *in* 2. *notab.* C. *de appellat. Osasc. decis. pedam.* 131. *n.* 16. † Quod generaliter est in quolibet gerente vices alterius *Archid. in c. romana. de appell. in* 6. *Sbroz. de vicar. episc. lib.* 3. *q.* 2. *n.* 8. † Quidquid aliud sit in Vicario Principis non recognoscentis superiorem, ad quem potest appellari propter defectum superioritatis, cum ille non habeat superiorem *Dec. in c. dilecti. il* 3. *in fin. de appellat. Franc. in c. non putamus. col.* 2. *in princ. vers. aduerte tamen. in* 2. *notab. n.* 7. *de consuetud. in* 6. *per tex. in l. eos.* C. *de appellat.*

22 23 24

Et facit etiam ratio, quia si appellaretur à Vicario ad eum, cuius vices geruntur, possent iterum committi vices suæ alteri in eadem causa, † & sic nunquam illa ad alium deuolueretur, sed semper in eius foro esset cognoscenda, quod est absurdum *Archid. & alij in c.* 1. *de consuetud. in* 6. Et ob hanc rationem idem erit in Auditore Cameræ, † cum ipse exerceat iurisdictionem suam per duos Vicarios, seu Locumtenentes *Vestr. in prax. lib.* 2. *cap.* 4. *in fin.*

25 26

Accedat quod fuit appellatum per fideiussorem iudicij, qui se obligauit apud acta, † cui minus conceditur appellare, tanquam videatur se confiteri debitorem eius, quod iudicabitur, ideo contra illum fit executio tanquam confessum in iudicio *Surd. conf.* 271. *n.* 38. *&* 41. *lib.* 2. † Quasi contractus gesti apud acta æquiparentur confessioni, cum recipiant fomentum à calore iudicij, & habeant executionem paratam non solum si pactum fuerit de iudicato soluendo, sed etiam de præterito iudicato *Roder. Soarez in l. post rem iudicatam. limit.* 9. *ff. de re iudic.* vbi quod est singulare, & notandum & sequitur *Surd. d. conf.* 271. *n.* 45. *lib.* 2. † Et cũ ista distinctione debent intelligi Doctores, dum disputant an fideiussor de iudicato soluendo se obligauerit apud acta, vel extra, vt in primo casu non sit licita appellatio, in secundo vero permittatur, de qua quæstione *Castr. in l. d. sententia. n.* 4. *de appellat.* quam legit *in l. ab executore. §. alia. ff. eod. tit.* & in *l. vlt. in fin.* C. *de vsur. rei iudic. Fab. in §. alia. instit. de satisd. Anchar. q.* 19. *lib.* 2. *Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. col.* 5. *vers. contrarium arguit. & ibi Ias. n.* 7. *de pact. Boss. de carcerat. fideiuss. relax. n.* 68.

27 28 29 30

E P I T O M E.

IN subhastatione pignorum, & adiudicatione, quando citatio requiratur. ¶ Et an stetur iudicis arbitrio, quantum tempus dandum sit tam in bonis priuati, quam Ecclesiæ, minoris, & fisci. ¶ Præsentia in actu quo casu sit præsumenda. ¶ Et quid in similibus solemnitatibus. ¶ Debitores fiscales an sint in mora ipso iure absque interpellatione. ¶ Et an debeant exigi sine vllo ordine iudiciario. ¶ Patiens secundum decretum an videatur bona, super quibus illud passus est habuisse pro derelictis sine spe recuperandi, quamuis ab alio non occupentur. ¶ Iudex si non seruat ordinẽ iudiciarium in adiudicatione bonorum, an executio vitietur, vel solum licitum sit appellare. ¶ Reus habens exceptionem, quod non fuit sibi intimatum tempus ad reluendum pignora, an sibi præiudicet, si hoc non opposuit, quando actor egit ad secundum decretum. ¶ Venditio bonorum debitoris fisci cessantis in solutione, quomodo debeat fieri.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio non requiritur, quando capiuntur pignora, & subhastantur, & sufficit illam fieri in adiudicatione. & n.* 4. *Intellige vt n.* 3.

2 *Debitor est requirendus ex vrbanitate, antequam conueniatur.*

5 *Dilatio est intimanda.*

6 *Præsentia non præsumitur in actu, qui potest fieri inter absentes, secus quando actus esset solitus fieri inter præsentes.*

7 *Solemnitas in antiquis quando præsumatur, & quod tempus debeat interuenire.*

8 *Venditor patiens emptorem possidere, quando sibi præiudicet, vt non possit intentare spolium. n.* 10. *&* 11.

9 *Præsumitur præcessisse quod est necessarium pro validitate actus.*

12 *Debitum liquidum fiscale nullum ordinem iudiciorum requirit, & summatim, & incontinenti est exigendum. n.* 13.

14 *Debitores fiscales sunt in mora ipso iure absque aliqua interpellatione.*

15 *Iudicis arbitrio statur quantum tempus dandum sit in subhastationibus, & licitationibus tam publicis, quam priuatis. Fallit in bonis Ecclesiæ, minorum, & fisci.*

Iudex

17 *Iudex arbitratur intra quantum tempus velit post primum decretum tenuta interponere secundum, & procedere ad deliberationem.*

18 *Ius suum non prosequens patiendo secundum decretum, videtur bona, super quibus illud passus est, pro derelictis habuisse, neque ad ea amplius datur regressus, quamuis ab alio non occupentur.*

19 *Solemnitates, quæ seruantur in distractione rerum priuatorum spectant ad ordinem iudiciarium, & ad arbitrium iudicis, per quem si illa non seruentur licitum est appellare, non tamen vitiatur executio.*

20 *Reus habens exceptionem quod non sibi fuerit intimatum tempus ad reluendum pignora, si hoc non opposuit, quando actor egit ad secundum decretum, sibi præiudicat.*

21 *Statutum abrogatum non debet esse in consideratione.*

22 *Debitor fisci conuentus, & conuictus, si cessauit in solutione, quomodo debeat fieri venditio eius bonorum.*

23 *Contumax non debet esse melioris conditionis, quam si comparuisset. Et non comparens in termino amplius non auditur, n. 24.*

CAPVT CCCLXXV.

IN causa iudicati pignora capiuntur, & deinde subhastantur, & in istis duobus actibus citatio non est necessaria, quia nullum præiudi-1 cium fit debitori, † cum possit illud reparari in vltimo actu, quem iudex facit interponendo decretum super alienatione, seu adiudicatione, tunc enim pars est citanda, quia agitur de magno præiudicio, nempe de translatione dominij *l. de vnoquoque ff. de re iudic.* Ideo inoleuit praxis, quod fiat citatio parti, vt infra duos dies veniat ad reluendum pignus, & soluendum debitum, alias ad allegandum causam, quare vendi non debeat, vel creditori dari in solutũ, aut ad iudicari non possit, ita docuit *Alber. de Rosat.* per illum tex. *in l. creditor. 4. C. de distract. pign. Guid. Pap. decis. 339. de iure creditor. n. 1.* & voluit etiam *Glos. in l. debitores præsentes. 10. in verb. conueniendi. C. de pignorib.* 2 *& hypothec.* † Vbi quod antequam debitor cõueniatur ex vrbanitate est requirẽdus, sed quãdo venditur pignus de necessitate est facienda 3 denunciatio *l. fin. C. de iur. domin. impetr.* † Nisi actum sit vt sine denunciatione creditor vendat *Glos. in d. l. creditor. 4. in verb. testato. C. de distract. pignor.* Eandem praxim necessitatis ci-4 tãdi in adiudicatione † sequitur *Afflict. decis. 358. in causa inter. n. 3. & 4. & ibi Vrsill. in fin.* & comprobat *Marant. in specul. p. 6 in 3. & vlt. act. in verb. & post omnia aduertatur circa executionem. n. 39. ad med. vers. nunc in proposito quo ad primum. f. 474. Afflict. in prax. §. 7. num. 9. limitat. 11. 147.*

Prædicta citatio in casu mihi proposito fuit facta tempore, quo bona debitoris condemnati ex causa criminali fuerunt vendita, & adiudicata, solum opponebatur non fuisse factam intimationem, quod tempus datum ad reluendum erat lapsum, qua intimatione omissa, prætendebatur spolium cum alijs nullitatibus adductis. 5 quasi talis dilatio esset intimanda, † cum alias illa non præiudicaret *Bald. in l. 2. n. 3. C. vbi in rem act. exercer. deb. & l. 1. n. 2. in fin. C. de tempor. apellat. Alex. in l. labeo. post Bar. ibi n. 3. & Ias. n. 1. de iureiurand. Idem Ias. in l. 1. n. 10. ff. si quis caution. Menoch. cons. 131. n. 9.* late *Felin. in c. cum olim. 12. col. 10. notab. 3. n. 11. de re* 6 *iudic. Alex. cons. 34. n. 6. lib. 1.* † Maxime quia sumus in actu, qui potest fieri inter absentes, quo casu in dubio præsentia non est præsumenda, quidquid alias illa præsumeretur, quando actus esset solitus fieri inter præsentes *Socin. cons. 68. n. 4. lib. 4. Menoch. præsumpt. 14. n. 19. lib. 6.*

Verum concludendum est prædictam exceptio-7 nem omissæ intimationis non obstare, † cum enim simus in antiquis, præsumitur ista solemnitas interuenisse, itaut in hoc sufficiant decem anni, vel stetur arbitrio iudicis, quidquid aliud sit in extraiudicialibus, in quibus non tantum præsumitur, quantum in iudicialibus, & ideo maius tempus requiritur *Alex. cons. 118. nu. 9. lib. 6. & cons. 94. n. 7. ad fin. lib. 7. Aret. cons. 36. col. 3. ad fin. n. 6. Aym. de antiquitat.* 8 *tempor. p. 3. §. vidimus. n. 18. post med.* † Stante præsertim quod Aduersarius fere per 20. annos passus est emptorem sic ingressum possidere, nec aliquo modo conquestus fuit, quod magis excludit prætensam nullitatem *Menoch. de re-* 9 *cuper. remed. 17. n. 19.* † Cum etiam præsumatur præcessisse, quod est necessarium pro validitate actus *Bald. in l. eum in testamenta. §. hæc verba. in fin. de heredib. instituend. Felin. in c. pastoralis. n. 6. de rescript. Rot. diuers. decis. 750. in fin. lib. 1. Alciat. præsumpt. 42. reg. 3. f. 399. Cas-* 10 *sador decis. 21. n. 1.* de præben. † Et faciunt multa de quibus super. c. 18. n. 15. vbi quod præsumitur possessio capta seruatis seruandis stante patientia, & scientia debitoris per spatium longi temporis *Socin. cons. 15. col. fin. in princ. vers. tertio, & vltimo. lib. 4. Rot. diuers. decis. 131. n. 6. & 7.* 11 *p. 1.* † Vbi etiam quod prætendens spolium ob ingressum possessionis propter nõ seruatã conditionem debet probare illam nõ adimpletam stante d. patientia debitoris, & cursu longi temporis, ex quibus præsumitur adimpleta conditio, & transfertur onus probandi in aduersarium *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 42. n. 6.*

Præterea etiam quod d. intimatio non præsume-12 retur, neque erat necessaria, † cum simus in debito liquido fiscali, in quo nullus ordo iudiciorum requiritur ob specialem fisci fauorem, quidquid aliud sit, quando liquide non constaret de d. debito *Bald. in l. 2. in princ. C. quand. fisc. vel priuat. debit. & in l. quoniam. la 1. n. 1. C.* 13 *de appellat.* † Quasi tunc sint redacti in numero debitorum ex contractu, tributo, vel delicto, quod facit, vt sine vlla frustratione, idest summatim

matim, & incontinenti cogatur ad soluendum vt bene declarat *Alex. ad Bart. in l. hi qui. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. per tex. in l. 2. C. de exactor. tribut. eod. lib. §. oportet. auth. vt sin. quoque suffrag.* 14 † Adeo vt statim tales debitores si non faciunt quod debent absque alia interpellatione, & ipso iure, & ipso facto sint in mora *Glos. in l. cum quidam. 17. §. ex locato. in verb. inferunt. de vsur. Bald. in l. 1. n. 3. in fin. C. de his quib. vt indign.* cum alijs per *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. n. 1.*

Præsertim quia in distrahendis bonis debitorum 15 etiam ex causa priuata, † ne dum publica, & fiscali relinquitur iudicis arbitrio, quod & quale tempus dandum sit in huiusmodi subhastationibus, & licitationibus, quidquid aliud sit, quando distrahuntur bona Ecclesiæ, minorum, 16 & fisci, † in quibus terminus 30. dierum à lege definitus non potest tolli, dummodo aliud de consuetudine non seruetur, quia tunc mos regionis, aut statutum præualebit in distractionibus bonorum priuatorum *Salic. in l. ordo. 3. n. 2. C. de execut. rei iudic. Io. de Plat. in l. si tempora. 4. in princ. vers. istud autem tempus. C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Rolãd. cons. 53. n. 14. lib. 1. Coler. de process. execut. p. 3. c. 9. n. 26. Capic. decis. 36. n. 4. Menoch. de arbitr. cas. 129. n. 2. & cas. 171. n. 28. Afin. de execut. c. 13. §. 6. n. 5. fol. 144.*

Prout etiam relinquitur iudicis arbitrio intra quantum tempus velit post primum decretum 17 tenutæ, interponere secundum, † & procedere ad deliberationem, & adiudicationem *Bart. in l. si finita. § iulianus. n. 39. col. 6. ad med. vers. procedo vlterius. ff. de damn. infect. & in l. cum proponas. ad fin. vers. quæro dicitur hic. n. 6. C. de bon. auctorit. iudic. possid.* Vbi quod ita communiter obseruatur, quidquid contrarium sequantur *Specul. Innocent. & alij*; cum contra eos sit verior opinio, & magis communis, vt testatur *Alex. in d. §. iulianus. col. 23. in fin. n. 85.*

Accedat quod debitor fuit legitime citatus eo tempore, quo bona fuerunt vendita, & adiudicata præuia narratiua, quod iam erat lapsum 18 tempus datum ad reluendum, † Vnde sequitur quod cum ius suum prosequutus non fuerit, sed passus sit secundum decretum, videtur bona, super quibus d. decretum passus est pro derelictis habuisse, adeo vt ad huiusmodi bonorum recuperationem amplius non detur regressus, etiam quod ab alio non occupentur *Glos. in l. prætoris. 5. in princ. in verb. aperte. in fin. ff. de damn. infect.* quam mirabilem, & singularem dicit *ibi Alex. n. 3. post Bald. in l. 2. §. si absens. col. 2. in fin. vers. quærit. n. 3. ff. si ex nox. caus. agat. Afin. de execut. c. 32. §. 6. fol. 149.*

Et facit, quia omnia ista, quæ seruantur in huiusmodi distractionibus rerum priuatorum 19 spectant ad ordinem iudiciarium, † & ad arbitrium iudicis; Adeo vt si d. arbitrio iudex non bene vtatur, pars grauata possit appellare, non tamen vitiabitur executio *Glos. in l. a diuo pio. §. in venditione. in verb. iubentur. et ibi Bart. n. 8. Imol. col. 2. ad med. post vers. & ideo in dubio. de re iudicat. Socin. cons. 158 visis processu, sententijs. col. 9. vers. neque obstat. n. 26.* Vbi quod in iudicando non est recedendum ab hac opinione, prout etiam testatur late *Surd. cons. 39. n. 22. & 29. lib. 1.*

Vltimo secundum decretum, de quo agimus, fuit interpositum ad petitionem actoris, qui bona 20 fide egit, † & narrauit fuisse expiratum tempus datum ad reluendum, prout vere expirauerat, cum iudex illud assignauerit; Vnde si reus postea citatus re vera habebat exceptionem omissæ intimationis, imputet sibi, si illam non opposuit, quidquid aliud sit, quando secundum decretum fuisset appositum dolo actoris ex mendacibus allegationibus ipsius, tunc enim non valeret, quia est obreptum iudici, cum in primo casu non possit dubitari de eius validitate, ita in specie declarat *Bald. in l. sed alio. §. si absens. q. 10. n. 12. col. penul. ad med. vers. solutio dico quod si secundum. ff. si ex nox. caus. agat.*

Non obstat statutum, cum loquatur in causis ciuilibus, non in fiscalibus, in quibus ex priuilegio fisci aliter proceditur, vt supra dictum est, Ma-21 xime stante inobseruantia statuti, de qua in actis, adeo vt tanquam abrogatum non sit amplius in consideratione *Surd. cons. 58. n. 11.*

Nec aduersatur *l. fin. C. si propt. public. pensitat.* 22 *vendit. fuerit celebrat.* † Quia solum ibi dicitur, quod debitor fisci conuentus, & conuictus, si cessauerit in solutione, debet fieri solemnis venditio eius bonorum, & si debitor sit minor, debet citari, vt compareat cum defensore, qui etiam venditioni debet adesse, idest negotio, propter quod fit venditio, vt explicat *Salic. in d. l. fin. in princ. & in fin. vers. vnde intelligit. n. 2.* Quod fuit seruatũ in casu, de quo agimus, cum fuerit aduersarius citatus, quando vendi-23 tio, seu adiudicatio fuit facta, † & stante eius contumacia in non excipiendo, non debet esse melioris conditionis, quam si comparuisset 24 *c. præterea. de dilation.* † Itaut non comparens in termino amplius non audiatur *l. si eo tempore. 6. C. de remiss. pignor.*

EPITOME.

Conductor stipulans sibi remissionem, si locator non obseruat promissa an possit petere damna, & interesse. ¶ Et quid econtra si stipuletur damna an possit agere ad ea, quæ de iure communi sibi debentur. ¶ Prouisio hominis in quibus casibus faciat cessare prouisionem legis. ¶ Pensiones solutæ, quando repetantur per conductorem condicione indebiti, vel actione ex conducto, si impediatur vti frui re locata. ¶ Maritus, & vxor per hypothecam expressam an videantur à tacita recessisse. ¶ Dispositio prohibens minorem viginti annis non posse alienare sine solemnitate an tollat prouisionem legis, vt non sit seruanda solemnitas requisita vsque ad annum vigesimum quintum. ¶ Hypotheca quando detur

pro

pro legatis tam ex officio, quam ex testamento, si specialiter aliqua res fuerit obligata per testatorem. ¶ Pœna apposita in emphyteusi, locatione, & similibus contractibus ob inobseruantiam, quando operetur, vt censeantur sublatæ aliæ pœnæ de iure communi competentes. ¶ Pensiones an sint soluendæ anticipatæ. ¶ Dānum in locationibus an intelligatur respectu fructuum, vel pensionum. ¶ Locator quando teneatur conductori ad damna, & interesse, & remissionem mercedis.

SVMMARIVM.

1 *Hominis prouisio facit cessare prouisionem legis. Intellige vt n.5.*

2 *Conductor stipulans sibi remissionem, si locator non obseruat promissa, an possit petere damna, & interesse. n.3. & 6. Et quid econtra si stipuletur damna an possit retinere rem conductam, & agere ad ea, quæ de iure communi sibi debentur. n.4.*

7 *In locatione gabellæ salis si dicatur, quod ea durante liceat vendere sal subditis, non tamen excluditur, quod non possit vendi sal forensibus secundum ius commune.*

8 *Emphyteuta potest expelli per dominū, quamuis sibi præcauerit de pœna in defectum solutionis.*

9 *Pœna apposita ob inobseruantiam facti non facit, vt censeatur recessum a pœna caducitatis.*

10 *Pœna apposita ad fauorem locatoris non debet in eius odium retorqueri.*

11 *Conuentio restauri in casu bellinō tollit casum hostilitatis, & remissionem mercedis.*

12 *Hypotheca inducitur pro legatis, si actio competit ex testamento, vel ex officio iudicis, quamuis testator aliquam rem specialiter obligasset.*

13 *Maritus per hypothecam expressam non videtur à tacita recessisse, & in hoc æquiparatur vxori. n.14.*

15 *Statutum prohibens stabilia non posse hypothecari forensibus an habeat locum in hypotheca tacita legali.*

16 *Alienationes quando restringantur ad illas, quæ contingunt ex facto hominis, & non legis.*

17 *Dispositio prohibens minorem viginti annis non posse alienare sine certa solemnitate non tollit prouisionem legis post viginti annos, & non sit seruanda solemnitas requisita vsque ad annum vigesimumquintum.*

18 *Locator quando teneatur ad damna, & interesse conductoris, vel solum ad remissionem mercedis.*

19 *Damnum in locationibus an intelligatur respectu fructuum, vel pensionum.*

20 *Conductor habet remissionem mercedis, si non potest vti re conducta eo modo, quo fuit locata, quamuis ad alium vsum frui posset.*

21 *Pensiones solutæ repetuntur per conductorem si impediatur in vsu rei conductæ, & si non præcessit solutio, retinetur merces promissa. Et quando hoc casu detur condictio indebiti, vel actio ex conducto. n.22. tam ex iure communi, quam ex vi conuentionis. n.23.30. & 31.*

24 *Locator, & conductor sunt correlatiui, neque ad imparia iudicantur.*

25 *Contractus locationis, & conductionis est vltro citroque obligatorius.*

26 *Subueniendum est magis facienti actum ex necessitate, quam ex voluntate.*

27 *Renouatio executionis eodem modo, & ordine debet fieri, quo fuit facta executio.*

28 *Consuetudo vt pensiones soluantur anticipatæ valet.*

29 *Compulsus dicitur qui potest compelli, & semper habetur pro soluente inuito qui sciebat se posse cogi.*

CAPVT CCCLXXVI.

PRouisio hominis facit cessare prouisionem legis *l. fin. vbi Glos. in verb. contentam. C. de pact. conuent. l. maritus. de procurat. c. non ut. de* 1 *præsumpt. Ruin. cons. 74. n. 8. lib. 1.* † Vbi de vxore, quæ prouidendo sibi de hypotheca speciali videtur remisisse generalem *Doct. in l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matrimon. Cyn. in l. certi iuris. q. 6. C. locat.* cum alijs per *Gabr. de regul. iur. conclus. 8. n. 1. Neguf. de pignor. p. 2. m. 4. n. 87.*

Ex prædicta regula dicebatur, quod conductor, qui stipulatus est sibi fieri remissionem in euentum in quem locator non obseruaret promissa, 2 non possit petere damna, † & interesse cum enim sibi prouiderit in certo casu videtur liberasse locatorē in alijs casibus, vt in specie locationis concludit *Alex. cons. 3. viso instrumento. n. 3. lib. 1.* per doctrinā *Io. Andr. ad Speculat. de locat. §. nunc dicendum. in addit. magna. in fin. vers. adhuc scire debes.* vbi allegat etiam *Doctr. in disputat. incip. si tres locauit.* & sequitur *Ruin. cōs. 87. in fin. n. 3. lib. 1. Grat. cons. 161. n. 19. & 20. lib. 2. Calcan. cons. 24. n. 6. vers. quid igitur. Ioan. Bott. cons. 81. n. 51. Paris. cons. 38. n. 10. lib. 1.*

Verum contrarium dixi, quod non obstante stipulatione, vt fiat remissio casu quo locator non 3 obseruaret promissa, † possint etiam peti damna, & interesse, Nam tunc prouisio hominis tollit prouisionem legis, quando prouisio legis est introducta ex iure speciali, & extraordinario, secus quando descendit à iure communi, quia alias resultaret, quod adiectum in contractu ad fauorem conductorum, & ad eorum ius augendum, redundaret in illorum diminutionem, quod non est dicendum, Ita in materia locationis declarat *Alex. cons. 118. in casu de quo* 4 *quæritur. col. vlt. in prin. n. 25. lib. 5.* † Vbi concludit quod quamuis conductor stipulatus fuerit damna, & interesse casu quo à locatore aliquid fieret in præiudicium contractus, non tamen prohibebitur retinere rem conductam, cum tali iuri non videatur renunciatum per prouisionem de satisfaciendo interesse, tanquam illud competat de iure communi *Curt. Sen. cons. 1. n. 31. Cepoll. cōs. crim. 70. Rot. diuers. decis.*

decis.384.n.4.p.1. Roman. cons. 121. circa primum placet.n.2. Osasc.decis.113.n.10. † Maxime quia prouisio hominis non tollit prouisionem legis, quando prouisio hominis facta ad eius fauorem retorqueretur in odium *Surd. cons.339. n. 28. Becc. cons. 82. n. 20. Natt. cons.123. n.11.*

Et in proprijs terminis ita concludit *Bellon. cons. 22.n. 23.* vbi de conductore, qui pactus fuerat cum locatore, † vt quoties non purgaret rugiam, & aqua non decurreret, quod remittatur pensio, & nihil teneatur soluere, quod non videtur ex hoc recessum à prouisione legis circa interesse, & alia, quæ conductor posset prætendere de iure communi. Idem sequendo *Bellon.* voluit *Surd.cons.339.n. 25. vers. sic in casu contrario. lib. 3. Costa de iur. & fact. ignor. inspect.37.n.4. Ruin.cons.74.n.18.lib.1.* † vbi si in locatione gabellæ salis dicatur, quod ea durante liceat vendere sal subditis, non tamen ex hoc videtur recessum à iure cōmuni, per quod permittitur etiam vendi forensibus *Alex. cons. 126. visis his de quibus.n.7.lib.5. Becc. cons. 82. n.20. Rimin.Iun.cons.398.n.15.lib.4. & cons. 392. n. 106.eod. lib.*

Et facit simile de emphyteuta, quem Dominus potest expellere, † quamuis præ cauerit sibi de pœna in defectum solutionis *Natt.cons. 123. n. 11.* post *Glos.* quam dicit communiter approbatam *in l. 2. C. de iur. emphyt. in verb. repellere. ante med. vers. item quid si emphyteuta. & ibi Bart.ad fin.n.11. Anchar.cons.420. quidam ser antonius.n.3. in 2.dub Alex.cons.132.in causa inter vniuersitatem.n.2.lib.4.* vbi de communi, cum alijs per *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.9.n.1. Imol.in c.potuit.n. 28. locat. Menoch.cons.372.in fin.n.33.lib.4.*

Quare etiã si in instrumēto emphyteusis fuerit apposita pœna contra eum, qui pacta nō seruauit, non propterea † intelligitur fuisse recessum à pœna caducitatis, cum prouisio hominis non excludat prouisionem legis ordinariam *Alex. d.cons.132.in causa inter vniuersitatem.n.2.lib. 4. Menoch.cons.372.n.33.lib.4. Put.decis. 205. lib.2.* † Cum etiam pœna apposita fauore locatoris non debeat in eius odiū retorqueri *Alex. cons. 76. n. 7. lib. 6. Bald. cons. 329, casus talis est quidam.in princ.lib.1.* † vbi de locatione in qua factum est pactum restauri in casu belli, quod non est recessum à prouisione legali in casu belli, vel hostilitatis, aut remissionis mercedis, cum prouisio hominis non faciat cessare prouisionem legis, quando non est illi contraria, & quando non est facta per contrahentes animo nouandi.

Ideo etiam tacita hypotheca inducitur pro legatis, & fideicōmissis non solum quando actio cōpetit ex testamento, † sed etiam quando competit officium iudicis, adeo, vt hoc procedat quamuis testator aliquam rem specialiter obligasset, cum prouisio hominis non faciat cessare prouisionem legis quæ magis prospexit *l. 1. in fin. C. commun. de legat.* & declarat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 11. tit. 17.n.1. vsque ad 3. post Roman. sing. 392. Rip. in l. 1.n.68. & ibi Ruin.n.90. de legat. 1.*

Prout quoque maritus per hypothecam expressam non videtur à tacita recessisse, † Nam quamuis cesset illa ratio, quod ius dotis non possit fieri deterius, quæ consideratur in vxore, tamen subest alia ratio, quod per prouisionem hominis non intelligitur recessum à prouidentia legis, quæ fuit ordinata ad supplendam prouisionem hominis, sicut neque à legis prouisione receditur quando per illam plenius prospectum est *Neguс. de pignor. p. 2. m.4.n.90.* cum alijs per *Cardin. Mantic.* † qui æquiparat in hoc maritum, & vxorem *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit.19. n. 42. vsque ad n. 46.*

Quemadmodum etiam statutum prohibens stabilia non posse hypothecari forensibus † non habet locum in hypotheca tacita legali, quæ non tollitur, quasi prouisio hominis circa hypothecam expressam non faciat cessare tacitam legalem *Butr. cons. 35. visa forma contractus. n.3. vers. item statutum.* † Cum tales alienationes restringantur ad illas, quæ contingunt ex facto hominis, non legis, vt notatur *in l. si ita quis. §. eadem. ff. de verb. obligat.*

Ita quoque si dispositio prohibeat minorem viginti annis non posse alienare sine certa solemnitate, † non tollit prouisionem legis post viginti annos, vt solemnitas data vsque ad annum vigesimumquintum non sit seruanda *Castr. cons. 263. alias est 106. circa primum quæsitum. in 2. dub. lib.2. Dec. cōs.386.n.4. Osasc. decis. 85.n.13. Gabr. cons.132.n.6.lib.1.* Quidquid contrarium late sequatur *Menoch. cons.151. n. 39. vsque ad n. 50. & cons.152.n.60. cum seq. lib. 2. & cons. 602.n.7. & 16. lib. 6.* Quia contraria opinio est verior, & magis communis, & seruatur in Rota vt dixi *supra c.69. per tot.*

Quod autem de iure communi locans teneatur ad damna, & interesse conductoris, non est dubitandum, † cum impedimentum prouenerit à locatore, qui ex facto suo, & illius, quem prohibere potuit, tenetur ad omne interesse, quidquid aliud sit, quando prohibere non potuisset, tunc enim solum teneretur ad exonerationem mercedis, nisi scienter locauerit rem alienam *Salic. in l. si fundus. in princ. ff. locat.* Et est distinctio approbata per *Doctores*, vt testatur *Socin. cons. 88. consideratis. n.3. col. 2. in fin. lib. 1. Surd. cons. 33.n.1. & decis. 326.n. 16. cum seq.*

Et damnum in locationibus quomodo intelligatur an respectu fructuum, vel pensionum *Idem Surd. cons. 383. lib.3.* Adeo vt etiam conductor habeat remissionem mercedis, † si non potest vti re conducta eo modo, quo fuit locata, quamuis ad alium vsum frui posset, etiam si nulla culpa locatoris interuenerit *Bero. cons. 143. n. 8. cum seq. lib. 1. Costa de iur. & fact. ignorant. distinct. 30. centur. 2. n. 7.* Cum distinctione tamen, de qua per *Castr. in l. cum in plures. ff. locat.*

Quo

Quo vero ad pensiones si post illarum solutionem
21 conductores impediátur vti re conducta,& nõ præstatur patientia per locatorem, datur illis repetitio eius, quod fuit solutum actione ex conducto. vel si non præcessit solutio,retinetur merces promissa, itaut si possit imputari dolus locatori,etiam per eum debeat præstari totale interesse,vt dictum est ex *l. si fundus. 36. vbi Bald. in princ. & in fin. in 5.notab.Salic.n.1.ff. locat.l. ex conducto. 16. in princ.ff. eod. Ruin. cons.65.n.1.lib.1,Surd.cons.400.n.8.in fi. vers. quinimmo.lib.3.*

Neque in hoc casu datur condictio indebiti, non
22 enim per errorem conductor dedit plus, † sed vt sibi in causam conductionis prospiceret, aliud esset, si quis cum decem conduxisset,quindecim soluerit, hic enim si per errorem soluit dum putat se quindecim conduxisse,non habebit actionem ex conducto, sed solum condictionem indebiti, nam inter eum, qui per errorem soluit,& illum qui pensionem integram prærogauit multum interest,ista sunt verba *tex.in l.sed addes.21.§.si quis cum in annum.ff. locat,* & ibi notat *Salic.in princ. & Castr.n.1. Surd. cons.400.n.8.in fin.*

Ista autem repetitio, & actio ex conducto dabitur tam ex iure communi,quam ex vi conuentionis initæ inter contrahentes, quando præcessit instrumentum, in quo fuit promissum manutenere conductorem in pacifica posses-
23 sione vsus rei locatæ, † si enim non fuerit adimpletũ competit talis actio *d.§.si quis cum in annum.Surd.cons.400.n.8.in fin.lib.3.* Quẽadmodum ex eodem pacto daretur Domino actio ex locato pro consecutione pensionum
24 *l.si in lege.§.si domus.ff.locat.* † Sunt enim correlatiui locator,& conductor, neque ad imparia debent iudicari *l.fin.C.de indict.viduit.tol*-
25 *lend.Surd.cons.400.n.29.lib.3.* † Cum etiam contractus locationis,& conductionis sit vltro citroque obligatorius,& non sit æquum, quod ex eodem instrumento vnus possit conueniri, alter vero non *l. si id certo. §.nunc videndum. ff.commodat. Rol.cons.69.n.9.lib.4.*

Maxime si solutiones fuissent factæ ex necessitate, metu mandati, quo casu magis subuenien-
26 dum est his,† qui taliter soluerunt,& per viam magis celerem, & expeditam, quam illis, qui voluntarie soluissent *l. rem legatam. de adim. legat.Surd.cons.204.n.14.lib.1.* Præsertim si hoc modo fuisset facta executio ad fauorem locan-
27 tis, † Nam eodem modo, & ordine debet fieri reuocatio ad commodum conductoris, & restitutio pensionum,quas non debebat soluere *Glos.in l.minor. in verb.secus.ff. de euiction. Bart.in l. si pacto quo pœnã.& ibi Alex.in vlt. notab.C.de pact.Dec.in l.nihil tam naturale. 35.n.4.ff.de reg.iur.*

Idem erit, quando vigore statuti, seu consuetudinis pensiones deberent solui anticipate, vel
28 quando ita esset actum, vel conuentum, † valet enim talis consuetudo,& conuentio, & illa esset attendenda, quidquid de iure communi non deberet fieri anticipata solutio, vt per *Bald.cons.314.ad euidentiam præmittendum.in princ.lib.3.per tex.in l. 1. §. si pensio.ff. de migrand.* cum alijs per *Card.Tusch.conclus.373. in verb.pensio in dubio.& conclus.609.in verb. conductor.& conclus.335.in verb.soluere obligatus.Ias.in l.2.n.4.C.de iur.emphyt. post Glos. in l a.se.4.in verb versata.ad med.C.locat.* Vnde cum conductor soluerit pensionem vigore d. statuti, aut pacti, antequam incipiat vti frui re locata, si postea impediatur, bene aget ex conducto ad repetitionem solutorum, quasi
29 tunc non sponte soluat, † habetur enim pro compulso, qui potest compelli, adeo vt semper dicatur inuitus soluere, qui sciebat se posse cogi *Bald.in l.nouissime.7.ff quod fals.tut. auctor.Felin.in c.cum m.ferrariensis.n.21.de con-*
30 *stitut.* † Nam alias si conductor soluisset pensionem,postquam fuit impeditus vti frui re cõducta,tunc repetet condictione indebiti, non autem actione ex conducto *Castr.in l.sed addes.*
31 *21.§.si quis cum in annum.ff.locat.* † Quamuis si fieret sponte solutio anticipata, nihil referret, semper enim agetur ex conducto,si postea impedimentum superueniat,cum videatur conductor in causam conductionis prospicere anticipate soluendo, vt dicitur in *d. l. sed addes. §.si quis cum in annum.ff.locat.*

EPITOME.

Pro legato, & donatione emphyteusis an debeatur laudemium. ¶ Et quid in ea, quæ fuit concessa pro se,& hæredibus,& quibuscunque successoribus. ¶ Facultas exigendi laudemium an sit personalis,vel realis. ¶ Et laicus succedens Ecclesiæ an illud possit exigere, sicut exigebat Ecclesia. ¶ Laudemium an detur pro consensu,vel inuestitura,& traditione possessionis. ¶ Et an illius præstatio sit exhibitio obsequij reuerentialis, & de natura contractus, & ipsius solutio videatur excepta per quamcunque concessionem, & immunitatem. ¶ Et an pro eo competat hypotheca. ¶ Et an obseruantia attendatur in illius solutione. ¶ Emphyteota quando possit legare, & donare rem emphyteoticam sine consensu domini. ¶ Et an priuetur iure suo non secus ac si illam alienasset. ¶ Aestimatio laudemij quomodo sit facienda,& secundum,quod tempus, siue transferatur emphyteusis ex causa lucratiua,siue onerosa,

SVMMARIVM.

1 *Laudemium debetur pro legato, seu donatione emphyteusis, etiam in relictis ad pias causas. n.2.*

3 *In emphyteusi concessa pro se, & hæredibus, ac quibuscunque successoribus dominus videtur à principio concessisse,vt possit sine licentia alienari etiam sine præstatione laudemij. Contrarium est verius vt n.10.12.13.14.16.35.& 36.*

Emphy-

4 *Emphyteuta secundus emens à primo de consensu domini non tenetur soluere laudemium, neque alia renouatio requiritur. Amplia vt n.5.*
6 *Laudemium non soluitur, si fiat renouatio emphyteusis in personam filiorum. & n.8.*
7 *Filius non dicitur acquirere dominium de nouo, sed continuare.*
9 *Filius non tenetur soluere decimas de hæreditate paterna.*
11 *Laudemium non datur pro consensu, sed pro inuestitura, & traditione possessionis. n. 33. & 34.*
15 *Actus alias prohibitus valet, quando fit de necessitate.*
17 *Necessitas faciendi actum solum operatur, vt licite fiat, quod alias fieri non posset, non quod ad alium actum extendatur.*
18 *Obseruantia in solutione laudemij attenditur, secundum quam declaratur contractus emphyteoticus. Idem in feudis. n.19.*
20 *Obseruantia in omnibus dispositionibus est attendenda, quamuis non sit præscripta.*
21 *Præstatio laudemij est quædam exhibitio obsequij reuerentialis, quæ nunquam censetur remissa per quamcunque concessionem, & immunitatem.*
22 *Laudemium est de natura contractus, & illius solutio semper videtur excepta.*
23 *Immunitates non debent extendi ad munera suscipiendi inuestituram, & alia solita præstari ob laborem, & reuerentiam.*
24 *Facultas exigendi laudemia non est personalis, sed realis.*
25 *Laicus succedens Ecclesiæ in bonis subiectis præstationi laudemij illud poterit exigere, sicut exigebat Ecclesia.*
26 *Hypotheca competit etiam pro laudemijs.*
27 *Emphyteota potest legare, & donare rem emphyteoticam sine consensu domini. Et in hoc differt à conductore. n. 28. Intellige vt n. 32.*
29 *Emphyteuta priuatur iure suo alienando emphyteusim, non donando.*
30 *Emphyteuta fisci potest donare emphyteusim saluo iure illius.*
31 *Fiscus, & Ecclesia æquiparantur.*
37 *Aestimatio laudemij quomodo sit facienda, & secundum quod tempus tam ex causa lucratiua, quam onerosa.*

CAPVT CCCLXXVII.

Occasione legati facti per emphyteutam de re emphyteotica petebatur à Domino laudemium, quod cum per legatarium negaretur, vt appareat quis eorum potiora iura habeat, dicebam esse firmandas infrascriptas conclusiones, ex quibus proposita quæstio decidetur.

Prima conclusio. In donatione, seu legato emphyteusis facto penitus extraneo, qui non erat emphyteutæ successurus, voluntas Domini est necessaria, vt eo volente donatarius, seu legatarius possessionem apprehendat, & pro noua inuestitura laudemium soluat *Glos. in l. fin. in verb. æstimatione. C. de iur. emphyteot. & Vincent. de Franch. decis. 201. n. 3. vers. bis sic discussis. Auffr. ad decis. capel. Tholos. 279. vers. ego tamē salua correctione. Bertrand. Ias. & alij per Rot. Auenionens. decis. 143. n. 3.* † vbi ampliat ad relictum ad pias causas, ne dominus alienum hominem accipere cogatur inuitus *c. 1. §. donare. qualit. feud. olim poter. alienar. c. 1. de probib. feud. alienat. per Feder.* Ideo vt valeat alienatio solet apponi illa clausula saluo iure domini, non aliter nec alio modo *Abb. in c. 2. n. 10. de feud.* cum declarationibus, de quibus per *Felin. in c. quæ in ecclesiarum. n. 85. de constitut.*

Secunda conclusio. Laudemium non debetur per hæredem institutum, seu legatarium, quando sumus in emphyteusi concessa pro se, & quibuscunque hæredibus, & successoribus, quasi tunc Dominus videatur à principio concessisse, vt sine vlteriori requisitione possit emphyteusis in quemcunque alienari, vnde tanquam acquirens fuerit comprehensus in inuestitura non tenetur ad laudemium, vt in specie concludit *Cephal. cons. 699. n. 29. & 30. lib. 5. Vincent. Anna allegat. 106. n. 5. Rip. in l. qui roma. 122. §. duo fratres. n. 87. in 2. concl. in fin. & ibi Alciat. n. 45. ff. de verb. obligat. Amod. de laudem. q. 31. Vincent. de Franch. decis. 447. Anan. cons. feudal. 124. col. 2. ad med. vers. & pari ratione. lib. 2. & cons. 44. lib. 1. Bertazol. cons. ciuil. 212. n. 5. & 15.*

Vnde si secundus emphyteota emit à primo de consensu domini non tenetur ad laudemium, neque alia renouatio requiritur, quasi ille consensus habeat vim renouationis, maxime si dominus fuit pactus, quod secundus emphyteuta haberet possessionem, tunc enim solum petet canonem *Ioan. de Anan. cons. 90.* vbi ampliat procedere etiam † stante statuto reseruante renouationem, quia cum nihil dicat, quod aliquid soluatur pro laudemio, illud non debebitur, præsertim si statutum loqueretur de renouatione, quæ fit finito tempore apposito in contractu emphyteotico, quod solet esse communiter viginti nouem annorum. Idem sequendo *Anan.* voluit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 35. n. 4. Brun. d. cons. 124. col. 2. ad med.*

Et facit, quia semper attenditur, quod sit noua acquisitio ad hoc, vt debeatur laudemium, Quare si fiat renouatio † emphyteusis in persona filiorum, non soluitur per eos laudemium, cum non acquirant de nouo, sed continuent dominiū † *l. in suis. ff. de liber. & posthum. l. cum miles. in princ. ff. ex quib. caus. maior. §. serui. instit. de hæredit. quæ ab intestat. deferunt. Doctor. in l. cum hæres. ff. de acquir. possess. & in l. nihil. C. pro hære. l.* † & in specie ita concludit *Bald. in c. quæ in ecclesiarum. col. antepenult. in fin. vers. extra quæro quando fit renouatio. n. 36. de constitut. Dec. consil. 330. pro resolutione casus.*

casus. col. 2. in princ. vers. ex ista ratione. n. 9.

9 Vbi addit illud de filio, † qui non teneatur soluere decimam de hæreditate paterna, cum non sit noua acquisitio *Glos. in c. pastoralis. 28. in verb. quasi de lucro. post princ. vers. super hoc dicas. de decim.*

Verum contraria opinio est verior, quod etiam in emphyteusi concessa pro quibuscunque hæ-
10 redibus, † & successoribus debeatur laudemium, nam ex huiusmodi concessione non sequitur, quod non debeat introduci emptor, seu donatarius in possessionem per dominum, qui erit requirendus ad hunc effectum, ideo per istud pactum non censetur in aliquo ipsi laudemio præiudicatum *Imol. in c. potuit. col. 25. in fin. vers. vlterius etiam potest quæri. n. 64. locat.* vbi quod ista opinio satis de iure procedit *Bald. in l. cum dubitabatur. in 1. lectur. col. 1. post prin. vers. sed iuxta primum quæro. n. 8. in fin. C. de iur. emphyt. Salic. Ias. & alij per Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequisito domino. n. 7. ampliat. 2. col. 2. ad med. vers. vt ergo verba istius pacti. Surd. decis. 200. n. 5.* vbi in spec e reprobat *Cephalum supra in contrarium allega-*
11 *tum d. conf. 699. n. 30.* † cum non sit verum, quod laudemium detur pro consensu, sed pro inuestitura, & traditione possessionis *Bursat. cons. 56. n. 16. lib. 1.* Ideo quamuis consensus aliquando non requiratur, & possit fieri aliena-
12 tio inuito domino, † tamen debetur laudemiũ, vt late comprobat *Socin. Iun. cons. 70. n. 11. & 12. lib. 3.* quem sequitur *Menoch. cons. 297.*
13 *n. 27. & 35. lib. 3.* † Vbi etiam quod est communis opinio aduersus *Gozad.* qui contrarium sensit *cons. 65. n. 9.* Quod etiam voluit *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 21. n. 34. post Salic. in l. vlt. n. 2. in fin. vers. fateor*
14 *tamen. C. de iur. emphyt.* † Quamuis dominus emphyteusis voluerit in quemcunque posse fieri alienationem *Bertazol. cons. 46. n. 3. in eius lib. post Clar. in §. emphyteusis. q. 23. vers. sed quid si in ipsa. Redoan. de reb. eccles. nõ alienand. q. 11. in princ. de laudem. n. 16. & 17.*

Nec obstat, quod non sit necessaria susceptio, & approbatio domini, cum à principio quilibet sit admissus insolidum stantibus clausulis ad habendum, & alienandum, & pro quibuscunque
15 hæredibus, & successoribus, † Vnde valebit actus alias prohibitus cum necessariò fiat *l. fin. C. de litigios. l. per diuersas. C. mandat.* Quia admittitur, quod concessio emphyteusis fieri possit sine consensu, & facta valeret, non ta-
16 men sequitur, † quod vltra validitatem actus etiam debeat fieri sine approbatione, & solutione laudemij, cum necessitas faciendi actum solum operetur, vt licite fiat, quod alias fieri
17 non posset, † non autem quod ad alium actum extendatur, vt in specie de laudemio concludit *Gabr. cons. 84. n. 12. col. penult. ante fin. vers. & hac ratione. lib. 1.*

Tertia conclusio. Obseruantia in solutione laudemij attenditur, secundum quam declaratur
18 contractus emphyteusis, † quomodo debeat intelligi, vnde si in emphyteusi concessa pro quibuscunque hæredibus, & successoribus fuerit solutum laudemium, quando fuit alienata, seu alteri donata, ex istis solutionibus colligitur non posse præiudicari domino circa laudemium, cum à principio videatur concessa libera facultas alienandi sine tamen præiudicio laudemij sibi debiti, quasi ex obseruantia subsequuta declaretur qualis fuerit intentio contrahentium, prout in specie laudemij concludit *Socin. Iun. cons. 70. n. 9. 13. & 24. lib. 3. post Rebuff. in l. 1. n. 5. C. de fund. patrim. lib. 11.*
19 *Brun. cons. 44. in fin.* Prout in feudis † in quibus stante consuetudine non est recurrendum ad argumenta *Doctor in c. 1. de feud. cognit. Socin. cons. 68. visis inuestituris. col. 9. ad med. n. 23. lib. 3.* & ad materiam obseruantiæ multa
20 *Menoch. de arbitrar. cas. 199. n. 11.* † Et in omnibus dispositionibus istam obseruantiam attendi late *Ludouic. conclus. 38. per tot.* quamuis non sit præscripta *Aym. cons. 101. n. 4. & cons. 118. n. 2. Becc. cons. 101. n. 30. lib. 1. Menoch. cons. 21. n. 15. lib. 1.*

Quarta conclusio. Præstatio laudemij est quæ-
21 dam exhibitio obsequij reuerentialis, quam facit emphyteota dum suscipiendo inuestituram, dominum recognoscit, quæ nunquam censetur remissa per quamcunque concessionem, & facultatem alienandi, & aliam similem immunitatem, vt in terminis notat *Menoch. cons.*
22 *297. n. 24. vsque ad n. 27. lib. 3.* † Vbi etiam *n. 15.* quod ista præstatio laudemij est de natura contractus, adeo vt non debeat fieri extensio, cum semper illius solutio videatur excepta *Alexan.*
23 *cons. 123. n. 7. lib. 5.* † & multa similia: quod immunitates non extendantur ad munera suscipiendi inuestituram, & alia, quæ solent præstari ob laborem, & reuerentiam adducit *Menoch. d. cons. 297. n. 18. cum seq. lib. 3.*

Quinta conclusio. Facultas exigendi laudemia
24 non est personalis, sed realis, † hoc est annexa rebus, & bonis emphyteoticis, & cum ipsis transit ad successores *Ias. in l. 2. n. 22. C. de iur. emphyt. Amod. de laudem. q. 45. col. 1. Rimin. Iun. cons. 1. n. 57.* cum alijs per *Menoch. cons.*
25 *544. n. 18. cum seq. lib. 5.* † Vbi ex hoc infert. *n. 2.* quod si laicus succedat ecclesiæ in bonis subiectis præstationi laudemij, illud poterit exigere, sicut exigebat ecclesia *Francisc. Salson. de laudem. cit. ful. 1. n. 10. & 11.* Vnde etiam pro laudemijs præstandis competit hypothe-
26 ca † *Vincent. de Franc. decis. 430.* vbi de communi *Menoch. cons. 297. n. 1. & 34. Tiraq. de retract. lignag. §. 19. glos. 2. n. 8. in fin.* cum alijs per *Mastrill. decis. 171. n. 15. par. 2.* Quidquid multi contrarium sequantur, cum contra eos sit magis recepta opinio, vt dixi supra *c. 272. n. 5. vsque ad 10.*

Sexta conclusio. Emphyteuta potest donare, & legare rem emphyteoticam sine consensu do-
27 mini, † vt concludunt magis communiter *Doctores in l. si domus. §. 1. de legat. 1. & in l. vlt. C. de iur. emphyt.* & testatur *Cardin. Mantic.*

de tacit.

de tacit. & ambig. conuention. lib. 22. tit. 2. n. 26. 28 vbi istam differentiam ponit inter conductorem, & emphyteutam, cum simplex conductor non possit hoc facere, quasi nec dominium, nec possessionem habeat *l. non solet. ff. locat. c. inter dilectos. ad fin. de fid. instrum. Natt. cons.* 29 *114. n. 15.* † ideo quamuis emphyteuta priuetur iure suo, si rem emphyteoticam alienet, tamen non priuabitur donando *Rum. cons. 143. n. 10. lib. 1. Abb. cons. 74. n. 2. lib. 1. Dec. in l. cui ius est vendere. n. 3. de reg. iur. Aldobrand. cons. 143. n. 10. Clar. in §. emphyteusis. q. 15. vers. contrariam.* & est *Glos.* communiter approbata *in l. vlt. in verb. vendere. C. de iur. emphyt.* Quod 30 etiam est in emphyteota fisci, qui potest donare rem emphyteoticam saluo iure fisci *l. 1. C. de fund. patrimon. lib.* 11. Et fiscus, & ecclesia 31 æquiparantur † *Glos. in c. 3. in verb. ecclesia fungatur. de restitut. in integr.* Intelligitur tamen permissa talis donatio sine consensu domini, dummodo sit vera non simulata, & fuerit donata tanquam res emphyteotica, non tanquam propria, & non fiat præiudicium alijs compræ- 32 hensis in instrumento, † & donetur personis non prohibitis tam de iure communi, quam ex pacto, & non tradatur sine consensu domini, cui debet solui laudemium, & interueniant alia requisita, quæ late adducit Card. *Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 22. tit. 28. n. 60. vsque ad n. 69.*

Ex prædictis concluditur, quod valuit legatum, & donatio de re emphyteotica *vt in sexta conclusione.* Debebitur tamen laudemium, cum simus in legato facto penitus extraneo, qui non erat successurus, non obstante quod simus in emphyteusi concessa pro quibuscunque hæredibus, & successoribus, cum ex hoc non inferatur ad laudemij remissionem *vt in prima, & secunda conclusione vers. verum contraria opinio. n. 10.* Stante præsertim obseruantia, & exhibitione reuerentiali, ob quam præstatur laudemium *vt in tertia, & quarta conclusione.* Ne- 33 que enim solum ob simplicem † consensum Domini soluitur laudemiũ iuxta opinionẽ *Brun. cons. 124 col. 2. ad med. Rimin. Iun. cons. 579. n. 19. & 20. lib. 5. Menoch. cons. 226. n. 166. lib. 2. &* 34 *cons. 444. n. 41. lib. 5.* † Cum etiam illud soluatur pro inuestitura, & traditione possessionis *Surd. decis. 200. n. 15. Bursatt. cons. 56. n. 16. lib. 1.* cum satis sit, quod possit fieri alienatio ex forma data in emphyteusi, absque eo quod præiudicetur laudemio, vt per *Socin. Salic. Clar. & alios supra allegatos. n. 12. & 13.* Et omnes Doctores dum volunt non esse soluendum laude- 35 mium stante facultate alienandi, † loquuntur quando legatum, seu institutio fieret illis, qui sunt compræhensi in inuestitura, & qui ab intestato succederent, non autem quando relinqueretur penitus extraneo, prout est casus noster, vt declarat *Franc. decis. 447. post Amod. de laudem. q. 31. Redoan. de reb. eccles. non aliénand. q. 11. in princ. tit. de laudemijs. n. 16. & 17.* 36 *fol. 381.* † vbi quod sufficit, vt verba operentur facultatem alienandi sine consensu, non autem remissionem eius, quod sibi debetur pro laudemio *Gabr. cons. 84. n. 12. lib. 1.* Adeo vt stante hypotheca, quæ pro eo competit, potuerit recte agi contra tertium, tanquam simus in realibus, quæ transeunt ad quemcunque possessorem, vt dictum est supra *in quinta conclusio-* 37 *ne.* † Quomodo autem sit facienda æstimatio laudemij, quando fit ex causa lucratiua, & secundum quod tempus, non est dubitandum, cum debeat attendi æstimatio secundum tempus, quo transfertur, quidquid aliud sit, quando fieret ex causa onerosa, quo casu inspicitur pretium illius temporis, quo fit venditio *l. vlt. vers. & ne auaritia. C. de iur. emphyt. Siluestr. cons. 74. in fin. lib. 1.*

EPITOME.

Declaratio deuolutionis an debeat fieri viuente emphyteuta. ¶ Et quando mora possit per illum purgari post factam executionem ab homine. ¶ Et an debeat esse celeris satisfactio. ¶ Et quando dicatur talis, & sit in arbitrio iudicis illam admittẽdi etiam post sex menses. ¶ Pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, quomodo debeat intelligi, & an illud operetur expulsionem sine citatione. ¶ Iuramẽtum an excludat purgationem moræ. ¶ Declaratio domini volentis emphyteutam esse priuatum ob non solutum canonem an sit valida non præcedente citatione. ¶ Et quid si adsit statutum, quod non soluens canonem sit ipso iure priuatus. ¶ Et an sufficiat declaratio tacita. ¶ Procurator quando possit declarare deuolutionem ad fauorem domini. ¶ Emphyteuta an priuetur iure suo locando ad longum tempus, sicut alienando. ¶ Et an contractus sit solum nullus absque eo, quod incurratur in aliam pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio domini volentis emphyteutam esse priuatum ob non solutionem canonis est nulla non præcedente citatione. quamuis adsit statutum, quod non soluens canonem sit ipso iure priuatus, n. 2. Contrarium est verius. n. 3. Et est magis cõmunis opinio. n. 4. Et sufficiet declaratio tacita. n. 5. Intellige, vt n. 6.*

7 *Procurator non potest nec tacite nec expresse declarare deuolutionem sine speciali mandato, sufficeret tamen ratificatio subsequuta. n. 9.*

8 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

10 *Declaratio deuolutionis debet fieri viuente emphyteuta.*

11 *Mora potest purgari per emphyteutam non obstante declaratione domini volentis illum esse priuatum ob non solutum canonem. & n. 13.*

12 *Beneficium purgandi moram competit emphyteota de iure communi.*

CAPVT CCCLXXVIII.

NOn constare de aliqua caducitate, seu deuolutione emphyteusis dicebatur in casu mihi proposito ob illam rationem, 1 † quia declaratio Domini volentis emphyteutam esse priuatum ob non solutionem canonis erat nulla tanquam facta sine citatione, quæ requirebatur vna cum sententia declaratoria iuxta opinionem *Perrett.conf.121.n.1.lib.1.post Bald. in c.1.§.1.n.2.& 3.quib.mod.feud.amittat. Roman.conf.212.n.7. Alex. conf.128.n.1.l.1. Cephal. conf.223.n.19.lib.2.* Adeo vt talis sententia, 2 † & citatio etiam sit necessaria quamuis extaret statutum, quod non soluens canonem sit ipso iure priuatus, quia intelligitur secundum ius commune *Dec. conf. 138. n. 6. Perret.d.conf.121.n.1.* cum alijs per *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention.tit.27. lib.22. n.30. Corn.conf.115.n.7.lib.1.*

Verum dicebam nõ esse tutam d. opinionem, ideo non posse ex hoc capite defendi emphyteutam, quamuis in partibus qui scripserunt hoc præcipuo fundamento moti fuerint, 3 † Etenim verior sententia, & magis communis est, vt in huiusmodi declaratione non requiratur citatio, cum ipso facto propter non solutum canonem emphyteuta perdat ius suum, & res reuertatur ad proprietarium, dummodo ipse voluerit *Corn.conf.115.n.7.& 8. lib.1. Aldobrand. conf.1.n.329.& 330. Rimin. Sen. conf.421. n.2. lib.3. Socin. conf.4. n.25.lib.3.* cum alijs, quos adduxi supra *c. 36. n. 10. & 11.* quibus adde 4 *Card. Mantic.* † qui de magis communi, & veriori opinione testatur *de tacit. & ambig. conuent. lib.22. tit. 27. n. 31. vsque ad n. 33.* itaut sufficiat etiam declaratio tacita istius voluntatis, quando ex antecedenti necessario sequi- 5 tur, † videlicet si post deuolutionem Dominus vendiderit rem emphyteoticam, vel alij illam in emphyteusim concesserit, ex hoc enim satis intelligitur suam voluntatem declarasse, quod voluerit repellere priorem emphyteutam, quasi non solum verbis, sed multo magis factis voluntas declaretur, vt concludit *Ruin.conf.166.n.14.lib.1. Socin.Iun. conf.111.n.15. & 16. lib.2. Bero.conf.119. n.12.lib.1. Rimin. Iun. conf.171.* 6 *n. 67.* † intelligendo tamen dummodo Dominus alium inuestiuerit tanquam de re deuoluta *Alex. conf.128.n.7. ad fin. vers. nec obstat si dicatur.lib.5.Ruin.conf.168.n.18.lib.1.Aym.conf.373.n. 38.*

Quæ etiam procedunt, quamuis talis declaratio 7 fuisset facta per procuratorem, † qui licet non possit hoc facere nec tacite, nec expresse sine speciali mandato *Caputaq. decis.301. lib.1.* Tamen sufficiet ratificatio subsequuta, quæ retro- 8 trahitur, & æquiparatur mandato † *l. vlt. C. ad macedon. c. ratihabitio. de regul. iur.in 6.* & tenuit *Rot.coram R.P.D. Brauo Vrbeuetana* 9 *bonorum 5. iunij.1579.* † de qua per *Cardin. Mantic.de tacit. & ambig. conuent.lib.22.tit.27.n.33.* Vbi etiam *n.31.* requirit quod huiusmodi declaratio deuolutionis fiat viuente em- 10 phyteuta, † qui non soluit, cum non posset fieri contra eius hæredes *Rot. coram R. P. D. Robusterio Romana bonorum de Burgo. 6. iunij.1582.*

Ex alio tamen capite dixi posse defendi emphyteu- 11 tam à prætensa deuolutione, † cum sit locus purgationi moræ in casu, & ad effectum, de quo agimus, non obstante declaratione Domini volentis illum esse priuatum ob non solutionem 12 canonis; † Etenim hoc beneficium purgandi moram competit emphyteutæ *ex c.potuit.locat.* cuius dispositio non potest tolli per Domini declarationem, ne alias sit in potestate ipsius priui- 13 legium à lege concessum auferre, † vt de veriori opinione, & magis æqua testatur *Couar. lib.3. var.resolut. c.17. col.6. in princ.vers. ex quibus falsum videtur. n.4. Corbul. de caus. priuat. ob non solut.canon. limit.41.n.9.* vbi etiam allegat *Iacob de Nigris in l.si insulam.n.78.ff.de verb. obligat.Cepoll. caut.135. tu scis quod emphyteuta.n.1.Gabr.conf.75.n.7. lib.2.Cardin.Mantic. de tacit. & ambig. conuention. tit. 27. lib. 22. n. 35. Addit. ad Dec. conf.146. pro tenui. in verb. vlterius. n. 4.* vbi quod *Dec.* contrarium 14 pessime consuluit; † Quamuis enim vbi est facta executio ab homine non possit mora purgari, Tamen intelligitur dummodo à lege non reperiatur expresse permissa purgatio moræ cum per factum hominis ista prouisio legalis non possit tolli *Rip. in l.si insulam.n. 87.col.18.*

ante

ante med.verſ.limitatur primo.& ibi Alex.col. 11.*in fin.n.*33.*verſ.& ex ibi notatis.fallent.*11. *in fin.ff.de verb.obligat.* iuxta *Gloſ. in c.mora.*

15 *de reg. iur. in 6.* † quod etiam voluit *Innoc. in c. potuit. in fin. locat.* vbi etiam loquitur in exacto tam in iudicio, quam extra iudicium.

16 Maxime in emphyteuta Eccleſiæ, † cui magis ſuccurritur tamquam habenti minus tempus ad ſoluendum, quam emphyteuta priuati *Imol. in d.c.potuit.n.*29.*ad fin. ff.locat.*

Et quamuis *Gabr. d.conſ.*75. *Innoc. & alij ſupra allegati* requirant celerem ſatisfactionem mo-

17 ræ † ad hunc effectum purgationis, quod etiam voluit *Ancbar.conſ.*420.*col.*3.*ad med.n.*3.*in* 3. *dub.* Tamen iſta celeris ſatisfactio interuenit in caſu, de quo agimus, cum fuerit factum depoſitum poſt declarationem antequam iudiciali-

18 ter conueniretur, quod videtur ſufficere, cum totum hoc remittatur arbitrio Iudicis *Rip. in l. ſi inſulam. n.*35. *in fin. ff. de verbor. obligat. Pariſ. conſ.*108.*n.*44. *lib.*1. cum alijs per *Menoch. de arbitr. caſ.* 7. *in fin.n.*13. quem ſequitur *Rot. diuerſ. deciſ.* 572.*n.*2. *in princip. p.* 1.

19 Ideo † etiam celerem ſatisfactionem interpretamur, ideſt quam cito potuit *Innoc. in c. potuit. in fin. locat. per tex. in l.* 2. *§. confeſtim. ad tertullian.* Quæ interpretatio eſt ſumenda per Iudicem in caſu, de quo agimus, ſtante ſenectute, & mala valetudine, quæ in totum per tot annos reddidit emphyteutam inhabilem,

20 vt latius in facto deducitur, † Itaut ex his debeat excuſari à mora, & pena *l. ſi vehenda. §. idem iuris. ff. ad leg.rhod. de iact. l.apud. §. ſi in arbitrium. de dol. except. §. ſi ſufficit. inſtit. de excuſat.tut. Becc.conſ.*104.*n.*6. *Card.Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit.* 27. *lib.* 22. *n.*58. *Butr. in c. ſignificante. n.*6. *de pignor. Rim. Iun. conſ.*1. *n.*18. † Itaut ſecundum qualitatem facti, & perſonarum Iudex arbitretur ſpatium ſex menſium pro tempore congruo ad purgandam moram, & ad excludendam caducitatem *Rot. coram Card. Pamphil. Lauden. bonorum.* 10. *februarij.* 1586.

Neque obſtabit iuramentum, quaſi per illud vi-

21 deatur excludi omnis purgatio moræ † *Alex. in l. ſi inſulam.* 37. *ff. de verb. obligat. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut.can.limit.*30.*n.*13. Quia de æquitate canonica poteſt purgari mo-

22 ra, quamuis adſit iuſiurandum, quando,† prout in caſu noſtro, ius partis non eſt factum deterius, præſertim ſi agatur cum perſonis eccleſiaſticis tam in foro pœnitentiali, quam contentioſo *Iaſ. conſ.* 9. *n.* 8. *lib.* 1. & in *l. ſi quis maior.col.penult.C.de tranſact. Ruin.conſ.*133. *n.*10. *lib.* 1. *Gozad. conſ.*66. *n.*13. *Caputaq. deciſ.* 230. & 231.*p.*2. *Rot. diuerſ. deciſ.*277. *n.*5. *lib.*2. *Bald. in l. qui crimen.*3.*q.*11.*C.de his qui accuſ.non poſſ.Gram.deciſ.*95.*in fin.n.*6.*Marſil. ſingul.*

24 463. *rigor iuris.n.*2.† cum alijs late *per Seraphin.* qui de veriori, & magis cōmuni opinione teſtatur *priuil.iuram.*48.*n.*8.*vſq.ad n.*12.

Minus obſtat pactum ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, quaſi per illud detur expulſio emphyteutæ propria auctoritate *Bald.in l.*2.*in* 2.*lectur.n.*12. *C.de iur. emphyteot.* Quia

25 verius eſt, † quod citatio, & ſententia requiratur, vt poſſeſſio poſſit ab eo auferri, nam poterit multas exceptiones opponere, ex quibus de facto ſpoliari non debet, cum pactum ad hoc non extendatur, quando præſertim eſſet cauſa tumultus *Bart. in l. alia. §. eleganter. n.* 12. *ff. ſolut.matrim. & in l. creditores. n.*18. *C. de pignor. Socin. Iun. conſ.*147. *n.*31. *lib.* 1. & ita

26 practicari † tamquam magis iuſtum teſtatur *Addit. ad Alex. conſ.*205. *in verb. auctoritate poſt med. lib.* 3. cum alijs *per Card. Mantic. de tacit.& ambig.conuent. lib.*22.*tit.*22.*n.*9.& 10.

27 vbi etiam † *n.*14.*ad fin.* quod ſemper, antequam pactum poſsit ſortiri effectum, eſſet diſcutiendum, an illud locum habeat, quaſi illud intelligatur procedere, quando nulla omnino poſſeſſori poſſet competere defenſio, alioquin non eſſet priuandus ſine citatione, quamuis etiam iniuſtè videretur poſsidere *c. licet epiſcopus. de prabend. in* 6. *c. ex litteris. de reſtitut. ſpoliat.*

28 Vnde etiam † neque poſſeſsio poterit capi auctoritate propria, ſi prætendatur deuolutio ob lineam finitam *Rot. coram Cardin. Lancellotto Romana deuolutionis domus.*5.*decembris.*1599.

Vltimum de pœna emphyteutæ alienantis Domi-

29 no inconſulto, † an habeat locum in locante ad longum tempus, reſoluendum eſt negatiue; Quamuis enim inter emphyteuſim, & locationem ad longum tempus adſit æquiparatio, vt in vtraque transferatur vtile dominium *Gloſ.in*

30 *l.codicillis.§.inſtituto.de legat.*2. † Non tamen ſequitur, quod cōtractus in omnibus ſint æquiparati, Vnde pœna in vno impoſita non debet extendi ad alium, prout cum agitur de pœna priuationis, neque ſuperficiarius æquiparatur emphyteutæ *Bart. in l.* 1. *§.quod autem. de ſuperficieb. Socin.conſ.*287. *n.*2. *lib.* 2. *Imol. in c.*

31 *potuit.n.*8. *locat.* † Quare excuſabitur conductor, ne ſuo iure priuetur, cum ſufficiat alienationem ab eo factam eſſe nullam, Ità in ſpecie reſoluit *Rota coram Cardin.Seraphino.Roman. caſalium.* 20. *februarij.* 1576. & iterum 14. *martij eiuſdem anni coram eodem*, quam ſe-

32 quitur † *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 2. *n.*55. & 56. vbi teſtatur hanc eſſe magis æquam, & veram ſententiam contra *Ruin. conſ.* 161. *n.* 30. *lib.*1. *Natt. conſ.*

33 114.*n.*3. *Alex.conſ.*117.*n.*11.*lib.*4. † cum non ſit diſcendēdum à prima opinione, quam etiam tenuit *Alberic. in l.vlt. n.* 8. *C. de iur. emphyt. Iaſ.in l.*2.*n.*164.*C.eod.tit. Rimin. Iun. conſ.*212. *n.*31.*cum ſeq. Tiraq.de retract.lignag.§.*1.*gloſ.* 2.*n.*6.& 7. *Couar.lib.*2.*var.reſolut. c.*16.*n.*2. & ita ſeruari teſtatur *Garz. de expenſ. c.* 14.*n.*80. *in fin. Aluar. Valaſc. & ibi Rutger. Rulant. in theſaur.iur.emphyt.q.*29.*n.*23. *Boer. in c. nulli. de reb.eccleſ. non alien. Pinell. in l.*1.*p.* 3. *n.*64. *C. de bon.matern. Aret.in l.continuus.§.cū quis. col.*3.*verſ.illud autem.ff.de verb. oblig. Alciat. in l. vlt. in princ.ff.de in ius vocand.& in l.paulus.ff.de verbor. ſignificat.*

EPITOME.

Auctoritas adhibenda vice confirmationis, quando possit interuenire ex interuallo. ¶ Et an valeat tantum ex tempore auctoritatis præstitæ, vel debeat retrotrahi ad tempus ipsius actus. ¶ Consensus quando dicatur de solemnitate, & forma. ¶ Laudum an sit nullum, si feratur per laicum super rebus ecclesiasticis, quocunque possessorio agatur. ¶ Et an consensus Episcopi, seu Vicarij habilitet tale compromissum. ¶ Et an debeat adhiberi in actu electionis. ¶ Et an possit in eo poni facultas procedendi de iure, & de facto, & sententiandi de iure. ¶ In alienatione bonorum Ecclesiæ an sufficiat consensus Episcopi, seu Vicarij. ¶ Et quando ille excludatur per nominationem Episcopi. ¶ Actus voluntariæ iurisdictionis an possit sine speciali mandato exerceri. ¶ Bona incorporata Ecclesiæ, & effecta de eius mensa an possint alienari inconsulto Romano Pontifice. ¶ Et an in bonis solitis locari requiratur tempus quadraginta annorum post primam concessionem ad hoc, vt solemnitas aliqua non sit necessaria. ¶ Et an debeat adesse euidens vtilitas Ecclesiæ considerato tempore nouæ, vel primæ concessionis. ¶ Et quando alienatio sit nulla non probata consuetudine, quod simus in bonis Ecclesiæ solitis locari.

SVMMARIVM.

1 *Laudum est nullum si feratur per laicum super rebus ecclesiasticis quocunque possessorio actũ sit, quando interuenit persona clerici rei conuenti, siue agatur actione personali, siue reali. & n. 2.*

3 *Consensus Episcopi an habilitet compromissum factum in laicum de bonis ecclesiasticis. Et quid in consensu Vicarij. n. 4. & 10. Et an debeat interuenire in actu electionis. n. 6.*

5 *Consensus per modum auctoritatis præstandus debet adhiberi in ipsomet actu compromissi.*

7 *Consensus qui non tangit commodum consentire debentis, sed concernit legitimationem personæ eius, qui actum gerit, dicitur de solemnitate & forma.*

8 *Auctoritas adhibenda vice confirmationis quando possit interponi ex interuallo. Et an valeat tantum ex tempore auctoritatis præstitæ, vel retrotrahatur ad tempus ipsius actus. n. 9.*

11 *Alienatio sequitur ex compromisso.*

12 *In alienatione bonorum ecclesiæ requiritur consensus Episcopi, non Vicarij. & n. 13.*

14 *Speciale mandatum requiritur in decretis interponendis in alienationibus rerum Ecclesiæ.*

15 *Per nominationem expressam Episcopi eius industria est electa, & excluditur Vicarius.*

16 *Vicarius an possit sine speciali mandato exercere actum voluntariæ iurisdictionis.*

17 *Potestas procedendi de iure, & de facto, & sententiandi de iure an possit poni in compromisso bonorum Ecclesiæ.*

18 *Executio non datur ex laudo nullo.*

19 *Bona recuperata, & incorporata Ecclesiæ, & effecta de eius mensa non possunt alienari sine solemnitatibus, & inconsulto Romano Pontifice.*

20 *Solemnitas non est necessaria in bonis ecclesiæ solitis locari. Intellige aliũmodo post primã concessionem factam cũ solemnitate transactum sit tempus quadraginta annorum, & per illud cõcessio fuerit obseruata.*

22 *Bona Ecclesiæ solita locari debent concedi, vt ad sit euidens vtilitas Ecclesiæ considerato tempore nouæ concessionis. & n. 24.*

23 *Dictio tunc denotat extremitatem temporis.*

25 *Consuetudo quod simus in bonis Ecclesiæ solitis locari est probandã, neque à forma prima concessionis debet recedi, qua cõsuetudine non probata alienatio est nulla. n. 26.*

CAPVT CCCLXXIX.

De nullitate laudi lati in partibus, cuius executio petebatur, Dixi euidenter constare, 1 † cum illud fuerit prolatum per laicos super rebus ecclesiasticis, & principaliter ad Ecclesiam pertinentibus, in quibus eis nulla poterat competere iurisdictio, siue agamus de possessorio adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ, quando prout, in casu nostro, interuenit persona clerici rei conuenti, quasi tunc laicus non possit neque citare, neque cogere reum clericum ad aliquid restituendum, aut faciendum, cum in eum nullam prorsus habeat iurisdictionem, Ideo non consi[d]erabitur, quod causa sit meri facti, aut possessorij etiam rei temporalis, ne dum Ecclesiæ, seu rei ecclesiasticæ, tunc enim illud habebit locum quando agere tur inter duos laicos, vel inter clericum actorem, & laicum reum, Ista est communis distinctio Doctorum, quos refert *Rol. cons. 13. n. 6. vsque ad 17. lib. 2. Couar. practic. quæst. c. 35. n. 1 vers. ex quo patet non posse laicum. ad med. Menoc. de recuper poss. rem. 15. n. 223. vsq. ad n. 235, Affl. super constit. regn. lib. 1. rubr. 67. incip. de* 2 *burgensaticis. ad fi. n. 9 vsque ad 12. q. 8.* † siue clericus conueniatur actione personali, siue reali *Socin. in c. fane. de for. compet. & in c. si clericus. declarat. 25. & in c. si diligenter. colum. 2. not. 5. eod. tit.*

Nec obstat pretensus consensus Episcopi, quasi ex eo habilitetur compromissum factum in laicum, 3 † quidquid aliud sit in temporalibus spectantibus ad eorum patrimonium, quo casu etiam valebit arbitrium sine cõsensu Superioris *Innoc. in c. contingit. 8. ad med. & ibi Abb. n. 3. & 4. de arbitr. Idẽ Abb. cons. 33. n. 1. p. 2. Blanc. de compromiss. q. 2. in fin. n. 63. vers. laicus in causa clerici. Ann. cons. 83. in princ. vers. tamen dico contrarium. n. 1.*

Quia in casu, de quo agimus, nullus adest consensus Ordinarij, 4 † Etenim in compromisso solum

forensium

tentandis de iure an possit poni in compromis bonorum Ecclesiæ.

1 *Executio non datur ex laudo nullo.*

2 *Bona recuperata & incorporata Ecclesiæ, & [illegible] de eius mensa non possunt alienari [illegible] solemnitatibus, & inconsulto Romano Pontifice.*

3 *Solemnitas non est necessaria in bonis [illegible] solitis locari. Intellige cum modo post [illegible] concessionem factam cum solemnitate transierit tempus quadraginta annorum, & per [illegible] cessio fuerit obseruata.*

4 *Bona Ecclesiæ solita locari debent [illegible] si eadem vtilitas Ecclesiæ consideretur [illegible] re noua concessionis. & n.24.*

5 *Dictio tunc denotat extremitatem temporis.*

6 *Consuetudo quod simus in bonis Ecclesiæ locari est probanda, neque à forma [illegible] concessionis debet recedi, qua [illegible] alienatio est nulla, n.26.*

CAPVT CCCLXXIX

DE nullitate laudi lati in partes [illegible] executio petebatur, Dixi [illegible] stare, † cum illud fuerit prolatum [illegible] super rebus ecclesiasticis, & principaliter [illegible] [illegible] pertinentibus, in quibus [illegible] [illegible] competere iuri dicto, siue agatur [illegible] [illegible] adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ [illegible] in casu nostro [illegible] [illegible]

Nec obstat prætensus consensus Episcopi [illegible] ex eo habilitetur compromissum [illegible] [illegible] quidquid aliud sit in temporalibus [illegible] [illegible] ad eorum patrimonium, quo [illegible] [illegible] valebit arbitrium sine consensu [illegible] [illegible]

Quia in casu, de quo agimus, nullus [illegible] [illegible] Ordinarij, † Etenim in [illegible] [illegible]

lum registratur comparitio alias facta coram Vicario, in qua narratur, quod partes volentes pacifice viuere, & parcere expensis iudiciarijs, & eorum lites compromittere, conuenerunt vigore d. comparitionis, quod fiat descriptio fructuum coram duobus testibus, & reuocetur sequestrum facta obligatione de restituendo fructus, si ita per arbitros eligendos fuerit declaratum, ex quibus verbis non datur aliquis consensus per Vicarium, vt fieret compromissum in laicos prout ex lectura d. comparationis aperte constat, † Maxime quia sumus in consensu per modum auctoritatis præstando, qui debebat interuenire in ipsomet actu compromissi & electionis laicorem in arbitros, quasi requiratur pro solemnitate, & forma, ad quam quidquid exigitur est indiuiduum, & ab actu non potest separari, sed tanquam contemporaneum debet simul explicari *Bald. in l. vlt. n. 1. vers. sexto vbi consensus. C. ad macedon. & in c. 1. col. 1. in prin. in verb. ratum. de alienat. feud. pater.* † Vbi loquitur in specie de auctoritate præstanda per Episcopum, & latius *cons. 475. quidam ioannes abbas. n. 2. & 3. lib. 1. Imol. in c. cum consuetudinis. de consuetud. Socin. cons. 87. in præsenti consultatione. col. 2. post med. vers. præterea differentia magna. lib. 1. Castr. & alij in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. haredit.* latè *Tiraq. ad l. 16. connubial. glos. 6. n. 3. cum seq.*

Neque est dubitandum quod in casu nostro consensus sit adhibendus ad solemnitatem, † & formam, cum non tangat commodum consentire debentis, sed concernat legitimationem, seu reintegrationem personæ eorum, qui actum gerunt *Roman. cons. 54. n. 2. Castr. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. col. 2. ff. solu. matrim. Aret. in l. 2. §. voluntatem. col. 1. ff. eod. tit. Abb. cons. 40. in 2. dub. lib. 2. Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum. col. 4. ad trebellian.*

Et quatenus etiam talis auctoritas esset adhibenda vice confirmationis, † seu approbationis, aut executionis, tunc posset quidem adhiberi post actum, & ex interuallo, dummodo partes accedant ad Episcopum, & petant actum confirmari, & Episcopus causa cognita confirmet, valebit enim confirmatio, quasi tunc de nouo videantur partes contrahere de consensu Episcopi, videtur enim contractus renouari per adiectionem alicuius rei substantialis, de quo tamen non constat, prout in specie concludit *Bald. cons. 475. ad med. n. 3. vers. quæro igitur si celebrato. lib. 1. per tex. in l. 1. §. solut. ff. quando appellat. sit l. si quis. C. de decur. lib. 10. c. cura. de iur. patron.* Et sequitur *Tiraq. de leg. connubial. leg. 16. glos. 6. n. 10.* † Ita tamen vt valeat ex hoc tantum tempore auctoritatis præstitæ, non quidem, vt retrotrahatur ad tempus ipsius actus *Bald. in c. edoceri col. 4. vers. videtur quod si durat. de rescript. Salicet. in l. vlt. colum. fin. in princip. vers. sed quid si non simul. n. 3. ff. ad senat. cons. macedonian.*

Præterea etiam dato, quod consensus Vicarij interuenisset, tamen neque sufficeret, † sumus enim in rebus prohibitis alienari, quæ per consequens non possunt compromitti *Butr. Abb. & alij in c. cum tempore. de arbitr. Dec. cons. 39. iuridicam. n. 4. col. 2. in fin. Cardin. cons. 75. col. penult. Tiraq. de leg. connub. glos. 5. n. 203. leg. 16.* Quasi ex compromisso † possit sequi alienatio *Dec. cons. 445. in casu ad me transmisso. n. 27. & 28.* Vnde in tali alienatione requirebatur consensus ipsius Episcopi, non autem Vicarij, qui non habet hanc facultatem, † nisi specialiter ab Episcopo fuerit demãdata *c. alienationes. 12. q. 2. Socin. cons. 52. viso instrumento. col. 2. in prin. n. 9. lib. 4. Innoc. in c. cum statuimus. n. 1. & 2. de transf. & in c. veniens. in prin. & in c. de cetero. ante fin. n. 4. eod. tit.* cum alijs per *Caualc. decis. 45. n. 40. p. 1.* † Vbi quod hoc non multum placebit Vicarijs *Calder. cons. 1. de offic. vicar. Rebuff. in prax. in form. vicariat. archiepis. n. 184* Vbi quod requiritur specialis clausula ad huiusmodi decreta interponenda in alienationibus *Ferret. cons. 327. n. 1. cum seq.* Cum enim iura expresse nominent Episcopum, eius industria est electa, † & excludetur Vicarius, vt declarat in specie *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. rub. de auctorit. prælat. in alienat. interponend. n. 60. f. 206.* Quæ dicta sint ex abundanti ad effugiendum opiniones † an Vicarius possit sine mandato speciali exercere actus voluntariæ iurisdictionis, de quibus per *Auffr. ad Cappell. Tholos. q. 97. Bald. in margarit. in verb. vicarius. Gabr. cons. 200. lib. 1. n. 2. Felin. in c. ex parte. col. 3. de constit.* cum alijs per *Sbroz. de offic. vicar. q. 66. n. 194. lib. 2.*

Quibus addendum est, quod posito, quod liceret super dictis bonis Ecclesiæ compromitti, † tamen in casu nostro fuit data potestas procedendi de iure, & de facto, ac sententiandi de iure, quod non poterat fieri, quia non possunt iura Ecclesiæ in aliquem remitti, prout ponendo processum in manu alterius esset remittere, quasi ex hoc permittatur compromissario repellere probationes Ecclesiæ de facto, omisso iure, & probationẽ aduersarij de iure repellendam, de facto admittere, ita in specie concludit *Lap. allegat. 102. n. 2. in fin. vers. & posito. Ang. in l. imperatores. ff. de pact.*

Stante igitur d. nullitate non potest peti prætensa executio *l. 4. §. condemnatum. de re iudicat. l. si cum nulla. ff. eod. tit. Roman. cons. 141. in princ.* † Et quamuis prætendatur constare de bono iure, ita vt nullitas prædicta non debeat attendi, vel saltem per signaturam possit sanari, nihilominus dicendum est potius apparere de notoria eiusdem laudi iniustitia, † cum simus in bonis, quæ iam fuerant recuperata, & per nouennium possessa, & incorporata Ecclesiæ, ita vt stante d. incorporatione sint effecta de mensa Ecclesiæ, & non concedatur illarum alienatio sine debitis solemnitatibus, & inconsulto Romano Pontifice *c. 1. episcop. vel abbat. c. 1. qui feud. dar. poss. Host. Butr. Panormit.*

mit. Innoc. Cardin. & alij in c. vt super. 8. de reb. eccles. non alienand. Guid. Pap. decis. 153. & ibi Add. de communi in verb. rem ecclesia. ad med. Clar. in §. feudum. q. 13. vers. sed nunquid poterit. n. 2. ad med. late Couar. lib. 2. var. resolut. c. 17. n. 1.

Nec facit quod simus in bonis solitis locari, quo casu non est necessaria solemnitas canonica 20 Ias. in auth. qui rem. n. 19. C. de sacros. eccles. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 17. n. 4. & 5. cum alijs per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 7. n. 14. Quia contrarium constat in facto, & quatenus etiam essemus in bonis solitis locari, tamen ad hoc vt valeat concessio in emphyteusim talium rerum locari solitarum 21 sine debitis solemnitatibus, † requiritur quod post primam concessionem factam cum solemnitate necessaria, transactum sit tempus quadraginta annorum, & per illud temporis spatium concessio fuerit obseruata Gabr. in specie cons. 82. n. 1. lib. 2. & de veriori opinione testatur Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 7. n. 17. Dec. cons. 142. pro tenui. n. 4. in fin. Alex. cons. 9. viso themate. col. 2. in fin. n. 6. vers. praeterea ad hoc vt dicatur. & ibi late Addit. in verb. quadraginta. lib. 3.

Amplius quamuis essemus in bonis, & rebus ab 22 antiquo concedi solitis in emphyteusim, † Tamen requiritur, quod talis noua concessio ita fiat, vt cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiae considerato tempore nouae concessionis, adeo vt non satis sit, quod in prima concessione fuerit habita ratio vtilitatis Ecclesiae, Nam aliter facta concessio non valeret, quamuis essemus in re solita dari in emphyteusim, ita vt si fiat pro modico canone, satis appareat de damno Ecclesiae, licet etiam Praelato magna quantitas pecuniarum fuerit data pro huiusmodi noua concessione, cum hoc non redundet in commodum, & euidentem vtilitatem Ecclesiae, sed ipsius Praelati, quod non attenditur, prout ita in omnibus praedictis casibus declarauit Rot. coram R. P. D. Cotta Perusina molendini 23. maij 1567. & coram R. P. D. de Grassis Bononien. de pipinis. 9. decembris 1577. & coram R. P. D. Brauo castri montis Portij 9. martij 1580. & refert, & sequitur Honded. cons. 51. in fin. n. 60. & 61. lib. 1. vbi ita declarat extrauag. ambitiosae. de reb. eccles. non alienand. propter 23 illam dictionem tunc, † quae denotat extremitate temporis l. 4. §. 1. ff. de condit. & demonstr. 24 l. penult. de testam. tutel. † & in similibus alienationibus notat Abb. in c. vt super. 8. col. 2. ad med. vers. ego crederem quod vbi prima causa. n. 11. de reb. eccles. non alienand.

Praedicta omnia dicta sunt ex abundanti, quia 25 solum sufficiebat allegare † non esse probatam talem consuetudinem, quod simus in bonis solitis concedi in emphyteusim, quod tamen erat necessarium, vt posset videri an sit alterata solita forma, quae ad vnguem debebat seruari, cum talis consuetudo alienationis bonorum Ecclesiae sit stricti iuris, & à prima concessione non sit recedendum, vt late declarat Dec. cons. 142. pro tenui. col. 3. n. 4. & 5. Alex. cons. 9. viso 26 themate supraescripto. n. 2. lib. 3. † Itaut non probata tali consuetudine alienatio fuerit nulla tanquam deficiat forma, idest solemnitas, & iusta causa alienandi, de qua etiam debebat constare c. 1. de reb. eccles. non alienand. clem. 1. eod. tit. Glos. penult. in c. 1. de restit. in integr. cum alijs per Dec. d. cons. 142. col. 3. in princ. n. 4.

EPITOME.

Decoctores fraudolenti, & dolosi an gaudeant immunitate Ecclesiastica, & priuilegio cessionis, ac dilationibus debitoribus concessis, & qualiter puniantur, & quibus penis. ¶ Et quid in debitoribus ex causa publicorum tributorum. ¶ Nexi qui dicerentur apud antiquos. ¶ Dies triginta, qui dabantur debitoribus, quare vocentur iusti. ¶ Latrones publici qui sint, & in quo differant à furibus. ¶ Et à quibus iudicibus possint puniri. ¶ Crato phylosophus, quare reprehensus à Ioanne Apostolo, & eius conuersio. ¶ Exceptio aliquorum casuum, quando firmet regulam in contrarium. ¶ Proditor an dicatur tam is, qui occidit aliquem colore amicitiae, quam ille, qui inimicum à tergo interficit. ¶ Et quis proprie debeat dici proditor ad effectum, vt non gaudeat immunitate ecclesiastica iuxta Bullam Gregorij XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas ecclesiastica conceditur debitoribus ex causa publicorum tributorum. Quod procedit de iure canonico. n. 2.*
3 *Decoctus gaudet immunitate ecclesiastica. Et quid si per fraudem, & dolum decoxerit. n. 5. 6. 8. 10. 11. 29. & 31.*
4 *Decoctores fraudolenti, & dolosi aequiparantur furibus, & poena vltimi supplicij plectuntur.*
7 *Priuilegium cessionis non datur decoctoribus fraudolentis.*
9 *Fures rapientes erumenam an possint extrahi ab Ecclesia.*
12 *Induciae solent concedi debitoribus, quae tamen non proderunt fraudolentis decoctoribus. & n. 13.*
14 *Poena legis duodecim tabularum qualis esset contra decoctores. n. 15. & 16. Et de alijs poenis contra eos. n. 18. 20. 22. 24. & 25.*
17 *Plumbata erant genera flagellorum.*
19 *Obaerati sunt soliti mentiri, & aequiparantur Chamaeleonti.*
21 *Nexi qui dicerentur apud antiquos.*
23 *Dilatio triginta dierum dabatur debitoribus. Et quare d. dies appellarentur iusti.*
26 *Prodigalitas punienda siue sit muneraria, siue sumptuaria, luxuria causa, vel ambitionis.*

Crato

non sit recedendum, vt late declarat Dec. cons. 142. pro traui. col. 3. n. 4. & 5. Alex. cons. ... beriuste supraſcripto. n. 2. lib. 3. ... beta tali consuetudine alienatio fuerit ... quam deficiat forma, idest solemnitas, & ... causa alienandi, de qua etiam debebat ... c. 1. de reb. eccleſ. non alienand. clem. 1. ... Gloſ. penult. in c. 1. de reſtit. in integr. ... per Dec. d. conſ. 142. col. 3. in princ. n. 4.

EPITOME.

DEcoctores fraudolenti, & doloſi ... deant immunitate Eccleſiaſtica, & ... gio ceſsionis, ac dilationibus debitoribus ... ceſſis, & qualiter puniantur, & quibus ... quid in debitoribus ex cauſa publicorum ... torum. ¶ Nexi qui dicerentur apud antiquos. ¶ Dies triginta, qui dabantur debitoribus ... re vocentur iuſti. ¶ Latrones publici ... & in quo differant à furibus. ¶ Et a iudicibus poſsint puniri. ¶ Crato ... quare reprehenſus à Ioanne Apoſtolo ... conuerſio. ¶ Exceptio aliquorum caſuum, quando firmet regulam in contrarium. ¶ Proditor an dicatur tam is, qui occidit ... lore amicitiæ, quam ille, qui inimicum ... interficit. ¶ Et quis proprie debeat dici proditor ad effectum, vt non gaudeat immunitate eccleſiaſtica iuxta Bullam Gregorij XIIII.

SVMMARIVM.

1 Immunitas eccleſiaſtica conceditur debitoribus ex cauſa publicorum tributorum. ...
3 Decoctus gaudet immunitate eccleſiaſtica. Et quid ſi per fraudem, & dolum decoxerit. n. 5. 6. 8. 10. n. 29. & 31.
4 Decoctores fraudolenti, & doloſi, equiparantur furibus, & pena vltimi ſupplicij plectuntur.
7 Priuilegium ceſsionis non datur decoctoribus fraudolentis.
9 Fures rapientes crumenam an poſſint extrahi ab Eccleſia.
11 Induciæ ſolent concedi debitoribus, quæ tamen non proderunt fraudolentis decoctoribus. & n. 13.
14 Pœna legis duodecim tabularum ... & 16. Et de alijs pœnis contra decoctores. n. 15. & 25. ...
17 Plumbata erant genera flagellorum.
19 Obærati ſunt ſoli meratori, & ... Chomaloni.
21 Nexi qui dicerentur apud antiquos.
23 Dilatio triginta dierum dabatur debitoribus. Et quare illi appellarentur iuſti.
26 Prodigalitas punienda ſiue ſit ... ſiue ſumptuaria, luxuria ... ...

27 *Crato philoſophus reprehenſus à Ioanne Apoſtolo, quod gemmas immodicæ æſtimationis contunderet, & eius conuerſio ex miraculo ob illas priſtinæ integritati reſtitutas. n. 28.*
30 *Immunitas eccleſiaſtica, quibus denegetur ſecundum conſtitutionem Gregorij XIV.*
32 *Exceptio aliquorum caſuum quando firmet regulam in contrarium. & n. 36.*
33 *Fures an veniant appellatione publicorum latronum. Et qui propriè illi ſint. n. 34. & 35.*
37 *Latrones publici ſunt à iure communi diſſidati, & banniti, & poſſunt à quocumque impunè occidi, & à quibuſcunque iudicibus puniri vbicunque reperiantur. n. 38.*
39 *Occidens inimicum à tergo cum ſclopo an dicatur proditor, vel requiratur quod amicitia colore homicidium commiſerit. & n. 41.*
40 *Proditor propriè quis debeat dici ad effectum, vt non gaudeat immunitate eccleſiaſtica iuxtà Bullam Gregor. XIV.*

CAPVT CCCLXXX.

DEbitores gaudent templorum immunitate, licet ſint obnoxij publicis tributis 1 † ſecundum magis veram, & communem opinionem, de qua per *Abb. in c. inter alia. 6. col. 9. poſt princ. n. 24. de immunit. eccleſ. Cyn. in l. præſenti. col. vlt. in princ. verſ. aut propter aliud debitũ. C. de his qui ad eccleſ. confug.* Quamuis enim *in §. publicorum vero tributorum. auth. de mandat. princ.* contrarium diſponatur circa tributa, 2 † Tamen aliud eſt de iure canonico, cui non potuit per Imperatorem præiudicari *Silueſt. in ſumm. in verb. immunitas. 3. verſ. ſextum. n. 3. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 20. col. 16. ad med. verſ. ſed profectò. n. 14.*

Idem eſt in Mercatore, qui decoxit, aut fidem fefellit, talis enim etiam gaudet immunitate ec- 3 cleſiaſtica ſecundum veriorem ſententiam † de qua per *Nauarr. in ſumm. c. 25. n. 19. in fin* contra *Remig.* qui aliud concludit in iſtis decoctoribus *in tract. de immunit. eccleſ. fallent. 38. n. 1. tom. 13. p. 1. fol. 107.*

Verum ſupradicti Doctores loquuntur ſimpliciter in Mercatoribus decoctis, & fidem fallentibus, 4 non tamen diſtinguunt † quando ſunt decoctores fraudolenti, & doloſi, & qui ſimulant ſe bona decoxiſſe, & illa in fraudem ſuorum creditorũ occultant, & eorum pecuniam totã in ſuam vtilitatem conuertunt, vt facilius creditores alliciant ad ſecum componendum, de quibus etiã loquitur Conſtitutio ſanctiſs. memor. Pij V. *in bullar.* 116. vbi etiam mandat tales vltimo ſupplicio per iudices puniendos eſſe, & ea pena qua fures ipſi de iure, vel conſuetudine, aut particulari, vel municipali Statuto plecti ſolent.

Ideo quo ad iſtos videbatur dicendum, quod non debeant gaudere tali immunitate, ſed poſsint tam ipſi abduci ab eccleſijs, quam eorum bo- 5 na, † quæ in eandẽ eccleſiam detulerunt, prout ita ſeruatum fuiſſe Granatæ teſtatur *Couarr. lib. 2. var. reſolut. c. 20. n. 14. in fin. verſ. nec tamẽ* 6 *me latet. col. 17. in princ.* † vbi tamen addit fuiſſe reſcriptum præſtandum eſſe cautionem per Iudices ſeculares de non puniendo criminaliter tales fraudolentos decoctores, quod etiam voluit *Boer. deciſ. 215. n. 6. & 7.* vbi quod tales decocti propter eorum dolum non habent pri- 7 uilegia ceſsionis, † neque immunitatis eccleſiaſticæ, & ita fuit conceſſum arreſtum contra quemdam mercatorem in ſenatu Burdegalen. quod etiam refert, & ſequitur *Rebuff. de immunit. eccleſ. art. 1. gloſ. 2. n. 1. et 2. tom. 2. fol. 339.* vbi quod conceſſa fuit extractio ſimilium debitorum, quidquid enim opiniones Doctorũ hinc inde ſint diuerſæ, tamen conſuetudo in hoc erit attendenda, ne alias detur materia delinquen- 8 di, & fraudandi, † poſſet enim Mercator accipere merces mutuo, & poſtea ad Eccleſiam confugere, & rem alterius conſumere, quod leges non permittunt, & idem teſtatur *Boer.* vbi ſupra factum in fure, qui crumenam de nocte ſurripuerat, in qua erant decem libræ, ne detur oc- 9 caſio ſurripiendi, † & conſumendi res ſubtractas in eccleſia, quod etiam refert *Decian. in prax. criminal. lib. 6. cap. 27. in fin. verſ. videndus tamen. n. 35. p. 2.* & ſeruandam eſſe conſuetudinẽ in huiuſmodi caſibus dicit *Oldrad. conſ. 54. confugiens. n. 2. verſ. & iuxta hoc attenditur. Socin. de citation. art. 17. n. 42.*

Verum eſt quod *Couarr. lib. 2. var. reſolut. c. 20. n. 14. verſ. nec iaſonis argumentatio. in fin.* ad- 10 ducit *deciſ. Boer. 215. n. 7.* † circa doloſos Mercatores decoctores, quod non gaudeant immunitate Eccleſiæ, Tamen nihil concludit immo tantum ſe refert ad illorum iudicium, an ſit hoc admittendum.

Sed ſolum *Couar.* dubitat, quando tales extrahuntur ab Eccleſijs violenter ad punitionem crimi- 11 nalem, † de qua modo non loquimur, cum immo *Idem Couar. d. c. 20. in verſ. nec tamen me latet. n. 14.* adducat obſeruantiam illius Curiæ, in qua permittitur extractio talium debitorum præſtita tamen cautione per Iudices ſeculares de non puniendo illos criminaliter, vt ſupra dictum eſt *n. 6.*

Prædictis etiam poteſt addi, quod induciæ, quæ ſo- 12 lent concedi debitoribus, † de quibus *in l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ. Theſaur. deciſ. 186. Menoch. de arbitr. caſ. 203. n. 14.* non proſunt ſimilibus 13 fraudolentis decoctoribus, neque de iure, † neque de conſuetudine *Alex. in l. 1. n. 43. ff. ſi cert. petat. Boer. deciſ. 349. col. 9. et 10. n. 10. Bald. conſ. 400. quod iacobus. lib. 1. Benuenut. Stracc. de decoctor. p. 6. n. 10. tom. 6. p. 1. f. 323.* Et quamuis de prædictis dubitet *Petr. Auguſt. Morl. in empor. tit. 8. de reb. credit. ſi cert. petat. q. 1. n. 1. cum ſeq.* Tamen non eſt recedendum à d. opinione tamquam magis vera, & communi, vt per *Hering. de fideiuſſor. c. 5. n. 103. cum ſeq.*

Et quidem meritò, quia ibi culpoſi decoctores 14 ſunt multum exoſi, † & antiqua lege duodecim tabularum graui pœna plectebantur, ac ponderibus quindecim ponderum vinciebãtur *Gell. l b. 20. noct. attic. c. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1.*

lib.1.q.90.n.14.& 15. vbi etiã subdit, quod dabantur dilacerandi creditoribus *Glos. vlt. in*
15 *l.1.C.qui bon.ceder.poss.* † & grauissima nota infamiæ afficiebantur *Bald. cons.400. casus. lib.5.* Et omni priuilegio priuabantur *Ias. in §.vlt.instit.de action. Paris.cons.64.n.11 lib.1.*
16 Et ictibus plumbatarum † illos subijciendos esse disponitur *in l.quilibet.C.de decurion.lib.10.* Erant autem plumbata genera flagellorum vt
17 per *Platin.in vita Cornely primi*, † de quo *Menoch. d. q.90.n. 16.* & late explicat *Card. Baron.in martyrolog.6.iunij. in verb. plũbatis cesus*. Cum etiam intersit Reipublicæ decoctores tales publice puniri *l.bona fides.31.ff.deposit.* &
18 notat *Hering.de fideiuss.c.5.n.111.& 112.* † vbi etiam vsque ad *n.124.* de varijs pœnis huiusmodi hominibus inflictis, de quibus quoque *Cel.*
19 *Rhodigin.lib.12.lect.antiq.c.20.* † Et obæratos mentiri solitos refert *Idem Hering. de fideiuss. c.15.n.7.& 8.* vbi etiam ob quam causam æquiparentur Chamaleonti post *Marq. Freherum* per eum allegatum *de fama publica.lib.2. c.13. n. 15.& Victorin.lib.2. Ethicor.fol.277.*

In quo est obseruandum, vt hoc obiter annotetur,
20 quod apud Veteres Romanos, † qui æs alienum fecisset idque cumulatum cum vsuris foret, adducebatur à creditore nõ in seruitium, vt sæpe, sed in ergastulum quodammodo, & carnificinã, & quod grauius multo est, abducebantur item filij, immo etiamnum nepotes, si quid contradicerent seruiliter verberabantur, obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti. Ad hæc prolixa barba, capillique efferebant speciem oris, vix vt
21 noscitarentur in tanta deformitate: † Hi sunt quos in historia nexos sæpe dici audimus: Nam qui conflassent quidem æs alienum, nec tamen à creditoribus in vincula essent abducti obærati modo dicebantur; Necti vero pronunciabant eos, qui creditoribus traderentur. Hæc *Cel.Rhodigin.lib.12.lect.antiq.c.20.in prin.* ex *Liuio* dum inquit. Nexu vincti, solutique se vndique in publicum proripiunt, implorant quiritum fidem. *Et alibi.* Deinceps & qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur, & nectebantur alij.

Ex quibus apparet Veteres sanxisse plurimi esse faciendam fidem non in reponendis modo officijs, sed in ceteris quoque vitæ, ac negotiorum partibus præsertim, quæ ad mutui rationem
22 spectant. † Proinde non mediocris irrogata pœna debitori tergiuersanti, ac sæpius fraude agenti, & eludenti, Iudicatis enim debiti, ac confessi dabantur triginta dies causa conqui-
23 rendæ pecuniæ, quam dissoluerent. † Eos vero dies iustos appellabant, velut iustitium quoddam, idest interstitionem quandam, & cessationem iuris inter eos. Deinde nisi dissoluerent, ad Prætorem trahebantur, & ab eo addicebantur quibus erant iudicati; Neruo quoque & compedibus vinciebantur; Erat autem interea ius paciscendi, ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta; Inter eos dies tribus nundinis continuis producebantur ad Prætorem in comitium, quantæque pecuniæ iudicati forent pronunciabatur; Tertijs autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim per-
24 egre venum ibant. † Id porro horrendum, & ab omni prorsum humanitate, & Romanorum mitiore ingenio sequestratum. *Septimius Florens in apologetico.* Si plures autẽ forent, quibus reus esset iudicatus, permittebantur, si vellent secare atque partiri corpus addicti sibi hominis.
25 Verba vero legis ista erant. † Tertijs, inquit, nundinis partes secanto, si plus minusque secuerint sine fraude esto; de quibus etiam latè per *Couar. lib.2. var.resolut.c.1. n.1.* cum alijs per *Gomes. de potestat. in se ipsum. lib.2. c.14.n.18. vsque ad n.25.*

Quibus addendum est quod prodigalitas non cõ-
26 seruans conseruanda maxime displicet, † siue illa sit sumptuaria, siue muneraria, vel absumẽs, perdens, & profundens sua luxuriæ causa, vt Heluones, & scortatores, vel ambitionis, vt qui ex hac profusione laudem qualemcumque au-
27 cupantur; † Vnde Crato Philosophus contundens gemmas immodicæ æstimationis, dum Ephesi contemnendarum opum ederet spectaculum, à Ioanne Apostolo grauiter reprehensus fuit. Nam si pietati magis, quam gloriæ studuisset, nunquam profecto illas contriuisset, sed potius venditarum pretio indigentibus succurrisset; Quam quidem sententiam & ipse postea est secutus, Lapillis quippe ab Apostolo pristinæ integritati restitutis, miraculo ad fidem cõ-
28 uersus, † quod ad suam ipse iactantiam instituerat, ad proximorum vertit vsum, iam satis edoctus sapientiam huius mundi stultitiam esse apud Deum. *Marul.lib.1.c.2.* Cætera exempla ad Decoctores, & Abliguritores prætereo cum multa sint, & longiorem sermonem exposcant.

Quamuis autem ex prædictis appareat esse magnum crimen decoctionis fraudolentæ, Tamen quicquid sit de iure communi, secundum quod videtur deneganda immunitas ecclesiastica, prout loquuntur omnes Doctores supra addu-
29 cti in principio præsentis capituli, † Tamen hodie ista opinio non transit sine dubitatione, cum adsit *Bulla Greg.XIV.* in qua tollitur omnis differentia omnium, quæ hucusque statuta fuerunt circa huiusmodi immunitates, & ad vnam tantum formam reducitur, vt illa non suffragetur laicis ad loca sacra & religiosa, ac
30 ecclesias confugientibus, † si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel stratas publicas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, earumue cemeterijs committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderent, aut assasini, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei fuerint, Vnde cum solum supradicti casus fuerint excepti, non veniunt
31 decoctores fraudolenti, † maxime quia etiam in

in principio d. Bullæ de illis fuit facta mentio, dum dicitur quod per diuersas litteras Apostolicas fuerunt concessa multa priuilegia super abducendis ab Ecclesijs reis certorum criminum, aut fraudolentis decoctoribus in odium huiusmodi delictorum quæ omnia priuilegia, sublatis quibuscunque differentijs, ad vnum ibidem reducuntur, & solum nominantur cri-
32 mina de quibus supra,† inter quæ non fit mentio de dictis decoctoribus, Itaut ex hoc colligatur illos esse exceptos à criminibus in dicta bulla enarratis *Abb. in c. inter alia. de immunitat. eccles.*

Maxime, quia licet Pius V. æquiparet istos decoctores fraudolentos furibus, quos etiam tamquam fures mandat puniri vltimo supplicio;
33 Tamen non potest dici quod fures veniant sub nomine publicorum latronum, qui in Bulla nominantur, cum publici latrones sint, qui per vim furantur, vel spoliando homines, vel occidendo siue semel, siue pluries secundum opinionem de qua per Rebuff. *in l. hostes.* 118. *col. 2. in fin. vers. cæteri latrones. ff. de verb. significat. post Iacob. Boulenc.* per eum allegatum *in l. ca-*
34 *pitalium. §. famosos. in princip. ff de pæn.* † cum alijs per *Castr. in auth. sed nouo iure. n. 9. & 10. C. de seru. fugitiu. Bar. in l. si cui. in fin. ff. de pæn. Io. Vsch. de immunit. eccles. n. 19. vsque ad n. 24. tom. 13. p. 1. f. 12.* Vbi loquitur in specie d. immunitatis quod publici latrones sunt qui palã,
35 & publice furantur† derobãdo omnes pertranseuntes, quos iura habent magis exosos cum intersit Reipublicæ magis istos puniri, quã alios malefactores etiam deteriores *Abb. & Io. de Anan. in c. inter alia 6. de immunit. eccles.* Standum est igitur casibus exceptis in bulla, quæ non debet extendi ad alios casus, quamuis graues, præsertim cum talis suppletio tenderet in ipsarum ecclesiarum detractionem, & si Papa voluisset, excepisset etiam d. coctores fraudolẽtos, sicut excepit publicos latrones. & d. popu-
36 latores agrorum, & alios ibi enumeratos,† Itaut ex hoc firmetur regula in contrarium, & sic non habebitur respectus ad ius ciuile, neque canonicum aliud disponens circa grauia delicta, prout in specie immunitatis ecclesiasticæ talem interpretationem esse faciendam late concludit *Io. Vsch. de immunit. eccles. n. 34. ad med. vers. & quamuis prædicta opinio. vsque ad n. 38 post Abb. in d. c. inter alia.* ex doctrina *Innoc. in c. 1. de reb. eccles. non alien.*

Ideo etiam isti publici latrones sunt à iure com-
37 muni diffidati, & banniti † *l. 1. & 2. C. de his qui latron.* Et possunt à quocumque impune occidi *l. fin. C. quand. liceat vnicuique sin. iud. vindic.* cum sint extra protectionem legis, à qua eis bellum est indictum *l. reos. C. de accusat.* Et vbicũq; reperiantur à quibuscunque Iudicibus punien-
38 tur † quamuis illorum foro non sint subditi *Foller. in prax. crimin. in verb. audiantur excusatores. n. 166. Farinac. q. 7. n. 50.*

Et propter eandem reuerentiam sacrorum locorum non erit facienda extensio d. Bullæ dum loquitur de eo, qui proximum proditorie occidit ad illum, qui interficit inimicum à tergo cum
39 sclopo, † Quamuis enim talis possit dici committere delictum proditorium *Couar. c. 20. var. resol. lib. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 361. Plaz. in epitom. delict. c. 21.* Tamen in specie dictæ immunitatis fuit declaratum contrarium, quod proditor dicatur, qui colore amicitiæ homicidium
40 committit, † vt refert *Prax. Archiepiscop. c. 94. n. 1. & 2.* iuxta declarationem *Clem. VIII. 6. februarij* 1597. ibidem relatam; pro qua facit opinio *Bart. in l. respiciendum. §. delinquũt. ff. de pæn.* vbi requirit qualitatem amicitiæ ad effectum proditionis. *Franc. decis. 713. p. 4. Cephal. cons. 57. n. 13. lib. 1. Anchar. in c. 1. de homic. Ge-*
41 *rard. sing. 14. n. 5.* † In alijs tamen casibus non esset recedendum ab opinione *Menoch. Couar. & Plaz. supra allegatorum* tanquam magis communi vt per *Farinac. q. 18. n. 76.*

EPITOME.

Clericus an præsumatur cõsumpsisse fructus beneficij in alimenta, & redditus patrimonij conseruasse. ¶ Et an possit libere disponere de redditibus beneficiorum consistentibus in distributionibus quotidianis, sicut de bonis patrimonialibus. ¶ In donatione maioris partis bonorum an debeant donanti subministrari alimenta. ¶ Dominij retrãslatio an fiat ipso iure in donatorem ob pacta nõ seruata. ¶ Et quid si medio tẽpore esset ius tertio quæsitum. ¶ Onus probandi bona clerici beneficiati fuisse quæsita ex redditibus ecclesiastici, non patrimonialibus ad quem spectet. ¶ Et an idem sit in filio, si ignoretur an illa acquisiuerit ex bonis paternis vel aliunde. ¶ Donationis effectus an suspendatur post mortem clerici, qui donauit cum pacto illum alendi. ¶ Et an talis donatio sit similis illi quæ fit reseruato vsufructu. ¶ Substituti in donatione, quando possint agere rei vendicatione ad acquirendum bona donata. ¶ Onus deferẽdi arma, & sumendi nomen donantis an faciat donationem ob causam. ¶ Et quando dominiũ & possessio acquiratur donatario ante implementum similium conditionum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per clericum habentem bona tam beneficij, quam patrimonij valet, & onus probandi incumbit parti prætendenti illa fuisse quæsita ex redditibus ecclesiasticis si concurrat possessio successorum clerici.*

2 *Agenti contra possidentem incumbit onus probandi, quod bona prouenerint à patre, si ignoratur an filius illa acquisiuerit ex bonis paternis, siue aliunde acquisitis.*

3 *Clericus præsumitur consumpsisse fructus beneficij in alimenta, & impensas sibi necessarias, & redditus patrimonij potiorus reseruasse. Et quomodo procedat. n. 4. & 5.*

6 *Donatio clerici an subsistat, si fiat cum reciproce fidei-*

fideicommisso & substitutione de descendentibus masculis. Et de quibus bonis intelligatur. n 7.8.9.& 10.

11 *Clericus potest libere disponere de redditibus beneficiorum consistentibus in distributionibus quotidianis sicut de patrimonialibus.*

12 *Donatio facta à clerico cum pacto de illum altedo an suspendatur post eius mortē, et sit similis illi, quæ fit reseruato vsufructu.n.13.15.& 16.*

14 *Clericus an possit facere donationes inter viuos velut administrator ecclesiæ,et vsufructuarius.*

17 *Onera adimplenda post dispositionem perfectam an reddant actum conditionalem.& n.18.*

19 *In donatione maioris partis bonorum debēt subministrari alimenta donanti,non secus, ac si esset omnium bonorum.*

20 *Dominij retranslatio fit ipso iure in donantem ob pacta non seruata.*

21 *Donatio quando reuertitur an resoluatur,si medio tempore alteri sit ius quæsitum.*

22 *Dominium statim acquiritur substitutis in donatione,adeo vt purificata conditione substitutionis possit per eos agi rei vendicatione ad cōsequendum bona donata.& n.23.*

24 *Onus delationis armorum,& sumendi nomen,et familiam donantis est grauamen inæstimabile cuius respectu donatio dicitur ob causam.*

25 *Dominium,& possessio acquiritur donatario ante implementum deferendi arma donantis.*

CAPVT CCCLXXXI.

PRo donatarijs dicebam concludendum esse, Nam præsupponitur donationem fuisse factam per Clericum,† qui habebat non solum bona beneficij,sed etiam ampli patrimonij, Vnde succedit conclusio quod ad Cameram spectet onus probandi illa fuisse quæsita ex redditibus ecclesiasticis concurrente possessione hæredum, seu successorum clerici, de qua constat in casu nostro, quasi per eā resultet iste effectus faciēdi actorem aduersarium,quo non probante, obtinet is qui possidet,siue simus in clerico habēte patrimoniū,siue officiū,doctrinam, vel industriā ex qua esset solitus lucrari *Alex. conf.116. viso chirographo.n.4.& 5.lib.7.Rom.cons.159. col.penult.ad n.& ibi Mandos.in verb. defendetur.* vbi quod ita fuit in *Rot.decisum coram Than.in causa Placētin.canonicatus et prebendæ.1545.de qua per Put decis.228.p.2. Dec.in l. fi.n.53.in prin.vers.& in simili casu.C.de edict. diu.adr.toll.Menoc.de arb.cas.195.in fi.n.6.et 10 post Salic.in auth.licentiā. in princ. vers.si vero ecclesia.n.2.C.de sacros.eccles.Card.cons.79.n.2.*

Prout quando ignoratur an filius acquisiuerit de bonis paternis,vel aliunde habitis,† tunc agēti contra possidentem incumbit onus probandi quod bona peruenerint à patre. *Bald. in l. cum oportet in prin.n.11.col.4. vers.sed statim quæritur.C.de bon. qua liber. & in l. vltra.de donat. int.vir.et vxor.Alex.cons.171.n.5.lib.9.Menoc. præsūp.30.n.3.lib.3. Sur.de alim.tit.9.q.12.n.10.*

Præsertim, quia semper præsumendum est, quod Clericus consumpserit fructus beneficij in alimenta,† & alias impensas sibi necessarias, cum possit erogare redditus beneficij pro se sustinēdo,& fructus patrimonij reseruare sibi,& posteris *Innoc.in c.episcopus.de praben.* Socin. qui de communi *cons.91.casus super quo. col.3. in fin. vers.secundum quod præsupponitur.n.3. lib. 3. Alex.cons.116.n.3.lib.7. Philipp. Port.cons.136. n.12. Menoch.de arbitr.cas.195.n.5.*& de veriori opinione testatur multa adducens *Surd. de alim.tit.9.q.12.n.11.vsque ad n.29.*

Quibus stantibus non obstat,quod non sit faciēda ista deductio fructuum beneficiorum in alimēta cum sufficiat clericos illis non fuisse vsos, licet potuerint vti,adeo vt non consumpta præserue tur Ecclesiæ *Redoan.de spol.eccles.q.6.n.9.* Quia procedit quando constat de non consumptione fructuum,† Nos autem sumus in dubio,si enim non apparet an clericus vixerit de redditibus beneficij, vel patrimonij, tunc semper præsumendum est, quod potius ex beneficio necessaria erogauerit, Vnde alia licite sibi reseruare potuit, & per consequens donatio de illis facta valebit stante d præsumptione,quod fructus beneficiorum fuerint erogati pro alimētis, & suis necessitatibus *Couar in c 1.n.2.de testam.Vasq. controuers.illustr.c.105.n.9.*

Non obstat quod donatio,de qua agimus,non subsistat tamquam facta † cum reciproco fideicōmisso,& substitutione de descēdentibus masculis *iux.cons.Port.104.per tot.* Quia ibi præsupponitur fuisse donationē de bonis quæsitis ex redditibus ecclesiæ cum reseruatione vsusfructus durante vita eius, qui donauit, vt apparet ex facti specie proposita per eundem *Port. d. cons. 104.*

Quod non est in casu nostro, cum simus in bonis quæsitis aliunde, quam ex fructibus beneficiorum, quorum valida est donatio *Idem Port. d.cons.104. n.10.& 11. lib.7.* & latius *cons.136. n.12.& 13.Alex.cons.116.lib.7.* † Non obstante quod in ea fiant huiusmodi substitutiones, cum passim illæ admittantur in donationibus inter viuos,adeo vt etiam acquiratur vtilis actio substituto absenti contra regulas iuris, quod alteri per alterum non possit acquiri, aut stipulari, Immo neque † in eis requiritur stipulatio,quid quid in alijs casibus esset necessaria *Aim. cons. 19.n.8.& 9.* Cum speciali fauore donationis,& exercentis liberalitatem acquiratur actio absenti,† nec opus sit acceptatione *Gabr.cons.16. n.17.lib.1.Menoch.cons.1153.n.8.& 75.lib.12.*

Minus obstat quod clericus in casu nostro habuerit multa beneficia, ex quibus potius præsumitur acquisiuisse bona donata,Quia in facto constat esse modici valoris, vnde excluditur talis præsumptio,† Maxime, quia consistunt in distributionibus quotidianis, & redditus capellæ sunt pro celebratione missarum, adeo quod de illis, sicut de patrimonialibus esset licita dispositio, cum enim dentur pro ministerio,& seruitio personali, acquiruntur etiam quo ad dominium *Redoan.de spol.q.6.in fin.n.18 Hostien. Butr.Card.& Imol.in c.quia nos.de testam.* quos refert,

refert, & sequitur *Alex. conf. 116. col. 2. in fin. n. 5. lib. 7.* Quamuis etiam talia acquisita dependerent à dignitate clericali *Parif. conf. 33. n. 12. lib. 4.*

Nec facit quod donatio contineat pactum alendi
12 donantem, & si secus factum fuerit † bona donata ad illum redeant, quasi ex hoc videatur suspendi effectus donationis post mortem, cum per indirectum sit similis illi, quæ fit reseruato vsufructu, quæ non valet *Mandell. conf. 4. n. 18.* Quia cum simus in bonis, quæ non præsumun-
13 tur acquisita ex fructibus beneficiorum † vt supra dictum est, sequitur donationem valere, quamuis collatam in tempus mortis *Corn. conf. 314. n. 2. lib. 3. Socin. conf. 91. lib. 3. Paris. conf. 33. n. 13. lib. 4. Port. conf. 136. n. 13. Doctor. in c. fin. de pecul. cleric. & in c. ad hæc. de testam.*

Secundo quãuis essemus in bonis quæsitis ex red-
14 ditibus beneficiorum, † Tamen valuit donatio tamquam facta inter viuos, quam clericus potest facere, velut administrator Ecclesiæ *Abb. in c. ad hæc. in fin. vers. sed quando vult disponere. n. 4. de testam.* Quasi dicatur vsufructuarius *Glos. in c. in præsenti. de offic. ordin. in 6. Surd. de alim. tit. 9. q. 12. n. 18.*
15 † Neque onus alendi facit donationem conferri post mortem, quia donatio statim habuit effectum in vita tamquam facta inter viuos, neque indiget aliqua confirmatione mortis, & ista onera possunt apponi per donantes à principio contractus, antequam sit quæsitum ius donatario *l. cum res. C. de donat. Socin. conf. 100. col. fin. in prin. n. 12. lib. 3. Dec. in*
16 *l. si tibi. n. 5. col. 1. in fin. ff. si cert. petat.* † Præsertim, quia ista onera non sunt concepta per verba conditionalia futurum respicientia, sed obligant donatarios post acquisitum emolumen-
17 tum, & sic non impediunt actum perfici † cum debeant impleri post dispositionem perfectam *l. demonstratio. §. fin. de condit. & demonstrat. Bart. in l. de quibus. §. termilius. ff. eod. tit. et cõs. 4. n. 2. & 3. lib. 1. Aym. conf. 59. n. 1.* vbi quod neq; attenditur contrahentes vsos fuisse verbis sub
18 conditione, & similibus, † cum potius debeat considerari effectus illorum, vt bene declarat *Dec. in l. cum mota. 6. col. 4. ante med. vers. vnde vera resolutio. n. 6. ad fin. C. de transact.*

Tertio, quia resolutio donationis in casu non obseruantiæ idem continet, quod iuris dispositio,
19 secundum † quam in donatione maioris partis bonorum, prout est ista, de qua agimus, debent subministrari alimenta ipsi donanti, non secus ac si esset donatio omnium bonorum, quidquid aliud sit pro modica re donata, prout de magis æqua, & communi opinione testatur *Rimin. Iun. in §. 1. instit. de donat. n. 536. post Bald. in l. vlt. ad fin. in glos. in verb. voluerit. C. de reuocand. donat. Surd. de alim. tit. 1. q. 48. n. 7. & 8. & latius tit. 4. q. 23. n. 8. vsque ad 12. Lup. in rubric. de donation. int. vir. & uxor. §. 70. n. 25. Imol. in c. fin. col. vlt. post prin. vers. vlterius quærit. n. 36.*
20 *de donation.* † Et ob pacta non seruata regulariter de iure fit translatio dominij in donantem *Surd. conf. 369. n. 26. & conf. 473. n. 7. lib. 4.*
21 *& de aliment. priuil. 61. n. 29.* † Et quando reuertitur donatio, si medio tempore sit tertio ius quæsitum an resoluatur *Idem Surd. de aliment. tit. 9. q. 42.*

Neque etiam obstat, quod tot sint donationes, quot sunt personæ vocatæ, Quia ad effectum, de quo agimus, satis est quod bona fuerint abdicata à dominio, & possessione donantis, & translata in donatarios per actum inter viuos, de quo tempore spolium non intrat, sed solum de bonis
22 repertis in die obitus Clerici, † Maxime, quia in eodemmet contractu donationis statim fuit acquisitum dominium substitutis, adeo vt purificata conditione substitutionis possint substituti agere rei vendicatione ad consequendum bona donata, in quibus fuit facta substitutio, cum omnes donationes sint statim perfectæ, & validæ respectu omnium vocatorum *Aym. conf. 19. n. 9. Rot. diuers. decis. 683. n. 8. & 9. Menoch. conf. 1153. n. 7. vsque ad n. 79. lib. 12.* Et concludunt omnes *in l. qui roma. §. flauius. de verb. oblig. & in l. quoties. C. de donat. quæ sub mod.*
23 Stante præsertim † traditione rerum donatarum, de qua in casu nostro, tunc enim minus est dubium, quod competat substitutis rei vendicatio, quamuis etiam traditionem in hoc casu non esse necessariam teneat *Dec. conf. 238. primo non videtur. col. pen. ad med. n. 8. & in l. traditionibus. col. pen. ad fin. C. de pact.*

Vltimo addendum est nos non esse in simplici, & pura donatione, sed correspectiua ob multa onera tam alimentorum, quam delationis armorum, & sumendi nomen, & familiam donan-
24 tis, † quod dicitur grauamen inestimabile, ita vt hoc respectu dicatur donatio ob causam *Ludouic. Molin. de primogenit. hispan. lib. 2. tit.*
25 *8. n. 15. vsq; ad n. 18. & c. 14. eod. lib. n. 17.* † Adeo vt etiam ante huius grauaminis implementum dominium, & possessio acquiratur donatario *Idem Molin. d. c. 14. n. 12. & lib. 2. c. 13. n. 2. cum seq.* Vnde magis erit iudicanda valida, neque aliquid in ea prætendi poterit per Cameram tamquam sit similis permutationi, & illius
26 speciem † habeat *Rimin. Iun. instit. de donat. in princ. n. 60. per tex. in l. sed & si lege. §. consuluit in fin. de petit. hæreditat.*

EPITOME.

Dos filiæ an sit peculium profectitium, siue aduētitiū. ¶ Filiusfamilias an possit donare causa mortis, & in ea substituere. ¶ Consuetudo an posśit dare facultatem testandi filijs, & monachis. ¶ Et an operetur in bonis extra territorium. ¶ Vidua an reincidat in potestatem patris stante cõsuetudine, quod filia nupta sit sui iuris. ¶ Decedere quādo quis posśit pro parte testatus, & pro parte intestatus. ¶ Filiafamilias an valide testetur de dote, & donatione propter nuptias etiam cum consensu patris. ¶ Emancipatio an iuuet filium, vt posśit facere testamentum, si constat de fraude. ¶ In statutis an liceat arguere à contrario sensu. ¶ Prohibitio

tio facta per statutum, quod filia non disponat in vltima voluntate in præiudicium filiorum an censeatur permittere, vt possit testari in illorum commodum. ¶ Consuetudo habilitans filiam ad testandum an habeat locum, si nubat forensi.

SVMMARIVM.

1 *Filiafamilias non potest testari de dote, neque cum consensu patris. & n. 2.*
3 *Matrimonium nō liberat filiā à patria potestate.*
4 *Dos filiæ an sit peculium profectitium, seu aduentitium.*
5 *Filiusfamilias an possit disponere de bonis aduentitijs.*
6 *Filiafamilias non potest facere testamentum de donatione propter nuptias.*
7 *Emancipatio Patris non iuuat filium, vt possit testari, si constat de fraude.*
8 *Donatio causa mortis potest fieri à filiofamilias & substitutio in ea facta valet, & an clausula codicillaris sufficiat, vel debeat interuenire expressus consensus patris. & n. 9.*
10 *Donatio causa mortis facta à filiofamilias absenti in testamentode consensu patris non valet, si notarius nomine donatarij non recipiat.*
11 *Testamentum filijfamilias est inualidum, quāuis pater pro parte sit institutus.*
12 *Consuetudo an possit dare facultatem testandi filijsfamilias, & monachis.*
13 *Statutum permittens filium testari an operetur in bonis extra territorium. & n. 15.*
14 *Intestatus pro parte & pro alia testatus an quis possit decedere.*
16 *Statutum dans potestatem filiofamilias faciendi testamentum an possit operari, vt argumentum à contrario sensu ab eo desumatur.*
17 *Prohibitio facta per statutum, quod filia non disponat in vltima voluntate in præiudicium filiorum an concedat à contrario sensu, vt illa possit testari in ipsorum commodum.*
18 *Correctio iuris communis est euitanda, et n. 22.*
19 *Statutum prohibens filiam testari quando haberet liberos an intelligatur permittere si illos non habeat.*
20 *Dos à patre profecta reuertitur ad patrem iure consolidationis, non quod sit ipse hæres filiæ in ipsa dote.*
21 *Statutum contra ius commune non debet duplicem effectum operari.*
23 *Consuetudo efficiens filiam nuptam sui iuris, & habilitans eam ad testandum an habeat locum si nubat forensi.*
24 *Vidua an reincidat in potestatem patris stante consuetudine, quod filia nupta sit sui iuris.*

CAPVT CCCLXXXII.

INspecto iure communi testamentum, de quo agebamus, Dixi esse nullum iuxta magis receptam & veriorem opinionem *Doctorum in l. senatu n. C. qui testam. facer. poss.* Vbi *Bal. Salic.* 1 *Ang. Ias. & alij* † concludunt filiam familias non posse testari de dote, neque de consensu patris, cum testamētum tamquam publici iuris nō debeat pendere ex alieno arbitrio, & priuilegium testandi, quod habet filiusfamilias in castrensi peculio, vel quasi non trahitur ad filiamfamilias in dote *Alex. cons. 17. visis et opportune consideratis. in prin. lib. 2. late Becc. cons. 76. n. 1. vsque ad n. 6* & latius *Thesaur. decis. 150. per*
2 *tot.* vbi testatur de magis communi, & quod ita fuit decisum re plenius discussa, renocata decisione contraria prius facta ad fauorem filiæ, cum in ea non possit considerari aliquod patrimonium proprium quo ad dotem, neque ali-
3 qua rerum suarum administratio, † quasi matrimonium eam non liberet à patria potestate *Felin. in c. mulieres. n. 1. de sent. excommunic. post Glos. in l. si uxorem. C. de condit. insert.* Quamuis enim quo ad obsequia matrimonij transeat in potestatem viri, tamen quo ad effectus iuris, & patriæ potestatis in eadem remanet *Purpur. cons. 396. n. 24. lib. 1. post Castr. in l. si uxorem. C. de condit. insert Barbos. in l. 2. §. quod si in in patris. in princ. ff. solut. matrim. Franc. decis. 540. n. 9. p. 4.*

Et facit, quia siue ista dos sit peculium profecti-
4 tium prout videtur esse, † iuxta *l. dos à patre. C. solut. matrim.* siue aduentitium, semper verior est opinio, vt neque de eo possit testari, quamuis patri non acquiratur aliquis vsusfructus, vt est *tex. in l. nemo 11. C. qui testam fac. poss.* quem pro hac sente tia dicit ineuitabilem *Thesaur. decis. 150 n. 1.* vbi etiam quod ita fuit decisum
5 *Rub. Alexandr. cons. 46 n. 2.* † Quidquid aliud sit in dispositione inter viuos, quam habebit filiusfamilias de dictis bonis aduentitijs iuxta *auth. vt liceat matr. & aua* quam ita communiter intelligunt *Doctores*, de quibus *Duaren. ad tit. qui testam. fac. poss. c. 2. Viglius instit. tit. de testam. in princ. Alex. & alij in d. l. nemo. Rub. d. cons. 46. n. 3. Gabr. cōs. 167. in princ. lib. 1. Aym. cons. 92. n. 1. vers. sed posito.*

Ideo etiam prædicta habent locum in donatione propter nuptias, de qua neque poterit testari
6 filia † prout de bonis aduentitijs *Gasp. Thesau. in addit. ad decis. Ant. Thesaur. 150. n. 1.* Vbi etiam *col. 2. in princ.* testatur per Senatum decisum fuisse non sufragari emancipationem pa-
7 tris, si aliquo modo constaret de fraude † secundum opinionem *Anan. cons. 23. Anchar. cons. 430. Dec. cons. 24. in causa quæ iamdiu agitata. n. 5. & cons. 279. placet mihi. n. 6. Paris. cons. 97. n. 23. lib. 3.* non approbata sententia *Gabr.* contrarium sequentis *cons. 16. n. 35. ad fin. vers. veruntamen arbitror lib. 1.*

Neque obstat quod huiusmodi testamentum possit valere saltem virtute clausulæ codicilla-
8 ris, † seu donationis causa mortis, quam filiusfamilias potest facere *l. tam is. §. 1. de donat. caus. mort.* & in ea substituere *l. vnic. §. si autem vers. quod si in medio. C. de caduc. tollen. Hōded. cons. 32. n. 29 lib.* Quia prædicta procednot cū consensu patris, de quo non constat in casu nostro,

9 ſteo, † ſtant requiratur ſpecialis, & ſpecifica concessio patris ad hoc vt filius poſſit donare cauſa mortis cum de hoc tam filius, quam pater debeant cogitaſſe, neque ſufficiet clauſula illa vel alterius cuiuſlibet voluntatis *Gul. Benedict. in c. rainutius. in verb. matrem. p. 1. n. 47. vſque ad n. 50. de teſtam. Socin. conſ. 112. multum abunde. col. 4. in fin. n. 5. lib. 1. Ranchin. in addit. ad Guid. Pap. deciſ. 223. in fin. Honded. conſ. 32. n. 88. & 89. lib. 1.*

Præterea quando ille, cui donatur eſt abſens, non 10 valebit talis donatio cauſa mortis † etiam facta in teſtamento, patre conſentiente, niſi notarius nomine donatarij recipiat *Bart. Salic. Imol. Iaſ. & alij*, de quibus per *Roland. conſ. 82. n. 24. vſque ad n. 28. lib. 1.* & ita deciſum fuiſſe teſtatur *Gaſp. Theſaur. in addit. ad deciſ. Theſaur. 150. col. 1. poſt med.* & neminem contradicere dicit *Socin. conſ. 112. n. 5. lib. 1.*

Minus obſtat, quod in teſtamento, de quo agimus, pater fuerit inſtitutus pro tertia parte, 11 quaſi tunc ad ipſius fauorem valeat, † Quia cum non appareat de eius conſenſu, non attenditur talis fauor, prout in donatione cauſa mortis, & ſimilibus *Theſaur. deciſ. 150. n. 14.* Maxime cũ non poſſit pro parte valere, & alia non, cum alij fuerint inſtituti, vt dictum eſt.

Si autem ſtatutum, vel conſuetudo daret facultatem teſtandi filijsfamilias, tunc tale teſtamentum valeret in omnibus, quæ ſunt de iure poſi12 tiuo, † cum conſuetudo poſſit hoc ius conferre, non tamen in Monacho, quia regula non poteſt mutari, quamuis conſtitutiones poſſint *Bald. in auth. ingreſſi. in princ. C. de ſacroſ. eccleſ.*

Prædictum vero ſtatutum non operabitur in bo13 nis extra territorium ſtatuentium † *Bart. in l. cunctos populos col. 14. verſ. interdum reperitur.* & ibi *Bald. col. 9. in fin. verſ. quæro nunquid illud teſtamentum. n. 15. C. de ſumm. trinit. & fid. cathol. Vincent. de Franc. deciſ. 546. n. 6. p. 4. poſt Gomeſ. in l. 5. taur. Anchar. in c. canonum ſtatuta. col. 36. verſ. iſtud tamen. de conſtit.*

Neque erit inconueniens, quod filius moriatur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, 14 quia illud habet locum, quando quis poteſt in totum teſtari, ſecus in eo, qui non poteſt in totum teſtari *l. vlt. C. de inoffic. teſtam.* & notat in propoſito *Bald. in d. l. cunctos populos. col. 9. in fin. verſ. non obſtat regula iuris. n. 15. C. de ſacroſ. eccleſ.*

Quando tamen conſuetudo, ſeu ſtatutum non re15 ſpiceret bona, ſed perſonam, diſponendo, † quod mulier nupta, non obſtante quod non fuerit emancipata, efficiatur ſui iuris, tunc traheretur teſtamentum etiam ad bona extra territorium, Contraria enim procedunt, quando ſimpliciter per ſtatutum filius admitteretur ad teſtandum, cum aliud ſit quando ille efficitur ſui iuris, habetur enim tunc pro patrefamilias, & non remanet ſub poteſtate patris, vnde talis poteſtas operatur etiam extra territorium ſtatuentium *Vincent. de Franch. deciſ. 546. n. 14. p. 4. poſt Neapolitan. in conſuetud. Neapolit. incip. pupillus. in verb. bona. verſ. nam conſuetudines quæ de inſtrumentis loquuntur.*

In huiuſmodi autem ſtatutis permittentibus filijs familias teſtari in aliquo caſu, vel de aliquibus bonis, non eſſet ſumendum argumentum à con16 trario ſenſu, † prout declarat *Alex. conſ. 17. viſis & opportune conſideratis. n. 1. & 8. lib. 2.* quem late ſequitur, & multis comprobat *Cephal. conſ. 256. n. 10. vſque ad n. 18. lib. 2.* vbi de ſtatuto diſponente, quod dos à patre profecta non debeat redire ad patrem defuncta filia in matrimonio liberis extantibus, ſed ad d. liberos, & ſi plura contraxerit matrimonia pro virilibus portionibus diuidatur, nec poſſit ipſa mulier de d. dote aliquid diſponere in præiudi17 cium filiorum in vltima voluntate; † Neque enim ex hoc ſtatuto licebit arguere, quod filia poſſit teſtari in commodum filiorum, quaſi ſolũ per ſtatutum negetur potentia teſtandi in præiudicium illorũ, quia talis argumẽtatio nõ admittitur, quãdo ex d. ſtatuto induceretur correctio iuris cõmunis, in cuius diſpoſitione debet 18 remanere caſus omiſſus, † cũ per ſubauditiones non ſit licitum illud corrigere *Gloſ. in c. cupientes. de elect. in 6. Bal. in l. 1. in princ. C. de condit. inſert.* Maxime quando poſſet conſiderari diuerſa ratio de caſu expreſſo à ſtatuto ad caſum omiſſum, qui prætenditur deſumi à contrario ſenſu, prout in facti ſpecie, in qua doctiſſime ſcripſit *D. Bartholomeus Seapucinus V. I. D. Rauennatenſis,* 19 † vbi quod ſtatutum prohibens teſtari filiam quando haberet liberos, non intelligeretur permiſiſſe, ſi illos non habuit, ob diuerſam rationem iſtorum caſuum, Nam filia habet hæredem ab inteſtato, quando dos non reuertitur ad patrem, ſi habeat liberos, quibus non extã20 tibus † dos à patre profecta redit ad patrem iure conſolidationis non quod ipſe ſit hæres filiæ in ipſa dote, vt notat *Bald. in l. ſeniũ. 3. n. 5. ad fi. verſ. ſed an filiafamilias. C. qui teſtam. facer. poſſ. per l. 1. §. videamus. C. de rei uxor. act. Dyn. in l. poſt dotem. in princ. ff. ſolut. matrim.*

21 Et ſatis eſt, † quod ſtatutum contra ius commune vnum effectum operetur, abſque eo quod duplicem inducat *Roman. con. 199. n. 6. Rot. diuerſ. deciſ. 432. n. 10. lib. 1.* Quaſi omnis receſſus 22 à iure communi ſit odioſus, † ideo reſtringendus *c. 1. & 2. de filijs presbyter. in c. c. quod dilectio. de conſang. & affinit. l. 2. C. de noxa. lib. Roman. conſ. 448. n. 2.*

De ſtatuto autem efficiente filiam nuptam ſui iuris, & habilitante eam ad teſtandum, de quo ſupra locuti ſumus, quãdo habeat locum, & quid 23 ſi nubat † foreſi cum alijs ſimilibus quæ ſtationibus multa *Vincent. de Franc. d. deciſ. 546. p. 4.* Et an reincidat in poteſtatem patris, ſi reman24 ſerit vidua † *Gramat. deciſ. 44. n. 9. Boer. deciſ. 107. n. 4. Roland. cõſ. 68 lib. 4. Theſaur deciſ. 1 o. Afflſ. ſuper conſtit. regn. rubr. 31. lib. 2 n. 12. f. 58.* vbi teſtatur de veriori opinione, quidquid alij contrarium ſentiant, quod non reincidat in poteſtatem patris.

EPITOME.

INhibitio obtenta per appellantem quando operetur effectum tam deuolutiuum, quam suspensiuũ. ¶ Remedio attentatorum an sit locus, si tacite, vel expresse fuit renunciatum appellationi. ¶ In possessorijs an admittatur appellatio de iure canonico, & sit exprimẽda causa. ¶ Statutum denegans appellationem in possessorijs an sit extendẽdum ad remedium *l.fin. C.de edict.diu.adr.toll.* ¶ Ciuitatis appellatione an veniant dioecesis, vel prouincia. ¶ Iurisdictio ciuitatis alicui concessa an debeat intelligi de castris. ¶ Aegidiana in quibus locis sit seruanda, & excuset à poena attentatorum. ¶ Appellatio ab interlocutoria sine scriptis an valeat absque insertione causæ, si per statutum possit appellari non seruatis solemnitatibus iuris, & sine strepitu, ac figura iudicij. ¶ Et quid in sententia diffinitiua. ¶ Subrogatio in locum alterius qualiter fiat tam per modum suppletionis, quam substitutionis, & cumulationis.

SVMMARIVM.

1 *Appellans obtinens inhibitionem solum quo ad effectum deuolutiuum, videtur tacite renunciasse appellationi quo ad caput suspensiuum. Fallit stante protestatione. n.4.*
2 *Inhibitio simpliciter concessa appellãti operatur vtrumque effectum tam suspensiuum, quam deuolutiuum.*
3 *Attentata an possint prætendi quando tacite, vel expresse fuit renunciatum appellationi.*
5 *Appellatio etiam suspensiua non admittitur, neque de iure canonico in remedio* l.fin.C.de edict diu.adr.toll. *Et statutũ denegans appellationẽ in possessorijs non extenditur ad istud tãquam magis priuilegiatũ. n.6. & quomodo intelligatur. n.9.*
7 *In possessorijs ratione notorij neque de iure canonico datur appellatio.*
8 *Pronunciatio in notorijs iudicijs non est proprie sententia, sed quædam iuris executio.*
10 *Appellatio de iure canonico admittitur in possessorijs, expressa tamen causa.*
11 *Appellatio ab interlocutoria sine scriptis valet absque insertione causæ stante statuto, vt in appellationibus procedatur nõ seruatis solemnitatibus iuris. Et de ratione n. 12. Amplia stante clausula sine strepitu, & figura iudicij. n.13. Et quid in appellatione à sententia diffinitiua. n.14. & 15.*
16 *Ciuitatis appellatione quando comprehendatur dioecesis, siue prouincia, Et in quo differant. & vnum accipiatur pro altero.*
17 *Minus nobile non continet magis nobile.*
18 *Iurisdictio Ciuitatis alicui cõcessa an intelligatur de castris tã in ordinaria, quam delegata.*
19 *Obseruantia quo ad modum appellandi debet seruari.*
20 *Per obseruantiam possunt tolli, quæ inducuntur de iure communi positiuo.*
21 *Appellatio an permittatur à subrogato loco Iudicis primi, à quo poterat appellari, & an in eo considerentur attentata.*
22 *Subrogatio in locum alterius per modum suppletionis, vel substitutionis, vel cumulationis qualiter fiat.*
23 *Aegidiana est obseruanda omissa dispositione iuris canonici in terris Ecclesiæ immediatè subiectis, & excusat à poena attentatorum. n. 24. Maxime in loco vbi seruatur ius ciuile, quando contradiceret iuri canonico. n.25.*

CAPVT CCCLXXXIII

REuocationi attentatorum, quæ in casu mihi proposito prætendebatur, Dixi non esse locum, † quia appellans solum obtinuit inhibitionem quo ad effectum deuolutiuum, quod facit, vt videatur tacite renunciasse appellationi quo ad caput suspensiuum *Menoc.cons.1038. n.1.lib.11.* Cum alias si fuisset obtenta inhibitio simpliciter de sui natura operaretur vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuũ *Idem Menoc.cons.762.n.5.& 7.lib.8.* † Neque enim competit remedium attẽtatorum aduersus ea, quæ gesta sunt post appellationem, quando expresse, vel tacite colligi potest fuisse renũciatum appellationi, seu nullitati interponendę quasi tũc non dicatur † induci aliqua pendentia appellationis, sine qua non potest prætendi, quod aliquid sit attẽtatum, quicquid possit dubitari quo ad renunciationẽ post appellationẽ interpositam *Lancellott.de attentat.appell.pend.c.12. ampliat.2.in fin.n.18. Sur.d. cons.160.n.61.lib. 2.* † Ideo impetranti similem inhibitionem incũbebat onus protestandi, ne sibi præiudicaretur per dictam impetrationem quo ad effectũ, de quo agimus *Menoch.cons.230.n.58.lib.3.* Et quatenus etiam ex prædictis non videretur renunciatum appellationi suspensiuę, Tamen neque erat locus reuocationi attentatorum, † quia eramus in sententia lata in remedio *l.fin. C.de edict.diu.adrian.toll.* in quo neque de iure Canonico admittitur appellatio suspensiua, nec datur reuocatio attentatorum, Itaut statutum denegans appellationem in iudicijs possessorijs non extendatur ad istud, quod est magis priuilegiatum, † & fauorabile, adeo vt in eo procedatur nullo iuris ordine seruato, summariè, & de facto ratione notorij, quod inducitur ex testamento non abolito, nec cancellato, cũ etiam reipublicæ intersit voluntates defunctorum esse exequendas, quidquid sit in alijs possessorijs, quæ non habent tantam rationem priuilegiatam, vt bene declarat *Bero.q.44.per tot. Lancellott.de attent.appellat. pendent.limit.25. ad fin. n.27.& 28.tom.3.f.372.post Innoc.in c.pastoralis.n.3.ad fin.vers.quid si sine vlla iusta causa. de offic.delegat.* † Prout etiam ratione dicti notorij, neque in similibus possessorijs de iure canonico datur appellatio *Roman.cons.324. per tot. Rip.in c.sæpe.n.9.ad fin.de rest.spoliat.* Quasi pronunciatio in notorijs iudicijs † non sit

sit propriè sententia, sed quædam iuris executio *Innoc. in c. ex parte. il 1. de verb. signif. Marsil. in rubr. de probat. n. 199. Mandos. ad Roman. cons. 324. in verb. executio.*

Non obstat, quod de iure canonico sit admittenda 9 appellatio suspensiua etiam in remedio † *l. fin. C. de edict. diu. adr. tollen. iuxta decis. Rot. coram Card. Blanchetto Spoletan. hæreditatis. 7. iunij. 1585.* Quia vltra mixturam, quæ ibi fuit considerata, aderat etiam causa, ob quam fuit admissa appellatio, de qua in casu nostro non constat, Cum etiam, quando appellatio de iure canonico admittitur in huiusmodi possessorijs, debeat exprimi causa, qua non specificata non 10 est locus remedio attentatorum; † Cum satis sit quod ius canonicum solum permittat appellari, cum expressione tamen causæ *Bald. cons. 141. col. 2. post med. vers. & ad euidentiam. n. 1. lib. 1. & cons. 217. verba libelli oblati. in fin. vers. aduertendum tamen. n. 9. lib. 2. & cons. 203. pronunciatum fuit. ad fin. vers. præterea expresse & vers. concludendum est igitur. lib. 4. Idem Bald. in l. vnic. n. 6. vers. quæro nos dicimus. & ibi Salic. n. 4. vers. quæro secundo ab extra. & Contard. limit. 3. n. 27. C. si de momentan. possession. Bart. in l. 2. n. 10. de appell. recipiend. Rub. Alexand. cons. 71. statuto. ad fin. vers. item satis est quod ius canonicum. Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 840. ante med. vers. vere innuit & vers. quo circa est dicendum. & n. 844. Couar. pract. quæst. c. 23. n. 8. in tertia conclusione. vers. quamobrem. Achil. Person. de adipisc. n. 3. 5. Zuccard. in l. fin. n. 441. vers. hanc fallentiam. C. de edict. diu. adr. toll. Auffr. ad capell. Tholos. decis. vlt. n. 5. vers. & propterea. Roman. cons. 324. in proposita consultatione. n. 4. & 6.*

Verum esset, quod stante statuto, vt in appellationibus procedatur non seruatis solemnitatibus, 11 & ordine iuris, † valebit appellatio etiam ab interlocutoria sine scriptis absque insertione alicuius causæ, & ratio est, quia ipsum appellare est de processu causæ, sicut libellus dicitur de processu inchoatiuo, cum etiam appellare in 12 scriptis, † & cum insertione grauaminis sit de ordine iuris ciuilis positiui, qui censetur sublatus per statutum *Franc.* qui dicit notandum tanquam singulare in *c. vt debitus. de appellat. n. 17. & 18.* vbi ampliat quando etiam statutum solum loqueretur per verba sine figura, & stre- 13 pitu iudicij, † & in casibus, de quibus *in clem. dispendiosam. de iudic.* An autem hoc etiam sit seruandum in appellatione à diffinitiua, videbatur quod non, cum illa respiciat decisoria 14 non processum, † vnde statutum, vel rescriptum respiciens processum, & ordinatoria causæ non potest includere appellationem à diffinitiua *l. 1. C. de fer.* De quo tamen dubitat, & relinquit cogitandum *Franc. in d. c. vt debitus. n. 18.* Nam licet non possit appellari à diffinitiua respiciente decisoria, Tamen quod appelletur seruato 15 vel non seruato ordine iuris † hoc respicit ordinatoria, & processum appellationis, quare statutum etiam includet appellationem à diffinitiua initium, cum causa appellationis sit eiusdem naturæ, quæ est principalis *Ang. in l. 1. ff. an per alium caus. appellat.*

Minus obstat statutum permittens appellationem; Quia loquitur de ius dicentibus in Ciuitate, neque comprehendit Iudices delegatos Prouinciæ, & diœcesis, maxime in statutis, in quibus debet fieri stricta interpretatio, Ideo etiam in rescriptis ad lites, & ad beneficia, & in priuilegijs nunquam appellatione Ciuitatis comprehenditur diœcesis, seu prouincia, quasi simus in dispositionibus non late interpretatiuis, in quibus verba sumuntur proprie, & non per extensionem, Vnde vnum non debet venire nomine alterius, vt declarat *Imol. in c. fin. col. 4. ad med. in glos. 1. n. 5. de præbend. post Glos. in c. accepimus. 13. in verb. in maioris. de ætat. & qualitat. & ordinat. præficiend. Cardin. in clem. 2. §. sane ad fin. vers. & per hoc pone conclusionem. de electiou. Felin. in c. rodulphus. 35. col. 2. post princ. vers. & ad hanc differentiam. n. 3. et 4. de re-* 16 *script.* Et in hoc nihil differunt diœceses, † & prouincia, cum vnum accipiatur pro altero *c. studeat. 50. distinct. Card. in clem. dudum §. extra ciuitates. in princ. n. 3. de sepultur.* Præsertim, quia hæc vocabula sunt localia, & diuersæ demonstrationis, & relatiuè apposita, quare 17 vnum non comprehenditur sub alio. † cũ etiam minus nobile non contineat maius nobile, vt notatur per *Bald. in d. c. rodulphus. col. 1. n. 2. & 3. de rescript.*

Ideo in iurisdictione restringibili, prout est delegata, si concedatur alicui iurisdictio ciuitatis, 18 non intelligetur concessa castrorũ ipsius, quidquid aliud sit in ordinaria tamquam fauorabili, & ampliatiua *l. 1. §. cum vrbem. de offic. præfect. vrb. Bal. in c. rodulphus. col. 2 ad med. vers. sed statim opponitur. n. 6. de rescript. Pauin. de offic. et potestat. capit. sed. vacant. q. 10. p. 2. princip. vers. quandoque etiam exponitur. n. 43. tom. 13. p. 2. fol. 430.*

Maxime stante obseruantia, quæ in facto præsup- 19 ponitur, secundum quam constat † huiusmodi statutum nunquam fuisse extensum ad sententias latas per Iudices prouinciæ, in quorum foro fuit seruata constitutio Aegidiana prohibens appellationem in possessorio, quæ consuetudo in huiusmodi appellationibus erit seruanda iuxta prædictum stylum, & obseruantiam *c. romana. §. 1. de appellat. in 6. Glos. in c. dilectis. eod. tit. Menoch. cons. 466. n. 32. vsque ad n. 36. lib. 5. Mising. obseruat. 67. in fin. centur. 1.*

20 Itaque † stante dicta obseruantia, quod sit locus ægidianæ, magis admittatur excusatio attentatorum, quasi simus in his, quæ inducuntur de iure communi positiuo, quæ facilius possunt tolli per obseruantiam *Lancellott. de attentat. appell. pend. c. 12. limit. 46. n. 1. Menoch. cons. 466. n. 35. lib. 5.*

Amplius quamuis arbiter subrogaretur loco iudicis ciuitatis, non tamen ab eius sententia, 21 seu laudo posset appellari, licet à dicto Iudice permitteretur appellatio ob diuersam qualita-

tem, quam habet subrogatus cum primo iudice, ideo neque causabit attẽtata *Alex. conf. 106. viso themate. col. 3. vers. pro hoc etiam bene facit. n. 17. lib. 3. Menoch. conf. 320. n. 46. lib. 4.* Et est tex. *in l. 1. §. si quis autem. ff. de successor. edict. & in l. cum in fundo §. si fundus. ff. de iur. dot.* † Et de subrogatione in locum alterius per modum suppletionis, vel substitutionis, vel cumulationis tam accessoriæ, quam principaliter, tam per legem, quam per hominem, cum similibus distinctionibus, multa ponit *Bart. in l. 1. §. hac actio. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer.*

22

Accedat quod etiam si non probaretur dicta obseruãtia ægidianæ in foro, de quo agimus, † Tamen illa esset attendenda omissa dispositione iuris canonici, cum simus in terris Ecclesiæ immediate subiectis, vt sæpe fuisse resolutum per *Rotam* testatur *Mandos. ad Roman. conf. 324. in verb. in possessorio* † Adeo vt hoc solum debeat excusare à pœna attentatorum *Lancellott. de attentat. appell. pend. limit. 25. in fin. n. 30.* Præsertim in loco vbi seruaretur ius ciuile quãdo contradiceret iuri canonico, † prout de ciuitate Rauennæ concludit *Alex. conf. 117. viso themate mihi exhibito. n. 2. in fin. vers. quia respondeo. lib. 2.* quidquid dissentiat *Menoch. conf. 93. n. 31. cum seq. lib. 1.*

23 24 25

EPITOME.

Per satisdationem quando tollatur nunciatio noui operis, si nuncians vellet incontinenti probare, tam de iure canonico, quam ciuili. ¶ Et quid in praxi seruetur, & secundum statutum Vrbis. ¶ Et quãdo sit in arbitrio nunciantis, vel nunciati huiusmodi satisdationem admittere. ¶ Terminus in iudiciis datus vni quando sit communis alteri, & quo casu possit restringi. ¶ Exceptio incontinenti probanda an impediat executionem sententiæ, & ædificium. ¶ Nunciatus an fiat possessor per satisdationem præstitam à nunciante. ¶ Decretum manutentionis an transeat in iudicatum. ¶ Et an in ea sit admittenda restitutio, & repulsatio testium. ¶ Opus factum contra nunciationem an reuocetur per viam attentati. ¶ Mandatum de manutenendo an concedatur, non probata possessione de tempore litis motæ, & sufficiat probatio quasi possessionis anterioris. ¶ Mandatum super noui operis nunciatione an reo comparente resoluatur in vim simplicis citationis. ¶ Possessio an possit dici extincta per lapsum decem annorum quo ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio noui operis tollitur per satisdationem. Fallit quando nuncians vellet incontinenti probare. n. 2. Quod procedit tam de iure ciuili, quam canonico, quam secundum obseruantiam, & statutum* Vrbis. *n. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Terminus qui datur nuncianti an sit communis etiam alteri parti nunciata. & n. 8.*

9 *Exceptio requirens altiorem indaginem in causis summariis admittitur, si excipiens sit paratus incontinenti probare.*

10 *Exceptio incontinenti probanda impedit executionem sententiæ.*

11 *Recusatio satisdationis admittitur, si exceptio probetur in continenti contra eum, qui vult ædificare.*

12 *Satisdationem recipere an sit in arbitrio nunciatoris, vel nunciati. & n. 13. Et quid post lapsum terminum præfixum à Iudice. n. 14.*

15 *Aedificator possidens an habeat optionem præstandi satisdationem, vel potius pertineat electio ad nunciantem. n. 16.*

17 *Satisdatio non admittitur in nunciatione noui operis, si nullum periculum est in mora, vel non potest considerari suspicio calumniæ. Et quid si nunciator dixit hodie cõstat, hodie agatur etiam quando immineret damnum. n. 18.*

19 *Mandatum de manutenendo an sit concedendũ non probata possessione de tempore litis motæ, & sufficiat quasi possessio anterior probata.*

20 *In interdicto vti possidetis, qui olim possedit præsumitur hodie possidere.*

21 *Possessor an efficiatur nunciatus per satisdationem præstitam à nunciante.*

22 *Decretum manutentionis an transeat in iudicatum.*

23 *Restitutio, aut repulsatio testium non admittitur in possessorio manutentionis.*

24 *Mandatum super noui operis nunciatione reo comparente an resoluatur in vim simplicis citationis. n. 25. & 29.*

26 *Reuocatio datur per viam attentati operis quod factum est contra huiusmodi nunciationem. Fallit vt n. 28.*

27 *Appellatio non est concedenda, vbi denegatur audientia.*

30 *Terminus datus à lege non potest ristringi tamquam pro forma inducatur.*

31 *Possessio an possit dici extincta per lapsum decem annorum quo ad effectum manutentionis. & n. 32.*

33 *Interdictum vti possidetis datur stante animo possidendi ad hoc, vt turbans desistat à turbatione.*

34 *Aedificium factum post inhibitionem supersederi debet etiam oblata cautione.*

CAPVT CCCLXXXIV.

Per satisdationem præstitam, de qua in casu mihi proposito, dicebatur tolli nũciationem noui operis, † adeo vt ille, cui est nunciatum possit perseuerare in opere *l. prætor. §. deinde. & l. de pupillo. §. is cui. ff. de nou. oper. nunciat.* Verum prædicta Dixi procedere, quãdo nuncians non replicaret hodie constat, hodie agatur, Tunc enim volens ædificare † tenetur ab opere cepto supersedere non obstante ipsa fideiussione oblata, vel data, sed non acceptata per nunciantem, etiam quod nuntians interim nullum

1

2

lum ius sic prohibendi doceat, donec cognoscatur de iuribus partium infra tempus iudici arbitrarium, in quo possit nuncians iura sua deducere, quo elapso, & non probato poterit nunciatus in opere perseuerare, 3 † quod quidem habet locum tam de iure communi ciuili, quam canonico, & tam vigore obseruantiæ, quam statuti, prout quo ad ius ciuile ita declarat *Bart. in l. prætor ait. §. si quis paratus. in princ. vers. aut ille qui nunciat. & ibi Imol. ad fin. n. 14. de oper. nou. nunciat. Ias. in l. 1. col. penult. in princ. n. 19.* vbi de communi *& ibi etiam Ruin. col. 23. n. 54. & 55. & Hermanott. Detus n. 23. & 24. ff. eod. tit.* quem sequitur, & de communi docet *Plot. in l. si quando. n. 119. ad med. C. vnd. vi. Io. Petr. de Ferrar. in form. libell. nou. oper. nunciat. §. ante aliquam. ad fin. vers. sed circa præmissa. n. 3 Salic. in l. 1. ad fin. vers. aut ille satisdationē. n. 3. & ibi Aloys. de Leo in fin. vers. quarto satisdatione. n. 6. C. de oper. nou. nunciat. Azo. in summ. C. de ædific. priuat. in fin. vers. item quandoque. n. 8.*

Idem est de iure canonico, secundum quod non est admittenda cautio, 4 † quando nuncians vult incontinenti probare *Glos. in c. vlt. in verb. non obstante. in fin. vers. sed contrarium. de nou. oper. nunciat. & ibi Io. Andr. in princ.* Vbi quod ista prouisio est vtilis etiam ei, cui denunciatur, quasi postea probato præiudicio denunciantis perderet expensas factas in construendo, & faciendas in demoliendo, & sequitur *Abb. in d. c. vlt. in fin. Hostiens. ad med. vers. solutio. Card. ad fin. vers. tu dic indistincte. Butr. ante med. vers. sed contrarium est verum. de nou. oper. nunciat. Anchar. in c. significantibus. in 5. notab. n. 5. eod. tit.*

Quod etiam obseruantia, & praxis admittit, vt testatur *Castr. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ad fin. in glos. super verb. periculum. n. 5. de nou. oper. nunciat.* 5 † qui loquitur in ædificio molendini, in quo maius damnum aderat, & sequitur *Rim. Iun cons. 70. n. 15. lib. 1. Iaffred. decis. 496. Andr.* Gail. *obseruat. 16. n. 17. lib. 1.* Vbi quod ita fuit iudicatum Io. *Petr. de Ferrar. ad form. libell. de nou. oper. nunciat. §. ante aliquam. ad fin. vers. circa præmissa. n. 3.* Vbi quod est multum notandum, & sic debet practicari *Rebuff. de mater. possessor. art. 2. glos. 3. n. 21. tom. 3. fol. 263. Put. decis. 129. lib. 2.* Vbi etiam quod ita alias fuit seruatum *in causa Agrigentina monasterij maij* 1544.

Et ita etiam disponit statutum V*rbis. c. 148. lib. 1.* vbi solum abbreuiatur terminus ad sex dies vtiles, 6 † prout etiam in simili statuto notat *Carpan. ad constit. mediolan. c. 341. n. 58. p. 2.* Cum in cæteris concordet cum iure communi, mandando non esse considerandam satisdationem oblatam, & concedendo arbitrium nunciantis an velit intra d. sex dies iura sua deducere, qui 7 terminus etiam erit communis ipsi nunciato, prout est etiam de iure, quamuis vni tantum parti daretur *Specul. de dilat. n. 14. Afin. in praxi. §. 22. n. 10. post Castr. cons. 333. viso casu. n. 2. lib. 2. per tex. in l. petendæ. C. de tempor. in integr. restit. & in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* cum alijs per *Carpan. ad constit. Mediolan. c. 22. n. 51. Cumia in ritib. magn. cur. c. 41. n. 5.* 8 Quidquid aliud sit † in eadem specie probationis, in qua terminus non debet esse æqualis vtrique parti, vt per *Ias. in l. admonendi. in 1. lect. ff. de iureiur.*

Et omnium prædictorum ratio est, quia in causis summarijs exceptio, quæ requirit altiorem indaginem 9 † admittitur, si excipiens sit paratus incontinenti probare *l. 3. in princip. ff. vt in possess. legat. & ibi Glos. in verb. hodie. & Bart. n. 1.* 10 † Quare etiam sicut exceptio incontinenti probanda impedit executionem sententiæ *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* Ita etiam debet impedire volentem ædificare in executione operis 11 † admittendo recusationem satisdationis, vt declarat in specie *Anchar. in c. significantibus. 3. col. 2. in princ. vers. quinto nota an ille qui ædificat. n. 5. de nou. oper. nunciat.*

Neque obstat, quod aliqui dubitent, an sit in arbitrio nunciatoris, seu denunciati velle satisdationem recipere, 12 † vel dare, & de suo iure incontinenti experiri, cum alij teneant, quod sit electio actoris, alij vero, quod sit electio rei, vt per *Bald. in l. 1. C. de nou. oper. nunciat. & ibi Azo. ad med. n. 1. in fin. post Cyn. Io. Hug. & alios ibidem allegatos.*

Quia magis vera, & communis opinio est, vt sit in arbitrio nunciantis an velit satisdationem recipere, quando vult incontinenti probare, 13 quo casu iudex † non debet admittere d. cautionem, vt concludunt *omnes in d. c. vlt. de nou. oper. nunciat. Castr. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ad fin. n. 5. ff. eod. tit.* cum alijs supra adductis *in vers. idem est de iure canonico. n. 4. & vers. quod etiam obseruantia. n. 5.* Et contraria procedunt, 14 † quando elapsum esset spatium trium mensium, seu illud minus tempus, quod per iudicem fuisset arbitratum, tunc enim poterit admitti satisdatio de demoliendo, quamuis lis pendeat, & non sit terminata, vel etiam in casu, quo offeratur probatio incontinenti, & sic non impedietur constructio, vt voluit *Rot. per Crescent. decis. 1. alias 20. de nou. oper. nunciat.* & notat etiam *Lancellott. de attentat post inhibition. c. 20. limit. 2. n. 14. tom. 5. fol.* 413. & declarat quoque *Socin. Iun. in l. 1. n. 248. ff. de oper. nou. nunciat. Gail. obseruat. 16. lib. 1. n. 17. ad med. per tex. in l. stipulatio. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat.* & tenuit etiam *Azo. in summ. C. de ædific. priuat. in fin. vers. item quandoque fit destructio operis. n. 8.*

Nec facit, quod alij distinguant an ædificator possideat, quo casu eius est optio, 15 † aut non, & erit electio nunciantis, *vt per Cardin. in c. vlt. vbi etiam Butr. ad med. vers. quarta. de nou. oper. nunciat.* Quia verior est opinio, vt prædicta habeant locum etiam quando ille, cui nunciatur ædificaret in solo à se possesso, cum iura de hoc loquentia loquantur generaliter non facta distinctione an nunciatus possideat, nec ne,

16 ne, † cum in hoc casu non dicatur turbari possessor, neque nuncians ad hoc tendat, sed solum agat ad ius suum tuendum, quod per ædificium videbatur diminui, ac turbari, Maxime cum hæc nunciatio sit inducta contra ædificantem in suo, vt bene declarat *Socin. Iun. in l.1. n.253. vsque ad n.256. de oper. nou. nunciat.*

Præsertim vbi nullum periculum esset in mora, neque posset considerari aliqua suspitio calum-
17 niosæ nunciationis, † quod facit, vt minus satisdatio admittatur *Imol. in l. prætor ait. 20. §. si quis paratus fuerit. ad fin. n.15. ff. de nou. oper. nunciat. Thesaur. decis. 204. n. 5.* Licet etiam quando immineret damnum, neque admitte-
18 retur satisdatio, † si nunciator dixit hodie constat, hodie agatur, tunc enim esset pronunciandum debere supersederi arbitrio iudicis *Castr. in l. de pupillo. 5. §. si quis riuos. in fin. ff. de oper. nou. nunciat. Rimin. Iun. cons. 70. col. 4. ad med. n.15. lib. 1.*

Si hæc igitur vera sunt in eo, qui vult incontinenti ius suum deducere, & in illo, qui ædificat in suo, vt dictum est, multo magis habebunt locum in casu nostro, in quo prætenditur probatam fuisse possessionem nunciantis, & doctum per testes ædificium fieri in eius solo, ex quo resultat, quod iudex debet respuere satisdationem, & interim donec pars voluerit aliquid in contrarium deducere, erit concedendum man-
19 datum de manutenendo, † quod non denegatur, quamuis non probetur possessio de tempore litis motæ, cum sufficiat quasi possessio anterior probata, tanquã illa præsumatur continuari *Bald. cons. 438. præmittendum. n.1. vers. item in his vi/ecit. lib. 1. Rebuff. de mater. possessor. art. 2. glos. 3. n.14. & 18. tom. 3. Rot. coram R. P. D. Manzanedo Aquilegien. pensionis. 25. maij. 1610. & coram Card. Mantic. Turritan. tertiaria. 13. aprilis. 1592.*
20 † Cum in interdicto vti possidetis, qui olim possedit, præsumatur hodie possidere *Abb. in c. olim. il 1. n.14. & in c. cum ad sedem. n.14. de restit. spoliat. Alex. cons. 133. viso processu. col. 3. post med. vers. nec obstat si diceretur. n.3. lib. 1.*

Et stante supradicta possessione probata ad fauorem nunciantis, minus erit admittenda satisda-
21 tio, † cum in eius præiudicium hoc redundaret, priuaretur enim commodo possessionis, nam per talem satisdationem nunciatus efficeretur possessor *Ias. in l. prætor ait. §. deinde. col. 1. in fin. vers. tertio nota. n.5. de oper. nou. nunciat. per tex. in l. si alius fecerit. 7. post princ. vers. licere enim debet. & ibi Glos. in verb. hoc ipso. ff. quod vi aut clam. Idem Ias. in l. 1. §. nunciatio. col. 1. ad fin. vers. sed & ego ex alio fundamento. de nou. oper. nunciat.*

Et si pars aduersa aliquid vellet probare, non negatur, decretum enim manutentionis nihil
22 ei oberit, † cum nunquam transeat in iudicatum, ita vt si iudici melius constiterit de possessione aduersarij, possit suum decretum reuocare, & alteram partem manutenere, vt per *Rot. coram R. P. D. Manzanedo Aquilegien.*
23 *pensionis 21. maij. 1610.* † Adeo vt neque restitutio, aut repulsatio testium in hoc possessorio admittatur, tanquam simus in summarijs *Abb. & Felin. in c. veniens. il 2. de testib. Capic. decis. 13. & 55. Grauat. ad Vestr. lib. 5. c. vlt. in fin. n. 36.*

Minus obstat *Viu. opin. 554. n.2. in fin.* vbi atte-
24 statur in † curia Romana mandatum super noui operis nunciatione reo comparente resolui in vim simplicis citationis iuxta *Gramat. cons. ciuil. 73. super dubio. per tot.* quem sequitur *Caroc. decis. 19. n.22. Brognin. decis. 23. n.9. p.2.*

Quia verior est contraria opinio, quã tenet *Castr. in l. de pupillo. §. meminisse. n.5. in fin. de nou.*
25 *oper. nunciat.* † Quasi in hoc casu non agatur de magno præiudicio, & in quo non discutitur de iure nunciantis tempore denunciationis *Io. de Amic. cons. 36. n.12.* & concludunt omnes in *d.*
26 *§. meminisse.* † Vnde etiam datur reuocatio per viam attentati operis, quod factum est contra huiusmodi nunciationem *Bald. cons. 245. ad med. vers. secundo præmitto. Ias. in l. 1. n.3. vers. quarto limita & ibi Hercul. col. 8. de nou. oper. nunciat. Lancellot. de attentat. c. 28. de sent. in caus. attentat. n.77. & 78. tom. 5. fol. 447.*
27 Vbi etiam † quod hoc casu non dabitur appellatio, cum denegetur audientia *Ias. in l. 1. §. sed & si is. in prin. & n.2. de oper. nou. nunciat.* Maxime parte opponente, quidquid aliud sit, quan-
28 do † quis spreta nunciatione fuit admissus per iudicem ad probandum, & pars non opposuit, quia tunc cessat spretus, & demolitio operis *Ias. cons. 168. col. 2. in princ. vers. item licet ædificans. lib. 2. Plot. in l. si quando. n.121. vers. quarto vbi nuncians. C. vnd. vi. Carpan. ad constitut. Mediolan. c. 140. n.31. lib. 2.*

Et quatenus etiam talis nunciatio resolueretur in vim simplicis citationis, tamen hoc non perti-
29 net ad quæstionem nostram, † cum modo non agatur de aliqua pœna incurrenda, prout loquuntur *Gramat. & alij supra allegati*, sed solum an debeat dari satisdatio, quam nuncians non tenetur acceptare, cum sit admittendus ad suas probationes, vt disponit statutum, cum alijs supra adductis, ita vt nulla sit consideratio alicuius termini hucusque dati, cum talis dilatio non fuerit præfixa iuxta formam statuti, prout debebat dari post satisdationem oblatam, & per sex dies vtiles, vt mandat statutum,
30 quod † in hoc non poterat restringi tanquam simus in termino dato à lege, qui pro forma inducitur *Neconit. in c. quoniam contra. n.8. de probat. Afin. in prax. c. 2. n.8. §. 22.*

Neque obstat, quod possessio prætendatur extin-
31 cta per lapsum decem annorum. † Quia hoc non procedit in casu nostro, in quo constat semper fuisse retentum animũ possidendi *Glos. in §. quod autem. in verb. propter absentiam. instit. de vsucap. Alex. in l. si id quod. n.2. de acq. possess. Rot. coram R. P. D. Manzanedo Aquile-*
32 *gien. pensionis. 21. maij. 1610.* † Vbi etiam quod requiritur probatio, quod alius occupauerit natu-

naturalem, alias præsumitur illius retentio,& continuatio etiam post decennium *Couar.in reg.possessor. p. 2.§. 1. incip.hactenus tractauimus. n. 3. ad fin. vers. at si constet. post Alciat. præsumpt.21.reg.2.n.11.& 12.Guid.Pap.decis. 619.n.10.*

Et stante d. animo possidendi daretur etiam in-
33 terdictum vti possidetis, † ad hoc vt turbans desistat à turbatione *Castr.cons.234.in causa appellationis. col. 2. ad med.vers.sed sustinendo causam.lib.2. Menoch. de retin. rem. 3. n. 36. Put.decis.198.n.4.lib.1.*

Vltimo non est omittendum,quod cum fuerit ædi-
34 ficatum post inhibitionem quousque non constat an aduersarius iuste, vel iniuste ædificauerit, supersederi debet in vlteriori ædificio,etiã oblata cautione, ne ædificetur in eo,quod forte veniat destruendum *Castr. cons. 412. visis punctis.in fin.vers.interim autem.lib.2.*

EPITOME.

Negotiorũ gestor administrans sciente, & patiẽte domino eius negocia quãdo censeatur illum obligasse. ¶ Et an coniecturæ sufficiant ad probandum,quod contrahens cum administratore voluerit dominum obligare. ¶ Pupillus,Ecclesia & Ciuitas an teneatur ex facto administratorum ¶ Et an sit probandum, quod negotium fuerit conuersum in eorum commodum. ¶ Et in alijs non priuilegiatis an ista probatio requiratur. ¶ Administratores, qui scribunt se debitores in libris quando possint nomine proprio conueniri. ¶ Actio an detur contra dominum, in cuius vtilitatem negotium versum est.

SVMMARIVM.

1 *Dominus obligatur ex contractu facto cum eius administratore ipsius contemplatione. Amplia in negotiorum gestore, qui sciente, & patiente domino eius negotia administrabat.n.2.*

3 *Gesta per factores,qui publice,& palam negotia alicuius gerunt quando præiudicent dominis.*

4 *Dominus tenetur ex facto administratoris dolose administrantis.*

5 *Administrator censetur approbatus per electionem factam à domino. Et quidquid per eum prastabitur illius periculo cedet.n.6.*

7 *Libri administratoris non probant contra tertium.*

8 *Ex contractu administratoris obligatur dominus stante animo contrahentis illum obligandi. n. 9.*

10 *Coniectura sufficiunt ad declarandum, quod contrahens cum administratore voluerit dominum obligare.Et quid in dubio censendum sit.n.11.& 12.*

13 *Administratores si scribant se debitores quando possint conueniri.& n.14.*

15 *Actio datur contra dominum in cuius vtilitatem negotium versum est.& n.16.*

17 *Pupillus, Ecclesia,& Ciuitas possunt per eorum administratores obligari si probetur, quod pecuniæ fuerint erogata in ipsorum vtilitatem. n.18.Secus in alijs non priuilegiatis, in quibus ista probatio non requiritur.n.19.*

CAPVT CCCLXXXV.

Solutionem pretij mercium,de quibus agebamus Dixi non posse denegari, cum illæ fuerint consignatæ administratori, seu factori hæredum contemplatione ipsorum, † prout etiã dicti hæredes fuerunt descripti debitores in libris fundici, quod facit, vt Dominus obligetur,cum eius contemplatione contractus dicatur celebratus *l.vlt.de instit.act.Castr.in l.1. in fin.n.6.ff.eod.tit.Bart.in l.si pupilli.6.§. item si procuratori.col.1.ante fin.n.5.vers. an autem dominus obligetur.de negot.gest.Cyn.in l.ei qui. 7.col.2.ad med.vers.aut contrahere cum procuratore.C.quod cum eo qui in alien.potest. Corn. cons.223.ad fin.n.6.lib.3.Socin.cons.154. col. 2. in princ.vers.tertius casus.lib.2. Surd.cons.326.*
2 *n.1.lib.3.tit.10.n.30.* † Vbi ampliat ad contractus initos cum negotiorum gestore, seu factore, qui sciente,& patiente domino gerebat omnia eius negotia, videtur enim talis contractus cum domino celebratus, qui etiam debet eum ratum habere, ne alioquin contrahentes decipiantur *l. 1. §. magistrum. ff. de exercitor. act.l.vlt ff. quod cum eo.Castr. cons.1.n.1.lib.1.*
3 Et de gestis per huiusmodi factores,†qui publice, & palam gerunt alicuius negotia, quod valeant,multa adduxi supra *c. 360. in fin.vers. & prædicta minorem.*

Neque erit considerandus dolus administratoris quamuis conuerterit merces in suos vsus, non
4 Domini, ac eius familiæ, † cum etiam Dominus tunc teneatur, quasi ei sit imputandum,qui talem præposuit,& æquius est, vt illi potius, quam creditoribus nocere debeat *l.1.§. non autem ex omni causa.vers.vnde quærit offilius. vbi Glos.in verb.cum talem.& Castr.n.4. ff. de exercit.act.Bart.in l.1.§.familia.ff.de publican.*
5 *Rot.Genuens.decis.14.n.14.& 17.* † Nam per talem electionem censentur approbata eorum gesta *Abb.in c.significauit.n.2.post Glos.ibi de*
6 *appellat.* Innoc.*in c.1.de fid.instrum.* † Vnde quidquid per eos præstabitur, illorum periculo cadet *l.2.in princ.de iudic. l. 1. §. proinde. ff. si men.fals.mod.dix.*

Nec obstat quod in libris Administratoris adsint descriptæ merces,de quibus agimus, in creditũ,& deinde positum pretium illarũ tanquam
7 solutum in debitum;† Quia tales libri non probant contra tertium *Ias.in l.admonendi.n.133. ff de iuretur.Felin.in c. 2. n. 3. de fid. instrum. Caputaq.decis.331.n.2.p.2.*

Minus facit quod hæredes non accepissent à fundaco tales merces, vnde non possunt conueniri, maxime quia prætenditur per eos solutum
8 pretium illarum administratori, † Quia hoc non

non debet nocere contrahentibus, cum sufficiat Mercatores habuisse animum obligandi Dominum, non Factorem, quo casu tenetur Dominus ex facto Administratoris, cum perinde sit, ac si negotium gestum fuisset cum ipso Domino §. fin. instit. quod cum eo. l. prætor ait. §. sed si seruus. ff. de eden. l. hæres absens. §. apud labeonem. ff. de iudic. Surd. cons. 326. n. 1.

9 Vbi quod hic est vnus ex casibus, † quibus obligatur quis ex alterius contractu Castr. in rubr. ff. de instit. act. Azor. in summ. C. eod. tit. n. 10. Ita vt etiam ex coniecturis colligatur animus cō-

10 trahentis, † quod voluerit Dominum obligare, vt quando esset inanis obligatio contra procuratorem, vel e contra Iacob. de Aren. & alij per Cyn. in l. ei qui. ad fin. vers. iuxta hoc

11 quæro. n. 5. C. quod cum eo. † Vbi etiam quod in dubio censetur contrahens semper habuisse animum obligandi vtrumque l. hinc quæritur.

12 de pecul. l. vlt. de stipul. seru. † Et ex quo erat administrator, semper videtur haberi respectus ad Dominum, non ad eum, cum quo contrahitur §. si igitur. instit. quod cum eo. Dec. in l. si institorem. 19. n. 5. in fin. vers. non obstat ratio. ff. si

13 cert. petat. Vbi etiam ex hoc concludit, † quod factores quamuis se scribant debitores, non propterea poterunt ipsi conueniri, quasi videantur scribere factorio nomine, vt obligent Dominum l. hæres absens. §. apud labeonem de iudic. Castr. in l. 3. §. procurator. in princ. ff. quod quisque iur. Ang. in l. eadem. in fin. de duob. reis. & ibi Roncag. in princ. n. 173. Dec. cons. 510. in

14 fin. Nisi procurator † se expresse obligauerit Castr. in l. si pupillo. §. item si procuratori. in prin. vers. hic vero e conuerso ff. de negot. gest.

Præterea cū merces inseruierint pro hæredibus, ac eorum familia, generale est in quolibet contrahente etiam cum negotiorum gestore,

15 quod actio detur contra † Dominum, in cuius vtilitatem versum est Ias. in l. si cum seruum. n. 1. ff. si cert. petat. per tex. in l. ei qui. vbi Bald. dicit singulare C. quod cum eo qui in alien. potestat. & in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit.

16 Cum enim res mea tibi vtilitatem attulerit in subsidium, possum à te condicere debitore non existente soluendo Glos. in l. his solis de condict. indebit. licet inter me, & te nullus contractus interuenisset l. si me & titium. & ibi Ias.

17 n. 3. ff. si cert. petat. † Quamuis simus in pupillis, qui poterunt per administratorem, & tutorem obligari, si constat, quod merces, seu pecuniæ fuerint acceptæ, & erogatæ in vtilitatem ipsorum Glos. in l. 1. §. personalis. C. quand. ex fact.

18 tutor. vel curat. Castr. qui etiam ampliat † ad ecclesiam, & ciuitatem, & similes priuilegiatos in l. si pupilli. 6. §. item si procuratori. in fin. n. 4. vers. vltimo quod dictum est. & ibi Addit. in verb. qualiter auth. ff. de neg. gest. Alex. in l. si res mea ff. quod met. caus. & late resoluit Rot. coram Cardin. Ludouisio Romana societatis officiorum. 12. nouembris. 1601. & dixi supra

19 c. 360. † Cum in alijs non priuilegiatis ad hoc vt Dominus teneatur, sufficiat, quod procurator, seu factor, & administrator vtiliter gesserit, quia tempore, quo recepit, imminebat necessitas, quamuis pecunia, vel fuerit perdita, vel per procuratorem subtracta, cum hoc debeat nocere domino, non mutuanti l. sed an vltimo. §. 1. ff. de negot. gest. Castr. in d. l. si pupilli. §. item si procuratori. col. 2. ad fin. vers. & vltra hoc sufficit. ante n. 3. & col. vlt. in fin. n. 4. ff. eod. tit.

EPITOME.

INsinuatio an requiratur in donatione facta cum onere alendi donantem. ¶ Et in quibus personis meritorum æquiualentia sit consideranda ad effectum, vt illa valeat. ¶ Et probatio meritorum quo casu sit facienda. ¶ Et an huiusmodi merita debeant producere efficacem obligationem ad agendum. ¶ In donatione restricta ad descendentes nascituros ex corpore donatarij, vel ad descendentes masculos tantum, an bona donata debeant reuerti ad donantem, & eius hæredem, vel ad successorem donatarij. ¶ Et an censeatur vnica donatio in quolibet personarum gradu, & perinde sit ac si donatum fuisset vltimo sine aliquo onere, sicut in fideicommisso. ¶ Donatio ob causam an requirat insinuationem, vel aliam solemnitatem statuti de donatione loquentis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob causam alimentorum non requirit insinuationem, & quomodo hoc onus alendi consideretur respectu bonorum donatorum, vt sciatur ad quam summam ascendat illorum æstimatio. n. 2.*

3 *Meritorum æquiualentia in quibus personis sit consideranda ad effectum, vt donatio valeat absque insinuatione.*

4 *Donatio remuneratoria, in eo quod merita excedunt habetur pro simplici.*

5 *Contractus innominatus dicitur, si fiat donatio pro futuris meritis, & non continet causam lucratiuam, nec requiritur insinuatio. & n. 6.*

7 *Probatio meritorum non est facienda inter personas, inter quas donatio non prohibetur. Amplia vt n. 8. & 9.*

10 *Donatio remuneratoria dicitur magis permutatio in exonerationem meritorum.*

11 *In donatione ob causam non requiritur aliqua solemnitas statuti loquentis de simplici donatione. & n. 12.*

13 *Merita an debeat producere efficacem obligationem ad agendum ad hoc, vt donatio remuneratoria valeat, & non requiratur insinuatio.*

14 *Donatio restricta ad descendentes nascituros ex corpore donatarij, vel ad descendentes masculos tantum, non facit, vt bona donata debeant reuerti ad donantem, vel eius hæredem, sed transibunt ad successorem donatarij. Et de-*

ratio-

ratione. n.17. Et est verior opinio.n.18.& 19. Amplia quamuis adsit dictio tantum.n.20. Declara vt n.21.

15 *Donatio facta descendentibus nascituris censetur vnica in quolibet personarum gradu, & perinde est ac si donatum fuisset vltimo sine aliquo onere, sicut in fideicommisso. n.16.*

CAPVT CCCLXXXVI.

IN donatione de qua agimus, adsunt multa, ex quibus Dixi non posse opponi aliquam nullitatem, quæ ex aduerso prætenditur, † Etenim fuerunt donate bona per Patruum nepotibus promittentibus eundem donatorem alere toto tempore vitæ suæ, quo casu non requiritur aliqua insinuatio, cum non sit simplex donatio, sed ob causam alimentorum *Alex.cons.12.viso instrumento.col.1.ad med.vers.insuper.n.5.lib.1. Rimin.Iun.in §.1.n.490. instit. de donation. Cordubens. in l.si quis à liberis.§.vtrum.n.19. ff.de liber. agnoscend. Surd. de alim. priuil.72. n.6.* Maxime, † quia non probatur aliquis excessus bonorum, quæ fuerunt donata, ex quo possit colligi, quod onera alendi donantem non æstimarentur tanti, vt faciant d.donationem esse infra summam quingentorum aureorum, quo casu magis clara est conclusio, quod non requiratur insinuatio *Alex.cons.21.attentis his. n.3.& 4.vers unde si onera.lib.3.Socin.cons.66. n.10. col.6. in fin. vers. debent tamen. lib.1.*

(margin numbers: 1, 2)

3 Quamuis † neque ista æquiualentia meritorum esset consideranda in casu nostro, cum nõ simus inter personas prohibitas, quidquid diuersum sit in aliis, quibus donari non potest, vt de communi testatur *Bertrand. cons.164. n.2. lib.2. Clar.in §.donatio. vers.sed nunquid.ad fin.n.3.*

4 Cum † alias donatio remunerandi causa facta in eo quod meritum excedit habeatur pro simplici *Ruin.cons.173.n.12.ad med.lib.1.Socin. cons.195.n.8.ad fin.vers.tertio.lib.2.Rot coram Card.Seraph.Portuen.bonorũ.16.octobris.1579.* de qua *per Card.Mantic.de tacit.ambig.et conuent.lib.13.tit.15.n.28.*

Secundo, quia bona fuerunt donata pro futuris meritis, quod facit, vt tunc dicatur contractus 5 innominatus, † & non contineat causam merè lucratiuam *Bald.cons.18.notissimum.ad fin.n.5. lib.1.per text.in l.non vsque adeo.ff.si quid in fraud.patron.* Dicitur enim donatio remunera- 6 toria, quando fit pro futuris meritis, † cũ æquiperetur causa de futuro cum illa de præterito, & in nullo casu requiritur insinuatio *l.fin.§.vlt. C.de donat.ant.nupt. Bart.in l.attilius regulus. 27. n.3.in fin.vers.habes ergo dicere.ff.de donat. Surd.de alim. priuileg.72.n.6.*

Tertio sumus in donatione remuneratoria facta ob merita præterita, quorum probationem in 7 totum donator remittit, † & cum iuramento simplici eius assertioni standum esse declarat, quo casu non requiritur aliqua probatio, cum simus inter personas, inter quas donatio non prohibetur, Maxime quia agitur de inualiditate donationis à principio, non autem de eius 8 interpretatione, † neque de illius reuocatione ob superuenientiam liberorum *Bart.in l.si forte. ad fin.n.5.vers.& per hoc dicit.ff.de castr.pecul.Socin.* qui de communi *cons.295. in causa contra. n.7. lib.2. Decian.cons.25.n.38. lib.1. Card.Mantic.de tacit. & ambig.conuent. tit.6. lib.2.n.1. Bursat.cons.304.n.13.ad fin.vers.nec* 9 *similiter reuocatur.lib.3.* † Præsertim stante iuramento, vt dictum est *Bald.in l.si donatione.13. n.2.C.de collation. Neuizan.cons.8.n.15.& 16. Ceph.* qui de magis communi *cons.61.n.14. lib.1.Corn.cons.104.n.8.lib.2.*& declarat *Honded. cons.47.n.35.53.& 54.lib.1. Clar.in §.donatio. q.3.vers.sed nunquid n.3.*

Quarto fuit facta etiam expressio causæ meritorũ fratris donantis, & patris eorum, quibus donatum est, quod facit, vt magis dicatur donatio 10 remuneratoria, † & non requirat insinuationẽ ob merita tot personarum, quasi tunc dicatur magis permutatio quædam in exonerationem meritorum, non continens causam lucratiuam *Roman.cons.26.n.3. post Glos. in l.fin. in princ. C. de iur. dot. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos.n.47.C.de reuoca.donat.Surd. de alim.priuil.72.n.5.& 6.*

Quinto vltra prædicta adest quoque ratio sustentationis onerum domus faciendæ per donatarios, ob quam rationem etiam motus est donans ad relinquendum expensas, quas facerent 11 pro eo alimentando, † dum absens fuisset, & occuparetur in seruitiis aliorum occasione doctoratus, in quibus ostenditur minus huiusmodi donationem continere causam lucratiuam, sed potius onerosam, quod facit, vt non iudicetur de ea, sicut de simplici donatione, sed ob causam, in qua aliqua solemnitas non requiritur *Bald.in l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petit.hæredit. Alex.cons.31.n.5.lib.1.*

Neque obstant quæ dicuntur de non seruata forma statuti Vrbis circa donationes, Quia omisso quod Ciuitas, vbi facta fuit donatio non est in districtu ad hunc effectum, vt subiaceat statu- 12 tis Vrbis: † Respondetur nos esse in donatione ob causam ex supra allegatis, quæ non comprehenditur sub constitutione loquente de simplici donatione *Gabr.cons.6.n.10.lib.1.*

Prout neque obstat quod merita non producant 13 efficacem obligationem ad agendum, † Quia hoc non requiritur secundum communem sententiam doctorum, de qua testatur *Card.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.13.tit.15.n.16. & lib.21.tit.4.n.7.* vbi quod ita est tenendum contra *Pinell.in l.1.p.3.n.59.vers.ne autẽ æquiuocemus. C. de bon. matern.* quod etiam voluit *Rot. coram R. P. D. Robusterio* Roman.*legati.16.februarij.1573. Cas.de Graff.decis.2. n.18. de donat.*

Circa vltimum, de quo dubitabatur, concludendum est, quod licet donatio fuerit restricta ad descendentes nascituros ex corpore donatarii, 14 vel ad descendentes masculos tantum † Nihilominus bona donata non debent reuerti ad donan-

donantem, & eius hæredes, nisi hoc specialiter expressum sit, sed transibunt ad successores donatarij cum alijs bonis ipsius, non quidem iure donationis, quia in ea non sunt comprehensi, sed iure transmissionis, quasi hoc sit de natura donationis, vt sit perpetua, & non reuertatur ad donatorem, neque ad eius hæredes *l. 1. ad med. vers. igitur cum dicimus. ff. de donation. l. senatus. in princ. vers. nam ita graeci. & ibi Glos. in verb. nullo casu. ff. de donat. caus. mort.*

15 † Censetur enim quodammodo in quolibet personarũ gradu vnica donatio *l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.* & perinde est ac si dicamus vltimo donatum esse sine aliquo onere,

16 † sicut in fideicommisso. *l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2.* Et licet alijs descendentibus non sit donatum, non tamen sequitur, quod debeat reuerti ad donantem, sed remanet sine grauamine, vbi descendentes deficiunt,

17 † Nam bona donata postquam donatio est perfecta non sunt amplius donatoris, sed eius, cui fuerunt donata, ideo cum illius bonis transmittuntur ad suos successores,

18 † Ita in specie resoluit *Rot. coram R. P. D. Fabio Romana cottimi. 25. octobris.* 1549. de qua *per Aebill. decis. vnic. de donat. on.* & per *Put. decis. 264. lib. 3.* Quidquid contrarium sequatur *Socin. Iun. cons. 53. lib. 2. & cons. 142. n. 3. & 10. lib. 3.*

19 † cum eius opinio non fuerit per *Rot.* approbata, vt testatur etiam *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 21. n. 20. in fin.* Quamuis adsit dictio tantum,

20 quæ nihil hoc casu operabitur † vt per *Aebil. d. decis. vnic. in fin. de donat.* Et quidquid contrarium etiam sequatur *Alex. cons. 43. lib. 3.* alias est *cons. 53. consideratis his quæ in themate. lib. 6.*

21 Quia † loquitur quando donans apposuit clausulam quod ad se reuerteretur, & ad illius hæredes, prout etiam ita intelligitur *Cyn. in auth. sed & si quis. C. de secund. nupt. vt per Put. d. decis. 274. n. 5. lib. 3.*

EPITOME.

ASsertio notarij, quod pecuniæ fuerint numeratæ, quando possit verificari per traditionem cedulæ banchariæ. ¶ Et quomodo in hoc concordentur Rotæ decisiones. ¶ Vera numeratio ex quibus verbis colligatur tam quando agitur pro validitate actus, & falsitate euitanda, quam pro concordia testium deponentium de solutione per cedulam. ¶ Constitutioni Pij V. an sit satisfactum per dationem cedulæ, quamuis per eam requiratur vera, & realis numeratio. ¶ In mutuo quando à principio possit taxari certum interesse verisimile absque fraude, & dolo palliandi vsuras. ¶ Lucrum cessans quo casu sit magis vicinũ damno emergenti, quam lucro cessanti. ¶ Creditor qui non potest paciscí de certa quantitate soluenda ratione interesse an possit taxare aliquam partem honesti lucri attenta conditione personarum, si postea probetur, quod vere tantũ sua intererat. ¶ Pecunia habita industria an dicatur fructifera. ¶ Interesse an probetur per confessionem partium, & quomodo de eo debeat constare. ¶ Taxatio à principio quo casu admittatur in terminis *l. curabit. C. de act. empt.* ¶ Dilatione pendente an detur mora, & debeatur interesse. ¶ Instrumentum continens certum, & taxatum lucrum an dicatur vsurarium. ¶ In cābijs an sit prohibita taxatio interesse à principio. ¶ Et an requiratur mora, vt illud sit debitum. ¶ Et quando in eo taxatio vniformis sit reijcienda. ¶ Conuentio quomodo dicatur iustificata, & quales debeant esse circumstantiæ, & probationes, vt interesse possit dici verisimile, & proportionatum, & absque labe vsurarum.

SVMMARIVM.

1 *In mutuo an possit à principio taxari interesse quando est verisimile, & abest omnis fraus, & dolus palliandi vsuras, Et quæ sit verior, & magis cõmunis opinio. n. 2. 3. 4. 5. & 29. & quæ sint probanda, vt prædicta habeant locum. n. 30. 31. 32. 33. & 34.*

6 *Interesse lucri cessantis an habeatur pro vsura in mutuo, & quid in iustis negotiationibus, in quibus lucrũ cessans est magis vicinum damno emergenti, quam lucro cessanti. & n. 7.*

8 *Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio. Et si creditor non vult exigere, nisi quod sua intersit, contractus erit validus, & taxatio habetur pro non facta. n. 9. & 13.*

10 *Interesse verè probatum potest taxari etiam in mutuo, quamuis probaretur per coniecturas, dummodo non per confessionem, quæ non valeret, sed esset simulata. & n. 11.*

12 *Creditor quamuis non possit pacisci de certa quantitate soluenda ratione interesse, tamen attenta conditione personarum poterit taxari aliqua pars honesti lucri, dummodo postea per creditorem probetur, quod vere tantum erat suum interesse.*

14 *Taxatio certa à principio quando admittatur in terminis* l. curabit. C. de act. empt.

15 *In re de sui natura fructifera permittitur taxatio. Et quid in cambijs, & pecunia, & quando illa, addita industria, dicatur fructifera.*

16 *Interesse non probatur per confessionem, & assertionem partium, sed debet vere de eo constare. & n. 17.*

18 *In cambijs est prohibita taxatio interesse à principio, & quid in mutuo stante probatione veri interesse. n. 19.*

20 *Mora an debeat interuenire, vt detur interesse lucri cessantis. & n. 21.*

22 *Dilatione pendente non adest mora, neque interesse debetur. Intellige vt n. 23.*

24 *Taxatio vniformis quo ad interesse an possit fieri, et an habeatur cõsideratio variationis. n. 25.*

26 *Lucrum mercatorum nõ est adeo tenue, & exiguum, vt non excedat sex pro centenario.*

27 *Instrumentum continens certum, & taxatum interesse dicitur vsurarium. Declara vt n. 28.*

Asser-

35 *Assertio notarij, quod pecunia fuerint numerata quando possit verificari per cedulam. Et quomodo in hoc concordentur* Rot. decisiones *n. 43. 44. & 45.*

36 *Vera numeratio ex quibus verbis colligatur tã quando agitur de validitate actus, & ad euitandam falsitatem, quam pro concordia testium deponentium de solutione per cedulam. n. 37. 38. 40. & 41.*

39 *Solutio per cedulam habet vim solutionis.*

42 *Verba notarij quando referũtur ad confessionẽ.*

46 *Constitutio Pij V. super censibus quamuis requirat veram, & realem numerationem, tamen adimpletur per dationem cedulæ.*

CAPVT CCCLXXXVII.

INteresse, de quo agimus, Dixi potuisse à principio taxari, quamuis simus in mutuo, 1 † cum illud fuerit verisimile, & absit omnis fraus, & dolus palliandi vsuras secundum opinionem *Host. in c. salubriter. col. 2. in fi. vers. ideo puto ex mente. et in c. nauiganti. col. 1. post med. vers. quid ergo si quis paratus. de vsur.* quem sequitur *Nauar.* 2 † qui de communi testatur *in manual. c. 17. n. 211. vers. et quod inter omnes conuenit. et cõs. 6. per tot. & cons. 10. n. 2. de vsur. et cõs. 1. n. 1. vers. at non est certũ. de offic. iudic. et in tractat. de vsur. notab. 15. vers. tertio inter omnes conuenit. Couar. lib. 3. var. resol. c. 4. n. 5. ante med. vers. item et illud quod maxima. Grat. cons. 49. n. 9. lib. 1. Fel. in c. cũ venerabilis. col. 4. post med. vers. nisi mutuans esset homo. n. 9. de except. Alciat. cons. 8. n. 10. to. 1. lib. 1. Honded. cons. 41. n. 40. lib. 2.* 3 † Et de magis vera, & cõmuni opinione testatur *Guter. de cõtract. iurat. p. 1. c. 2. n. 5. post med. vers. immo et à principio. Barbos. in l. 2. p. 1. in prin. n. 48. ad fi. ff. sol. matr. Vrsill. ad Affl. decis. 20. n. 3. Claud. ad Bertazol. cons. crim. 264. in fi. vers. vltimo fallit. Ruin. cons. 104. col. penul. in fi. vers. et idẽ multo magis est dicendũ. n. 10. lib. 4. Natt. cons. 477. n. 3. ad fi. Surd. decis. 259. n. 16. & 17. & de alim. tit. 1. q. 45. n. 76. & 77. Silu. in summ. in verb. vsura. il 1. q. 23. et ibi Ang. n. 15. et 16. Armill. n. 3. Cosm. Philiarc. de offic. sacerdot. lib. 5. c. 7. in fin. tom. 2. Ludouic. Lopez. de contract. et negotiat. lib. 1. c. 23. n. 3. Conrad. de contract. tract. 2. q. 30. col. 5. ad fin. vers. tertia auctoritas. Molin. eod. tit. disput. 315. n. 5.* 4 † vbi quod ista est verior opinio; Quidquid contrarium senserit *Innoc in c. vlt. in verb. periculum. de vsur.* prout etiam testatur latè *Alphons. Villagut. eod. tit. de vsur. q. 18. conclus. 1. et 2. Petr. Nauar. de restitut. ablator. to. 2. lib. 3. c. 2. n. 287. Adrian. lib. 4. senten. tit. de restit. vers. sed quia nihil plus* 5 † vbi quod ista est magis communis, & vera opinio *Tolet. in institut. sacerdot. lib. 5. c. 33.* & omnium latissime *Mich. Salon. de iust. et iur. q. 78. art. 2. controu. 9. lib. 2. fol. 255. cum sequent.*

Quorum ratio est, quia id quod interest etiam ex mutuo non habetur pro vsura, 6 † quamuis simus in interesse lucri cessantis *Alex. cons. 221. col. 1. n. 2. lib. 2. post Cin. in auth. ad hæc. q. penul. et Bald. col. 2. C. de vsur. Ias. cons. 151. in fi. lib. 4. Aret. cons. 9. col. vlt.* cum alijs latè *per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. n. 71.* 7 † Maximè in negotiationibus, iustis in quibus lucrum cessãs est magis vicinum damno emergenti, quam lucro cessanti *Osasc. decis. 143. in fin. post Couar. lib. 3. var. resolut. c. 4. n. 1. et 2.* 8 † Præsertim, quia taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio, Vnde si creditor non vult exigere, nisi quod sua intersit, contractus erit validus, & taxatio habetur pro non facta *Aym. cons. 189. col. penult. ad med. vers. non negarem tamen. n. 8. post Dec. cons. 111. et in c. cum venerabilis. de except.* 9 † Et ita faciendo differentiam inter validitatem contractus, & illius inualiditatem, & exactionem, & taxationem intelligitur *Idem Dec. cons. 116. et cons. 119.*

Quæ sine difficultate procedunt in casu, de quo agimus, cum verè fuerit probatum huiusmodi interesse, 10 † tunc enim illud potest taxari etiam in mutuo, quamuis probaretur per coniecturas ne dũ per veras probationes, quidquid non posset probari per confessionem, quia talis confessio non valeret, sed esset simulata, Ideo lex eam non admittit timore fraudis, quæ vsuris fomentum præstaret, Vnde si apparet fraudem non extitisse, erit locus interesse verè probato. Ita in specie concludit *Bald. in l. rogasti. 11. §. si tibi. col. 1. in fi. vers. in contrariam nõ valeat. ff. si cer. petat.* quem ibi sequitur *Purpur. col. 7. et 8. in fi. n. 39. et 51. Alex. cons. 26. viso themate. col. vlt. in fi. n. 11. lib. 4. et cons. 61. viso processu. col. penult. in fi. vers. plus dicit. n. 12. lib. 2. Lup. in c. per vestras. notab. 6. col. 6. in prin. n. 7. vers. nisi probaretur. de donat. int. vir. et vxor. Rebuff. in l. vnic. glos. vlt. col. fi. in prin. vers. primo limita. n. 45. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Dec. cons. 39. n. 5. vers. et ad hoc est notabilis decisio. et cons. 321. visis consilijs. col. pen. in fi. vers. benè facit quod notat. n. 4. et cons. 111. in fi. n. 14. et cons. 116. n. 6. post med. vers. ad hoc bene facit. Menoch. cons. 1027. n. 5. lib. 11 Cagnol. in l. curabit. n. 54. vsque ad n. 58. C. de act. empt. Rim. Iun. cõs. 218. n. 90. lib. 2. Rot. Ianuen. decis. 91. in fin. et decis. 193. n. 10.*

11 Qui omnes in specie mutui sequuntur *Bald. in d. l. rogasti §. si tibi. ff. si cert. petat.* cũ illa distinctione, an fuerit probatũ interesse vere, vel per confessionem, & declarat etiam *Rot. diuers. decis. 67. n. 2. et decis. 192. p. 1.*

Amplius quamuis non posset creditor pacisci de certa quantitate soluenda ratione istius interesse, 12 † Tamen attenta qualitate, & conditione personarum poterit taxari aliqua pars honesti lucri, dũmodo postea per creditorem probetur, quod verè tantũ erat suũ interesse, quãuis enim esset illicita taxatio à principio, tamẽ approbaretur, cõualidaretur seu per probationem postea subsecutã in vim probationis deductæ, Ita declarat *Lup. de vsur. §. 6. in fi. vers. et quod dictũ est supra. n. 26. post Dec. cons. 111. pro tenui. ad fi. vers. secundo non obstat. n. 13. Anchar. q. 33. n. 4. lib. 1.*

lib.2, cum alijs per Bursat.cons.20.n.54.& 86. lib.3. Plot.in l.si quando.n.453.ad med. C.unde vi.latè Surd.cons.327.n.54.& 55.lib.3.& cons. 485.n.6.lib.4. Rot.Ianuens. decis.9.in fin. n.32. Cagnol.in l.1. n.51. C. de sent. quæ pro eo quod 13 inter. † Quasi taxatio certi lucri non reddat contractum illicitum, sed exactio, vt supra dictum est Aym.cons.189.col.penul.ad med.vers. non negarem tamen.n.8.

Ideo etiam in terminis l.curabit. C.de act. empt. 14 valet taxatio certa à principio, † quando ad fructus, seu ad interesse commensuratur, & videtur facta quædam transactio inspecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis Dec.in c.cum venerabilis. col.7. antè med. vers. putarē tamen. n.14. de except. quem sequitur Rot.per Ces.de Graff.decis.1.n.4.de vsur.Paris. cons.60.n.33.& 34.lib.1.

Neque obstat quod huiusmodi taxatio ab initio permittatur, quando res est de sui natura fru- 15 ctifera, † secus in pecunia, & cambijs Rolan. cons.55.n.31.& 32.lib.2. Quia etiam pecunia, addita industria, est fructifera Molin. de contract.disput.315.n.7. Nauar.de vsur.n.49. Alphons.Villagut.eod.tit.q.18.concl.1.col.3.in fin. vers.quapropter concludendum erit.Conrad. de contract.tract.2.q.30 concl.3.col.4.in prin.vers. 16 tertio non valet. † Maxime, quia tunc taxatio non est licita in materia pecuniarum, quando constaret solum per confessionem partium, quia tunc videretur facta in fraudem vsurarum cum in materia interesse non stetur assertioni partium, sed de eo debet vere constare Bald. in l.cum allegas.col.3.C.de vsur. Dec.cons.167.n.1 Natt.cons.490.n.4.Rot.coram.Card.Lancellott. 17 Ianuen.pecuniaria.7.iunij.1610. † Secus in casu nostro, in quo iustificatur valor interesse à tempore contractus vsque hodie, Itaut exactio tūc saluetur ab vsuris iuxta doctrinam Bald.in l.rogasti.§.si tibi.col.1.in fin.& ibi Purpur.n.51. ff.si cert.petat. Menoch. cons.1017. n.5. lib.11. cum alijs supra allegatis.

Minus obstat Constitutio Pij V. prohibens taxari 18 à principio certum interesse, † Quia loquitur in cambijs, neque extenditur ad mutuum Nauar. in manual.c.17.n.211.vers.& quod inter omnes conuenit.& de vsur.notab.15. n.42. vers.tertio inter omnes.& cons. 1. n. 1. vers. ac non est verum.de offic. iudic. Rot. diuers. decis.315.n.7. 19 p.2. † Maxime stante probatione veri interesse, quod excludit omnem fraudem vsurarum, ob quam taxatio certa prohibetur Alex.cons. 27.n. 11. lib. 4.

Nec facit quod hic non adsit aliqua mora, sine 20 qua non datur interesse lucri cessantis † Innoc. in c.fin. n.2. de vsur. Paguer.decis.33. n.6.post 21 princ.vers.& ratio esse potest.col.4.in fi. † Quia in taxatione interesse iusti, vel verisimilis, & in conuentione deducti non attenditur mora, cum tam ante, quam post illam debeatur Alphons. Villagut. de vsur. q.18. in 1. & 2. conclus. Grat.cons.49.n.9. & 10. lib. 2. Barbos. in l.2.in prin.p.1.n.48.ff.solu.matrim.post Nauar. in manual.c.17.n.211.

Prout neque aduersatur dilatio, qua pendente 22 non adest mora, neque debetur interesse † Rol. cons. 55. n. 20. lib. 2. Quia cum possit debitor quandocunque soluere debitum principale, 23 non consideratur dilatio, † prout deberet considerari, si ante eam non daretur solutio inuito creditore, & sic promissio, & taxatio erit facta pro interesse, non pro dilatione solutionis, Ita in specie concludit Alex. cons. 221. in fin. lib. 2.

Minus obstat taxatio vniformis, quæ non admit- 24 titur, cum aliquando plus, † quandoque minus percipiatur ex cambijs Rot. diuers.decis.315. n.6.p.2. Quia sufficit quod à principio concur- 25 rat verisimilitudo, † & proportio non habita consideratione variationis Ces.de Graß.decis.1. & 2.de vsur.Couar.lib.3.var.resolut.c.4.n.5. Dec.in c.cum venerabilis.col.7.ad med.vers.putarem tamen.n.14.de except.

In casu autem nostro taxatio ista ad sex pro centum non potest dici excessiua, cum ex proba- 26 tionibus factis iustificetur, † Maximè in mercatoribus, in quibus lucrum non est tam tenue, & exiguum, vt non excedat sex pro centenario Surd.cons.327.n.55.lib.3. Laur. de Rodulph.de vsur.q.11.Socin.cons.88.lib.4.Corn.cons.221.n. 23.lib.2.Castr.in l.2.C.de vsur.

Ex quibus non obstant decisiones ex aduersò ad- 27 ductæ, dum concludunt † instrumentum continens certum, ex taxatum interesse dici vsurarium, prout in causa Mediolanen.simulationis 1.Iulij 1592. coram Cardin. Millino. & Rom. seu.Lugdunen.pecuniaria.2.aprilis.1604.coram Card.Seraph.& Placentin.restitutionis fructuū 11.decembris.1597.coram.R.P.D.Litta, cum 28 similibus, † Quia non loquuntur de conuentione iustificata per veras probationes, prout in casu nostro, neque de verisimili, & proportionato interesse, quod facit taxationem licitam ex supra allegatis, Maxime concurrente probitate mutuantis, neque soliti fœnerari, & abdicantis à se maius lucrum, quod percipiebat ex his pecunijs in negotiatione positis, vt rem vtilem faceret debitori eius sororio ob periculum, quod imminebat propter graue æs alienum, quo detinebatur, vt constat ex actis, quæ omnia faciunt posse etiam ab initio pacisci de futuro interesse, vt in specie declarat Fel. in c.cum venerabilis.n 9.col.4.post med. vers. nisi mutuans esset homo.de exceptionib.

Prædicta omnia fuerunt comprobata per Rot. in causa Ianuen. pecuniaria 6. Iunij 1611. co- 29 ram Cardinal. Lancellotto † vbi post maturam discussionem fuit conclusum pro validitate contractus, cum infrascriptis tamen præsuppositis, quorum mentionem facere visum fuit necessarium, vt magis veritas prædictorum appareat, nam alias sine huiusmodi probationibus, & requisitis, ac circumstantijs non essent prædicta recipienda.

Præ-

Præsuppoſita autem fuerunt. Primum quod Caſtellinus ſoluit Odoardo eius ſororio ſcuta 15. millia non ſe ſponte offerendo, ſed ab eodem 30 Odoardo requiſitus, † & vt ei rem gratam faceret, cumque à maiori intereſſe liberaret. Secundum quod iſte contractus fuit celebratus de conſilio Theologorum, & præſetim Patris Viperæ è Societate Ieſu Theologi famoſi, qui conſultus in ſpecie de tali contractu antequam celebraretur, reſpondit, quod licite fieri poterat, cum Caſtellinus eaſdem pecunias in cambijs inueſtitas, & implicatas retineret. Tertium quod Odoardus ſuſtinebat intereſſe cābiorum ne dum pro ſamma ſcut. 15. mil. ſed etiam multo maiori, à quo per huiuſmodi con- 31 tractum fuit liberatus. † Quartum quod ipſe Caſtellinus erat ſolitus ſuas pecunias negotiari, eaſque ſuper cambijs retinere. Quintum quod in Ciuitate Ianuæ tam de tempore contractus, quam ante, & poſt occaſiones erant, & fuerant promptæ, & paratæ retinendi ſuper cambijs ne dum ſcut. 15. mill. ſed multo maiores ſummæ. Sextum quod intereſſe cambiorum ad rationem 6. & 8. in Ciuitate Ianuæ de eo tempore reputabatur pro intereſſe probabili, 32 & veriſimili, & quaſi certo. † Septimum, quod in d. Ciuitate Ianuæ ſolitum erat accipere pecunias ad intereſſe ad rationem ſex pro centenario, & anno ad effectum illas dandi ad cambium. Octauum, quod Caſtellinus erat vir bonæ conditionis, & famæ, non ſolitus fenerari. 33 Nonum † quod Caſtellinus de tempore contractus non ſolum iſta ſcut. 15. mil. ſed etiam maiorem ſummā retinebat actu ſuper cambijs cū Nigronis, & Pinellis, vnde leuauit ſcut. 15. mil. eaque Odoardo conſignauit. Decimum quod cambia cum Nigrone, & Pinello inita erant contractus ita ſecuri, ſicuti contractus cum 34 Odoardo, & ſocijs. † Vndecimum quod in Ciuitate Ianuæ anno 1590. vſque ad annum 1593. incluſiue, & ſic de tempore contractus, cambia exceſſerunt ſcuta ſex pro centenario, & quod lucrum cambiorum, quæ fuiſſent vera, & realia paſſim fuit calculatum ad ſcuta octo pro cētenario, licet enim cambia non fuerint vniformia, tamen exceſſerunt ſcuta ſex, quamuis exceſſus non fuerit conformis.

Quibus addendum eſt in *eadem cauſa Ianuen. pecuniaria 15. aprilis. 1611. coram eodem Card. Lancellotto* fuiſſe etiam concluſum, quod non potuerit dici de inualiditate inſtrumenti facti circa conſignationem pecuniarum, de quibus 35 agebatur; † Nam aſſertio notarij, de qua in d. inſtrumento, bene poterat verificari per cedulam, cum nullum verbum contineat, quod pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter ſolutæ, aut quod illa contrahentes ad ſe traxerint, & ſic non includitur de neceſſitate illas fuiſſe in eo actu ſolutas, prout vere non fuerunt numeratæ tempore celebrationis inſtrumenti, ſed mediante cedula, vt concludenter probatur ex teſtibus vtriuſque partis, & ex alijs adductis *in d. deciſione* pro verificanda huiuſmodi facti ſerie;

Quare ceſſabat obiectum, quod deducebatur ex verbis inſtrumenti, ex quibus probatur vera 36 numeratio, † iuxta notata per *Bart. & Bald. in l. ex cautione. C. de non num. pecun.* & iuxta *deciſ. coram R. P. D. Decano Bononien. cenſus. 15. februarij.* 1599. Etenim quamuis verba inſtrumenti poſſint recipere interpretationem, vt importent realem numerationem, quando 37 ageretur de validitate actus, † vel ad euitandam falſitatem, prout loquuntur iura ſupra adducta, tamen non important numerationem ita per neceſſe, vt pro concordia cum teſtibus diſponentibus de ſolutione per cedulam, non poſsit verificari etiam in cedula mercatoris, 38 quæ dicitur continere † veram ſolutionem, & conſignationem, ita vt notarius atteſtans de ſolutione, intellexerit de conſignatione d. cedulæ bancariæ, quaſi talis conſignatio ſit vera 39 ſolutio, † & vim illius habeat *Put. deciſ. 165. lib. 1. Rot. coram Cardin. Pamphilio Beneuentana cenſus 29. martij. 1593. & coram R. P. D. Iuſto Romana fructuum cenſus. 9. aprilis. 1601. poſt Bart. in l. ſolutionis. n. 1. de ſolution.* Præ- 40 ſertim quia notarius non dixit, † quod pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter ſolutæ, vel quod aliquis illas ad ſe traxerit, prout dixiſſet, ſi realiter tūc numeratio pecuniarum inter- 41 ueniſſet, † quaſi ad effectum, vt probari poſsit numeratio per verba inſtrumenti, illa debeant hoc importare ex neceſsitate, alias non eſſet probata talis numeratio *Bart. in l. ſi ex cautione. n. 1. verſ. tu aduerte. C. de non num. pecun.*

Et cum notarius incipiat à confeſsione receptionis per illa verba confitentur, & recogno- 42 uerunt, & recognoſcunt recepiſſe &c. † alia verba ſubſequentia prout cum effectu receperunt poſſunt referri ad d. confeſsionem *Bald. in d. l. ex cautione. q. 4. n. 8. C. de non num pecun.* Prout etiam ad d. confeſsionem poſſunt referri alia verba ad præſentiam mei notarij, & teſtium &c. vt ſit ſenſus quod in præſentia notarij probetur facta confeſsio, non autem numeratio pecuniarum, de qua nulla fuit facta mentio per eundem notarium, vt declarat *Rota in d. Ianuen. pecuniaria 15. aprilis. 1611. verſ. quinimmo.*

Ex quibus non obſtant deciſiones, quæ in contra- 43 rium poſſent adduci; † Quia in illis, nec per teſtes, nec per alias probationes conſtabat, quod ſolutio fuiſſet facta mediante cedula, & aderant verba, quæ per neceſſe concludebant veram numerationem, vt in caſu *deciſ.* 44 *Aſſiſien. coram R. P. D. Coccino.* † Vbi fuit poſita illa clauſula incontanti, & ad ſe traxerunt, Prout etiam idem erat in caſu *deciſionis Bononien. cenſus 15. februarij. 1599. coram* 45 *R. P. D. Decano.* † Vbi aderant verba manualiter ſoluit, & fuit addita clauſula ceterata, quæ iuxta formularium Bononienſe, quando extenditur, inter alia continet etiam verba ad ſe trahens &c. ita vt de neceſsitate importarent in illo actu veram numerationem, quo-

rum nullum aderat in casu d. instrumenti, de quo agebatur.

Et facit etiam præfata constitutio *Pij V.* super censibus, quæ licet requirat veram, & realem

46 numerationem, † tamen illi est satisfactum per dationem cedulæ, vt per *Rot. coram Card. Pa̗obilio Beneuentana censue 29. martij.* 1593. Quasi illa habeat vim solutionis *Bart. in l. solutionis. n. 1. de solut. Put. decis. 163. lib. 1. cum alijs supra allegatis.*

EPITOME.

Debitor offerens debitum creditori nolenti recipere, quando liberetur, si res oblata perdatur. ¶ Et quid si fuerit solutum creditori creditoris, & debitor nolit habere ratũ. ¶ Acceptatio litterarum pro honore scribentis quid operetur. ¶ Et qualis in hoc sit obseruantia mercatorum. ¶ Per solutionem determinatam, quando excludatur electio soluentis, ita vt non debeat attẽdi causa leuior, vel antiquior. ¶ Acceptans litteras sub protestu an debeat sub tali protestu soluere ad hoc, vt sibi non præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Per solutionem determinatam excluditur electio soluentis in casum per eum declarandum, neque tunc attenditur, quæ causa sit leuior, vel antiquior. n. 2. & 12.*

3 *Acceptatio litterarum non solum inducit declarationem in quam causam cedant pecuniæ soluendæ, sed etiam obligationem, ita vt soluens non possit postea in actu solutionis declarare in aliam causam soluisse.*

4 *Acceptans litteras sub protestu an etiam debeat soluere sub protestu.*

5 *Solutio facta ab extraneo quando liberet soluentem, & acquiratur contra debitorem actio negotiorum gestorum.*

6 *Acceptatio litterarum pro honore scribentis, quando habeat locum, & quid seruetur de stylo mercatorum. n. 7. & 8.*

9 *Debitor offerens debitum creditori nolenti recipere an liberetur, si res oblata perdatur, et quid si fuerit solutum creditori creditoris, & debitor non velit habere ratum, vel si adsit contradictio. n. 10. & 11.*

CAPVT CCCLXXXVIII.

Solutionem, de qua agimus, dixi non potuisse cedere nisi in causam, & extinctionem apochæ vbi D. Razzius erat obligatus sub nomine generico non autem alterius apochę, pro qua idem Razzius nomine proprio tenebatur; Cum enim fuerit actum vigore illius apochæ generalis, & similiter reportata quietatio illi conformis, videlicet de receptis à Luna, & socijs, non autem de habitis à Luna, & Razzio,

1 sequitur esse factam † solutionem determinatã, per quam excluditur electio soluentis in casum per eum declarandum, cum huiusmodi electio procedat, quando actus, qui celebratur, est ambiguus, & habilis ad duplicem sensum; tunc enim interpretamur secundum mentem declarantis, secus quando, prout in casu nostro, actus qui geritur est certus, & determinatus *Ang. in l. iuris gentium. 9. quod fere. in princ. ff. de pact. Innoc. in c. cum m. 9. n. 5. in fin. de constit. Bart. in l. non solum. §. morte n. 18. in fin. ff. de nou. oper. nunciat.* & in proposito *Rot. Genuens. decis.*

2 *6 n. 11. & 12.* † Quasi tunc propter consensum soluentis non attendatur quæ causa sit leuior, vel antiquior *Castr. in l. 1. in fin. vers. sed & tertio et vltimo & vers. & sic adhuc videtur etiam. n. 9. ff. de solut.*

Amplius quamuis litteræ cambij fuerint acceptatæ à Luna, & socijs, & solutæ à Razzio, tamen cessat præsumptio, quod d. Razzius voluerit potius extinguere apocham, in qua erat no-

3 minatim obligatus, quam aliam, † etenim per d. acceptationem litterarum, non solum est inducta declaratio, in quam causam cederent pecuniæ soluendæ, & sic in causam d. ordinis, & litterarum, sed etiam inducitur obligatio, ita vt soluens non possit postea in actu solutionis declarare in aliam causam soluisse, quia huiusmodi declaratio tenderet contra acceptationem litterarum, quasi tunc acceptatio inducat necessitatem soluendi in illam cau-

4 sam, non in aliam, † Adeo vt acceptatis etiam litteris sub protestu, fieri etiam debeat solutio sub protestu, quasi considerentur duo actus distincti acceptationis, & solutionis, quo casu protestatio præcedens non extenditur ad actum sequentem, quamuis etiam simus in actibus dependentibus à mera voluntate, cum præsertim iam protestatio fuerit operata effectum suum circa actum protestationis, & aliud est acceptari super protestum, & aliud est nolle soluere nisi super protestum, vnde non mirum si non trahitur ad actum solutionis postea simpliciter factum, vt late declarat *Rot. Genuens. decis. 6. n. 2. 3. & 17. post Bart. in l. qui aliena. §. fin. de acquir. hæredit. Felin. in c. cum m. ferrarien. n. 68. & 70. in fin. de constitut.* & ibi *Rip.* de communi *n. 101.*

Immo licet fuisset facta solutio à Razzio tan-

5 quam extraneo, & non socio, † Tamen illa valeret, & per talem solutionem liberaretur debitor, quamuis inuitus, & ignorans, acquirendo contra eum actionem negotiorum gestorum *l. soluendo. 41. vbi Glos. in verb. eum. Bart. & Ang. in princip. ff. de negot. gest. l. solutionum. & l. si pro me. ff. de solut. l. 1. §. penult. in fin. de exercit. act. Honded. cons. 19. n. 8. lib. 1.*

6 Prout etiam est communis stylus, & consuetudo Mercatorum, quod vnusquisque potest soluere litteras cambij etiam ei non directas pro honore scribentis, & soluendo acquirit actionem, & habet obligatum illum, qui scripsit, & idem potest facere ille, cui directæ sunt litteræ, scilicet acceptando litteras

sub

sub protestu, quod est dicere nolo acceptare mandatum, sed tanquam tertius pro honore litterarum soluere, & habere obligatum scri-
7 bentem, † nam ex eo quod ei diriguntur litteræ, quas non acceptat, non tollitur facultas, vt non possit tanquam tertius soluere pro scribente, & cum liberando acquirere actionem, prout de huiusmodi stylo conformi iuri communi testatur *Rot.Genuens.decis.6.n.7.& 8. & decis.135.n.1.*

Quo stante non aduersatur prætensam solutionem
8 fuisse factam in honorem litterarum; † Quia de hoc non constat, & quamuis appareret, non fuit facta protestatio, vt requiritur in acceptatione, & solutione, ita vt post eam non admittatur aliqua declaratio, sed fit inducta obligatio *Rot. Genuens.d.decis.6.n.7.& 8.*

Nob obstat *l.si opera.6.de dol. mal.& met except. & l. solutum.11.§ solutam.de pignor.act.* Quia
9 ibi solum deciditur, † quod si debitor offerat debitum creditori, qui noluit recipere, & d. res oblata perdatur, non poterit creditor iterum creditum suum petere, quia doli mali exceptione remouebitur, idem si solueret creditori cre-
10 ditoris, † & nolit habere ratum, nam si postea petat, eadem exceptio illi obstabit, cogitur enim habere ratum *l. pomponius.de neg. gest. l. soluendo. ff. eod. tit. l. si liber. de pignor. act.*
11 Quidquid † aliud sit, quando creditore præsente, & contradicente solutum esset eius creditori, tunc enim soluens non esset liberatus *l. inuito. C. de solut. l. si stichum. §. fin. de nouat.* & notat *Glos. in d. l. si opera. in verb. idem est. ff. de dol. mal. & met. except.* Non tamen ex hoc sequitur, quod solutio debeat cedere in causam
12 diuersam ab ea, † pro qua fuit facta, cum enim fuerit reportata quietatio conformis apochæ solidatæ, non admittitur alia declaratio, ex quo Razzius sequens bonā fidem Lunæ & DD. de Rottignis litteras cambij conformes apochæ soluit, & quietationem habuit, ita vt ex his colligatur consensus, quod in illam causam voluerit soluere, & non in aliam nulla præuia protestatione, quæ saltem requirebatur *Rot. Genuens. d. decis. 6. n. 2. & 17. cum alijs supra allegatis.*

EPITOME.

Sententia ab vno lata, quando sit exequenda per iudicem alterius territorij. ¶ Et an requiratur pronunciatio, quod actor sit immittendus in possessionem bonorū vbicunque existentium. ¶ Et quid in citationibus, receptionibus testium, interlocutorijs, & similibus. ¶ Et an ab huiusmodi decreto licita sit appellatio. ¶ Statutum prohibens non vocari in ius aliquē extra suum dominium, quomodo intelligatur. ¶ Transferens domicilium, quando possit conueniri de contractibus factis in primo domicilio, & in loco contractus. ¶ Iudex generaliter decernendo immissionem, quo casu videatur, & possit decernere de bonis alterius territorij. ¶ In executione contractuum an exigantur litteræ requisitoriæ iudicis, vel ipsum instrumentum habeatur pro litteris. ¶ Requisitus exequi sententiam alterius an debeat habere merum imperium, & territorium, & iurisdictionem in condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requisitus debet exequi sententiam ab alio latam, & recusando tenetur parti ad interesse. Et an sit inquirenda nullitas, & iniustitia sententiæ. n. 21. Et quid in interlocutoria. n. 41. & 45.*
2 *Iudex quilibet potest exequi sententiam, etiam sine requisitione iudicis pronunciantis, quando illius executio petitur per actionem in factum, & rei iudicatæ. & n.4.*
3 *Actiones vbique possunt moueri.*
5 *Statutum concedens executionem cuicunque sententiæ an faciat, vt non requirantur litteræ requisitoriæ iudicis pronunciantis. Et de exceptionibus contra similia statuta. n.6.*
7 *Statutum prohibens non vocari aliquem in ius extra dominium suæ ciuitatis non habet locum in debitore conuento in loco contractus.*
8 *Contrahens ligatur statutis illius loci, in quo contraxit.*
9 *Rationes sunt reddendæ, vbi negotium est gestum.*
10 *Debitor conuentus in loco contractus, quamuis postea recedat non potest euitare iudicium cœptum, sed ibi causa est terminanda. & n.11.*
12 *Citatus legitime tenetur causam prosequi apud iudicem, coram quo fuit conuentus.*
13 *Transferens domicilium semper potest conueniri de contractibus factis in primo domicilio, & in ipso loco contractus. Fallit quando mutatur etiam status personæ cum mutatione fori. n.14.*
15 *Iudex requisitus exequi sententiam latā ab alio non tenetur executionem facere, nisi fuerit pronunciatum actorem immittendum esse in possessionem bonorum vbicunque existentium. Intellige vt n.13. & 34.*
16 *Executio præcepti facti per iudicem Florentiæ contra eum qui confessus est aliquod debitum coram eo non potest peti coram iudice Bononiæ nisi adsit clausula immissionis bonorum vbicunque existentium. Contrarium. n.17. & 18.*
19 *Iudex vnius iurisdictionis tenetur exequi citationes, receptiones testium, & similia tam in ciuilibus, quam in criminalibus. & n.47.*
20 *Iudex requisitus gerit vicem, & imaginem requirentis, & illi debet opem præstare, & inuicem vnus alium iuuare. & n.29.*
22 *Sententia lata per Auditores Sacræ Rotæ Romanæ habent maiorem præsumptionem iustitiæ.*
24 *Sententia non extenditur ad bona extra territorium iudicantis.*
25 *Immissio in possessionem est meri imperij, quod nemo habet extra territorium etiam inter consentientes.*

26 *Territorium clauditur suis finibus, & finiū latitudo est facti, & constat mensura, nō animo.*
27 *Iura vbique suum vigorem extendunt.*
28 *De alieno processu non debet quis se intromittere, nisi rogatus.*
30 *Appellatio non admittitur à decreto iudicis requirentis executionem sententiæ faciendam per alium. & n.33.*
31 *Iudex pronuncians de facto non potest mandare alteri executionem.*
32 *In executione contractuum non exiguntur litteræ iudicis, sed ipsum instrumentum habetur pro litteris.*
35 *Iudex generaliter decernendo immissionem videtur solum decernere de bonis sui territorij, secus si dixerit de existentibus vbique locorū. & n.36.37.38.40.42.46.& 48.*
39 *Decretum potest interponi de rebus, quæ sunt extra territorium ratione personæ subiectæ.*
41 *Publicatio bonorum quando extendatur ad bona alterius territorij.*
43 *Dispositio pœnalis non egreditur locum iudicis disponentis.*
44 *Decretum iudicis interdicentis bonis prodigo extenditur ad bona vbicunque sita.*
49 *Iudex requisitus exequi sententiam alterius debet habere mixtum imperium, & territorium, & iurisdictionem in condemnatum, vel ratione domicilij, vel rei sitæ, vel originis, vel alio modo. n.50.*
51 *Consensus priuatorum non facit iudicem eum, qui nulli iurisdictioni præest.*

CAPVT CCCLXXXIX.

Executionem sententiæ, & rei iudicatæ, de qua agebamus, dixi esse concedendam, cū præsupponatur adesse requisitioné iudicis pro- 1 nunciantis, † quo casu iudex requisitus debet exequi sententiam illius, adeo vt recusando teneatur etiam parti ad interesse *Bart. in l. à diuo pio. §. sententiam. col. vlt. in princ. vers. sed quæro quod iudex. n.15. de re iudic. per tex. in l. properandum. §. fin autem reus. vers. siue per relationem. C. de iudic. l. eum vnus. 11. §. is qui possidere. vbi Glos. in verb. is qui. ff. de bon. auctor. iudic. possid.* late *Rebuff. de litter. rogator. glos. 1. n.6. cum seq. tom. 2. fol. 24.*

Quamuis neque ista requisitio esset necessaria, cū 2 sine ea quilibet iudex posset exequi, † quando illius executio postularetur per actionem in factum, seu rei iudicatæ, quasi actiones possint 3 vbique moueri † *l. vlt. in fin. C. de præscript. long temp.* Quidquid aliud sit quando peteretur executio per officium iudicis, nam tunc re- 4 quirerentur litteræ requisitoriæ, † prout est cōmunis distinctio Doctorum *in l. à diuo pio. §. sententiam. vbi Bart. n.1. ad med. Alex. col. 3. in princ. n.5. Ias. n.4. de re iudic. Felin. in c. postulasti. 14. col. 5. ad med. vers. secunda conclusio. n.11. de for. compet. Surd. conf. 104. n.6. in princ. lib. 2. Cagnol. in l. cum quædam puella. col. 11. ad med. vers. tertio limita. n.33. de iurisdict. omn. iudic. Specul. de execut. sent. §. nunc dicendum. n.14. Felin. in c. postulasti. n.11. de for. compet. Dec. in l. fin. col. 14. in princ. n.31. vers. & quod dicitur de litteris. C. de edict. diu. adrian. tollend. Ias. in l. properandum. §. fin autem reus. n.3. C. de iudic.*

Maxime quia in ciuitate, de qua agimus, adest statutum, quod executionem tribuit cuicunque 5 sententiæ † vbicunque sit lata, ita vt ex hoc neque requirantur litteræ requisitoriæ iudicis, qui eam pronunciauit, vt in specie mentionem facit d. d. statuto *Surd. conf. 104. n.8. vers. tertio* 6 *respondeo. lib. 2.* † Et circa huiusmodi statutum, & de exceptionibus, quæ contra illud possunt opponi, & de alijs ad illud pertinentibus *Rot. Gen. per Chartar. decis. 58. per tot.*

Neque obstat statutum eiusdem ciuitatis 19. *lib. 3.* de nō vocando aliquem in ius extra dominium d. Ciuitatis in alienis curijs; Quia ex eodem statuto in fine limitantur prædicta, quando ci- 7 ues Ianuenses, † prout in casu nostro, sunt extra dominium, & pro negociationibus, & similibus gestis in alijs ciuitatibus conueniuntur coram iudicibus illarum, quod quamuis non fuisse expressum, tamen d. statutum debebat recipere talem interpretationem de iure communi, secundum quod debitor est conueniendus in loco contractus *c. fin. de for. compet. l. plerunque. de iur. dot. l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omn. iud. Specul. de compet. iudic. addit. §. 1. col. penult. in princ. vers. sed quid si debitor tem-* 8 *pore contractus. n.13.* † Ita vt ligetur statutis, & consuetudinibus illius loci *l. 2. ff. quemadmod. testam. aperiant. l. si fundus. de euiction. Cuman. conf. 141. col. 3. in fin. Rimin. Sen. conf. 364. n.12. lib. 2. Bald. conf. 461. n.1. lib. 1.* & notant omnes *in l. cunctos populos. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Felin. in c. 1. col. penult. in princ. de sponsalib. Rot. Genuens. decis. 16. n.7.*

Maxime cum simus in negotio exactionis, & redditionis rationis computorum, & societatis, 9 quod † tanquam gestum in vrbe ibi erat iudicium faciendum, & debitor conueniendus *l. 1. C. vbi de ratiocin. ag. oport. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. Rot. Genuens. decis. 161. ante n.1.* cum alijs per *Francisc. Munnoz. de ratiocin. administrat. c. 7. n.2.*

Nec aduersatur quod in eodem statuto in fine disponatur, quod quando Ciues Ianuenses existunt in dominio, non possint conueniri nisi se- 10 cundum formam dictorum statutorum † Quia cum ibi permittatur, quod pro negotijs gestis extra dominiū possit Ciuis Ianuensis alibi conueniri, sufficit quod tempore quo conuenitur fuerit extra dominium, quamuis postea recedat, Nam alias ista permissio redderetur frustratoria, debitor enim post iudicium cœptum, & conclusum in causa posset recedere, & Genuam reuerti, & sic eludere creditorem, & statuentes, quorū mens fuit, vt ratione contractuū gestorum extra territorium Ianuense posit agi coram competentibus iudicibus illius loci, in 11 quo fuit contractū; † Quia statim quod ex parte actoris

actoris per solam citationem Iudex eligitur, vel ex parte rei nō contradicitur, quod coram vno conueniatur, non debet dari amplius arbitrium recedendi, & euitandi talem Iudicem, sed debet causa ibi terminari, ne sequatur absurdū quod sit in arbitrio rei à iudicio cepto, & recte inchoato recedere *Bald. in auth. habita. col. 8. post med. vers. tertio dubitatur. n. 35. C. ne fil. pro patr. per tex. in l. non vtique. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. l. huiusmodi. §. Stichum. de legat. 1.*

Et generale est quod legitime citatus tenetur apud Iudicem, coram quo fuit citatus, causam
12 prosequi, † quamuis post talem citationem mutauerit forum *Abb. in c. proposuisti. 19. in princ. & ibi Felin. n. 1. de for. compet.* Cū etiam trans-
13 ferens domicilium † semper possit conueniri de contractibus factis in primo domicilio in ipso loco cōtractus *Specul. de compet. iudic. adit. §. generaliter. col. penult. in princ. vers. quid si debitor tempore contractus habet. n. 33. Card. in clem. pastoralis. §. denique. col. penult. in princ. vers. tertio quaero. n. 6. de re iudic.* Maxime quādo, vna cum mutatione fori, non mutatur status
14 personae, prout in casu nostro, † quidquid posset dubitari, si mutaretur etiam status, puta si laicus post contractum à se celebratum efficeretur clericus, tunc enim non posset conueniri ratione contractus praecedentis corā seculari secundum distinctionum *Iacob. Butr. in l. quisquis. n. 2. C. de episc. & cleric.* quem refert, & sequitur *Felin. in c. proposuisti. n. 1. vers. intellige hoc procedere de for. cōpet. Bald. in c. 1. col. 1. ad fin. vers. sed an ratione clericatus. n. 3. de milit. vassall. qui arm. bellic. depon. & in auth. causa quae. n. 2. vers. sed hic est vlterius. & ibi Cyn. col. penul. in fin. vers. vltimo nota. n. 6. C. de episcop. & cler.*

Minus obstat, quod quamuis Iudex requisitus exequi sententiam latam ab alio teneatur exequi,
15 Tamen intelligitur dummodo in sententia fuerit pronunciatum actorem mittendum esse in possessionem rerum vbicunque positarum, quia alias non posset fieri talis executio, & ideo debet seruari d. forma pronunciationis, licet enim Doctores communiter concludant sufficere litteras requisitorias, tamen debent intelligi seruato d. ordine iuris, Ita in specie declarat *Bald. cons. 450. lib. 2. alias est cons. 156. quidā in terra. ad med. vers. onde nō sufficiunt. & ad fin. vers.*
16 *& ideo in quaestione ista dico. lib. 5.* † vbi ex hoc concludit quod coram Iudice Bononiae non potest peti executio praecepti facti per Iudicem Florentiae contra eum, qui confessus est aliquod debitum coram eo, nisi in d. praecepto adsint illa verba immissionis in possessionem bonorum vbicumque existentium.

Quia contrarium eius, quod consuluit *Bald.* voluit in specie d. confessionis *Cyn.* post *Iacob. de Aren.* & alios per eum allegatos *in l. vnic. col.*
17 *5. ad med. q. 10. C. de confess.* † vbi solum requirit requisitionem Iudicis, ad hoc vt tale praeceptū possit exequi per alium diuersi territorij contra confessum, absque eo quod adsit clausula immissionis in possessionem, iuxta receptam Doctorum sententiam, quae solum in huiusmodi casibus exigit litteras requisitorias, prout etiā de hac cōmuni opinione testatur ipsemet *Bald. in d. cons. 156. in fin.* Vnde eius opinio non potest subsistere, quia alias nulla sententia posset executioni demādari per Iudicem alterius ter-
18 ritorij, † nisi illa quae contineret istam immissionem in possessionem, quod est absurdum, cū diuersae sint pronunciationes Iudicū, prout sunt diuersa negotia, quae per eos definiūtur, & omnia iura generaliter disponūt, quod index vnius iurisdictionis teneatur exequi non solum sen-
19 tentiam alterius, sed etiam citationes, † receptiones testium, & similia tam in criminalibus, quam in ciuilibus *Socin. cons. 167. non inutilis. col. 8. ad med. vers. praeterea seruari debent. n. 20. q. 3. in fin. lib. 2. post. Doctor. in clem. pastoralis. §. verum. vbi Vitalin. n. 16. de re iudic. Bart. in l. 1. §. 1. de requir. reis. Rebuff. de litter. requisitor. seu rogator. in praefat. n. 1. 25. & 29. Marsil. cons. 89. n. 7. & sing. 138. post Specul. de execut. sentent. §. nunc dicendum est. col. penult. ad fin. vers. quid autē dicunt. n. 14. Ias. in l. properandum. §. sin autem reus. n. 2. vbi Castr. n. 4. C. de iudic. & in l. à diuo pio. §. 1. de re iudic. Clar. in prax. q. 96. in fin. vers. sed hoc intellige. n. 9. Auff. ad decis. capell. Tholos. 411.*

Et quidem debet sufficere sola requisitio pronunciantis, quia tunc talis requisitus gerit vicem,
20 & imaginem requirentis, † cui tenetur praestare auxilium, & inuicem vnus alterum debet iuuare *l. diuus. de tutor. & curator. dat. ab his. §. si vero quis comprehensarum. auth. vt null. iudic. l. in nomine domini. C. de offic. praefect. praetor. aphric. l. titium. §. tutores. de administr. tutor.*
21 Itaut neque debeat inquiri † an sententia Iudicis requirentis sit iusta, vel iniusta *Innoc. in c. 1. n. 2. post med. vers. nec est eius. de offic. ordin. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 1. in fin. n. 10. vers. sed & si iudex ordinarius. Card. in clem. 1. § eorumdem. in fin. n. 5. q. 5. vers. nec cognoscere. de for.*
22 *compet.* † cum distinctionibus tamen, quas adduxi supra *c. 146.* Maxime, quia sumus in sententijs latis per Auditores sacrae Rotae Romanae, pro quarum iustitia magis praesumitur ob excellentiam illius tribunalis *Surd.* qui alios adducit *cons. 403. in fin. n. 84. lib. 3.*

Praeterea obseruandum est, quod *Bald.* loquitur in decreto immissionis in possessionem bonorum
23 iuxta dispositionem *tex. in c. romana. §. contrahentes. de for. compet.* Tunc enim si bona nō sunt in territorio Iudicis pronunciantis, non sufficit, vt pronunciet actorem esse immittendum in possessionem in bonis, sed debet addere in bonis vbicumque sitis, ad hoc vt talis sententia extendatur ad bona extra territorium iudicā-
24 tis, † nam alias ad illa non extenderetur, Ita declarat *Idem Bald. in l. fin. col. penult. in princ. vers. septimo principaliter quaeritur. n. 46. C. de*
25 *edict. diu. adr. toll.* † Vbi quod corporalis missio in possessionem est meri imperij, quod nemo habet extra territorium etiam inter cōsentientes, quia territorium suis finibus clauditur, & finium

26 finium latitudo est facti, † & mensura non animo constat *l. in agris limitatis. de acquir. rer. domin. l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier.* Poterit tamen fieri pronūciatio de immittendo per Iudicem, quæ si fiat eum legitimo contradictore, erit facienda ad litteras pronunciantis, & inter

27 partes faciet ius, † cum iura suum vigorem extendant vbique *l. cum vnus. §. is qui ff. de bon. auctor. iudic. possid.* Absque litteris autem fieri non posset, quia de alieno processu quis non de-

28 bet se intromittere † nisi rogatus, seu requisitus, vt notatur *l. cum quadam puella. de iurisd.*

29 *omn. iudic.* † Cum autem fuerit requisitus poterit, quia imaginem illius gerit *Bald. in d. l.*

30 *fin. n. 46.* † vbi subdit istam pronunciationem esse priuilegiatam, vt ab ea non appelletur, si autem pronunciatio fieret leuato capite, quia

31 nemo contradicit, † non potest qui non discussit mandare aliquid alteri Iudici argumēto notatorum per *Innoc. in c. solet. in fin. de senten.*

32 *excommunic.* † In executione autem contractuum nō exigerentur aliæ litteræ nisi partium,

33 & ipsum instrumentum habetur pro † litteris *Bart. in l. à diuo pio. §. 1. de re iudic. Cyn. in l. vnic. C. de confess.*

Et hoc etiam notat *Host. in c. postulanti. post prin. vers. hodie vero est declaratum. de for. compet.*

34 Vbi quod Iudex potest decernere talem esse immittendum in possessionem, etiam illorum bonorum, quæ non subsunt ipsi decernenti, & tunc Iudex, cui subsunt, ad suam denunciationem debet exequi iuxta. *d. c. romana. §. contrahentes. de for. compet.*

Istud etiam sequitur *Io. Andr. in d. §. contrahen-*

35 *tes. col. 3. in fin. vers. solutio generaliter* † vbi etiā quod Iudex generaliter decernendo immissionem videtur solū decernere de bonis in suo territorio constitutis, secus quando specialiter decernit de bonis extra suum territorium, quia tunc potest decernere, licet non præcipere, aut exequi, vt *in c. postulasti. de for. compet.*

Idem sequendo *Io. Andr.* concludit *Franc. in d. §.*

36 *contrahentes. n. 3. in 5. notab.* † vbi quod Iudex debet facere expressam mentionem de bonis extra suum territorium, quia si generaliter decerneret aduersarium mittendum esse in possessionem bonorum intelligeretur solum de bonis sui territorij *l. cum vnus §. penult. ff. de bon. auctor. iudic. possid.*

Quod etiam voluit *Io. Monac. in d. §. contrahentes in fin. vers. solutio generaliter decernendo. ante*

37 *n. 16.* † Vbi etiam ita declarat *d. l. si vnus. §. penult.* prout quoque exponit *Gemin. in d. §. contrahentes. col. 1. in fin. vers. oppono secundo. n. 6. ad med.*

Ita etiam concludit *Bart. in d. l. si vnus. §. penult. quod incip. is qui possidere. n. 1. de bon. auctorit.*

38 *iud. possid.* † Vbi quod prouidebitur actori, si reus nihil possidet in territorio, vt Iudex pronunciet expresse creditorem immittendum in bona etiam quæ sunt in alterius territorio, & tunc ille Iudex, in cuius territorio sunt, exequetur iuxta *l. à diuo pio. §. 1. de re iudic. & d. §. contrahentes.* Et sic non obstabit *l. magis puto §. il-*

39 *lud. de reb. eorum.* † Quia bene potest interponi decretum de rebus, quæ non sunt in territorio ratione personæ subiectæ, nō tamen poterit fieri executio facti *Bart. in d. §. penult. n. 1. in fin. vers. nec obstat.* & ita etiam intelligitur *Abb. in c. postulasti. col. 4. ante med. n. 6. vers. & pro hoc. de for. compet.* vbi adducit *d. l. magis puto.*

Prædicta etiam approbat *Ang. in d. l. cum vnus. §.*

40 *penult. de bon. auctor. iud. possid.* † vbi quod decretum de immittendo simpliciter interpositū non porrigitur ad bona sita extra territorium

41 immittentis, † Exemplo publicationis bonorum factæ principaliter, in qua non veniunt bona situata extra terra territorium publicantis, intelligendo dummodo publicatio bonorum non veniret accessoriè, tūc enim sententia agit principaliter in personam subditam iudicanti, & iuris censura agit in bona *l. magis puto. §. illud quæri. ff. de reb. eor. l. propter litem. §. licet. de excusat. tutor.* cum multis, de quibus per *Bart. & alios. in l. cunctos populos. C. de summ. trinit. & fide cathol. Ang. in d. §. penult.* vbi etiam. *n. 4.* subdit esse menti tenendum, quod sicut ad litteras iudicātis definitiue debet fieri executio per Iudicem alterius territorij, in quo bona consistunt, ita etiam debet fieri executio interlocutoriæ, cum adsit eadem ratio argumento *l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudic.*

Quibus adde *Anchar.* idem sequentē *in d. §. con-*

42 *trahentes. in 2. opposit. n. 5.* † vbi approbat distinctionem supra allegatam, quod Iudex generaliter decernendo immissionem videtur solū restringere se ad bona sui territorij, secus quando specialiter disponit super alijs bonis, quia hoc potest facere non præcipiendo, neque exequendo, sed solum decernendo, prout etiam ratione personæ sibi subiectæ interponit decretū super bonis alibi sitis *d. l. magis puto. Innoc. in*

43 *c. pastoralis. de priuileg.* † Maximè quando dispositio non fit in personam alterius, quia tunc non posset directò egredi locum iudicis disponentis *l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relegat.* si enim fiat in fauorem alicuius, quamuis alius damnum sentiat, valebit dispo-

44 sitio etiam extra locum, † vt in Iudice interdicēte bonis prodigo, tale enim interdictum tamquam fauorabile extēditur ad bona vbicunque sita *l. 1. C. de emancipat. lib. Bart. in d. §. interdicere. Anchar. in d. §. contrahentes. n. 5.*

Et de ista immissione loquitur etiā *Castr. in l. properandum. §. fin autem reus. n. 4. C. de iudic.* vbi

45 extendit † quando fit immissio ex primo decreto, & sic in interlocutoria, si enim bona non sunt in territorio iudicis pronunciantis, tunc pronuncians dicit, vt mittatur actor in possessionem bonorum vbicunque sitorum, & scribit iudici, in cuius iurisdictione bona sunt, quod sententiam interlocutoriam exequatur vt *c. in romana. §. contrahentes. de for. compet.*

Prout etiam de eadem immissione tractat *Rebuff. de litter. requisitor. seu rogator. in præfat. n. 24.*

46 vbi simpliciter refert † *Bald. d. cons. 156. lib. 5.* & am-

& ampliat ad sententias, citationes, & examen testium, & alios actus, qui non possunt fieri per 47 Iudicem vnius territorij, † tunc enim requiritur alius, vt illos expediat, siue simus in causis magnis, siue paruis, quia est eadem ratio *Vital. in clem. pastoralis. §. verum. de re iudic. Doctor. in l. iudices. & in auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum. Bart. & alij. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. Socin. cons. 167. non inutilis. q. 3. in fin. lib. 2.*

Quemadmodum etiam istius immissionis meminit *Menoc. de acquir. possess. rem. 4. n. 404. cum* 48 *seq.* vbi tamē requirit, † quod post pronúciationem factam à Iudice, quando conceduntur litteræ ad eum, in cuius loco bona sita sunt, opus sit, vt Iudex talis territorij habeat mixtum im-49 perium, † Vnde non possent concedi huiusmodi litteræ Consulibus mercatorum, neque Rectoribus scholarium, nec Archidiaconis, qui non habēt territorium, nec mixtum imperium *Bal. in auth. & qui. n. 12. C. de bon. auctor. iudic. possid. Ias. in l. iubere. n. 19. vbi Purpur. n. 24. de iurisdict. omn. iudic.* Cum etiam requiratur, 50 quod ille, † cui scribitur, sit Iudex condemnati aut ratione domicilij, aut rei sitæ, vel originis, seu alio modo, cum alias tales litteræ non facerent eum Iudicem *Rebuff. de litter. requisitor. seu rogator. in præfat. n. 31. post Hercul. in l. à di-* 51 *uo pio. §. 1. col. 6. de re iudic.* † Iudex enim remittendo non potest facere iudicem, qui non est, sicut priuatorum consensus non facit Iudicem eum, qui nulli iurisdictioni præest *l. priuatorum. de iurisd. omn. iud.*

EPITOME.

STatutum contra emptorem quando habeat locum in venditore. ¶ Et priuilegium concessum clericis quo casu trahatur ad laicos. ¶ Gabella imposita emptori vini an comprehendat venditorem, & tollat immunitatem ecclesiasticam, & præiudicet Clericis. ¶ Et an in hoc obseruantia iuuet. ¶ Et vtilitas publica aliquid operetur. ¶ Condicionem meliorem quando quis possit facere in aliorum præiudicium.

SVMMARIVM.

1 ***Gabella imposita emptori vini quando comprehendat venditorem, & tollat immunitatē ecclesiasticam, & obsit clericis. n. 5. 6. 16. 24. & 25.***

2 ***Statutum contra emptorem habet locum in venditore.***

3 ***Exemptio concessa venditori iuuat emptorem, et de ratione. n. 4. Intellige. vt n. 10.***

7 ***Priuilegium cōcessum clericis quando trāsfatur ad laicos ratione coniunctionis. Et quid si sit personale. n. 11. & 12.***

8 ***Emptor ratione oneris gabellæ minus emit, & n. 15.***

9 ***Sæcularis non potest indirecte imponere gabellam super fructibus, & bonis clericorum exigendo ab illis, qui emunt à Clericis.***

13 ***Conditionem suam meliorem quando quis possit facere in aliorum præiudicium. & n. 14.***

17 ***Vtilitas publica nō facit, vt possit imponi gabella absque auctoritate summi Pontificis.***

18 ***Causa necessitatis imponendi gabellam est cognoscenda per Episcopum cum Clero.***

19 ***Clerici debent contribuere solum in subsidium quando facultates laicorum non sufficiunt in gabella imposita pro vtilitate publica.***

20 ***Episcopus debet defendere clericos, ne grauentur in gabellis procedendo etiam ad excommunicationem. n. 21.***

22 ***Obseruantia non iuuat circa solutionem gabellæ factam per clericos.***

23 ***Imponentes gabellas habet mentem implicitam quo ad propria commoda, & dāna Ecclesiarū.***

CAPVT CCCLXXXX.

NIhil referre Dixi, quod Gabella, de qua 1 agimus, non fuerit imposita super vino, 2 aut venditori vini, † sed solum emptori, qui ad onus huiusmodi gabellæ tenebitur, non autem illud spectabit ad venditorem, Etenim idem effectus resultat, non secus ac si dicta gabella fuisset imposita venditori, cum vendēs, & emēs sint correlatiui, & statutum contra emptorem 2 comprehendat etiam venditorem, † & econtra *Castr. cons. 289. præsens dubium. col. 1. in fin. vers. & ego alias. lib. 1. Rot. coram Card. Seraph. Camerinen. prædij. 10. nouembris. 1597.* & multa similia adducit *Menoch. cons. 136. n. 10. & 11. lib. 2.* dixi *supra c. 26. n. 13.*

Ideo exemptio concessa venditori iuuat emptorē *Felin. in probem. decretal. in verb. gregorius. n.* 3 *6. Gemin. in c. 1. col. 2. vers. fallit secundo.* † *de tēporib. ordinat. in 6. Dec. cons. 48. mature ac diligenter. col. 3. in fin. vers. tertio principaliter. et in* 4 *l. 1. n. 7. col. 2. ad med. C. de in ius vocand.* † vbi dat rationem, quia tractatur de eodē actu *Nell. de bannit. in 2. part. 2. tempor. q. 40.* Et in specie 5 gabellæ, de qua agimus, ita concludit † *Bald. cons. 31. statuto ciuitatis astensis. post med. vers. solutio prima facie. lib. 1.* vbi quod huiusmodi ordinationes, & statuta tollunt per indirectum immunitatem ecclesiasticam, quando enim onus gabellæ est annexum contractui, tanto mi-6 nus ecclesia † & clerici vendunt eorum fructus quantum est illud onus gabellæ *l. si venditor. ff. de seru. exportand.* quod etiam sequendo *Bald.* voluit *Surd. cōs. 301. n. 80. lib. 3.* vbi quod priuilegium concessum Ecclesiæ trahitur ad alios 7 quando ipsi Ecclesiæ nō prodesset, † nisi ad eos traheretur, & sic quando vtilitas ecclesiæ est connexa cum facto alterius, immunitas ecclesiæ etiam extenditur ad alium, prout in casu nostro, in quo ecclesia damnum sentiret, quia vilius venderet, Cum etiam ratione coniunctionis gaudeat quis beneficio, quo alias non gauderet *Ias. in l. si emācipati. n. 3. cum seq. C. de collat. Natt. cons. 590. col. fi.* Idem etiam concludit *Rimin. Iun. cons. 724. n. 48. & 49. lib. 6.* vbi alle-8 gat *Alciat. cons. 216. n. 7.* † Et adducit dictam ratio-

donantem, & eius hæredes, nisi hoc specialiter expressum sit, sed transibunt ad successores donatarij cum alijs bonis ipsius, non quidem iure donationis, quia in ea non sunt comprehensi, sed iure transmissionis, quasi hoc sit de natura donationis, vt sit perpetua, & non reuertatur ad donatorem, neque ad eius hæredes *l. 1. ad med. vers. igitur cum dicimus. ff. de donation. l. senatus. in princ. vers. nam ita græci & ibi Glos. in verb. nullo casu. ff. de donat. caus. mort.* 15 † Censetur enim quodammodo in quolibet personarũ gradu vnica donatio *l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.* & perinde est ac si dicamus 16 vltimo donatum esse sine aliquo onere, † sicut in fideicommisso. *l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2.* Et licet alijs descendentibus non sit donatum, non tamen sequitur, quod debeat reuerti ad donantem, sed remanet sine grauamine, 17 vbi descendentes deficiunt, † Nam bona donata postquam donatio est perfecta non sunt amplius donatoris, sed eius, cui fuerunt donata, ideo cum illius bonis transmittuntur ad suos 18 successores, † Ita in specie resoluit *Rot. coram R. P. D. Fabio Romana coltimi. 25. octobris. 1549.* de qua *per Achill. decis. vnic. de donat. on.* & per *Put. decis. 264. lib. 3.* Quidquid contrarium sequatur *Socin. Iun. cons. 53. lib. 2. & cons.* 19 *142. n. 3. & 20. lib. 3.* † cum eius opinio non fuerit per *Rot.* approbata, vt testatur etiam *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 21. n. 20. in fin.* Quamuis adsit dictio tantum, 20 quæ nihil hoc casu operabitur † vt per *Achil. d. decis. vnic. in fin. de donat.* Et quidquid contrarium etiam sequatur *Alex. cons. 43. lib. 3.* alias est *cons. 53. consideratis his quæ in themate. lib. 6.* 21 Quia † loquitur quando donans apposuit clausulam quod ad se reuerteretur, & ad illius hæredes, prout etiam ita intelligitur *Cyn. in auth. sed & si quis. C. de secund. nupt.* vt per *Put. d. decis. 274. n. 5. lib. 3.*

EPITOME.

Assertio notarij, quod pecuniæ fuerint numeratæ, quando possit verificari per traditionem cedulæ banchariæ. ¶ Et quomodo in hoc concordentur Rotæ decisiones. ¶ Vera numeratio ex quibus verbis colligatur tam quando agitur pro validitate actus, & falsitate euitanda, quam pro concordia testium deponentium de solutione per cedulam. ¶ Constitutioni Pij V. an sit satisfactum per dationem cedulæ, quamuis per eam requiratur vera, & realis numeratio. ¶ In mutuo quando à principio possit taxari certum interesse verisimile absque fraude, & dolo palliandi vsuras. ¶ Lucrum cessans quo casu sit magis viciniũ damno emergenti, quam lucro cessanti. ¶ Creditor qui non potest paccisci de certa quantitate soluenda ratione interesse an possit taxare aliquam partem honesti lucri attenta conditione personarum, si postea probetur, quod vere tantũ sua interesrat. ¶ Pecunia habita industria an dicatur fructifera. ¶ Interesse an probetur per confessionem partium, & quomodo de eo debeat constare. ¶ Taxatio à principio quo casu admittatur in terminis *l. curabit. C. de act. empt.* ¶ Dilatione pendente an detur mora, & debeatur interesse. ¶ Instrumentum continens certum, & taxatum lucrum an dicatur vsurarium. ¶ In cãbijs an sit prohibita taxatio interesse à principio. ¶ Et an requiratur mora, vt illud sit debitum. ¶ Et quando in eo taxatio vniformis sit reijcienda. ¶ Conuentio quomodo dicatur iustificata, & quales debeant esse circumstantiæ, & probationes, vt interesse possit dici verisimile, & proportionatum, & absque labe vsurarum.

SVMMARIVM.

1 *In mutuo an possit à principio taxari interesse quando est verisimile, & abest omnis fraus, & dolus palliandi vsuras, Et quæ sit verior, & magis cõmunis opinio. n. 2. 3. 4. 5. & 29. & quæ sint probanda, vt prædicta habeant locum. n. 30. 31. 32. 33. & 34.*

6 *Interesse lucri cessantis an habeatur pro vsura in mutuo, & quid in iustis negotiationibus, in quibus lucrũ cessans est magis vicinum damno emergenti, quam lucro cessanti. & n. 7.*

8 *Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio. Et si creditor non vult exigere, nisi quod sua intersit, contractus erit validus, & taxatio habetur pro non facta. n. 9. & 13.*

10 *Interesse verè probatum potest taxari etiam in mutuo, quamuis probaretur per coniecturas, dummodo non per confessionem, quæ non valeret, sed esset simulata. & n. 11.*

12 *Creditor quamuis non possit pacisci de certa quantitate soluenda ratione interesse, tamen attenta conditione personarum poterit taxari aliqua pars honesti lucri, dummodo postea per creditorem probetur, quod vere tantum erat suum interesse.*

14 *Taxatio certa à principio quando admittatur in terminis* l. curabit. C. de act. empt.

15 *In re de sui natura fructifera permittitur taxatio. Et quid in cambijs, & pecunia, & quando illa, addita industria, dicatur fructifera.*

16 *Interesse non probatur per confessionem, & assertionem partium, sed debet vere de eo constare. & n. 17.*

18 *In cambijs est prohibita taxatio interesse à principio, & quid in mutuo stante probatione veri interesse. n. 19.*

20 *Mora an debeat interuenire, vt detur interesse lucri cessantis. & n. 21.*

22 *Dilatione pendente non adest mora, neque interesse debetur. Intellige vt n. 23.*

24 *Taxatio vniformis quo ad interesse an possit fieri, et an habeatur cõsideratio variationis. n. 25.*

26 *Lucrum mercatorum nõ est adeo tenue, & exiguum, vt non excedat sex pro centenario.*

27 *Instrumentum continens certum, & taxatum interesse dicitur vsurarium, Declara vt n. 28.*

Asser-

35 *Assertio notarij, quod pecunia fuerint numerata quando possit verificari per cedulam. Et quomodo in hoc concordentur* Rot. decisiones *n.* 43. 44. & 45.

36 *Vera numeratio ex quibus verbis colligatur tã quando agitur de validitate actus, & ad euitandam falsitatem, quam pro concordia testium deponentium de solutione per cedulam. n.* 37. 38. 40. & 41.

39 *Solutio per cedulam habet vim solutionis.*

42 *Verba notarij quando referãtur ad confessionẽ.*

46 *Constitutio Pij V. super censibus quamuis requirat veram, & realem numerationem, tamen adimpletur per dationem cedulæ.*

CAPVT CCCLXXXVII.

INteresse, de quo agimus, Dixi potuisse à principio taxari, quamuis simus in mutuo, 1 † cum illud fuerit verisimile, & absit omnis fraus, & dolus palliandi vsuras secundum opinionem *Host. in c. salubriter. col. 2. in fi. vers. ideo puto ex mente. et in c. nauiganti. col. 1. post med. vers. quid ergo si quis paratus. de vsur.* quem sequitur *Na-* 2 *uar.* † qui de communi testatur *in manual. c. 17. n. 211. vers. et quod inter omnes conuenit. et cõs. 6. per tot. & cons. 10. n. 2. de vsur. et cõs. 1. n. 1. vers. at non est certũ. de offic. iudic. et in tractat. de vsur. notab. 15. vers. tertio inter omnes conuenit. Couar. lib. 3. var. resol. c. 4. n. 5. ante med. vers. item et illud quod maxima. Grat. cons. 49. n. 9. lib. 2. Fel. in c. cũ venerabilis. col. 4. post med. vers. nisi mutuans esset homo. n. 9. de except. Alciat. cons. 8. n.* 3 *10. to. 1. lib. 1. Honded. cons. 42. n. 40. lib. 2.* † Et de magis vera, & cõmuni opinione testatur *Guter. de cõtract. iurat. p. 1. c. 2. n. 5. post med. vers. immo et à principio. Barbos. in l. 2. p. 1. in prin. n. 48. ad fi. ff. sol. matr. Vrsill. ad Afflict. decis. 20. n. 3. Claud. ad Bertazol. cons. crim. 264. in fi. vers. ultimo fallit. Ruin. cons. 104. col. penul. in fi. vers. et idẽ multo magis est dicendũ. n. 10. lib. 4. Natt. cons. 477. n. 3. ad fi. Surd. decis. 259. n. 16. & 17. & de alim. tit. 1. q. 45. n. 76. & 77. Silu. in summ. in verb. vsura. il 1. q. 23. et ibi Ang. n. 15. et 16. Armill. n. 3. Cosm. Philiarc. de offic. sacerdot. lib. 5. c. 7. in fin. tom. 2. Ludouic. Lopez. de contract. et negotiat. lib. 1. c. 23. n. 3. Conrad. de contract. tract. 2. q. 30. col. 5. ad fin. vers. tertia auctoritas. Molin. eod. tit.* 4 *disput. 315. n. 5.* † vbi quod ista est verior opinio; Quidquid contrarium senserit *Innoc in c. vlt. in verb. periculum. de vsur.* prout etiam testatur latè *Alphons. Villagut. eod. tit. de vsur. q. 18. conclus. 1. et 2. Petr. Nauar. de restitut. ablator. to. 2. lib. 3. c. 2. n. 287. Adrian. lib. 4. senten. tit. de restit.* 5 *vers. sed quia nihil plus* † vbi quod ista est magis communis, & vera opinio *Tolet. in institut. sacerdot. lib. 5. c. 33.* & omnium latissime *Mich. Salon. de iust. et iur. q. 78. art. 2. controu. 9. lib. 2. fol. 255. cum sequent.*

Quorum ratio est, quia id quod interest etiam 6 ex mutuo non habetur pro vsura, † quamuis simus in interesse lucri cessantis *Alex. cons. 221. col. 1. n. 1. lib. 2. post Cin. in auth. ad hec. q. penul. et Bald. col. 2. C. de vsur. Ias. cons. 151. in fi. lib. 4. Aret. cons. 9. col. vlt.* cum alijs latè *per Tiraq. de* 7 *retract. lignag. §. 1. glos. 18. n. 71.* † Maximè in negotiationibus, iustis in quibus lucrum cessãs est magis vicinum damno emergenti, quam lucro cessanti *Ossasc. decis. 143. in fin. post Couar.* 8 *lib. 3. var. resolut. c. 4. n. 1. et 2.* † Præsertim, quia taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio, Vnde si creditor non vult exigere, nisi quod sua intersit, contractus erit validus, & taxatio habetur pro non facta *Aym. cons. 189. col. penult. ad med. vers. non negarem tamen. n. 8. post Dec. cons. 111. et in c. cum vene-* 9 *rabilis. de except.* † Et ita faciendo differentiam inter validitatem contractus, & illius inualiditatem, & exactionem, & taxationem intelligitur *Idem Dec. cons. 116. et cons. 119.*

Quæ sine difficultate procedunt in casu, de quo agimus, cum verè fuerit probatum huiusmodi 10 interesse, † tunc enim illud potest taxari etiam in mutuo, quamuis probaretur per coniecturas ne dũ per veras probationes, quidquid non posset probari per confessionem, quia talis confessio non valeret, sed esset simulata, Ideo lex eam non admittit timore fraudis, quæ vsuris fomentum præstaret, Vnde si apparet fraudem non extitisse, erit locus interesse verè probato. Ita in specie concludit *Bald. in l. rogasti. 11. §. si tibi. col. 1. in fi. vers. in contrariam nõ valeat. ff. si cert. petat.* quem ibi sequitur *Purpur. col. 7. et 8. in fi. n. 39. et 51. Alex. cons. 26. viso themate. col. vlt. in fi. n. 11. lib. 4. et cons. 61. viso processu. col. penult. in fi. vers. plus dicit. n. 12. lib. 2. Lup. in c. per vestras. notab. 6. col. 6. in prin. n. 7. vers. nisi probaretur. de donat. int. vir. et uxor. Rebuff. in l. unic. glos. vlt. col. fi. in prin. vers. primo limita. n. 45. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Dec. cons. 39. n. 5. vers. et ad hoc est notabilis decisio. et cons. 321. visis consilijs. col. pen. in fi. vers. benè facit quod notat. n. 4. et cons. 111. in fi. n. 14. et cons. 116. n. 6. post med. vers. ad hoc bene facit. Menoch. cons. 1027. n. 5. lib. 11 Cagnol. in l. curabit. n. 54. vsque ad n. 58. C. de act. empt. Rim. Iun. cõs. 218. n. 90. lib. 2. Rot. Ianuen. decis. 91. in fin. et decis. 193. n. 10.*

11 Qui omnes in specie mutui sequuntur *Bald. in d. l. rogasti §. si tibi. ff. si cert. petat.* cũ illa distinctione, an fuerit probatũ interesse vere, vel per confessionem, & declarat etiam *Rot. diuers. decis. 67. n. 2. et decis. 192. p. 1.*

Amplius quamuis non posset creditor paciscici de certa quantitate soluenda ratione istius inter- 12 esse, † Tamen attenta qualitate, & conditione personarum poterit taxari aliqua pars honesti lucri, dũmodo postea per creditorem probetur, quod verè tantũ erat suũ interesse, quãuis enim esset illicita taxatio à principio, tamẽ approbaretur, cõualidaretur seu per probationem postea subsecutã in vim probationis deductæ, Ita declarat *Lup. de vsur. §. 6. in fi. vers. et quod dictũ est supra. n. 26. post Dec. cons. 111. pro tenui. ad fi. vers. secundo non obstat. n. 14. Anchar. q. 33. n. 4.*

lib.2, cum alijs per *Bursat.cons.20.n.54.& 86. lib.3.Plot.in l.si quando.n.453.ad med. C.unde vi.late* *Surd.cons.327.n.54.& 55.lib.3.& cons. 485.n.6.lib.4. Rot.Ianuens. decis.9.in fin. n.32. Cagnol.in l.1. n.51.C.de sent. quæ pro eo quod*

13 *inter.* † Quasi taxatio certi lucri non reddat contractum illicitum, sed exactio, vt supra dictum est *Aym.cons.189.col.penul.ad med.vers. non negarem tamen.n.8.*

Ideo etiam in terminis *Leurabit.* C.de *act. empt.*

14 valet taxatio certa à principio, † quando ad fructus, seu ad interesse commensuratur, & videtur facta quædam transactio inspecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis *Dec.in c.cum venerabilis. col.7. antè med. vers. putarem tamen. n.14. de except.* quem sequitur *Rot.per Cel.de Grass.decis.1.n.4.de vsur.Paris. cons.60.n.33.& 34.lib.1.*

Neque obstat quod huiusmodi taxatio ab initio permittatur, quando res est de sui natura fru-

15 ctifera, † secus in pecunia, & cambijs *Rolan. cons.55.n.31.& 32.lib.2.* Quia etiam pecunia, addita industria, est fructifera *Molin. de contract.disput.315.n.7.Nauar.de vsur. n.49. Alphons.Villagut.eod.tit.q.18.concl.1.col.3.in fin. vers.quapropter concludendum erit.Conrad. de contract.tract.2.q.10 concl.3.col.4.in prin.vers.*

16 *tertio non valet.* † Maxime, quia tunc taxatio non est licita in materia pecuniarum, quando constaret solum per confessionem partium, quia tunc videretur facta in fraudem vsurarum cum in materia interesse non stetur assertioni partium, sed de eo debet vere constare *Bald. in l.cum allegas.col.3.C.de vsur.Dec.cons.167.n.1 Natt.cons.490.n.4.Rot.coram.Card.Lancellott.*

17 *Ianuen.pecuniaria.7.iunij.1610.* † Secus in casu nostro, in quo iustificatur valor interesse à tempore contractus vsque hodie, Itaut exactio tūc saluetur ab vsuris iuxta doctrinam *Bald.in l.rogasti.§.si tibi.col.1.in fin.& ibi Purpur. n.51. ff.si cert.petat. Menoch. cons.1027. n.5. lib.11.* cum alijs supra allegatis.

Minus obstat Constitutio Pij V. prohibens taxari

18 à principio certum interesse, † Quia loquitur in cambijs, neque extenditur ad mutuum *Nauar. in manual.c.17.n.211.vers.& quod inter omnes conuenit.& de vsur.notab.15. n.42. vers.tertio inter omnes.& cons. 1. n. 1. vers. ac non est verum.de offic. iudic. Rot. diuers. decis.315.n.7.*

19 *p.2.* † Maxime stante probatione veri interesse, quod excludit omnem fraudem vsurarum, ob quam taxatio certa prohibetur *Alex.cons. 27.n. 11.lib. 4.*

Nec facit quod hic non adsit aliqua mora, sine

20 qua non datur interesse lucri cessantis † *Innoc. in c.fin. n.2. de vsur. Paguer.decis.33. n.6.post*

21 *princ.vers.& ratio esse potest.col.4.in fi.* † Quia in taxatione interesse iusti, vel verisimilis, & in conuentione deducti non attenditur mora, cum tam ante, quam post illam debeatur *Alphons. Villagut. de vsur. q.18. in 1. & 2. conclus. Grat.cons.49.n.9. & 10. lib. 2. Barbos. in l.2.in prin.p.1.n.48.ff.solu.matrim.post Nauar. in manual.c.17.n.211.*

Prout neque aduersatur dilatio, qua pendente

22 non adest mora, neque debetur interesse † *Rol. cons. 55. n. 20. lib. 2.* Quia cum possit debitor quandocunque soluere debitum principale,

23 non consideratur dilatio, † prout deberet considerari, si ante eam non daretur solutio inuito creditore, & sic promissio, & taxatio erit facta pro interesse, non pro dilatione solutionis, Ita in specie concludit *Alex. cons. 221. in fin. lib. 2.*

Minus obstat taxatio vniformis, quæ non admit-

24 titur, cum aliquando plus, † quandoque minus percipiatur ex cambijs *Rot. diuers. decis.315. n.6.p.2.* Quia sufficit quod à principio concur-

25 rat verisimilitudo, † & proportio non habita consideratione variationis *Cel.de Grass.decis.1. & 2.de vsur.Couar.lib.3.var.resolut. c.4.n.3. Dec.in c.cum venerabilis.col.7.ad med.vers.putarem tamen.n.14.de except.*

In casu autem nostro taxatio ista ad sex pro centum non potest dici excessiua, cum ex proba-

26 tionibus factis iustificetur, † Maximè in mercatoribus, in quibus lucrum non est tam tenue, & exiguum, vt non excedat sex pro centenario *Surd.cons.327.n.55.lib.3.Laur. de Rodulph.de vsur.q.12.Socin.cons.88.lib.4.Corn.cons.221.n. 23.lib.2.Castr.in l.2.C.de vsur.*

Ex quibus non obstant decisiones ex aduersò ad-

27 ductæ, dum concludunt † instrumentum continens certum, ex taxatum interesse dici vsurarium, prout in causa *Mediolanen.simulationis 1.Iulij 1592. coram Cardin. Millino.& Rom. seu.Lugdunen.pecuniaria.2.aprilis.1604.coram Card.Seraph.& Placentin.restitutionis fructuũ 11.decembris.1597.coram.* R.P.D. Litta, cum si-

28 milibus, † Quia non loquuntur de conuentione iustificata per veras probationes, prout in casu nostro, neque de verisimili, & proportionato interesse, quod facit taxationem licitam ex supra allegatis, Maxime concurrente probitate mutuantis, neque soliti fœnerari, & abdicantis à se maius lucrum, quod percipiebat ex his pecunijs in negotiatione positis, vt rem vtilem faceret debitori eius sororio ob periculum, quod imminebat propter graue æs alienum, quo detinebatur, vt constat ex actis, quæ omnia faciunt posse etiam ab initio pacisci de futuro interesse, vt in specie declarat *Fel. in c.cum venerabilis.n 9.col.4.post med. vers. nisi mutuans esset homo.de exceptionib.*

Prædicta omnia fuerunt comprobata per *Rot. in causa Ianuen. pecuniaria 6. Iunij 1611. co-*

29 *ram Cardinal. Lancellotto* † vbi post maturam discussionem fuit conclusum pro validitate contractus, cum infrascriptis tamen præsuppositis, quorum mentionem facere visum fuit necessarium, vt magis veritas prædictorum appareat, nam alias sine huiusmodi probationibus, & requisitis, ac circumstantijs non essent prædicta recipienda.

Præ-

Præsuppoſita autem fuerunt. Primum quod Caſtellinus ſoluit Odoardo eius ſororio ſcuta 15. millia non ſe ſponte offerendo, ſed ab eodem Odoardo requiſitus, † & vt ei rem gratam faceret, cumque à maiori intereſſe liberaret. Secundum quod iſte contractus fuit celebratus de conſilio Theologorum, & præſetim Patris Viperæ è Societate Ieſu Theologi famoſi, qui conſultus in ſpecie de tali contractu antequam celebraretur, reſpondit, quod licite fieri poterat, cum Caſtellinus eaſdem pecunias in cambijs inueſtitas, & implicatas retineret. Tertium quod Odoardus ſuſtinebat intereſſe cãbiorum ne dum pro ſumma ſcut. 15. mil. ſed etiam multo maiori, à quo per huiuſmodi contractum fuit liberatus. † Quartum quod ipſe Caſtellinus erat ſolitus ſuas pecunias negotiari, eaſque ſuper cambijs retinere. Quintum quod in Ciuitate Ianuæ tam de tempore contractus, quam ante, & poſt occaſiones erant, & fuerant promptæ, & paratæ retinendi ſuper cambijs ne dum ſcut. 15. mill. ſed multo maiores ſummæ. Sextum quod intereſſe cambiorum ad rationem *6.* & 8. in Ciuitate Ianuæ de eo tempore reputabatur pro intereſſe probabili, & veriſimili, & quaſi certo. † Septimum, quod in d. Ciuitate Ianuæ ſolitum erat accipere pecunias ad intereſſe ad rationem ſex pro centenario, & anno ad effectum illas dandi ad cambium. Octauum, quod Caſtellinus erat vir bonæ conditionis, & famæ, non ſolitus fenerari. Nonum † quod Caſtellinus de tempore contractus non ſolum iſta ſcut. 15. mil. ſed etiam maiorem ſummã retinebat actu ſuper cambijs cũ Nigronis, & Pinellis, vnde leuauit ſcut. 15. mil. eaque Odoardo conſignauit. Decimum quod cambia cum Nigrone, & Pinello inita erant contractus ita ſecuri, ſicuti contractus cum Odoardo, & ſocijs. † Vndecimum quod in Ciuitate Ianuæ anno 1590. vſque ad annum 1593. incluſiue, & ſic de tempore contractus, cambia exceſſerunt ſcuta ſex pro centenario, & quod lucrum cambiorum, quæ fuiſſent vera, & realia paſſim fuit calculatum ad ſcuta octo pro cẽtenario, licet enim cambia non fuerint vniformia, tamen exceſſerunt ſcuta ſex, quamuis exceſſus non fuerit conformis.

30 31 32 33 34

Quibus addendum eſt in *eadem cauſa Ianuen. pecuniaria 15. aprilis. 1611. coram eodem Card. Lancellotto* fuiſſe etiam concluſum, quod non potuerit dici de inualiditate inſtrumenti facti circa conſignationem pecuniarum, de quibus agebatur; † Nam aſſertio notarij, de qua in d. inſtrumento, bene poterat verificari per cedulam, cum nullum verbum contineat, quod pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter ſolutæ, aut quod illa contrahentes ad ſe traxerint, & ſic non includitur de neceſſitate illas fuiſſe in eo actu ſolutas, prout vere non fuerunt numeratæ tempore celebrationis inſtrumenti, ſed mediante cedula, vt concludenter probatur ex teſtibus vtriuſque partis, & ex alijs adductis *in d. deciſione* pro verificanda huiuſmodi facti ſerie:

35

Quare ceſſabat obiectum, quod deducebatur ex verbis inſtrumenti, ex quibus probatur vera numeratio, † iuxta notata per *Bart. & Bald. in l. ex cautione. C. de non num. pecun.* & iuxta *deciſ. coram R. P. D. Decano Bononien. cenſus. 15. februarij.* 1599. Etenim quamuis verba inſtrumenti poſſint recipere interpretationem, vt importent realem numerationem, quando ageretur de validitate actus, † vel ad euitandam falſitatem, prout loquuntur iura ſupra adducta, tamen non important numerationem ita per neceſſe, vt pro concordia cum teſtibus diſponentibus de ſolutione per cedulam, non poſsit verificari etiam in cedula mercatoris, quæ dicitur continere † veram ſolutionem, & conſignationem, ita vt notarius atteſtans de ſolutione, intellexerit de conſignatione d. cedulæ bancariæ, quaſi talis conſignatio ſit vera ſolutio, † & vim illius habeat *Put. deciſ. 163. lib. 1. Rot. coram Cardin. Pamphilio Beneuentana cenſus 29. martij. 1593. & coram R. P. D. Iuſto Romana fructuum cenſus. 9. aprilis. 1601. poſt Bart. in l. ſolutionis. n. 1. de ſolution.* Præſertim quia notarius non dixit, † quod pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter ſolutæ, vel quod aliquis illas ad ſe traxerit, prout dixiſſet, ſi realiter tũc numeratio pecuniarum interueniſſet, † quaſi ad effectum, vt probari poſsit numeratio per verba inſtrumenti, illa debeant hoc importare ex neceſsitate, alias non eſſet probata talis numeratio *Bart. in l. ſi ex cautione. n. 1. verſ. tu aduerte. C. de non num. pecun.*

36 37 38 39 40 41

Et cum notarius incipiat à confeſsione receptionis per illa verba confitentur, & recognouerunt, & recognoſcunt recepiſſe &c. † alia verba ſubſequentia prout cum effectu receperunt poſſunt referri ad d. confeſsionem *Bald. in d. l. ex cautione. q. 4. n. 8. C. de non num pecun.* Prout etiam ad d. confeſsionem poſſunt referri alia verba ad præſentiam mei notarij, & teſtium &c. vt ſit ſenſus quod in præſentia notarij probetur facta confeſsio, non autem numeratio pecuniarum, de qua nulla fuit facta mentio per eundem notarium, vt declarat *Rota in d. Ianuen. pecuniaria 15. aprilis. 1611. verſ. quinimmo.*

42

Ex quibus non obſtant deciſiones, quæ in contrarium poſſent adduci; † Quia in illis, nec per teſtes, nec per alias probationes conſtabat, quod ſolutio fuiſſet facta mediante cedula, & aderant verba, quæ per neceſſe concludebant veram numerationem, vt in caſu *deciſ. Aſſiſien. coram R. P. D. Coccino.* † Vbi fuit poſita illa clauſula incontanti, & ad ſe traxerunt, Prout etiam idem erat in caſu *deciſionis Bononien. cenſus 15. februarij. 1599. coram R. P. D. Decano.* † Vbi aderant verba manualiter ſoluit, & fuit addita clauſula ceterata, quæ iuxta formularium Bononienſe, quando extenditur, inter alia continet etiam verba ad ſe trahens &c. ita vt de neceſsitate importarent in illo actu veram numerationem, quorum

43 44 45

rum nullum aderat in casu d. instrumenti, de quo agebatur.

Et facit etiam præfata constitutio *Pij V.* super censibus, quæ licet requirat veram, & realem 46 numerationem, † tamen illi est satisfactum per ditionem cedulæ, vt per *Rot. coram Card. Pdobilio Beneuentana census 29. martij.* 1593. Quasi illa habeat vim solutionis *Bart. in l. solutionis. n. 1. de solut. Put. decis. 163. lib. 1. cum alijs supra allegatis.*

EPITOME.

DEbitor offerens debitum creditori nolenti recipere, quando liberetur, si res oblata perdatur. ¶ Et quid si fuerit solutum creditori cred toris, & d. bitor nolit habere ratū. ¶ Acceptatio litterarum pro honore scribentis quid operetur. ¶ Et qualis in hoc sit obseruantia mercatorum. ¶ Per solutionem determinatam, quando excludatur electio soluentis, ita vt non debeat attēdi causa leuior, vel antiquior. ¶ Acceptans litteras sub protestu an debeat sub tali protestu soluere ad hoc, vt sibi non præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Per solutionem determinatam excluditur electio soluentis in casum per eum declarandum, neque tunc attenditur, quæ causa sit leuior, vel antiquior. n. 2. & 12.*

3 *Acceptatio litterarum non solum inducit declarationem in quam causam cedant pecuniæ soluendæ, sed etiam obligationem, ita vt soluens non possit postea in actu solutionis declarare in aliam causam soluisse.*

4 *Acceptans litteras sub protestu an etiam debeat soluere sub protestu.*

5 *Solutio facta ab extraneo quando liberet soluentem, & acquiratur contra debitorem actio negotiorum gestorum.*

6 *Acceptatio litterarum pro honore scribentis, quando habeat locum, & quid seruetur de stylo mercatorum. n. 7. & 8.*

9 *Debitor offerens debitum creditori nolenti recipere an liberetur, si res oblata perdatur, et quid si fuerit solutum creditori creditoris, & debitor non velit habere ratum, vel si adsit contradictio. n. 10. & 11.*

CAPVT CCCLXXXVIII.

SOlutionem, de qua agimus, d xi non potuisse cedere nisi in causam, & extinctionem apochæ vbi D. Razzius erat obligatus sub nomine generico non autem alterius apochę, pro qua idem Razzius nomine proprio tenebatur; Cum enim fuerit actum vigore illius apochæ generalis, & similiter reportata quietatio illi conformis, videlicet de receptis à Luna, & socijs, non autem de habitis à Luna, & Razzio, 1 sequitur esse factam † solutionem determinatā, per quam excluditur electio soluentis in casum per eum declarandum, cum huiusmodi electio procedat, quando actus, qui celebratur, est ambiguus, & habilis ad duplicem sensum; tunc enim interpretamur secundum mentem declarantis, secus quando, prout in casu nostro, actus qui geritur est certus, & determinatus *Ang. in l. iurisgentium. §. quod fere. in princ. ff. de pact. Innoc in c. cum m. 9. n. 5. in fin. de constit. Bart. in l. non solum. §. morte. n. 18. in fin. ff. de nou. oper. nunciat.* & in proposito *Rot. Genuens. decis.* 2 *6 n. 11. & 12.* † Quasi tunc propter consensum soluentis non attendatur quæ causa sit leuior, vel antiquior *Castr. in l. vn fin. vers. sed & tertio et vltimo & vers. & sic adhuc videtur etiam. n. 9. ff. de solut.*

Amplius quamuis litteræ cambij fuerint acceptatæ à Luna, & socijs, & solutæ à Razzio, tamen cessat præsumptio, quod d. Razzius voluerit potius extinguere apocham, in qua erat no-3 minatim obligatus, quam aliam, † etenim per d. acceptationem litterarum, non solum est inducta declaratio, in quam causam cederent pecuniæ soluendæ, & sic in causam d. ordinis, & litterarum, sed etiam inducitur obligatio, ita vt soluens non possit postea in actu solutionis declarare in aliam causam soluisse, quia huiusmodi declaratio tenderet contra acceptationem litterarum, quasi tunc acceptatio inducat necessitatem soluendi in illam causam, non in aliam, † Adeo vt acceptatis etiam 4 litteris sub protestu, fieri etiam debeat solutio sub protestu, quasi considerentur duo actus distincti acceptationis, & solutionis, quo casu protestatio præcedens non extenditur ad actum sequentem, quamuis etiam simus in actibus dependentibus à mera voluntate, cum præsertim iam protestatio fuerit operata effectum suum circa actum protestationis, & aliud est acceptari super protestum, & aliud est nolle soluere nisi super protestum, vnde non mirum si non trahitur ad actum solutionis postea simpliciter factum, vt late declarat *Rot. Genuens. decis. 6. n. 2. 3. & 17. post Bart. in l. qui aliena. §. fin. de acquir. hæredit. Felin. in c. cum m. ferrarien. n. 68. & 70. in fin. de constitut.* & ibi *Rip.* de communi *n. 101.*

Immo licet fuisset facta solutio à Razzio tan-5 quam extraneo, & non socio, † Tamen illa valeret, & per talem solutionem liberaretur debitor, quamuis inuitus, & ignorans, acquirendo contra eum actionem negotiorum gestorum *l. soluendo. 41. vbi Gloss. in verb. eum. Bart. & Ang. in princip. ff. de negot. gest. l. solutionum. & l. si pro me. ff. de solut. l. 1. §. penult. in fin. de exercit. act. Honded. cons. 19. n. 8. lib. 1.*

6 Prout etiam est communis stylus, & consuetudo Mercatorum, quod vnusquisque potest soluere litteras cambij etiam ei non directas pro honore scribentis, & soluendo acquirit actionem, & habet obligatum illum, qui scripsit, & idem potest facere ille, cui directæ sunt litteræ, scilicet acceptando litteras sub

sub protestu, quod est dicere nolo acceptare mandatum, sed tanquam tertius pro honore litterarum soluere, & habere obligatum scri-
9 bentem, † nam ex eo quod ei diriguntur litteræ, quas non acceptat, non tollitur facultas, vt non possit tanquam tertius soluere pro scribente, & eum liberando acquirere actionem, prout de huiusmodi stylo conformi iuri communi testatur *Rot.Genuens.decis.6.n.7.& 8. & decis.135.n.1.*

Quo stante non aduersatur prętensam solutionem
8 fuisse factam in honorem litterarum; † Quia de hoc non constat, & quamuis appareret, non fuit facta protestatio, vt requiritur in acceptatione, & solutione, ita vt post eam non admittatur aliqua declaratio, sed sit inducta obligatio *Rot. Genuens.d.decis.6.n.7.& 8.*

Nob obstat *l.si opera.6.de dol. mal.& met except. & l. solutum.11.§ solutam.de pignor.act.* Quia
9 ibi solum deciditur, † quod si debitor offerat debitum creditori, qui noluit recipere, & d. res oblata perdatur, non poterit creditor iterum creditum suum petere, quia doli mali exceptione remouebitur, idem si solueret creditori cre-
10 ditoris, † & nolit habere ratum, nam si postea petat, eadem exceptio illi obstabit, cogitur enim habere ratum *l. pomponius.de neg. gest. l. soluendo. ff. eod. tit. l. si liber. de pignor. act.*
11 Quidquid † aliud sit, quando creditore præsente, & contradicente solutum esset eius creditori, tunc enim soluens non esset liberatus *l. inuito. C. de solut. l. si stichum. §. fin. de nouat.* & notat *Glos. in d. l. si opera. in verb. idem est. ff. de dol. mal. & met. except.* Non tamen ex hoc sequitur, quod solutio debeat cedere in causam
12 diuersam ab ea, † pro qua fuit facta, cum enim fuerit reportata quietatio conformis apochæ solidatæ, non admittitur alia declaratio, ex quo Razzius sequens bonā fidem Lunæ & DD. de Rottignis litteras cambij conformes apochæ soluit, & quietationem habuit, ita vt ex his colligatur consensus, quod in illam causam voluerit soluere, & non in aliam nulla præuia protestatione, quæ saltem requirebatur *Rot. Genuens. d. decis. 6. n. 2. & 17. cum alijs supra allegatis.*

EPITOME.

SEntentia ab vno lata, quando sit exequenda per iudicem alterius territorij. ¶ Et an requiratur pronunciatio, quod actor sit immittendus in possessionem bonorū vbicunque existentium. ¶ Et quid in citationibus, receptionibus testium, interlocutorijs, & similibus. ¶ Et an ab huiusmodi decreto licita sit appellatio. ¶ Statutum prohibens non vocari in ius aliquē extra suum dominium, quomodo intelligatur. ¶ Transferens domicilium, quando possit conueniri de contractibus factis in primo domicilio, & in loco contractus. ¶ Iudex generaliter decernendo immissionem, quo casu videatur, & possit decernere de bonis alterius territorij. ¶ In executione contractuum an exigantur litteræ requisitoriç iudicis, vel ipsum instrumentum habeatur pro litteris. ¶ Requisitus exequi sententiam alterius an debeat habere merum imperium, & territorium, & iurisdictionem in condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requisitus debet exequi sentētiam ab alio latam, & recusando tenetur parti ad interesse. Et an sit inquirenda nullitas, & iniustitia sententiæ. n. 21. Et quid in interlocutoria. n. 41. & 45.*
2 *Iudex quilibet potest exequi sententiam, etiam sine requisitione iudicis pronunciantis, quando illius executio petitur per actionem in factum, & rei iudicatæ. & n.4.*
3 *Actiones vbique possunt moueri.*
5 *Statutum concedens executionem cuicunque sententiæ an faciat, vt non requirantur litteræ requisitoriæ iudicis pronunciantis. Et de exceptionibus contra similia statuta. n.6.*
7 *Statutum prohibens non vocari aliquem in ius extra dominium suæ ciuitatis non habet locum in debitore conuento in loco contractus.*
8 *Contrahens ligatur statutis illius loci, in quo contraxit.*
9 *Rationes sunt reddendæ, vbi negotium est gestum.*
10 *Debitor conuentus in loco contractus, quamuis postea recedat non potest euitare iudicium cœptum, sed ibi causa est terminanda. & n.11.*
12 *Citatus legitime tenetur causam prosequi apud iudicem, coram quo fuit conuentus.*
13 *Transferens domicilium semper potest conueniri de contractibus factis in primo domicilio, & in ipso loco contractus. Fallit quando mutatur etiam status personæ cum mutatione fori. n.14.*
15 *Iudex requisitus exequi sententiam latā ab alio non tenetur executionem facere, nisi fuerit pronunciatum actorem immittendum esse in possessionem bonorum vbicunque existentium. Intellige vt n.23. & 34.*
16 *Executio præcepti facti per iudicem Florentiæ contra eum qui confessus est aliquod debitum coram eo non potest peti coram iudice Bononiæ nisi adsit clausula immissionis bonorum vbicunque existentium. Contrarium. n.17. & 18.*
19 *Iudex vnius iurisdictionis tenetur exequi citationes, receptiones testium, & similia tam in ciuilibus, quam in criminalibus. & n.47.*
20 *Iudex requisitus gerit vicem, & imaginem requirentis, & illi debet opem præstare, & inuicem vnus alium iuuare. & n.29.*
22 *Sententia lata per Auditores Sacræ Rotæ Romanæ habent maiorem præsumptionem iustitiæ.*
24 *Sententia non extenditur ad bona extra territorium iudicantis.*
25 *Immissio in possessionem est meri imperij, quod nemo habet extra territorium etiam inter consentientes.*

CAPVT CCCLXXXIX.

EXecutionem sententiæ, & rei iudicatæ, de qua agebamus, dixi esse concedendam, cũ præsupponatur adesse requisitionẽ iudicis pro-1 nunciantis, † quo casu iudex requisitus debet exequi sententiam illius, adeo vt recusando teneatur etiam parti ad interesse *Bart. in l. à diuo pio. §. sententiam. col. vlt. in princ. vers. sed quæro quod iudex. n.15. de re iudic. per tex. in l. properandum. §. fin autem reus. vers. siue per relationem. C. de iudic. l. cum vnus. 11. §. is qui possidere. vbi Glos. in verb. is qui. ff. de bon. auctor. iudic. possid.* late *Rebuff. de litter. rogator. glos. 2. n.6. cum seq. tom. 2. fol. 24.*

Quamuis neque ista requisitio esset necessaria, cũ 2 sine ea quilibet iudex posset exequi, † quando illius executio postularetur per actionem in factum, seu rei iudicatæ, quasi actiones possint 3 vbique moueri † *l. vlt. in fin. C. de præscript. long temp.* Quidquid aliud sit quando peteretur executio per officium iudicis, nam tunc re-4 quirerentur litteræ requisitoriæ, † prout est cõmunis distinctio Doctorum *in l. à diuo pio. §. sententiam. vbi Bart. n.1. ad med. Alex. col.3. in princ. n.5. Ias. n.4. de re iudic. Felin. in c. postulasti. 14. col. 5. ad med. vers. secunda conclusio. n.11. de for. compet. Surd. consil. 204. n.6. in princ. lib. 2. Cagnol. in l. cum quadam puella. col. 11. ad med. vers. tertio limita. n.33. de iurisd. omn. iudic. Specul. de execut. sent. §. nunc dicendum. n.14. Felin. in c. postulasti. n.11. de for. compet. Dec. in l. fin. col. 14. in princ. n.31. vers. & quod dicitur de litteris. C. de edict. diu. adrian. tollend. Ias. in l. properandum. §. fin autem reus. n.3. C. de iudic.*

Maxime quia in ciuitate, de qua agimus, adest statutum, quod executionem tribuit cuicunque 5 sententiæ † vbicunque sit lata, ita vt ex hoc neque requirantur litteræ requisitoriæ iudicis, qui eam pronunciauit, vt in specie mentionem facit d. d. statuto *Surd. consil. 204. n.8. vers. tertio* 6 *respondeo. lib. 2.* † Et circa huiusmodi statutum, & de exceptionibus, quæ contra illud possunt opponi, & de alijs ad illud pertinentibus *Rot. Gen. per Chartar. decis. 58. per tot.*

Neque obstat statutum eiusdem ciuitatis 19. *lib. 3.* de nõ vocando aliquem in ius extra dominium d. Ciuitatis in alienis curijs; Quia ex eodem statuto in fine limitantur prædicta, quando ci-7 ues Ianuenses, † prout in casu nostro, sunt extra dominium, & pro negotiationibus, & similibus gestis in alijs ciuitatibus conueniuntur coram iudicibus illarum, quod quamuis non fuisse expressum, tamen d. statutum debebat recipere talem interpretationem de iure communi, secundum quod debitor est conueniendus in loco contractus *c. fin. de for. compet. l. plerunque. de iur. dot. l. iuris ordinem. C. de iurisd. omn. iud. Specul. de compet. iudic. adit. §. 1. col. penult. in princ. vers. sed quid si debitor tem-* 8 *pore contractus. n.13.* † Ita vt ligetur statutis, & consuetudinibus illius loci *l. 2. ff. quemadmod. testam. aperiant. l. si fundus. de euiction. Cuman. consil. 141. col. 3. in fin. Rimin. Sen. consil. 364. n.12. lib. 2. Bald. consil. 461. n.2. lib. 1.* & notant omnes *in l. cunctos populos. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Felin. in c. 1. col. penult. in princ. de sponsalib. Rot. Genuens. decis. 26. n.7.*

Maxime cum simus in negotio exactionis, & redditionis rationis computorum, & societatis, 9 quod † tanquam gestum in vrbe ibi erat iudicium faciendum, & debitor conueniendus *l. 1. C. vbi de ratiocin. ag. opert. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. Rot. Genuens. decis. 161. ante n.1.* cum alijs per *Francisc. Munnoz. de ratiocin. administrat. c.7. n.2.*

Nec aduersatur quod in eodem statuto in fine disponatur, quod quando Ciues Ianuenses existunt in dominio, non possint conueniri nisi se-10 cundum formam dictorum statutorum † Quia cum ibi permittatur, quod pro negotijs gestis extra dominiũ possit Ciuis Ianuensis alibi conueniri, sufficit quod tempore quo conuenitur fuerit extra dominium, quamuis postea recedat, Nam alias ista permissio redderetur frustratoria, debitor enim post iudicium cœptum, & conclusum in causa posset recedere, & Genuam reuerti, & sic eludere creditorem, & statuentes, quorũ mens fuit, vt ratione contractuũ gestorum extra territorium Ianuense possit agi coram competentibus iudicibus illius loci, in 11 quo fuit contractũ; † Quia statim quod ex parte actoris

actoris per solam citationem Iudex eligitur, vel ex parte rei nô contradicitur, quod coram vno conueniatur, non debet dari amplius arbitrium recedendi, & euitandi talem Iudicem, sed debet causa ibi terminari, ne sequatur absurdû quod sit in arbitrio rei à iudicio cepto, & recte inchoato recedere *Bald. in auth. habita. col. 8. post med. vers. tertio dubitatur. n. 35. C. ne fil. pro patr. per tex. in l. non vtique. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. l. huiusmodi. §. Stichum. de legat. 1.*

Et generale est quod legitime citatus tenetur apud Iudicem, coram quo fuit citatus, causam 12 prosequi, † quamuis post talem citationem mutauerit forum *Abb. in c. proposuisti. 19. in princ. & ibi Felin. n. 1. de for. compet.* Cû etiam trans- 13 ferens domicilium † semper possit conueniri. de contractibus factis in primo domicilio in ipso loco côtractus *Specul. de compet. iudic. adit. §. generaliter. col. penult. in princ. vers. quid si debitor tempore contractus habet. n. 33. Card. in clem. pastoralis. §. denique. col. penult. in princ. vers. tertio quaero. n. 6. de re iudic.* Maxime quâdo, vna cum mutatione fori, non mutatur status 14 personæ, prout in casu nostro, † quidquid posset dubitari, si mutaretur etiam status, puta si laicus post contractum à se celebratum efficeretur clericus, tunc enim non posset conueniri ratione contractus præcedentis corã seculari secundum distinctionum *Iacob. Butr. in l. quisquis. n. 2. C. de episc. & cleric.* quem refert, & sequitur *Felin. in c. proposuisti. n. 1. vers. intellige hoc procedere de for. côpet. Bald. in c. 1. col. 1. ad fin. vers. sed an ratione clericatus. n. 3. de milit. vassall. qui arm. bellic. depon. & in auth. causa quæ. n. 1. vers. sed hic est vlterius. & ibi Cyn. col. penul. in fin. vers. vltimo nota. n. 6. C. de episcop. & cler.*

Minus obstat, quod quamuis Iudex requisitus exequi sententiam latam ab alio teneatur exequi, 15 Tamen intelligitur dummodo in sententia fuerit pronunciatum actorem mittendum esse in possessionem rerum vbicumque positarum, quia alias non posset fieri talis executio, & ideo debet seruari d. forma pronunciationis, licet enim Doctores communiter concludant sufficere litteras requisitorias, tamen debent intelligi seruato d. ordine iuris, Ita in specie declarat *Bald. cons. 450. lib. 2. alias est cons. 156. quidã in terra. ad med. vers. onde nô sufficiunt. & ad fin. vers.* 16 *& ideo in quæstione ista dico. lib. 5.* † vbi ex hoc concludit quod coram Iudice Bononiæ non potest peti executio præcepti facti per Iudicem Florentiæ contra eum, qui confessus est aliquod debitum coram eo, nisi in d. præcepto adsint illa verba immissionis in possessionem bonorum vbicumque existentium.

Quia contrarium eius, quod consuluit *Bald.* voluit in specie d. confessionis *Cyn.* post *Iacob. de Arm.* & alios per eum allegatos *in l. vnic. col.* 17 *5. ad med. q. 10. C. de confess.* † vbi solum requirit requisitionem Iudicis, ad hoc vt tale præceptû possit exequi per alium diuersi territorij contra confessum, absque eo quod adsit clausula immissionis in possessionem, iuxta receptam Doctorum sententiam, quæ solum in huiusmodi casibus exigit litteras requisitorias, prout etiã de hac cômuni opinione testatur ipsemet *Bald. in d. cons. 156. in fin.* Vnde eius opinio non potest subsistere, quia alias nulla sententia posset executioni demãdari per Iudicem alterius ter- 18 ritorij, † nisi illa quæ contineret istam immissionem in possessionem, quod est absurdum, cû diuersæ sint pronunciationes Iudicû, prout sunt diuersa negotia, quæ per eos definiûtur, & omnia iura generaliter disponût, quod iudex vnius iurisdictionis teneatur exequi non solum sen- 19 tentiam alterius, sed etiam citationes, † receptiones testium, & similia tam in criminalibus, quam in ciuilibus *Socin. cons. 167. non inutilis. col. 8. ad med. vers. præterea seruari debent. n. 20. q. 3. in fin. lib. 2. post. Doctor. in clem. pastoralis. §. verum. vbi Vitalin. n. 16. de re iudic. Bart. in l. 1. §. 1. de requir. reis. Rebuff. de litter. requisitor. seu rogator. in præfat. n. 1. 25. & 29. Marsil. cons. 89. n. 7. & sing. 138. post Specul. de execut. sentent. §. nunc dicendum est. col. penult. ad fin. vers. quid autẽ dicunt. n. 14. Ias. in l. properandum. §. sin autem reus. n. 2. vbi Castr. n. 4. C. de iudic. & in l. à diuo pio. §. 1. de re iudic. Clar. in prax. q. 96. in fin. vers. sed hoc intellige. n. 9. Auff. ad decis. capell. Tholos. 411.*

Et quidem debet sufficere sola requisitio pronunciantis, quia tunc talis requisitus gerit vicem, 20 & imaginem requirentis, † cui tenetur præstare auxilium, & inuicem vnus alterum debet iuuare *l. diuus. de tutor. & curator. dat. ab his. §. si vero quis comprehensarum. auth. vt null. iudic. l. in. nomine domini. C. de offic. præfect. prætor. aphric. l. titium. §. tutores. de administr. tutor.* 21 Itaut neque debeat inquiri † an sententia Iudicis requirentis sit iusta, vel iniusta *Innoc. in c. 1. n. 2. post med. vers. nec est eius. de offic. ordin. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 1. in fin. n. 10. vers. sed & si iudex ordinarius. Card. in clem. 1. §. eorumdem. in fin. n. 5. q. 5. vers. nec cognoscere. de for.* 22 *compet.* † cum distinctionibus tamen, quas adduxi supra *c. 146.* Maxime, quia sumus in sententijs latis per Auditores sacræ Rotæ Romanæ, pro quarum iustitia magis præsumitur ob excellentiam illius tribunalis *Surd.* qui alios adducit *cons. 403. in fin. n. 84. lib. 3.*

Præterea obseruandum est, quod *Bald.* loquitur in decreto immissionis in possessionem bonorum 23 iuxta dispositionem *tex. in c. romana. §. contrahentes. de for. compet.* Tunc enim si bona nô sunt in territorio Iudicis pronunciantis, non sufficit, vt pronunciet actorem esse immittendum in possessionem in bonis, sed debet addere in bonis vbicumque sitis, ad hoc vt talis sententia extendatur ad bona extra territorium iudicã- 24 tis, † nam alias ad illa non extenderetur, Ita declarat *Idem Bald. in l. fin. col. penult. in princ. vers. septimo principaliter quæritur. n. 46. C. de* 25 *edict. diu. adr. toll.* † Vbi quod corporalis missio in possessionem est meri imperij, quod nemo habet extra territorium etiam inter côsentientes, quia territorium suis finibus clauditur, &

finium

26 finium latitudo est facti, † & mensura non animo constat *l. in agris limitatis. de acquir. rer. domin. l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier.* Poterit tamen fieri pronũciatio de immittendo per Iudicem, quæ si fiat cum legitimo contradictore erit facienda ad litteras pronunciantis, & inter

27 partes faciet ius, † cum iura suum vigorem extendant vbique *l. cum vnus. §. is qui ff. de bon. auctor. iudic. possid.* Absque litteris autem fieri non posset, quia de alieno processu quis non de-

28 bet se intromittere † nisi rogatus, seu requisitus, vt notatur *l. cum quadam puella. de iurisd.*

29 *omn. iudic.* † Cum autem fuerit requisitus poterit, quia imaginem illius gerit *Bald. in d. l.*

30 *fin. n. 46.* † vbi subdit istam pronunciationem esse priuilegiatam, vt ab ea non appelletur, si autem pronunciatio fieret leuato capite, quia

31 nemo contradicit, † non potest qui non discussit mandare aliquid alteri Iudici argumẽto notatorum per *Innoc. in c. solet. in fin. de senten.*

32 *excommunic.* † In executione autem contractuum nõ exigerentur aliæ litteræ nisi partium,

33 & ipsum instrumentum habetur pro † litteris *Bart. in l. à diuo pio. §. 1. de re iudic. Cyn. in l. vnic. C. de confess.*

Et hoc etiam notat *Host. in c. postulanti. post prin. vers. hodie vero est declaratum. de for. compet.*

34 Vbi quod Iudex potest decernere talem esse immittendum in possessionem, etiam illorum bonorum, quæ non subsunt ipsi decernenti, & tunc Iudex, cui subsunt, ad suam denunciationem debet exequi iuxta. *d. c. romana. §. contrahentes. de for. compet.*

Istud etiam sequitur *Io. Andr. in d. §. contrahen-*

35 *tes. col. 3. in fin. vers. solutio generaliter* † vbi etiã quod Iudex generaliter decernendo immissionem videtur solũ decernere de bonis in suo territorio constitutis, secus quando specialiter decernit de bonis extra suum territorium, quia tunc potest decernere, licet non præcipere, aut exequi, vt *in c. postulasti. de for. compet.*

Idem sequendo *Io. Andr.* concludit *Franc. in d. §.*

36 *contrahentes. n. 3. in 5. notab.* † vbi quod Iudex debet facere expressam mentionem de bonis extra suum territorium, quia si generaliter decerneret aduersarium mittendum esse in possessionem bonorum intelligeretur solum de bonis sui territorij *l. cum vnus §. penult. ff. de bon. auctor. iudic. possid.*

Quod etiam voluit *Io. Monac. in d. §. contrahentes in fin. vers. solutio generaliter decernendo. ante*

37 *n. 16.* † Vbi etiam ita declarat *d. l. si vnus. §. penult.* prout quoque exponit *Gemin. in d. §. contrahentes. col. 1. in fin. vers. oppono secundo. n. 6. ad med.*

Ita etiam concludit *Bart. in d. l. si vnus. §. penult. quod incip. is qui possidere. n. 1. de bon. auctorit.*

38 *iud. possid.* † Vbi quod prouidebitur actori, si reus nihil possidet in territorio, vt Iudex pronunciet expresse creditorem immittendum in bona etiam quæ sunt in alterius territorio, & tunc ille Iudex, in cuius territorio sunt, exequetur iuxta *l. à diuo pio. §. 1. de re iudic. & d. §. contrahentes.* Et sic non obstabit *l. magis puto §. il-*

39 *lud. de reb. eorum.* † Quia bene potest interponi decretum de rebus, quæ non sunt in territorio ratione personæ subiectæ, nõ tamen poterit fieri executio facti *Bart. in d. §. penult. n. 1. in fin. vers. nec obstat.* & ita etiam intelligitur *Abb. in c. postulasti. col. 4. ante med. n. 6. vers. & pro hoc. de for. compet.* vbi adducit *d. l. magis puto.*

Prædicta etiam approbat *Ang. in d. l. cum vnus. §.*

40 *penult. de bon. auctor. iud. possid.* † vbi quod decretum de immittendo simpliciter interpositũ non porrigitur ad bona sita extra territorium

41 immittentis, † Exemplo publicationis bonorum factæ principaliter, in qua non veniunt bona situata extra terra territorium publicantis, intelligendo dummodo publicatio bonorum non veniret accessorie, tũc enim sententia agit principaliter in personam subditam iudicanti, & iuris censura agit in bona *l. magis puto. §. illud quæri. ff. de reb. cor. l. propter litem. § licet. de excusat. tutor.* cum multis, de quibus per *Bart. & alios. in l. cunctos populos. C. de summ. trinit. & fide. cathol. Ang. in d. §. penult.* vbi etiam. *n. 4.* subdit esse menti tenendum, quod sicut ad litteras iudicãtis definitiue debet fieri executio per Iudicem alterius territorij, in quo bona consistunt, ita etiam debet fieri executio interlocutoriæ, cum adsit eadem ratio argumento *l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudic.*

Quibus adde *Anchar.* idem sequentẽ *in d. §. con-*

42 *trahentes. in 2. opposit. n. 5.* † vbi approbat distinctionem supra allegatam, quod Iudex generaliter decernendo immissionem videtur solũ restringere se ad bona sui territorij, secus quando specialiter disponit super alijs bonis, quia hoc potest facere non præcipiendo, neque exequendo, sed solum decernendo, prout etiam ratione personæ sibi subiectæ interponit decretũ super bonis alibi sitis *d. l. magis puto. Innoc. in*

43 *c. pastoralis. de priuileg.* † Maximè quando dispositio non fit in personam alterius, quia tunc non posset directò egredi locum iudicis disponentis *l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relegat.* si enim fiat in fauorem alicuius, quamuis alius damnum sentiat, valebit dispositio

44 tio etiam extra locum, † vt in Iudice interdicẽte bonis prodigo, tale enim interdictum tamquam fauorabile extẽditur ad bona vbicunque sita *l. 1. C. de emancipat. lib. Bart. in d. §. interdicere. Anchar. in d. §. contrahentes. n. 5.*

Et de ista immissione loquitur etiã *Castr. in l. properandum. §. fin autem reus. n. 4. C. de iudic.* vbi

45 extendit † quando fit immissio ex primo decreto, & sic in interlocutoria, si enim bona non sunt in territorio iudicis pronunciantis, tunc pronuncians dicit, vt mittatur actor in possessionem bonorum vbicunque sitorum, & scribit iudici, in cuius iurisdictione bona sunt, quod sententiam interlocutoriam exequatur vt *c. in romana. §. contrahentes. de for. compet.*

Prout etiam de eadem immissione tractat *Rebuff. de litter. requisitor. seu rogator. in præfat. n. 24.*

46 vbi simpliciter refert † *Bald. d. cons. 156. lib. 5.*

& am-

& ampliat ad sententias, citationes, & examen testium, & alios actus, qui non possunt fieri per

47 Iudicem vnius territorij, † tunc enim requiritur alius, vt illos expediat, siue simus in causis magnis, siue paruis, quia est eadem ratio *Vital. in clem. pastoralis. §. verum. de re iudic. Doctor. in l. iudices. & in auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum. Bart. & aly. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. Socin. cons. 167. non inutilis. q. 3. in fin. lib. 2.*

Quemadmodum etiam istius immissionis meminit *Menoc. de acquir. possess. rem. 4. n. 404. cum seq.* vbi tamẽ requirit, † quod post pronũciationem factam à Iudice, quando conceduntur litteræ ad eum, in cuius loco bona sita sunt, opus sit, vt Iudex talis territorij habeat mixtum im-

48

49 perium, † Vnde non possent concedi huiusmodi litteræ Consulibus mercatorum, neque Rectoribus scholarium, nec Archidiaconis, qui non habẽt territorium, nec mixtum imperium *Bal. in auth. & qui. n. 12. C. de bon. auctor. iudic. possid. Ias. in l. iubere. n. 19. vbi Purpur. n. 24. de iurisdict. omn. iudic.* Cum etiam requiratur,

50 quod ille, † cui scribitur, sit Iudex condemnati aut ratione domicilij, aut rei sitæ, vel originis, seu alio modo, cum alias tales litteræ non facerent eum Iudicem *Rebuff. de litter. requisitor. seu rogator. in præfat. n. 31. post Hercul. in l. à diuo pio. §. 1. col. 6. de re iudic.* † Iudex enim remit-

51 tendo non potest facere iudicem, qui non est, sicut priuatorum consensus non facit Iudicem eum, qui nulli iurisdictioni præest *l. priuatorum. de iurisd. omn. iud.*

EPITOME.

Statutum contra emptorem quando habeat locum in venditore. ¶ Et priuilegium concessum clericis quo casu trahatur ad laicos. ¶ Gabella imposita emptori vini an comprehendat venditorem, & tollat immunitatem ecclesiasticam, & præiudicet Clericis. ¶ Et an in hoc obseruantia iuuet. ¶ Et vtilitas publica aliquid operetur. ¶ Conditionem meliorem quando quis possit facere in aliorum præiudicium.

SVMMARIVM.

1 ***Gabella imposita emptori vini quando comprehendat venditorem, & tollat immunitatẽ ecclesiasticam, & obsit clericis. n. 5. 6. 16. 24. & 25.***

2 ***Statutum contra emptorem habet locum in venditore.***

3 ***Exemptio concessa venditori iuuat emptorem, & de ratione. n. 4. Intellige. vt n. 10.***

7 ***Priuilegium cõcessum clericis quando trahatur ad laicos ratione coniunctionis. Et quid si sit personale. n. 11. & 12.***

8 ***Emptor ratione oneris gabellæ minus emit, & n. 15.***

9 ***Saecularis non potest indirectè imponere gabellam super fructibus, & bonis clericorum exigendo ab illis, qui emunt à Clericis.***

13 ***Conditionem suam meliorem quando quis possit facere in aliorum præiudicium. & n. 14.***

17 ***Vtilitas publica nõ facit, vt possit imponi gabella absque auctoritate summi Pontificis.***

18 ***Causa necessitatis imponendi gabellam est cognoscenda per Episcopum cum Clero.***

19 ***Clerici debent contribuere solum in subsidium quando facultates laicorum non sufficiunt in gabella imposita pro vtilitate publica.***

20 ***Episcopus debet defendere clericos, ne grauentur in gabellis procedendo etiam ad excommunicationem. n. 21.***

22 ***Obseruantia non iuuat circa solutionem gabellæ factam per clericos.***

23 ***Imponentes gabellas habet mentem implicitam quo ad propria commoda, & dãna Ecclesiarũ.***

CAPVT CCCLXXXX.

Nihil referre Dixi, quod Gabella, de qua agimus, non fuerit imposita super vino,

1 aut venditori vini, † sed solum emptori, qui ad onus huiusmodi gabellæ tenebitur, non autem illud spectabit ad venditorem, Etenim idem effectus resultat, non secus ac si dicta gabella fuisset imposita venditori, cum vendẽs, & emẽs sint correlatiui, & statutum contra emptorem

2 comprehendat etiam venditorem, † & econtra *Castr. cons. 289. præsens dubium. col. 1. in fin. vers. & ego alias. lib. 1. Rot. coram Card. Seraph. Camerinen. prædij. 10. nouembris. 1597.* & multa similia adducit *Menoch. cons. 136. n. 10. & 11. lib. 2.* dixi *supra c. 26. n. 13.*

Ideo exemptio concessa venditori iuuat emptorẽ *Felin. in probem. decretal. in verb. gregorius. n.*

3 *6. Gemin. in c. 1. col. 2. vers. fallit secundo.* † *de temporib. ordinat. in 6. Dec. cons. 48. mature ac diligenter. col. 3. in fin. vers. tertio principaliter. et in*

4 *l. 1. n. 7. col. 2. ad med. C. de in ius vocand.* † vbi dat rationem, quia tractatur de eodẽ actu *Nell. de bannit. in 2. part. 2. tempor. q. 40.* Et in specie

5 gabellæ, de qua agimus, ita concludit † *Bald. cons. 31. statuto ciuitatis astensis. post med. vers. solutio prima facie. lib. 2.* vbi quod huiusmodi ordinationes, & statuta tollunt per indirectum immunitatem ecclesiasticam, quando enim onus gabellæ est annexum contractui, tanto mi-

6 nus ecclesia † & clerici vendunt eorum fructus quantum est illud onus gabellæ *l. si venditor. ff. de seru. exportand.* quod etiam sequendo *Bald.* voluit *Surd. cõs. 301. n. 80. lib. 3.* vbi quod priuilegium concessum Ecclesiæ trahitur ad alios,

7 quando ipsi Ecclesiæ nõ prodesset, † nisi ad eos traheretur, & sic quando vtilitas ecclesiæ est connexa cum facto alterius, immunitas ecclesiæ etiam extenditur ad alium, prout in casu nostro, in quo ecclesia damnum sentiret, quia vilius venderet, Cum etiam ratione coniunctionis gaudeat quis beneficio, quo alias non gauderet *Ias. in l. si emãcipati. n. 3. cum seq. C. de col. lat. Natt. cons. 590. col. fi.* Idem etiam concludit *Rimin. Iun. cons. 724. n. 48. & 49. lib. 6.* vbi alle-

8 gat *Aleiat. cons. 216. n. 7.* † Et adducit dictam ratio-

rationem, quia tanto minus emptores emerent ob causam oneris gabellæ, & per consequens euacuaretur priuilegium, & immunitas concessa clericis venditoribus *Menoch.con.136. per tot. lib.2.*

Et quemadmodum directe non potest Princeps sæcularis imponere onus, & gabellam super fructibus, & bonis clericorū, 9 † ita neque per indirectum poterit hoc facere exigendo ab illis, qui emunt à clericis, prout in proposito ita arguit *Dec.cons.48. mature. col.penult.ante med.vers. & adeo ista procedunt. n.5.* Et quo ad clericos idem dicit *Menoch.d.cons.136.n.8.lib.2.*

Maxime quia gabella, de qua agimus, est onus ex- 10 traordinarium, † quo casu immunitas concessa venditori iuuat emptori, prout distinguit *Bart. in l.licitatio.§. vlt.ff.de publican. & vectigalib.* Et in huiusmodi oneribus ordinarijs loquūtur omnes Doctores contrarium tenentes, de quibus per *Tiraq.de retract.lignag.§.1.glos.13.n. 12.Menoc.cons.136.n.21.lib.2. Dec. cons. 48. in princ.vers.& in simili casu.n.1.*

Præsertim, quia licet exemptio clericorum esset personalis, Nihilominus ratione connexitatis 11 priuilegium concessum personæ extenditur ad emptorem, qui habebit exemptionem non propter se, sed propter personam vēditoris, qui potest vendere sine onere gabellæ *Dec.cons.48.in fin.& cons.51.col.penult.in fin.vers.non obstat* 12 *ergo.* † Prout generale est, vt immunitas etiam personalis transeat ad socios, & correlatiuos quando damnum vnius dependet ab alio *Menoc.cons.136.n.13.lib.2.Natt.cons.1.n.10.* & multa adducit *Surd.cons.301.n.80.cum seq. lib.3.*

Vlterius quamuis Princeps ad sui commodum, & vtilitatem principaliter possit facere conditio- 13 nem suam meliorem † imponendo gabellas suis subditis, absque eo quod sit considerandū præiudicium aliorum, quod in consequentiam venit, Tamen in hoc casu non poterit hoc redundare in damnum clericorum, qui specialiter habent hanc facultatem impediendi hoc commodum Principis in eorum detrimentū, Et ita intelliguntur leges disponentes, quod nullus possit impediri ex facto alterius in eo, quod facit ad 14 sui vtilitatem, † Quia non procedunt respectu illorum, qui habent auctoritatem prohibendi pro aliquo suo interesse *l.trebatius.de damn.infect.Calcan.cons.50.n.10.Castr.inter cons. eiusdem Calcan.53.ad fi.*& in proposito notat *Menoch.cons.136.n.24.lib.2.*

Ex quibus tollitur oppositio, quod ecclesiastici nō debent recipere commodum ex onere imposito ob publicam vtilitatem vendēdo eorum vi- 15 num pretio communiter currenti, † Quoniam nunquam poterunt vendere pro iusto pretio stante dicto onere, ob quod semper vilius fiet venditio, & sic erit in damnum Ecclesiæ, quod est absurdum *Bald. d.cons. 31. ad med. lib. 1. Surd.cons.301.n.18.lib.3.*

Prout etiam non obstat aliud, dum dicitur quod neque directe, nec per indirectum tangitur immunitas Ecclesiæ, Quia vt dictum est supra, sem- per clarum est, quod grauato emptore, grauatur etiam venditor, qui non poterit de suis rebus disponere, nisi cū d.onere, quod in sui præiudicium redundabit, non emptoris, qui tanto 16 minus emet, † sicut dicimus de gabellis impositis super carnibus, & vino, quæ non ligant clericos, cum semper impugnetur immunitas Ecclesiastica, quasi ex hoc cogantur clerici aut alibi emere, vel tanto carius secundum veriorē opinionem, de qua testatur *Azor. instit. moral. p.2.lib.9.c.11.vers.in dubium vocatur.fol.627.* contra *Ang.Rosell. & alios per eum allegatos.*

Neque debet iuuare prætextus vtilitatis publicæ, ob quam præsupponitur gabellam fuisse impo- 17 sitam, † Etenim hoc solum faciet, vt possit obtineri consensus Sanctissimi, seu Archiepiscopi quando talis necessitas publica verificaretur, Non autem quod laici proprio motu, & auctoritate possint valide huiusmodi statuta condere, vt declarat *Azor.instit.moral.p.2.lib.9.c.11.* 18 *vers.in dubium vocatur.in fin.f.627.* † Et talis causa necessitatis erit cognoscēda per Episcopum cum clero, cum illa qualitate verificanda, vt videlicet non sufficiant facultates Laicorum d.necessitati, cum semper Clerici debeant con- 19 tribuere solum in subsidium, & non alias, † cum cæteris requisitis pro validitate talium statutorum, de quibus per *Doctores in c.non minus. de immunit.eccles.Ferret.de gabell.et vectigalib.* 20 *n.451.tom.12.fol.92.Bursatt.cons.42.n.3.* † Ideo merito Episcopus tamquam pater, tutor, & defensor iuris publici debet cognoscere etiam nō requisitus, ob quas causas huiusmodi onera imponantur, ne grauentur clerici, & ecclesiastici, *c.1.& c.solemus.de offic. ordin. Ferret.de gabell.* 21 *n.535.* † procedendo etiā ad excommunicationes, censuras, & alias pœnas cum inuocatione brachij sæcularis, ne occasione prædictorum clerici molestentur *Idem Ferret.ibid.n.447.*

Idem dicendum est pro responsione ad obseruan- 22 tiam, adductam aliarum ciuitatum, † Cum de ea possit dubitari an valeat, vt dicit *Bald.cōs. 496.punctus quæstionis.in fin. lib. 4.* vbi quod mens statuentium est implicita quo ad propria 23 commoda, & damna ecclesiarum, † quod etiam sequitur *Menoc.cons.136.n.16.lib.2.* prout quoque dicit *Nauar.in manual. c. 17. n. 202.* vbi multum exclamat contra huiusmodi superiores laicos, qui imponunt similes gabellas in rebus 24 spectantibus ad victum, † & contraueniunt libertati ecclesiasticæ *c. bene quidem. distinct. 96.c.ecclesia.de constit.c.nouerint.de sent.excōmunic.Glos.in clem.præsenti.de censib.* Hęc scripsi ex tempore, cum alibi longius hanc quęstionem sim tractaturus, vt satisfaciam cui debeo; Maxime cum sciam multos contrarium consuluisse, quibus dabitur particularis responsio, si 25 plus ocij erit, † quamuis sufficerent dicta per *Menoch.Rimin. Iun. & alios supra allegatos,* qui omnibus contrarijs respondent, distinguēdo casus, qui videntur obstare superius adductis, Itaut magis appareat veritas eorum quæ per me firmata sunt.

EPI-

EPITOME.

APocha priuata sine subscriptione testium quando præualeat publicis instrumentis, si probetur veritas temporis, & an sufficiat iuramentum suppletorium cum adminiculis, & coniecturis. ¶ Et quid in computatione, seu saldo facto in libro Mercatoris continente scripturā successiuam. ¶ Qualitas testium quod sint bonę conditionis, & famæ quo casu sit probanda per eum, qui se fundat in anterioritate hypothecæ. ¶ Confessio, & contractus debitoris decocti ad fauorem vnius ex creditoribus quando præiudicet alijs. ¶ Et quod tempus requiratur ante decoctionē. ¶ Et an debeat adesse dolus, & fraus creditoris. ¶ Et quales sint actus repugnantes decoctioni, & quis dicatur decoctus. ¶ Argumétum à subordinatione an voleat ad probandum nō fuisse consensum in tempore. ¶ Apocha priuata an sit subscribenda tam à creditore, quam à debitore, si solum agatur de præiudicio debitoris. ¶ Subscribens apocham absque mentione hypothecæ an censeatur se obligasse cum hypotheca bonorum, quæ in d. apocha cōtinebatur. ¶ Examen testium factum sine interrogatorijs quo casu possit repeti, & detur restitutio. ¶ Notarius an debeat esse rogatus ab vtraque parte. ¶ Socius an obligetur ex contractu consocij, & possit obligari cum pœnis, & alijs clausulis in forma Cameræ. ¶ Dolus an consideretur in eo, qui aliquid agit iuris sui cōseruandi causa, quāuis cedat dāno tertij. ¶ Executio an detur pro cōputatione. ¶ Iudex quādo cōcedat executionē, antequam extendatur obligatio Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Computatio, seu saldum finale continet probationem, & executionem.*

2 *Anterioritas temporis in præiudicium tertij nō probatur ex apocha sine testibus, & de ratione, n. 7.*

3 *Liber continens scripturam cōtinuatam absque suspitione fraudis, & antidata probat veritatem temporis, & dierum etiam in concursu creditorum. Et est verior opinio, & seruatur per Rotam. n. 4. 5. & 8. Maxime stante qualitate personæ Mercatoris legalis & approbati. n. 32.*

6 *Argumentum à subordinatione valet ad probādum non fuisse consensum in tempore.*

9 *Adminicula, & iuramentum suppletorium sufficiunt ad probandum creditum anterius, et hypothecam.*

10 *Temporis breuitas qualis debeat esse, vt valeant contractus gesti per eum, qui postea decoxit ad fauorem creditoris. Et an requiratur, quod creditor sit particeps fraudis. n. 11.*

12 *Confessio decocti ad fauorem vnius creditoris an obsit alijs. n. 13. & 14.*

15 *Computatio facta à debitore decocto, seu cessio ad fauorem creditoris præiudicat alijs, si ad illam debitor poterat compelli. & n. 16.*

17 *Dolus est probandus, vt apocha facta à decocto vitietur: Et an debeat considerari ab euentu vel ex consilio. n. 20.*

18 *Actus qui repugnant decoctioni quales sint, & quis dicatur decoctus. n. 19.*

21 *Probatio quæ nititur ex tempore requirit probationem precisè illius temporis.*

22 *Scientia facti alieni non præsumitur.*

23 *Creditores non præsumuntur scire decoctionem debitoris.*

24 *Dubius æquiparatur ignoranti, & dicitur in bona fide, sicut ignorans. & n. 25.*

26 *Dolus non consideratur in eo, qui aliquid agit iuris sui conseruandi causa, quamuis cedat damno tertij. n. 27.*

28 *Qualitas testium quod sint bonæ conditionis, & famæ, debet probari per eum, qui se fundat in scriptura priuata à testibus subscripta. Pallio vt n. 29. & 31. Et quando d. qualitas sit probāda, si requiratur per Statutum. n. 30.*

33 *Socius quando possit obligare consocium non obstante decoctione. & n. 34.*

35 *Defectus examinis facti sine interrogatorijs non potest opponi per eum, qui in tempore sibi præfixo illa non dedit. Et quando concedatur restitutio, & fiat repetitio examinis. n. 36. & 37.*

38 *Socius quando teneatur ex contractu consocij, & possit obligari etiam cum obligatione Camerali, pœnis, & alijs clausulis. n. 39. & 40.*

41 *Apocha priuata an sit subscribenda tam à creditore, quam à debitore, si agatur de præiudicio debitoris tantum. n. 42. & 43.*

44 *Creditor debitoris decocti dicitur singularis successor, & non potest plus iuris habere, quam habeat debitor decoctus.*

45 *Notarius debet esse rogatus à partibus, sufficit tamen rogitus vnius, à cuius consensu actus pendet.*

46 *Subscribens apocham, in qua continebatur hypotheca bonorum an censeatur se obligasse cum d. hypotheca si expresse de ea non faciat mentionem. n. 47. et 48.*

49 *Iudex quando debeat mandare extendi obligationem cameralem, et quo casu ante illius extensionem executio possit peti.*

CAPVT CCCLXXXXI.

NOn esse locum prætenso concursui creditorum dicebam in casu & ad effectum, de quo agebatur; Etenim sunt præferendi Mercatores illi, qui sibi procauerunt vigore computationis, seu saldi finalis, 1 † quod non solum continet probationem, sed etiam executionem post quam rationes fuerunt dispunctæ, & diligenter examinatæ, & in summa conclusæ *Rebuff. de litter. obligator. art. 6. glos. 3. n. 3. vers. octauus casus est tom. 1.* Stante præsertim obligatione camerali, & alijs, de quibus in actis,

Neque obstat defectus testium, quibus non extantibus non 2 † probatur anterioritas temporis in præiudicium tertij iuxta *l. scripturas. C. qui potior. in pignor.* Quia vnus in cōputatione facta

præce-

præcedente vero credito, & descripta in libro detto il giornale, quod habet executionem paratam, & continet scripturam continuatam & successiuam, † Vnde non potest oriri aliqua suspitio fraudis, & antedatæ, cum in illis soleant scribi data, & accepta singulis diebus continuatim, ita vt sit difficile mutare veritatem temporis, & dierum *Fulgos. cons. 132. proponitur probatum. col. 2. in fi. vers. adest namque liber. n. 2. Neguf. de pignor. m. 2. p. 5. n. 47. in fin. vers. addit etiam. et n. 48. Surd. decis. 312. n. 5. dixi decis. 203. et ibi in addit. Socin. cons. 140. circa præsentem consultationem. col. 3. in princ. vers. sed tamen præmissis. et in fin. vers. sed ego particulariter respõdeo. lib. 2.* † vbi quod Io. *Petrucc. et Bened. Capr.* viri optimi iudicij & conscientiæ ita consuluerunt, & est verior opinio, secundum quam ita iudicauit † *Rot. coram Cardin. Blanchetto. Romana pecuniaria 1. iulij 1587. et iterum in eadem causa coram Cardin. Seraphin. 24. maij 1589. et coram Cardin. Pamphilio Roman. pecuniaria. 3. decembris 1593.* † Et huiusmodi argumentum à subordinatione alibi Rota desumpsit pro valido ad probandum non fuisse consensum in tempore iuxta constitutionem, vt *Coram Sanctissimo Veronen. monasterij. 1575. et coram Card. Blanchet. in d. Roman pecuniaria. ante fin.*

Et ratio est, quia Constitutio illa Leonis, de qua in *d. l. scripturas.* fundatur in suspitione fraudis, quæ per antidatam committi potest, ne sit in mero arbitrio solius debitoris ex priuata scriptura à se longũ post interuallum confecta prælato in ea die, ius prioris creditoris tollere *Tiraq. de retract. conuention. §. 1. glos. 7. n. 48. Decian. cons. 11. n. 142. lib. 1.* † Vnde cessante huiusmodi suspicione siue per veras, & certas probationes, siue per alias in similes circunstãtias, & coniecturas, cessat dispositio legis, & præfertur creditor anterior, qui nititur d. scriptura priuata, quæ suum effectum operatur etiam contra creditores hypothecarios *Bald. cons. 198. ad intelligentiam. lib. 1. Rot. coram Cardin. Seraphino in d. Roman. pecuniaria 25. maij 1589.* † Vbi etiam ad huiusmodi probationem admittit adminicula, & iuramentum suppletorium, cum in hoc casu non agatur de probatione crediti, sed solum de hypotheca, & sic est contentio solius prælationis, quare multo magis sufficient testes, qui deponant de dicta hypotheca, & tempore illius, cum ad illam hypothecam probandam non requiratur scriptura, & satis est eam testibus probari *l. contrahitur. ff. de pignorib.* & in proposito notat *Tiraq. de retract. conuent. glos. 7. §. 1. n. 39. Fulg. cons. 132. col. 2. Ruin. cons. 149. sub n. 8. lib.* [illegible] *Rot. coram Card. Pamphilio Roman. pecuniaria 3. decembris 1593. ad fin.*

Non obstat breuitas temporis quatuor dierum, qui interuenerunt inter computationem, & decoctionem, Quia in facto constat de contrario, cum immo lapsi fuerint dies viginti duo antequam decoctio sit publicata, † Adeo vt non possit considerari ista breuitas temporis, cum biduum, vel triduum requiratur *Strac. de decoctor. p. 3. n. 30.* Prout est in similibus casibus, in quibus requiritur, quod delictum, aut aliud tale sequatur immediate post alienationem, vt præsumi possit fraus *Bald. in l. si quis post. 9. col. 1. in fin. n. 2. et col. 2. post princ. vers. primo si est facta ff. de bon. proscript. et ibi Cyn. n. 3.* requirit, quod sit statim *per tex. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. vbi Rip. n. 7.* vult quod incontinenti cedat foro *Bart. in l. post contractum. 1. col. 3. in fin. n. 7. ff. de donat.* vbi intelligit, quod sit de propinquo *Imol. in l. si cum dotem. §. si mulier. n. 23. ff. solut. matrim.* vbi quod debet esse tempus breue *Ias. in l. singularia. n. 40. ff. si cert. petat. Menoch. præsumpt. 3. n. 11. lib. 5.* vbi quod paulo post mercator decoxerit *Natt. cons. 342. n. 4. Bero. cons. 197. in fin. n. 8. lib. 1.* † Ita vt requiratur quod etiam creditor sit particeps fraudis *Cyn. in d. l. si quis post hac. n. 3. in fin. C. de bon. proscriptor. Bart. in d. l. post contractum. n. 7. ff. de donat.*

Nec facit, quod simus in confessione, seu computatione decocti facta ad fauorem vnius creditoris, † quæ non valet in præiudicium aliorum creditorum iuxta *cons. Bald. 432. lib. 1.* Quia de tempore computi, de quo agimus, non verificatur ista qualitas decoctionis, & Bald. loquitur in eo, qui postquam aufugerat, se constituit debitorem vnius creditoris, cum obligatione bonorum, tunc enim talis obligatio quamuis constaret de vero debito, non valeret tanquam facta ab eo, qui non poterat tale debitum recognoscere in præiudicium aliorum, prout sequendo *Bald.* † ita etiam declarat *Stracc. de decoctorib. p. vlt. tit. qui potior. in bon. decoctor. habeant. n. 17.* Et ita etiam loquitur *Bald. cons. 249. n. col. 1. in princip. et ad med. lib. 1. alias est cons. 400. super libris thesaurariæ. lib. 5.* Vbi concludit de scriptura † in paratu fugæ per duos dies ante, quasi tunc ex modico interuallo fugæ videatur præcogitata fraus *l. si ventri. §. fi. de priuileg. credit.*

Præterea sumus in solidatione computorum procedentium à vero debito, de quo constat per libros Mercatorum, † Vnde recte potuit fieri talis scriptura, quasi huiusmodi actus sit eius naturæ, ad quem poterat debitor compelli, & paria sunt quod quis compellatur, vel possit compelli *l. nouissime. ff. quod fals. tutor. auctor.* Vnde non potest de eius inualiditate opponi, quamuis fieret à decocto † *Franc. decis. 55. n. 4. et 5.* vbi ex hoc sustinet cessionem factam à debitore fallito ad fauorem creditoris.

Accedat quod debet probari dolus ad hoc, vt talis apocha vitietur † *l. 3. §. fi. ff. pro soc. Bero. cons. 26. n. 28. lib. 1.* late *Surd. cons. 428. n. 6. lib. 4.* De dolo autem non constat, cum non probetur, † quod creditores qui computationem solidarunt scirent futuram decoctionem, immo constabat de contrario, cum post factam solidationem debitor semper comparuerit in foro publico, & litteras acceptauerit; & cum

cum multis palam contraxerit per multos dies,
& alios actus fecerit, qui repugnant deco-
19 ctioni, cum decoctus dicatur, qui latitat, &
non comparet, & foro cedit *Aret.in §.soluitur.
instit.de societat. Rip.in l.si ventri.§.in bonis. n.
7.ff.de priuil.credit. Surd.* in specie *cons.528.n.
37.& 38.lib.4.Rot.*Genuens.*decis.* 168. *n.* 5. *&
20 per tot.* † vbi etiam quod dolus non ab euen-
tu, sed ex consilio debet considerari in huius-
modi decoctionibus,& quod debet probari ma-
gna calliditas, ita vt coniecturæ sint euidentes
& in nullam aliam partē trahi possint, & quod
non sufficiat probare absentiam debitoris sim-
pliciter, sed dolosam animo fraudandi credi-
tores, & non solum quod debitor non sit sol-
uendo, sed etiam quod creditor sciuerit, cum
possint simul stare,quod hodie sim soluēdo, cras
21 autem non,†cum probatio,quæ nititur ex tem-
pore requirat probationem illius temporis *Sa-
lic.in l.matrem.C.de probat.*

Immo etiam dato,quod talis debitor præordinas-
set fugam, & decoctionem, non tamen infer-
tur,quod dicti creditores illam sciuerint,cum
enim talis machinatio, & destinatio consistat
in animo tanquam occulta, non poterat eis in-
22 notescere, ideo tanquam scientia facti alieni
non præsumitur *Aym.cons.*134.*n.*18. *Glos. in
c.de occidendis.23.q.5.clem.vnic.de reliq.et ve-
nerat. sanctor. Surd.* in terminis decoctionis
23 *cons.* 528. *n.* 40. *lib.* 4. † Adeo vt non probata
scientia talis decoctionis,licite potuerint cre-
ditores sua negotia caute agere, qui etiam si
dubitassent de tali decoctione, non tamen hæc
24 dubietas potest causare aliquem dolum, † cum
dubius æquiparetur ignoranti *Natt. cons.* 162.
n. 32. Et ignorans non dicitur in dolo *Imol.
Castr. & Alex. in l.si cum dotem.§.si mulier.
25 ff.solut. matrim.* † Vnde etiam dubius dicitur
in bona fide, sicut ignorans *Decian.cons.*39. *n.*
21.*lib.*2. & ita in specie concludit *Surd.d. cons.*
528.*n.*42.*&* 43.*lib.*4.

Maxime quia huiusmodi scriptura non fuit fa-
26 cta,nisi vt creditum suum seruaretur, † Vnde
illam licuit facere, itaut non dicatur in dolo,
qui causa iuris sui conseruandi aliquid agit, &
vt rebus suis consulatur *Aym cons.*319.*n.*7.*in
fin. Menoch.cons.*107.*n.*9.*lib.* 2.*Becc.cons.*52.*n.*
27 21.*cum seq.* † cum ista sit solertia, industria,
& diligentia, & bonus dolus, qui toleratur,
quamuis cedat damno tertij, quasi principali-
ter eo quis vtatur ad proprium commodum,
quidquid in cōsequentiam in alterius præiudi-
cium succedat, quod tunc non attenditur,late
Tiraq.de retract.consanguinit.in præfat. n. 77.
& in proposito decoctionis *Surd.cons.*528.*n.*35.
*vsque ad n.*38.*lib.*4.

Minus obstat *cons.Socin.*274.*n.*10.*lib.*2. cum alijs
quos adducit *Gabr. de probat. conclus.*11.*n.*7.
28 Quia loquuntur, quando creditor se fundaret
in scriptura priuata subscripta à testibus, tunc
enim esset probandum, quod illi testes ibidem
subscripti essent bonæ conditionis, & famæ,
cum hanc qualitatem requirat lex ad effectum,
vt probetur anterioritas temporis; Aliud est in
casu nostro, in quo veritas diei absque aliqua
suspitione antidatæ probatur per ipsummet li-
brum Mercatoris, quæ probatio sufficit etiam
29 sine testibus ex supra allegatis, † Prout regula-
re est,vt semper probata veritate scripturæ pri-
uatæ, & ipsius anterioritate,illa præualeat etiā
publicis instrumentis *Caputaq. decis.* 112.*p.* 3.
itaut neque hoc casu debeat probari, quod te-
stes sint probatæ, & integræ opinionis, vt exi-
30 git *tex.in d.l.scripturas.* †Quia sufficit quod ta-
les à iure præsumantur,quidquid dicendum sit,
si ista qualitas requireretur à statuto *Felin.in c.
cum ioannes.n.*44.*in fin. de fid.instrum. Socin.
Iun.cons.*29.*n.*26.*lib.*2.*Couar.in c.relatum. il* 1.
31 *n.*7.*de testam.* † Maxime cum non agatur de
testibus descriptis in apocha, de quibus loqui-
tur *d.l.scripturas.* sed de probantibus tempus
confectionis apochæ, qui etiam absque alia a-
pocha sufficerent ad probandum creditum in
præiudicium posteriorum etiam hypothecam
habentium *Tiraq.de retract. conuentional.§.* 1
*glos.*7.*n.*59.quem sequitur *Rot.corā* Card.*Pā-
phil.Romana pecuniaria.*3.*decēbr.*1593. *in fin.*

Præsertim,quia nōn omnibus libris Mercatorum
habetur talis fides, sed illis, de quorum legali-
tate,& custodia constat,prout sumus in casu,
32 de quo agimus,† ita vt stantibus prædictis ma-
gis probent tales libri,prout ad effectum huius-
modi proprietatis istam rationē adducit *Surd.
decis.* 312.*n.* 5. *ad med.* & qualitatem personæ
considerat *Rot.coram Card.Blanchetto Roma-
na pecuniaria.*1.*iulij.* 1587.*& in eadem causa
coram Card.Seraphin.*14.*maij.*1589.

Prout neque obstabit,quod vnus ex socijs alium
consociū obligare non potuerit in præiudicium
33 creditorum;† Quia obligatio fuit facta tempo-
re habili,in quo tales socij publice, ac palam
negotiabantur,& in foro litteras acceptabant,
& cum alijs contrahebant,vnde illa debet vale-
re etiam in præiudicium creditorum, ne alias
contrahentes decipiantur,cum in socijs vnius
negotiationis, vnus teneatur ex contractu alte-
rius,& insolidum obligetur *Alex.cons.*186.*n.*2.
*lib.*2.*Surd.decis.*213.*n.*4.

Contraria autem procedunt,quādo obligatio es-
34 set facta tempore inhabili decoctionis, † quæ
tunc non præiudicat alijs creditoribus *Bald.
cons.*431. *lib.*1. De qua decoctione non constat
in casu nostro, cum per 23. dies ante confe-
ctam apocham, & computum in libro, semper
publice contraxerint, & alios actus gesserint,
qui repugnant decoctioni,vt superius dictum
est,& in proposito concludit *Decian. cons.* 528.
*n.*37. *&* 38.*lib.*4.

Alia quæ opponūtur de inualiditate recognitionis
sūt sublata ex facto,cū fuerint testes rite, & re-
cte examinati,præuio iuramēto præstito,& cita
tis aduersarijs ad omnia,quæ in huiusmodi re-
35 cognitionibus solēt adhiberi,†itautnō possit op
poni defectus,quod non fuerit factum examen
cum interrogatorijs,cum pars illa non dederit
in tempore,adeo vt neq;sit cōcedenda restitutio
aduersus omissa interrogatoria,quāuis simus in
36 minore, nisi prius constet de læsione † iuxta *de-*

cis. Put. 9. de restit. in integr. de qua per *Viui. op. 896. n. 5. Farin. de test. lib. q. 73. in fi. n. 72.* Et quatenus ex gratia cõcedatur repetitio, fiat expen-
37 sis partis contumacis † in illis dandis *Alex. cons. 173. n. 9. lib. 2. & ut. decis. 427. p. 1. & decis. 317. p. 2. Rot. diuers. decis. 84. lib. 1. p. 3.*

Alterum, quod non potuerit obligari vnus socius per alium cum obligatione camerali,
38 non obstat, † nam erant socij vnius negotiationis, quare ad inuicem videntur præpositi, & quilibet ipsorum tenetur ex contractu alterius *Bald. cons. 263. n. 3. vers. illud etiam aduertendum. lib. 5. Paris. cons. 93. n. 4. lib. 1.* Etiam
39 cum dicta obligatione camerali, † quæ potest apponi per vnum ex consocijs ad effectum, vt alius ita obligetur, socius enim dicitur habere mandatum, & tacitum consensum ad obligandum alium in his, quæ spectant ad societatem *Bart. in l. nemo ex socijs. ff. pro soc. Alex.*
40 *cons. 186. n. 2. lib. 2.* † Vnde tanquam procurator poterit apponere pœnam, pacta, & alia apponi solita *Ias. in l. 1. § si procurator. col. vlt. ad med. vers. immo dicunt. n. 19. ff. si quis ius dicent. non obtemp.* Et in specie sociorum *Surd. decis. 213. n. 4.*

Neque aduersatur, quod solidationes non fue-
41 rint subscriptæ ab vtraque parte, † sed tantum à solo debitore, quod non sufficit ad effectum *l. scripturas. C. qui pot. in pign. habeant.* vt notat *Gabr. de probat. conclus. 10. n. 16.* Quia sumus in casu, in quo agitur de præiudicio debito-
42 ris tantum, † Vnde tunc sola subscriptio ipsius sufficit, quasi vterque debeat subscribere, quando contractus est vltro citroque obligatorius *Imol. in c. 2. & ibi Pelin. col. 2. in fin. n. 7. de fid. instrum. Alex. cons. 181. in causa & lite vertente. col. penult. ad med. n. 4. lib. 2. post Roman. in l. admonendi.* & ibi *Purpur. n. 168. de iureiurand. Odd. cons. 100. n. 71. Thob.*
43 *cons. 79. n. 2.* † Et hanc opinionem sequitur *Rot. coram Cardin. Pamphil. Romana pecuniaria 3. decẽbris. 1593.* quæ est inter recollectas
44 per *Pacific. de Saluian. decis. 43.* † vbi quod hoc magis procedit, cum agatur contra creditores debitoris decocti, qui dicuntur singulares successores, & plus iuris habere non possunt, quàm haberet ipse debitor decoctus, vt late fuit conclusum *coram Sanctiss. Romana domus de Amorinis. 21. maij. 1581.* de qua per *Cardin. Pamphil. in d. Romana pecuniaria. 3. decembris 1593.* Exemplo notarij, qui licet
45 debeat esse rogatus à partibus, † tamen sufficiet illum rogari ab eo, à cuius consensu actus pendet *Bald. in rubr. de fid. instrum. n. 7. Pelin. in c. 1. col. 8. in fin. n. 21. eod. tit. Castr. in l. heredes palam. §. in testamentis. n. 5. vers. sed à quo debent rogari. ff. de testam. post Glos. in § nos autem. auth. de tabellionib.*

Vltimo non obstat, quod in subscriptione computorum esset facienda mentio de hypotheca
46 bonorum, † cum non sufficiat approbare, & confirmare, quod supra scriptum fuerat, quamuis ibi esset facta mentio de hypotheca, nisi etiã postea ita repetatur iuxta *cons. Odd. 100. n. 66. post Stracc. de adiect. p. 4. q. 10. per tot. tom.*
47 *6. p. 1. fol. 401.* † Quia omisso quod nihil Rota in hoc resoluit, prout testatur *ibid. Stracc.* Respondetur, quod ibi non intelligitur contracta hypotheca cum nulla adsit promissio sub obligatione bonorum, quasi debitum, & hypotheca sint diuersa, vnde pactum super vno poterat stare sine alio, vt in specie d. casus considerat *Bursatt. cons. 103. n. 25. vers. nã-*
48 *que pro responsione. lib. 1.* † Aliud est in casu nostro, in quo debitor pro contentis in solidatione se obligauit in forma cameræ, per quæ verba siue simus in instrumento, siue in apocha intelligitur contracta hypotheca, & obligatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, non secus ac si esset d. obligatio extensa cum illa solum differentia, quod quando apocha habet extensam d. formulam obligationis
49 cameralis, statim processus inchoatur, † & executio petitur, cum alias debeat præcedere citatio ad dicendum contra, & videndum per iudicem mandari extendi d. obligationem &c. prout factũ fuit *Galles. ad form. obligat. cameral. 3. p. 2. p. in tit. de processu ipso. in princ. vers. aggrediendo secundam. n. 7. & 8. fol 121.*

EPITOME.

Probatis extremis quãdo dicantur probata media. ¶ Et quid in mandatis, in tempore requisito ad præscribendum, in causa studij, In præsentationibus, In bonis feudalibus, In actibus, & solemnitatibus iudicij, In commissione iudicis de citando, In solutione decimarum & in similibus dispositionibus. ¶ Vacatio beneficij, & institutio, quo casu faciat præsumi præsentationem præcessisse. ¶ Media an præsumantur esse illius, cuius sunt extrema. ¶ Protestatio voluntatis addendi, quando sit præsumenda per notarium qui dimisit spatium cartæ albæ cum punctis.

SVMMARIVM.

1 *Medium dicitur probatum, si probentur extrema. n. 6. & 14. Intellige in habentibus coniunctionem cum medijs. n. 17.*
2 *Probato mandato ad impetrandum, si probetur procuratorem recepisse litteras impetrationis intelligitur probatum fuisse illas per eum impetratas.*
3 *Tempus requisitum ad præscribendum an probetur, si constet de possessione initij, & finis totius temporis, licèt non appareat de medio.*
4 *Vacatio beneficij, & institutio an faciat præsumi præsentationem præcessisse. n. 5. 7. & 8.*
9 *Præstatio studij de anno 1570. & 1572. includit annum medium 1571.*
10 *Præsentationes an possint dici continuatæ, si media præsentatio deficiat.*
11 *Media præsumuntur esse illius, cuius sunt extrema.*
12 *Bona intelligi debent feudalia si constet ea, quæ sunt circum circa esse talia.*
13 *Citatio præcedens, & intimatio subsequens, quãdo faciat præsumi decretum dationis in solutũ.*

Medium

15 *Medium non præsumitur probatis extremis in actis, & solemnitatibus iudicij. Fallit stantibus coniecturis n. 19. Et quales debeant esse n. 20. 22. & 24.*

16 *Commissio iudicis de citando non probatur, quã uis constet petitionem de citando præcessisse, & citationem subsequutam.*

18 *Solutio decimarum quadraginta annorum probat possessionem medij temporis si constet de principio, & fine solutionis.*

23 *Notarius dimittens spatium carta alba cũ punctis an inducat protestationem voluntatis addendi, prout contra nihil vacuum relinquendo an faciat coniecturam nihil addendi.*

25 *Decretum dicitur approbatum per refectionem expensarum factarum pro illo obtinendo.*

CAPVT CCCLXXXII.

PRobatis extremis præsumi, & probari medium est regula omnibus nota, 1 † de qua per *Glos. in c. accedens, 17. in verb. processu vero temporis. post med. de conuers. coniugator. Felin. in c. inter dilectos. col. 3. in fin. de fid. instrumen.* vbi si probetur aliquem dedisse mandatum 2 procuratori ad impetrandum, † & probet se ab eo recepisse litteras, de quibus mandauerat, satis videtur probatum, quod per ipsum procuratorem fuerunt impetratæ. Et de eo, qui vult probare se possedisse tempore requisito ad præscriptionem complẽdam dicitur probasse continuam possessionem totius temporis 3 si probat, † quod in initio, & in fine totius temporis possedit, licet de medio tempore nihil probauerit *Glos. in c. volumus. 16. q. 4. de qua late Menoch. præsumpt. 65. n. 1. lib. 6. Surd. conf. 73. n. 46. lib. 1. Rot. decis. 11. alias 423. n. 2. de iur. patron. in nou.* 4 † vbi quod si fuerit probata vacatio beneficij, & institutio, ex hoc præsumetur præsentationem præcessisse institutionem, quamuis de præsentatione aliter non constet, quam per verba narratiua instituentis, & sequitur *Felin. in c. post cessionem. 7. col. 5. in princ. vers. cui addo omnino. n. 13. in fi. de probat.* & tanquam singularem decisionem dicit notandam *Euerard. in loc. argument. ab extremis. 116. colum. 3. ad med. vers. hinc etiam est* 5 *n. 3.* † vbi tamen intelligit inter litigantes super beneficio, quatenus eos concernit, quia in præiudicium patroni laici asserentis se non præsentasse, non staretur talibus litteris instituentis, nisi aliter de hoc appareret, prout etiam ita declarat *Menoch. præsumpt. 36.* 6 *n. 5. in fin. lib. 6.* † Vbi multa similia adducit, quod probatis extremis censeatur probatum medium, de quibus etiam per *Alciat. de præsumpt. reg. 2. q. 21. Mascard. conclus. 730. par. 2.* 7 Vbi † etiam defendit *decis. Rot.* supra allegatam circa præsumptionem præsentationis contra *Roman.* qui aliud concludit *in l. secundum. n. 54. in fin. vers. nono quid si constat. de verbor. obligat.* prout etiam contra eundem *Roman.* concludit *Felin. in c. sicut. 16. colum. 14* 8 *post med. n. 26. de re iudic.* † Vbi quod seruatur decisio, nisi quando ageretur de præiudicio 9 alterius puta expectantis, † Et de probatione, quod quis studuerit anno 1570. & 1572. quod includatur annus medius 1571. *Menoch.* 10 *conf. 819. n. 19.* † Et de præsentationibus continuatis ad probandum ius patronatus secundum formam Concilij, quamuis vna præsentatio media deficiat *Rot. diuers. decis. 545. p. 1.* 11 Adeo † vt etiam media præsumantur esse illius, cuius sunt extrema *Menoch. conf. 1101.* 12 *n. 5.* † Vbi etiam de prædijs, quæ præsumentur feudalia, quando alia, quæ sunt circum circa constat esse feudalia *Idem Menoch. præsumpt. 91. n. 63. lib. 3.* Ita vt etiam circa voluntates disponentium quæ sint in medio posita intelligantur, ex præcedentibus, & sequentibus *Surd. conf. 565. n. 6. lib. 4.*

Ex prædictis videbatur concludendum constare de decreto relaxationis mandati super bonis, de quibus agebamus, vigore legati, de 13 quo in actis, † Cum enim probetur citatio præcedens, & intimatio subsequens cum instrumento adiudicationis, satis dicitur probatum medium, quod est decretum, probatis supradictis extremis, prout in specie decreti dationis insolutum est decisio *Rot. coram R. P. D. Ortemberg. Romana spolij. 23. februarij. 1603.* per doctrinam *Felin. in c. inter dilectos. n. 5. de* 14 *fid. instrum.* † vbi ponit regulam de præsumendo media, si constiterit de extremis *Glos. in c. sunt culpa. in verb. nec eam. 28. distinction. Matthesil. notab. 116. vbi late Add. n. 1. cum alijs supra allegatis. n. 1. & 2.*

Verum ista patiuntur difficultatem, nam sumus in actis, & solemnitatibus iudicij, in quibus 15 non habet locum dicta regula, † quod probatis extremis præsumatur medium, vt concludit *Felin. in c. 1. col. 7. ante med. vers. non* 16 *obstat quod supra dixi. n. 13. de iudic.* † Vbi quod licet probetur partem petijsse à iudice aduersarium citari, & constet illum fuisse citatum, non tamen ex hoc præsumetur iudicem dedisse commissionem ad citandum, nisi aliunde appareat de huiusmodi decreto commissionis, quia sumus in medijs, quæ de solemnitate requiruntur *Idem Felin. in c. sicut. colum. 14. fallent. 7. n. 26. de senten. & re iudic. sequitur Euerard. in loc. argument. ab extremis n. 4. ad fin. vers. dicta tamen theorica. col. 3. post med. Menoch. præsumpt. 36. in fin. n. 14. lib. 6.* & ita etiam resoluit *Rot. coram R. P. D. Penia Albanen. pratensi spolij ad med. 8. februarij. 1610.*

Maxime, quia illa præsumptio, quod probatis extremis præsumatur medium procedit, 17 quando medium habet † coniunctionem cum extremis, quæ inferunt necessariam consequentiam, vel verisimilem, secus vero quando extrema sunt separata, & ex ijs verisimiliter non infertur *Imol. conf. 9. Menoch. præsumpt.*

36.n.13.lib.6.Alciat.præsumpt.22.in fin.reg.3. Mascard.conclus.730.n.6. Vbi requirit connexitatem, & coniunctionem mediorum cum extremis. † vt de eo, qui vult probare solutionem decimarum quadraginta annorum, si enim probet principium, & finem solutionis, censetur etiam probare possessionem præsumptiue medio tempore continuatam, quasi probata possessione non sit præsumendum, quod voluerit desijsse possidere, cum mutatio voluntatis non præsumatur Bart.in l.celsus.de vsucapion. Bellamer. decis.421. & latè declarat Tiraq.de præscrip. §. 1.glos.5.ad med.

Possent tamen defendi prædicta, quando extarent indicia, & coniecturæ pro huiusmodi decreto præsumendo, † prout regulariter tales coniecturæ faciunt præsumere solemnitatem extrinsecam Imol.in c.officij.col.16.vers. iuxta prædicta potest quæri. de testam. Felin. in c.sicut.n.26.ad fin.vers.& quamuis, de sent. & re iudic.

Coniecturæ autem multæ adsunt in casu, de quo agimus, nam reperitur votum assettamenti † in quo domini mandarunt exequi legatum, & pro illis decreuerunt mandatum relaxandum nisi infra tres cum intimatione, quod votum cum sit in actis stante citatione, & intimatione succedit loco decreti, & magis facit illud præsumi. Cum etiam sufficeret si illud alibi esset enunciatum Rot.decis.51.alias 423.n.2.de iur.patronat.in nou. † Vbi quod si fuerit probata vacatio beneficij, institutio ex hoc præsumetur præsentationem præcessisse institutionem, quamuis de præsentatione aliter non constet, quàm per verba narratiua instituentis Felin.in c.post cessionem.7.col.5.in princ. vers.ex [illegible] n.[illegible].in fin de probat. Et ita seruari per Rot. quidquid alij contrarium senserint, testatur idem Felin.in c.sicut 16.col. 14.post med.n.26.de re iudic.cum alijs supra adductis n.[illegible] cum seq.

Præterea in expeditionibus eiusdem Notarij fuit huiusmodi decretum annotatum sub eadem die, † in qua cadit citatio, quod magis facit præsumi illud fuisse factum, & quamuis in libro actorum de eo non appareat, tamen videtur potius omissum per obliuionem notarij, adeo vt possit talis omissio suppleri, stante præsertim quod per eundem notarium in calce citationis, & relationis fuit dimissum spatium cartæ albæ cum punctis, quibus denotatur protestatio, quod volebat illud addere, prout econtra nihil vacuum relinquendo sufficiens coniectura colligitur, quod aliud non erat addendum, cum stante voto Assettamenti ad notarium pertineret scripturam perficere, & ponere in loco, in quo deficiebat Castr. cons.157.visa inquisitione. n.2. vers. si enim fuisset quæstio. & vers. idem ideo fuit dimissum. lib.1. Decian.cons.91. n.18. lib.3.

Accedat notula taxationis expensarum manu iudicis subscripta, † in qua sunt denotatæ expensæ publicationis voti assettamenti, & decreti, & mandati executiui, cum taxatione eiusdem mandati ad scuta duo, & reductione ad iulios quindecim facta per iudicem ad petitionem partis, contra quam fuerat relaxatum mandatum, ex quibus clare colligitur eiusdem decreti, & mandati existentia, quam etiam pars approbauit per refectionem expensarum omnium supradictorum actorum Aym. cons. 276.n.6.ante med.post Alex.cons.175.in fin.lib. 5.& cons.117.n.1.in fin.eod.lib.Dec.in l.semper qui non prohibet.60.n.8.de reg.iur.& cons. 296.n.3.post Specul.in tit.de Syndic. §.1.vers. sed pone quod vniuersitas.

EPITOME.

Prædicatio an concedatur Episcopis, seu legatis extra suam diœcesim absque consensu ordinarij. ¶ Accessus, & ingressus ad monasteria Monialium, & illarum allocutio, an permittatur Episcopis in aliena diœcesi sine licentia superioris. ¶ Et quando, & quibus debeat concedi, & ob quam causam, & quis de ea cognoscat. ¶ Episcopus committens crimen in iurisdictione alterius Episcopi an possit ab eo puniri. ¶ Et quam pœnam incurrat per exercitium pontificalium in aliena diœcesi. ¶ Statutum Episcopi an valeat, vt sint excommunicari accedentes ad monasteria monialium exempta subdita regularibus, qui non subsunt iurisdictioni ipsius episcopi existentia intra suam diœcesim. ¶ Delictum, quando dicatur factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto.

SVMMARIVM.

1. Episcopus an possit accedere ad monasteria monialium in aliena diœcesi absque licentia ordinarij, Et quid in Vicario n.7.
2. Præses extra prouinciam habetur pro persona priuata.
3. Archiepiscopus committens crimen in parochia alterius Archiepiscopi, quando possit ab eo iudicari.
4. Episcopus ratione delicti efficitur minor, illo à quo debet iudicari.
5. Episcopi ingredientes monasteria monialium sibi non subdita, qua pœna puniantur. et n.10. Et quæ causa sit iusta illa intrandi.n.6.
8. Vicarius facit idem tribunal cum Episcopo.
9. Prædicatio an concedatur Episcopis extra suam diœcesim, & debeat seruari dispositio Concilij sess.5.c.2.de reformat.& n.10.12.& 14. Et quid in legato.n.15.
11. Priuilegium Episcoporum, vt per vniuersum mundum possint prædicare quomodo intelligatur.
13. Prædicatio an consistat in iurisdictione contentiosa.

Acces-

16 *Accessus ad monasteria monialium, & illarum allocutio, quando, & quibus sit concedĕda, & ob quam causam, & quis de ea cognoscat. n. 18.*
17 *Frequentatio ad monasteria monialium dicitur per duas vices.*
19 *In causa propria nemo iudicat.*
21 *Episcopus in aliena diœcesi exercens pontificalia sine licentia ordinarij, quando incurrat in pœnas suspensionis, & in irregularitatem. & quando excusetur. n. 22.*
23 *Episcopus an possit statuere, vt sint excommunicati accedentes ad monasteria monialium exempta subdita regularibus, qui non subsunt iurisdictioni ipsius Episcopi existentia intra suam diœcesim. n. 24. 25. 27. 28. & 29.*
26 *Delictum quando dicatur factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto.*

CAPVT CCCLXXXXIII.

IN aliena diœcesi, cum quæreretur, an Episcopus possit accedere ad monasteria Monialium, † ac eas alloqui absque licentia earum ordinarij, vel superioris, videbatur concludendum negatiue, statim enim quod ille est extra suam diœcesim dicitur priuata persona, † Exemplo Præsidis, qui si prouinciam suam excesserit habetur pro tali *l. 3. ff. de offic. præsid. Nauar. conf. 14. n. 4. de clandest. despōsat. lib. 4. post Glos. in c. 1. in verb. excommunicentur. in fin. de raptor.* † vbi ex hoc concludit, quod si Archiepiscopus committat crimen in parochia alterius Archiepiscopi, vel Episcopi suffraganei alterius Archiepiscopi, poterit tunc iudicari ab illo Archiepiscopo, seu Episcopo argumento *c. duo. 96. distinct.* Quasi ratione delicti efficiatur Minor, & priuata persona *Abb. in d. c. 1. in fin. de raptor. Innocen. in c. cum inferior. de maioritat. & obedient.*

Vnde constitutio *Bonifacij VIII.* de qua *in c. vnic. de stat. regular. in 6.* innouata *per Concil. Trid. sess. 25. c. 5. de regular.* † includit etiam Episcopos ingredientes monasteria sibi non subdita sine licentia superioris in scriptis obtenta, vt in specie concludit *Nauar. de regular. commentar. 4. q. 14. n. 39. ad med. vers. quarto quod prædictam constitutionem. in fin.* † Cum etiam neque posset Episcopus intrare monasteria sibi subiecta sine licentia superioris, nisi pro tam vrgenti necessitate, & iusta causa, pro quanta posset dare alteri facultatem illa ingrediendi, prout late declarat *Idem Nauar. conf. 9. n. 2. de stat. monachor. lib. 3.*

Maxime, quia si concederetur Episcopo accedere ad Monasteria Monialium extra suam diœcesim sine licentia superiorum, † esset etiam concedendum eius Vicario, qui vnam, & eandem iurisdictionem habet cum ipso, cum faciant idem tribunal *c. 2. de consuetud. in 6.* prout ita in simili de monialibus arguit *Nauarr. conf. 9. n. 2. in fin. vers. quarto quod his videtur. de stat. monachor.*

Hinc etiam non conceditur prædicatio Episcopo extra suam diœcesim, cum possit prohiberi ab ordinario, † cuius est diœcesis, ideo debet seruare dispositionem *Concil. Trident. sess. 5. n. 2. de reformat.* prout ita declaratū fuisse per sanctiss. memor. Clem. VIII. testatur *Prax. Archiepiscop. Neapolit. c. 58.* † Vbi quod Episcopus Aliphanus obtinuit à Summo Pontifice licentiā prædicādi tempore quadragesimę in Ecclesia Diuæ Mariæ Annunciatæ, tamen opus fuit quod peteret etiam licentiam à Vicario Generali d. Archiepiscopatus iuxta *Concil. Trident. d. c. 5.* Quod etiam voluit *Cardin. in clem. dudum. §. ab olim. col. 3. q. 6. n. 7. de sepultur.* † Vbi quod priuilegium Episcoporum, vt per vniuersum mundum possint prædicare iuxta illud *Matth. 9. & Marc. vlt. & c. in nouo. distinct. 21.* intelligitur nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis illius loci, quasi potestas prædicandi sit intelligenda in proprio populo, non in alieno *Fusc. de visitat. lib. 2. c. 10. n. 23. in fin.* † Et idem prius sentit *Glos. in c. scriptum. in verb. admonendo. 6. q. 3.* vbi quod non potest prædicare in episcopatu alterius, tanquam Euangelista, vel Prælatus, vel congregando populum, aut pulpitum ascendendo tanquam ius habens, nisi inuitetur *c. hortamur. 71. distinct. c. episcopum. 9. q. 2. c. 1. 15. q. 1. c. interdicimus. 16. q. 1.*

Verum est, quod secundum alios poterit etiam solemniter prædicare, † quia vbi de salute animarum agitur, non est disputandum secundum apices iuris, & hoc non consistit in iurisdictione contentiosa, nec refert quis prædicet, sed quid prædicetur, neque hoc faciat, quasi de iure suo, cum etiam sine solemnitate possit quilibet prædicare etiam Monachus, vnde aliquid amplius concedendum est Episcopo, & sic etiam solemniter hoc poterit facere, † Ita per prædictas rationes concludit *Præposit. Alexandr. in c. scriptum. ad fin. n. 2. & ibi Archidiacon. n. 1. Turr. Cremat. in fin. vers. aliorum est opinio. n. 3. Gemin. ad fin. vers. quod dicit.* vbi idem addit in Legato † *Bellamer. ad med. vers. adde hac sententia. Pelin. in c. excommunicamus. 13. col. 4. ad fin. vers. & dic quod episcopi. n. 3. de hæretic.*

Quibus adde quod debet adesse legitima causa, ob quam permittatur allocutio cum Monialibus, † & accessus ad earum Monasteria, cum neque sufficiat occasio consanguinitatis, vt possint illa frequentari, ita vt frequentatio intelligatur pro duabus vicibus † *Abb. in c. monasteria. 8. n. 3. vsque ad n. 8. de vit. et honest. cleric.* Vbi etiam quod quando quis vult loqui cum Moniali debet hoc facere in præsentia Abbatissæ, & cum ea compendiosa verba dicere *Pauin. de visitat. part. 2. q. 7. n. 53. & 54. tom. 14. fol. 204. per tex. in c. in decima. & c. definimus. 18. q. 2.* Vnde huiusmodi causa accessus

ad monasterium erit cognoscenda per Ordinarium, & superiorem loci dioecesis, † non per Episcopum, qui vult tali facultate vti, ne iudicet in causa propria, quod non permittitur † *l.omnibus.9.C.de testib.l.nullus.ff.eod.tit. l.1.§.in propria.ff.quand.appell.sit.c.si testes, vers.nullus.4.q.3.*

Ex quibus colligitur Episcopum talem, qui ingressus est Monasteria alterius dioecesis, & illa frequentauit cum Monialibus loquendo, incidisse in poenas, de quibus agimus, † & praesertim illam, de qua in *Concil.Trid.sess.25.c.5.de regular.* & consequenter incurrisse per vsum pontificalium postea subsequutum in irregularitatem *Nauar.cons.12.de cleric.excommun. lib.5.* † Vbi de Episcopo, qui in aliena dioecesi exercuit pontificalia sine licentia illius Episcopi, in cuius dioecesi morabatur consecrando semel calicem, vel corporalia, & post id temporis missas celebrauit, & omnia alia munera episcopalia administrauit, qui in poenam suspensionis incurrit iuxta *c.5.Concil. Trident. sess. 6.* & per consequens in irregularitatem, † licet haec bona fide fecerit sine animo contrauenniendi decretis Canonum, & Concilij, non considerando id sibi non licere, quamuis posset absolui à tali suspensione benigne cum eo agendo ob huiusmodi inaduertentiam dispensando super irregularitate ab eo contracta, suspendendo tamen illum per aliquot dies ab exercitio pontificalium, non tamen presbyteralium, iniuncta aliqua poenitentia ieiunij, & eleemosynae, prout ita faciendum esse dicit *Nauarr.cons.12.n.2. de cleric. excommunicat.ministr.lib.5.p.2.fol.573.*

Circa alterum, de quo quaeritur an valeat statutum Episcopi, in quo excommunicantur † accedentes ad Monasteria exempta Monialium subdita regularibus, qui non subsunt iurisdictioni Episcoporum existentia intra suam dioecesim, Concludendum est affirmatiue, quod d. statutum valeat, & liget subditos accedentes ad talia Monasteria, † Quia ad Episcopum spectat prouidere circa accessus ad monasteria nulla facta distinctione an sint exempta, nec ne *c. monasteria.8. de vit. & honestat. cleric.* † & ita in specie concludit *Gemin.in c.1.§. & quoniam. n. 8. de stat. regular. in 6.* Vbi quod erit excommunicatus tam subditus, quam non subditus, si vadat ad illud per suam dioecesim, alias non, dummodo non ignoret probabiliter illud statutum; † Nam ex quo Episcopus imponit poenam eunti ad monasterium, istud ire est delinquere, & sic delictum est factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto, vnde ordinarius poterit eum punire, & sequitur *Ias.cons.83.in casu praesenti.col.2.ad med.vers.circa secundum dubium.n.3.lib.3.* & multis similibus comprobat *Roland. cons.33.n.16.lib.3.* † Vbi requirit quod statutum exprimat, ne quis accedat ad Monasteria exempta *Siluestr.in verb. excommunicatio. 2. n.3.Henriq.de Bott.de sinod.episcop.p.3. art. 1. conclus.13.n.40.* † Et ita seruari testatur *Prax. Archiepiscop.c.33. n.1. in fin.* Vbi etiam quod Congregatio Concilij admittit talem consuetudinem, † Quamuis contrarium sequatur *Felin. in c.vlt.col.7.in fin. vers. item per istam conclusionem.n.10.de for. compet. post Calder. cons.13.eod.tit.*

EPITOME.

Petitio haereditatis an debeat prius terminari, quam causa libertatis dependens ex testamento. ¶ Et an iudex possit ex officio tale iudicium differre parte non opponente. ¶ Et quando suppleat in illis, in quibus iurisdictioni praeiudicatur. ¶ Et quo casu efficiatur competens ad cognoscendum de exceptionibus praeiudicialibus, de quibus alias non habebat cognitionem. ¶ Iudicium prius motum quando retardet illud, quod postea fuit intentatum. ¶ Causa criminalis an sit praeiudicialis ad ciuilem, & econtra. ¶ Quaestio vicinitatis quando faciat praeiudicium causae retractus tam si fuerit intentata in iudicio separato, quam per viam exceptionis. ¶ Et quo casu currat tempus anni ad faciendum depositum, si pendente iudicio super retractu negata fuerit qualitas vicinitatis, & de ea disceptetur. ¶ In causis praeiudicialibus quando sententia sit nulla, si non definitur illa, quae prius debet terminari.

SVMMARIVM.

1 *Causa magis principalis debet prius terminari, quamuis postea intentata.n.19.*
2 *Petitio haereditatis, quae concernit testamentum est prius definienda, quam causa libertatis dependens ex eodem testamento.*
3 *Iudex potest ex officio causam libertatis dependentem ex testamento differre, & prius de petitione haereditatis cognoscere.*
4 *Iudex potest supplere ex se absque oppositione partis in illis, in quibus iurisdictioni potest praeiudicari, & n.5.Secus in alijs.n.6.*
7 *Iudicium prius motum retardat illud, quod fuit postea intentatum. Intellige in iudicijs paribus, non in praeiudicialibus.n.8.20.& 21.*
9 *Causa exclusiua alterius, & parans praeiudicium in altera, debet prius experiri.n.17.& 18. Et si secus fiat an sententia sit nulla.n. 10. 38. 39. & 40.*
11 *Iudex quando efficiatur competens ad cognoscendum de exceptionibus praeiudicialibus, quamuis alias de illis non habeat cognitionem. & n.12.*
13 *Actus non seruato ordine quando sit nullus.*
14 *Iudicium distinctum ab eo, quod prius fuit intentatum non debet alterum impedire.*
15 *Frustra petitur quod postea debet restitui.*
16 *Circuitus inutiles sunt euitandi.*
22 *Causa criminalis est praeiudicialis ad ciuilem, & de ea*

de co prius est agendum, & an idem sit in causa ciuili praeiudicium inferente criminali. n.23.25.& 26. Et quando sententia aliter lata faciat attentata.n.27.

24 *Iudicium ciuile executionis instrumenti an retardetur per exceptionem criminalem super vsuraria prauitate.*

28 *Causa ciuilis prius incboata non debet suspendi propter falsitatem oppositam contra testes. Limita, si causa fuisset introducta contra partem, & testes.n.29 Intellige vt n.30.& 31.*

32 *Quaestio vicinitatis principaliter intentata in iudicio separato est praeiudicialis causae retractus, Secus si vicinitas fuerit deducta per viam exceptionis.n.33.*

34 *Pendente iudicio super retractu, si fuerit negata qualitas vicinitatis, an currat tempus anni ad faciendū depositū, dum illa discutitur. & n.36.*

35 *In eo quod incidenter producitur non est necesse pronunciare.*

37 *Quaestio praeiudicialis impedit litis contestationem in actione instituta.*

41 *Ordo vnius causae ad aliam respicit iura partiū.*

CAPVT CCCLXXXIIII.

ADsunt multę causę in actis, ex quibus apparet non posse retrahi domū paruam, si contingat praetendentes talem retractum posse cogi ad vendendum domum magnam, vnde 1 ex hoc dicebam, † quod huiusmodi causa postea intentata tanquam quaestio fundamenti, & magis principalis debet prius terminari *Bald.in l.2.in princ.oppos.1.C.de ordin. cognit. per tex.in l.si quis libertatem.7.ff.de petit.haere-* 2 *ditat.* † Vbi libertas pendebat ex testamento, Quare non mirum si petitio haereditatis, quae concernit testamentum, debet prius definiri, tanquam principalior, & supersederi in alia; & facit etiam *l.1.C.si quis alium testar.probib. l.si crimen.l.si cum status.C.de ordin. iudicior. l.quoniā C.ad leg.iul.de adulter.l.praesens.C.ad leg.Flau. de plagia.* cum similibus adductis per 3 *Ceuall.q.818.n.9.cum seq* † Adeo vt etiam iudex ex officio suo, nulla parte opponente, possit d. causam libertatis differre, cum non debeat manifestare motum animi sui *l. obseruandum ff.de offic.praesid.l.vbi.C.de falsis.* Sed si pronunciaret aliquem esse liberum ex testamēto, iam patefaceret, quod testamentum erat validū, & sic ipsi iudici heret praeiudiciū, si prius super hoc pronunciaret, vnde merito potest 4 differre, † Quasi in illis, in quibus iurisdictioni potest praeiudicari, iudex possit supplere ex se absque oppositione partis *l. quos probibet. de postuland. Bart.in l.4.§ hoc autem iudicium. de* 5 *damn.infect.* † Et in proposito notat *Idem Bart.in l si quis libertatem.n.3.vers.item quaro an iudex.ff.de petit.haredit.* Quamuis cessante 6 isto pręiudicio iudicis, † requireretur oppositio in exceptione ordinis vnius causae ad aliā, tanquam illa respiciat iura partium *Card.in c.tuam.n.3.de ordin.cognit.Guid.Pap.decis.94. n.3.& decis.121.n.1. Vant.de nullit. ex defect. process.n.49.& 50.*

Neque obstat, quod iudicium prius motum retar-7 det illud, quod postea fuit intentatum † *l. qui prior.29.de iudic.* Quia procedit in iudicijs paribus, non autem in praeiudicialibus, prout est casus noster, in istis enim non attenditur or-8 do temporis, † sed natura causae praeiudicialis vnde quod est prius potest suspendi à posteriori *Bald.in l.vbi pactum.40.opposit.3.in fin. n.4. C. de transact.* quod etiam voluit *Bart. in d. l. qui prior.29.in fin. vers. aut vtraque continet. petitorium.ff.de iudic.*

Et generale est, vt quando vna causa est exclusi-9 ua alterius, ita vt sententia in ea lata † pariat praeiudicium in altera, semper prius debeat expediri, quasi tunc frustra tractetur de alia *Menoch.* qui multis similibus comprobat *cons. 301.per tot.lib.4.* post *Aym.* qui plura quoque similia adducit *cons. 280. col. 1. vers. breuiter.* 10 *non arguendo.n.1.& 2.* † Vbi etiam quod si aliter fiat sententia erit nulla *Bald.cons.175.praemisso statuto.post princ.vers. in contrarium. & vers. praeterea hic non fuit iuris ordo. lib. 5.per tex. in c.exhibita.19.de iudic.* & notat etiam *Castr.cons.281.in causa ista quinque. col. 4. in fin.vers secundo quia non erat terminatum. lib.1.post Glos.in l.1.C.de ordin.cognit.* & sequi-11 tur *Ceuall.q.818.n.10.* vbi etiam, † quod iudex efficitur competens ad cognoscendum de huiusmodi exceptionibus pręiudicialibus, quā uis alias de illis nō posset cognoscere, quidquid secus sit in iudice incapaci, in quo talis reconuentio non valeret etiam in praeiudicialibus iuxta distinctionem *Bart.in auth. & consequē-* 12 *ter.C.quom.& quand.iud.* † quam veram esse, & communiter receptam testatur *Ceuall. d. q. 818.in fin.post Curt.Iun.in l.2.§.sed si agat.n.6. ff. de iudic.* Quando autem ordine non seruato 13 actus sit nullus, † multa *Franc. in c. qua fronte 25.n.40. de appellat.* Et quando non esset pro forma *Honded.cons.27.n.30.lib.1.Bursat. cons. 74.n.52.lib.1.*

Praeterea iudicium, de quo agebamus, erat omni-14 no distinctum à iudicio prius intentato, † vnde vnum non debet alterum impedire *Bart. in l.1.§.penult ff.de verb.obligation.* Maxime quia 15 frustra petitur exaduerso domus, † quae in casu victoriae erit restituenda, quod facit, vt ex hoc talis praetensio sit reijcienda *Menoch. cons. 795.n.37.vers.quarto accedit.lib.8.post Bart.in* 16 *l.si socer.§.lucius.n.5.ff.solut. matrim.* † Cum semper circuitus inutiles sint euitandi *l. dominus testamento.ff.de condict.indeb.Dec.in l.cum fundus.§.seruum suum.n.1.ff.si cert. petat.* Haec breuiter adduxi pro decisione huiusmodi articuli, in quo doctissime scripsit D.Hyeronymus Pirotus Romanus V.I.D.eruditione, prudentia, & probitate praeditus, cuius allegationes volui hic inserere tanquam continentes multa notabilia in hac materia, quae in praxi quotidie occurrunt, & vt debitus honor auctoribus reddatur, quod semper in primis habui.

In cau-

IN causarum concursu, si vna est alteri praeiudicialis, prius est agendum de causa praeiudi-17 ciali *l. fin. C. de ordin. cognit. c. 1. eod. tit.* † *l. fundum. & l. fundi. ff. de except. c. lator. qui filij sint legit.* late *Aym.* qui multis similibus comprobat *cons. 180. n. 1. & seq. V ãt. de nullit. ex de-*18 *fect. process. n. 50.* † Quasi tunc frustra disputetur de alia, quando vna causa est exclusiua alterius, & sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatae in altera, itaut si quaestio praeiudicialis prius non discutiatur, dicatur procedi contra iuris ordinem, & fit intricatio processuum, & causae confunduntur *c. tuam. de ordi. cognit. Federic. de Senis. cons. 71. n. 1. Aym. cons.* 19 *79. in princ. vers. & quando quaestioni.* † Cum etiam quaestio fundamenti, & magis principalis sit prius terminanda *Bald. in l. 2. n. 10. ppo sit. 1. C. de ordi. cognit.*

Immo licet causa praeiudicialis sit vltimo loco inchoata, nihilominus suspendit causam iam pendentẽ *Abb. cons. 16. in praesenti quaestione.* 20 *n. 3. vers. tertio principaliter. p. 2.* † Nam in iudicijs praeiudicialibus non attenditur ordo temporis, sed natura causae praeiudicialis, Vnde prius potest à posteriori suspendi, & dispositio *tex. in l. qui prior. 29. de iudic.* procedit in iudi-21 cijs paribus, † in quibus attenditur ordo temporis, non autem in praeiudicialibus *Bald. in l. vbi pactum. 40. n. 4. in fin. vers. in iudicijs ergo. C. de transaction.*

Quod magis erit in causa criminali, quae est praeiudicialis ad ciuilem. Vnde prius de criminali 22 agitur, † & hoc tam ratione praeiudicialitatis, quam etiam maioritatis, & praeheminentiae *d. l. fin. C. de ordin. cognit. Ancbar. cons. 62. duplici respectu. n. 3. Roland. cons. 13. n. 3. & seq. lib. 2. Aym. d. cons. 280. n. 2. Marta. Voto. 52. n. 5. & 6.* cum alijs allegatis per *Caesar. de Graff. decis. 92. alias decis. 3. n. 1. & 2. de exception.*

Idem quoque dicendum est quando causa ciuilis 23 praeiudicium infert criminali, † itaut criminalis à ciuili dependeat, quia tunc ciuilis est prius discutienda, & in criminali supersedetur *l. praeses prouincia. C. de plagiar. & l. quoniam alexandrum. C. de adulter. Aym. d. cons. 280. n. 2. Frãc. Marc. decis. 497. n. 3. in fin. part. 1. Ludouic. Moroti. cons. 8. n. 1. Rota coram R. P. D. Giptio Romana Stocbi. 9. Martij. 1598. & in alia Romana Pecuniaria. coram Card. Millino. 28. Iunij. 1604* 24 vbi si fuerit intentatum ciuile iudicium executionis instrumenti, & debitor caeperit criminaliter agere super vsuraria prauitate, prius erit causa ciuilis terminanda, quia si declarabitur instrumentum esse exequendum, erit sublata omnis praetensio vsurae, & criminalitatis, ac sententia pariet exceptionem rei iudicatae in causa criminali.

Nec obstat, quod iudicium criminale suspendat cognitionem causae ciuilis propter eius maio-25 ritatem, † & praeheminentiam *l. per minorem. ff. de iudic. l. 2. §. 1. ff. de vi bonor. rapt. Anch. d. cons. 62.* Quia ista non procedunt quando causa cri-26 minalis pendet à resolutione causae ciuilis, † & sententia in ciuili causa lata parit exceptionẽ rei iudicatae in causa criminali, vt *in d. Roman. Pecuniaria. coram Card. Millino. 28. Iunij. 1604* 27 Vbi ampliat quod licet in causa criminali fuisset lata sententia, nihilominus fuit habita pro attentata, ex quo causa ciuilis in Rota proposita erat praeiudicialis criminali.

Prout etiam non debet suspendi causa ciuilis primo loco inchoata, si super falsitate contra te-28 stes examinatos fuerit causa introducta, † cum sententia lata contra testes de falso accusatos non praeiudicet parti, quae testes produxit *Rol. d. cons. 13. per tot. lib. 2. Ruin. cons. 15. n. 11. lib. 5. Abb. cons. 16. n. 3. vers. sed quamquam haec. & n. 6.* vbi testatur de communi *par. 2.*

Aliud tamen esset, si accusatio falsitatis fuisset in-29 troducta contra testes, & partem, † quia tunc supersederi debet à definitione causae ciuilis donec sit decisa criminalis *Bald. in l. fin. n. 13. C. de fid. instrum. Afflict. decis. 103. & decis. 229. n. 3. Gramat. decis. 60. n. 23. Capic. decis. 25. n. 1. Rolan. d. cons. 13. n. 13. Abb. d. cons. 16. n. 6. vers. excipiat ergo. part. 2. Caesar de Graff. d. decis. 92. alias est decis. 3. n. 10. de except.* Quae sunt intelli-30 genda, vt supersedeatur in sententia, † non autẽ quod non possit procedi vsque ad conclusionem causae, vt inter alias limitationes istam tradit 31 *Capic. decis. 25. n. 2. Gramat. decis. 60. n. 24.* † Sicut etiam filius totius causae non consistit in testibus accusatis de falso, sed tantum causa adminiculatur, nõ supersederetur in causa ciuili *Affl. decis. 229. n. 2. et 3. Gramat. d. decis. 60. n. 24. Roland. cons. 13. n. 17. lib. 2. Capic. d. decis. 25. n. 3. Caesar de Graff. decis. 92. n. 4. & 9.* quod etiam prius voluit *Bald. in c. super eo quod. in fin. & Franch. n. 2. vers. his ergo & similibus. de appellat.*

Et in specie retractus, quaestio vicinitatis principaliter intentata in iudicio separato est prae-32 iudicialis iudicio retractus, † itaut eo pendente sit in retractu supersedendum *Put. decis. 50.* 33 *lib. 2.* † Quod non procedit si vicinitas fuerit per viam exceptionis deducta, quia tunc non potest dici praeiudicialis iudicio retractus, & dum cognoscitur qualitas vicinitatis non est super eo supersedendum *Rot. coram Card. Ludouisio Romana retractus. 18. Iunij. 1610.*

Hinc est quod si pendente iudicio super retractu 34 fuerit negata qualitas vicinitatis, ex qua † oritur actio ad retrahendum, dum ea discutitur currit tempus anni ad faciendum depositum, vt requirit Constitutio *Gregorij XIII.* Et ratio est, quia negatio vicinitatis incidenter facta non facit aliud iudicium, cum exceptio non faciat causam de per se, sed de ea iudicatur prout de principali *Bald. in l. 3. in addit. n. 6. ad* 35 *exhiben. Castren. In l. filio praeterito. n. 6. vers. si per modum. ff. de iniust. rup. irrit. testam.* † Et si quid incidenter deducitur, non est necesse super eo pronunciare *Bald. in l. 1. in fin. C. de ordin. cognit. Bero. cons. 34. n. 8. vers. sed quando. lib. 3. Afflin. in prax. iudic. §. 18. c. 2. in fin.* cum alijs allegatis in *d. decis. coram Cardin. Ludouisio.*

Secus

Secus autem est, si fuerint intentata duo iudicia, & contingat disputari de vicinitate in iudicio separato à iudicio retractus, [36] † quia tunc non currit tempus ad faciendum depositum pendẽte iudicio præiudiciali vicinitatis separato, & diuerso, cum eo pendente, supersedendum sit in iudicio retractus, & in his terminis procedunt decisiones *Put.* 50. & 100. *lib.* 2. & hanc distinctionem sequuta fuit *Rot. coram Card. Ludouisio in d. Romana retractus.* 18. *Iunij.* 1610. recedendo à prima decisione in *eadem causa facta sub die* 27. *ianuarij eiusdem anni.*

Ampliu quæstio præiudicialis impedit litis contestationem in actione instituta [37] † *Capel. Tholos. decis.* 29. *Aym. cons.* 592. *n.* 127. *vers. quinto principaliter. in fin. & cons.* 657. *n.* 8. *vers. inde fit vt litis. lib.* 4. Et nisi prius controuersia præiudicialis dijudicetur, [38] † itaut tam cognoscendo quam definiendo præuertatur, omnia acta simul cum sententia nulla redduntur *Bald. cons.* 275. *n.* 1. *vol.* 3. *Castrens. cons.* 281. *in causa ista quinq. n.* 5. *vers. omisso hoc articulo. vol.* 1. *Aym. cõs.* 280. *n.* 2. *vers. adeo prius. & cons.* 519. *n.* 8. *vers. deniq. irrita. lib.* 3. [39] † Adeo vt nulla alia nullitas vincat hanc, quæ ex omissione cognitionis causæ nascitur *Idem Aym. cons.* 657. *n.* 10. *lib.* 4. Quidquid sit quando ista ordinis exceptio non fuisset à parte opposita, [40] † quia tunc processus, & sententia valerent, cum ordo vnius causæ ad aliam respiciat iura partium [41] † *Vanti. de nullitat. ex defectu process. n.* 49. *vers. nihilominus ex quo talis. & n.* 40. *vers. in omnibus igitur. Cardin. in c. tuam. n.* 3. *de ordin. cognit. Guid. Pap. q.* 94. *n.* 3. *& q.* 221. vbi multa similia adducit *Aluar. Valasc. consulta.* 119. *n.* 12. *tom.* 2.

EPITOME.

Ratio administrationis bonorum Confraternitatum, locorum piorum, & similium quando debeat reddi per laicos, & ecclesiasticos Ordinario, seu deputatis iuxta *Concil. Trid. sess.* 22. *c.* 9. *de reformat.* ¶ Et quid in substitutis à principali administratore. ¶ Tutor an exigat rationes à suis factoribus, vel potius illæ debeãt reddi pupillo. ¶ Substitutio quando fiat periculo Procuratoris, vel domini. ¶ Et satisdatio cuius nomine debeat præstari. ¶ Depositarius an liberetur à restitutione depositi quamuis rem apud ipsum depositam penes alium deposuerit & contra eundem sit paratus cedere actionem ad fauorem deponentis. ¶ Et an talis cessio aliquid operetur in actione negotiorum gestorum itaut principalis gerens non teneatur. ¶ Administratio bonorum Ecclesiæ an spectet ad Episcopum, vel Capitulum. ¶ Et quid in hoc consuetudo operetur. ¶ Actus quando dicantur potius gesti protectorio, quam procuratorio nomine. ¶ Confessio absente parte an plene probet. ¶ Et quid si fuerit geminata, & adsint adminicula, & coniecturæ. ¶ Alienationes, & contractus an debeant fieri nomine Rectoris, quãuis Episcopus in eis auctoritatem præstet.

SVMMARIVM.

1. *Administrationis ratio debet reddi tam per Ecclesiasticos, quam laicos, qui administrãt bona locorum piorum, Confraternitatum & similiũ singulis annis Ordinario. n.* 7. *Et quãdo debeãt interuenire deputati. n.* 2. 3. 4. 5. 40. 42. *&* 43.
6. *Consuetudo præscripta spatio quadraginta annorũ an sit seruanda quãuis ius illi resisteret.*
8. *Tutor exigit rationes à suis factoribus, vt postmodum reddat pupillo.*
9. *Substitutio quando fiat periculo procuratoris substituentis, vel domini, & quantum æstimetur interesse eius, quod per substitutum dolosè administratur. n.* 10.
11. *Substituti quo casu præstent satisdationem nomine substituentis, vel domini.*
12. *Negligentia mandatarij non excusat tutorem.*
13. *Gerere per se dicitur, qui per alium facit administrare.*
14. *Prætor, & similes tenentur rationem reddere de gestis à suis officialibus.*
15. *Administratores locorum piorum æquiparantur tutoribus, & omnia debent præstare, quæ illi præstant.*
16. *Actio competit cõtra eum, qui principaliter negotium gessit, & cum quo contractum fuit, non aduersus substitutum.*
17. *Depositarius nõ liberatur à restitutione depositi quamuis rem apud eum depositam penes aliũ deposuerit, & contra eundem sit paratus cedere actionem ad fauorem deponentis. & n.* 20. *Intellige, vt n.* 18. *et* 19. *Et an sit considerandum quod secundus depositarius sit soluendo. n.* 21.
22. *In actione negotiorum gestorum minus admittitur cessio actionum, sed ipse principalis gerens tenetur.*
23. *Delegatio habetur pro iusta præstatione.*
24. *Rem non possidens an liberetur cedendo actionẽ contra possidentem, quamuis teneatur ex contractu, vel quasi.*
25. *Episcopus an possit excludi à Capitulo in administratione bonorũ Ecclesiæ propter cõsuetudinẽ*
26. *Administratio bonorum Ecclesiæ an de iure spectet ad Episcopum, & Capitulum.*
27. *Administratio quando dicatur pertinere potius ad Capitulum, seu ad eius officiales, & ministros. Et ex quibus actibus colligatur quis sit principalis administrator. n.* 28. 29. *&* 30.
31. *Confessio emanata absente parte in foro ecclesiastico an plene probet. n.* 32. *&* 33. *Et quid si agatur per laicos subiectos ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem in foro ciuili. n.* 34.
35. *Cõfessio geminata habet vim cõfessionis iudicialis*
36. *Confessiones circa factum proprium, & adminiculata magis probant.*
37. *Actus gesti quando potius dicantur protectorio nomine, quam administratorio. & n.* 38.
39. *Ecclesia inferior si habet Rectorẽ, alienationes, & contractus debent fieri nomine illius, quamuis Episcopus in eis auctoritatem præstet.*
41. *Iura dicuntur in forma probanti si fuerint extracta vigore compulsorialium, & à successore in officio.*

CA-

CAPVT CCCLXXXXV.

Administratores tam Ecclesiastici, quam laici fabricæ, cuiusuis Ecclesiæ etiam Cathedralis, hospitalis, Confraternitatis, eleemo-1 sinæ, Montis Pietatis, † & quorumcunque piorũ locorum tenentur singulis annis reddere rationem administrationis Ordinario, sublatis quibuscunque priuilegijs, & consuetudinibus in 2 contrarium, † Nisi forte aliud expresse cautum esset in constitutione, seu ordinatione talis Ecclesiæ, seu Fabricæ. Quod si ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci red-3 denda sit ratio alijs ad id deputatis, † tunc cum illis adhibeatur ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis administratoribus non suffragentur. Hæc habentur *in Concilio Tridentino sess. 22. c. 9. de reformat.*

Huiusmodi dispositio Concilij continet duo capi-4 ta, Primum quod soli Episcopo † est reddenda ratio administrationis. Secundum quod si ex consuetudine alijs debeat reddi ratio, illa recipiatur per Episcopum, vna cum dictis deputatis.

Horum occasione in casu mihi proposito prætendebatur per Capitulum Ilerden. reddendam esse rationem administrationis non solum Epi-5 scopo iuxta primum caput Concilij, sed Ministris, & Auditoribus computorum deputatis ab eodem Capitulo cum interuentu tamen Episcopi iuxta secundum caput eiusdẽ Concilij, quod videbatur concedendũ, stantibus statutis disponentibus, quod Capitulũ deputet certos Ministros, & Auditores computorum, qui respectiue administrent, & computa reuideant. Præsertim 6 cum vltra d. statuta adsit consuetudo præscripta spatio quadraginta annorum, quod quidem tẽpus sufficit quamuis ius resisteret consuetudini secundum ius canonicum, cum de iure ciuili sufficerẽt decem anni, vt notat *Abb. in c. fin. 1. vers. quãtam vero tempus. post Glos. ibi in verb. legitime, in princ. de consuetud. Bald. in l. de quibus. in 1. lect. col. 8. in fin. vers. quæro ergo quãtũ. n. 27 de legib. Alex. cons. 68. vt vise. col. 3. in fi. n. 10. lib. 2. Aegid. Bellam. col. vlt. ad med. vers. modo ista regula. n. 2. Roman sing. 103.*

Verum prædictis non obstantibus, contrarium dicebam concludendum esse, quod scilicet non constet de consuetudine, aut constitutione, quæ 7 suffragetur Capitulo, † & per consequens rationem esse reddendam ipsi soli Episcopo iuxta primam partem Concilij, Non autem deputatis cum interuentu Episcopi iuxta secundam partem d. Concilij. Etenim Capitulũ ipsum erat principalis administrator, Deputati vero ab eo erant nudi procuratores, & ministri, qui tamquam subordinati à principali administratore tenebantur rationem reddere ei, qui illos deputauit, Cum tamen administrator principalis, idest Capitulum debeat rationem reddere soli Episcopo, vt disponit Concilium in pri-8 ma parte, † Exemplo eius, quod dicimus de tutore, qui exigit rationes à suis factoribus, vt postmodum eas reddat pupillo, sicut procurator constitutus ad negotia, qui potest alium substituere, & ille alterum, & sic in infinitum, & vnus alteri tenebitur, & substituens habebit re-9 gressum contra substitutum † Talis enim substitutio fit periculo procuratoris substituentis, quando substituit iure suo, & si substitutus negligit, vel dolose versatur tantum æstimabitur, quantum interest Domini principaliter consti-10 tuentis, † Ita in specie tutoris, & procuratoris concludit *Anchar. in c. 1. n. 9. in 3. notab. de procurat. in 6. per tex. in l. si procuratorem. 9. tutores vers. non sunt igitur excusandi. ff. mandat. l. solet 13. ad fin. ff. de tutel.* quod etiam voluit *Io. And. in d. c. 1. in prin. & ibi Gemin. in §. procurator. n. 1. & Franc. ibid. n. 2. de procurat. in 6. Barbat. cons. 92. quod est vltim. n. 5. lib. 3.*

Vnde etiam tales substituti præstant satisdationẽ 11 nomine substituentis, † non autem domini, quasi tunc substituat ex iure residẽte in eo, quidquid aliud sit quando substituerẽt ex iure residente in domino propter mandatum præcedens, in quo talis facultas dabatur *Ang. in l. 2. in princ. n. 1. ff. de curator. bon. dand. per tex. in §. fin. instit. 12 per procuratorem. instit. de satisdat.* † Quare etiam negligentia mandatarij non excusat tutorem *Bart. in l. si procuratorem. 8. §. si tutores. in 13 princ. ff. mandati.* † Cum dicatur per se gerere, qui per alium facit administrare *l. tres tutores. 56. §. non solum & ibi Glos. in verb. mandauit. ff. de administ. tutor. l. ita autem. §. gessisse. ff. eod. tit. & Iason in l. nam & seruius. 22. §. vlt. in verb. elegerit. vers. vel melior ratio. ff. de neg. gest.*

Quod etiam est in Prætore, & similibus, qui tenen-14 tur reddere rationem de gestis † à suis officialibus. *Franc. Munnoz de ratiocin. administrat. c. 3. n. 30. & 31.* Quæ omnia applicantur ad casum de quo agimus, quamuis enim prædicti Doctores loquantur in tutoribus, & curatoribus, 15 Tamen † huiusmodi administratores illis æquiparantur, itaut omnia debeant præstare, quæ illi præstant, vt dicit in proposito *tex. in clem. quia contingit. §. vt autem. & ibi Glos. in verb. tutorũ & Vitalin. n. 65. de religios. domib.*

Et generale est, vt actio competat contra eum, 16 qui principaliter negotia gessit, † Et cum quo contractum fuit, non aduersus substitutũ *Glos. in l. quod debetur. 52. in verb. præstatione. ad med. ff. de pecul. per tex. in l. nam & seruius. 22. §. vlt. de negot. gest. l. non aduersus. C. si certum petat. 17 l. petenti. de pignorat. act.* † Prout ex ista ratione & ex d. iuribus alias cum de hoc quæreretur Dixi depositarium non esse liberatum à restitutione depositi, quamuis rem apud eum depositam penes alterum deposuerit, & contra eundem sit paratus cedere actionem ad fauorem deponentis, non obstante dispositione tex. in *l. si is apud quem rem deposueris. 16. ff. depos.* vbi quamuis sufficiat cessio, cum non habeat nisi 18 actionem, vt notat ibi † *Castr. n. 1.* Tamen illud procedit, quando ex mandato deponentis res fuit deposita apud alium, tunc enim per cessionem

sionē actionum liberatur primus depositarius 19 *l.1.§.si te rogauero.ff. deposit.* † Secus si absque deponentis consensu fuisset factum depositum, nam tunc debet dari actio contra eum, cum quo contractum fuit, vt per *Glos.in d.l.quod debetur* 20 *ff.de pecul.cum alijs supra allegatis*, † Et ita in specie fuisse decisum per Senatum Pedamontanum testatur *Gaspar. Anton.Thesaur.q.27.n.7.* Itaut neque sit considerandum, quod secundus 21 depositarius sit soluendo, † cum cessante mandato, non liberetur primus cedendo actiones, quidquid videatur contrarium sequi *Bursat.* 22 *cons. 113.n.34.& 35.lib.1.* † Quæ magis procedent in actione negotiorum gestorum, in qua minus admittitur cessio actionum, sed ipse principalis gerens tenetur, quasi ipse gessisse videatur, quamuis alteri mandauerit, vt in proposito notat *Glos.in l.nam & seruius.22. §. vlt. in verb.præstes.& in verb.elegeris.ff.de pecul.& in l.si is apud quem rem deposuerit. 22. in verb. tibi præstet.ff.deposit.per tex.in l. 1. §. deiecisse ff.de vi & vi armat.l.ita autem.§.gessisse.ff. de* 23 *administrat. tutor.* † Quidquid aliàs delegatio habeatur pro iusta præstatione *l. quod debetur. in fin.ff.de pecul.l.si vt certa.§.idem labeo.ff.commodat. l. quod sæpe. §.si res. ff. de contrah.empt.* 24 *Rimin. Sen.cons.335.n.4. lib. 2.* † vbi etiam multas declarationes adducit, quando rem non possidens liberetur cedendo actionem contra possidentem, quamuis teneretur ex contractu, vel quasi, de qua materia etiam late *Bart. & alij in l.cum fundus.§.seruium tuum imprudens.ff.si cert.petat. & in l. procuratorem dedero. §.fin.ff. mandat.Doct. in l.si seruus legatus. §. cum quid. de legat. 1. & in l. imperator.ff. de leg. 2.*

Neque poterat dubitari, quod Capitulum non esset administrator principalis, quia agebatur de administrationibus eleemosynarum, & piorum operũ, anniuersariorũ, & ornamentorũ, & similium bonorum Ecclesiæ, quæ vigore consuetudinis probatæ in actis per testes Capituli spe- 25 ctabant ad illud, † nō autem ad Episcopum, qui fuit exclusus à Capitulo propter dictam consuetudinem, quæ consuetudo valet, sicut pactum *Dom.in c.quamquam.23.distinct.* quem allegat & sequitur *Felin.in c.edoceri.21.n.1.vers. intellige ista. de rescript.* Adeo vt ex hoc efficiatur, quod sola administratio spectet ad ipsum Ca- 26 pitulum, † quidquid secundum ius commune, cessante præfata consuetudine, talis administratio pertineret tam ad Episcopum, quàm ad Capitulum, & vtrique esset communis *Idem Felin. in d.c.edoceri.n.3. Cæsar de Graff.decis.4.n.4.de his quæ fiunt à maior. part.capit.*

Præterea omnes testes deponunt; quod in fine anni Capitulum deputat electores, Auditores, & 27 substitutos, † & quod electores nominant officiales, qui gubernant membra sibi commissa, & dant suas rationes Auditoribus, qui computa, & rationes examinant, & referunt in Capitulo, à quo approbantur, seu reprobantur computationes, & per idem Capitulum applicantur redditus in vsus destinatos absque interuentu Episcopi, & fructus colliguntur, fiunt affictus, exercetur iurisdictio, & per vassallos recognoscitur 28 in dominum, cum alijs actibus, † ex quibus clare apparet, quod Capitulum est vere administrator principalis, & tales deputati ab eo sunt procuratores, & nudi ministri, ob illam rationem, quia cum ista sint bona Ecclesiæ, Capitulum non potest super eis se ingerere, & illa om- 29 nia præstare, & ordinare, † nisi ob causam administrationis principalis *clem. quia contingit.§. vt autem.vers.sed eorum gubernatio. de religios.domib.* stantibus præsertim ordinibus datis per Capitulum officialibus prædictis, vt soluant diuersas pecuniarum summas varijs personis, ex quibus ordinibus arguitur administrationem principalem spectare ad Ca- 30 pitulum, Vltra quod etiam in d. ordinibus, & mandatis adsunt confessiones Capituli, quod prædicta faciunt tamquam administratores, quæ confessiones probant quamuis emanauerint absente Episcopo, cum simus in foro Ec- 31 clesiastico propter æquitatem canonis, † qui præsentiam non desiderat, sed solam mentem *Glos. in c. quoties. in verb. & per te.in fin. 1. q. 7.Felin.in c. si cautio. 14.col.7.in fin.vers. fallit secundo.n.27. de fid. instrum.* vbi de communi opinione, de qua etiam testatur *Curt. Iun.cons. 168.sacratissima.col. 4. in princ. vers. tertio re-* 32 *spondetur.n.12.* † Quidquid contrarium sequatur *Alex. cons. 180. in causa angelorum. col. penult. ad med. n. 7. lib. 2.* Quia contra eum 33 est verior opinio, † vt per *Dec.cons.162.in causa matrimoniali col.1. in fin. vers. præterea & secundo respondetur.& col. 2. in princ. vers. ex quibus ista videtur.n.2.Bald.in c.innotuit. col. 1. in fin.vers. in textu in spontanea & secreta. n.2.de election.& in l.rationes.6.ad fin.vers.ad-* 34 *uerte.n.3.C.de probation.* † quæ procedunt etiã si ageretur inter laicos subiectos Ecclesiæ, quo ad temporalem iurisdictionem, quamuis ageretur in foro ciuili, ne dum in foro canonico vt per *Curt. Iun.d.cons.168.col.3. ante med. vers.nec obstat quod in casu nostro.n.12.post Glos. in c. 2. in verb. lex ciuilis.in fin. de arbitr. in 6. Corn.cons.13.post princ.n.1.lib.1.*

Maxime, quia sumus in confessionibus geminatis 35 quæ habent vim confessionis iudicialis † *Bart. in l.cum scimus.n.7.C.de agricol.& censi.lib.11. Roman.cons.290.in casu propositæ consultationis.col vlt.in princ.n.7.& ibi Mandos. in verb. determinat. Dec.cons.162.n.2.* Quidquid dubitet *Ruin.cons.72.super eo de quo quæritur. n.3.* 36 *lib.4.* † Præsertim cum etiam confessiones sint circa factum proprium, & sint adminiculatæ, & deducantur pro adminiculis *Felin.in c.olim. 25.col. 5.post med.vers.fallit octauo. de rescript. per tex.in l.quæro.§ fin.ff.de edil.edict.post Tindar.de test.variet.c.6.*

Nec facit, quod prædictæ cōfessiones, & actus ge- 37 sti per Capitulum, † potius fuerint protectorio nomine, quàm administratorio, prout aliquando sub vtroque nomine fuerunt huiusmodi cōfessiones factæ; Quia debent præualere illæ administrationis, quæ erunt attendendæ, & nō sub

nomine

38 nomine protectoris,† cum sint in contractibus, & mandatis, quæ non possunt sustineri, nisi nomine administratorio, non protectorio, cum protector solum habeat ius protectionis, & preheminentiæ, Administrator autē curam, & sollicitudinem, quasi ad eum negotium spectet, quando enim Ecclesia inferior habet Rectorem alienationes, & contractus debent fieri nomine
39 ipsius Rectoris, † quia hoc est de his, quæ pertinent ad eius administrationem, quamuis Episcopus tamquam superior illis auctoritatem præstet *Franc. in c. 1. n. 7. ad med. ver. ex quorū dictis. vbi Anchar. n. 2. post princ. vers. debent enim tunc verba. & Gemin. n. 7. vers. sed si haberet rectorem. de reb. eccles. non alienand. in 6.*

In prædictis omnibus ita declarauit *Rot. coram R. P. D. Coccino Illerden. visitationis. 14. noue-*
40 *bris 1612.* † Recedendo à decisione contraria prius facta ad fauorem Capituli *in eadem cau-*
41 *sa 4. aprilis. 1610.* † vbi etiam habuit pro iuribus in forma probanti omnia per Episcopum producta tanquam extracta partim vigore cōpulsorialium, partim vero à successore in officio *Dec. in auth. si quis in aliquo. n. 26. C. de edend. Caputaq. decis. 244. & 351. p. 2.*

Et ita etiam per eandem Rotam intelliguntur de-
42 clarationes Concilij quæ opponebantur, † Nam in eis ratio erat reddenda Episcopo, & deputatis, quia præsupposita fuit consuetudo, quod solis deputatis redderetur, vnde intrabat limitatio Cōcilij, quod tunc Episcopus vna cum alijs possit rationes recipere, de qua consuetudine non constabat in casu nostro, & ita etiam loquuntur omnes aliæ declarationes in huiusmo-
43 di materia factæ; † Itaut etiam quamuis Episcopus nunquam interuenerit, dum fuit, reddita ratio, quæ à solis deputatis recepta fuit, Tamen eadem Congregatio resoluerit hoc non obstare, cum ex verbis *Concilij d. c. 9. sess. 22. de reformat.* tollatur etiam immemorabilis.

EPITOME.

Merum, & mixtum imperium, iurisdictio, statuta, consuetudines, & priuilegia an amittantur destructo, & inundato castro. ¶ Et ex quibus causis talis destructio possit contingere. ¶ Et cui incumbat onus probandi d. causam destructionis. ¶ Ius exigendi pedagia an sit amissum destructo ponte, itaut transeuntes per aquam teneantur illud soluere. ¶ Iurisdictio quando possit esse sine territorio. ¶ Et an illius translatio de vno loco ad alium cōcedatur sine Superioris cōsēsu. ¶ Et ad quē illa debeat reuerti propter destructionē Castri. ¶ Reædificatio, & restauratio quādo fiat sine licentia domini.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio omnis dicitur amissa propter destructionem castri.*
2 *Possessio iurisdictionis an perdatur per inundationem.*
3 *Destructio castri potest contingere propter delictum, vel casu, & chasmate, vel prouidentia Superioris, aut ob recessum habitantium, & an dictis casibus amittātur iura, et priuilegia. n. 4.*
5 *Facti calamitas non aufert titulum, vel nomen, sed solum cum de iure castrum destruitur.*
6 *Probata destructione est amissa iurisdictio, & alleganti non esse causam amissionis incumbit onus probandi.*
7 *Iurisdictio, quæ inest territorio, pendet à iurisdictione, quæ aderat in Castro.*
8 *Aqua, quæ ducitur ex Castello, ab eo pendet tāquam à capite.*
9 *Iurisdictio Castri, & territorij est indiuisibilis tamquam incorporalis.*
10 *Seruitus non debetur rei, quæ non est.*
11 *Ius exigēdi pedagiū perditur destructo pōte, neq; illud soluere tenebuntur transeuntes per aquā.*
12 *Destructo castro destruitur territorium castri.*
13 *Homo mortuus, et extinctus nihil quidquā habet*
14 *Castrū destructū est capite fortunas quoq. amittit*
15 *Casus sunt iudices fortunarum sicut flumina.*
16 *Iurisdictio quādo possit esse sine territorio. et n. 17*
18 *Iurisdictio haret quatuor elementis.*
19 *Iurisdictio diuiditur in cognitionem causarum, perceptionem pedagiorum, & similium.*
20 *Iurisdictio redit ad dominos vti fontes, à quibus fluunt, & refluunt flumina.*
21 *Vacantia applicantur Superiori.*
22 *Translatio iurisdictionis de vno loco ad alium, debet fieri cum auctoritate Superioris.*
23 *Reædificatio loci penitus destructi non est permissa sine licentia domini, secus in restauratione. Et an talis auctoritas faciat esse idem castrum cum primo. n. 24.*

CAPVT CCCLXXXXVI.

Propter destructionem Castri, de quo in casu mihi proposito, dicebam fuisse amissam
1 omnem iurisdictionem, † Cum enim sit extinctum principale, omnia accessoria, priuilegia, & iura consumuntur, vt est iurisdictio, merum, & mixtum imperium, statuta, consuetudines, & similia *Alex. cons. 43. de celerrima. n. 2. lib. 1. per l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. pater. §. tusculanus. ff. de leg. 2. Bertrand. Curt. Sen. & alij per Bellon. cons. 1. n. 7. Paris. cons. 101. n. 32. & 36. lib. 1.* late *Andr. Gail. obseruat. 61. in*
2 *princ. lib. 2.* Nam si per inundationem † perditur possessio istorum iurium, multo magis per totalem destructionem, prout ita arguit *Rip. in l. quominus. n. 105. ff. de fluminib.*

Et quamuis talis destructio possit contingere, vel
3 propter delictum, † vel casu, aut chasmate, vel prouidentia Superioris, vt quia castrum erat debile, vel in confinio hostium non aptum ad bonum, vel propter recessum habitantiū, ob terremotū, aut propter hostilitatē, aut similia, de quibus per *Bald. cons. 322. in primis conside-*
4 *randum est. lib. 4.* † Itaut non semper amittātur iura, & priuilegia, vt per *Innocen. c. cū ex iniuncta. & ibi Butr. & Henric. Boic. in fin. de nou. oper. nunciat. Florian. in c. si vsusfructus. ff. quibus mod. vsusfr. amittat.* † Quasi facti calamitas
5 titulū, nec nomē auferat, sed solum cum de iure destruitur, quo casu titulus cassatur, vt declarat *Bald.*

Bald. in sua margarit. in verb. ciuitas. in fin.

Tamen satis est, quod constito de destructione, & non docto, ob quam causam illa prouenerit, 6 statim est amissa iurisdictio, † Itaut alleganti non adesse causam amissionis incumbat onus probandi tanquam fundamentum suæ intentionis, 7 † Cum iurisdictio, quæ inest territorio pendeat a iurisdictione, quæ aderat in castro *Oldrad. cons. 121. ad primam quæstionem. n. 15. Hieron de Mont. de finib. regund. c. 24. n. 15.* 8 † Sicut aqua, quæ ducitur ex castello, quæ ab eo pendet tanquam a capite *l. 1. § ait prætor. & §. seq. ff. de aqua quotid. & æstiu.* 9 † Præsertim quia iurisdictio castri, & territorij est indiuisibilis tanquam incorporalis *Oldrad. d. cons. 121. n. 16. per l. stipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de verb. obligat. l. 1. §. si vsusfructus. ad l. falcid. l. vna est via. de seruitut. rustic. prædior.*

Et generale est, vt omnia iura subiectionis efficiantur 10 libera extinctis iuribus castri, † cum rei, quæ non est, non debeatur seruitus *Io. de Lignan. inter cons. Bald. 321. n. 2. lib. 4. Anchar. in c. cum ex illicita. 2. in 6. notab. de nou. oper. nunciat* 11 † Prout etiam destructo ponte perditur ius exigendi pedagium, ad quod non tenebuntur transeuntes per aquam, cum sit iurisdictio limitata respectu illius loci, qui desijt esse in rerum natura *Bald. in l. si plures. 6. col. 4. post princ. vers. vidi dubitari. n. 14. C. de condit. insert. & in l. si cum pecuniam. 3. in fin. C. de priuileg. fisc. Firman. de gabell. p. 6. q. 8. n. 11. tom. 12. fol. 63. Rip. in l. quominus. n. 106. ff. de fluminib.*

Ita etiam destructo castro destruitur territorium 12 castri † *Bald. cons. 322. in primis considerandum. n. 1. lib. 4. per l. 3. §. qui habet iurisum. ff. de seruitut. rustic. præd.* 13 † Sicut enim homo mortuus, & extinctus non habet quidquã *l. si is qui in metallum. ff. de his qui pro non script. habent.* 14 † Ita castrum in figura, & in essentia destructum cum capite fortunas quoque amittit, tam si de iure destruitur, quam si casu, & chasmate, quasi casus 15 sint iudices fortunarum, † vt flumina *Bal. d. cons. 322. n. 1. lib. 4. per l. sed an vltro. 11. ff. de negot. gest.*

Nec obstat quod possit esse iurisdictio sine territorio *Bal. in c. 1. §. è contrario. de inuestit. de re alien.* 16 *fact.* † Quia hoc procedit habito respectu, vt possit considerari iurisdictio domini separata, idest quod vnus habeat territorium, & alius iurisdictionem in eo, & sic quod vnus sit dominus territorij, & illius redditũum, alter vero dominus iurisdictionis *Capic. decis. 27. n. 36.*

17 Alias iurisdictio semper inhæret territorio, † cui inest tanquam nebula super paludem *Socin. cons. 74. in præsenti consultatione. n. 2. lib. 1. post Bald. in l. imperium. de iurisd. omn. iudic. & in c. 1. §. ad hoc de pac. iuram. firm. Gail. obseruat. 62. n. 9. lib. 2.*

18 Cum etiam iurisdictio cohæreat quatuor elementis propter necessitatem, & vtilitatem ibidem habitantium, quasi hoc modo defendi debeat castrum à malis hominibus *Bald. & alij per Capic. decis. 27. n. 36. per l. congruit. ff. de off. præsid.*

Et facit quia iurisdictio, cuius respectu dicitur ter-19 ritorium, diuiditur in suas species † puta in cognitione causarum, in perceptione pedagiorum, & similium, si ergo ista cessant, non est suum territoriũ, quia non est sua iurisdictio *Bal. cons. 202. ad euidentiã. ante fi. vers. considerandũ est enim. lib. 2*

Ex istis colligitur iurisdictionem ad Principem re-20 uersam esse, seu ad Ciuitatem dominantem, † cum apud istos dominos sit iurisdictio, vti fontes, à quibus fluunt, & refluunt flumina *Bal. in l. rescripta. C. de precib. imper. offer. Rym. Iun. cons. 5. n. 63.* 21 *lib. 1.* cũ alijs per *Roder. alleg. 7. n. 7.* † Prout regulariter ista tanquam vacantia applicantur superiori *Rip. in l. quominus. n. 107. ff. de flum. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 12. n. 6.*

Neq; poterit per primos Dominos transferri talis 22 iurisdictio ad aliud castrum, † Quia ista translatio debet fieri auctoritate Superioris *Felin. in c. cum dilecta. 22. col. pen. in fin. vers. quando autẽ ecclesia. n. 21. de rescr. post Glos. in c. priuilegiũ. 6. de reg. iur. in 6. & Innoc. in c. 2. de oper. nou. nũc. Andr. Gail.* 23 *obseruat. 61. n. 14. lib. 2.* † Qemadmodum neque daretur noua reædificatio loci penitus destructi sine licentia superioris, quidquid aliud sit in restauratione eius, quod non est penitus destructum *Ias. in l. quominus col. pen. n. 185. vsque ad n. 189. ff. de fluminib. post Bal. in l. si vt proponis. la 2. C. de nupt. Afflic. super constit. Regn. rubr. 29. de nou. ædif.* 24 *n. 2. & 7. lib. 3.* † Itaut talis auctoritas faciat esse idem castrum cum primo *Bal. in l. ciuitates. §. in decurionibus. n. 3 ff. quod cuiusq; vniuersit. nom.*

E P I T O M E.

HAbens facultatem transferendi pensionem an possit illam transferre in filium illegitimũ. ¶ Et quãdo pensio veniat appellatione beneficij. ¶ Et quid in ea, quæ assignatur in titulum. ¶ Filij illegitimi an possint obtinere beneficia in ecclesia, in qua patres habent, vel habuerunt beneficium, vel capellaniam non intitulatam, nec collatiuam, seu pensionem, & in ea aliquo modo ministrare. ¶ Et quid in nepotibus legitimis ex filio illegitimo. ¶ Et quando ei obstet *Concil. sess. 25. c. 15. de reformat.* ¶ Et an tales sint ipso iure priuati, & debeant ab Ecclesia amoueri quacunque possessione non obstante absque iudiciario processu, non docto de apostolica dispensatione in specie cũ derogatoria constit. Clem. VII. & concilij, & an iudex ex officio suppleat. ¶ Habens resistentiam iuris an iuuetur possessione longissimi temporis. ¶ Capellania, quando dicatur beneficium ecclesiasticum. ¶ Et qui sint Mansionarij, Assisij, Capellani, Portionarij, Beneficiati habentes patrimonia, & onera missarum, & similes. ¶ Et an in eis verificetur dispositio loquens de obtinentibus beneficia Ecclesiastica quamuis non sint de corpore Capituli, nec habeant vocem inter Canonicos. ¶ Et an in illis cadat proprie vacatio, seu extinctio tituli, & sufficiat cessatio illius iuris percipiendi fructus loco vacationis, & militent reseruationes, & aliæ dispositiones. ¶ Per translationem pensionis an extinguatur pensio antiqua, & possit dici noua. ¶ Illegitimus an sit inhabilis ad obtinendas pensiones, sicut ad beneficia. ¶ Et in eis, quæ ætas requiratur. ¶ Prohibitio de non ministrando in ecclesia de qua operatione sit intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Pensio an possit transferri in filium illegitimum, & quando illi obstet Concil. sess. 25. c. 15. & n. 7.*
2 *Filius illegitimus an possit obtinere pensionem super eadem prebenda, super qua eius pater obtinuit talem pensionem. n. 4. 5. 10. 19. & 23.*
3 *Filij illegitimi Clericorum non possunt obtinere beneficium in Ecclesijs, vbi eorum patres habent, seu habuerunt beneficium, nec quoquomodo in dictis Ecclesijs ministrare. n. 24. & 25. Secus in nepotibus legitimis ex filio illegitimo. n. 6. Et quid si pater solum stallum in choro habuisset, vel beneficium de facto. n. 29. & 30.*
8 *Translatio pensionis difficilius permittitur, quam noua pensio.*
9 *Per translationem extinguitur pensio antiqua, & dicitur noua.*
11 *Illegitimus non potest obtinere beneficia sine dispensatione, obtinebit tamen pensionem, si solum fuerit dispensatus super clericatu.*
12 *Illegitimus non est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus.*
13 *Pensio est quoddam ius temporale separatum ab ipso beneficio.*
14 *Priuatus ad obtinenda beneficia, non dicitur priuatus ad obtinendas pensiones.*
15 *Pensio non venit appellatione beneficij in pœnalibus, quamuis verba essent generalia, & geminata, nisi in causa heresis. n. 16.*
17 *Aetas quatuordecim annorum etiam inchoata sufficit ad beneficia, secus in pensione in qua requiruntur solum septem anni. & n. 18.*
20 *Extensio de vno casu ad alium non datur.*
21 *Aliud est habere pensionem super beneficio, aliud habere beneficium.*
22 *Pensio, qua assignatur in titulum an sit ecclesiasticum beneficium.*
26 *Verba quocumque modo ministrare intelligitur generaliter de quacunq; operatione, Et an comprehendant celebrare missam, epistolam canere, sacrista, ac cantoris officio fungi, antiphonam cantare, & similia ad effectum Concilij sess. 25. c. 15. n. 27. & 28.*
31 *Episcopus tenetur Ecclesiam suam purgare pro suo pastorali officio.*
32 *Filij illegitimi, si reperiantur habere beneficia in Ecclesia, in qua eorum pater habuit, sunt ipso iure priuati, & debent ab ea amoueri quacunque possessione non obstante, absque iudiciario processu, non docto de apostolica dispensatione in specie cum derogatoria Constitutionis Clementis VII. & Concilij. n. 34. 35. 36. & 37.*
33 *Episcopus contra Concilium nec tacite, nec expresse potest dispensare.*
38 *Dispẽsatio est restringẽda ad casũ, de quo loquitur.*
39 *Dispensatio vna non tollit omnes defectus, sed tot debent esse, quot obstacula.*
40 *Generales derogationes, & clausula nõ operantur quando talia sunt impedimẽta, qua difficiliorem solent reddere concedentem ad dispensandum.*
41 *Habens resistentiam iuris, & Concilij non facilè obtinet dispensationem, neque ex possessione longissimi temporis illius præsumptio inducitur. Et an talis possessio prosit respectu tertij. n. 42.*
43 *Possessio non potest habilitare incapacem, nec ex diuturnitate temporis potest nasci titulus.*
44 *Inhabiles ad titulum nõ possunt iuuari possessione.*
45 *Possidens de facto beneficiũ debet remoueri sine ordine iudiciario, & Iudex ex officio supplet. n. 46.*
47 *Incapax non acquirit beneficium, & punitur ob temeritatem tamquam faciens se promoueri cum defectu.*
48 *Illegitimus an prohibeatur habere beneficiũ in Ecclesia, in qua pater solũ erat capellanus, nõ intitulatus, nec prouisus de capellania collatiua et n. 49*
50 *Qualitates qua requirantur, vt Capellania dicatur beneficium ecclesiasticum.*
51 *Verbum aliquod est genericum, & in quocunque beneficio verificatur.*
52 *Beneficium ecclesiasticum quod dici debeat, & in quibus consistat. n. 53. 55. & 56.*
54 *Redditus deputati deseruientibus in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis consistentes in decimis, vel similibus sunt beneficia Ecclesiastica.*
57 *Seruientes in diuinis officijs in cathedralibus, vt Assisij, Mansionarij, Beneficiati, Capellani, & Portionarij, an dicantur obtinere beneficia Ecclesiastica, quamuis non sint de corpore Capituli, nec habeant vocem inter Canonicos. & n. 58. 59. 60. 61. 62. 63. & 64.*
65 *Stipendiarij non participantes, nisi inseruiant, an sint beneficiati. & n. 68.*
66 *Massa communis qua dicatur.*
67 *Percipientes portiones fructuum tenentur seruire si volunt participare.*
69 *Beneficiatus non est propriè qui sine canonica institutione fructus ecclesiasticos percipit.*
70 *Stipendia qua dantur Magistris, & similibus ob quam causam dentur.*
71 *Capellani intitulati participantes de massa, & habentes stallum in choro dicũtur vere beneficiati.*
72 *Ordinari quis non potest sine beneficio.*
73 *Prastimonia & onera missarum non sunt beneficia, nisi quando dantur in titulum.*
74 *Capellania non collatiua an sint beneficia, & an in eis cadat proprie vacatio, seu extinctio tituli. & an sufficiat cessatio illius iuris percipiendi fructus loco vacationis, & militent reseruationes, & similes dispositiones. n. 75. & 76.*

CAPVT CCCLXXXXVII.

Pater obtinens pensionem super aliquo beneficio habens legitimam facultatem illam transferendi † poterit eam transferre in filium illegitimum dispensatum simpliciter ad beneficia & pensiones, neque enim illi obstat *Concil. Trident. sess. 25. c. 15. de reformat.* prout aliàs censuit Congregatio eiusdem Concilij.

Qua resolutione præsupposita, quæritur an filius illegitimus prohibeatur à d. decreto *Concilij c. 15.* obtinere pensionem super eadem præbenda cathedralis Ecclesiæ, super qua eius pater obtinuit aliam pensionem, dum viueret, Præsertim si idem pater nunc defunctus habuit præbendam in ea cathedrali, non tamen illam, super qua filius nunc est obtenturus pensionem.

Disponitur in *d. c. 15.* quod filijs clericorum illegitimis non liceat obtinere beneficium quodcumq; etiam

etiam dissimile in ecclesijs, vbi eorum patres habent aliquod beneficium Ecclesiasticum, aut habuerunt, nec in d. Ecclesijs quoquo modo ministrare, nec obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ obtinent eorum parentes, aut obtinuerunt, & hoc vt longissime arceatur memoria paternæ incontinentiæ à locis Deo consecratis, quos maxime pueritas, & sanctitas decet.

In casu proposito videbatur dicendum filium illegitimum posse obtinere pensionem super eadem 4 præbenda, † super qua eius pater olim dum vixit habuit aliam pẽsionem, Quia *Concil. c. 15. sess. 25.* solum prohibet, vt tales filij illegitimi non possint obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ obtinuerunt eorum parentes, Vnde non debet extendi ad casum impositionis pẽsionis su- 5 per præbenda, † in qua pater habuit pensionem, cum simus in dispositione exorbitanti, & odiosa, prout talem dicit in specie *Nauar. cons. 9. & 10. n. 4. de filijs presbyt.* † Vbi ex hoc concludit illam 6 non habere locũ † in nepotibus legitimis ex filio illegitimo ex *decis. Rot.* ibidẽ inserta, quæ est *corã R. P. D. Rubeo. 12. febru. 1574. Astoricen. pẽsionis.*

Præterea pater clericus habens facultatem transferendi pensionem, potest illam transferre in filium illegitimum, prout præsupponitur fuisse declara- 7 tum per sacram Congregationem, † & in terminis concludit etiam *Gig. de pension. q. 86. n. 5. & respon. 4. eod. tit.* cum alijs per *Paris. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 21. & 22. Gonzal. ad reg. 8. de alternat. glos. 5. §. 5. n. 22. & 23.*

Vnde multo magis poterit de nouo reseruari pensio d. filio super præbenda, in qua eius pater habuit 8 pensionem, † cum difficilius permittatur translatio pẽsionis propter continuationem oneris *Gig. de pension. q. 12. in fin. vers. an autem pensio. n. 2.* Maxime, quia per translationem extinguitur pen- 9 sio antiqua, † & dicitur noua *Ferret. cons. 53. col. 3. ad med. n. 10 Gig. de pension. q. 88. n. 8. Rot. coram Card. Millino. Brixien. pensionis. 23. maij. 1594.* cum distinctione tamen quo ad substantiam pensionis, seu viæ executiuæ, aut similium, iuxta *decis. Rot. coram Card. Lancellot. Carpentoraten. pensionis. 29. maij. 1602.* dixi supra *c. 114. n. 77.*

Neque in hoc casu intrabit prohibitio *Concil. d. c. 15* 10 Quia, vt dictum est, † loquitur solum, quando pensio est reseruata super beneficio, quod habuit pater, tunc enim reseruatio non admittitur, vt notat *Gonzalez. de alternat. d. glos. 5. §. 5. n. 23.*

Ideo etiam quamuis illegitimus non posset sine di- 11 spensatione obtinere beneficia † *c. 1. de fil. presb. in 6.* Tamen obtinebit pensionem reseruatam super fructibus beneficij, si aliàs clericus sit in prima saltem tonsura constitutus, & super clericatu dispensatus *Rot. coram R. P. D. Robusterio. Legionen. seu Zamoren. pẽsionis. 10. Octobris. 1587.* quæ 12 est inter *decis. diuers. 425. p. 1.* † vbi, quod illegitimus non est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus, cum non possit esse clericus. Vnde cum sit dispensatus super clericatu, non indiget alia dispensatione super illegitimitate *Sarnens. de annal. q. 21. in fin. Rot. coram Card. Blanchetto. Burgen. pensionis. 19. febr. 1596. & coram R. P. D. Gipsio. Cæsaraugustana pensionis. 12. februarij. 1595.* Quasi pensio sit quoddam ius 13 temporale separatum formale, & per se distinctum ab ipso beneficio *Rot. diuers. d. decis. 425. in fin. p. 1. Cæsar de Grass. decis. 3. n. 8. de præbend.*

Quemadmodum etiam priuatus, & inhabilitatus ad 14 obtinenda beneficia, † non dicitur priuatus ad obtinendas pensiones *Nauar. cons. 12. in fin. n. 15. de rescript.* Cum in materia pœnali, & odiosa nunquam pensio veniat appellatione beneficij, 15 quamuis verba essent geminata, & generalia de omnibus, & quibuscunque beneficijs, & officijs 16 *Crescent. decis. 14. n. 2. de re iudic.* † Nisi priuatio fieret ex causa hæresis, quia tunc pensio comprehenderetur *Gig. de pension. q. 94. n. 7.*

Quare etiam ætas 14. annorum, quæ requiritur ad 17 beneficia ex *Concil. Trid. sess. 23. c. 6.* † quæ ætas etiam sufficiet, si sit tantum inchoata secundum declarationem *d. Concilij*, non est necessaria in 18 pẽsionibus, sed sufficit ætas septem annorũ, † cum Concilium solum loquatur de beneficijs, & nihil innouet quo ad pẽsiones, quæ nõ sunt ecclesiastica beneficia, Vnde remanet ius intactum disponens, quod sufficiant septem anni *Gig. de pension. q. 13.* Et ita declarauit *sacra Congreg. eiusdem Concil.*

Prout neque obstabit, quod pater habuerit aliã præ- 19 bendam in eadem cathedrali, † Quia satis est, quod non sit illa, super qua nunc filius obtẽturus est pensionem, cum solũ Cõcilium prohibeat pensionem super fructibus beneficiorum, quæ paren- 20 tes obtinebant, † Vnde non dabitur extensio ad alium casum *c. quæ à iure communi. de reg. iur. in 6. c. is qui. in fin. de fil. presb. eod. lib.* † Et aliud est 21 habere pensionem super beneficio, aliud habere beneficium *Gig. de pension. q. 28. n. 10. & q. 1. & q. 68. n. 13. Paris. de resignat. q. 4. n. 22. lib. 6.* dixi *in addit. ad decis. Marchia. decis. 158. n. 5. & 9.*

Considerandũ tamen esset, an simus in pensione, quæ 22 consueuisset assignari in titulũ, † de qua per *Abb. & alios in c. conquærente. de cleric. non resid. & in c. dudum. de præsump.* Talis enim pẽsio bene comprehenderetur in d. constitutione, tanquam sit ecclesiasticum beneficium, vt notat *Gig. de pension. q. 86. n. 9. Diaz. in prax. crimin. c. 64. in 2. edition. n. 10. Felin. in c. postulasti. 27. col 13. in princ. vers. tertia declaratio. n. 8. de rescrip. Imol. & Cardin. in clem. 2. de vit. & honestat. cleric. Crescent. decis.* 23 *14. n. 3. de sent. & re iudic.* † Prout quando pater habuisset pensionem ex causa resignationis, tunc enim ille non posset transferre pensionem in filium illegitimum ex causa supra relata, & comprehensa in decreto, ne nimium dispendium patiatur cum facultate transferendi, vt per *Paris. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 23.*

An autem filius illegitimus prohibeatur habere beneficium in Ecclesia, in qua pater solum fuit capellanus non intitulatus, nec promisus de capellania collatiua, & an in ea possit ministrare, & non docto de apostolica dispensatione quomodo obtinentes similia beneficia sint priuandi, non obstante quacunque longissima possessione, cum alijs ad materiam *Concil. d. sess. 25. c. 15.* Concludendum est secundum ea, quæ infra ad vtilitatem publicam subijciam tanquam multum notanda, & quotidie in praxi occurrentia, quorum auctor

est Alexāder Gatianus Philosophiæ, Sacræ Theologiæ,& V.I.D.meus germanus frater, quem facile esset laudare,cum multa in eo sint laudanda in omni scientiarum genere, sed coniunctio sanguinis inhibet; Alios hæc cura tanget,bonos præsertim,& ab omni obtrectatione vacuos, & illos, qui eum bene norunt per triginta annos in Curia Romana,& alibi grauissima negotia summa cum integritate, & doctrina tractantem, & definientem. Curabo ego euulganda eius scripta, si in melius eat valetudo, cum illi hoc non licuerit ob immaturam mortem, Neque erit infructuosus labor, vt prosim pluribus ob multas singulares quæstiones, quæ in eis continentur tam in causis prophanis, quam beneficialibus.

Concilium Tridentinū *sess.25.c.1.de reformat.* dū ad arcendam memoriam paternę incontinentię à locis Deo consecratis, mandat,† quod non liceat filijs clericorum illegitimis quodcunq; beneficium obtinere, aut quoquomodo ministrare in ecclesijs, vbi eorum parentes beneficium aliquod ecclesiasticum habuerunt; Ampliat sine dubio dispositionem iuris communis in *c. 2. c.litteras.c.cum decorem.c.ad abolendum.de fil.presbyt.* Vt † non tantum paternum beneficium, † sed nec etiam dissimile,nec vti intitulati in Ecclesia, sed nec etiā sine aliquo titulo ministrare possint propter generalitatem illorum verborum quoquomodo ministrare,† quæ generaliter de quacūque operatione intelliguntur ex notatis per *Rebuff.in l.in lege censoria. in verb. ministeria. de verb. signif.* † Itaut neque missam ibi celebrare, aut epistolam canere,neque Sacristæ,aut Cātoris officio fungi possint,vt tenet *Nauar.conf.1.q.17.n.46.in tit.de constit.* † Sed nec etiam antiphonam in ea canere ratione oneris beneficij alterius Ecclesiæ annexi, vt resoluit *Congreg. Concil. in vna Leodiensi.3.septembris.* 1587. † Etiam si pater solum stallū in choro habuisset ratione Abbatiæ, quam in alia ecclesia habebat, vt declarauit dicta *Congregatio.14.februarij.* 1585. † Et etiam si beneficium tantum de facto habuerit, vt dixit *eadem Congregatio.4.septembris.*1586.Cum in omnibus his casibus militet eadem ratio Concilij de arcenda memoria paternæ incontinentiæ.

Itaque cum Episcopus teneatur ecclesiam suam purgare pro suo pastorali officio † *clem. 1. cum ibi notat. de offic. ordin.* argumento *l.præses. la 2. l. congruit. ff. de offic. præsid.* Debet, si quos huiusmodi in Ecclesia intrusos repererit, † assignato eis competenti termino ad docendum de dispensatione apostolica, si forte ea suffulti existant, nihilq. docto, quacunque possessione non obstante amouere,nulla enim data dispensatione apostolica sunt ipso iure priuati, ex quo Concilium inhabiles tales facit ad beneficium obtinendum, vt bene notat *Nauar.d.conf.1.n.47.q.18. de constit.*

Dispensationem autem Apostolicam dixi requiri, quia per quamcunque tolerantiam Episcopi nihil actum esset,†cum contra Concilium,nec expresse, nec tacitè Episcopus valeat dispensare *Glos. in c. cū dilectus.in verb.de ætate.de election. Abb.in c. dilectus.n.3.de fil.presb.* † Et apostolicam dispensationē necessariā esse voluit *Card.in c.tua. col.2. circa med.*& concludunt alij *in c.pen.& fin.de fil. presb.* † Sed nec quæcunque dispensatio suffragatur,nisi in specie dispensentur ad obtinenda beneficia in Ecclesia, in qua pater *c.1.vbi Glos.in verb. patiaris.c.conquerente.& ibi Glos.in fin.de fil.presbyt.Rebuff.in praxi.tit.de dispensat.super defect. natal. n. 55.* † Vbi *n. 24.* plus voluit requiri in specie derogationem Constitutionis *Clementis VII.*super hoc editæ,& hodie etiam *Concilij Trident.* saltem in genere,† & propterea non sufficeret dispēsatio super defectu natalium ex presbytero, neque habilitas ad quæcunque beneficia obtinenda, † nisi in specie de hac fieret mentio, quia cum semper dispensatio restringenda sit ad casum, de quo loquitur *c. 1.§.fin.de fil.presbyt.in 6.* Vna dispensatio non tollit omnes defectus, sed tot debent esse dispensationes,† quot obstacula *Gem.cons.33.n.8. Cassador.decis.9.n.4.de præben. Rot.decis.233.n.22.p.1.diuers.* Neque generales derogationes,& clausulæ operantur,† quando talia sunt impedimenta, quæ difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum *Bald. in l.2.n.22.vers.vnum scias.C.de furt.Felin.in c.nonnulli.n.21.vers.quinta conclusio.de rescript.Alex.cons.195.n.10.lib.2.Menoch.de arbitr. lib.3.centur.3.cas.203.n.12.*

Item dixi quacūque possessione non obstante, Quia cum illegitimi † in hoc casu habeant contra se resistentiam iuris,& Concilij, contra quod non ita facile dispensat summus Pontifex,ex diuturna possessione etiam longissimi temporis,non potest induci aliqua præsumptio dispensationis, & vbi non solet dari dispensatio vera, cessat etiam præsumpta *Put.decis.139.n.4.& decis.257.n.3.lib.3.* Possessio vero prodesset respectu tertij, sed respectu superioris,& Episcopi, qui vult videre titulū non prodest,ex quo habet resistētiam iuris,vt notāt Doctores in *c.licet heli.vbi Abb.n.24. Anan.n.19.Felin.n.15.de simon. Idem Felin.in c.illud. n.9. de præsumpt.* benè *Glos. in c. 1. in verb. obtineri. circa med.vers.& nota quod hæc regula.vsque ad fin.de reg.iur.in 6.* † Nec possessio potest habilitare incapacem, nec ex tēporis diuturnitate potest nasci titulus,vt dicit *Rebuf.in tract. de pacif. possess.in 4.limit.n.172.* vel secundum aliā impressionē *n.206.* qui in specie ponit de illegitimo, qui est inhabilis ad obtinendum beneficium in Ecclesia, in qua pater *ibid.n.225.vers.vigesimoquarto*, vel secundum aliam impressionem *n. 276. cum seq.* † subdens rationem, quia cum non possit habere titulum, non potest iuuari possessione, quæ non datur sine titulo,& sine titulo quis semper est in mala fide, consequenter nunquam præscribit *c.fin.de præscript.c.possessor.de reg.iur.in 6.*

Prout etiam dixi non docto de dispensatione esse amouendos, Quia in hoc casu nullus alius iudiciarius processus requiritur, † cum de facto retineant beneficia *tex.est in c.quoniam.*& ibi notat *Abb. de fil. presbyt. Innoc. in c.fin.eod.tit.* quia vt inquit *Card.ibid.etiam in fin.*cum de facto cōstet nō est opus vexare actorem libelli oblatione, vel alio ordine iudiciario, & vbi subest periculū animarum† & publica vtilitas,non est res in controuersiam iudiciariam deducenda,sed debet Iudex

Ex officio supplere *Idem Card.* loquẽs in materia nostra *in c. consequente. eod. tit.* Sed etiam puniri poterunt de temeraria retentione ob incapacitatem beneficij, quæ non tantum præcludit acquisitionem ab initio, 47 † sed etiam reddit punibilem eum, qui cum defectu se promoueri fecit ad dignitatem, vel officiũ, cuius erat incapax, vt notat *Bart. in l. 2. C. si seruus aut libert. lib. 10. Abb. in c. si scitatus. n. 14. de rescript. & in c. fin. n. 13. de procurat. Nauar. conf. 8. n. 2. de priuileg.*

Verum, quia Concilium loquitur de illis Ecclesijs, vbi eorũ parentes beneficium aliquod ecclesiasticum habuerunt, cum de facto hic casus contingisset, euadere dispositionem Concilij nitebatur 48 illegitimus sub prætextu, † quod eius pater fuisset capellanus tantum in Ecclesia, & non in ea intitulatus, nec capellania illa esset collatiua, cum ecclesia receptitia esset, omnesque de Ciuitate ad eam admitti possent, & ad eius seruitium adscribi, neq; de redditibus participarent, nisi in quantũ inseruirent, ita vt potius stipendarij, quàm beneficiati viderẽtur, Vnde neque in ea determinatus istorum capellanorum numerus constitutus erat, sed aliquando plures, aliquando pauciores erant, prout plures, aut pauciores ab Episcopo ordinabantur, & admittebantur.

Sed non obtinuit, probabatur enim in illa Ecclesia 49 omnia beneficia in tres ordines diuisa esse, † nempe dignitates, canonicatus, & capellanias, eaque obtinentes simul vnum corpus efficere, de eadem communi mensa participare, dignitates quidem & Canonicos pro tribus partibus, capellanos vero pro duabus, omnes tamen de Ecclesiæ gremio esse, & de Capitulo, stallum in choro, ac vocem, & locum in capitulo pro graduũ dignitate habere, semelq. admissos, & receptos perpetuo illas obtinere, & nõ nisi per mortẽ, aut priuationẽ propter 50 delictum inde amoueri posse, † quæ qualitates nedum capellanias istas beneficium ecclesiasticum largo modo efficiebant, in quo forte Concilium verificari posse videbatur propter verbum illud aliquod, quod genericũ est, & in quocũque bene-51 ficio verificatur † ad notata per *Glos. in clemen. vnic. in verb. aut eorũ parte aliqua. de for. compet. auth. habita. §. hoc igitur inter aliqua. C. ne fil. pro patr. Rebuf. in l. locus. in verb. aliqua. ff. de verb. si-52 gnif.* † Sed beneficium proprie constituunt, Nam beneficium ecclesiasticum dicitur portio illa obuentionum, & redditũ ecclesiasticorũ, quę datur ministris Ecclesiæ pro seruitio illo spirituali, vt notat *Rebuf. in prax. benefic. tit. quid sit beneficiũ. 53 n. 8.* † Et ius percipiendi prouẽtus in ecclesia cõpetens alicui tamquam vni de Collegio est beneficium secundũ *Hostiens. in sum. tit. de prabend. in prin.* & secundũ *S. Antoninũ p. 3. tit. 15. c. 1. §. 1.* 54 redditus deputati, † & designati deseruientibus clericis in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis in officijs, quamuis illi clerici canonici non sint, si celebrant, & intersunt diuinis officijs, siue redditus isti sint ex decimis, vel ex possessionibus, di-55 cuntur beneficia ecclesiastica; † *Et Io. de Sylua.* quem omnes sequuntur in *tract. de benef. q. 1. n. 4.* generaliter definit beneficiũ ecclesiasticũ vocari postatem illam collatã clerico percipiendi prouentus in Ecclesia, nec refert quod vocentur ca-56 pellaniæ, vel alio nomine, † dummodo dentur ad vitam recipientis, & habeant aliquid spiritualitatis annexũ, vt notat *Aneh. in c. beneficium. n. 3. & seq. de reg. iur. in 6. Rebuf. de pacific. possess. n. 287. Hoieda. de incompatibil. benefic. p. 2. c. 8. n. 10.*

Et in specie, quod isti capellani deputati ad seruiendum in diuinis officijs in cathedralibus ecclesijs, 57 quos iura vocant Assisios, sint beneficiati, & ecclesiastica beneficia obtinere dicãtur, est tex. *in c. cũ ad hoc. de cleric. nõ residẽt.* vbi *Glos. & Doctor.* dicunt in fortioribus terminis, quod licet nõ vocentur ad communes tractatus cum Canonicis, nec habeant vocem in Capitulo, nec sint de corpore collegij Canonicorũ, sunt tamẽ ecclesiæ be-58 naficiati, & clerici in ecclesia intitulati, & isti in multis ecclesijs vocantur Mansionarij secundum *Glos. Hostien. Io. And. Card. Butr. Anan. in d. c. cũ 59 ad hoc* † In alijs beneficiati. In quibusdã capellani secundum *Imol. ibid. ad fin. Abb. n. 9. in fin.* Prout etiam capellanos vocat *Rocchus de Curte. de iur. patron. in verb. competens. n. 3.* & Portionarios, 60 Mansionarios, Capellanos † appellat *Marsil. Columna. in tract. de redd. eccles. c. 14.* & Mansionarios & Capellanos vocat *Glos. in proœmio. Sexti in verb. à multis. & in clem. 1. in verb. matricẽ. de 61 sent. excomm.* † dicẽs tales esse Bononię, & in multis cathedralibus, & matricibus Ecclesijs, & isti regulariter nõ sunt de corpore Capituli, nec habent vocẽ inter Canonicos, nisi aliud sit de cõsuetudine, sed nihilominus dicuntur habere beneficium in Ecclesijs secundũ *Imol. in d. c. cum ad hoc et Card. in c. 1. de elect. q. 5. et 6.* vbi etiã *Abb. n. 11.* 62 Idẽ dicitur † *in c. quamuis. il 1. vbi Glos. in verb. non extendit. de preb. in 6. & ibi Franc. in §. quã-63 quam. n. 5.* † inferentes, quod cũ mandatur alicui prouideri de beneficio, potest de huiusmodi Mansionarijs, & Capellanijs prouideri, Et inter beneficia connumerat *Silu. d. tract. benef. p. 1. q. 2. n. 33. 64 in 11. Specie benef.* † Multo igitur magis existimãdi erunt beneficiati isti capellani, qui habent etiã vocẽ in Capitulo, & sunt de corpore collegij, & Capituli, negari enim nõ potest, quod isti non habeãt beneficia magis qualificata, vt notat in simili *Rot. decis. 8. n. 1. circa med. de preb. in antiq.* Et faciũt quæ tradũt *Moderni Hispani*, qui benè scripserũt *de reg. 8. de mẽsib. reseru. gl. 5. in prin. n. 43.*

Nec refert quod non participent, nisi inseruiant, & 65 pro modo seruitij tantum, † itaut potius stipendarij, quã beneficiati videantur; Nam hac ratione attenta nec etiam Canonici, nec Dignitates essent beneficiati, qui nec etiam participant de 66 massa, nisi pro modo seruitij, † ideo enim vocatur massa communis, quia diuiditur inter seruientes pro modo seruitij iuxta tex. *in c. 1. & ibi Glos. 67 magna. de cler. nõ resid. in 6.* † Et non est dubium, quod isti, qui percipiunt partes, seu portiones fructuum tenentur deseruire, si volunt participare *Put. decis. 44. ad fin. lib. 1.* Sed hoc non facit quod 68 non sint beneficiati, † & ideo, quia seruiunt, de bonis Ecclesiæ participant, & qui plus seruit, plus percipit, vt notat *Arcbid. in c. clerici. 1. q. 2.* Immo multo magis sunt beneficiati, cum sint ad maius seruitium adstricti *Moderni Hispani* qui de istis capellanijs loquuntur *d. glos. 5. n. 118.*

Neque in hoc repugnat *Glos. in c. 2. in verb. obtineri.*

69 de reg.iur.in 6.† Vult enim Glos.& rectè quod nō est propriè beneficiatus,qui sine canonica institutione fructus Ecclesiasticos percipit, si intuitu pietatis, vel pro obsequio, & labore præstito,aut ex alia necessitatis causa ecclesiastica bona, vel fructus ei assignentur, vt sunt stipendia,quæ dā-

70 tur Magistris,& similibus ministris,† dātur enim in hoc casu, non vt ecclesiastica bona ratione ministerij ecclesiastici, & iuris spiritualis, sed pro operibus præstitis tamquam merces, & salarium c.1.de magistr.c.quicunque.12.q.2.c.possessiones.

71 16.q.1.c.clerici.16.q.3.quod nemo negat.†Sed isti Capellani intitulati sunt in ecclesia,& vti ad eam ordinati percipiunt fructus Ecclesiæ, participant de massa, habent stallum in choro, & locum, & vocem in Capitulo,quæ non competunt, nisi verè beneficiatis,Imò implicicare videtur,quod ordinentur per Episcopum ad titulum dictarum Capellaniarum, & non sint beneficiati in ecclesia,

72 cum † sine beneficio quis ordinari non possit ex Concil. sess.21.c.2.de reformat. Et in fortioribus terminis volunt Doctores quod præstimonia, & onera missarum, quæ non sunt beneficia, vt nos

73 alibi explicauimus,† si dantur in titulum,censeri debeant beneficia Gemin. in c.1. col.fin. de consuetud.in 6. Franc.ibi.n.7. Felin.in c.postulasti. n.7.vers.circa secundam. vbi de communi de rescrip.Hoieda.de incompatib.benef.p.1.c.21.n.10. Quod autē hæ capellaniæ collatiuæ non sint, parum refert, cum enim alia requisita verificentur, be-

74 neficia dicūtur,† licet non collatiua Nauar.cons. 8.n.17.de iur. patron. Hoc enim non accidit, eo quod non sint beneficia, sed ex eo quod Ecclesia est receptitia, & non est numerata. Et in his non est locus collationi propriæ, sed nihilominus beneficiati dicūtur,qui ad eam admittuntur,& portiones istarum Ecclesiarum, siue Canonicatus, siue capellaniæ, aut Mansionariæ nominentur, beneficia sunt tex. est in c.ex parte. vbi notant Do-

75 ctores.de concess.prabend.† Et in his licet non cadat propriè vacatio,& collatio, cadit tamē quædam extinctio tituli,itaut expiratio, seu cessatio illius iuris percipiendi fructus ecclesiasticos habeatur loco vacationis, Et cum quis admittitur creatur de nouo in eius persona ius illos percipiendi,& hoc ius quod datur nouo admisso habetur locò collationis,vt dicit tex.in c.dilecto. vers. præterea.& ibi notant Card. Abb.& alij. de præb.

76 Sed ista non faciunt, vt non sint beneficia, quamuis in his non habeant locū reseruationes,& aliæ dispositiones, quæ non possunt in istis beneficijs verificari vt de his pleneagūt Moderni ad d.reg. 8.glos.9. §.3.n.2. Et ad effectum,vt intret Concilium, quod de quocunque beneficio ecclesiastico loquitur, nemo dixerit has Capellanias non esse ecclesiastica beneficia, & noluisse in his,qui diuinis officijs quotidie inseruiunt, memoriam incontinentiæ paternæ non amouere, quam procul ab Ecclesia arcere voluit.

EPITOME.

Præterito filij quando reddat testamentum nullum, quamuis pater testatus fuerit etiam inter aliquos ex liberis. ¶ Et an sustineatur per clausulam codicillarem, itaut filius præteritus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæredi scripto detracta sua legitima. ¶ Legata an debeant sortiri effectum cū omnibus dispositis per testatorem in testamento nullo tam ex causa præteritionis,quam solemnitatis. ¶ Et quid in posthumo scienter, seu ignoranter præterito.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum est nullum sine institutione,seu exhæredatione filij.*
2 *Testamentum imperfectum inter liberos valet dūmodo ex vitio præteritionis vnius ex filijs non annulletur.*
3 *Clausula codicillaris operatur validitatem testamenti, & facit quod filius præteritus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæredi scripto detracta tamen legitima. n.5.*
4 *Verba valeant iure codicillorum æquipollent illis si legata non debeantur ex testamento,sint debita ab intestato.*
6 *Legata cum omnibus dispositis in testamento sunt valida,& sortiuntur effectum excepta tantum hæredis institutione non obstante præteritione filij, si adsit clausula codicillaris. n.7.& 8.*
9 *Legata non debentur ex testamento imperfecto ratione solemnitatis.*
10 *Præteritio scienter, vel ignoranter facta quando faciat sustineri legata.*
11 *Testator nō præsumitur legata magna relinquere quando posthumū ignoranter præterijt.& n.12.*

CAPVT CCCLXXXXVIII.

Cvm præsupponatur filium fuisse præteritum à patre,Dixi non esse dubitandum de nulli-

1 tate huiusmodi testamenti, † requiritur enim institutio, seu exhæredatio filiorum à parentibus, quia ratione suitatis dominium bonorum in vita patris quodammodo impropriè saltem est apud filios,& post mortem immediatè in eis continuatur, ideoque pater non potest alium instituere, nisi prius priuet filium dominio mediante exhædatione, alias diceretur testari de rebus alienis Bart.in l. in suis. n.4. de liber. & posthum. & est tex.in l.inter cetera. vbi Alex. in princ. ff.eod.tit. & de communi latè Crass. in §.testamētum.q.35. n.2.Clar.eod.tit.q.42.in princ.

Quæ etiam procedunt in testamento inter liberos,

2 quod licet alias valeat,† quamuis sit imperfectū, tamen ex vitio præteritionis vnius ex filijs est nullum, vt concludunt omnes in l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testam.post Glos. in l. filius in potestate.de liber.& posthu. Dec.cōs.105. pro tenui facultate. col.penul.ad fin. vers.non obstat quod si testamentum.n.5. Ang.in l.filio præterito. col. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Card.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.2. n.15. vers.neque etiam obstat auctoritas.

Verum,quia in d.testamento adest clausula codicil-

3 laris, quamuis filius sit præteritus, † illius virtute sustinebitur, adeout huiusmodi clausula operetur, quod filius præteritus censeatur rogatus restituere hæreditatem hæredi scripto in tali testamento Alex. cons.26. circa primū dubium. col. 3.ad med.vers.vnde nunc est videndum.n.5.lib.1. per textum quem dicit singularem in l.generaliter.

Ar. §. ex testamento. C. de fideicommiss. Dec. conf. 241. in casu proposito. col. 1. n. 2. cum alijs per *Roland. conf. 71. n. 57. lib. 2.* † Quasi illa verba valeant iure codicillorum æquipolleant illis verbis, si legata non debeantur ex testamento, sint debita ab intestato, Ideo omnis dispositio præter hæredis institutionem erit firma, & virtus istius clausulę codicillaris erit, vt filius præteritus intelligatur grauatus per fideicommissum vniuersale ad restituendum hæreditatem scriptis in testamento, detracta tamen quarta legitimæ † *Ias. conf. 104. col. penul. in fin. vers. sed cum in præsenti. lib. 4. Paris. conf. 26. n. 49. lib. 2.*

Ex quibus etiam resoluitur aliud dubium circa legata, illa enim † cum omnibus dispositis in testamento erunt valida, & sortiri debet effectum, excepta tantum hæredis institutione, non obstante præteritione, de qua agimus, *§. aliud. auth. vt cũ de appellat. cognosc auth. ex causa. C. de lib. præter. Glos. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad trebell. Socin. conf. 31. col. 1. lib. 4.* † & est verior opinio etiam stante præteritione filij, quidquid alij contrarium sentiant, vt t. statur *Roland. conf. 71. n. 56. lib. 2. post Dec. conf. 241. col. 1. in fin. Paris. conf. 60. n. 11. & 12. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. n. 16.* † Quod enim non operatur circa hæredis institutionẽ. *auth. ex causa.* hoc operabitur clausula codicillaris, Intelligendo tamẽ, quod non sustineatur ipsum testamentum, vt Doctores improprie loquuntur, neque institutio, sed transeat in codicillos, alias scriptus hæres iure directo caperet vniuersam hæreditatem, quod non permittitur, vt notat *Crass. in §. testamentum. q. 50. n. 2. in fin.* † & passim legata debentur ex testamẽto nullo ex causa præteritionis, quamuis aliud sit quando illud non esset iure factum, sed imperfectum ratione solemnitatis *Idem Crass. in §. legatum. q. 67. n. 2. post Bald. in l. 1. de iur. codicill. Cephal. conf. 585. n. 38. vsque ad n. 42. lib. 4.*

Magis autem prædictis erit locus, quia præsupponitur filium scienter fuisse à patre præteritum, † quo casu legata sustinentur, quidquid posset dubitari in præteritione ignoranter facta iuxta magis cõmunẽ, & æquiorem opinionem, de qua per *Bart. in auth. ex causa. vbi Ias. col. 4. ad fin. vers. tenendo tamen. n. 4. & col. 8. in fin. vers. secundo limita. n. 16. C. de liber. præter. Cephal. conf. 585. n. 26. lib. 4.*

Maxime quando legata essent adeo magna, † vt non esset verisimile, quod pater, si sciuisset posthumum sibi nasciturum, illa reliquisset, tunc enim rupto testamento propter natiuitatem posthumi rumpitur etiã legatum, aliàs secus *Alciat.* qui de communi *reg. 1. præsump. 13. Crass. in §. legatum. q. 67. n. 5. Add. ad Alex. conf. 41. in verb. ignorãter. lib. 1. & conf. 47. in verb. ignoranter. lib. 2.* vbi quod hæc est vera opinio, quidquid alij dubitent & quia de hoc modo nõ est quæstio, non erit vlterius insistendum, † & satis sit remittere ad *Andr. Gail. obseruat. 134. per tot. lib. 2. Socin. in l. cum auus. col. 14. n. 37. de condit. & demonstrat.*

EPITOME.

Congrua portio quare debeatur Rectori, & quomodo, & per quem sit taxanda. ¶ Et an illi obstet, quod acceptauerit beneficium tenue. ¶ Parochus quando possit assumere sibi socium in adiutorium suæ curæ. ¶ Et qualis debeat esse. ¶ Oblationes, Funeralia, & Distributiones quotidianæ an computentur in congrua portione. ¶ Et an veniant in locationibus beneficiorum, & illorum valore, ac obligatione generali. ¶ Et in condemnationibus. ¶ Conductor fructuum an acquirat munera, quæ dantur Domino per vassallum. ¶ Acquisitionis aptitudo quãdo augeat pretium. ¶ Præscriptio à quo tempore incipiat in annuis præstationibus. ¶ Et ad hoc vt purgetur mala fides an requiratur, vt obierint omnes de Capitulo, & Collegio, qui tunc temporis cœperunt habere scientiam eius, quod præscribitur. ¶ Obuentiones an cedant capellæ, seu ecclesiæ parochiali.

SVMMARIVM.

1 *Funeralia debentur Rectori, non obstante congrua portione eidem assignata. & n. 2.*
3 *Portio congrua est danda Parocho plus & minus secundum qualitatem personæ, onerum, & facultatum beneficij, rationem hospitalitatis, curam animarum, & similia. n. 4.*
5 *Alimenta maiora sunt præstanda magis digno.*
6 *Iudex arbitratur quantitatem alimentorum, & congruæ portionis. Et in ea defertur Iudicibus de partibus. n. 7. & 8.*
9 *Parochus ratione curæ sibi cõmissæ potest assumere sociũ in adiutoriũ illius, et qualis debeat esse. n. 10*
11 *Rector debet habere congruam portionem, quamuis acceptauerit beneficium tenue. Et quomodo concordentur Rotæ decisiones. n. 12.*
13 *Congrua portio quare debeatur parochis.*
14 *Ecclesia parochialis habet fundatam intentionem super omnibus obuentionibus contingentibus intra suam parochiam, & quando illa cedant capellæ, non Ecclesiæ. n. 15.*
16 *Funeralia non sunt in consideratione tanquam incerta, neque possunt computari in congrua portione, prout neque computantur oblationes, distributiones, & similia. n. 17.*
18 *Venter non debet pendere ab incerto, & non patitur dilationem. n. 19. & 20.*
21 *Percipiens funeralia incerta non dicitur percipere fructus Ecclesiasticos, sed stipendium rationem personalis operæ.*
22 *Anniuersaria nõ computãtur in valore beneficiorũ, neq; in locationibus illorũ, nec in obligatione generali, secus in condẽnationibus. n. 23. & 24.*
25 *Munera, quæ dantur Domino per Vasallum, an veniant in locatione fructuum.*
26 *Acquisitionis aptitudo non auget pretium rei.*
27 *Mala fides impedit omnem præscriptionem.*
28 *Præscriptio nõ potest incipere, nec purgatur mala fides, nisi mortuis omnibus de Collegio, seu Capitulo, qui tũc tẽporis ceperunt habere istã scientiã.*
29 *In annuis præstationibus non datur præscriptio ab exordio ipsius temporis, sed ab initio cuiuslibet anni. Amplia vt n. 30.* Limita vt *n. 31. & 32.*
33 *Præscriptio non currit in facultatiuis.*

CAPVT CCCLXXXXIX.

Obuentiones, & emolumenta ratione officiorum funeralium in die humationis cadauerum, quod debeantur Rectori in casu mihi proposito

posito † dicebã verius esse non obstante congrua portione eidem assignata, cum appareat de clara mente summi Pontificis, qui voluit tam d. portionem, quã easdem obuentiones illi reseruare; Vnde tali declarationi standum est *c. in memoriam. 19. distinct. l. prospexit. ff. qui & à quibus manum.*
2 *liber.* † & in proposito notat *Bellencin. de caritat. subsid. q. 76. n. 2. tom. 15. p. 2. fol.* 161. Quamuis etiã ista funeralia excedant congruam portionem, cũ talis excessus non sit considerandus stante voluntate eius, qui potuit illam concedere, vt dictum est *c. cum inter alia. de sent. excommunicat. c. cum venissent. de iudic. Gemin. cons. 86. n.* 18.

Præsertim, quia quãdo assignatur talis cõgrua por-
3 tio, attenditur dignitas ecclesiæ, † qualitas personæ Rectoris, onerum, & facultatum beneficij, ratio hospitalitatis, & frequens pauperum accessus, cum multis alijs, quæ faciunt vt maior, & minor portio debeat assignari potius vni, quam alij *Rebuff. de congr. portion. n. 63. vsque ad n. 72. tom. 14. fol. 243.* & declarat *Rot. coram R. P. D. Sacrato*
4 *Paeen. congruæ. 8. iunij.* 1612. † vbi ad effectum taxandi maiorem congruam, considerauit magnum numerum animarum, pro quarum curę exercitio Rector potest cogi habere plures coadiutores, maximè si alias esset persona qualificata, videlicet ob iurisdictionẽ, vel ob similes causas, ex qui-
5 bus redderetur quis magis dignus, † itaut tunc sint ei necessaria vberiora alimenta *Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 141. Rebuf. de congr. port. n. 63. Menoch. de arbitr. cas. 50. n. 5. Surd. de alim. tit. 4. n. 15.*
6 Cũ in hac materia quãtitatis † standũ sit arbitrio Iudicis *l. fin. C. de ordin. cognit. l. 2. C. vbi pupill. educ. deb. Alex. cons. 72. n. 7. lib. 5. Aym. cons. 159. n. 10. Menoc. de arbitr. cas. 169. n. 1.* & in specie cõ-
7 gruæ † *Rota in d. causa Paeen. 8. iunij. 1612. in fin.* vbi etiam quod in huiusmodi quantitate taxãda deferendum est Iudicibus de partibus quando ta-
8 lem congruam arbitrati essent † iuxta *decis. R. P. D. Cantucc. in causa Legionen. congruarum.* 15. *aprilis.* 1575. de qua inter *decis. diuers. 5. p. 2.* Quæ omnia concurrunt in casu nostro, cum simus in cura ingenti animarum, & alijs, ex quibus vltra congruam, nõ sunt ista incerta excessiua, itaut ca-
9 lis Rector indigeat coadiutoribus. † Prout sacerdos Parochialis curatus quantuncunque simplex ratione curæ sibi commissæ potest in adiutorium eiusdẽ curæ assumere sibi socium ad tẽpus quemcunque religiosum, seu aliũ sine cuiuscunque Superioris licentia, puta in quadragesima, qui illum iuuet in sacramentis conferendis, vel officio præ-
10 dicandi, † dummodo sibi constet de eius sufficientia. Nam ex quo tales sunt, ritè ordinati, possunt illa facere, sicut curati, nec deficit in eis nisi materia, scilicet populus, Vnde si parochus præbet illi materiam, poterit exercere *Francisc. de Plat. de excommunic. §. 19. in fin. n. 9. tom. 14. fol. 353. post Innoc. in c. tua. de cleric. peregrin. & in c. excommunicamus. §. quia vero. de haeretic.*

Amplius neque obstaret Rectori, si tenue beneficium
11 acceptasset, vt non debeatur ei congrua, † Nam quamuis aliqui teneant illi esse imputandum, vt in *decis. Toletana decimarum. de Lucillis coram Card. Ludouisio. 6. februar.* 1609. Tamen d. decisio, & aliæ quæ possunt allegari sunt intelligendæ
12 quando non est omnino certum, quod Rector careat congrua, prout in casu illius decisionis, secus quando est certum de d. tenuitate beneficij, alias decisio non subsisteret, cum esset contra *text. in c. extirpanda. & c. de monachis. de praeben. c. 1. eod. tit. in 6. Rebuf. de congr. portion. q. 4. in prin. Rot. diuers. decis. 16. p. 1. Cæsar de Grass. decis. 6. n. 7. de praebend.* & in specie ita declarat *Rot. corã. R. P. D. Sacrato. Paeen. congruæ. 8. iunij. 1612. vers. cir-*
13 *ca secundum.* † Nam ista congrua debetur parochis, ne alias intenti ad quærendũ sibi victum, deserant curam animarum, vel ob nimiam egestatẽ in illa exercenda, non committant, quæ non sunt committenda, vel ob paupertatem sint ludibrio ipsis parochianis, quos debent coercere, & à quibus debent reuereri, Vnde cum ista non concernant interesse Rectoris, sed spectent ad ordinem Parochorum, & curæ animarum, talis consensus Parochi tacitè elicitus ex acceptatione tenuis beneficij non est in consideratione, cum neque alias expressus consensus eiusdem Rectoris ad prædictum effectum suffragetur *Rebuff. de congr. portion. q. 12. n. 91.*

Vlterius Ecclesia parochialis habet fundatam in-
14 tentionem de iure communi † super omnibus obuentionibus spiritualibus contingentibus infra suam parochiam, quæ cedunt in vsus necessarios, & stipendia suorũ ministrorũ, Vnde si capella est intra parochiam alicuius ecclesię, oblationes non
15 cedunt capellæ, sed ecclesiæ parochiali † cũ declarationibus tamen, de quibus per *Troil. Malust. de oblat. n. 28. vsque ad n. 56. in 4. dub. to. 14. fol.* 140.

Immo neque ista funeralia debent attendi, quasi ius illa non habeat in consideratione tamquã incer-
16 ta, † Itaut neque possent computari in congrua portione, prout neque quoque cõparantur oblationes, distributiones quotidianæ, & similia *Old. cons. 118. n. 3. & cons. 216. circa primum articulũ. n. 1. Rip. in c. ad aures. n. 19. de rescrip. Nauar. Rot. & alij per Alex. Monet. de decim. q. 9. n. 83. & 84. Belenzin. de carit. subsid. q. 76. Rebuff. de congrua portion. n. 86. Barbos. in l. diuortio. §. quod in anno. n. 7. ff. sol. matrim. Guter. cons. 8. n. 1. & 2. Perez. de anniuers. c. 1. n. 39 lib. 2.*
17 † & sæpe ita resoluit Rot. *vt in causa Legionen. congruarũ. 15. aprilis. 1585. coram R. P. D. Cantuccio* quæ est inter *decis. diuers. 5. n. 3. cũ seq. par. 2. & coram R. P. D. Perusino Pampilon. congruarũ. 29. ianuarij. 1590. & coram Card. Millino Pampilon. congruæ. 22. octob. 1594. & coram R. P. D. Sacrato Paeen. con-*
18 *gruæ. 8. iunij.* 1612. † Etenim venter nõ debet pendere ab incerto, cũ non patiatur dilationem, itaut fame compulsus tamquã ab acutissimo ense propter vnam paropsidem leguminum cuicumque iuri renunciaret, vt notat *Bald. in l. pactum. 3. in fin. q. 22. n. 17. C. de collat. Surd. de alimen. tit. 1. q. 44. n. 36. & decis. 323. n. 9.*

Maxime in mortuarijs, seu funerarijs, quæ cum defunctis offeruntur, prout est casus noster, quia talia sunt magis incerta tamquã voluntaria, & for-
19 tunę submissa, † Quidquid sit in anniuersarijs, quę etiam ab inuitis exigi possunt, si forte essent in testamento relicta, vel inter viuos ordinata *Imol. in clem. vnic. col. penul. in fin. vers. multo fortius. n. 41. de concess. praebend. Boer. decis. 224. col. 3. post*

post med. verf. & hoc maxime fecundum eum. n. 7.

20 Et quidquid aliud fit in illis mortuarijs, quæ possent reduci ad certum, & quia pro certa pecunia essent solita locari *Rip. in c. ad aures. n. 29. & ibi Felin. n. 14. ad fin. de rescript.*

Vnde neque percipiens talia funeraria incerta dici-21 tur percipere fructus ecclesiasticos, † sed stipendium ratione personalis operæ, ac laboris *Couar. lib. 3. var. resol. c. 13. n. 1. Redoan. de reb. ecclef. non alien. q. 1. an prælat. poss. dispon. de reb. ecclef. §. in hac igitur materia. n. 16.* argumento *l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dixer. l. cum duobus. §. si in coeundo. ff. pro soc.* Et notat *Alphon. Perez. de anniuerf.* 22 *& capellan. c. 1. lib. 2. n. 36.* † vbi etiam quod talia anniuersaria non computantur in valore beneficij, quamuis cōputarentur in condemnationibus, *iuxta decis. Mohedan. 6. de præb.* Prout neq; veniēt in locationibus beneficiorū, neq; comprehende-23 rentur in obligatione generali, † vt per *eundem Perez vbi sup. c. 37. & 38.* cum talibus non conueniant requisita beneficij ecclesiastici *Rebuff. de pa-*24 *cif. possess. limit. 10. n. 287.* † Et de prædictis multa *Barbos. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. de sol. mat. Guter. conf. 8. n. 1. & 2. Stapbil. de form. expectatiu.* 25 *§. nona forma. n. 45.* † Et de muneribus & donis quæ dantur Domino per Vassallum quando veniant in locatione fructuum *Franc. decis. 172. Peregr. de iur. fisc lib. 6. tit. 5. n. 43. in fin. f. 333. Boer. decis. 133. n. 4. & decis. 180. n. 9. & 214. n. 8. ad fin.*

Et facit, quia aptitudo acquisitionis non auget pre-26 tium rei, cū multa possint accidere, † quæ acquisitionem impediant, Vnde actus non sequetur aptitudinē, & sic tanquā res incerta nō debet coniungi cū corpore beneficij, & congruæ portionis, cuius redditus debent esse certi, & determinati *Imol. in cle. vnic. col. pen. ad med. n. 40. de cōc. præb.*

Non obstat præscriptio, quæ obijcitur, Nam stante scientia, & notitia motus proprij, de quo agimus, & contentorum in eo, semper adfuit mala fides, 27 quæ † impedit omnē præscriptionē etiam tēporis immemorabilis *Glos. in c. 1 in verb. nisi. de præscr. in 6. vbi Franc. col. vlt. Aym conf. 146. n. 2. Affl. decis. 368. n. 10. Caputaq. decis. 24. n. 1. & 2. p. 1.*

Et quatenus etiam posset in hoc casu dari præscriptio, Tamen subducendum est totum tempus, quo 28 superuixerunt primi illi, † quibus residētibus fuit publicatus motus proprius, de quo agimus; Itaut donec viuat vnus ex eis, nunquam possit præscriptio incipere, cum non purgetur huiusmodi mala fides, nisi mortuis omnibus de collegio, seu capitulo, qui tunc temporis ceperunt habere istam scientiam *Bart. in l. potest pluribus. 36. in fin. n. 3. ff. de vsucapion. post Innoc. in c. cura pastoralis. 11 de iur. patron. Socin. conf. 387. in controuersia quæ vertitur. col. vlt. post princ. verf. præterea vltra famā. lib. 2. Caputaq. decis. 24. n. 4. p. 1. Balb. de præscrip. 2. p. 3. part. prin. q. 17. n. 2. f. 250. Corn. cōs. 12. videtur in hac consultatione. col. 4. post princ. verf. & propterea etiam aduersus actionem. n. 4. lib. 1.*

Vltimo huiusmodi funeraria in Motu proprio assignantur Rectori loco pensionum annuarum pro congrua ipsius sustentatione, quemadmodum vere singulis annis, mensibus, & diebus percipiun-29 tur, prout occasio euenit, † Vnde tot sunt præstationes, quot sunt anni, & per consequens non potest dari præscriptio ab exordio ipsius temporis, sed ab initio cuiuslibet anni, vel mensis, itaut debeant esse tot præscriptiones, quot solutiones, & sic semper remanent 29. anni præteriti, ex quibus potest agi, & semper pro futuro tempore nō adesit aliquod impedimentum *Bald. in l. cum notissimi. §. in ijs. & ibi Salic. in princ. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Azo. in tract. de vsucapion. & præscrip. rub. de præscript. 30. vel 40. annor. n. 6. Surd.* 30 *conf. 302. n. 8.* † Maxime, quia ista portio est assignata cum præfinitione temporis, quo casu sunt plures portiones, & ideo præscriptio nō incipit à principio, sed dinumeratur per singulas præscri-31 ptiones, † Quidquid aliud fit quando assignatio fieret nullis distributis temporibus, tunc enim esset vnica dispositio, & vnica præscriptio sufficeret *Bald. in c. 1. §. ex eadem lege. in fin. verf. nam si legantur mihi. n. 5. de leg. corrad. & in l. 1. in fin. verf. sed quid si legata. n 13. C. de sent. quæ sine cer.* 32 *quant.* † Vbi quod est multum notandū, & subtile *Balb. de præscrip. p. 4. q. 4. princ. n. 5. f. 323. Alex. in l. si stiebum. 16. §. stipulatio. n. 1. in fin ff. de verbor.* 33 *obligat.* † Vltra quod sumus etiam in facultatiuis in quibus minus potuit cadere præscriptio *Cyn. & Bald. in l. 1. C. de seruit. & aqua. l. 2. C. quæ sit long. consuetud. Thes. decis. 16. n. 3.* Quæ autem veniant appellatione istorum funeralium, & ad quæ emolumenta extendantur huiusmodi obuentiones, & de quibus senserit summus Pontifex, erit particulariter videndum, cum hic solum actum sit an illa in genere sint debita, prout affirmatiue videbatur ex supradictis concludendum esse, saluo semper iudicio melius sentientium.

EPITOME.

FRuctus quādo debeātur tam in legato quantitatis, quàm speciei. ¶ Et quid cōditione, seu dilatione pendente, & stante bona fide hæredis, ¶ Et in relictis pro hospitali, seu monasterio construendo ante ædificium illius. ¶ Et in pecunia legata ad effectum reinuestiendi. ¶ Dominiū quando transeat recta via in legatarium. ¶ Mora an incurratur, si non adsit persona legitima, cui debeat solui, vel debitum sit conditionale ¶ Et an conditionis euentus sit certiorandus. ¶ Interesse, & fructus an sint debiti recepta sorte. ¶ Solemnitates quando sint adhibendæ in alienatione Confraternitatum, & hospitaliū. ¶ Transactio an valeat pro lite in spe probabili. ¶ Et an extendatur ad fructus, & accessoria, & ad pœnā. ¶ Mora irregularis an currat contra minorē pro legatis pijs. ¶ Alimenta an sint præstanda ex lucro, vel ex ipsa sorte. ¶ Modus, & cōditio quæ dicatur, & quando suspēdat substātiā legati. ¶ Maledici quare sint fugiendi, & certamen cū eis quando impar dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium transit recta via in legatarium in legato quantitatis. & n. 36. Quamuis pecunia sit relicta locis pijs. n. 2.*

3 *Fructus non debentur in legato quantitatis.*

4 *Fructus spectant ad illos, quorum est dominium, tanquam eiusdem dominij accessorij.*

Lega-

CAPVT CCCC.

IN legato quantitatis nõ consideratur aliquod priuilegiũ, vt eius dominiũ transeat recta via 1 in legatarium, † prout dicitur de alijs legatis, nisi esset certa pecunia *Ruin. cons. 153. n.4. lib.5. Rip. in l.1. n.34. de legat 1. Port. Imol. cons. 198. n.5. Ferret. cons. 247. n. 19. lib.2. Sund. de alim. tit.9. q. 16.* 2 *n.2.* † Quamuis etiam essemus in pecunia relicta locis pijs, & ecclesijs, cum natura talium legatorum non patiatur similẽ translationẽ absque traditione propter incertitudinem, super qua lex nõ potest fingere istam acquisitionem ipso iure, vt in specie concludit *Alberic. in l. illud. col.1. vers. si vero non incipit, C. de sacros. eccles.* quem sequitur late *Paris. cons. 77. n.5. vsque ad n.11. lib.1.*

Hoc stãte Dixi non posse dari aliquã acquisitionem 3 fructuum in istis legatis, † cum illa solum detur in casibus, in quibus eorum dominium transit recta via in legatarium *Cepb. cons. 610. n.52. vsque ad* 4 *n.57. lib.5. Peregr. de fideicõm. art.49. n.89.* † Quasi fructus tantummodo spectent ad illos, quorum est dominium, tanquam eiusdem dominij accessorij *l.1. C. de cond. indeb. l. fructus. & l. herennius. de vsur. l.1. & 2. C. de pign. act. Cepb. cons. 63. n.3. & cons. 131. n.14. & cons. 215. n.49. lib.1.*

Non obstat, quod simus in legato quantitatis rein5 uestiendo, de quo iudicamus idem, † quod de legato speciei *l. si creditor. de peeul. l. talis scriptura. & l. plane. §.1. ff. de leg. 1. l. sed si certus. ff. eod. tit.* Quia respectu vsurarum nunquam huiusmodi legata habent naturam speciei, cum istæ vsuræ sint 6 fructus industriales, & ciuiles, † in quibus non potest considerari eadem ratio, quæ consideratur in fructibus aliorum legatorum speciei *Aret. in l. cum res legata. 49. in 2. notab. & ibi Ias. n.3. Imol. in princ. n.1. vers. in glosa prima. ff. de leg. 1.*

Præterea eramus in legato quantitatis soluendo deputatis hospitalis nouiter erigendi, vnde donec 7 non constiterit de persona legitima, † cui deberet solui, nũquam consideratur mora irregularis, nec venit aliquod interesse, quamuis essemus in illis, qui gaudent priuilegio, vt absque interpellatione debeant restitui pecuniæ cum vsuris, & fructibus, quasi tũc nihil possit imputari debitori, cum etiam si soluere vellet, non posset *Sadol. in l. quod te. n.80. ff. si cert. pet.* & est tex. *in l. cum quidam. 17. §. si pupillo. vbi Glos. in verb. non potuit. de vsur. & ibi Florian. in prin. & Salic. ad med. n.2.*

Quæ etiam procedũt, quãuis adesset iuramentũ de8 bitoris de solutione facienda. † excusatur enim à mora semper, quãdo nõ adest creditor, cui possit solui *Bauer. de mor. col. antepen. n.17. vers. vltimo sub de vnũ. to.6. p.2. f.410. Seraph. priu. iuram. 47. n.9. ad fi.* & ibi late *Mart. Benetbld. in add. n.15.*

Amplius quamuis constaret de prætensis deputatis, 9 quibus potuisset fieri solutio, † Tamen neq; potest cõpetere aliqua actio pro fructibus, cum legatum fuerit conditionale, & in diem ad effectum constituendi introitum pro guberuio, & sustentatione pauperum Christi, qui in futurũ permanserint in hospitali nouiter erigendo, vnde erit verificanda prius cõditio erectionis hospitalis, qua cõditione pendente fructus non debentur, cũ dominiũ sit hæredis, & non transeat in legatariũ, nisi à die purificatæ cõditionis *Couar. lib.1. var. resol. c.9. n.5. ante fin. vers. nã licet legatarius. Ias. in l.1. n.115. &* 10 *n.117. ff. de leg. 1.* † vbi ampliat etiam in legato in diẽ, quãuis certã, & est tex. notabilis *in l. sempronius attalus. ff. de vsufr. legat. Gl. in l. unic. §.1. C. de cad. toll.* cum alijs per *Guliel. Bened. in c. raynutius. in verb. si absq; liberis. il 2. n.150. de testam.* 11 ob illam rationem, † quia translatio dominij rei legatæ fit opera, & ministerio legis *l. à titio. ff. de* 12 *furt.* † Lex autẽ nunquam operatur frustra, & incassum *l. non cogendũ. §. si sabinus. de procur.* Præsertim quia lex noluit trãsferri dominiũ in legatarium sub conditione, vel in diem, quia talis non potest agere, nisi aduenięte die, vel conditione *l.ii. §. fin.*

13 *§.fin.ff.quand.dies legat. ced.* † Quod etiam procedit in conditione tacita, quæ tamen prouenit ex testamento *l.quod pure.6.ff.eod.tit.*

Et generale est, vt pendente dilatione, aut conditio-
14 ne non contrahatur mora, † ideo requiritur certioratio d. conditionis, quia debitor non potest præuidere, quando debeat soluere, & certum est, quod ignorans se debere per iustam ignorantiam non potest incurrere moram, vt de communi opinione testatur *Seraph.priu.iuram.47.in fin.n.18. cũ alijs ibid.per Addent.n.19.post Bart.in l.quoties in diem.de verb.oblig. & in l. non solum. §. morte. de nou.oper.nunc. Decian.consl.103. n.22. lib.3.Gozadin.cons.1.n.40.& cons.27.n.5.Guid. Pap.decis.497. Bauer.de mor.p.2.n.6.*

Neq. obstabit, quod simus in legato sub modo, quasi
15 onus iniunctum sit implendũ † post quæsitũ emolumentũ *Bart.in l.quibus diebus.§.termilius.n.5. de cond.& demõstr.Hond.cons.68.n.88.lib.2.Rot.*
16 *diuers.decis.39.n.1.p.1.* † Modus autẽ non mutat, aut suspendit substantiã legati iã in esse producti *Rim.Iun.cons.700.n.14.lib.6. Surd.de alim.tit.2. q.1.n.29. Card.Mantic.de tac.& ambig.conuent.*
17 *lib.24.tit.9. Rot.diuers.decis.203. n.4.p.2.* † Quia respõdetur, quod nunquã cõpetit actio, nisi prius oblata realiter cautione de modo implendo, alias semper legatarius exceptione doli repellitur *l.si cui.7.& l.cũ in testamẽto.48.de fideicomm.libert. l.si sibi legatum.de leg.3.l.liberto.§.Iulius.de ann. legat.Tiraq.de retr.lign.§.1.gl.2.n.34.ad fin.vers. ideoq. licet ex conditionali. post Bart.& alios in l. quibus diebus. §.termilius. ff.de verb.oblig.*

Ista tamen quod simus in legato conditionali, & in diem, & quod non constabat de deputatis, quibus posset fieri solutio, nũquam mihi visa fuerunt tu-
18 ta, † quamuis per alios in eis principale fundamẽtum fieret, & solũ addidi, vt omnia motiua in hac causa facta adducerẽ, non autem vt illa approbẽ, cũ verior sit opinio, & absq. difficultate tenenda, quod nulla cõsideretur conditio in huiusmodi legatis factis pro hospitali, seu ecclesia cõstruenda, cũ immo sint pura inspecta intentione testatoris fauore ecclesiæ, nam hospitale, & ecclesia de necessitate debet construi, & licentia concedi per episcopum, qui etiam recipiet legatũ pro futuro loco ædificando, & pro his, qui futuri sunt legatarij, adeo vt non attendatur, quod non existat certa, & determinata persona legatarij deputati ad d. opus perficiendum, exemplo relicti ad fauorẽ redemptionis captiuorum, quamuis enim nullus adsit captiuus, percipit tamen Episcopus pro futuris captiuis tanquam persona repræsentans legatarium, cum etiã de natura conditionis sit, vt possit euenire, nec ne, quod non verificatur in tali legato pro monasterio construendo, quod non potest non fieri, quia de necessitate est faciendum, prout omnia supradicta late declaraui supra *c. 358.per tot.Crass.in §.legatũ. q.49. Ceuall.q.791.*

Ideo omissis istis fundamẽtis vltra prius dicta, quod sumus in legato quantitatis, in quo non veniunt
19 fructus, † Addendum est, quod per deputatos hospitalis fuit recepta sors principalis, quod facit, vt amplius fructus, aut aliquod interesse peti non possit, cũ illud censeatur remissum tãquam sublatũ extincto principali, quidquid aliud sit in vsuris cõuentionalibus *l.centũ capua.in fin.ff.de eo quod cert.loc. Dec.in l.vinum.n.5. ff.si cert.pet. Paris. cõs.5.n.201.& 203.lib.4.Bero.cõs.200.n.19.lib.1.* & de veriori, & magis cõmuni opinione testatur
20 *Surd.de alim.tit.1.q.42.n.8.& 22.& per tot.* † vbi etiam ampliat ad dotem, cuius priuilegiũ in hoc casu nõ considerabitur, quamuis adsit potestatio recipientis, cum enim ista remissio inducatur ex
21 iuris necessitate *l.4. C. deposit.* † protestatio non potest impedire d. iuris dispositionem necessariã *l.alimenta.C.de neg.gest.l.at si quis. §.plerique.ff.de religos.& sumptib.funer.Castr.in l.fin.n.7.ff.de eo quod cert loc.* Maxime quia huiusmodi legatũ quantitatis fuit receptũ cum auctoritate, & consensu episcopi, & nihil de fructibus, seu vsuris dictum, vnde ex hoc non potest obijci, quod ista remissio fructuum tanquam sapiat donationem, nõ potuerit fieri absq. solẽnitatibus, cũ illæ interue-
22 nerint, vt dictum est, † Quamuis neque istæ essent necessariæ, cũ in bonis etiam immobiliũ Confraternitatum, & hospitalium nõ requirantur solemnitates circa alienationes à iure requisitas in distractionibus, quæ fiunt de bonis ecclesiæ *Menoc. cons.635.n.5.lib.7.Mastr.decis.Sicil.110.n.12.p.2.*
23 Et quamuis aliqui faciant differentiam inter hospitalia, & Confraternitates, vt per *Gabr.cõs.162.*
24 *lib.1.* Tamen hoc non obstabit, quia in casu nostro sumus in fructibus, & rebus mobilibus *Redoan. de reb. eccles. non alienand.rubr. de auctorit.prælat.in alienation.interponend.n.20.*

Et magis habent locum prædicta, cum solutio sortis principalis facta per hæredem fuerit per modum cõcordiæ propter litem, quæ vel extabat, vel ade-
25 rat probabilis timor futuræ litis, † cũ etiam sufficeret ad hoc, vt transactio valeat, quod possit esse cõtrouersia extra iudicium per negationem, & quod res sit dubia absq. lite, vbi enim est probabilis dubitatio, ibi verisimiliter debet esse lis, ideo satis est, quod sit in spe probabili, quamuis re nõ subsit, & quod fiat propter litem, licet non fiat in lite *Natt.cons.548.n.13.Socin.Iun.cons.98. n.14. lib.2. Card.Mantic.de tac.& ambig.conuent.lib.*
26 *16.tit.1.n.17.* † Vltra quod talis solutio etiam si non haberet vim propriæ transactionis, Tamen in genere potest dici transactio, seu pactum habens vim transactionis, quasi quidã transitus ab actione *Ias.in l.1.n.6.de transact.& in l.1.C.eod. tit.& in l.1.n.7.ff.de pact. Soc.Iun. cons.98. lib.2.* Stante præsertim iuramẽto *l.1.& 2.ff.de iureiur.*

Obstabit igitur talis transactio, tanquam sententia
27 habens vim rei iudicatæ, † cũ vna alteri æquiparetur *l.cum minorem. C.de transact.Rol.cons.28. n.17.lib.4.Ceph.cons.66.n.24. Soc.Iun.cons.32.n.*
28 *6.lib.3.Surd.cons.418.n.12.lib.3.* † itaut facta super sorte comprahendat etiam fructus, & omnia accessoria, & connexa, ac pœnam tam conuentionalem, quam legalem *Ruin. cons.86.n.8.lib.5.* cũ alijs per *Card. Mantic.de tac.& ambig.conuent. lib.26.tit.6.n.16.& 20.Paris.cons.130.n.9.lib.4.*

Ex quibus etiam colligitur non esse locũ admissioni capitulorũ super existentia deputatorum, cũ vt dictũ est, simus in lite iam finita per transactionẽ, quæ habet vim rei iudicatæ, maxime quia aperte constat

constat de nullitate omnium actorum, & de non iure partis aduersæ, per quam nõ possunt cognosci huiusmodi causæ, nisi a vigintiquinq; seu triginta annis citra, vt in facultatibus Fabricæ con-
29 cessis; † Præsertim quia sumus in minore, contra quem non currit mora irregularis, quæ alias curreret pro legatis pijs, quamuis etiam probaretur existentia deputatorum, quasi in hoc priuilegia cõquassentur *Petr. de Bellapert. in l. in minorum. col. 2. in fi. vers. sed quæro ponamus. C. in quib. caus. in integ. restit. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 2. in fi. post Castr. cons. 115. col. 2.*
30 *ad med. lib. 1.* † Itaut in pari causa melior sit conditio possidentis, & rei conuenti *l. verū. 11. §. vlt. ff. de minorib.* Adeo vt non possit cogi hæres ad istas vsuras pecuniarũ, nisi in casu, in quo consta-
31 ret vel de mora, † vel quod in vsus suos talẽ pecuniam cõuerterit, quod erit probãdum, cum possit hæres semper dicere illam tenuisse otiosam, & sic non teneri ad aliquas vsuras, quas ipse non accepit *Castr. cons. 115. viso testamento ambrosij. col. 2. ad med. vers. in quibus patet. & ante n. 2. vers. potest ergo dicere lib. 1.*

Vlterius ex prædictis colligitur bona fides hæredis, quæ facit, vt neq; in re legata fructifera teneatur
32 legatario † ad fructuum restitutionem, nisi a die litis contestatæ *Glos. in l. vlt. in verb. contestationē. in fin. C. de vsur. & fructib. legator. Bald. in l. 1. n. 12. C. eod. tit. & ibi Azo in summ. n. 3.* Quidquid *Bar. & Ang.* contrarium sequantur, cum aduersus
33 eos sit verior, & magis communis opinio, † vt testatur *Dilect. de art. testand. tit. 6. c. 11. in princ. de legat. tom. 8. p. 1. fol. 126.* quem sequitur *Rot. coram Card. Lancell. Vrbenet. fructuum. 7. noušbr. 1603. & in eadem causa coram* Card. *Plato de ãno 1589. & 1590. Ceph. cons. 610. n. 56. vsque ad n. 59. lib. 4. Salic. in l. in legatis. in fin. vers. attende. C. de vsur.*
34 *& fruct. lib. legator.* † Itaut ad hunc effectũ excusetur etiam ius controuersum *Put. decis. 118. n. 19. lib. 1. Rot. per Card. Lancell. in d. Vrbenet. fructuum.*

Nec aduersatur *Bart. cons. 58. quidam ser martinus.*
35 *lib. 2.* Quia ibi erat legatũ prædiũ, † ex quo percipiebantur fructus, & hæres erat grauatus facere monasterium, qui licet habuerit dilationem à Diœcesano, quo ad ædificium eiusdẽ monasterij vltra tempus anni datũ à synodali constitutione, tamen non ex hoc habuit dilationem ad præstandũ legatum, vnde nõ mirum, si tenetur ad fructus per eũ perceptos, prout ita etiam intelligit *Francisc. de Alberg. Nicol. Lap. de Flor. & Io. Cald.* qui in eodem casu cõsuluerunt, vt inter *cons. Bar. 59.*
36 *60. & 61. lib. 2.* † Aliud est in casu nostro, in quo hæres non tenetur ad aliquid, nisi ad legatũ, quod cum sit in quantitate, non transiuit in legatariũ, prout alia legata, neque ex eo aliqui fructus percipiuntur, ad quorũ restitutionem teneatur *Ceph. cons. 610. n. 53. & 54. lib. 4.* Quamuis essemus in pecunia relicta pro legatis pijs, vt dictum est supra *in princ. præsentis capitis n. ...* Prout nec obstat, quod ex pecunia relicta ad effectum inuestiendi possint exigi fructus iuxta deci-
37 sionẽ † *Rot. corã R. P. D. Orano Roman. Salaian. interd. 20. nouembr. 1591.* quã adduxi supra *c. 134.*
38 *n. 41.* † Quia ibi fuit grauatus hæres statim pecuniam legatam in officijs, & montibus ad cõmodum legatarij conuertere, & in pœnã non facientis inuestiturã, fuit eidẽ grauamen impositum de soluendo sex pro centum, cũ enim hoc hæres neglexerit, merito ad d. præstationem tenetur iuxta dispositionẽ testatoris stante eius mora, vt dicitur *in d. decisione*, cum etiam ibi fuerit pro legitima,
39 in qua magis debentur fructus; † Aliud est in casu nostro in quo hæres ad nihil aliud tenetur, nisi ad solutionem legati, quod non tenebatur inuestire, cum nulla ei pœna imposita fuerit circa inuestituram, de qua agimus, quasi illa spectaret ad deputatos, ex quorum culpa ipse non est grauandus *l. mora. §. fin. de vsur. Dec. in l. in condemnatione 133. §. vnicuique n. 1. ff. de regul. iur.*

Nec facit *decisio Rot. diuers. 742. n. 1. & 2. p. 1.* Quia
40 loquitur in alimentis, † quæ sunt præstanda de lucro ex capitali prouenicnte, non de ipsa sorte, ne ipsum capitale diminuatur, quod conceditur, sed non ex hoc infertur, vt hæres teneatur ad istud lucrum, nisi cum requisitis supra adductis, & satis est, vt per eum præstetur legatum, & reinuestitura fiat per illos, ad quos cura hospitalis spectat, prout etiam sic mandauit testator, & ita quoque loquitur *Surd. de alim. tit. 9 q. 40.*

Et hæc satis sint pro complemẽto præsentis capitis, & huius secundi tomi, quem sequetur tertius, si plus otij detur, & valetudo concesserit, cum parum distet à perfectione, quod faxit Deus Optimus Maximus ad laudẽ, & gloriam nominis sui, & Beatissimæ Virginis Mariæ, & Ecclesiæ suæ sanctæ, cuius correctioni me in omnibus submitto, nihil aliud quærens; Tu interea Lector accipe benignè labores hos nostros, quos libenter offerimus, & qualem qualem operæ nostræ diligentiam auge, & protege, Bonos alloquimur, Nihil
41 enim † cum Maledicis, cum quibus impar certamen, quod illis & maledicere, & male audire facillimum sit, Nobis vero maledicere insuaue, & male audire insolitum, vt Cato dicebat, Quo plane modo etiam Aristippus maledicum reiecit, à quo cum interrogaretur, cur abiret, ac
42 eum insequentem fugeret, † Quoniam inquit tibi potestas est male loquendi, mihi vero non ita audiendi; Vnde sapienter, ac fortiter illud Memnonis, qui contra Alexandrum pro Dario bellum gerens, militem mercenarium Alexandrum conuicijs insectantem hasta percussit, inquiens contra hostem ferro, non lingua pugnandum, Et abiistis, qui alienis scriptis obloquuntur, cauendum esse Socrates respondit, tamquam sint proprie, & vere Mechanici, cum sui similes spernant, vt refert *Rebuff. in l. vnica. in princ. n. 2. C. de sentent. quæ pro eo quod inter.* Scilicet est virtus fratrem releuare cadentem, At nihil est laudis turpia verba loqui.

Laus DEO, Beatæq. Virgini MARIAE.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM AC VERBORVM QVAE IN SECVNDO TOMO DISCEPTATIONVM CONTINENTVR.

Primus numerus caput Disceptationis, Secundus capitis numerum significant.

quando

quamuis

¶ Rem

Nnn nisi

Donum

dote

¶ Non

ex

soluat

Laicus

actum

rum

acci-

lere

Pan-

Peri-

Pos-

Sindici

habeat

VACAN-

Vice-

FINIS.

LAVS DEO, BEATAEQ. VIRGINI

MARIAE.

Capita	Numeri	Errores	Correctiones
201	20. in summar.	& n. 25.	& n. 21
224	1. post med.	electio ad debitorem	electio ad creditorem
224	1. in fin.	vt creditoris	vt debitoris
235	25.	alternantia	alterantia
260	12.	Alex. cons. 88.	Alex. cons 78.
261	28. in summar.	viuat	vincat
273	5.	cum Socius	cum Seius
288	in epit. ad med.	in casu voluntatis	in casu noluntatis
288	5. in summar.	nec socius	nec Seius
291	in epit. ante fin.	an sit vocandi	an sint vocandi
291	28. in princ.	quidquid aliud	& quidquid aliud
294	33. in fin.	quia istæ erat	quia istæ erant
305	in epit. post princ.	nullam debeant	nullam debent
324	24.	in verb. sua .	in verb. seu res . C. mandat.
387	12. ad med.	conualidetur seu	seu conualidaretur
400	37.	c. 134.	c. 34.

R E G E S T V M.

¶ † †† †††.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt.

Omnes sunt Terniores præter ¶ quæ est Duernio, Ttt & ††† quæ sunt Quaterniores.
In totum sunt folia ducentum & octo. fol. 208.

R O M Æ.

Ex Typographia Iacobi Mascardi. M. DC. XX.

SVPERIORVM PERMISSV.